DECISIONES FIDEI CATHOLICAE, ET APOSTOLICAE.

EX SANCTARVM SCRIPTVRARVM,
Beatissimorum Romanorum Pontificum Diplomatum, Sacrorum
Conciliorum, fontibus; ac Sanctorum gestis deductæ.

ET IN VNO ALPHABETICO ORDINE COLLECTAE.
Nunc secundo in lucem æditę, ac integritati restitutæ.

*Auctore R. P. F. PAVLO Grysaldo Perusino, Ord. Prædic.
Philosophiæ, ac S. Theolog. Lectoris absolutissimi.*

Quib. Infidelium, Paganorum, ac Maumethanę sectę errores, Iudęorum perfidia.
Et Hæreses, quæ ab orbe condito, in CHRISTI Ecclesiam sunt grassatæ
confutantur, atque à falsis imposturis inimicorum Ecclesię,
Fides vindicatur, ac propugnatur.

Protestantium, Centuriatorum, atque Hæreticorum omnium, argumenta diluuntur.

His adiecimus breuem Historiam Romanorum Pontificum, Conciliorum, Doctorum,
qui contra hæreses scripserunt. Ac Hæreticorum, & Idolatrarum nomina.
Iuxta ordinem Alphabeti.

*CHRISTIANIS OMNIBVS, ET CVIVSCVNQVE
sectę Personis summopere necessarię.*



ENETIIS, APVD IVNTAS.
MDLXXXVII.



ILLVSTRISS.^MO^ AC REVER.^MO^ DOMINO, F. MICHAELI BONELLO, CARDINALI ALEXANDRINO

PRAEDICATORIAE FAMILIAE

Protectori prudentiß.

Ac Domino ſuo Colendiſsimo.





VGVSTVM *Sanctiſſimumuè nomen* PII QVINTI *Rom. Pont. auunculi tui, cuius præclara geſta nulla vnquam delebit obliuio; quæ enarrare, nec graue, nec difficile mihi eſſet, ſi meum expoſceret inſtitutum, ac hiſtorias contexerem. At ne illa quidem videntur ſilentio prætereunda. Hic enim velut alter Moyſes in ſinu Lepanthi obſtinatum Pharaonem ſubmerſit. Ac vt Dauidis ſucceſſor, à* DEO *ſecundum cor eius electus, in Gallijs ſuperbum Goliath proſtrauit, ac interemit. Bone Deus, ea fœliciſſima ętate, quot ſunt domita improba monſtra, Barbarique compreſſi, quot Hęretici ad Sanctiſſimum Eccleſiæ gremium*

mium sunt reuocati, quot combusti; quot Iudei, iiq; Doctissimi Euangelicæ legis suauissimo iugo colla subiecerunt, ac Sacro fonte sunt abluti? Hæc omnia, vnicuique sunt perspicua, nisi fuerit Tyresia cecior; eius nanque fama ad omnium aures deuenit, & nouit Tygris, Ganges, ac Antipodes; Imperatoresq;, ac Reges eius Sanctitatem venerari solebant; & tanta fuit apud omnes eius sententia, vt non homini cuipiam, sed vt Delphico, imò vero Deo tribueretur. At hæc referre est in meridianam Solis lucem accensas faces inferre. Ea sunt Illustriss. Princeps, & tua singularis prudentia, ac modestia in Ecclesia gubernanda, que nedum eo tempore celebris erat, ac in ore omnium; sed diebus istis splendescit; cum te vnum Summus Pont. SIXTVS V. inter tot prudentissimos Purpuratos delegerit, cui curam Christiani gregis com miserit, nilq; aliud mente, animoq; reuoluas, quàm que ad Catholicam Remp. gubernandam conducunt, quæ omnia, non iucunda solum, sed admirabilia videntur vrbi, ac orbi vniuerso. Imò verò, quoniam PIVS V. suo nomine te insigniuit, suis vestibus te decorauit, suo ipse iustissimo arbitrio inter Purpuratos conscripsit, & tu eius præclara facinora, imitari satagis, eiusq; admiranda vestigia percalcare; speramus Pios illos annos reuersuros, & alterum Pium, PII successorem venerari. De quorum numero ipse sum, qui à Sacræ Religionis incunabulis, tuam perspexi modestiam, religiosos mores, & incredibilem sum expertus humanitatem. Ista, & impendio plura, adeò meum inflammarunt animum, vt maximo flagarem desiderio, publicè ostendere, quòd ego meaque omnia iure optimo tibi debentur. Hoc pluribus iam annis præstassem, si aliquid à me editum esset dignum tuo nomine, quæ enim hactenus superioribus annis Typis tradita sunt, non ad communem vsum, sed peritiorib. tantum ad concertandum proposita. Nunc quam primum extremam manum huic operi imposui, prius viua voce, ac presentia tibi sum elargitus, nec sine tuo assensu in lucem venissent, at quia annuisti, imprimi curaui elapsis quatuor iam annis; & nunc iterum in publicum exire permitto; quibus multa addidi, superflua resecaui, errata

rata

rata (Impreſſorum cura commiſſa) emendaui, & maiori qua potui diligentia curaui, vt limata ad tuas ſacras manus deuenirent. Ea verò de cauſa commotus, in lucem exire permiſſi, quoniam multos deceptos intellexi, nec omnibus omnia, quæ fidei ſunt, erant perſpicua, nec quo loci, quę ad fidem eſſent locanda, pro conſtanti affirmabant, nec qua nota, quę cum fide pugnant, eſſent ſignanda, nec datur tantorum Conciliorum, Patrum, ac Scholaſticorum Codices euoluere. His verò quiſque Scyllam, & Carybdim euitare poterit, omnium portus erunt, ac naufragium; & tanquam ad lydium lapidem, fidei, ac vitæ Chriſtianæ documenta probari poterunt. Quæ ſi volumine ſunt exiguę, ſi tamen res de quibus agitur ſpectentur, ſunt omnium præſtantiſſimæ. Si fontes, ac cauernę vnde ſunt decisę attendantur, nempè ex ſacris literis, Summorum Pontificom Deciſionibus, Sacrorum Conciliorum Decretis, Sanctis Patribus, & Neotericis Scholaſticis, ac recentioribus; Sanctorum geſtis (Lippomano, ac Laurentio referente) nobilitate, dignitate, vtilitate, omnes alias diſciplinas, ac doctrinas longo interuallo excedunt. In his deducendis quantum inſudauerim, illi dijudicent, qui perlegerint, in illis codicib. euoluendis quantum elaborauerim quiſque mediocriter eruditus, agnoſcet. Hoc itaque donum, omni ex parte excellentiſſimum, & ſi infimus quatenus tuo nomine in lucem prodit, meritò tibi Alexandrino debetur; purpurate Illuſtriſsimæ Dominicanę Religionis ſplendor, columen, & defenſor. Id verò, ne factum à me putes ad beneficia perſoluenda, non enim tanti eſt, imò verò iucundius mihi eſt tuis commodis inſeruire, quàm propria libertate frui. Nec rurſum ea ratione in lucem venerunt, vt aliquod inde mihi beneficium comparare, nihil enim mihi ſuauius euenire poteſt, quàm ſolitariam ducere vitam, ac ſtudijs operam nauare, quo nihil ſub Cœlo fœlicius, nihil ad ſalutem comparandam commodius. Tibi demum non ſunt dicatæ, vt aliqua protectione egeant (in hac enim ſententia ſunt peritiores, quibus guſtare fuit permiſſum, ac de iure corrigere) ſed qui ea expugnare obſtinato animo voluerit, hic, vel hæreticus, vel de hęreſi vehemen-

tur suspectus existimatur. Vel si tuo egent patrocinio, tua autoritate tueri poteris, cum Prædicatoriæ familiæ à Romano Pont. Protector sis electus, apud quam es educatus, cuiusq; sacras adhuc retines vestes. Accipe ergo hilari fronte, & animo hoc munus, quod tibi offero, quòd si gratum esse sentiam, ac tibi probabitur, alia quamplurima, quę expoire in dies elaboro, sub tuo nomine è tenebris eruam. Vale Męcenas optime, Cardinalis amplissime; Protector prudentissime, cui me totum dico, dedicoque, & quantum te semper obseruauerim, ac addictum habueris obliuione ne obruas.

Venetijs, die xv. Septembris. MDLXXXVI.

Illustriss.mæ ac Reuerendiss.mæ D. T.

Seruulus Addittiss.

F. Paulus Grysaldus.



CATHOLICO LECTORI AVCTOR.





QVI ordinem vniuersi contemplantur, & quod res vnaquæque suas proprias exequitur operationes, & si infimæ præstantiarum vim attingere non valeant, admirantur tamen, imò vt earum naturam intelligere possent, Philosophi quamplurimi elaborarunt. Sic nec video, qua ratione hos nostros conatus, labores, ac studia, quis redarguere possit, aut debeat. Si enim in disputando subtilitatem, in dicendo elegantiam, in confutando victoriam non sumus assecuti, id pręstitimus, quod potuimus, hominum omnium ne dum Philosophorum, ac Theologorum minimus. Videant quot vsque in hodiernum diem in sacris literis elucidandis insudauerint, quot fidei mysteria exposuerint, quot contra Hæreticos dimicauerint, quot Confessores instruant, at, vt veritatem Catholicam internoscere possimus Alphabetico ordine, & quo loco sint propositiones collocandę (quæ fidei aduersantur) nemo hactenus fecit. Quo factum est, vt nonnulli in familiari sermone, alij in publica concione, nonnulli sacra interpretando in errore versentur, & capiantur, nec habent autorem ad quem confugiant, vt eius erroris paucis, ac breuibus verbis certiores fiant, ac euitare possint. Hac ego de causa superioribus annis in lucem emisi opus, quod Decisiones Fidei inscripsi, non quia mihi esset perspectum, quod maiori erat diligentia expurgandum, ac magis ad viuum resecandum, tamen sic exangue incultum exire permisi, & ea pauca hominum oculis obieci, veluti mercatores,

catores, vt ſic animos ad maiora allicerem. Nam & pueri non ſtatim, quòd in hanc lucem venerint, firmos habent pedes, nec ambulare, vel loqui poſſunt, ſed paulatim vim, ac robur adipiſcuntur. Id mihi accidiſſe arbitror. Cum enim modicum & exiguum eſſet opus, hoc tempore, his annis ad maiorem quam vides (prudentiſſime Lector) peruenit quantitatem. Et ſi mea non me fallit opinio, non eſt lectione indignũ. Habent Grammatici Dictionarium, Calepinum, Catholicon. Habent Philoſophi Indicem Platonis, ac Ariſtotelis. Habent Theologi Concordantias. Habent Confeſſores Summulas Caietanam, Silueſtrinam, Tabienam, Angelicam, Roſſellam, Armillam, Pacificam, Manuale. Habent ſimpliciores Curati Cathechiſmos. Hoc deeſſe videbatur Chriſtianis omnibus (nedum Theologis) vt ex ordine explicarentur errores, qui cum fide pugnant, & non tantum voces, quas lexicon collegit, ſed propoſitiones, ac ſententiæ. Ecce ergo paruo volumine errores omnes confutatos offero, in quo & Docti, ac alij illicò aptiſſima claſſe diſtributos, adinuenire poterunt, quid ſit ſacris literis conſentaneum, quid ſacris Concilijs conſentiens, quid Patribus veriſimile, quid Scholaſticis, ac Sanctorum actis conueniens. His confutantur Infideles, Barbari, refelluntur obſtinatiſſimi Hebręi, coarguuntur Hæretici vniuerſi. Eſt verò forma hac impreſſum, vt Concinatoribus, ac illorum vtilitati conſuleremus, qui in longinquas orbis partes, ad Euangelium, ac Chriſti fidem inuulgandam petunt. Rogatos etiam omnes eſſe volo, vt omni paſſione ſemota, certo ſenſu, ac vero, iudicent de nobis, quod multi ne faciant ſumma maleuolentia, & liuore impediuntur, & prius librum reuoluant, conſiderent, contemplentur, poſtea quid ſentiant liberè pronuncient, ſi errores reperient, vel fraternè denuncient, aut benignæ corrigant, nec enim eius ſum animi, uel ætatis, aut perfidiæ, vt correctiones emendare nolim. Si verò aliquid boni continet DEO Opt. Max. à quo eſt omne datum optimum, tribuatur, non meo ingenio, uel labore. Quæ enim tractantur, & mihi, & alijs omnibus viris peritiſsimis ad quarum manus deuenerunt vtiliſsima fore diiudicantur, & in hanc ſententiam venerunt omnes nedum Theologi, ſed Epiſcopi, ac Archiepiſcopi, doctiſsimi, quibus pro Theologo inſeruiuimus. Nam ſi Roffenſis opera fructuoſa cenſentur, ſi Silueſtri Prie, ratis, Si Catarini, Alfonſi, Ecchij, Phygij, Klingii, Taperii, & aliorum quibus tantum exortę hæreſes confutantur, perutilia dicuntur. Si confeſsio Auguſtiniana, & Hieronymiana commoditatem afferunt ad hęreticos conuincendos, quare noſter hic labor erit paruipendendus,

qui

qui ea omnia, ac multo plura complectitur, & faciliori structura. Non pudet quosdam affirmare, res, quæ hoc ordine à nobis discutiuntur periculosas, ac temerarias esse, quoniam prima fronte errores proponit, quo fit, ut eos prius animo imbibat, & alia legere, quę sequuntur, & confutationes contemnat. At si hæc repræhensio aliquid concludit, accusent Epiphanium, increpent Ireneum, arguant Philastrium, insectentur Augustinum in libro de hæresibus, vel si placet redarguant Castrensem, in crimen vocent Guidum, culpent Roardum, Klingium, Lippomanum, condemnent Panicarolam Concionatorem nostra tunc ætate præstantissimum, qui vernacula lingua disputat cum Caluino, hos vt potui imitatus nouum hunc ordinem adinueni, quo facilius hæreses exortas, vel quæ suboriri possunt, confutarem. Displicet quibusdam operis inscriptio, & quod potius errores contra fidem nuncupari debuit. At hæc minima sunt, nec alia egent reprobatione, namque tale nomen fuit à nobis vsurpatum, quia nouum est, ac dignissimum. Si quis verò alia conculcare voluerit, vel caninis dentibus lacerare, meminerit nos eorum dicta paruifacere, eorum latratus irridere, ac eorum beneficia contemnere, & quid ad me de homine, cuius finis contentio, & qui ambitione agitatur, & alios omnes irrident, contemnunt, ac alios calumnijs afficiunt? Hæc ergo scripsimus ad Christianæ Reipub. vtilitatem, post longa studia, & ab oculis populi remoti omne ocium, tempusq; contriuimus, & annos multos in hoc opere consumpsimus. Sequuti sumus præstantissimos Patres, non vt interprætes tantum, sed vt solemus à fontibus eorum arbitrio, iudicioq. nostro, quantocunque modo visum est hausimus. Propositum etiam fuit (vt de se D. Hieron. scribit de sua traductione in Origenem ad Rom. in vltimis verbis) non plausum legentium, sed fructum proficiscentium quærere. Nec nostra industria comparauimus, sed Deo opitulante, sicut enim liuoris est nota silere, quod noueram, ita crimen est, non enarrare, quod senseram. Qui plus sapit (vt quamplurimi sunt) laudet mentem purissimam quæ, quod habuit, non denegauit. Si hæc ante nescieras, habes arenam studij nostri, ubi tu exerceas palestram ingenij. Gemmas enim, & margaritas auidus collegi, & ex pluribus flores carpsi, & sicut guttæ collectæ simul fontem efficiunt, sic & Sanctorum Patrum concursus, puteus salutaris aquæ salientis in vitam æternam concluditur. Quæ (si vt spero) sapientioribus probabuntur, alia in lucem offeram, nempè dilucidationes, ac quęstiones in quinque voces Porphyrij in libros Posteriorum, de Physico auditu, ac libros de Anima Aristotelis.

Tra-

Tractatum de Angelis, de Dęmonibus, de Strigijs, de Fortuna, & in libros de Sphęra. Enchiridion totius Summæ D. Thom. ac Comment. Cardinalis Caietani. Sylegma totius Bibliæ, & alterum, quem lingua Etruscha edidi, de pulchritudine vniuersi, vbi rerum omnium natura explicatur, & de terra primum, postea de aliis elementis, ac quæ in ipsis continentur, de homine, & singulis eius partibus tam animæ, quàm corporis, demum de septem planetis, omnibusque Cęlestibus corporibus, & eorum motu, ac lumine. Scintillas pro concionatoribus, ex Patribus quasi dispersas collegi, ac constrinxi. Quæ omnia, si non sunt ea vbertate, ac stylo explicata, vt par erat, id fecimus, vt ostentationis suspicio vitaretur. Ante oculos tamen sæpius Ciceronis obseruationes posui. Vtimini ergo, quoniam omnia hæc utenda, ac possidenda trado, & recolite, quod commoda quibus vtimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quo ducimur à Deo nobis datur, ac impartitur. Idque postremò omnes oro, & obtestor, vt præces pro me ad Deum effundant.



DOCTORES,

Quorum Annotationes, in hoc nostro Codice sunt conscriptæ, ad veritatem roborandam, ac hæresim expugnandam.

A

Abbas Panormitanus.
Abbas Spergensis.
Abbumasar.
Agnellus Episcopus.
Albertus Magnus, Or. Præd. Archiep.
Albertus Episcopus Vegl. Catharensis, Ord. Prædicatorum.
Albertus Pius Comes Carp.
Albertus Phigius.
Albini Fiacci.
Alciatus I.C.
Alexander de Ales Minorita.
Alexander Aphrodiseus Peripateticus.
Alphonsus de Castro Minorita.
Alphonsus Thostatus.
Ambrosius Cathar. Archiepiscopus, Ordin. Prædic.
D. Ambrosius Episcopus Mediolanensis.
Ambrosius Chisamic Episcopus.
Anastasij Monachi.
Ancharanus.
Anelus Vbaldus I.C. Perusinus.
Angelus Periglius I.C. Perusinus.
Angelus Pientinus, Ord. Prædic.
Angelica summa, Minoritana.
Antiochi.
Antonius Episcopus.
D. Antoninus Archiepiscopus, Ord. Præd.
Armilla summa, Ord. Prędic.
D. Athanasius.
Athanasius Synaites.
D. Augustinus Episcopus.
Augustinus de Ancona.
Aymarus.

B

Baldus de Vbaldis. I.C. Perusinus.
Bartolus, I.C. Perusinus.
Bartolomeus Spineus Pisanus, Ordinis Predic.
Bartolomeus Caranza, Archiepiscopus Toletanus, Ord. Prędic.
Bartolomeus Medina, Ord. Pręd.
Beda.
Benedictus Perecius.
D. Bernardus Abbas.
Berosus.
Bessarion Cardinalis.
D. Bonauentura Cardinalis Minorita.
Bonifacius VIII.

C

Cardinalis Campegius.
Cardinalis Albanus.
Carolus Magnus.
Carolus Bouillus.
Cassiodorus.
Cathechismus Pij V.
Catherina Senensis, Ord. Prędicat.
Cerealus Episcopus Aphricanus.
Clemens Papa.
Clemens Alexandrinus.
Confessio Augustiniana.
Confessio Hieronymiana.
Constantinus Harmenopolus.
Cosmas Hierosolymit.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.

Detectio

Ioannes

Ricar-



COMPENDIOSA HISTORIA.

Ann.	Ro.Pon.	Conciliorum.	Rom.Imp.
	IESVS CHRISTVS.		*Cæs. Augustus.*
	S.Petrus.	*Concilium Apostolorum.*	*Tiberius.*
92	*S.Clemens.*	*Prima persequutio.*	*Caius Caligula.*
	S.Linus.		*Claudius Cæsar.*
	S.Cletus.		*Nero.*
101	*S.Anacletus.*		*Galba.*
110	*S.Euaristus.*	*Secunda persequutio.*	*Otho.*
119	*S.Alexander.*		*Vitellius tempore Lini.*
139	*S.Sixtus.*		*Flauius Vespasianus. Tempore*
139	*Sanctus Thelesphorus.*	*Tertia persequutio.*	*D.Cleti Pont.*
143	*S.Higinius.*		*Titus.*
147	*S.Pius.*		*Domitianus, tempore Clementis*
159	*S.Anicetus.*		*Rom.Pont.*
163	*S.Soter.*	*Quarta persequutio.*	*Nerua.*
177	*S.Eleutherius.*		*Traianus, tempore Anacleti Ro*
198	*S.Victor.*		*ma.Pont.*
208	*S.Zepherinus.*	*Quinta persequutio.*	*Adrianus, tempore Alexandri*
	S.Calixtus.		*Rom.Pont.*
217	*S.Vrbanus.*		*Antoninus Pius, tempore The-*
230	*S.Pontianus.*		*lesphori Pont.*
239	*S.Anterus.*		*Marcus Aurelius, tempore Sot.*
242	*S.Fabianus.*	*Sexta persequutio.*	*Roma. Pontif. moritur an-*
255	*S.Cornelius.*	*Septima persequutio.*	*no 182.*
258	*S.Lucius.*	*Concilium Cartaginense, cui D.*	*Commodus Antoninus, tempore*
261	*S.Stephanus.*	*Cypria.interfuit.*	*Victoris Rom.Ponti.moritur*
268	*S.Sixtus.*		*anno 194.*
270	*S.Dionysius.*		*Aelius Pertinax, tempore Vi-*
272	*S.Fælix.*	*Nona persequutio.*	*ctoris, qui moritur anno*
276	*S.Euthichianus.*	*Concilium Antyranum.*	*195.*
284	*S.Caius.*	*Decima persequutio leuissima.*	*Didius Iulianus, tempore Ca-*
295	*S.Marcellinus.*	*Concilium Neocæsariense: sub*	*lixti.*
304	*S.Marcellus.*	*Melchiade.*	*Septimus Seuerus, tempore Zefe*
309	*S.Eusebius.*	*Concilium Nicenum, & Roma-*	*rini moritur anno 213.*
314	*S.Melchiades.*	*num, Elibertinum, & Arela-*	*Antoninus Caracalla, tempore*
316	*S.Siluester.*	*tense, Gangiense, Arelatense*	*Zeferini moritur anno 219.*
338	*S.Marcus.*	*secundum, Cartaginense, om-*	*Opilius Macrinus, moritur an-*
	S.Iulius.	*nia sub Syluestro.*	*no 220.*
354	*S.Liberius.*	*Concilium Rom. sub Iulio, & Co*	
370	*S.Fælix Secundus.*	*loniense, Antiochenum, Sar-*	*Helius Galbus, tempore Calixti,*
371	*S.Damasus.*	*dicense, Hierosolymitanum,*	*moritur anno 224.*
389	*S.Siriccius.*	*ac Symiense omnia sub Iulio.*	*Alex.Seuerus, tempore Vrbani*
404	*S.Anastasius.*	*Laodicenum sub Liberio.*	*moritur anno 237.*
408	*S.Innocentius.*	*Constantinopolitanum sub Da-*	
424	*S.Zozimus.*	*maso, ac Valentinum sub eod.*	*Maximinus, sempore eiusdem,*
426	*S.Bonifacius.*	*Telense sub Siricio.*	*moritur anno 240.*

Phil

Imp.Const.	Doct.atque	Hæret.
	Philo Iudæus.	51 *Cleobius.*
	Iosephus Iudæus.	53 *Gorthæus.*
	50 *Ignatius.*	55 *Simon Magus, & Mastoteus.*
	60 *S.Hermas discip.D.Pauli.*	
	62 *S. Martialis Christi discipulus.*	56 *Alexander Aerarius. Hymeneus, & Philetus.*
	90 *S.Dionysius Areopagita.*	69 *Cherintus.*
	S.Abdias, Seneca.	80 *Ebion, & Menander.*
	112 *S.Aurelianus.*	124 *Basilidiani.*
	180 *S.Irenæus.*	125 *Essei.*
	190 *S.Tertullianus.*	128 *Appellitæ.*
	200 *S.Hyppolitus.*	129 *Borboriani.*
	220 *S.Iustinus.*	132 *Aquila.*
	S.Isippus.	144 *Cerdo.*
	225 *Athenagoras.*	150 *Bassus.*
	Clemens Alex.	159 *Caiani.*
	230 *Origenes.*	160 *Archontici.*
	S.Methodius.	163 *Bardesanes.*
	260 *S.Cyprianus.*	180 *Alogiani.*
	Tatianus.	
	261 *Ammonius Alex.*	181 *Artoritæ, & Cataphrygi.*
	Victor Capuanus.	
	300 *Arnobius Præsby.*	194 *Adamiani.*
	316 *S.Ant.Magg.Abb.*	199 *Angelici, & Apostolici.*
	330 *S.Athan.Alex.*	200 *Ammonius.*
	332 *Euseb.Pamph.*	207 *Arabici.*
	345 *Ioannes Climacus.*	
	350 *Euseb.Emissenus.*	214 *Beryllus, & Metangismonitæ.*
	S. Macharius Aegyptius.	
	Petrus Alexand.	221 *Theodotus, & Artemon.*
	360 *S.Hilarius Pict.*	222 *Aschepiadotei.*
	365 *S.Optatus Mileu.*	225 *Porphyrius Alex.*
	370 *S.Basilius Mag.*	228 *Tertulliani.*
	375 *Marius Victor.*	
	Gregorius Nyssenus.	230 *Originistæ.*
	S.Pacianus Barcil.	255 *Nouatiani.*
	378 *Greg. Nazianze.*	256 *Cathari.*
	Lactantius Firmianus.	259 *Agrippiani.*
	Theophylus Alexand.	
	Cyrillus Hierosol.	260 *Hermogiani, & Petro Passiani.*
	S.Dydimus.	
	Marcus Eremita.	273 *Manichæi, & Samosatenus.*
	Maximus Martyr.	
	S.Prudentius.	277 *Appollinaristæ.*
	S.Germanus.	273 *Adam Manicheus, & Buddas.*
	380 *S.Effrem Edess.*	
	390 *Palladius.*	279 *Apocaritæ, & Catharistæ.*
	Georgius Pachyme.	
	395 *S.Amb. Mediol.*	
	396 *S.Ioannes Dam.*	279 *Hyerarchitæ.*
	397 *Q. Iulius Hylarion.*	280 *Brachitæ.*

Ann.	Ro.Pon.	Concilia.	Rom.Imp.
428	S.Cæleſtinus.	Epheſinum Generale: ſub Cæle-	Maximus Pupienus, moritur
436	S.Sixtus Tertius.	ſtinus.200.patres.	anno 242.
444	S.Leo.	Regienſe: ſub eodem.	Balbinus.
465	S.Hilarius.		Gordianus, tempore Fabiani
471	S.Simplicius.	Toletanum Primum, ſub Leo-	moritur anno 247.
		ne.	Philippus tempore eiuſdem, mo
486	S.Fælix Tertius.	Arauſicanum ſub eodem.	ritur, anno 252.
494	S.Gelaſius.	Vaſenſe.	Decius tempore Cornelij mori-
498	S.Anaſtaſius.	Carpenctotarenſe.	tur anno 254.
499	S.Symmachus.	Arelantenſe Tertium.	Gallus, tempore eiuſdem mori
		Calcedonenſe Generale 630.pa-	tur.anno 256.
500	S.Horſmida.	tres interfuerunt.	Emilianus.
526	S.Ioannes.	Veneticum.	Valerianus, tempore Stephani.
529	S.Fælix Quartus.	Turonenſe.	Galienus, tempore Sixti Secun-
533	S.Bonifacius Secundus.	Tarraconenſe.	di moritur anno 271.
		Epauenſe. omnia iſta tempore	Claudius Secundus tempore Dio
535	S.Ioannes Secundus.	Leonis.	nyſij, moritur anno 273.
537	S.Agapetus.	Illerdenſe, ſub Symmaco.	Quintilius.
538	S.Siluerius.	Valentinum ſub eodem.	Aurelianus tempore eiuſdem,
557	S.Pelagius.	Aurelianenſe ſub Horſmida.	moritur anno 278.
562	S.Ioannes Tertius.	Gerundenſe.	Tacitus.
576	S.Benedictus.	Cæſarauguſtenſe.	Florianus moritur anno 279.
			Probus, tempore Fælicis, mori-
580	S.Pelagius Secundus.	Toletanum Secundum ſub eo-	tur anno 281.
591	S.Gregorius Magn.	dem.	Carus, & Carinus, & Numeria-
603	Sabinianus.	Conſtantinopolitanum Quintū	nus, & filij. morit̄ anno 285
605	S.Bonifacius Tertius.	Generale, ſub Agapeto, &	Diocletianus, tempore Caij Ro.
		Silerio.	Pont. moritur anno 307.
606	S.Bonifacius Quartus.		Conſtantius, & Galerius tempo-
613	Deus dedit.	Aurelianenſe Tertium ſub Vi-	re Marcelli, moritur an.312.
617	Bonifacius Quintus.	gilio.	Conſtantinus Magn. tempore D.
622	Honorius.	Auernenſe ſub eodem.	Sil. moritur anno 342.
		Aurelianenſe Quartum ſub Pe	Conſtantinus, ac Conſtans, tempo
634	Seuerinus.	lagio.	re Iulij moritur an.364.
635	Ioannes Quartus.		Iulianus Apoſtata, anno 366.
636	Theodorus.	Turonenſe.	moritur.
		Pariſienſe.	Iouinianus.
643	Martinus Tudert.	Aurelianenſe Quintum.	Valentinianus, & Valens fra
650	Eugenius Roma.	Hiſpalenſe.	tres tempore Damaſi, an 382.
653	Vitalian. Rom.	Toletanum Tertium.	Gratianus, tempore Siricij an-
667	Adeo datus Rom.	Matiſconenſe.	no 377.
		Matiſconenſe Secundum ſub eo	Theodoſius, moritur anno 397.
672	Bonus Rom.	dem Pelagio.	Archadius, & Honorius, tempo-
675	Agato Siclus.		re Innocentij, an.413.
676	Leo Siclus.	Hiſpalenſe ſub Honorio.	Theodoſius, tempore Leonis, mo-
679	Benedictus Rom.	Toletanum Quartum.	ritur anno 453.
680	Ioannes Quintus Antio-	Toletanum Quintum.	Valentinianus, & Martinia-
	che.	Tolentanum Sextum.	nus, moritur anno 459.
681	Conon Tacia.	Bracaranſe Primum ſub Hono	Leo Primus, tempore Leonis.
690	Sergius Antioch.	rio, & Bracarenſe Secundum	Leo Secundus, tempore Simplicij
691	Ioannes Græcus.	ſub eodem.	moritur anno 494.

S.Eſy-

Imp.Const.	Doctores.	Hæretici.
	400 *S.Esychius.*	*Abstinentes anno* 289.
	S.Epiphanius.	315 *Alex.Baucalis.*
	400 *S.Paulinus.*	315 *Arriani.*
	410 *Faustus Lyrineus.*	
	S.Hieronymus.	320 *Acchillas.*
		342 *Aeriani.*
	S.Amphilochius.	346 *Acesius.*
	Ruffinus.	
	Chromatius.	
	Philastrius.	357 *Acacius.*
		363 *Aetiani.*
	412 *S.Ioannes Chrisostomus.*	365 *Agnoetæ.*
	414 *S.Nectarius.*	
		368 *Adelphius.*
	420 *Atticus Constantinopo.*	
	Seuerus Sulpitius,	377 *Airani.*
		405 *Annianus.*
	421 *S.Maximus Taurin.*	405 *Cælestiani.*
	425 *S.Augustinus Hippon.*	
	426 *S. Pontius Paulinus Nolan.*	407 *Abelioni.*
		427 *Barbas.*
		430 *Ababilus.*
	428 *Sedulius Episcopus.*	443 *Euthychianus.*
	Iuuencus Præsbyter.	
	Victor.	
	434 *Cassianus.*	476 *Authymus, & Flauitas, Gainitæ cum Honorio. Rege Vandalorum.*
	Heliodorus Episcopus Tricensis.	
		493 *Anastasius.*
	Theodorus Celesyriensis.	494 *Acephali, & Angelitæ*
	435 *Mercurius Sozomenus.*	505 *Olipius.*
	437 *Cyrillus Alexandrinus.*	
	Phorius Græcus.	
	Ruffinus Aquiliensis.	513 *Theopaschitæ.*
		559 *Macharius Antioch.*
	Vincentius Lyrensis.	584 *Cænonitæ, & Contobadditæ, & Iacobitæ.*
	439 *Socrates Scholasticus.*	
	441 *S.Leo.*	
	S.Sophronius.	592 *Theodosiani.*
	450 *Theodoretus.*	599 *Tetraditæ.*
	Gregorius Alexand.	604 *Iulianus Hilicar.*
	Procopius Gazæus.	624 *Bayras.*
	Petrus Chrysogolus.	630 *Maometes.*
	452 *S.Vigilius Tridentinus.*	640 *Armeni, & Chazinzari.*
	455 *Prosper Aquitanicus.*	643 *Constans Imper.*
		694 *Aginenses.*
	480 *Fulgentius.*	
	490 *Euthymius.*	701 *Agonychitæ.*
	Sinesius Ptolomaidis Episcopus.	719 *Iconoclastæ.*
		796 *Albanenses, & Baiolenses.*

Ann.	Rom. Pon.	Concilia.	Imp. Rom.
693	*Ioannes Græcus.*	*Toletanum Septimum sub Martino.*	*Zeno huius Leonis Pater.*
695	*Sisinnius Syrus.*		*Anastasius, tempore Gelasii, moritur an. 519.*
695	*Constantinus Syrus.*	*Toletanum Octauum.*	
708	*Gregorius Secundus.*	*Toletanum Nonum.*	*Iustinus, tempore Horsmidæ, moritur anno 528.*
		Toletanum Decimum sub eodē Martino.	
729	*Gregorius Syrus.*		*Iustinianus, moritur anno 568.*
739	*Zacharias Græcus.*	*Gabilonense sub Eug.*	
750	*Stephanus.*	*Toletanum Vndecimum sub Vitaliano : & Bracarense Tertium.*	
756	*Paulus Romanus.*		*Iustinus Secundus tempore Ioannis, moritur an. 579.*
760	*Stephanus Tertius Siculus.*	*Constantinopolitanum Generale, sub Agatone.*	*Tiberius tempore Benedicti moritur, an. 585.*
764	*Adrianus Romanus.*	*Toletanum Duodecim.*	*Mauricius, tempore Gregorij Magni.*
798	*Leo Romanus.*	*Toletanum Tertiumdeci. sub eodem.*	
816	*Stephanus.*		
826	*Paschalis Romanus.*	*Nicenum Secundum, & Septimum Generale: sub Adriano, contra Iconomachos, de veneratione Imaginum.*	*Phochas, tempore Sabiniani, moritur 711.*
829	*Eugenius Romanus.*		*Heraclius, tempore Bonif. V. moritur 641.*
833	*Valentinus.*		
833	*Gregorius Tertius.*	*Turonense Tertium.*	*Constantinus Tertius.*
849	*Sergius.*	*Gabilonense Secundum Moguntiacum.*	*Heracleonas frater moritur an. 644.*
851	*Leo Quartus.*	*Vormaciense, sub Leone.*	*Constantinus Secundus tempore Martini moritur 668.*
854	*Ioannes Octauus.*	*Rhemense.*	
860	*Benedictus Tertius.*		
862	*Nicolaus Romanus.*	*Aquisgranense Primum, & Secundum.*	*Constantinus Quartus tempore Doni, moritur an. 686.*
871	*Adrianus.*		
877	*Ioannes Octauus.*		*Iustinianus Secundus tempore Sergij an. 712.*
883	*Martinus Secundus.*	*Parisiense.*	*Philippus, tempore Gregorij XI. moritur 714.*
888	*Adrianus Tertius Rom.*		*Anastasius moritur anno 717.*
			Theodosius Tertius moritur anno 717.
890	*Stephanus.*		
896	*Formosus.*		
998	*Bonifacius*	*Moguntiense.*	
899	*Stephanus.*		*Leo Tertius, tempore Zachariæ moritur 741.*
			Constantinus Quintus, tempore Pauli Primi anno 777.
900	*Romanus.*		
901	*Theodorus.*		
902	*Ioannes Nonus.*		*Leo Quartus.*
			Constantinus Sextus tẽpore Leonis Tertij cum Irene matre hæretica anno 783.
903	*Quartus Benedictus.*	*Vuormatiense.*	
905	*Leo Quintus.*		
906	*Christophorus.*		*Carolus Magnus, tempore Leonis, an. 814.*
907	*Sergius.*		
			Ludouicus Primus, tẽpore Gregorij Quarti moritur anno 840.
914	*Anastasius.*		
916	*Landus.*		
917	*Ioannes Decimus.*	*Constantinopolitanum Octauum Generale.*	*Lotharius, tempore Ioann. moritur anno 856.*
930	*Leo Sextus.*		

Imp.Const.	Doctores.	Hæretici.
	Nicephorus, & Stauracius.	490 *Paulus Diaconus Humilius Aphric. Isidorus.*
	Michael Curopelates.	
		500 *Victor Vticensis.* *Cassiodorus.* *Emaras.*
	Leo Armenius Quartus.	*S. Regimius.* *Michael Syngelus.* *Rabanus.*
	Michael Ballus.	
	Basilius Macedo.	530 *Leontius.* *Marcus Anachorita.* Theophilactus.
	Leo Quintus Phylosophus.	550 *Anastasius Syna.* *S. Methodius.*
	Alexander.	600 *Oecumenius.* *S. Antiochus.* *S. Isidorus Ispal.* *Proclus.*
	Constantinus.	*Rusticus.* Thimotæus. *Cerealis.*
	Romanus Nicephorus.	*Antoninus Episcopus.* *Constantiæ.* *Faustus.*
	Phocas Ioannes Zimisces.	*Ferandus Diac.* *Andreas Hierosoly. Cretensis Episcopus.*
	Basilius, & Constantinus.	*Euagrius Epiphanensis.* *S. Gregorius Turon. Qui omnes, apud aliquos fuerunt anno* 500.
	Romanus Argyropholus.	
	Michael Paphlago.	640 *S. Eligius.*
	Michael Calaphates.	700 *Venerabilis Bedæ. Paulus Diaconus.*

Ann.	Ro.Pon.	Concilia	Rom.Imp.
931	*Stephanus.*		*Ludouicus Secundus, tempore Ioann. Noni, moritur anno 876.*
933	*Ioannes Vndecimus.*		
938	*Leo Septimus.*		
941	*Stephanus.*		
944	*Martinus.*		*Carolus Secundus, eodem tempore, moritur anno 878.*
947	*Agapitus.*		
954	*Ioannes Duodecimus.*		*Ludouicus Tertius, tẽpore Martini Secundi, moritur anno 880.*
962	*Benedictus Quintus.*		
963	*Leo octauus.*		
965	*Ioannes Decimustertius.*		*Carolus Quartus, tẽpore Adriani Tertij, moritur anno 889.*
973	*Benedictus Sextus.*	*Salegumstadiense.*	*Arnulfus, tẽpore Formosi, moritur anno 901.*
975	*Donus Secundus.*		
976	*Bonifacius Septimus.*		*Ludouicus Quintus, tempore Sergij, moritur 912.*
983	*Ioannes Decimusquartus.*		*Conradus tempore Anastasii, moritur anno 920.*
984	*Ioannes Decimusquint⁹.*	*Romanum contra Berengarium, & Vercellense.*	
994	*Ioannes Decimussextus.*		*Henricus tempore Ioan. xij. moritur anno 937.*
995	*Gregorius Quintus.*	*Turonense, & Romanum contra eundem.*	
997	*Ioannes Decimusseptimus.*		*Otho tempore Ioann. xiiij. moritur anno 967.*
998	*Siluester Secundus.*		*Otho Secundus, tempore Benedicti Sexti, moritur anno 9[illegible]4.*
1001	*Ioãnes Decimusoctauus.*		*Otho Tertius tempore Ioannis xv. moritur 1002.*
1002	*Ioannes Decimusnonus.*		
1007	*Sergius Quartus.*		*Henricus Secundus tempore Sergij Quarti, moritur 1024.*
1010	*Benedictus Octauus.*		
1022	*Ioannes vigesimus.*		*Conradus Secundus, tempore Ioann. xxi. moritur 1040.*
1033	*Benedictus Nonus.*		*Henricus Tertius, tempore Damasi Secundi, moritur 1057.*
1045	*Siluester Tertius.*		*Henricus Quartus, tempore Paschalis, moritur 1106.*
1046	*Gregorius Sextus.*		
1048	*Clemens Secundus.*		
1049	*Damasus Secundus.*		*Henricus Quintus, tempore Honorij, moritur anno 1125.*
1050	*Leo Nonus.*		
1054	*Victor Secundus.*		*Lotharius tempore Innocentij Secundi, moritur anno 1138.*
1057	*Stephanus Nonus.*		
1058	*Benedictus Decimus.*		*Cunradus Tertius, tempore Lucij Secundi, moritur anno 1152.*
1059	*Nicolaus Secundus.*		
1062	*Alexander Secundus.*		
1074	*Gregorius Septimus.*		
1086	*Victor Tertius.*		*Federicus Primus, tempore Adriani Tertij, moritur anno 1189.*
1088	*Vrbanus Secundus.*		
1099	*Paschalis Secundus.*		
1118	*Gelasius Secundus.*		*Henricus Sextus, tempore Innocentij Tertij, moritur anno 1198.*
1119	*Calixtus Secundus.*		
1125	*Honorius Secundus.*		
1130	*Innocentius Secundus.*		*Philippus Secundus, tempore eodem moritur anno 1208.*
1143	*Cælestinus Secundus.*		

Imp. Const.	Doctores.	Hæretici.
Constantinus Monomachus.	800 *Agnellus Archiepiscopus Rauenn.*	
	Laurentius Nouariensis.	
Theodora.	*Manuel Patriarcha Constantinopol.*	
	Nicephorus Confessor.	
Michael Senior.	*Nicephorus Cartophilax.*	
Stratiotias.		
	Cosmas Hierosolymitanus.	
	Marcus Ydruut.	
Isaacius Connenus.	*Scholarius.*	
	Theophanes.	
Constantinus Ducas, Eudocia cum filijs.	*Alcuinus.*	
Romanus Diogenes.	*Rotaldus Episcopus.*	
	Ionas Aurelian.	
	Haymo Alberstatten.	
Michael Tarapinaceus.		1048 *Berengarius.*
	Remigius Antisiodorensis.	1117 *Marsilius Pad. & Durandus Vualdensis.*
Nicephorus Boniates.	1000 *Petrus Damianus.*	
	Lanfrancus.	
	Guitmundus.	
Alexius Comnenus.	*Algerus.*	
	S. Anselmus.	1124 *Petrus de Bruis.*
	Nicephorus Calixtus.	1128 *Henricus.*
	Druthmarus Monacus.	1147 *Gilbertus Porrectanus.*
		1160 *Sabbatati.*
Ioannes Comnenus.		
	Petrus Cluniacensis.	
	S. Iuo Carnotensis.	
Manuel Comnenus Iunior.	*Rabanus Maurus Episcopus.*	
	Photius.	
	1100 *Zonaras.*	
Andronicus Comnenus.	*Rupertus Tuitiensis.*	
	Gulielmus Abbas.	
Isaacius Angelus.		
	S. Bernardus.	1179 *Bogomiles.*
Alexius frater eius.	*Gratianus.*	
Alexius Iunior Isaacij filius.	*Petrus Lombardus.*	
	Euthymius.	
Alexius Ducas Marzuffus.	*Nicetas.*	
	S. Hildebertus.	
Balduinus Flandrensis.		1140 *Arnaldistæ.*
	1118 *Constantinus Harmenopolus.*	
Henricus frater eius.		1144 *Lu-*

Ann.	Rom.Pon.	Concilia.	Rom.Imp.
1144	*Lucius Secundus.*		*Otho Quartus, tempore eiusdē, moritur anno* 1113.
1145	*Eugenius Tertius.*		
1154	*Anastasius Quartus.*		
1155	*Adrianus Quartus.*		*Federicus Secundus, tempore Honorij Tertij, moritur anno* 1250.
1160	*Alexander Tertius.*	*Lateranense.*	
1182	*Lucius Tertius.*		
1186	*Vrbanus Tertius.*		*Cunradus, & Guiliel. moriūtur anno* 1254.
1187	*Gregorius Octauus.*		
1188	*Clemens Tertius.*		*Alphonsus, tempore Vrbani Quarti, moritur* 1273.
1191	*Cælestinus Tertius.*		
1198	*Innocentius Tertius.*		*Rodulphus, tempore Adriani Quinti, moritur* 1290.
1216	*Honorius Tertius.*		
1226	*Gregorius Nonus.*	*Lateranense Magnum, in quo fuere Episcopi* 470. *& patres in vniuersum.*	*Adulphus, tempore Bonifacij viij. moritur* 1298.
1241	*Cælestinus Quartus.*		
1243	*Innocentius Quartus.*	1285 *Recentiores Græci non recipiunt.*	*Albertus, tempore Clementis Quinti, moritur* 1305.
1256	*Alexander Quartus.*		
1263	*Vrbanus Quartus.*		*Henricus vij. tempore Clementis, moritur* 1313.
1266	*Clemens Quartus.*		
1272	*Gregorius Decimus.*		*Ludouicus, & Fridericus tempore Clementis Septimi, moriuntur* 1347.
1275	*Innocentius Quintus.*	*Lugdunense sub Gregorio Nono.*	
1276	*Adrianus Quintus.*		*Carolus Quartus, tempore Vrbani Quinti, moritur anno* 1378.
1277	*Ioannes xxi.*		
1279	*Nicolaus Tertius.*		
1282	*Martinus Quintus.*		*Vinceslaus tempore Bonifacij ix. moritur anno* 1389.
1286	*Honorius Quartus.*		
1288	*Nicolaus Quartus.*		
1294	*Cælestinus Quintus.*		*Rupertus tempore Ioann. xxiij. moritur* 1410.
1295	*Bonifacius Octauus.*		
1304	*Benedictus Vndecimus.*		*Sigismundus tempore Eugenij Quarti, moritur anno* 1437.
1304	*Clemens Quintus.*		
1317	*Ioannes xxij.*	*Viennense sub Clemente Quinto.*	*Albertus Secundus, tempore eiusdem, moritur anno* 1439.
1335	*Benedictus xij.*		
1342	*Clemens Sextus.*		*Fridericus Tertius, tempore Alexand. Sexti, moritur anno* 1493.
1363	*Innocentius Sextus.*		
1371	*Gregorius Vndecimus.*		
1391	*Bonifacius Nonus.*		*Maximilianus tempore Leonis Decimi, moritur anno* 1519.
1405	*Innocentius Septimus.*		

Petrus

Imp. Const.	Doctores.	Hæretici.
Petrus Antisiodorensis.		
Robertus.		
		1160 *Pauperes de Lugduno.*
Balduinus Secundus.		*Valdenses.*
Michael Paleologus, ex Viterbiensi ciuitate Tusciæ oriundus.	1170 *Theorianus.*	
		1195 *Ioachinus Abbas.* + falso
Andronicus Paleologus Iunior, cum Michaele filio.	1200 *Claruit Gloriosissimus Pater Dominicus, & Franciscus.*	
		1204 *Almaricus: & Dauid.*
		1216 *Albigenses.*
		1217 *Monoritæ.*
Andronicus Iunior Paleologus, cum Ioanne Cantazeno.	*Albertus Magnus.*	
	D. Thomas Aquin.	1250 *Desiderius Long. & Guliel. de Sancto amore.*
	D. Bonauentura.	
	Alex. Alensis.	1260 *Raymundus Lull.* + falsa
	Ioannes Scotus.	1272 *Publicani.*
Manuel Paleologus.	*Vgo Card. Dominicanus.*	1304 *Fraticelli.*
	Nicolaus de Lyra.	1309 *Dulcinus.*
	D. Catherina Senensis.	1314 *Bononatus, & Begardi, ac Iacobus Lustus.*
	D. Vincentius Dominicanus.	
	D. Antoninus Dominicanus.	
Ioannes Paleologus.	1430 *Gennadius.*	1360 *Armacanus.*
		1352 *Vuicleff.*
	Thomas Vuald.	1363 *Bartol. Ianuens.*
Constantinus Paleologus vltimus Christianorum Imperator Græcorum.	*Bessarion Cardinalis.*	
		1372 *Turilupini.*
	1480 *Hieronymus Sauonarola Dominicanus.*	1377 *Hus, cum suis.*
		1388 *Iu[illegible]na.*
	1500 *Thomas Caietanus Card. Dominicanus.*	1411 *Barbara.*
		1412 *Ioann Zischa.*
	Amb. Catharinus.	1418 *[illegible]edricus.*
	Iauellus Canapit.	1424 *Nicolaus.*
	Francis. Ferrarien.	1430 *Ioan Rocch.*
	Dominicus Soto.	1499 *Hermannus.*
	Roffensis.	1517 *Alascus, & Lut[illegible]erus Er[illegible]is.*
	Ioann. Ecchius.	
	Albertus [illegible]igius.	1524 *Carolastadius.*

Ann. Rom.Pon.	Concilia.	Imp.Rom.
1407 *Gregorius Decimus.*		*Carolus Quintus tempore Clementis Septimi, moritur.*
1410 *Alexander Quintus.*		
1411 *Ioannes XXIII.*		
1418 *Martinus Quintus.*	*Constantiense tempore Schismatis. 1415.*	
1431 *Eugenius Quartus.*		
1447 *Nicolaus Quintus.*	*Basiliense 1431.*	
1455 *Calixtus Tertius.*	*Florentinum 1438. sub Eugenio Quarto facta est vnio Ecclesiarum.*	
1459 *Pius Secundus.*		
1465 *Paulus Secundus.*		
1471 *Sixtus Quartus.*		*Ferdinandus Primus, tempore Pij Quarti, moritur.*
1488 *Innocentius Octauus.*		
1492 *Alex. Sextus.*		
1502 *Pius Tertius.*		
1503 *Iulius Secundus.*	*Conciliabolum Pisanum aliquorum Cardinalium 1511.*	
1513 *Leo Decimus.*		
1522 *Adrianus Sextus.*		
1524 *Clemens Septimus.*		
1535 *Paulus Tertius.*	*Lateranense 1512. sub Leone.*	
1550 *Iulius Tertius.*	*Tridentinum sub Paulo Tertio inchohatum 1545. Deindè Bononiæ translatum anno 48. & à Iulio Tertio Tridenti reuocatum, anno 1551. ac à Pio Quarto absolutum, anno 1563.*	*Massimilianus Secundus tempore Pij V.*
1555 *Marcellus Secundus.*		
1555 *Paulus Quartus.*		
1559 *Pius Quartus.*		
1566 *Pius Quintus.*		
1572 *Gregorius Décimustertius.*		
1585 *Sixtus Quintus.*		*Rodulphus Secundus, tempore Gregorij Tertijdecimi adhuc viuit.*

Imp.Const.	Doctores.	Hæretici.
		1524 *Antelutherani.*
		1525 *Anabatistæ.*
		1534 *Caluinus, & Dauidici.*
		Baltasar Pacinus.
		Ioan.de Lein.
		Bucerus.
		1540 *Zuinglius.*
		1550 *Bezanitæ.*
		1552 *Osiander.*
		1556 *Ioannes Spagebet.*
		1561 *Lucas Sta nber.*
		1564 *Deistæ.*
		1566 *Ludouicus Alem.*
		1571 *Henricus Bell.*

IDOLORVM OMNIVM AB ORBE CONDITO COMPENDIOSA HISTORIA.

Ex D. August. Fulgo. & Lactan.

A



BAS Rex duodecimus Argiuorum, Pater Proeti Acrisij, & Auus Persei. Qui omnes ab ipo appellantur Abantiadæ. Hunc ut Deum, non nulli colere consueuerunt.

Absyrtus filius Oetæ Regis Colchorum, alio nomine Aegilaleus, quem supra humanũ institutum venerati sunt multi.

Acaron Deus muscarum, de quo scribit Grego. Nazian. oratione p. in Iulianum, hunc Plin. vocat Achorem, & à Cyrenaicis cultum. lib. 8. cap. 28. Hoc nomine ciuitas quædam Palestinæ nuncupatur.

Adad est nomen Dei apud Assirios, quod interprætatur vnus, quem solem esse scribit Macrobius.

Adeona, & Abeona Deæ cultæ fuerunt ab antiquis, quæ adeundi, ac recedendi facultatem dabant, de quibus D. Augus. 4. & 7. de Ciuit. Dei.

Adonis, o producta, filius Cynaræ Regis ex Myrrha filia sua formosissimus omnium fuit, ac amatus à Venere. Templũ habuit in Biblo Vrbe Pheniciæ, ubi Pater regnauerat. Huius sacra scriptura meminit, & D. Hiero. & omnes.

Adonis etiam dicitur fluuius propè Biblum Vrbem.

Adarastus Rex Argiuorum, qui Thebanis bellum mouit, & aliqui inter Diuos retulerunt.

Adramus colebatur apud Siclos omnes.

Aeacus Iouis filius ex Aegina, qui regnauit in Insula Enopia, hic dicitur Iudex inferorum.

Aegeon fuit Gigas Titani filius, & terrę, qui Briareus dicitur ob eius fortitudinem, adorarunt non nulli, & Ioui rebellanit.

Aegeria fuit nympha nemoris Aricini, & vxor Numæ Regis, quo mortuo uersa est in fontem, ut fabulatur Ouid. Hanc mulieres coluerunt, quoniam arbitrabantur eã ferre opẽ partu ferũdo, ut Fœstus testatur.

Aeolus Deus ventorum dictus ab antiquis, vt Ouid. Virg. & Diodorus scribunt.

Aesculapius, Appollinis, & Coronydis nymphæ filius, medicinæ Deus iudicatus. Item à scribunt, quod à Deo meruit fulminari. De hoc scribit Tarquitius incertis parentibus natum, expositum & à venatoribus inuentum canino lacte nutritum. Tullius ait Cynosuris vrbe Arcadiæ fuisse sepultũ. Colebatur primo Epidauri, vnde Epidaurius nuncupatur. Et colebatur sub specie serpentis. Nam Romanis in Epidaurum proficiscentibus tempore pestis, ut Aesculapium Romam portarent, serpens grandis nauem est ingressus, quem illi Deum Aesculapium esse rati secum duxerunt. Ea uerò de causa dicunt à Ioue fulmine occisum, eo quod Hippolitum arte medica reduxisset adu itam. Lactentius lib. 1. de Fal Relig. cap. 14.

Aeton, vnus equorum solis.

Agothocles Tyrannus Siciliæ, multa bella cũ Cartaginensibus gessit, admodum celebris.

Agenor Rex Phænicum filius Beli, & pater Cadmi, hinc gloriosus habitus est.

Agenoriam Deam vocauerunt antiqui, quæ ad agendum excitaret, ab agendo dicta, inquit D. Aug.

Aguar dicitur Rex cęlorum, quem colunt populi Culiazan. Vol. 3. Nauig. pag. 329.

Aius Locutius Deus habitus à Romanis vt Tit. Liu. & Cicero.

Alabundus Deus, quem coluerunt Alabãdii.

Albunea Dea, in montis altissimis Tiburtinis colebatur, ab ipsa aqua sic nuncupata.

Alcibiades vir Athenienfis pulcherrimus, nobilissimus & fortissimus, ac eloquentissimus, licèt tamen omnibus vitiis fuerit plenus, celebris tamen fuit, vt nescirent virtute, an vitio fuerit insignior.

Alecto est vna trium furiarũ Infernalium, & dici

dicitur filia Acherontis, & noctis, & furoris Deam existimabant.

Amanus & Anandatus Dei diiudicati fuere à Persis.

Amicitia Dea habita ab antiquis, quam sic pingebāt, forma iuuenem, quia nulla temporis uetustate corrumpitur, nudam capite, quia omnia patere debent amico, nec unquàm eum erubescere, rudi tunica indutam, quia omnem inopiam pro amico sufferre debet. Vitam, ac mortem in uestimento portabat, quia in morte, acuita diligit amicus, in fronte eius erat estas, & Hyems, quia in aduersis ac prosperis succurrit amicus, latus eius erat apertum usque ad Cor, quia amico nihil debet esse occultum. Brachio inclinato digito Cor ostēdebat, quia opera cordi respondere debēt. Scriptum erat longè, & propè, quia locorum distantia non deletur.

Ammon dicitur Iuppiter, in specie arietis, sicut colebatur in Lybia.

Amphiarus Argiuus vates, Deus diiudicatus post mortem, qui & oracula reddebat per somnium. Apud Oropios habuit templū constructum ex marmore candido.

Amphilocus in Oropo Atticæ vates, pro Deo cultus.

Amphion filius Iouis ex Antiope, Rex Tebarum, & inuentor Musices, Thebanæ vrbis conditor, & ab eis colebatur.

Amphitrita filia Neræi & vxor Neptuni, summo honore habita.

Anaitis venus, vel Diana apud Persas colebatur.

Anchises Troianus nobilis filius Capyos, filii Asfarici fratris Ili Regis Troiani, qui Anchises ex Venere genuit Aeneam.

Anculi, & Anculæ Dei, Deęque ancillarum diiudicabantur.

Angerona, & tacita Dea silentij.

Animales geniti Dei, vitæ productores, quibus perennes aquæ, & fluuij sacrati dicuntur.

Anna perenna Dea fuit à Romanis culta, primo mēse, ut annare, & perannare possent.

Anteus Gigas in Lybia. De quo scribit Fulgentius.

Antinoous ex Bittinia iuuenis formosissimus ab Adriano Cęsare amatus, & Deus factus & oraculum ei constitutum, & vrbs eius nomine condita. scribunt de ea D. Athan. Orig. & Hiero.

Anthitei, mali Dei, qui & homines decipere contendunt.

Appollo filius Iouis, & Latonæ, alio nomine Phebus, habitus Deus sapientiæ, & Carminum, hinc Citharam gestantem depingūt, ut D. Fulgē. scribit, & antea Lactan. ubi supra.

Appiades Deę habebant templa apud aquā propè forum Cæsaris.

Aphrodite est venus, sic dicta, ab Aphoros, quod est spuma, nam de spuma maris nata dicitur.

Aquæ elementum adorant Indi occidentales, vt habetur Volum. 3. Nauig. Columb. pag. 362.

Arcas filius Iouis, & Castonis, fabulantur ante Solem & Lunam fuisse ex arboribus natos.

Argus filius Aristoris, qui centum oculos habere dicitur, quem Mercurius à Ioue missus dulcedine cantus sopitum occidit, de quo plura Lact. & D. Fug. scribunt.

Ars & paupertas à Gadareis colebatur, quia paupertas ad artes excitabat homines.

Astarte Dea Sidoniorum, vel Syriorum Venus à multis existimata.

Astrea filia Astrei Gigantis, & Auroræ, quæ ob æquitatem suam Iustitia dicta est & inter Diuos ascripta.

Aten Deam nostra Religionis, non nulli interpretantur.

Atergatis Dea à Syris culta.

Atropos dicitur vna Parcarum, nam tres feruntur Deæ fatales; Clotho, Lathesis, & Atropos. Fulg.

Atezcatlipuca Deus prouidētiæ apud Indos vocatur, vt legitur. 3. p. hist. Ind. 4. ca. 223.

Aurora ab aura vocatur Dea, hāc solem præuenire docebant hinc Deam arbitrabant.

Auerruncus Deus, quem mala auertere dicebant.

Aues adorantur ab Indis. Volum. 3. Nauig. pag. 354.

Auxesia & Damia Deę fuerunt, quas speciali ritu uenerabantur Epidauri.

B.

Bacchus filius Iouis, ex Semele, qui Indiam bello uicit, & usum uini tradidisse fertur, vnde Deus vini vocatur, & sub diuersis cognominibus fuit cultus. D. Fulg.

Baccha vel Bacchis mulier Bacchi sacerdos, vel ebriosa.

Bellona

Bellona Dea belli, sororque Martis. Lactant.
Belus primus Rex Assiriorum, filius Nembroth, qui Babylonem cōdidit, & eum colebant. Lāctan.
Beneucium, & pœna duo numina Deorum.
Bessas, siue Besas Deus, qui oracula olim referebat.
Bonus Deus templum habuit apud Græcos.
Benus euentus colebatur, hunc dipingebāt dextera pateram, sinistram verò spicam tenentem.
Branchus filius Apollinis, & vates peritissimus.
Briareus fuit gigas alio nomine Aegeom, dicitur habuisse capita 50 & manus centum.
Brizo Dea apud Græcos existimata, hāc somniorum vaticinijs præesse dicebant.
Bubona Dea dicta à Bobus, vt scilicet boues fortunaret.

C

CAbrus Dea Phaselitarum in Pamphilia, cui pisciculos Sale conditos sacrificabant.
Cabri Dei habiti, vel ministri Dearum.
Cacam Deam colebant Romani, quoniam Herculi fecit iudicium de furto bouū ut dicit Lactant.
Caducifer est Mercurius, quasi ferens caduceum, idest virgam pacis.
Cadmus filius Agenoris Regis Phęnicum.
Calumniæ, & Impudentiæ aras consecrasse Athenienses legitur.
Calumniā uerò sic pinxit Apelles. Vt in dextera sedeat vir permagnas habens aures, manus longe protend.t ille accedenti calūniæ, & circa ipsum duę sunt mulieres Ignorantia & suspicio. Ex aduerso calūnia mulier ornata, & pulchra sed aspectu ardens, & iram, & rabiem concitat, leua facem ac censam pręferens, dextera adolescentem quemdam per capillos trahere uidetur, qui manus ad cœlos leuabat, superosque obtestabatur. Procedebat vir pallidus, impurus, acutè intuens, his propemodum similis, qui longiori morbo sunt confecti, & sunt inuidia & liuor. Duæ erant aliæ mulieres calumniam dirigentes & adornantes, altera quidē insidia altera deceptio, à tergo sequebatur pœnitentia sordidis vestib. induta, retrò caput inflectens, flens, ac lugens pudore venientem ueritatem excipere videbatur.
Canòpus Deus cultus ab Aegyptis.
Camases Deus, apud Indos Occidentales, in Mexico Regno. 3. p. hist. Ind pag. 98.
Carmelus mons, & Deus.
Carna Dea ab antiquis Romanis culta fuit quam uitalibus humanis præesse dicebāt
Castor, & Pollux gemini fratres, filii Iouis & Ledæ, qui mare tueri solebant, à Piratis. Castor dicitur fuisse mortalis. Pollux verò immortalis. Hinc duo sydera, quorum vnum in Occidente, alterum est in Oriente dicuntur Castor, & Pollux. D. Fulgo. & Lactant.
Catius Deus antiquorum, qui Catos, idest acutes homines faceret.
Ceres filia Saturni, quæ ex Ioue Prosepinam genuit, dicitur inuentrix frugum. Fulgo. & Lactant. Hæc nunc męsta cum lampade, seu face describitur, non nunquàm matrenali habitu, & in manibus papauerum gestans.
Charon dicitur portitor apud inferos, qui animas defunctorum per strygem, & Acherontem vehere dicitur à Poetis.
Cimi sunt Dei culti ab Indis Occidentalib. in formam humanæ figuræ. Fer. Columb. cap. 61.
Clementiæ numen venerabantur Romani.
Clemedes Athleta ab Astypaleis cultus.
Clocinam Deam T, Tatius Rex consecrauit cuius simulachrum teste Lact. repertum est in Cloaca.
Clotho, Parca, quia nemini parcit, & adorata ab antiquis, de qua supra. Atropos.
Collina Dea, cui colles attribuebant, & ualles, inquit D. Aug.
Communes Dei dicuntur, ut Mars, Bellona & Victoria, quoniam in bello vtrique parti subuenire possunt, & ab omnibus venerabantur. Alii dicunt communes Solem & Lunam, quia apud omnes sunt.
Concordia dicta fuit Dea à Romanis, & aliis: cui diuersa templa erexerunt. Hanc sic effingebant, dextera craterem tenētem, & leua nunc cornu copiæ, nunc sceptrum ex quo fructus exire videntur, sed & imaginibus duabus dexteram dexteræ iungentibus bene coloratam, gratiosam vndique per omnia sibi quadrantem, Deorumque diligentia ac benignitate in terram delapsam.

Conisalus Deus erat apud Athenienses.

Comus Deus fuit conuiuiorum, & commessationum.

Coronis Dea in Sycionia culta.

Crephagenetus Deus Thebeorum in Aegyto, qui immortalis colebatur.

Culices adorantur ab Indis, quia arbitrãtur per hoc ab eis nocte non vexari. 3. p. histo. Ind. cap. 223.

Cumina Dea, infantes tueri in Cunis dixerunt. Lact.

Cupidinem Deum voluerunt fermè populi vniuersi. Puerum pingunt mutabilem, tristem, quiescentem, volantem & ridẽtem, nudum, pennatum, facem habentem, gladium dextera tenentem, vel sagittam, sinistra verò pharetram, & quàm plurimas sagittas & aliis molis.

Cytherea venus dicitur, sic nuncupata à Cythereis, ab vrbe, & insula sibi sacrata.

D

DAmia, & Auxesia, Deę summa Religione ab Epidauris cultæ, vt scribit Herodotus.

Dędalus Atheniensis faber ingeniosus, qui lignariam fabricã dicitur inuenisse, vt Serram, & Asciam, & Terrebrum, & primus vela nauium inuenit, quibus peruenit in Siciliam, & Italiam, & summa ueneratione habebatur.

Dęmones, pro Dijs supremis cęlestibus, & aereis habiti sunt.

Derceto Dea Syrorum.

Deucalionem Promothei filius Regẽ Thessaliæ, cuius temporibus fuit in Græcia grãde diluuium, maximi fecerunt antiqui.

Deuerra Dea à Scopis deuerrendo, quia fruges non coaceruantur sine Scopis. D. Aug.

Diabolus adoratur in Regno Calicut, in India Occidentali, vt legitur p. Vol. Nauig. pag. 106. cap. 11.

Diana ab antiquis Dea dicebatur, ac aliis nominibus dicta. Hanc venationum Deam effingebant, alii quiescentem. Dicitur etiam Dyctinna à retibus venatoriis, quæ inuenit.

Dido filia Beli Regis Tyri, & vxor Sichei Põtificis.

Dindimene dicitur Cybile mater Deorum, quia Dyndimo monte Phrygiæ colebatur.

Dione mater Veneris, pro Venere ponitur.

Discordia Dea à gentibus nuncupata, hanc sic pingebant, supino capite, labijs liuentibus, oculis strabis, putridis, tumefactis, lachrymis fluentibus, manibus incontinentibus mollibus, gladium intus ad pectus ferẽtem, tenuibus, & obliquis innixa erroribus, & pedibus eam ceù rete, caligo, tenebræ circunuoluunt.

Diuipotes Dei & sunt cœlum, & terra, anima & corpus, humidum & frigidum.

Domiducus Deus colebatur, cum sponsa domum mariti ducenda erat. D. Aug.

Domitius Deus, quando erat in domo mariti ducta, colebatur.

Dithyrambus est nomen Bacchi.

Drimacus Dux fugitiuorum, à Chiis uelut Deus colebatur.

Dryades nymphæ siluarum, vel arborũ, quæ & Humadryades vocãtur. Nam Drys grecè quercum dicitur.

E

ECHion fuit vnus è sociis Cadmi primi Regis Thebarum, & pater Pãthei regis.

Edusa Dea præesse eduliis infantum dicebatur, quam Cędulicam vocat D. Aug.

Elchot reputant Deum Indi. Vol. p. Nauig. pag. 40.

Enenthius Deus, vel Dęmon fuit Phenicum.

Epies maximus Deorum diiudicatus ab Aegyptiis, huic attribuebãt accipitris caput, & alia superstitionis, ac vanitatis signa.

Erechtheus Rex ab Atheniẽsibus colebatur.

Æternitatem Deum venerabantur antiqui, cuius imaginem tempus dixerunt.

AEuiterni Dei dicti, quia ęuo sempiterno viuunt, vel quia in sublimi aeris parte erant locati.

F

FAbulinus Deus vocatur.

Falacer Diuus pater.

Fama Dea ab antiquis nuncupata, cui & templa construxerunt.

Fauni dicuntur à Poetis, agrestes Dii, uel animalia monstruosa.

Fębruus Deus Pluto ab antiquis dictus, à purgationibus funerum.

Fębri Deas esse contendebant, quibus aras erexerunt Romani.

Fęrentina Dea ab oppido latii sic vocabatur.

Fęronia Dea culta multis in locis Italiæ, & Terracinæ.

Fasso-

Fessonia Dea colebatur, vt fesso iuuaret, inquit D.Aug.

Fidem Deam nuncuparunt Romani. Hanc dicebant duabus iunctis manibus, interdũ imagunculis duabus dexteram dextræ iũgentibus, & albo panno inuoluebatur, & manu uelata sacrificabatur, quo ostenderent fidem esse secretam.

Flora Dea dicebatur, florentibus frumentis proposita.

Fœlicitas Dea dicta, quia fęlices facit quam sic effigurant. In eminenti loco, & arcis uestibulo, in solio sedentem, liberali ornatu comptã, nec accuratè, & florentissimo sceptro coronatam. D.Aug.

Forculus, uel Forulus, & Cardea, & Limentinus. Tres isti Deos uocarunt, quos Ianuis, & hostijs pręesse docuerunt. D.Aug.

Fornax Dea existimata, quoniam ante triticum, & eius usum tarra fornacibus terebatur. Lact.

Fortunam Deam fermè gentes omnes coluerunt. Hanc sic dipingebant. Mulierem Iuuenem, inter maris vndas uellificantem, uel in saxi uertice, montisque cacumine vẽtis omnibus expositam: & ab alijs rotæ insistentem. Alii figurarunt duplici facie, vna erat nigra, altera uerò alba. Alii fronte capillatam, occipitio caluam, alatam pedibus, pileque insistẽtem, manu nouaculam tenentem.

Frigha Deus Gothorũ, author paucis, & uoluptatis amator.

Fulgora Dea, de qua plura apud Senecam & D.Aug. de Ciuit. Dei. 6. lib.

Froces Deus, apud Gothos colebatur.

Furiæ dicuntur tres filiæ Acherontis, & noctis, de quibus supra. Atropos.

G

Ganimedes filius Trois Regis Troiæ, ob suam pulchritudinem raptus ab Aquila, & Iouis Pincerna constitutus, quò apud multos colitur.

Genius dicebatũ à Priscis Deus naturæ, quod omnium rerum gerẽdarum vim haberet: Vndecuique rei genitæ dicebatur suus genius.

Item aliqui assignant duos genios bonum, & malum, sicut nostri duos Angelos. D.Augu. lib. 7.

Glaucus Deus marinus.

Guamaonocon Deus adoratur ab Indis. Vol. 3. nauig. pag. 42.

Gratiæ Deæ apud Græcos.

Gradiuus, idest Mars Deus belli.

Gryllus filius Xenophontis, qui pro patria fortiter pugnans, occubuit, hinc celebris est.

H

Hadingus Deus apud Gothos factor belli dictus.

Harpocrates Deus silentii apud Ægyptios, qui digito os obsignare videbatur, cuius imago sic erat. Puer imberbis nudus, qui indice digito suæ dexteræ obsignabat, sinistra verò deorsum extenta sustinebat cornucopiæ, sursum ad aurem pertingens frugibus refertum inter quas eminebat nux pinea. Dei verò caput mitra Ægyptiaca redimi videbatur, quæ aliquantulum in altum erecta, desinebat in duas quasi volucres.

Hebe pubertatis, & adolescentiæ Dea.

Heliogabalus Deus peregrinus, in primis Phænicum, & Romæ templum eius construitur.

Herculem inter Deos ab antiquis connumeratum, diuersis cognominib. uenerabatur.

Herbæ adorantur ab Indis. volu. 3. Nauig. pag. 354.

Hærem Marteam antiqui accepta hæreditate colebant, quæ à nomine appellabatur hæredum.

Hipponam Deam equorum, & stabuli, antiqui venerari solebant. Fulg.

Honor dictus fuit ab antiquis, & pingebant purpurea ueste indutum, & laurea coronatum.

Horchilaus Deus principalis Ciuitatis Messici Indiæ Orientalis. 3. p. nauig. pag. 307.

Horta Dea ab hortando, & incitando dicta.

Hostilina Dea colebatur, cum segetes nouis aristis ęquantur. D.Aug.

Hymeneus nuptiarum Deus à Gręcis dictus, et à Romanis Thalassus. Pingebatur coronatus floribus, & amaraco, dextera facem tenens, sinistra flammeum, in pedibus croceos soccos habens.

I

Iacchus nomen Bacchi, de quo supra.

Ianus vetus Rex Latinorum, ab antiquis

 biceps,

biceps, & quadriceps effingebatur ob prudentiam, hunc Saturnum accepit socium Regni.

Ignis ab Indis Orientalibus adoratur. lib. 1. Hist. c. 14. in fi.

Indigetes Dei vocati, quia nullius egeant.

Intercido Deus ab intercidẽdo securi. D. Augusti.

Inuidia Dea, hunc Græci masculã effingunt, effigie hominis praui habitus, & ex morbo nondum planè conualescentis. Latini verò sub feminea figura figurant.

Iocahuna Deus adoratur ab Indis. vol. 3. Nauig. pag. 41.

Iris Dea, & nuncia Deorum ab antiquis habita. Eam pingebant habitu muliebri versicolore veste, in obsequium expedita.

Isis Dea antiquis omnibus celeberrima.

Ismael Rex Persarum adoratur ab Indis. 2. vol. Nauig. c. 22. pag. 91.

Iugatinus Deus colebatur. D. Aug. cũ mas, & fœmina copulabantur.

Iuno Iouis cõiux, quia vnà cum Ioue iuuat. Eam sic pingebant, mulierem honesta forma habentem in capite candidum diadema, & sceptrum manu gestantem.

Iuppiter Deus. Tres dicunt fuisse Ioues duos in Archadia, & tertium Cretæ natum. Hunc effingebant sedentem, vt immutabilitatem explicarent. Nuda superiora habere videbatur, quoniam notum esse intelligentiis docebant, inferiores partes erant velatæ, quia à nobis cognosci non poterat, leua sceptrũ gestabat, quia in sinistra parte cor pendet. Dextera tenet, uel aquila, quia & ea omnibus animalibus præest aereis: vel tenet victoriam. Alii diuersimodè pingebant.

Iustia Dea, quam Astream uocant Græci: sic describitur. Forma, atque filio virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilem, neque atrocem, sed reuerendam dignitatem exprimens.

Alii verò aliter, Nostri verò pictores examine laneis, vel stateræ, nunc & securium, ac virgarum fasce, vel his similibus.

Iuturna nympha Latina soror Turni à Ioue uitiata Dea dicta ab adiuuando.

Ixion Rex Thessaliæ, cum gloriaretur se cũ Ioue coiisse, rursus ad inferos dicitur, & alligatus rotæ versatili, & plenæ serpentib.

L

LActucinam Deam colebant, quæ latecescentibus frumentis, ac segetibus præesset.

Lara Dea colebatur à Romanis. Lact. li. 1. de fal. Reli. c. 20.

Lares Dei domestici ab antiquis venerati, dicti tectorum domorumque custodes.

Lateranus Deus dicebatur, quòd ex lateritiis crudis, aut alia materia Deos fabricaret.

Lauerna Dea furum, ob id, Lauerniones dicuntur.

Leuana Dea, quæ natos de terra leuat infantes. D. Aug.

Libentia Dea à libidine nominata, quę & venus nuncupatur.

Liberta Dea apud Romanos, quam colebãt libertate adepta.

Luna ab Indis adoratur Oriẽtalibus, vt scribitur in hist. li. 1. c. 14.

Lupa Romuli nutrix, honoribus est affecta Diuinis, teste Lactan. vbi supra, in princip.

M

MAchaon filius Esculapii clarus medicus colebatur à multis.

Manes Dei inferni, quasi Boni dicũtur, & colebantur propter metum mortis.

Maturna Dea adhibebatur, vt cum viro nouo nupta maneret.

Marica Dea Miturnensium. Lactan. & D. Augusti.

Marinorũ Deorum maximus erat numerus.

Mars Deus belli, filius Iouis, & Iunonis à Romanis Perusinis, & aliis multis adorabatur. Hunc effingebant ardentem, aliquando verò equo armatum cum hasta, & flagello. Illi etiam interdum Gallus ob militum vigilantiam pingebatur. Alii dicunt, quòd Mars effingebatur nudo pectore, ꝙ quisq; in bello, sine cordis formidine obiicere se debet.

Mauors dicebatur Mars, apud Ouidium.

Materas Deas colebant antiqui.

Matlacuie Aquarum Dea culta apud Indos in Mexico. p. 3. hist. Ind. c. 223.

Matura Dea fuit, quæ maturescentibus frumentis præesse dicebatur.

Meditrina Dea à medendo denominata ab antiquis adorabatur.

Mello-

Mellona Dea mollificationis fuit.

Mens à Romanis colebatur, vt mentem bonam concederet.

Menphitim Deam antiqui putauerunt, odoris tetri.

Mercurius Deus ſermonis, nutricius Deorũ, qui variis nominibus vocabatur. Hunc ſic depictum reperio. Filo corporis iuuenili, facie imberbi, cum alis ſupra aures, nudus totus, præterquam quod dorſo palliolum habere uidebatur, dextera marſupium cõtinebat, quod ſupra caput hirci iacebat: ſiniſtra verò caduceum præferebat, & ad pedes illius gallus, & hircus ſuberant. Effingitur non raro cum pedibus allatis galero alato, & cum talaribus, & petaſo in pedibus, & aliis modis.

Methotim Magus Deus apud Gothos.

Minerua, vel Pallas filia Iouis, ex eius cerebro nata dicitur.

Pingebant diuerſimodè. Vultu virili, & truculento.

Alii armis inſignem, oculis toruam, & glaucis cum haſta prælonga, & chriſtallino clypeo, quæ ſapientis naturã deſignant, colebant Athen.

Minos filius Iouis, & Europæ, Rex Cretenſium, quibus & leges ſcripſit. Hic figuratur à Poetis iudex apud inferos, ſicut & frater eius Rhadamantus.

Minutius Deus erat apud Romanos.

Miſericordiam veluti Deam colebant Athenienſes, cui aram conſtruxere.

Mozim Deus apud Indos Occidentales, in Regno Benomatapa, primo volu. Nauig. pag. 393.

Monus Deus conuicii, & maledicentiæ, & reprehenſionis.

Murcea, vel Murcia Dea deſidiæ exiſtimata.

Myiagrus Deus muſcarum dictus, quem, qui inuocabant muſcæ moleſtiæ non erant.

N

Naiades dicuntur nymphæ fontium.

Napeæ ſunt nymphæ ſiluarum.

Narciſus iuuenis pulcherrimus, & venator à multis ſumma veneratione habitus.

Naſcio, uel Natio Dea eſt, quæ naſcentibus præeſſe credebatur.

Natagai numen quoddam pro Deo Tartari colebant, & arbitrabantur terræ præeſſe.

Neceſſitatis, & uiolentię ſacellum, in agro Acro Corintho, nec ingredi fas erat.

Nemeſis e curta Dea indignationis, quæ de fœlicitate ſuperbientes vlciſcitur.

Neniam Deam funerum ponebant.

Neptunnus Deus ab antiquis ſub diuerſis cognominibus adorabatur, & variis modis pingebatur, nam aliquando pacatus, ac tranquillus, nunc commotus, nudus etiam cum tridente, & concha, & nunc in veſte cerulea, ideſt Cyanea.

Arbitrabantur ergo Iouem Deum ſuperorum, Plutonem infernorum, Neptunũ verò aquarum.

Nereides nymphæ aquarum.

Nereus Oceani, & Phethyos filius, marinus Deus, nereidum pater, & ponitur pro mari.

Nixi Dei dicti, ab enitendo, vel pariendo.

Ninus filius Beli, aut potius primus Rex Aſſyriorum, ſummo honore exiſtimatus.

Nodotus, uel Nidonus Deus, nodis, genuliſque culmorum præfectus credebatur.

Nemiam Deam funerum ponebant.

Nouenſiles Dei à Sabinis Romam deducti exiſtimantur, ſic dicti, quia nouiſſimè in Deorum numerum ſunt aſcripti.

Nox ab antiquis colebatur, & ſub mulieris forma pingebant, nigris expanſis alis, quæ volare uidebatur.

Numeria Dea, quæ numerare docet, inquit D. Aug.

Nundina Dea à nono naſcentium die nuncupata, qui dies luſtricus uocabatur, quo ſcilicet infantes luſtrabãtur, & nomen imponebatur.

Nymphis aliquando templa erexere.

O

Occaſionem inter Deas locarunt Romani.

Ochilubo Deus dicitur magnæ uenerationis apud Indos Orientales. 3. par. Nauig. pag. 275.

Oden Deus à Gothis cultus, quia dicitur auxiliator belli.

Ogoas nomen Dei apud Caras, in huius Dei templo fluctus, & procella apparebant, & terrorem incutiebant.

Omethochtli Deus vini in regno Mex. apud Indos Occidentales.3.par.hist.c.223.

Orbona Dea dicta, nè homines orbos faceret.

Ossilago Dea ossium solidatrix.

P

PAles Dea pastorum, apud Virg. & Ouid.

Palicus Deus, apud Macrobium.

Palmytius Ægyptiorum Deus.

Pammyles Deus apud Aegyptios.

Pan Rusticus Deus Pastorum, cornutus, & caprinis pedibus.

Pandora, mulier formosissima, & gratiosissima, cui singuli Dij, dona dederunt, Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam, Mercurius eloquentiam. Et hinc Pandora dicitur omnium donum, hanc Iuppiter in terram misit, vt homines deciperet.

Pantalenam Deam, segetibus præesse dicebant, cum spichæ, & folliculi patescunt, vt spicę exire possint.

Pantheon Templum Romæ, ab M. Agrippa conditum Ioui victori, & interpratatur omnium Deorum.

Parcæ tres Deæ fatales, quæ quicquid homini addixerint, id fieri necesse est.

Pattaicos, seu Pateos Deos Phenices vocabāt, quos in triremium proris circunferre solebant Pigmeorum quadam imagine.

Pauentinam Deam colebant, vt ab infantib. pauorem auerteret. D. Aug.

Pauorem etiam adorarunt Corinthij. teste Lactant. ac D. Aug.

Paupertas, & ars, ut diximus adorabatur à Gadareis.

Pax fuit ab Antiquis adorata, Athenis ara pacis erat, & Romæ nobilissimū Templum. Pingebant eam cum spicis, nonnunquam cum oliua, aliquando lauro coronabatur, & rosa.

Pecuniæ Deæ recensentur à D. Aug. vt pecuniosi esse possent.

Pellonia Dea, quia potens erat ad pellendos hostes. D. August.

Penates Dei, à gentibus summo honore habiti, qui dixerunt Deos Patritios, vel domus.

Persicam, & Pertundam Deas statuerunt Romani, quia in cubilibus præstò essent dum virginalem Scrobem effunderent mariti, illam, quòd voluptates perficerent inoffensa dulcedine.

Picus Saturni filius à Romulo inter Deos repositus. D. Aug.

Pietas Dea colebatur.

Pilumnius Deus à pilo, quod far sine pilo nō conficiatur. D. Cypr. & Aug.

Pitho Dea à Græcis adorabatur, quia suadebat. Hanc Latini. Suadam, Suadelam, uel leporem dixerunt.

Pluto Deus inferorum, uarijs nominibus nūcupatus.

Plutus Deus diuitiarum à gentibus cultus.

Pollux, & Castor, supra diximus de eis.

Pomona Dea, quæ pomis, & fructibus præerat. D. Aug.

Pothiades Deæ dictæ fuerunt sororem facientes. His statuto tempore faciebant, sacra, & intra ædes, quæ Megara vocant lactantes sues mittunt, eas exacto anno, iisdem fermè anniuersariis diebus apud Dodonam pascere ferunt. Seruius 3. Georg.

Populonia Dea, nè superstitiones fierent. D. Aug. lib. 7.

Portunas Deus Marinus.

Portina Dea, præest potionibus infantium. D. Aug. lib. 4.

Praxidicen Dæmonam appellabant gentes. Hæc his, quæ dicuntur, & aguntur finem imponere contendebant, hinc capita habebat, & miracula.

Prema Dea mater colebatur, nè virgo cum præmitur commoueatur.

Præces Deæ Iouis filiæ, de quibus Homerus 9. Illiad.

Prosa, vel Prorsa, & Postuerta Deæ colebantur à Romanis, quibus, & aræ, & sacra fecerunt ob pariendi discrimina. Nam Prosa illis præerat, quæ legitimum partum ederent. Postuerta colebatur ab agris, & infirmis, cum præpostere partus edebatur.

Proserpina Dea filia Iouis, & Cęreris, quam Pluto xe Aetna rapuit in uxorem. Ceres autem ubique eam anxie quæsiuit, & cum tandem comperisset, Ioui conquesta est, qui sententiam dedit, ut si nihil adhuc Proserpina gustasset apud Inferos matri redderetur. Est igitur uxor Plutonis, & Inferorum Regina, & Luna.

Prothæus filius Oceani, & Thetyos Marinus

Deus

Deus Pastor Phocarum, & Vates, sed nisi coactus vi nulla dans responsa. Fuit hic Rex Aegypti temporibus Priami Regis Troiani.

Prouidentiam, quam Stoici annum Fatidicam, Dea putabatur. Hanc mundum, & mundi partes administrare dixerunt, ut optimam & frugi matrem familias.

Pulex adoratur apud Indos, in Regno Mexic. 3. par. hist. Ind. cap. 223.

Pudicitia Dea culta ab antiquis, cuius Romę ędes fuit in foro Boario, & hæc quidem Patritia uocata, altera fuit Plebeia, cuius ędicula in Vico longo à Virginia posita est authore Liuio.

Pudor ab Atheniensibus cultus, effigurarunt Gręci sub forma muliebri, & à Latinis puerili.

Puri Dei ab Archadibus adorabantur, quorum templum erat in collo Pallantio, ad quorum numen iusiurandum Arcades habere solebant.

Q

QVies Dea à Romanis colebatur, ut refert D. Aug.

Quecadquaal Deus Ciuitatis Chuenilæ in regno Mexico. vol. 3. Nauig. pag. 307.

Quinquatria fęsta Mineruę, quæ quinto die post Idus cuiusque mensis agebatur.

Quirinus Romulus dictus est, eo quod frequenter utebatur hasta, quæ Sabinorum lingua Quiris appellatur.

Quirinus etiam Martem significat, & Octauius Cæsar Quirinus est appellatus.

Et Romani Quirites dicebantur à Quirino primo Rege. Lact.

R

RAnæ adorantur ab Indis, vt Dij piscisi. 3. par. hist. Ind. c. 223.

Rhadamanthus filius Iouis ex Europa, & frater Minois, qui dicuntur esse iudices apud Inferos.

Rhamusia Dea indignationis, quæ superbientes ulciscitur, alio nomine Nemesis, quòd interpręetatur indignatio.

Rhamusia autem dicitur Rhamnys oppido Atticæ.

Reges adorantur, ut Dij in extrema parte Aphricæ, uersus Occidentem. 1. vol. Nauig. pag. 115.

Rediculus Deus à Romanis adoratus fuit, cui templum construxerunt extra portam Capenam.

Rhea filia Cœli, & Vestæ soror, & uxor Saturni, alio nomine Ops. Hæc etiam dicitur Cybele mater Deorum.

Item Rhea dicitur Ilia mater Romuli. Huic tympana, & Cymbala adhibita fuerunt, & faces, & lampades propter tonitrua, & fulgura, quę pluuiis præuia esse solent.

Huic cor sacrificabant, quia arbitrabantur causam esse generationis. De qua D. Augustin.

Remus filius Martis, & Ilię, quem frater eius Romulus occidit, quia uterque regnare volebat.

Res, quam primò obuiant de mane adorant Indi Occidentales. uolum. primo. Nauig. pag. 366.

Risus simulachrum, ut Dei Lycurgum apud Lacedemonios erexisse, putabat namque ille, Risum laboris, & modesti uictus esse condimentum.

Romulus, & Remus Gemini filij Martis, & Iliæ.

Romulus fuit conditor vrbis Romæ, ac primus Rex.

Secundus Numa pomp.

Tertius, Tullius Hostilis.

Quartus, Ancus Martius.

Quintus, Tarquinius Priscus.

Sextus, Seruius Tullius.

Et vltimus Tarquinius superbus, postea Consules fuerunt.

Rostarus Deus apud Gothos, immanissimus habitus. Holand. hist. lib. 3. c. 4.

Rostra templum Romæ in foro ante curiam sic dictum quod illi affixi erant rostra nauium hostilium, quondam ablata.

Rubigus Deus, huic sacrificabant, nè rubigo occuparet segetes. D. Aug.

Rumina, vel Rumia Dea, quæ manna paruulo, immulgere dicebatur, quia rumam dixere ueteres mammam.

Runcina Dea tum placabatur, cum frumenta runcanda essent, id est à terra tollenda. D. Aug.

Rusina Dea, huic rura committebant, alij Rurinam uocauerunt D. Aug.

Sala-

S

Salacia Neptunni vxor Dea Aquæ, ut scribit D.Aug.

Salii sacerdotes Martis Romæ, à Numapompilio instituti qui lustrantes vrbem saltabant, portantes ancilia, idest scuta.

Salus Dea apud Romanos. Hanc muliebri forma effingebant, sedentem in solio, pateram tenentem pęnes quam ara erat aræ anguis inuolutus caput attollens, & salutis augurium apud eos celebrabatur quod renouauit Augustus.

Sangus Deus Sabinorum.

Saron Deus Marinus, quem putabant præesse nauiticæ arti, à quo mare nuncupatum fuit. Strabo.

Saturnus filius cœli, & vestę, uel terræ, qui ex ope Sorore sua genuit Iouem, Iunonem, Neptunnum, & Plutonem. scribunt natos filios mox commedisse: & quod patri suo genitalia abscedit. Hunc sic effingebant saxones. Senem in pisce stantem, qui rotam, vrnamque tenebat. Alii sic describunt.

Saturnus gressibus tardus, ac remorator incedit, glaucoque amictu tectus caput, prætédebat dextera Flammiuomum quendam draconem caudæ suæ ultimæ deuorantem quem credebant anni numerum nomine perdocere, ipsius autem canities pruinosis niuibus candidabat.

Securi Dei dicebantur, qui securitatem afferrè docebant.

Seia Dea dicta fuit, quandiu segetes sub terra essent.

Segetia Dea, quando segetes ortæ erant supra terram.

Seni Dei, animas cęlestes dixerunt. D.Aug.

Semones Deos uocauerunt, nec dignos cœli ob paupertatem, nec terræ propter gratiæ uenerationem, tales uocabantur Hippona Vertumnus, & Priapus.

Sentiam Deam dixerunt, quæ sententias inspirabat.

Serpentes adorabant Indij orientales. libr. I. cap. 14.

Somorus Deus dicebatur, noctis filius, sic describunt, facie resoluta, candida ueste indutum supra nigram, quasi diem, ac noctē indicaret. Cornu in manu tenere uidebatur, cum uera somnia immittit.

Sogomonbar, Can primus Dearum, apud Regnũ del gran Can. 2. Vol. Nauig. pagi. 20. cap. 2.

Spes Dea colebatur à Romanis, quam sic describunt. Fœmina fuit stans infræ laciniam sinistra manu non nihil attolens, dextera in cubitum elata patenam proferebat, in qua repositum erat uelut ciborium, idest uas in floris similitudine, cum hac inscriptione.

Spes. P. R. Quidam uerò spem uiridi indutā palla effinxerunt, & sedentem supra doliū cum cornice, quidam etiam cum Nemesi.

Stata mater eius simulacrum in foro colebatur.

Statilinus seu stabilinus, & statanus Dei pręsides, & assistentes pueris, Alii educationi adscribunt, eo uidelicet tempore, cũm stādi, & consistendi potestatem habere incipiunt.

Strema Dea, quæ strenia dicitur à strenue faciendo denominata. D.Aug.

Siluæ adoratæ, à Lituanis, ut testatur olaus Magn. lib. 3. cap. 1. hyst. Gentium.

Subigus Deus pater uocatus, qui adhærebatur, ut Virgo à viro subigeretur.

Sydera adorantur, pro Diis paruulis, Dii uerò maiores dicunt Solem & Lunam; sic legitur in hist. Ind. Vol. p. Nauig. pag. 351.

T

Tacita, & Angenoria Deæ silentii, de quibus. D.Aug.

Tanges Deus apud Etruscos, Aruspicinæ inuentor, ut scribit Lucanus.

Tambarane Deus Indorum occidentalium, in Regno Calicut, factus ad Imaginem bouis aut uituli, ut habetur Volum. 1. Nauig. pag. 140. litera. F.

Tanais Dea colebatur ab Armenis. strabo lib. 11.

Tambarme Deus est lapis ouo similis, quæ geritur ad collum, adoratur in regno Narsinga apud Indos. Vol. 1. Nauig: pag. 302.

Taraxippus Deus cultus ab Eleis, cuius ara erat in stadio dromo, & quem aurigæ colebant, cuius nomen esse putabatur, ne turbaret ęquos currentes.

Terminus Deus, huic erexit Numa Pomp: sacellum in colle tarpeio, nec aliquod anjmatum sacrificabant, sed liba tantum, pultes, & frugum primitiæ. D.Aug.

Tenes Deus tenediorum. Cic. referente.

Terram tellurem, & Tellumonē terræ Deos colue-

coluerunt Romani, & Græci. D. Aug.

Thalassus Deus nuptiarum, à Romanis habitus, sicut à Græcis Hymeneus. D. Aug.

Theagenes athleta, à thasiis colebatur, ut Deus.

Thelesphorus ut Deus adorabatur à Pergamenis.

Tezcatleuca Deus prouidétiæ apud Indos. 3. p. hist. Ind. cap. 79.

Themis Dea, hanc eam esse dicebant, quę hominibus præcipit id petere, quòd ius esset.

Tinea adoratur apud Indos in Regno Mexico, ut dicitur. 3. par. hist. Ind. car. 223. ut sic panni non ledantur, aut corrodantur.

Timorem Lacedemonii coluere, sic pingebatur, cum capite Leonino, ut in scuto Agamemnonis. Huic ijdem Ephoros sacellum construxere propè trilinium, quo ipsi Tribunal habebant, ut cęteris maioris essent formidinis.

Tonitrui, Lampades, sagittæ adorãtur apud Indos. hist. Ind. 3. par. cap. 223.

Triton Deus Marinus Neptũni filius, ut Hesio. dicit.

Tutalliana Dea, ut scribit D. Augu. ad custodiendas segetes.

V

VAccæ Deæ habitæ apud Indos orientales, in Regno Calicut lib. 1. hist. orient. cap. 14.

Vagitanus Deus, qui infantum uagitibus prę erat. D. Aug.

Vagnostus Deus apud Gothos.

Venus Dea generationis, & uoluptatis, & formositatis apud omnes gentes. Eius simulachra diuersimode figurabatur, nũc forma puellæ in conca, è mari exeunte, nunc mulier manu concam tenens rosis floribusq; coronata, curru etiam uecta aliquando columbis, interdũ cignis tracto, quandoque cũ argenteo speculo, & cum Sandaliis inauratis cum aureis fibulis, & aliis modis.

Veritas Dea existimata fuit à gentibus, temporis filia, & uirtutis mater sic pingebatur Virgo niueis induta uestibus. Alii uerò, pingebant, mulierem pulchram magnam, simpliciter ornatam, illustrem, ac splendidam, cuius oculorum orbes puro lumine nitebant, ut astrorum, ac stellarum fulgoren imitari uiderentur.

Vertanus Deus, qui Ianus dictus est.

Vespertiliones adorantur ut Dii apud Indos in Regno Mexico. hist. Ind. p. 3. cap. 223.

Vesta Dea Virginitatis quondam habita, in templo erant sex Virgines uestales, quia ueste seruiebant custodientes ignem perpetuum, qui si forte fuisset extinctus per negligentiam uerberabantur à Pontifice. Item si qua fuit corrupta defodiebatur uiua. Nam circa portam collinam erat specus clausus, in quo deponebantur: Capiebatur autem, idest eligebatur Virgo uestalis intra annum sextum decimum suæ ætatis, & 30. annis oportebat eam manere virginem, postea nubere licebat. fuit & alia uesta mater Saturni, & Titani. D. Aug. Pingebatur uesta mulieris forma sedentis, & gestãtis timpanũ, quod terra uentos intra se continebat.

Vestibulates, seu præstructores colebantur, in præstructionibus ędificiorum.

Vetula aurea adorabatur à Lituanis, & à Moscouitis, ut refert olaus lib. 3. capit. 1. histo. Gentium.

Victoria Dea à Latinis, & Græcis adorabatur, & effingebant, alatam, uolantem, coronam, uel palmam proferentem.

Victolopucheli Deus belli apud Ind. 3. p. hist. cap. 79.

Virginensis Dea adhibebatur in Nuptiis à Romanis, quæ Virginis Zonam solueret. D. Aug.

Viriplaca, nomen à placandis uiris sortita adorabatur, à Romanis, quoniam placabãt dissensiones, quæ oriebantur inter uirum, & uxorem.

Virtus colebatur ut Dea à Romanis, quam diuersimode pingebãt, non nunquàm matronali habitu honesto, inaffectatoq;, nũc quadrato saxo insistentem. Alii uerò mulierem columnæ leuæ innexã cubito, dextera serpentem tenentem. Non nulli figurabant, imaginem senis barbati stantis, nudi, clauæ initentis, cum Leonis pelle brachia aduoluta, cum hac inscriptione. Virtuti Augusti.

Vitumnus Deus, qui uitam à puerperio largiri credebatur D. Aug.

Volumnus Deus, & uolumna Dea, Dei nuptiales, ut bene coniungerentur. D. Augu.

Volupia Dea existimata, à uoluptate dicta. Aug. & Varro.

Voltumna Dea Etruscorum.

Volutina Dea folliculorum inuolucris, & in uolumen-

uolumentis segetum præposita. D. Augustinus.

Vulcanus Iouis, & Iunonis filius, qui cum deformis natus esset, nec ei Iuno arrisisset præcipitatus est à Ioue in insulam Lemnum, ubi nutritus fuit à simiis, & ex casu illo factus est altero pede claudus.

Dicitur faber Deorum, qui Ioui fulmina, & Diis arma formauit contra Gigantes, nec tamen admissus ad mensam Deorum: est etiam Deus ignis.

Z

ZAmolxis colebatur à Gotis, quibus leges tulit, inquit Herodotus.

Hos collegimus notiores Deos, quos uel colebant antiqui, uel hodie ab Indis adorantur, licet sint adhuc duo alia millia, ex his tamen eorum inscitiam deteximus. Alia prosequamur statuto ordine.

DE VANIS GENTIVM SACRIFICIIS.

NE aliquid desit ad confutationem aduersariorum Christianæ fidei, postubique falsos Deos recensuimus, eorũdam sacrificia explodamus. Admiserunt Sacerdotes Gentiles, immo summo honore prosequebantur: construxere templa quàm plurima ad Diuorum cultum, quæ tamen derident Lutherani.

De Sacerdotibus enim legimus (licèt alia dicta sint uerbo Sacerdos) quod primum locum obtinebant Romani Pontifices, qui creduntur à Numa Pompilio constituti. & quatuor ab initio creati, quibus subiectus erat Rex Sacrorum, cuius vxor Regina sacrorum appellabatur, erant enim Flamines à Romulo primum instituti, qui etiam subditi erant Pontif. Maxi. erant tamen omnium rerum sacrarum ministri, erant etiam Romæ Pinarij, & Potitii Herculis Sacerdotes: Potitii enim primo matutino sacrificio intererant: Pinarii postea extis iam redditis aduenerant: Erant adhuc Aruales fratres: erant & Augrores summo in honore: Salii quoque: fœciales duumuiri sacrorum: Epulones, Titii sodoles: Curiones dicti à Curiis, qui faciunt, ut in his sacra fiant. Cupentus quoque, porrò lingua Sabinorum sacerdos vocabatur: erant etiam igniferi Sacerdotes, qui ante alios ignem in Sacrificiis inferebant.

Sacerdotes uestales, & Pastofori, quoque Sacerdotes fuere apud Egyptios, & Græcos, quorum omnium officia describit Giraldus libr. de Diis gentium Syntagma 17. Sequitur ut sacrificia explicemus. Sacrificium dicitur omne, quòd gratia rei Diuinæ impendebatur, & Diis offertur. Hoc in duplici erat differentia. Publicum & priuatum. Primum pro populo fiebat, & populare sacrificium nuncupabant. Priuatũ, quòd pro singulis hominibus, & familiis offerebant, his addunt peregrina, solennia, quæ singulis annis (& anniuersaria dicebantur) sacrificabant. Athysia sunt sacrificia, quæ sine fumo fiunt, exigua quæ inopum erant. Hostiæ quæ offerebant priusq; hostes aggrederentur. Victimæ, quæ post uictoriam de uictis hostibus immolabantur.

Præcidanæ, quæ ante solennia sacrificia pridiè mactabantur.

Succidaneæ, quæ post alias, adhuc hostiæ cędebantur. Eximiæ erant quæ ad sacrificium destinatæ eximebantur à grege, uel quod eximia specie, quasi offerendæ numinibus eligerentur.

Aruga hostia erat, ab ara dicta, in qua includebatur.

Cauiares hostiæ dicebantur, idest pars hostiæ, quod caudatenus duceretur, & ponebatur in sacrificio pro collegio Pontificum quinto anno.

Prodigiæ hostiæ dicebantur, quæ consumebantnr, vnde & Prodigi dicti sunt.

Bidentes hostiæ, quasi biennes, quoniam

nec maiores, nec minores licitum erat dare. Harum hostium duo sunt adhuc genera. Quædam, in quibus voluntas Dei, per exta requirebatur, alterum in quo sola anima Deo sacrabatur & animales hostias nominabant.
Erat etiam Amburbium, quod offerebatur, quoties ciuitas lustrabatur. Fuere Solitaurilia sacra, quæ singulo perfecto lustro per censores celebrari mos fuit, ad lustrandum vrbem, sue, oue, & tauro, aut verre, ariete, & tauro, qui circa vrbem ducebantur.
Ambaruale sacra ad arua, & segetes lustrandas, multa præce, & cerimonia celebrabatur.
Lustralia sacra dicebātur, quæ quinto quoque anno peragebantur, aliquando tamē lustralia, pingua significabant.
Fuere, & alia sacrificia apud antiquos. Nam Gothi sacrificabāt Deis nouem species animalium, quibus non raro addebāt humana corpora, vt lib.3.hist.Gent. & naturæ dicitur, cap.7.
Alia referre non oportet, sed recentiora recurramus Indorum Sacrificia.

De Sacrificijs Indorum.

MAuri in porta Lamech sacrificāt Abraam, Isaac, Occidentes ad Oriētem plures verueces, quos assabant, & eos manducabant. volum primo. Nauig. pag.105. capitu.14. & 16.
In eodem volumine legitur, pagina 314. Rex prouinciæ, qui Lacaræ seipsum sacrificat Idolo, sibi mortem inferens sacrificando, & hoc semper transacto tempore duodecim annorum Regni sui.
Rursus, pag. 343. in Prouincia Brisinagar certo die in anno portant in medio duorum curuum Idolū per ciuitatem cantantes plures laudes, pluresque pro sacrificio seipsos interfeciunt.
Adhuc pag.163. cap. vigesimoprimo scribitur. Quod in Regno Calicut adoratur Diabolus, eique sacrificatur, quod superioribus annis ex literis Reu. Domini Fuluij Gregorii Perusini ex Societate IESV (qui inibi Deo inspirante ad fidem Euangelicam promulgandam, ac adaugendam accessit) compertum habeo, & aliis.
Scribunt etiam, quòd in Prouincia Tanguth, in ortu alicuius filij masculi, offerunt filium illorum alicui Idolo, ad cuius honorem domi singulis annis nutriūt arietem, quem sacrificant Idolo, quem conuocatis amicis magna lætitia commedunt. Volum. secundo, pag.14. c.36. Et cap.55. pagina decimaseptima dicitur, quòd in Regno Regis, qui nostra lingua vocatur, *Del gran Cane*. Sacrificant plures verueces habentes capita nigra, cum thure, & ligno aloè.
Refert etiam volum. tertio, pag.186. capit. duodecimo. Quod Indi in populo, qui dicitur de Lazaro, antequam accedant ad bellandum, imposito lumine super petrā, prolatis quibusdam uerbis, sacrificant Idolis.
Rursus pag.188. capitulo quintodecimo, legitur, quòd in insula sacrificiorum, Indi sacrificant Idolis corda hominum, eodem modo sacrificant in Regno Temistitam.
Demum testantur, quòd in Regno Perù, sacrificant Idolis non raro proprios filios lauantes vultum Idoli sanguine filiorum suorum. pagin.384. Et eodem uolum. pagina 340. scribitur, quòd sacrificant inimicos captos in bello, & interficientes Idolis offerunt.
Multis plerisq; aliis modis offerunt, quos longum esset exscribere, & quotidie, ex Patribus Dominicanæ familiæ, ac Societatis IESV, qui inibi comorantur, experimento comprobatur. Nunc dies Festos eorum referamus.

HOC tantum superest, vt absoluta sit historia, & errores omnes reprobemus, referre dies aliquos, quos venerari solebant, quibus conuicimus hæreticorum nostræ tempestatis proteruiam, qui nullum agnoscunt discrimen inter diem, & diem. Illi ergo, sicut frondibus Templa ornare consueuerunt, sic dies Fęstos agebant. Iuppiter ornabatur æsculo, Apollo lauro, Minerua olea, Venus myrto, Hercules populo, Baccus hedera, pampinis, & ramis ficulneis, Pan pino, Siluanus cupresso. Thraces in sacris hedera coronabātur, Cappadoces ambrosia, Druidę Gallorum nullum sacrum sine roboris, vel quercus frōde, & visco cōficiebāt. Aegyptij papyri flore Deos ornabant. Apud Persas statutum erat, ꝙ non solum, qui sacrificabant, sed & hostia, & qui sacris intererant, fęsta decorabantur fronde.

Dies verò Fęstus erant. Pabilia, siue Parilia, Palis Deis solemnitas, dies vrbis Romę natalis fuit 12. Calen. Maij. Matralia, Iunio mense agebantur, Megalesia, nonis Aprilis. Opalia mense Decembris, Fornacalia 12. Cal. Martij. Terminalia mense Februarij. Consualia 17. Cal. Settemb. Vulcanalia, mense Sextili, Vortumnalia mense Octobris. Laurentinalia 10. Cal. Ianuarij, Faunalia nonis Decembris.

Alij erant dies, quibus iniquos homines sic venerabantur, quare ergo nos dies Fęstos ad Dei honorem, ac Sanctorum contemnere possumus, vt frigidissimi Germani sibi persuadent.

Ad grauiora reuocetur munus nostrum, & quod polliciti sumus exordiamur.



HAERE-

HAERETICORVM OMNIVM NOMINA, ET ERRORES.

Abelonij, siuè Abelani, siuè Abelonitæ.



IN Agro Hipponensi originem habent, circa annum Domini 407. Tempore Innocentij I. ac Theodosij, & Archadij Imperatoris. Dixerunt abhominandam esse vxorariam, qui admoniti redierunt ad Ecclesiam matrē. De his loquitur D. Aug. lib. de hæresibus. 1

Ablabius. 2.

Ablabius, hic primam, ac vnicam tantum ad mittebat vxorem. Pœnitentiam etiam confutabat. Vixit circa annum Domini 430. Gubernante Celestino, & regnante Theodosio iuniore. Hic fuit de secta Nouitianorum. Scribit de hoc Niceph. li. 14. cap. 13. hist. eccl.

Abstinentes. 3.

Abstinentes docebant coniugia hominum esse dirimenda, & escarum abstinentiam. Fuerunt circa ann. Domini 289. Tpe Marcellini Papæ, & Deocletiani, ac Maximiliani Imperatoribus. Philastrus scribit.

Acacius. 4.

Acacius, Arrianæ perfidiæ defensor, non admittebat nomen eiusdem substantiæ, & similis substantiæ, ac æqualitatis filij cum patre. Vixit anno Domini 357. Libero summo Pontifice, ac Constantio maioris Constantini filio imperante. Niceph. lib. 9. c. 44. & alij.

Acephali. 5.

Acephali, siue Acephalitæ asserebant, non distingui natura Diuina, & humana in Christo, sed eandem crucifixam. Dicebantur verò Acephali, quia sine capite, nec eorū primum caput reperitur. Impugnarunt isti Calcedonense Concilium. Vixerunt anno 494. Niceph. li. 18. capitulo 45. de his scripsit.

Acesius. 6.

Acesius confutabat concessam esse Sacerdotibus potestatem remittendi peccata. Hic fuit Episcopus Nouitianorum, anno 436.

Achillas. 7.

Achillas Arrij defensor, fuit anno 320. viuente Constantino Magno, ac D. Siluestro Roman. Pontif. vt asserit Niceph. li. 6. c. 33. & Sozim. li. 1. c. 12. hist. tripar.

Adamiani, siue Adamitæ. 8.

Adamiani, putabant nudos nos incedendos, debere, velut ex vtero materno in hanc lucem prodimus. fuerunt anno 194. tempore Victoris Pontificis, & Aelij pertinacis Imperatoris. scribit Epiph. de his. & Diu. Thom. in expositione Symboli. opusculo quinto.

Addam. 9.

Addam, Addas, uel Adamantus alij dicunt. Docebat Euangelium pugnare cum Prophetis. fuit anno 273. tempore Fœlicis Primi Papæ, & Aurelij Imperatoris. Niceph. li. 6. cap. 32.

Adelphius. 10.

Adelphius putabat Eucharistiā nihil prodesse. ac nil emolumenti ex baptismo enasci. De hoc scribit Niceph. li. 11. c. 14. vixit tēpore Liberij Papæ, ac Valentiniani Imperatoris.

Adessenarij. 11.

Adessenarij prædicabant, quòd corpus sit in pane, vel circa panem, uel sub pane, & sunt ex secta Sacramentariorum, nostræ ætatis. scribit Gabriel Prat. lib. primo, capitulo 11.

Adiaphoristæ. 12.

Adiaphoristæ dixerunt, nos nihil peccare, si non obseruemus legitimas constitutiones Ecclesiæ, & Concilij, sed res esse indifferentes de se. Vixerunt isti tempore iniquissimi Luthæri, & ex Vuiterburgensi ciuitate originem duxerunt. Prateol. lib. 1. cap. 12. Hosius li. de hæresibus.

Aegidiani. 13.

Aegidiani, ab Aegidio hæretico dicti, & sunt ex secta Antiluthęrana nostri temporis, ad tertiam classem Euangelicorum pertinentes. Lindanus scribit lib. dubitantium dialog. secundo.

Aeria-

Aeriani, seu Aerii. 14.

Aeriani ab Aerio parua Armeniæ nuncupati, anno 342. tempore Iulii Primi & Constantino Magno Imperante, docuerunt vanũ esse offerre sacrificium pro defunctis. Aug. lib. de hæresibus damnat. & Prat. lib. primo. c. 14.

Aetiani. 15.

Aetiani ab Aetio Siro dicti. Asserebant filium dissimilem patri. & quod in fide uiuentibus nullum imputatur peccatum, vixerũt anno 363. tempore Liberii Rom. Pontif. & Constantinis Imperatori. Niceph. lib. nono, cap. 17.

Agapetæ. 16.

Agapetę, eius hæresis inuentores fuerunt, uel schismæ. Quod ieiunium persequebantur, & abstinentiam, & aperto ore docebant, quòd omnia mũda mundis, & quod satis est conscientia munda. Vixerunt tempore Siricii Papæ, & Theodosij Imperatoris, anno 395. Hos confutat D. Hieron. ad Ctesifontem, aduersus Pelag. & ad Oceanum de vita Clericorum.

Agareni. 17.

Agareni nuncupati ab Agar Abrahæ Ancilla, damnantur à Prat. li. 1. 17.

Aginnenses. 18.

Aginnenses escas abhominabantur, & quod non sint à Deo conditæ, sed immundæ. Fuerunt tempore Sergij Rom. Pont. & Iustiniani II. Imp. anno 694.

Agnoetæ. 19.

Agnoetæ, eorum hæresis emanauit à Teophronio quodam genere, & patria Cappadociæ, adeò decepti sunt, ut dicerent Christum ignorare diem iudicij. fuerunt anno 365. tempore Liberij Rom. Pontif. & Valentiniani Imper. De his Nicepb. lib. 12. cap. 30. Dicebantur vero Gnoitæ ab Ignorantia.

Agonychitæ. 20.

Agonychitæ, præsumebant orandum esse, & non genua flectenda. vixerunt anno 701. Sand. lib. 7. Num. 129.

Agrippiani. 21.

Agrippani ab Agrippino Cartagin. Episcopo docebant dum ad Ecclesiam redeunt esse rebaptizandos, qui ab ea discesserunt, & ad hæreticam prauitatem confugerunt. fuerunt anno 259. Hos damnat D. August. tertio, sexto, & septimo contra Donatistas.

Airani. 22.

Airas à quo Airani, dixerunt Spiritum sanctũ non esse consubstantialem. vixerunt anno 377. & tempore Damasi Papæ, & Valentiniani, Gratiani, & Valentis Imper. scripsit de his Niceph. lib. 11. c. 31.

Albanenses. 23.

Albanenses plures errores ab hac impij secta exorti sunt. qui fuerunt anno 796. tempore Leonis III. Rom. Pont. & Constantini Imper.

Albigenses. 24.

Albigenses dixerunt non in vnam tantum hęresim, sed in plures prolapsi sunt, vt suo loco dicemus. vixerunt anno 1216. tempore Innoc. III. & Federici II. & D. Patris Dominici, ac Seraphici Francisci.

Alexander Baucalis. 25.

Alexander Baucalis, Arrianæ hęresis primus author, vixit tempore D. Siluestri, ac Magni Constantini, anno 315. scribit de hoc Niceph. li. 8. c. 5.

Alexander Aerarius. 26.

Alexander Aerarius tantæ fuit perfidię, vt auderet circuncisionem seruare, & docebat resurrectionem iam factam. Nunc ferunt Sathanæ traditum fuisse à D. Paulo. 2. Timoth. 4. vixit anno Domini 66. tempore Domitij Neronis, ac Petri Apostoli summi Pontif.

Alexander Latro. 27.

Alexander Latro, cum iam apostatasset, propter latrocinia iudicatus est. De hoc mentionem facit Euseb. Cæsar. li. 5. c. 19. Eccl. hist. & Prateol. li. 1. c. 26.

Algazel. 28.

Algazel hanc seminauit hæresim, quòd pro peccato redderetur pœna, quod pro amissione vltimi finis affligerentur animę. Vt D. Tho. ait. 3. cont. Gent.

Alascus. 29.

Alasus, sic à patria nominatus, qui Ioannes dictus est. Vanè, & perfidè interprætatus est illa uerba. Hoc est corpu meum, idest non panis, sed tota hæc cœnæ actio est corpus meum. Vixit tempore Luthæri, & Leonis X. ac Inuictiss. Caroli V. De hoc scrib. Vuielmus Damasc. li. 2. ad fratres Catholicos Germaniarum.

Almaricus. 30.

Almaricus Gallus patria Carnotensis, qui insignia Doctoratus Parisij suscepit an. 1204. tempore Inn. III. ac Phil. Barbarossę filio.

Alogi.

Alogi. 31.

Alogi dicti, quasi verbo carentes, eò, quia Euangelium Ioannis loquens de verbo reijciunt, fuerunt anno 180. tempore Sotheri Pont. & Commodi Imperatoris.

Amantius, seu Palladius. 32.

Amantius Arrianæ ignorantiæ imitator, & Episcopus, vixit anno. 381. tempore Damasi Rom. Pont. & Valentiniani Iunioris, & Gratiani Imp. De eo scrib. Niceph. lib. 11. c. 31. Hunc vocant alij Palladium.

Ambrosiani. 33.

Ambrosiani, qui & Pneumatici à quodā Ambrosio nominati, ij in tantam insaniam inciderunt, vt assererent falsum esse vtrunque testamentum, quæ apertè reiecerūt. Hos scribunt fuisse de secta Anabatistæ Horum gesta Ecchius meminit, contra cōfessionem Zuinglij, & Prat. li. 1. c. 32.

Ammonius. 34.

mmonius Alexandriæ ortus, Origenis præ Aceptor. Hunc vocat ortodoxæ fidei desertorem Niceph. lib. 5. c. 13. vixit anno 200. sub Victore Papa, ac Seuero Imperat.

Amsdorffiani. 35.

Amsdorffiani. Isti bona nostra opera ad salutem perniciosa esse contendunt, quos imitati sunt Flacciani, & multi Saxonici, uixerunt hoc tempore, & sunt ex rigidorum confessione nostri temporis.

Anabatistæ. 36.

Anabatistæ, eò quòd baptismum iterabant, sunt dicti, nam pueros cum ad grauiores annos peruenissent, denuò baptizabant. vixerunt isti paucis ante annis. 1525. scribit Sind. li. dubitantium, dialog. 2. & Card. Varm. li. 1. de hæresib.

Anastasius. 37.

Anastasius Discoros nominatus ab eo, quòd oculorum pupillæ erant discolorum colorum, namque dextera nigra fermè, sinistra cęrulea erat. Hic arbitratus est, Papam subditum Imperatori. Vixit anno 493. de hoc scribit Niceph. li. 16. c. 25 & D. Anton. li. 1. hist. tit. 6. c. 1.

Andræas Musculus. 38.

Andreas Musculus putauit Diuinam naturā, simul cum humana extinctam, ac mortuā esse. De quo scr. Sander. lib. 7. de vsib. mon. Ecclesiæ. nu. 185.

Andræas Osiander. 39.

Andreas Osiander Mureburgensiū Propheta mendax nostri seculi. Falsum dixit esse. Quod corpus Christi, & sanguis in Euch. cōtineatur. de quo Alf. de Cas. Missa hęr. 2.

Angelitæ. 40.

Angelitę ab Angelo nomē sortiti sūt. Male de Diuinis ꝑsonis sentiebāt. & fuerūt an. 494. tēpe Symachi R. Pōt. & Anastasij Imperat. Quo tempore erat Anastasius Discoros.

Angelici. 41.

Angelici sic nūcupati, q͞a Angelos adorabāt. fuerūt an. 199. Victore Pap. ac Seuero Im. D. Aug. meminit, li. de hæres. c. 39.

Annianus. 42.

Annianus falsus Diaconus Celidēsis Ecclesię Pelagii consors, & discipulus, ann. 405. scr. de eo D. Hier. ad Alypium, qua ætate fuit Rom. Pont. Innoc. I. & Imp. Archadius.

Anomi, siuè Anomei. 43.

Anomi, siue Anomei dicti, Latinè verò sine lege Dei, quoniam affirmabant, se comprehendere Dei naturam. an. 358. tēpe Liberij Papæ, & Constantii Imp. contra quos Cypria. in trac. 4. c. 9. Theoph. ca. 3. ad Eph. D. Aug. ad Pau. 112.

Anthimus. 44.

Anthimus, primus fuit Episcopus Trapezūtii, postea Cōstantinop. Negabat iste duas naturas in Christo. & ui͛ it tēpe Symplicii Ro. Pont. & Zenonis Imp. an. 476. de eo scribit Niceph. li. 17. c. 7.

Anticaluiniani. 45.

Anticaluiniani, derident transubstantiationā in Euch. & eā extra vsum non esse. fuerunt, & uiget eorum secta (utinā extinguatur) nostra ætate. scrib. Prat. li. 1. c. 49.

Antichristiani. 46.

Antichristiani illi dici uerè possunt oēs hæretici, eò quia Antichristū caput futurum sequūtur, loquit, & ōndit hoc Prat. li. 1. c. 42.

Antidicomarianitæ, seù Antimariani. 47.

Antidicomarianitæ, siuè Antimariani noīantur, q͞m Mariæ aduersantur, negantes Mariam esse Dei genitricem. scribit aduersus eos Epiph. li. 3. tom. 2. contra hæreses.

Antilutherani. 48.

Antilutherani sunt de tertia classe hęreticorum nostri tpis, quique sacrarii dicti sunt, negātes esse præsens corpus in Cœna Dñi, quorū primus fuit Carolastadius, an. 1524

Antidęmoniaci. 49.

Antidemoniaci negant esse malos spiritus, & Diabolū, maleficia ēt & incātationes deridēt. ut author est Prat. li. dicto. c. 46. & sunt ex rigidorū cōfessionist. nři seculi familia.

Antidiaphoristæ. 50.

Antidiaphoristæ, omnes ecclesiæ ceremonias conculcant, & Episcoporum Iurisdictionem, quales sunt hæretici adhuc viuentes, de quibus Prat.cap.47.

Antisuencfeldiani. 51.

Antisuencfeldiani ponunt omnem causam nostræ fidei in vocali ministerio suorum cõcionatorum. Prat.cap.48.

Antistancariani. 52.

Antistancariani putant Diuinam naturam vnà cum humanã esse mortuam. Prat.c.5.

Antinomi. 53.

Antinomi sunt de secta Luth. ex prima classe Euangelicorum, nostri temporis, isti ex eo, quòd Diuinæ legi contrariantur, deducũt homines non teneri ad obseruantiam Euangelii. Lind. Dial.20.

Antropomorphitæ, seù Vadiani. 54.

Antropomorphitæ, vel Vadiani sic nominati, eò, quòd Deum habere membra humana censebant, quæ in diuinis literis leguntur, Antropos enim Græcè latine homo interpretatur. fuerunt in partibus Ægypti tempore Theodosij Maioris, & Syrici Roma. Pont. anno 395. Niceph.lib.11.cap.14.

Antosiandrini. 55.

Antosiandrini putabant hominem esse iustũ, non re ipsa, sed verbo tantum. Prat.capitu.53.

Apellitæ. 56.

Apellitæ ab Apelle Marcionis Discipulo, inter multa qua dixerũt. Id vnum fuit, quòd putabant Christum non esse verum Deũ, sed phantasmã. fuerunt anno 128. tempore Soteri Rom. Pont. & Anton. Imper. De his Niceph.lib.4.cap.24.

Aphthardocitæ. 57.

Aphthardocitæ dixerunt carnem à Christo ante resurrectionem assumptam esse incorruptibilem. fuerunt anno 356. tempore Fęlicis 4. Rom. Pont. & Iustiniani 2. Imper. Niceph.lib.17.cap.29.

Apocryphi. 58.

Apocryphi reiciunt omnem sacrarum literarum librum, præter Prophetas, & Apostolos. Phil. scribit lib. de hæresibus.

Apocaritæ. 59.

Apocaritæ putarũt nostram animam ex Dei substantia factam. fuerunt anno 279. tempore Eutichiani Rom. Pont. & Taciti Impera. & Originem sumpserunt ex Persia à Manete quodam.

Apollinaristę. 60.

Apollinaristæ ab Apollinari Viro Laodiceno, qui dixit Christum tantum corpus, non animam assumpsisse. fuerunt anno 377. tẽpore Damasi Papæ & Valentiniani Imp. de quibus multi scribunt. Vinc. Iren. Hist. Trip.lib.5.cap.44. Niceph.lib.11.capit.12. D.Tho.opus.5. de Symbolo. & alibi.

Apostolici, siue Apotactici. 61.

Apostolici hoc nomen assumpserunt, quia nihil proprij possidere posse affirmabãt. fuerunt anno 199. tempore Victoris Papę, & Seueri Imper. scribit Aug.lib.de ger.capitu.40.

Aquarij. 62.

Aquarii, ex eo quod tantum aquam in calice offerebant sunt dicti. De quibus. D.Aug.de hęres.cap.4 & D.Tho.opus.5.

Aquila. 63.

Aquila Ebionis sectam est sequutus, anno 132. tempore Sixti Rom. Pont. & Adriani Imper. Hic fuit ponticus genere ex paganismo ad Christiani fidem conuersus. De hoc scribit Iren.lib.5. & Epiph.lib.de mẽs. & ponderibus.

Armacanus. 64.

Armacanus, natione Hibernus, asserit turpè esse Christiano medicinã docere, & exercere. Cui & illud addidit. Sacerdotes posse ab ente Episcopo, exercere munus Episcopi. fuit anno 1360. tempore Innocen.6. Rom. Pont. & Caroli IIII. Imper.

Arabici. 65.

Arabici ab Aratia dicti contendebant. Animam vnà cum corpore interire, atque in nouissimo vtrunque resurgere. fuerunt anno 207. Seuerino Rom. Pontef. & Seuero Imper.

Archontici. 66.

Archontici, sic nuncupati à principibus, quibus mundi productionem ascribebant, nẽpè affirmabant non à Deo, sed ab Arcangelis mundum esse conditum. fuerunt tẽpore Pij Primi Rom. Pont. & Antonini Pij Imper. anno 160.

Arrabonarii. 67.

Arrabonarii sunt de secta Sacramentariorũ nostræ ætatis, qui dicunt dari Cœnam Domini, tanquàm arrabonem corporis, & & inuestituram donati prædii. Prat.libr.1. cap.65.

Arriani. 68.

Arriani ab Arrio Viro Alexandrino iniquissimo.

ſimo, & eius Ciuitatis Præsbytero. Hic inter plura dixit, perſonas Diuinas non eſſe æquales, ac diuerſas, in Sanct. Trinitate poſuit ſubſtantias.

De eo Doctores omnes ſcribunt. Vixit tempore D. Silueſtri Roma. Ponti. & Magni Conſtan. anno 314. Vinc. Lir. Niceph. lib. 8. cap. 4. Hiſto. tripart. lib. 1. cap. 12. D. Tho. opuſ. 5.

Armeni. 69.

Armeni multa commentitiè adinuenerunt, ut ſuo loco exponemus. Hi ſuam ſectam promulgarunt anno 640. viuente Theodoro Papa, & Conſtantino Tertio Imper.

Arnaldiſtæ 70.

Arnaldiſtæ ab Arnaldo Brixienſi nominati, anno 1140. tempore Innocen. ſecundi, & Curradi tertii Germani Imper. plura falſa adinuenerunt.

Arnoldus à Villa Noua. 71.

Arnoldus à Villa Noua, in agro Catellonienſi, multa vana ſeminauit. Directo. Inquiſi. p. 2. q. 11.

Arnoldus Montanerius. 72.

Arnoldus Montanerius non modicam attulit perniciem, tempore Innoc. VI. Vrb. V. & Grego. XI. Directo. Inquiſi. par. 2. q. 11. in fine.

Artemon. 73.

Artemon non erubuit prædicare Chriſtum eſſe purum hominem ex Virgine natum, virtute Prophetis præſtantiorem. fuerunt tempore Vrbani Primi Rom. Pon. & Marci Aurelii Impe. ann. 221. De quo Euſeb. li. 5. c. 28. hiſt. eccl. & Niceph. li. 4. c. 20.

Artotyritæ. 74.

Artotyritæ ex Gallis pullularunt anno 181. tempore Soteri Papæ, & Commodi Impe. qui docuerunt offerendum eſſe panem, & caſeum, ſicut primi homines ex fructibus terræ, & ouiũ, ſacrificabant, & ab ipſa oblatione ſic vocantur.

Aſclepiadotei. 75.

Aſclepiadotei ab Aſclepiadoto nominati, fuerunt tempore Vrbani Rom. Pontif. anno 222. Et Heliogabali Imperat. iſti dicebant Chriſtum eſſe purum hominem. ſcribit Euſe. li. 5. c. 19.

Aſcodrogitæ. 76.

Aſcodrogitæ fuerunt anno 181. tempore Soteri Rom. Pont. & Comodi Imper. & eorũ hæreſis magis vergit ad Paganiſmum. iſti Regionem Galatiæ habitarunt.

Aſſurritani. 77.

Aſſurritani ſunt ex Donatiſtis 358. tempore Liberij Rom. Pont. & Conſtantini Imper. In Aphrica docuerunt.

Aſterius Sophiſta. 78.

Aſterius Sophiſta Cappadociæ ortus, imitator Arriani erroris anno 339. tẽpore Marci Papæ & Conſtantini Magni. De quo Niceph. lib. 8. cap. 53.

Aſthariſtæ. 79.

Aſthariſtæ hæreus Iudæorum, vt affirmat Prateol. lib. 1. nu. 75.

Athei. 80.

Athei, adeò decepti ſunt, vt arbitrarentur, nõ eſſe Deum, ſed omnia fato euenire. Et etiã putabant, animas cum corpore interire. Nic. Sand. lib. 7. nu. 231.

Audeani. 81.

Audeani ab Audeo nominati ſunt, natione Syro, ann. 380. tẽpore Damaſi Papæ, & Valentis Imper. qui cenſebant, Deum humana membra habere. De his Theodoretus. lib. 4. eccl. Hiſt. capit. 10. & hiſt. Trip. lib. 7. cap. 11.

Auguſtiniani. 82.

Auguſtiniani ab Auguſtino Bohemo dicti, ex Sacramentariorum ſecta huius ætatis, putant Cœlum eſſe clauſum vſque ad diem Iudicii, quæ fuit Græcorum hæreſis. Prat. lib. 1. cap. 80.

Auricularii. 83.

Auricularii blaſfemantur auricularem confeſſionem Sacerdoti faciendam. Nic. Sãd. lib. 7. nu. 113.

Auxentius. 84.

Auxentius Epiſcopus Mediolani, anno 340. ex ſecta Arriana, tempore Iulij Primi Ro. Pont. & Conſtantini Cæſaris.

B

Baalitæ. 85.

Baalitæ Idolatræ nẽ dum hæretici ſunt apud Iudæos. Prat. lib. 2. nu. 1.

Baculares. 86.

Baculares ex ſecta Anabatiſtarum, ad tertiã claſſem Euangelicorum huius temporis, putant nefas eſſe habere apud ſe arma aliqua, ſed baculum tantum. Prat. lib. 2. ca. 2.

Baiolenſes. 87.

Baiolenſes ortum habent tempore Leonis Tertii Rom. Pont. & Conſtantini Sexti Imper. anno 796. iſti omne iuramentum adimunt, & qua uis de cauſa. De quibus. D. Anton. 4. p. Tit. 11. cap. 7.

Balaamitæ. 88.

Balaamitæ à Balaam ariolo, ac falsi prophetæ nuncupati sunt. Docebāt terrenos principes fornicari debere, & de sacrificiis edere Idolorum.

Balatius. 89.

Balatius Arrianæ perfidiæ sectator, tempore Iulii Pont. & Const. Impe. anno 325.

Balthasar. 90.

Balthasar Pacomontanus, inter primos Anabatistarum, anno 1534. tēpore Pauli III. Papæ, & Caroli V. Imper.

Barbara. 91.

Barbara coniux Sigismundi Imp. ann. 1411. putauit animas cū corpore mori. Ac stultum diiudicabat, Virgines mori pro Christo. tempore Ioan. Papæ xxiij.

Barbas. 92.

Barbas Antiochenus Episcopus, ex secta Arriana, anno 427. tempore Celestini Primi, & Theodosij Iunioris. De quo Niceph. li. 14. c. 14.

Bardesanistæ. 93.

Bardesanes ex Syria Mesopotamiæ, tempore Pii Primi, & Marci Antonii Imper. anno 163. Docuit hominis conuersationes fato imputandos, non libero arbitrio. De quo D. Aug. li. de hær. c. 35.

Barlaamus. 94.

Barlaamus, & Acindynus, nullam agnoscunt differentiam in Diuina natura, substantia, & effectu, sed idem esse. Vixit anno 1313. tempore Ioan. 22. Papę. & Henrici VII. Impe. Prat. li. 2. c. 10.

Barulus. 95.

Barulus dixit cū Origene. Animas ante mundum esse creatas. Nic. San. li. 7. nu 149.

Bartolomęus. 96.

Bartolomęus ex Insula Minorica Oriundus, anno 1363. tempore Vrbani V. & Caroli IIII. Imper. multa de Aduentu, & Antichristo docuit falsa.

Basilidiani. 93.

Basilidiani à Balide Alexandrino intemperantiæ magistro sunt nuncupati. Hic negabat Christum esse passum, vixit ann. 124. tempore Alexandri I. & Adriani Imp. De quo Niceph. lib. 4 c. 1. & D. Hiero. li. 2. aduersus Iouinianum.

Bassus. 98.

Bassus Corinti, Ebionis, & Valentini hæreticorum discipulus, anno 150. tempore Higini Papæ, & Antonini Pij.

Batemburgici. 99.

Batemburgici ex secta Antelutherana de tertia classe Euangelicorum huius temporis. De his verbo, bellum.

Bayras. 100.

Bayras Iacobita, anno 624. tempore Honorii I. & Heraclii Imperato. de quo infra.

Bedricus. 101.

Bedricus Stanicensis, natione Morauus, plures hæreses adinuenit, vt Siluius de origene Bohemorum scribit. c. 27. vixit anno 1418.

Begardi, & Beguinæ. 102.

Begardi, & Beguinæ, fratres de paupere vita dicebantur, & anno 1314. fuerunt tempore Ioann. 22. & Ludo. Bauari Impe. Isti dicti sunt fraticelli, seu Bisochi.

Belitæ. 103.

Belitæ à Bello Rege Assyriorū appellati sūt, cui templum post mortem erexerunt. Vide Idolatras.

Belliani. 104.

Belliani sunt Antelutherani ex secunda classe, ait, Prat. lib. 2. c. 18.

Berengarius. 105.

Berengarius Gallus, Archidiaconus Beati Mauritij Andagauensis, anno 1048. negauit Eucharistiam, at sub Nicolao Secundo Roma. Pontifi. cecinit pallinodiam, ideo nec hæreticus est censendus, quia non est relapsus. Felicianus de Missa, & Eucharis. pag. 131.

Bernardinus Ochinus. 106.

Bernardinus Ochinus Senensis Apostata Capucinorum D. Francisci, qui docuit multa de authoritate Papæ, Indulgētiis, & quod liceat plures vxores habere: sed in mortis articulo, se de omnibus retractauit, ut à fide dignis intellexi. Nic. Sand. lib. 7. de uis. Mon. eccl. nu. 203. & Instinopo.

Bertoldus. 107.

Bertoldus de Bobarch tenuit, Christū in passione dubitasse de salute. Nico. Sand. vbi supra. num. 167.

Beryllus. 108.

Beryllus Bostrenæ vrbis Arabiæ Episcopus anno 214. tempore Calixti Papæ, & Antonini Bassiani Imperato. plura disseminauit.

De hoc scribit Euseb. lib. 6. cap. 21. & Nicepho. li. 5. c. 21.

Betra-

Betramus. 109.

Betramus iniquè sensit de Sacramento Altaris. Nic. Sand. vbi sup. nu. 133.

Bezamitæ. 100.

Bezamitę, siuè Bezani, à Theodoro Beza Burgundo originem habent. anno 1550. sunt de secta Antilutherana de tertia classe Euãgelicorum, quorum hæreses cõfutabimus. Prat. li. 2. c. 22.

Biblistæ. 102.

Biblistæ sunt secundæ sectę Confessionistarũ, isti nil aliud recipiunt, nisi nudum textum Bibliorum, & paruipendunt omnes alias scientias.

Bissacramentales. 103.

Bissacramentales agnoscunt duo tantum Sacramenta. De quibus sæpius erit sermo.

Bisochi. 104.

Bisochi, supra vocauimus Begardos.

Blastus, & Florinus. 105.

Blastus, & Florinus, anno 182. suam hæresim diuulgarunt tempore Eleuterij Papæ, & Commodi Imp. de his Niceph. lib. 4. c. 20.

Bohemi. 106.

Bohemi tuentur errores Valdensium, ut author est Siluius, c. 35. suę hist. & Hosius. li. 1.

Bogomiles. 107.

Bogomiles deriderunt Ecclesiæ Monarchiã, & Missæ sacrificium, anno 1179. tempore Alex. III. & Federici Impe. De his scribit Constant. Harm. hæresi 19. & nos litera B. Biblia. 6.

Bonosiaci. 108.

Bonosiaci, à Bonosio Episcopo, Anno 358. Christum esse filium Dei adoptiuum dicebant. tempore Liberij Papę, & Constantij Imper. Nic. Sand. ubi supra, nu. 67.

Bononatus. 109.

Bononatus, in Catalonię regione Villafranca de Penades Primicerius, anno 1314. tẽpore Ioan. XXII, & Ludouici Imp. Direc. Inquis. par. 2. q. 11 pag. 199.

Borboriani. 119.

Borboriani, siuè Borboritæ, anno 129. non sperant iudicium futurum. fuerunt tempore Sixti, & Adriani Imp.

Boquinij. 120.

Boquinij sunt de Sacramentariorum factione, qui affirmant Christum non esse pro omnibus Crucifixum. & quod Corpus Christi ab illis tantum in Cœna manducetur, pro quibus est passus.

Brachitæ. 112.

Brachitę ex Manichęis, anno 280. tuebautur animam nostram ex Dei substãtia factam tempore Eutichiani Papę, & Manetis Taciti Imper.

Brentius. 122.

Brentius, de secunda secta Euangelicorum nostræ ętatis, anno 1540. dixit baptismã nõ tollere omne peccatum, & Euangelium non esse legem iuxta propriam legis rationem. Contra hũc Hos. accerrimè pugnat.

Bucerus. 123.

Bucerus Martinus nominatus Argentinę ciuitatis Apostata, ex Ordine Prędicatorum. docuit Baptismum non delere omne peccatum. Nullum esse peccatum pręter incredulitatem. Deridet Sacerdotum cœlibatum, ac Prędicatorem debere credere, se esse Deo gratum. Vixit tempore Cle. VII. Rom. Pont. anno 1530. Moritur anno 1551. die 27. Feb. De quo Laurentius Certos. de vita eius.

Buddas. 124.

Buddas, qui & Therebintus, Magister Manetis hęretici, anno 273. tempore Fœlicis I. & Aureliani Imp. Prat. li. 2. c. 36.

Bugaurius. 125.

Bugaurius de Monte Falcone, dixit. Nullum opus esse bonum, nisi puro, & sincero amore fiat.

Bulgari. 126.

Bulgari, qui & Misij dicuntur, quique habitabant inter Istrum, & Aemum, ritum Gręcorum retinent.

C

Cacangelici. 127.

Cacangelici D. Pau. Operarios subdolos apl pelat. 2. Cor. 11. & Pseudo Apostolos.

Cainani, seu Caiani. 128.

Cainani, siuè Caiani nuncupati, qui Cain adorant. fuerunt anno 159. tempore Pij I. & Antonini Pij.

Caliculari. 129.

Calicularij sunt qui hoc seculo arbitrantur omnibus calicis communionem esse necessariam.

Caluinistę. 130.

Caluinistę à Ioanne Caluino Picardo natione, patria Nouiodunensi herehiarcha paucis ab hinc annis 1534 quorum omnium hereses suo loco redarguuntur.

Campanistę. 131.

Cãpanistę sunt ex tertia classe Euãgelicorũ.

Negant Personarum Diuinarum distinctionem, & Eucharistiam.

Campates. 132.

Campates ex Donatistis dicunt in Ecclesia non esse, nisi bonos Martyres, illos tantum prædicant, qui vltrò sibi mortem procurāt. Docent etiam tantum penes se esse Euangelium.

Campenses. 133.

Campenses Arriani fuerunt, dicti sunt à campe, quod flexum significat.

Carolstadius. 134.

Carolstadius Andreas dictus, Germanus, ex Sacerdote laicus factus, quique primus ausus est apud Germanos vxorem ducere. vixit anno 1524. tempore Clem. VII. & Caroli V.

Carolus. 135.

Carolus Molineus contendebat. Tantū Christi Mortem Deo gratam extitisse, non Incarnationem, vel Natiuitatem. Nic. Sand. lib. 7. num. 219.

Castaleo. 136.

Castaleo Sebastianus ex proprio nomine, docuit Canticum Canticorum, continere amorem prophanum, non sanctum. Nicol. Sand. lib. 7. num. 190.

Carpocratiani. 137.

Carpocratiani à Carpocrate dicti, asseruit. Christum tantum hominem fuisse, ex vtroque sexu progenitum. vixit anno 129. tempore Sixti Papæ, & Adriani Imp. scrib. Euseb. li. 4. c 7.

Cathaphrigij, seu Cathaphrigæ. 138.

Cathaphrigij à Phrigia prouincia, & fuere Montanus, Prisca, & Maximilla, anno 181. tempore Soteri Papæ, & Commodi Impe. De his Cæsariensis. li. 7. c. 19. D. Th. opus. 5.

Cathari, seu Panthareni. 139.

Cathari à munditia nominati fuerunt, anno 256. tempore Stephani Papæ I. & Galieni Imperat. Hij de suis meritis gloriabantur, negabant peccatorib. pœnitentiā, & viduas si nupserint veluti adulteram dānabant.

Catharialij, seu Catharistæ. 140.

Catharialij, seu Catharistæ. vixerunt an. 279. Hos repræhendit D. Aug. lib. de hæresib. c. 46. fuerunt tempore Fœlicis I. & Aureliani Imper.

Cœlestiani. 141.

Cœlestiani à Cœlestio monacho. fuerunt anno 405. tempore Innocentij I. & Archadij Imperat.

Cerdoniani. 142.

Cerdoniani à Cerdone Mago, & hæretico ortum habent anno 144. tempore Higini Papæ, & Antonini Pij Imp. Duo agnoscebant contraria principia, vnum Sanctum, alterū iniquum. De his legitur apud Iren. lib. 1. cap. 21. de hæres. ac Hilarium li. 6. de Trin. & Niceph. li. 4. c. 3.

Cherintiani. 143.

Cherintiani à Cherinto dicti. fuerunt tempore D. Petri Apostoli, anno 69. Non solum ab vno, sed à pluribus confutantur, quia admittebant circuncisionem. Iren. li. 3. c. 3. Niceph. li. 3. c. 14.

Chazinzarij. 144.

Chazinzarij ex Armeniorum familia, tempore Theodori Papæ, & Constantini III. Heraclij filij, anno 640. Sic verò nuncupātur, quia tantum Crucem adorabant. Niceph. li. 18. c. 54.

Chiliastæ. 145.

Chiliastæ Cherinthiani, qui millenarij dicuntur, quia docebant post mortem corporū mille annos Christi Regnum corporaliter in hac terra futurum, ac Sanctos corporaliter cum Christo commesturos. Fuerunt anno 130. tempore Sixti I. & Adriani Imperat.

Christophorus. 146.

Christophorus Goodmannus natione Anglicus, docuit Reginam Angliæ esse caput Ecclesiæ. Nic. Sand. li. 7. nu. 222.

Christophorus. 147.

Christophorus Schaplerus Germanus, duodecim articulos docuit de libertate hominis. fuit anno 1525. tempore Cemen. VII. & Caroli V.

Christoliti. 148.

Christoliti docebant, Christum tantum cum Diuinitate in Cœlum ascendisse, & apud Inferos reliquit corpus, & animam. Nico. Sand. li. 7. nu. 107.

Circuncelliones. 149.

Circuncelliones, seu Agrestes dicti, amore Martirij seipsos occidunt. Augu. lib. de hæres. c. 6.

Clancularij. 150.

Clancularij de secta Anabatistarum, satis esse affirmant, si clam aliquis credat, & palam confiteri non est opus.

Claudius. 151.

Claudius Episcopus Taurinensis Anglus. redibit sermo suo loco.

Cleo-

Cleobiani. 152.

Cleobiani à Cleobio dicti, fuerunt tempore D. Petri Apost. ac Neronis Imper. ann. 51. Primi fuerunt qui Fratrum vnitatem scin derent. De his scribit Ignatius epistola ad Tralleis.

Colluthiani. 153.

Colluthiani à Colluthо Aegyptio, affirmabant, Deum non facere mala. fuerunt anno 315. tempore Siluestri Papæ, & Magni Constantini.

Collyridiani. 154.

Collyridiani sic dicti sunt, eo quia statuto die Collyridem B. Virgini offerebant in sacrificium. fuerunt anno 395. tempore Siriaci Papæ, & Theodosii Imper.

Colorbosii. 155.

Colorbosii à Calorbosio nominati, ann. 152. tempore Higini Papæ, & Antonini Pij Impera. putabant Christum non esse verum hominem.

Communi habentes. 156.

Communi habentes sunt Anabatistæ, qui affirmabant vxores, liberos, ac omnia esse cõmunia.

Concordenses, seu Cozocenses. 157.

Concordenses, seu Cozocẽses sunt illi, quos supra Albanenses nominauimus. D. Anto. 4. par. ti. 11. c. 7.

Condormientes. 158.

Condormientes dixerunt simul iuuenes, & virgines, mares & fœmin s in vno loco, ac cubili debere dormire.

Confessionistæ. 159.

Confessionistę, non fatentur confessionem sacramentalem, sunt secta lutherana.

Cononitæ. 160.

Cononitæ, à Conone Alexandriæ Episcopo, affirmabant esse tres Deos in sanctissima Trinitate. fuerunt anno 584. tempore Pelagii Papæ, & Mauritii Impera. scribit Niceph. li. 18. c. 50.

Constans Imper. 161.

Cõstãs Imperator, de secta Acephalita. fuit anno 643. tempore Theodori Papæ, & Heraclij Imper.

Constantius Imperator. 162.

Cõstantius Imperator, in Arrianam hæresim lapsus est lenitate quadam, hic fuit Cõstantini Magni filius, anno 340. Iulio I. Papa. Niceph. li. 4. c. 38.

Constantinus V. Imperator. 163.

Constantinus V. Imperator docuit, Imagines non esse adorandas, anno 743. tempore Zachariæ Rom. Pont.

Constantinus VI. Imperator. 164.

Constantinus VI. Imperator, damnatur in Synodo Nicena, anno 783. tempore Adriani I. Pont. Rom.

Contobabditæ. 165.

Contobabditæ à loco quodam nominati, anno 584. tempore Pontificatus Pelagii II. & Mauritii Imper. de quibus Niceph. lib. 18. cap. 49.

Copti. 166.

Copti sunt hæretici, qui in India habitant, & in suis Missis legunt Euangelium Nicomedi.

Cosmiani. 167.

Cosmiani à Cosmo dicti, anno 350. de quib. Niceph. li. 9. c. 11. fuerunt tempore Iulii I. & Constantii Constantini filii.

Coterelli. 168.

Coterelli affirmabant B. Virginem fuisse Angelum, & Christi corpus, non esse glorificatum in Cœlo. Nic. Sand. li. 7. nu. 148.

Cozocenses. 169.

Cozocenses, de secunda secta Catharorum, de quibus suo loco, cum Alphons. de Castro.

Cresconius. 170.

Cresconius Grammaticus Donatista, anno 358. tempore Liberii Papæ, & Constantii Imperat.

Crispinus. 171.

Crispinus Donatista Calamensis Episcopus, anno 400. fuit tempore Siriaci Papæ, Archadii, & Honorii Imperatorum.

Crotaldus. 172.

Crotaldus Valentinus dictus iniquè iudicabat de Sacramento Eucharistiæ. Nic. Sand. lib. 7. nu. 212.

Cynici. 173.

Cynici Phylosophi quidam Antisthenis imitatores, qu fuerunt similes Vualdensibus. Prat. lib. tertio, cap. 40.

D

Dadoes. 174.

Dadoes inter primos hæreses Messalianorũ, anno 367. Niceph. lib. 4. c. 11. Nullam vtilitatem ex baptismo nobis peruenire dicunt. fuerunt tempore Liberii, & Iouiniani Imperat.

Dæmoniaci. 175.

Dæmoniaci ad tertiam classem Anabatistarũ pertinẽt, isti decies in die Dæmonem adorant. & ꝙ Dæmones post finem sunt saluandi, vt docuit Origenes. Nic. Sand. lib. 7. numero 197.

Dauidici. 176.

Dauidici à Dauide Georgio nominati, ex tertia classe Evangelicorum, qui anteponunt suam doctrinam libris Apostolorum, & Prophetarum. fuerunt tempore Clementis VII. & Caroli V. anno 1525.

David Dinantius. 177.

Dauid Dinantius affirmauit, Deum esse primam materiam. anno 1204. tempore Innocent. IIII. & Philippi Imper.

Deistæ. 178.

Deistæ, qui & Trinitarij, seu noui Arriani, in Pollonia sunt renati. 1564.

Desiderius. 179.

Desiderius Erasmus, non pauca aduersus fidem dogmata scripsit, sed quamplura in suo loco dicetur.

Desiderius Longobardus. 180.

Desiderius Longobardus, anno 1250. fuit magnus hæresiarca, & damnauit voluntariam paupertatem. fuit tempore Alexand. IIII. & Corradi IIII. Imper.

Deuterius. 181.

Deuterius Arrianus Episcopus, tempore Simachi Papæ, & Anastasij I. Imp. Orientis, an. 493. Hic tali forma in baptismo vtebatur. In nomine Patris, per Filium, in Spiritu sancto. Niceph. li. 16. c. 35.

Dicartitæ. 182.

Dicartitæ Manichæi fuerunt anno 279. tempore Eutichiani Papæ, & Taciti Imperatoris.

Dimophilus. 183.

Dimophilus Arrianus, anno 368. tempore Liberij Papæ, & Valentini Imper. Niceph. lib. 11. c. 15.

Dimeritæ. 184.

Dimeritæ negabant. Verbum carnem ex Maria assumpsisse. fuerunt anno 377. tempore Damasi Papæ, & Valentiniani Imp.

Dioscorus. 185.

Dioscorus, à quo Dioscoriani emerserunt. Vnam tantum in Christo naturam fatetur. fuit anno 453. tempore Leonis I. & Theodosij iunioris Impe. de quo Niceph. li. 14. c. 47.

Diotrephes. 186.

Diotrephes hæretici, tempore Apostolorum.

Discalceati. 187.

Discalceati docebant, nos uti non posse calceamentis. Prat. li. 4. c. 13.

Donatistæ. 188.

Donatistæ, à Donato Casensio ortum habẽt. Duo dixerunt. Filium minorem Patre, & Spiritum sanctum minorem Filio. & rebaptizabant Catholicos. fuerunt anno 358. tempore Liberij Papæ, & Constantij Imperatoris.

Dorotheus. 189.

Dorotheus Arrianus, anno 395. tempore Sicicij Papæ, & Theodosij Imp. Nicep. li. 12. cap. 24.

Dositheus. 190.

Dositheus, tempore D. Petri Apostoli, & Nerone, anno 52. Prat. li. 4. c. 16.

Dulcinus. 191.

Dulcinus, anno 1309. tempore Clementis V. & Henrici VII. Imp. Turr. Crem. de Eccl. li. 4 c. 37. & Direct. Inquis. 2. par. q. 12.

Durandus. 192.

Durandus de Vualdac adeò insanuit, ut affirmaret. Matrimonium nil aliud esse, quàm occultum meretriciũ. fuit sub Paschali II. Papa, & Henrico V. Imp. an. 1117. Dir. Inquis. 2. par. q. 11. pag. 199.

E

Ebionitæ. 193.

Ebionitæ, isti vana quam plurima docuerũt. & sæpius confutantur à nostris. Ab Hilario, li. 1. de Trin. Iren. li. 1. aduersus hæreses, c. 26. Niceph. li. 3. c. 13. & D. Th. opus. 5. & alibi. fuit anno 80. sub Anacleto. & Tito Imp.

Ecebolus. 194.

Ecebolus à fide Christiana discedens ad Græcorum ritum se conuertit, anno 365. tempore Iuliani Imper. cuius fuit etiam præceptor. Niceph. li. 10. c. 1.

Eiulantes. 195.

Eiulantes Anabatistæ sectæ, nullam aliam deuotionem agnoscebant, quàm semper eiulare. De his Prat. li. 5. c. 3.

Elchesaitæ. 196.

Elchesaitæ, ab Elchesae nomine nuncupati, qui fuit Pseudopropheta, & Ebionitæ farinæ. Niceph. lib. 5. c. 24.

Eleusius. 197.

Eleusius Cyzicenus Episcopus Macedoniæ Arrianus. fuit anno 396. tpe Syrij Pontif. Rom.

Rom.& Theodosij Imper.Hist. Trip.libr. 9.capitu.12.& Niceph.lib.9.cap.42.

Elymas. 198.

Elymas Iudæus, imitator Symoni Magi. fuit Apostolorum tempore.

Elpidius. 199.

Elpidius Hispanus, Agapetarũ hæresis Dux, cu m sua vxore tempore D.Hiero.

Eluidius. 200.

Eluidius dixit Mariam Virginem, non esse Virginem post partum,sed cognitam esse. fuit tempore Siricii Rom. Pont. & Theodosii Imper.scribit D.Hiero.multa contra hunc.

Emeritus. 201.

Emeritus Donatista, fuit anno 400. tempore Siricii & Archadii Imp.

Encratitæ. 202.

Encratitæ, à quodam Tationo sunt dissèminatæ, anno 179. tempore Soteri Papæ, & Marci Antonii Imper.Niceph.lib.4. ca. 4.

Energici. 203.

Energici sunt sacramentariæ factionis nostri temporis arbitrantur,non Christi corpus, sed eius virtutem esse in sacramento.Nic. Sand.lib.7 nu.213.

Enthusiastæ. 204.

Enthusiastæ fuerunt anno 340. tempore Damasi Papæ, & Valentini Imper. de quibus verbo anima.

Epicurei. 205.

Epicurei omnem hominibus bonum in voluptate posuerũt, ut sunt multi nostra ętate.

Eraclite. 206.

Eraclitæ ab Eraclio. Negabant paruulos ingredi cęlum, Conubia respuebant.

Essei. 207.

Essei Iudæorum secta, volebant omnia esse communia, à matrimonio se abstinebant. fuerunt ante Saluatoris ortum annis 125. sub Hircano.

Euangelici. 208.

Euangelici sunt Hæretici nostri temporis, sequuntur isti doctrinam Martini Luthęri contaminatam.

Euchitæ. 209.

Euchitæ arbitrantur omnia mala posse auertere præcibus, hinc Euchitæ i. orantes dicuntur.

Eudo. 210.

Eudo affirmabat se illum esse, qui venturus est iudicare seculum per ignem. Nic. Sãd. lib.7.nu.145.

Eudoxius. 211.

Eudoxius Germanus vrbis Syrię primus Episcopus fuit, deindè Antiochiæ, demum Bizantii, fuit Aetianæ, deindè Arrianæ sectę, anno 370.tempore Damasi Papæ, & Valētis Imper.Niceph.lib.9.cap.36.

Eunomiani. 212.

Eunomiani ab ab Eunomio qui Cappadociæ ortus est, Arrii discipulus, & suo tempore, anno 358. Liberii Pont.& Cõstantii Imper.Niceph.lib.11.cap.11.

Euphratas. 213.

Euphratas,negauit.Christũ esse Deum. Nic. Sand.lib.7.nu.60.

Eupsychiani. 214.

Eupsychiani ab Eupsychio fuerũt anno 368. tempore Liberii. & Valentiniani Imper. Niceph.lib.12.cap.30.

Eusebius Archieunuchus. 215.

Eusebius Archieunuchus anno 357. de secta Arriana tempore Liberii. Et Constantii Imper.de quo scribit Niceph.lib.9.cap.2.

Eusebius Nicomediensis. 216.

Eusebius Nicomediensis fuit Arrianus, anno 315.tempore Siluestri Papæ, & Magni Constantini.Niceph.lib.8.cap.3. Hinc nostri paruam adhibent fidem suis hystoriis.

Eustatius. 217.

Eustatius ex Monachatu assumptus est ad Episcopatũ Sabastiẽsis Armenięregionis, anno 320.tempore Siluestri Papæ,& Constãtini Magni. Docebat Sanctos non esse à nobis venerandos.

Eutychiani. 218.

Eutychiani ab Eutychite Abbate Constantinopolitano anno 443.tantum naturam Diuinam affirmabat esse in Christo. fuit tempore Leonis Primi, & Theodosii Secundi Imperatoris. Vt nouissime scribit Prat. li. 5.cap. 24.

Euzoius. 219.

Euzoius Diaconus Ecclesiæ Alexandrinæ, Arrii socius.&c.

F

Falsi Prophetæ. 220.

Falsi Prophetæ, sunt qui populum decipiũt. De his Prat.lib.6.cap.1.

Farellistę. 221.

Farellistę de secta Antelutherana, à Gulielmo Farello dicti, pręter multa, dixerũt Spiritum Sanctum motum in rebus Creatũ.

Fau-

Faustus. 222.

Faustus Manicheus, anno 407. tempore Innocentii Primi, & Archadii Imper.

Felix Manicheus. 223.

Felix Manicheus, anno 405. Regnantibus iisdem.

Felix alius. 224.

Felix alius à quo Feliciana dicta, est hæresis, anno 783. tempore Adriani Primi, & Constantini VI.

Felicianus. 225.

Felicianus, vixit anno 395. tempore Siricij Papæ, & Theodosij I. Imper.

Flauitas. 226.

Flauitas Episcopus Constantinopolitanus, anno 476. Arrianus fuit, & vixit tempore Simplicij Papæ, & Leonis II. Imper. Niceph. lib. 16. cap. 18.

Flagellantes. 227.

Flagellantes viguerunt primo in Italia, deinde in Germania, & Gallia suam dilatarūt hæresim anno 1273. tempore Gregorij X. & Rodulphi Imper. Dicebantur flagellantes, quia affirmabant hanc flagellationem potiorem esse ad delenda quæcunque peccata, quauis confessione. Refloruit eorum sententia anno 1313. tempore Ioannis. 22. & Ludouici Bauari Imper.

Florinus. 228.

Florinus indè floriani, affirmabat Deū creasse mala. fuerunt anno 182. tempore Soteri Rom. Pont. & Comodi Imper. Niceph. lib. 4. cap. 20. & Euseb. lib. 5. cap. 15.

Fortunatus. 229.

Fortunatus, à quo fortunati Manicheus, anno 405. tempore Innoc. I. & Archadii Imperat.

Fortunatianus. 230.

Fortunatianus Apher natione, Episcopus Aquilegiensis, anno 400. tempore Siricij Papæ, & Archadii Imp.

Fortunatitæ. 231.

Fortunatitæ sunt, qui apud Iudæos fortunā, seù Reginam cœli adorabant, eique sacrificia offerebant, de quibus suo loco.

Fraticelli. 232.

Fraticelli, qui de paupere vita dicti sunt, in Italia Originem habuerunt, tempore Benedicti XI. & Alberti Primi Imperat. anno 1304.

Fulgentius. 233.

Fulgentius Donatista docuit duo baptismata, ac duo principia, fuit tempore Siricij Papæ, & Archadii Imper. anno 400.

Functius. 234.

Functius scripsit Petrum nunquàm fuisse Romæ. Nic. Sand. lib. 7. num. 225.

G

Gainitæ. 235.

Gainitæ fuerunt de sect: Eutychiana, anno 476. tempore Simplicii Papæ, & Zenonis Imper.

Gainas. 236.

Gainas ex schitis fuit anno 405. sub Innoc. I. & Archadio Imp. & de secta Arrii. De quo Niceph. lib. 13. cap. 5.

Galla. 237.

Galla fuit magá, & Prisciliani adiutrix, anno 388. tempore Siricij, & Valentiniani Imp.

Gallani. 238.

Gallani dixerunt Chrūm unam naturam habere incorpoream, & æternam. D. Thom. opus. 5.

Galatæ.

Galatæ, à D. Paulo repræhenduntur. ad Galatas. cap. 5.

Gaudentius. 239.

Gaudentius Donatista fuit Episcopus, sub Innoc. I. & Archadio Imperatore. anno 405.

Gensericus. 240.

Gensericus Vandalus Rex Aphricæ fuit anno 427. tempore Cælestini Pont. Roma. & Theodosij Iunioris, & secta Arrianus, De quo Niceph. lib. 14. cap. 56.

Georgius. 241.

Gorgius Episcopus Alexādrinus & ipse Arrianus, anno 358. viuente Liberio Papa, & Constantio Imperat. Niceph. li. 9. cap. 29.

Georgius. 242.

Georgius Laodicenus Episcopus, Arriana scabie maculatus, vixit anno 357. sub Liberio, & Constantio Imper. Niceph. lib. 9. cap. 49.

Georgiani. 243.

Georgiani erroribus Græcorum subscripserunt, anno 325. tempore Siluestri Papæ, & Constantino Magno Imper.

Georgius Dauid. 244.

Georgius Dauid, fuit in Frisia nouus Propheta habitus, anno 1525. sub Clemente VII. & Carolo V. plures hæreses docuit. Prat. lib. 7. cap. 10.

Gherardus. 245.

Gherardus Segerellus, de quo scribit Direct. Inq. 2. p. q. 12. Tur. Crem. lib. 4. cap. 37.

Gil-

dæorum, qui Herodem, ut percussum ab Angelo, vt Christum sperantes expectabant. Prat.lib.8.cap.13.

Heron. 271.

Heron à Christiana fide ad Græcam superstitionem abiit, & apostatauit. vixit anno 365. tempore Liberii Papæ & Iuliani Imper. De quo Niceph.lib.10.cap.29.

Heshusii. 272.

Heshusii antelutheranorum secta, ad secundam classem Euangelicorum nostri temporis.

Hidoroparastatæ. 273.

Hidoroparastatæ, tantum aquam in mysteriis adhibent. Nic. Sand.lib.7.nu.27.

Hierarchitæ. 274.

Hierarchitæ ab Hierarcha hæretico, anno 279. tempore Euthychiani Papæ & Taciti Imper. censebant isti iniquas esse nuptias, & negabant carnis resurrectionem. Loquitur D. Aug. de his lib. Her. capi.47. & Nic. Sand.lib.7.num.52

Hieronymus de Praga. 275.

Hieronymus de Praga Heresiarcha natione Bohemus, anno 1414. tempore Ioannis XXIII. & Sigismundi Imp.

Hilarius. 276.

Hilarius Arrianus fuit 400. sub Siriaco Rom. Pont. & Theodosio Imp.

Honoricus. 277.

Honoricus Arrianus anno 476. tempore Simplicij Papæ, & Zenonis Imper. fuit vir istæ Rex Vandalorum, quem alii dicunt esse Honorium Tertium Regem Vandalorũ.

Hugonistæ. 278.

Hugonistæ tertiæ classis Euangelicorum nostri temporis.

Hussitæ. 279.

Hussitæ, à Ioanne Hus, Bohemo, anno 1377. tempore Gregorii Vndeci. & Vuenceslai Imper.

Hutitæ. 280.

Hutitæ sunt secta Antelutherana à Ioanne Hitto, qui prædicabant. diem Domini instare. Prat.lib.8.cap.22.

Hymeneus. 281.

Hymeneus docebat resurrectionem iam esse celebratam. fuit Apostolorum tempore & Domitiani, Neronis. D. Tho. opus.5.

Hypsistarii. 282.

Hypsistarii. asserebant, solum omnipotentem esse venerãdum. Ac non esse orandum pro patre defuncto Nic.Sand.lib.7.num.86.

I

Iacobellus. 283.

Iacobellus Misnensis, anno 1410. tẽpore Alexandri Rom. Pont. & Ruperti Bauari Imper. putauit neminem posse saluari absq; communione calicis.

Iacobitæ. 284.

Iacobitæ, à Iacobo Syro, anno 584. tempore Pelagii Secundi & Mauricio Imper. Nic. lib.18. cap.47. Multa malè scripserunt, vt inferius confutabimus.

Iacobus Præpositi. 285.

Iacobus præpositi flander natione apostata ordinis Eremitarum Sancti Aug. Lutheranus, anno 1523. sub Clemente Sept. & Carolo Quinto.

Iacobus Iustus. 286.

Iacobus Iustus Bergardæ factionis, anno 1314. tempore Ioannis 22. & Ludouici Imper. de quo Direct.2.p.q.11.pag.

Ibas Edissenus. 287.

Ibas Edissenus Episcopus fuit, anno 476. tẽpore Simplicii Papæ, & Zenonis Impera. Niceph.lib 17.cap.27.

Iconoclastæ. 288.

Iconoclastæ, siue Iconomachi, respuebant venerationem Imaginum, anno 719. tempore Gregorii Papæ, & Leonis Tertii Impe.

Idolatræ Hæretici. 289.

Idolatræ Hæretici dicti sunt. Prat.lib.9.ca.7. De Idolis fusius scribendum erit.

Ienenses. 290.

Ienenses sunt Lutherani.

Ignoitæ. 291.

Ignoitæ, seù Gnoitæ ab ignorantia nuncupati. Existimabant, Christi Diuinitatem ignorare futura.

Illyriceni. 292.

Illyricani à Matthia Illyrico Lutheranorum secta est.

Indiani. 293.

Indiani, qui & Abasini dicuntur Præsbyterũ Ioannem sequuntur. Circunciduntur isti, paruulos suos in fronte calamo ferreo adurunt ad modum Crucis, consecrant in fermento, communicant sub utraque specie, His de causis, hæretici dicuntur. Prat. lib.9.cap.12.

Infernales. 294.

Infernales, putant Christum ad infernum cruciatos eius esse passum, cum ibi descenderit. Nic.Sand.lib.7.nu.225.

Insab-

Insabbati. 295.

Insabbati sunt factionis Valdensiũ. Respuũt omne iuramentum. Nullam admittunt orationem, nisi Dominicam. Comedunt quotidiè carnes, sic verò nominãtur, quia qui perfectiores sunt inter eos, quoddam signum deferunt in superiori parte sui sotularis, quam sabbatum dicunt: Fuerunt anno 1160. Tempore Alexandri Tertii, & Friderici primi Imper.

Interimistæ. 296.

Interimistæ sunt secundę classis Euangelicorum nostri temporis.

Inuisibiles. 297.

Inuisibiles sunt factionis Confessionistarum huius ætatis, sic appellantur, quia putant. Nullam esse ecclesiam visibilem. Nicol. Sand.

Ioachinus Abbas. 298.

Ioachinus Abbas Calaber Monachus Sancti Benedicti, anno 1195. tempore Cęlestini Tertij, & Henrici VI. Imper.

Ioannes à Lasco. 299.

Ioannes à Lasco iniquè iudicauit de sacramento altaris. Nicol. Sand. lib. 7. nume. 297.

Ioannes de Leiden. 300.

Ioannes de Leiden, primus fuit professione sartor, deinde ex factione Zuingliana, ac Caluiniana constituitur Anabatistarum Rex, anno 1534. tempore Pauli Tertii, ac Caroli Quinti.

Ioannes Behalim. 301.

Ioannes Behalim, persequitur Clericorum vitam, Decimas, & multa alia. Nic. San. li. 7. nu. 179.

Ioannes Oecolampadius. 302.

Ioannes Oecolampadius Apostata Sancti Benedicti sacramentariorum Dux, anno 1525. tempore Clementis VII. & Caroli Quinti.

Ioannes Spangebergus. 303.

Ioannes Spangebergus Lutheranus, anno 1556. tempore Pauli III. & Caroli V.

Ioannes Vuicleffus. 304.

Ioannes Vuicleffus Anglus, sacerdos fuit, vixit anno 1352. tempore Clementis VI. & Caroli Quarti.

Ioannes de Rocsesana. 305.

Ioannes de Rocsesana, Vuicleffi, ac Ioannis Hussi imitator anno 1430. tempore Martini Quinti, & Sigismundi Imper.

Ioannes paruus. 306.

Ioannes paruus affirmauit licitum esse, propria authoritate occidere Tyrannum. Nico. Sand. li. 7. nu. 172.

Ioannes Vuestphalus. 307.

Ioannes Vuestphalus, Germanus Lutheranæ hæresis defensor, anno 1533. tempore Clementis VII. & Caroli V.

Ioannes de Zischa. 308.

Ioannes de Zischa Hussitanorum dux, fuit anno 1411. tempore Ioannis 23. & Sigismundi Imper.

Ioannes Roatius. 309.

Ioannes Roatius Germanus Sigismundi Cęsaris. vixit anno 1412. tempore Ioannis xxiij.

Ioannes Præmonstratensis. 310.

Ioannes Præmonstratensis fuit anno 1412. tempore eorundem. Prat. li. 9. c. 25.

Ioannes de Polliaco. 311.

Ioannes de Polliaco Theologus Parisiensis, anno 1323. deceptus est circa confessionis Ministrum. tempore Ioannis 22. & Ludouici Bauari Imper.

Ioannes Philoponus. 312.

Ioannes Philoponus, tempore Sabiniani Papæ, & Phocæ Imper. Niceph. li. 18. c. 246.

Iouinianus. 313.

Iouinianus hęresiarcha, tẽpore Siricij Rom. Ponti. & Theodosij secundi Impera. anno 395. Nullum agnouit discrimen inter Virgines, & nuptas.

Isini. 314.

Isini hæretici Indiam incolunt, isti candenti ferro, ac peracuto suos pueros baptizant, signum Crucis sic exprimendo characterem. Prat. li. 9. c. 29.

Iudas Iscariotes. 315.

Iudas Iscariothes, primus qui à Religionis nostrę fide apostatauit. Niceph. li. 1. c. 30.

Iscariotistæ. 316.

Iscariotistæ affirmant, nõ verum Christi corpus Iudæ traditum à Domino. Nic. Sand. li. 7. pag. 703.

Iudęorum hęreses. 317.

Iudæorũ hęreses, nõ propriè hęreses appellari possunt, nisi retineãtur Christianę fidei, in figura susceptæ. Prat. li. 9. c. 31.

Iulianus Halicarnaseus. 318.

Iulianus Halicarnasęus, quàm plurima vanè docuit, anno 604. tempore Sabiniani Papæ, & Phocę Imper. Niceph. li. 18. c. 45. Prat. li. 9. c. 32.

Iulia-

Iulianus Capuanus. 318.

Iulianus Capuanus Episcopus, fuit anno 405 tempore Innocentij Primi, & Archadii Imper.

Iulianus Apostata. 319.

Iulianus apostata, anno 357. fuit Constantij Cæsaris Nepos. Niceph.lib.10.cap.3. Prat.lib.9.cap.34.

Iustificatorii. 321.

Iustificatorii hæretici sunt factionis Luthæranæ.

Iustina. 322.

Iustina mater Valentiniani Imperato. anno 137. tempore Siriaci Papæ. Hist.Trip.li.9. cap.20.

K

Kemnitius. 323.

Kemnitius affirmauit, vnicuique licitum esse interprætari concilia. Nic.Sand.libr.7.numero 226.

L

Laicocephali. 324.

Laicocephali Angli docēt. Reginam Angliæ esse caput ecclesiæ. Nic. Sand.lib.7.numero 220.

Lamperiani. 325.

Lamperiani fuerunt anno 1352. tempore Innocentij Sexti, & Caroli Quarti Imperatoris.

Leo Imperator. 326.

Leo Imperator natione Isaurus, fuit tempore Gregorij Secundi Papæ.

Liberi. 327.

beri sunt hæretici huius ætatis Anabatistę factionis, qui putant se esse liberos ab obedientia Principū, & censibus, vxores sunt communes, post baptismum dicunt neminem posse peccare.

Libertini. 328.

Libertini à libertate, quam docent Euangelicam, nominantur, & sunt diuersæ factionis. Prat.10.cap.4.& Nic.Sand.lib.7.nu.227.

Licinius Imperator. 329.

Licinius Imperator acerrimus Impugnator ecclesiæ ex Dacia oriundus, anno 312. tempore Miltiadis Papæ. Niceph.lib.7.ca.44.

Loistæ. 330.

Loistę sic nominati à quodam Eligio Antuerpiensi, & sunt Euangelici nostri seculi.

Lollardi. 331.

Lollardi Vuicleffistæ Angli natione, anno 1360. tempore Innocentij Sexti, & Caroli Quarti.

Lucas. 332.

Lucas Sternberger lutheranę sectę, fuit. 1561. sub Pio Quarto, & Ferdinando Imp. Nic. Sand.lib.7.nu 217.

Lucianus. 333.

Lucianus Euominii imitator, fuit nepos Eudoxii ex sorore, anno 398. tempore Siriaci, & Archidii Imper.Niceph.lib.13.cap.1.

Lucianus. 334.

Lucianus Marcionis discipulus anno 156. tēpore Pij Primi, & Antonini Pii Impe. scribit Hil.contra eum lib.6.de Trin.Iren.lib. 3.cap.3.aduersus hæreses.

Lucilla. 335.

Lucilla Aphricana Donati adiutrix, anno 358. tempore Liberij Papæ, & Constantij Imperatoris.

Lucisferiani. 336.

Lucisferiani, à Lucisfero Caracalitano Episcopo Sandiniæ, fuit anno 365. Docuit animam nostram, ex carne esse propagatam, fuit sub Liberio Papa, & Constantio Imp. Niceph.lib.110.cap.14.

Lucius. 337.

Lucius Alexandriæ Episcopus, Arrianæ sectę anno 378. tempore Damasi, & Valētis Imper.Hist.Trip.lib.7.cap.37.

Ludoicus. 338.

Ludoicus Alemanni, Italus Natione, Zuingliani discipulus, anno 1566.

Lullistæ. 439.

Lullistæ. scribit Direct. Inquisitorum.2. part. 1.quæst.

Luthærani. 340.

Luthærani à Martino Luthæro Viro scelestissimo natione Germano patria Islebiensi Saxoniæ Vrbe, apostata Eremitarum D. Aug. fuit anno 1517. tempore Leonis Decimi & Caroli Quinti, cuius gesta elegatissimè post alios scribit Laurentius Certosinus. Hic plures habuit fautores, & sectas, qui inter se digladiantur. Vt Luthæropapistæ. Luthærosiandriani. Luthærozuingliani. Luthæro Caluiniani Prat. lib.10. ca.15.

M

Macedoniani. 341.

Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano Episcopo, qui suam hæresim anno 359. inuulgauit, tempore Liberii Roma. Pont.

Pont.& Constantij Impe. Iniquè sensit de Spiritu Sancto, nempè, quòd sit Minor Patre, & Filio, nec eiusdem substātiæ, sed meram Creaturam. Ruffinus lib. Hist. eccles. scribit. cap. 25. lib. primi. & D. Aug. cap. 52. de hæresibus.

Macharius. 342.

Macharius Episcopus Antiochenus, putauit vnam tantum in Christo operationem, Diuinam nanque non humanam. Vixit anno 559. tempore Agathonis Papæ, & Constantij Imp. Quarti.

Mahometes. 343.

Mahometes Arabs, mercator vilissimus, princeps Latronum, prænuncius Sathanæ, præcursor Antichristi, complementum falsitatis, iniquorum pater, ac scælestissimorum Dux, ortus est anno 630. tempore Honorij primi, ac Heraclij Imper. Hic multa perfidè docuit, cuius secta adeò in gentem creuit, vt nullus propè sit populorum numerus, nec Imperij. Errores verò quos cōtra fidem docuit, & in Alchorano cōtinentur hic paucis in summam redigam, quibus cōueniit cum hæreticis tàm neotericis, quā recentioribus.

Conuentio Mahometis cum Hæreticis antiquis.

Trinitatem negauit cum Sabellio, ac Hebræis.

2 Christum Creaturam esse affirmat cū Hebræis, Arrio, atque Eunomio.

3 Christum non esse Deum, sed Prophetam Sanctum cum Carpocratè.

4 Deum habere filium fatetur esse Impossibile, quia vxore caret cum Cerdone.

5 Christus non est Cruçifixus, sed alius sibi similis. cum Manicheis.

6 Negat ecclesię Mysteria quæ à Christi passione vim habent. cum Donatistis.

7 Dœmones in fine Mundi esse saluandos docet. cum Origene.

8 Deum habere corpus. cum Antropomophitis.

9 Fęlicitatem in voluptate locauit. cum Cherintho.

10 Circuncisionem admittit. cum Ebionitis.

11 Prohibet vinum. cum Tatianis.

Conuentio Mahometis. cum Luthæro.

Affirmabat se solum habere Euangelium, & quæ reicienda, quæve recipienda fiat ex vtroque testamento. Sic Luthærus dixit, Germaniam ante se, nunquàm habuisse Euangelium.

2 Septuaginta sectas habet Mahometes. sic tot sunt Euangelicorum.

3 Voluit Mahometes tantum secūdum eius scripta iudicandum, sic hæretici.

4 Quadragesimam vnius Lunæ, quæ quouis anni tempore obueniret, cursu transmutat. Luthærani verò non solum transmutarunt, sed omnia ieiunia abhorrent.

5 Diem fœstum Dominicæ, in Veneris diem commutauit. Luthærani dies fœstos non venerantur.

6 Sacras deleuit imagines, Lutherani subuerterunt, & violarunt.

7 Derridet cultum omnium Sāctorum. Quod Luthærani sequuntur.

8 Baptismum non recipit. Caluinus non necessarium cognoscit.

9 Non circuncidunt nisi habentes vsum rationis. Adrianus Namstedius anno 17. & 18. baptizat.

10 Recipit Diuortium. Oecolampadius, priore vxore relicta, alteram cognoscit.

11 Plures vxores, imò quot alere possit, accipiunt. Bucerus, & Olemdorpius idem affirmant.

12 Mahometani negant alteri prodesse bona opera. Luthærani nostra dicunt esse peccata.

13 Tollit Mahometes liberum arbitrium. Quod & docent Luthærani. Prat. libr. 11. capit. 3.

Maiorinus. 344.

Maiorinus Cartaginensis Episcopus Donatista. vixit anno 358. sub Liberio Papa, & Constantino Imp.

Maiorani. 345.

Maiorani sunt Lutherani, a Sergio maiore nuncupati. Prat. lib. 11. cap. 5.

Manichei. 346.

Manichęi à Manete quodam natione Persa. fuerunt. anno 273. tempore Fœlicis & Aureliani Imp. De his scribit D. Augu. lib. 90. q. & Euseb. lib. 7. cap. 28.

Mansfeldenses. 347.

Mansfeldenses sunt Luthærani primæ classis Euangelicorum. Prat. lib. 11. cap. 7.

Manifestarij. 348.

Manifestarii sunt Anabatistæ. Prat. vbi supra

Marathonius. 349.

Marathonius Nicomediensis Episcopus, anno 360. De quo Niceph. lib. 9. capit. 42. fuit Macedonianæ factionis tempore Liberii Papæ,

Papæ,& Constantii Imperatoris.

Marcellus. 350.

Marcellus à quo Marcelliani, qui fuit Ancyræ Galatiæ Episcopus tempore Iulii Primi,& Constantii Imper. putauit. Christũ purum hominem fuisse. Niceph.lib.8.capitu.52.

Marcion. 351.

Marcion,à quo Marcionitæ.fuit anno 155. tẽpore Pii Primi,& Antonini Pii.

Marcus. 352.

Marcus, à quo Marcitæ,Valentini Discipulus anno 155. tempore Pii Primi, & Antonini Pij, de quo Niceph.lib.4.cap.3. & Euseb. lib.4. Hist.eccl.Iren.lib.1. aduersus hæreses,cap.8.

Marinus. 353.

Marinus Thrax Arrianus,vixit anno 395. tẽpore D.Siricij Papæ, & Theodosij.I.Imp. Niceph.lib.12.cap.30.

Maris. 354.

Maris Calcedonensis Episcopus, fuit anno 328.tempore D.Siluestri Papæ,& Constantini Mjagn.De quo Niceph.lib.8.cap.18.

Maronitæ. 355.

Maronitæ ab quodam Marone dicti, anno 1215. tempore Innocentij Tertij, & Philippi Barbarossæ Impe. Hic tantum vnam operationem tribuit Christo, nempè Diuinam.

Marsilius. 357.

Marsilius Paduanus vixit anno 1117. tempore Paschalis Secundi Rom.Pont. & Henrici Quinti.

Martyriani. 358.

Martyriani à Petro Martyre hæretico, nostri temporis, de quo supra.

Masbotheus. 359.

Masbotheus vnus existit ex primis hæreticis, anno 55.tempore D.Petri Apostoli, & Neronis.De eo scribit Euseb.lib.4.cap.22.Niceph.lib.4.cap.7.Prat.lib.11.cap.9.

Messaliani. 360.

Messaliani fuerunt anno 380. tempore Damasi Papę,& Valentis Imperatoris.

Mathematici. 361.

Mathematici aliqui inter hæreticos cõnumerantur.Prat.lib.11.cap.21.

Maximinus. 362.

Maximinus Arrianus anno 405. tempore Innocentii Primi, & Archadii Imperatoris.

Maximilla. 363.

Maximilla,& Prisca Prophetissa Montani hęretici,anno 182.tempore Eleutherii Papę, & Comodi Imper. Niceph.lib.4.cap.20.

Melchisedechiani. 364.

Melchisedechiani, dixerunt Melchisedech, nõ fuisse purum hominem, sed quandam Dei virtutem Christo Maiorem habuisse.

Melanthonici. 365.

Melanthonici à Filippo Melanchthone confessionistarum Patre,& fuit anno 1530. tẽpore Clementis Sept.& Caroli Quinti.

Melchioritæ. 366.

Melchioritæ à Melchiore Hofmanno, sectæ antelutheranæ, qui negauit Christum de Virgine Carnem assumpsisse.

Meletiani. 367.

Meletiani à Meletio Episcopo Ægypti, qui vixit anno 311.& Arrium sequutus est, tempore Eusebii Papæ,& Valerii Maximi Imperatoris.

Menandriani. 368.

Menandriani à Menandro Discipulo Symonis Magi,genere Samaritano, in vico Capratensi orto anno 80.tempore Lini Pont. & Vespasiani Imper. Putabant isti, mundum non à Deo, sed ab Angelis creatum.

Menas. 369.

Menas Diaconus ecclesiæ Alexandrinæ, fuit Arrianus,vixit tempore D.Siluestri, & Magni Constantini,anno 315.

Menophantus. 370.

Menophantus Episcopus Ephesinus Arrianus,tempore D.Siluestri,& Magni Constãtini,anno 316.Niceph.lib.8.cap.17.

Mennonitæ. 371.

Mennonitæ Anabatistæ fuerunt, & si nostro euo repullulare fecerunt hæresim, qui negant carnem ex Virgine Christum assumpsisse.Nic.Sand.lib.7.nu.202.

Metamorphistæ. 372.

Metamorphistæ sunt hæretici nostri temporis,qui iniquè sentiunt de Eucharistia.

Metangismonitæ. 373.

Metãgismonitæ,quòd idem significat (authore D.Aug.) quòd trãsuasantes, vel inuasantes, existimant enim , sic esse in patre filiũ, tanquàm vas minus intra vas maius. fuerunt anno 221.tempore Vrbani Papę, & Heliogabali Imp.

Michael. 374.

Michael de Cæsena damnatur.Direct.Inq.2. p.q.pag.188.

Molochitæ. 375.

Molochitæ,& Remphãnitæ denominati sunt

ab

ab Idolatria, quam Moloch, & Rempham Ammonitarum Idolo exhibebant. Prat. libr. 11. cap. 34.

Michael. 376.

Michael Seruetus docuit Deum vnicam esse personam. Nic. Sand. lib. 7. nu. 227.

Monasterienses. 377.

Monasterienses sunt hæretici recentiores, qui in sua Cœna, non proferunt, ea verba, Hoc est corpus meum. sed tantum accipe, ede, memento Domini.

Monophysitæ. 378.

Monophysitæ à Monos, quod est vnus, & physis natura, quia tantum vnam naturā Christi dicunt esse. Niph. lib. 18. cap. 47.

Monotolitæ. 379.

Monotolitæ è Monos, quòd est vnus, quoniā vnicam Christi tantum putabant esse operationem. D. Tho. opus. 5.

Montanistæ. 380.

Montanistæ à Montano Phrigio, sic dicti quia tempore persequutionis in montibus latuerunt, anno 187. tempore Sotheri Papæ, & Commodi Imp.

Moses falsus. 381.

Moses falsus in Cræta, qui cū genere Iudęus esset, se esse Mosen affirmabat, anno 435. tēpore Cœlestini Papæ, & Theodosii iunionis Impe. Socrates eccl. Hist. lib. 7. cap. 38. Prat. lib. 11. cap. 39.

Muntzerici. 382.

ūtzerici à Thoma Muntzero, siuè Monetario Anabatistarum patre, sunt hęretici nostri temporis, qui superioribus annis vigebant tempore Clementis Septimi & Caroli Quinti, anno 1524.

Mundanitæ. 383.

Mundanitæ dicebantur, quia mundum in eodem statu permansurum putabant, etiam post vniuersalem resurrectionem.

Musoritæ. 384.

Musoritę erant Idolatræ Iudæorum.

Muscaronitæ. 385.

Muscaronitæ à Musco & Accaron Ciuitate, in qua colebant Muscam. Prat. lib. 9. ca. 43.

Muscalani. 386.

Muscalani sunt moderni hæretici, qui docēt. Naturam Diuinam fuisse Crucifixam, & mortuam.

N

Narcissus. 387.

Narcissus Neroniadis Ciliciæ, quam in præsenti Trinopolim dicunt, Arrianus fuit, anno 344. tempore Iulii I. & Constantii Imper. Niceph. lib. 9. cap. 12.

Nazaræi. 388.

Nazaræi à Nazaret Galilėæ vico, omnia legis Mosaicæ præcepta obseruabant, anno 133. tempore Sisti I. Et Adriani Imp.

Nepos. 389.

Nepos fuit Episcopus cuiusdam vrbis Aegypti. Docuit sanctos mille annos in hac vita corporali voluptate regnaturos. fuit anno 270. tempore Fęlicis Primi, & Claudii Secundo Imp. vt refert Euseb. libr. 7. cap. 24. Nicephor. libr. sexto. cap. 21. Prat. libr. 12. cap. 3.

Nestorius. 390.

Nestorius Constantinopolitanus Episcopus. Asseruit B. Virginem, nō matrem Dei, sed hominis tantum dici, duas ponēs in Christo personas. vixit anno 427. tempore Cœlestini Pont. Rom. & Theodosij Imp. vt Socrates scribit Hist. eccl. lib. 7. cap. 32.

Neutrales. 391.

Neutrales sunt Sacramentarii nostri temporis, qui affirmant, neque vnam speciem, neque aliam esse necessariam, sed solam fidē sufficere.

Nicolaus Galecus. 392.

Nicolaus Galecus Bohemus pręsbyter, vnus ex illis fuit, qui ad Concilium Basiliense legatus ex Bohemia missus fuit, quique contendebat. Nullum hominem in noua lege iustè occidi posse. fuit anno 1434. tempore Eugenii Quarti, & Sigismundi Imp.

Nicolaitæ. 392.

Nicolaitæ à Nicolao Antiocheno, qui inuicē cōiugia commutari posse docuit, anno 83. tempore Anacleti Papæ, & Domitiani Imperatoris.

Noetiani. 393.

Neotiani à Noeto Sabellij Pētapolitani pręceptore nuncupati. Qui numerum personarum in Sanct. Trinitate, non admittebāt fuit anno 259. tempore Stephani Papę Primi, & Galieni Imp. De quo scribit Epiph. lib. 8. hęres. 57.

Nouatiani. 394.

Nouatiani à Nouato præsbytero Romano apellati, qui nolebat apostatas recipere, & baptizatos rebaptizabat. anno 255. tēpore Cornelii Roma. Pontif. & Volusiani Imperatoris.

Nudipedes. 395.

Nudipedes sunt hæretici huius temporis, qui omnia relinquebant omnia communia faciebant, nudis pedibus incedendum affirmabant.

Nictages. 396.

Nictages à nocte dicti, quia noctis vigilias dānabant.

O

Olipius. 397.

Olipius Arrianus, Carthaginēsis Episcopus, anno 505. tempore Symmachi Papæ, & Anastasii Imperatoris.

Ollarii. 398.

Ollarii sunt hæretici huius ætatis, sic nuncupati, eo quia suos coniuratos non nisi mensa bellem instructa inuisant. Prat. libr. 13. cap. 2.

Ophytæ. 399.

Ophytæ, vel serpentini à colubro, vel serpente, quem colebant. D. Aug. lib. de hæres. capitu. 17.

Orebitæ. 400.

Orebitarum hæresis creuit tempore Martini Quinti, & Sigismundi Imp. Prat. lib. 19. cap. 2.

Origenistæ. 401.

Origenistæ ab Origine Alexandriæ Ecclesiæ Doctore, contendebant, non posse filium videre patrem, nec Spiritus Sāctus filium, animas in principio mundi peccasse, omnes tàm homines quàm dæmones in fine mundi saluari, & alia multa, ideò non leguntur apud Græcos Origenis opera. vixit anno 207. tempore Zepherini Papæ, & Seueri Impera. de quo multi mentionem faciunt.

Orphani. 402.

Orphani sunt factione Gussitæ. Isti omnes sub vtraque specie communicabant, nullam præmittebant sacramentalem confessionem, suam iniquitatem armis propugnabāt. fuerunt anno 1420. tempore Martini Quinti, & Sigismundi Imp. Germani.

Osiandrini. 403.

Osiandriani, ab Andræa Osiandro Lutheranę sectæ. istæ moritur, anno 1552. Prat. libr. 13. cap. 7.

Osseni. 404.

Osseni Virginitatem inculcant. Nic. Sand. li. 7. pag. 235.

P

Pacifici. 405.

Pacifici inter Anabaptistas referuntur. Prat. lib. 14. cap. 1.

Pacificatores 406.

Pacificatores in causa fidei damnantur. Nic. Sand. lib. 7. nu. 232.

Parmenianistæ. 408.

Parmenianistæ à Parminiano Carthaginensi Episcopo, eius successores Maiorini dicti sunt. fuerunt anno 389. tempore Siricii Papæ, & Valentiniani Secundi.

Parermeneutæ. 409.

Parermeneutæ isti pro eorum arbitratu Diuina scripta exponebant. Nic. Sand. libr. 7. num. 127.

Paschatitæ. 410.

Paschatitæ docuerunt Pascham celebrandā esse quartadecima Luna. fuerūt anno 182 tēpore Sotheri Papæ, & Commodi Imp.

Pascentius. 411.

Pascentius Arrianus, fuit comes in Aphrica, anno 409. duo deceperunt eum. Primum ꝙ filius sit minor patre. Secundum, quòd non sit eiusdem substantiæ. Hoc tempore gubernabat Ecclesiam Innocentius Primus, & imperabat Arcadius & Honorius.

Passionistæ. 412.

Passionistæ affirmant sic Christum in Passione carnem dimisisse, & in cœlum sic ascēdisse, ut non sit in Carne Diuinitas. & sunt hæretici nostri temporis.

Pastillarii. 413.

Pastillarii factionis Lutheranæ primæ classis Euangelicorum nostri temporis. Prædicāt corpus Domini, ita esse in pane, & sub pane, vti farina in pastyllo, aut pillolæ in ouo reconditæ.

Pastoricidæ. 414.

Pastoricidæ sunt hæretici huius seculi, qui cōiurant in perditionem ouium, & pastorū.

Patriciani. 415.

Patriciani à Patricio Romano, docebāt, carnem hominis non à Deo, sed à Diabolo factam esse.

Paterniani. 416.

Paterniani, vel Venustiani, ut placet D. Aug. à paterno quodam nuncupati, affirmabāt, Inferioris corporis partes non esse à Deo, sed à Diabolo.

Pa-

Patropassiani. 417.

Patropassiani, arbitrati sunt. Deum patrem fuisse passum, & vnam tantum personam ponebāt in Diuinis. Scribit de hoc Euseb. lib.10.cap.29. fuerunt anno 206. tempore Stephani Papæ Primi, & Galieni Imperatoris.

Pattalorinchitæ. 418.

Pattalorinchitæ, isti digitum suum naribus, & ori apponebant, & nunquàm loquendũ esse dicebant. De quibus D.Aug.

Paulus Samosatenus. 419.

Paulus Samosatenus Episcopus Antiochenus, Syrus natione. vixit anno 273. tempore Fœlicis Papæ, & Aureliani Cæsaris. putauit Christum nõ semper fuisse sed à Virgine initium sumpsisse. Niceph.libr.6.capitu.77.

Pauperes de Lugduno. 420.

Pauperes de Lugduno, qui Valdenses à Valdone Ciue Lugdunensi sunt dicti. fuerunt anno 1160. tempore Alexandri Tertii, & Friderici Primi Imp.

Pelagius. 421.

Pelagius Oriundus ex magna Brittania, Monachus professione anno 405. tempore Innocentii Primi, & Archadii Imp.

Pepuzitæ. 422.

Pepuzitæ à patria apellati sunt, quæ est oppidum. & fuerunt anno 181. tempore Soteri Papæ, & Commodi Imp. Nicephor. lib.4. capitu.22.

Petilianus. 423.

Petilianus Donatista vixit anno 415. tempore Innocentii I. & Theodosii Imperatoris.

Petrus. 424.

Petrus Dresensis Germanus Patria Misnensis, Valdensium stultiam est imitatus. fuit anno 1410. hic suo veneno totam Bohemiam infecit. tempore Alexādri V. & Ruperti Imper.

Petrus de Bruis. 425.

Petrus de Bruis à quo Petro Brusiani, fuit in Galliis ex Prouincia Narbonensi Oriundus. vixit anno 1124. tempore Calixti Secundi, & Henrici Quinti.

Petrus. 426.

Petrus Cnapheus, Antiochenus fuit Episcopus, tempore Simplicii Papæ, & Zenonis Imperato. De quo Niceph.libr.15. capitolo 28.

Petrus. 427.

Petrus Abailardus, Galliæ ortus. fuit tempore Cœlestini Secundi, & Commodi Imper. 1143.

Petrus. 428.

Petrus Martyr negat Corpus Christi in Eucharistja. Nic.Sand.lib.7.nume.218. Laurentius Certosinus.

Petrus. 429.

Petrus Olerii damnatur, vt hæreticus. Direct. 2.pa.q.11.pag.199.

Pharisęi. 430.

Pharisęi à Phares, quæ segregatos significat. Prat.lib.14.cap.22.

Philetus. 431.

Philetus hunc tradidit D. Paulus Sathanæ ob blasfemiam, & negabat resurrectioné corporum. fuit anno 56. tempore D. Petri, & Neronis.

Phitonissæ. 432.

Phitonessæ mulieres erant, quæ responsa dare videbantur sibi sciscitantibus per pudéda. Prat.lib.14.cap.4.

Photinus. 433.

Photinus Sirmiensis Episcopus, successit discipulus, & in errore Pauli Samosateni, anno 350. tempore Iulii I. & Constantio Impe. Niceph.libr.9.cap.10.& D.Tho.opus.5. & alibi sæpius.

Pikardi. 434.

Pikardi à Pikardo dicti, habuerũt connumia promiscua. fuerunt anno 1414. sub Ioanne XXIII. & Sigismundo Imperatore.

Pneumatomachi. 435.

Pneumatomachi dicuntur Spiritus Sancti oppugnatores. fuerũt anno 359. tempore Liberi Papæ, & Constantii Impe. Hist.Trip. lib.9.cap.14.

Pœnitentiarii. 436.

Pœnitentiarii seù secta molles Confesionistę huius ętatis, qui septem errores dissemi narunt circa pœnitentiæ Sacramentum. Prat.lib.14.cap.28.

Polygamistæ. 437.

Polygamistæ sunt Anabatistæ, qui eodem tépore vni plures vxores habere permittũt. Ac fratri licere fratris uxorem eo uiuente ducere. Nic.Sand.lib.7.nu.203.

Porphyrius. 438.

Porphyrius Atheniensis Phylosophus Siclus natio-

natione, Christianæ gloriæ persequutor acerrimus: sic nominatus à Porphyrione Aue immunda, fuit Origenis condiscipulus, audierunt Plotinum circa annum 225. De quo Niceph.lib.5.cap.13. Prat.lib. 14. cap.30.

Postellani. 438.

Postellani à Vuielmo Postello Barentonio Originem habent. Prat. vbi supra.

Praxeas. 440.

Praxeas à quo Praxeani, qui non admittebant plures personas in Trinitate Sanctissima. fuerunt tempore Stephani I. & Galieni Imper. anno 260.

Prædestinati. 441.

Prædestinati à doctrina nomen vendicarunt. fuerunt tempore Honorii Imper. & Innocentii I. anno 414.

Præmonstratensis Apostata. 442.

Præmonstratensis Apostata Antilutheranus nostri temporis. Prat.lib.14.cap.34.

Prisca. 443.

Prisca, & Maximilla Prophetissa, fuerunt tẽpore Soteri Papæ, & Commodi Imperat. anno 181.

Priscillianus. 444.

Priscillianus à quo plurimi alii in Hispania ortum habuerunt, in Abila ciuitate, sita in Hispania vlteriore, fuit Episcopus, anno 388. tempore Sir cii Papæ, & Valentini Imperatoris. iste asseruit animas priusq; corpori vnirentur peccasse. Et à cœlo cogi libertas hominis.

Prodianitæ. 445.

Prodianitæ natione Galatæ, discipuli Seleuci, & Hermiæ hereticorum, anno 382. tempore Damasi Papæ, & Valentis Imperatoris.

Procopius. 445.

Procopius Bohemus hæreticus, hic voluit laicos communicare cum sanguine. fuit an. 1411. tempore Ioannis 23. & Sigismundi Imperatoris.

Proculus. 457.

Proculus, vel Proclus Cathaphrygum sectator, anno 207. tẽpore Zepherini Papæ, & Seueri Sept. Imper. De quo multa scribit Eu.eb.lib.6.cap.18. Niceph.lib.4.cap. 20.

Prodicus. 448.

Prodicus dixit non esse orandum. Nic. Sand. lib.7.nu.33.

Psalliani. 449.

Psalliani quasi continuò orantes dicti sunt, supra Messalianos nominauimus. fuerunt anno 367. tempore Liberii Papæ, & Iouiniani Imper. D. Aug. lib. de hæres. her. 13. & 5.

Pseudoapostoli. 450.

Pseudoapostoli, fuerunt anno 1296. tempore Bonifacij 8. & Andulphi, Imper. Direct. Inquis. 2. par. q. 12.

Ptolemeus. 451.

Ptolemæus fuit anno 150. tempore Nigini Papæ, & Antonii Imperatoris, fuitque successor Valentini.

Publicani. 452.

Publicani affirmabant pueros non esse baptizandos, donec haberent vsum rationis. vixerunt in Gallia anno 1274. sub Gregorio X. & Rodulpho Imp.

Puritani. 453.

Puritani fueruut ex secta Caluinistæ in Anglia, & deridẽt omnem ritũ Ecclesiæ. Nic. Sand. lib.7. nu.221.

Puteoritæ. 454.

Puteoritæ erant Idolatræ potius quàm hæretici apud Iudæos, qui p teos colebant, eos in altum fodientes, indeque aquam haurientes, quam saluatorem appellant, & in ea salutem sperant. Prat.lib.14.cap.44.

Q

Quadrisacramentales. 455.

Quadrisacramentales, tantum quatuor fatẽtur esse sacramẽta. Bap. Cœna Domini. Absolutio, & Sacerdotium.

Quatuordecimani. 456.

Quatuordecimani non celebrant Pascham die Dominico, sed cum hæbreis.

Quintianus. 457.

Quintianus Arrii defensor, fuit Episcopus Gazeorum, anno 342. tempore Iulii I. & Constantii Imp. Niceph.li.9.cap.8.

Quintinus. 458.

Quintinus natione Picardus, qui sator fuit, ex schola Euangelicorum nostri seculi, anno 1527. tempore Clementis Sept. & Caroli V. Prat.lib.15.cap.4.

Quintilliani. 459.

Quintilliani à Quintilla Prophetissa. Pratio. lib. dicto.

R

Ranatitæ. 460.

Ranatitæ ranas colebant & ex Iudæis, & Ægyptijs

Ægyptiis ad prauum hunc ritum conuertebantur. Prat.lib.16.c.1.

Raymundus Lullius. 459.

Raymundus Lullius Philosophus, ac Theologus anno 1260.tempore Alexādri IIII. & damnatur in Direct.2.p.q.9.

Rethorij. 460.

Rethorij, seu Rethoriani à Rethorio in Aegypto exorti sunt,& Alexandria. Isti cunctas hæreses laudabant.

Rutheni. 461.

Rutheni est gens propinqua Lituanis, gens Barbara,& quæ semper restitit præceptis ecclesiæ. Et itē multa quæ affirmabāt,vnū est,quòd non possit confici in azimo.

Reiudaizantes. 462.

Reiudaizātes sunt Iudæi quàm plurimi,qui suscepto baptismo ad Iudaismum reuertuntur. Prat.li.16.c.5.

Rochezana. 463.

Rochezana paruulis voluit dari Eucharistia. Nic.San.li.7.nu.177.pag.555.

Rogatiani. 464.

Rogatiani Donatistę factionis. De his scribit D.Aug.epist.48. & à Rogato nominantur.

Rysuicani. 465.

Rysuicani à quodam præstigiatore Hermano Rysuich nuncupantur. Prat.li.16.c.7.

S

Sabbas. 467.

Sabbas Messalianorum sectæ. fuit anno 368. putauit Baptismum nullam habere virtutem. tempore Liberii,& Valentini Impe. Niceph.li.11.c.4.

Sabbatius. 468.

Sabbatius ex Iudaismo ad Christi fidē conuersus,ac prçsbyter ordinatus, adhuc fauebat Iudæorum cultui. vixit anno 399. tēpore Siricii Papæ,& Archadii Impe. Niceph.li.12.c.13.& Prat.lib.17.c.2.

Sabbatarij. 469.

Sabbatarii sunt hæretici huius ætatis de secta Anabatistarum: isti Dominicam non venerantur,sed Sabbatum more Iudęorū. Nō credunt nisi Patrem in Diuinis.

Sabellius. 470.

Sabellius Pentapolitanus oriūdus Ptolemaide ciuitate Aegypti. Docuit vnam esse personam Patris, Filii, ac Spiritus Sancti: fuit tempore Stephani Papæ,& Galieni Impera. Niceph.lib.9.c.31.

Sabinus. 471.

Sabinus Arrianus fuit Episcopus Heracleæ Thraciæ Macedonianorum, anno 359. tēpore Liberii Papæ,& Constantii Impe.

Sacramentarii. 472.

Sacramentarij sunt hæretici nostri tēporis, qui negant Christum esse præsens in Eucharistia. Nic.Sand.li.7.nu.10.

Saduçei. 473.

Sadūcęi fuerunt apud Iudęos hæretici, qui negabant corporum resurrectionem.

Samaritani. 474.

Samaritani à Samario eorum Rege dicti, qui à Iudęis in multis dissentiebant.

Sancosetani. 475.

Sancosetani negant apud Ioannem verbum esse Deum. Nic.Sand.li.7.nu.223.

Sampson. 476.

Sampson dixit Reginam Angliæ esse caput ecclesiæ. Nic.Sand.li.7.nu.220.

Sampsęi. 477.

Sampsęi subscripserunt dogmatibus Ebionitarum: fuerunt tempore Victoris Papæ,& Seueri Imper.anno 195.

Sanguinarii. 478.

Sanguinarii sunt hæretici recentiores. Prat. li.17.c.11.

Sarabbaitæ. 479.

Sarabbaitæ fuit Monachorum. genus in Aegypto; vt ait D.Aug.serm. 12. ad fratres in Eremo.& Prat.li.17.c.12.

Satanistæ. 480.

Satanistæ,qui Latinè aduersarii dicūtur, fuerunt anno 368. tempore Liberii, & Iouiniani Imp. Prat.ibi.

Saturninus. 481.

Saturninus Patriarcha Antiochenus,fuit anno 118. tempore Euaristi Papæ, & Daiani Imper. scribit de eo Euseb.lib.4.c.6. & Niceph.lib.4.c.2.

Scismatici. 482.

Schismatici, quot, & qui fuerint, ac verè dicantur, inferius suo loco.

Scripturarii. 483.

Scripturarii nullam recipiunt in sacris litteris expositionem, & sunt hæretici uiuentes.

Secundus. 484.

Secundus Valentini discipulus anno 150. tēpore Higinii Papæ, & Antonini Pii. Prat. li.17.c.17.

Secundus. 485.

Secūdus Arrianus, fuit Episcopus Ptolemaidis, anno 328. tempore Siluestri Papæ, & Magni Constantini.

Secundinus. 486.

Secundinus Manicheus, vixit anno 405. tempore Innoc. I. & Archadii Imper.

Sectarii. 487.

Sectarii sunt hæretici huius temporis. Prat. lib 17. cap. 20.

Seleuciani. 488.

Seleuciani fuerunt anno 380. tempore Damasi Papæ & Valentis Imper. Hist. Trip. li. 7. cap. 11.

Semiarriani. 489.

Semiarriani, quia non plene Arriani fuerunt sic nominantur, anno 307. tempore Liberii Papæ, & Constantii Imper.

Semichristiani. 490.

Semichristiani, qui cum credant omnia, certis ritibus se ab eius fide ammouent.

Semiluthærani. 491.

Semiluthærani, sunt qui Luthæri placitis, prætextu Euangelii adhærent. Prat. cap. 24.

Semiosiandriani. 492.

Semiosiandriani, qui disputant contra Osiandrum pro Antosiandrianis. Prat. cap. 25.

Serenus. 493.

Serenus, ne adorarentur sacræ Imagines cõfregit. Nic. Sand. lib. 7. nu. 116.

Sepulchrales. 494.

Sepulchrales non concedunt Christi animã ad inferos descendisse. Nic. Sand. lib. 7. nume. 224.

Serras. 495.

Serras Arrianus fuit anno 363. tempore Liberii Papæ, & Constantii Imper.

Sergius. 496.

Sergius Patriarcha Cõstantinopolitanus Monothelitarum hæresis princeps. vixit anno 604. tempore Honorii Primi, & Heraclii Imper. Vel vt alii tempore Sabiniani Papæ, & Focæ Imper.

Sergius. 465.

Sergius Monachus prius, sed eo relicto sequutus est errorem Nestorii, & fuit anno 630. tempore Honorii Primi, & Heraclij Imperatoris.

Serpenticolæ. 496.

Serpenticolæ, sunt qui apud Iudæos æneum serpentem adorauerunt. Prat. libr. eodem cap. 29.

Seruetiani. 497.

Seruetiani à Michaele Serueto Hispano, qui [illegible] errorem disseminauit, anno 1538. tẽpore Pauli Tertii, & Caroli Quinti.

Sethiani. 498.

Sethiani à Seth filio Adæ, quem Iudæi non nulli venerantur, putantes eum de superna matre fuisse natum, & eam conuenisse cum superno patre, vnde Diuinum illud semen nasceretur tanquàm filiorum Dei.

Seueriani. 499.

Seueriani, à Seuero Tatiani discipulo, anno 178. tempore Sotheri Papæ, & Marci Antonini Phylosophi Imp. De quo Euseb. lib. 5. cap. 6. & Niceph. lib. 4. cap. 4.

Seuerus. 500.

Seuerus Episcopus Antiochenus Acephalorum author tempore Symmachi Roma. Pont. & Anastasij Orientis Imperat. anno 494. de quo Niceph. lib. 16. cap. 29.

Significatiui. 501.

Significatiui affirmant in Eucharistia non esse verum Christi corpus, & sunt hæretici viuentes.

Simoniaci. 502.

Simoniaci à Symone Mago, qui fecit Dei gratiam venalem, vixit anno 55. tempore D. Petri, & Neronis Imperatoris. Niceph. li. 2. cap. 6.

Sisinius. 503.

Sisinius Nouationæ sectæ, Episcopus Cõstãtinapolitanus anno 428. tempore Cœlestini Papæ, & Theodosii Iunioris Imper. De quo Soc. lib. eccl. Hist. 6. cap. 22. Niceph. li. 22. cap. 36.

Spirituales. 504.

Spirituales dicti sunt eò, quòd se arbitrantur sequi spiritum viuificantem, cęteros verò carnales dicũnt, & sunt hæretici huius ętatis. Prat. lib. dicto. cap. 47.

Stancariani. 505.

Stancariani à Francisco Stancharo Mantuanosunt nuncupati. Prat. lib. eodem ca. 338.

Stableri. 506.

Stableri, supra Baculares nominauimus.

Stephanus. 507.

Stephanus Arrianus, & Episcopus Antiochenus. anno 350. tempore Iulii Primi, & Cõstantii Imper. Niceph. lib. 9. cap. 23.

Suencfeldiani. 508.

Suencfeldiani à Gasparo Suencfeldio authore, sunt hæretici huius tempestatis & Euẽgelicorum secta, qui non rectè sentiũt de Eucharistia, & propositionem commutant. Corpus meum est hoc, idest panis, vel cibus. Nic. Sand. lib. 7. nu. 216.

Sym-

Symmancus. 509.

Symmancus Ebionita, genere Samaritanus, fuit anno 196. tempore Victoris Papę & Seueri Imper. Euseb. lib. 6.

Syncretizantes. 510.

Sincoretizantes sunt hæretici huius ætatis de secunda classe Confessionistarum. Prat. li. 17. cap. 2.

Syrus. 503.

Syrus Alexādriæ ortus, professione Medicus, & postea Monachus, anno 540. tēpore Agapiti Papæ, & Iustiniani Impe. Prat. libr. 17. cap. 44.

T

Tandemus. 504.

Tandemus malè docuit de Sacramento ordinis, & Eucharistię. vixit anno 1124. tempore Calisti Secūdi, & Henrici Quinti Imp.

Tascodrugitæ. 505.

Tascodrugitæ Montani sequuti sunt neptias, anno 281. tempore Sotheri Papę, & Commodi Imper.

Tatiani. 506.

Tatiani à Tatiano discipulo Iustini Phylosophi, & Martyris, carnes respuebant inter alia multa. fuerunt anno 173. tempore Sotheri Papæ, & Antonini Phylosophi Imp.

Templarii. 507.

Templarii sic nuncupati sunt, quia mansionem habuerunt à prima eorum institutione iuxta templum Domini. fuerunt anno 1120. fuit talis ordo sic appellatus. Guliel. li. 12. cap. 7. Prat. lib. 18. cap. 4.

Tertullianistæ. 508.

Tertullianistæ à Tertulliano præsbytero Aphricanę Prouinciæ Cartaginensis Ciuis. Arbitrabant animam immortalem quidē esse sed corpoream, hoc est animam filij fieri per traductionem ab anima patris, sicut corpus ex corpore gignitur.

Tetraditæ. 509.

Tetraditæ Seueritanæ sunt factionis, qui vixerunt anno 599. tempore Pelagii Secundi, & Mauricii Imper. Niceph. lib. 18. cap. 49.

Tessarescędecatitæ. 510.

Tessarescędecatitæ sicut diximus supra, à quartadecima Luna nominantur, quia sic Pascha cum Iudæis celebrabatur.

Thaboritæ. 511.

Thaboritæ fuerunt Bohemi, sic à loco quodā dicti. fuerunt anno 1411. tempore Ioannis 23. & Sigismundi Cęsaris Germani. Pater eorum fuit Zisca, qui Ioannē Hus sequutus est. De his Siluius lib. 4. de Origine Bohemorum.

Thebutes. 512.

Thebutes, quos alii Thebulim dicunt, sequuti sunt vnum ex septem hęreticis nascentis ecclesiæ, qui Thebutes dictus fuit. vixit anno 40. tēpore D. Petri Apostoli & Claudiani Imp. Prat. lib. 18. cap. 9.

Theodorus. 513.

Theodorus Mopsuestiensis Episcopus, fuit Ebionitarum factione, & Nestorianæ, anno 476. tempore Simplicii Papæ, & Zenonis Imp.

Theocatagnostæ. 514.

Theocatagnostæ aliqua in Deo, & Sanctis redarguunt. Nic. Sand. lib. 7. nu. 124.

Theodorichus. 515.

Theodorichus Rex Ostrogottorum fuit Arrianus, & vixit anno 485. tempore Gelasii Papæ, & Zenonis Impera. Niceph. lib. 16. cap. 23.

Theodosiani. 516.

Theodosiani à Theodosio Monophysitarum hæresis primo appellantur. Qui affirmabant, vnam tantum in Christo esse naturā ex duabus. Hic fuit anno 592. sub Pelagio Papa, & Mauritio Impera. Niceph. lib. 18. cap. 48.

Theodotus. 517.

Theodotus Bizantius imitatus est Montanū. vixit anno 221. tempore Vrbani Primi, & Heliogabali Imper. qui prius exercuit artem coriarii.

Theodotion. 518.

Theodotion Marcionis sequutus est hęresim qui vixit Ephesi, ubi natus est. anno 193. tēpore Victoris Papæ, & Pertinacis Imperatoris.

Theognis. 519.

Theognis Arrianę sectę defensor, hic Niceæ natus, fuit eius Episcopus. vixit anno 328. tempore D. Siluestri Papæ, & Constantini Magni. De quo Niceph. lib. 8. cap. 18.

Tenotopsichitę. 520.

Tenotopsichitæ affirmabant animam nostrā obire cum corpore. Nic. Sand. lib. 7. numero 123.

Theonas. 521.

Theonas Marmaricēsis Episcopus, Arrianæ perfidiæ imitator, fuit anno 330. tempore D. Siluestri Papæ, & Constantini Magni

Scribit Euseb. de eo lib. 4. cap. 19. & Niceph. lib. 8. cap. 24.

Teopaschitæ. 522.

Teopaschitæ, ij sunt quos Monopsytas diximus supra. fuerunt tempore Horsmidæ Papæ, & Anastasij Imp. anno 513.

Theophronius. 523.

Theophronius Cappadox sectæ Eunomianę. vixit anno 368. tempore Liberij Papæ, & Valentiniani Imper. De quo Niceph. li. 11. cap. 11.

Thomas Manichęus. 524.

Thomas Manichęus fuit vnus ex illis tribus, qui Manetem sequuti sunt. fuit tempore Fœlicis Papę & Aureliani Impe. anno 273. De quo habetur apud Niceph. lib. 6. c. 32.

Thimotheus Aelurus. 525.

Thimotheus Aelurus cognomento defensori Nestorij hic post Monachatum, presbyter factus, & post epatum Alexãdrinũ, quẽ violenter accepit, multa alia iniquè gessit. vixit anno 460. tẽpore Leonis I. & Leonis I. Orientis Impe. Prat. lib. 18. cap. 22.

Thimotęus. 526.

Thimotęus Apollinaris discipulus. vixit anno 377. tempore Damasi Papę, & Valentiniani Imperat. Scribit de hoc Niceph. lib. 12. cap. 4.

Tophetitæ. 527.

Tophetitæ, ab ara quam Tophet nominabãt apud Iudæos Idolatræ quidam, quæ dicitur Timpanum, seu seductio. Prat. libr. eodem, cap. 23.

Trinitarij. 528.

Trinitarii sunt secta Antiluthærani, ꝙ sacrosanctam blasfemantur Trinitatem, ac violant.

Trisacramentales. 529.

Trisacramentales tria tãtum fatentur sacramenta. Bap. Euch. & absolutio. Et sunt hæretici moderni.

Troglodytæ. 530.

Troglodytę dicebantur olim apud Iudæos, qui in speluncis morabantur, idola colebant. Prat. lib. 18. cap. 27.

Tropistæ. 531.

Tropistæ sunt recentiores hæretici, qui Christum dicunt esse in Sacramento in figura tantum.

Turilupini. 532.

Turilupini fuerũt anno 1372. tempore Gregorij Vndeci. & Caroli Quarti Imperatoris.

V

Vadiani. 533.

Vadiani supra nominauimus Antropomorphitas, dicentes Deum esse corpus. fuerũt tempore Syricii Papæ, & Theodosij Imperatoris.

Valesij. 534.

Valesii à Valente Arabo nominati. fuerunt anno 198. tempore Victoris Papę, ac Seueri Imper. De his loquitur Epyphan. lib. 2. Vol. 1.

Valens Imperator. 535.

Valens Imperator Arrianam insaniam tuebatur, fuit frater Valentiniani, anno 378. tempore Damasi Papæ.

Valens Mursiæ. 536.

Valens Mursiæ Pannoniæ Episcopus, Arrianus fuit, anno 343. tempore Iulii Primi, & Constantii Imperatoris.

Vrsicius. 537.

Vrsicius & ipse Episcopus Pannoniæ Arrianæ factionis, vixit eodem fermè tempore.

Valentiniani. 538.

Valentiniani à Valentino dicti, qui contendebãt, Christum de Virgine nil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse.

Valentinistę. 539.

Valentinistæ à Ioanne Valentino Gentili Neapolitano Pedadogo appellati, heretici nostræ ętatis. Prat. lib. 19. cap. 6.

Varimandus. 540.

Varimandus affirmauit Diuinas personas non esse ęquales. Alphon. de Cast. Tit. de Deo Her. 6.

Vbiquetii. 541.

Vbiquetii, qui adinuenerunt vbiquitatẽ corporis Christi, putantes Christi corpus esse pręsens etiam in inferno. Prat. lib. 19. ca. 7.

Venustiani. 542.

Venustiani superius Paternianos nuncupauimus.

Vergerius. 543.

Vergerius hæreticus paucis ab hinc annis in Polonia, acutus propugnator Luthæri, & Brentii, & Papæ indefessus persequutor. fuit anno 1557. tempore Pauli Quarti, & Ferdinandi Imper. Prat. cap. 9.

Vigilantius. 544.

Vigilantius natione Gallus, & præsbyter Barchinonensis Ecclesiæ, anno 402. tempore Anastasii Papæ, & Archadii Imperatoris.

Vitalis. 545.

Vitalis Antiochensis Episcopus Apollinarē, & Laodicenum sequutus est, & etiam Arrium, ut scribit Niceph.lib.11. cap.12. fuit anno 378.tempore Damasi Papæ, & Valē tis Imperatoris.

Vncti. 545.

Vncti sunt secta hæreticorū nostri ætatis, qui doctis hominibus non credunt. Nic.Sand. lib.7.nu.230.

Valdenses. 547.

Valdēses à Valdene quodam ciue Lugdunē si, quorum errores repullularunt doctrinā Luthæri. fuerunt anno 1160. tempore Alexandri Tertii, & Fiderici Imp. Rainerius Pis. Ord. Præd. sic scribit. Hi ergo Valdenses ex sua præsumptione Apostolici uiri, & officii usurpatione, ceciderunt primum in obedientiam, deinde in contumaciam, postea in excommunicationis sententiam, demum ab illa terra expulsi, ad Concilium, Rom. ꝙ fuit ante Lateranense uocati pertinaces fuerunt, & Scismatici iudicati, ac postremò ut hæretici cōdemnati. Hęc Rainerius. fuit eo tempore Archiepiscopus Lugd. Ioannes Bellomais,

Vuiclephius. 548.

Vuiclephius in Anglia suum venenum euomit, anno 1352. tempore Innocentii Sexti & Caroli Quarti Imp.

Vuelfrangus. 549.

Vuelfrangus musculus deceptus est, circa Eucharistiam Nic.Sand.lib.7.nu.212.

X

Xenaias. 550.

Xenaias persa: Calcędonensis Synodi calumniator. fuit anno 494. tempore Symmachi & Anastasii Imper. vt testatur Niceph.lib. 16.cap.27.

Z

Zeno Imperator. 551.

Zeno Imperator hęresim Euticetis, & Dioscori tutatus est. fuit anno 476.tēpore Simplicii Papæ. Memenit Egnat. Venet. libr.2. de Rom. principibus. & Nicephorus libr. cap.1.

Zuinglius. 552.

Zuinglius, vel Vdalricus Zuinglius, Canonicus Constantiensis, errorem Berengarii suscitauit. fuit tempore Clementis Septimi & Caroli Quinti. Hæc sunt hæreticorum nomina, patriæ, & hęreses, quas paucis recensuimus, nec enim digni sunt longioris orationis. Quos tamen suo ordine confutabimus Dei optimi Maximi, ac Sanctorum auxilio.



HAERETICI RECENTIORES EX DIVERSIS COLLECTI.

A

Achilles Militius Opiliæ Dominus accusatus, quòd Canes diebus vetitis comedisset, fauorem hæreticis præbuisset, ecclesias, & capellas destruxisset, contra Papam, Episcopos, & Cardinales seditiosè loquutus fuisset. Tandem sententia prolata fuit Romę, ꝙ quarta manu canonicè deberet purgari. Iud. Inquis. Cas. 2.

Adonius. 2.

Adonius Arachneolus post omniũ hæresum abiurationem, accusatur de aliquibus alijs. Tandem ad triremes condẽnatus est.

Alfonsus Cardineus. 3.

Alfonsus Cardineus delatus, quòd per aliquos dies ad Hebręorum ritum se conuertisset, ac à fide Catholica apostatasset, ut pecunias acciperet. Hic post abiurationẽ per triennium ad triremes condemnatur, & vt quotidie, decies Pater noster, & Aue Maria diceret. Iud. Inquisi. cas. 20.

Alonus. 4.

Alonus Cassiarius, quia hęreticos recepisset, atque suas literas, ad triremes damnatur.

Alodius. 5.

Alodius Burchus omnes se tenere Caluini hæreses fatetur coràm sancto officio, cum vsque ad mortem fermè, in hac sententia permansisset, tandem hortatu sacerdotum retractat opinionẽ, & fatetur se ea omnia credere, quæ docet Roma. Ecclesia, ideò summus Pontif. mutauit sentẽtiam, ac ad triremes per decennium condemnauit. Iud. Inquis. Cas. 34.

Amatus, & Lucius. 6.

Amatus, & Lucius Apostolicę sedis custodia militum, quia ab hæreticis literas recepissent, cum ad examen ducerentur, vnus negauit, qui ad triremes in perpetuum damnatur. Alter fatetur, per septenniũ ad triremes damnatur.

Amisibius. 7.

Amisibius Cęcilius fugitiuus, ad partes hereticorum venit, quindecim articulos Lutheri tenuit: vnde abiuratus, cũ nullũ contritionis dedisset signũ, triremi perpetuo addictus est. Cas. 4.

Antonius. 8.

Antonius Berlingerius tenuit non esse in Eucharistia uerum Christi corpus, qui abiurauit. Postea denũciatur iterum sancto officio, qui dixit se tenere nullum esse purgatorium, nec sanctos inuocandos, qui vt relapsus traditus fuit brachio seculari, Cas. 39.

Andręas. 9.

Andręas Freihubius sectæ Lutheranę, vt Turrianus scribit.

Annas. 10.

Annas Burgensis in Academia Aurelianensi professor, ac parlamenti Parisini Senator, omnes hereses Valdensium, Lutheri, ac Caluini sequutus est, quas ipse obtulit eidem parlamento, qua de causa cũ per multos dies esset carcere detentus, paucis post diebus ad supplicium est damnatus. Fœlicianus.

Antonius. 11.

Antonius Sadeel, de quo Turrianus doctissimè multa scribit, & quẽ acutè redarguit, ac superat.

Arachnea. 12.

Arachnea mulier abiurauit heresibus omnibus, quas tenuerat, postea accusatur, quòd sit relapsa, brachio seculari tradita est. Cas. 36.

Ardelion. 13.

Ardelion Cyprius, qui à Turchis voluntariè circumcisus, more eorum vixit, facta abiuratione per triennium ad triremum, & ꝙ quater in anno confiteretur, & sacram Eucharistiam sumeret. Et quotidiè toto tẽpore vitæ suæ decies orationem Dominicã, & salutationem Angelicam diceret.

B

Berosus. 14.

Berosus iterarius, qui hæreses omnes abiurauit, secundò accusatus ad triremes per decennium damnatur.

Bladus. 15.

Bladus Vrbius, accusatur, ꝙ dixit Imperatorẽ de Iure Ciuili superiorem Papę, & multa alia, quæ sunt Lutherana, citatus nõ cõparuit,

paruit, ideo eius statua publicè combussa est. Qui tandem comparuit, & dixit, se tenere, & dixisse olim Perusiæ, cum ciuilib. studiis operam daret, ꝙ Imperator secundum leges in tẽporalibus possit Papę imperare, & alia multa. Hic postquam abiurauit, post perpetuum carcerem septẽ annis debet qualibet sexta feria ieiunare. Sabbato dicere officium B. Virginis die Dominico septem Psalmos cum orationibus, & Letaniis ante Missam. Cas. 5.

Blasius. 16.

Blasius religiosus, & Prædicator accusatur, ꝙ hæreses prædicauerit, qui abiurauit. Denuò post decem, & octo annos cum in Vrbe prædicaret, denunciatus est, multas hæreses tenuisse. Quod cũ fateretur, cum sit relapsus ad perpetuum carcerem damnatur, cum aliis salutaribus pœnitentiis. Cas. 8.

Brisolius. 17.

Brisolius Dominus Nicasiæ, quoniam iãdiũ omnes fermè hęreses abiurauit, de relapsu accusatur, damnatur, & salutaris pœnitentia imponitur. Cas. 27.

C

Cameus. 18.

Cameus Ragius, antea multas hæreses abiurauit, fertur ipsum relapsum esse, traditur brachio seculari.

Cęphalius Sarchasichius. 19.

Cęphalius Sarchasichius clericus beneficiatus, & in ecclesiasticã dignitate cõstitutus, prius accusatus Romæ venit, & à summo Pontifice veniam obtinuit. Postea in Gallias profectus, accusatur de multis, qui cũ Florentiæ moraretur, obtinuit à Serenissimo, & Potentissimo Cosmo Magno Duce, vt Romæ duceretur, quã ob causam summus Pontifex (inter alia multa) titulo Regio eum decorauit. Hæreticus ergo cũ aliqua confiteretur, tanquam incorrigibilis, & impœnitens traditur brachio seculari, & capite truncato, postea igni traditur. Cas. 16.

Centuriatoris.

* * *

* *

Codilius Cretensis. 18.

Ad Turcharum sectam (Christo negato) conuertitur, & circunciditur: post aliquos annos Dei munere ad se reuersus, corã sancto officio Sponte comparuit, vt veniã petijt, cui salutaris imposita est pœnitentia. Cas. 17.

D

Dexion. 19.

Dexion Fabius, spontè comparuit, & confessus est amore cuiusdam Hebreæ Christũ negasse, & circumcisum esse, deinde dixit non amore, sed pęcuniæ desiderio id fecisse. Qui abiurauit, & ad triremes per quinquennium est damnatus, & diceret quoti diè quinquies orationem Dominicam, & salutationem Angelicam.

F

Francinus. 20.

Francinus Negliticus prius abiurauit nõ nullas hæreses. Deinde delatus, quòd libros prohibitos tenuisset, & alia multa, & quòd Geneuæ fuisset, traditus est brachio seculari. Cas. 22.

G

Gaius. 20.

Gaius Atrabatius ex parentib. hæreticis natus, atque ab eis edoctus, sancto officio traditus, fatetur se multas hæreses tenuisse, quas cum abiurasset perpetuo carceri traditur, cum aliis pœnitentijs salutaribus. Cas. 6.

Ganius Borrus. 21.

Ganius Borrus à ministris sancti officii captus confessus est aliquas hęreses credidisse. Cui pœnitentiæ aliquæ sunt impositæ. Cas. 21.

Gironus. 22.

Gironus Fauius Sacerdos fassus est se omnes hæreses Caluini credidisse, hic, & Romæ, ac in propria patria abiurauit, & perpetuæ immurationi traditus est. Cas. 23.

Gregorius. 23.

Gregorius Perinus ad sanctum officiũ delatus, & accusatus, respondit se libros hæreticos legisse, & aliquas hæreses tenuisse, hic post abiurationem relapsus, traditur brachio seculari, & fuit suspensus postea igni traditus.

Iaco-

I

Iacobus. 24.

Iacobus Latinus omnes hæreses Lutheri tenuit, ac filios edocuit, hic septuagenarius perpetua immuratione punitur, & aliis pęnitentiis. Caſ.11.

Ianus. 25.

Ianus Galfius postea relapsus, perpetuo carceri traditur. Caſ.10.

Iulianus. 26.

Iulianus Mariatus Religiosus Sacerdos, & Theologus, cum nonnullas hæreses Venetijs abiurasset, & in Germania, ac Pollonia iterum hæresis infectus, Caluini hæreses omnes tenuit, qui brachio seculari traditus, capite prius obtruncato, igni traditus postea fuit, sed in fine Catholicũ se ostendit.

Iusbinda. 27.

Iusbinda, qui aliàs quàmplurimas hæreses abiurauerat, perpetuò tamen triremi dãnatur. Caſ.28.

L

Lucęus. 28.

Lucęus Bartulus, tanquam impœnitus traditur brachio seculari.

M

Morianus. 29.

Morianus Sistius per decenniumad triremẽ damnatur. Caſ.13.

Marinus. 30.

Marinus Religiosus, & Sacerdos, immurationis perpetuæ sententiam obtinuit. Caſ.32.

Mustafa. 31.

Mustafa Turcha baptizatus post abiurationem, ad triremes per quinquennium traditur.

N

Nicolaus. 32.

Nicolaus Pelides post abiurationem multarum Hæresum, per quinquennium in monasterium detrusus, & duo millia aurea numerare, & salutares pœnitentias absoluere iussus est.

Nixius. 33.

Nixius Gelius facta abiuratione per quinquennium ad triremes damnatur.

P

Peripolius. 34.

Peripolius Vectus post abiurationem perpetuæ immurationi traditur.

Poscennius. 35.

Poscennius Religiosus, Sacerdos, & Prædicator, pœnitentiis hæreticorum, iussus est subiacere.

Plurius. 36.

Plurius Licius fatetur se omnes penè hæreses Caluini tenuisse, perpetuò immuratur. Caſ.19.

Protestantes. 37.

Protestantes sunt hæretici fautores, & sequaces Lutheri, qui hæc paucis superioribus annis (inter alia) dixerunt; se credere Euãgelio Martini Luthęri. Concil. Tridẽ. non esse recipiendum, & quàm plurima.

R

Rainutius. 38.

Rainutius Milesius, fertur sentẽtia, vt immurationi subiaceat. Caſ.7.

Remucius. 39.

Remucius Religiosus, Sacerdos, & Prædicator, triremi per aliquot annos damnatur. Caſ.25.

Rochus. 40.

Rochus Religiosus, fustigatus in palatio sancti officii omnibus actibus legitimis, ac voce actiua, & passiua per decennium priuatur, ac per triennium omni sexta feria ieiunet. Quia dum prima diceretur, & Hymnus. Iam lucis orto sydere; impudica verba, & actus inhonestos addidit. Caſ.1.

S

Sodomitæ. 41.

Romæ annis elapsis, &c.

V

Venerius. 42.

Venerius Scirpius multas hæreses Lutheri, ac Caluini docuit per multos annos, traditur curiæ seculari. Caſ.24.

Vgonotti. 43.

Vgonotti dicuntur hęretici, qui Caluini hæresi subscripserunt in Galiis, & modò vigent.

HAERESES OMNES,

Quas Summi Pontifices suis Diplomatibus, vel Sacra Concilia condemnarunt. Et hoc Volumine confutantur. Alphabetico ordine distinctę.



A

Absolutio.

Absolutio Sacerdotalis non est actus iudiciarius.	*Concil.Trid.*	*Sessione 14.*	*Can.9.*
Absolutio non requirit Confessionem.	*Idem*	*ead.seß.*	*can.eo.*
Absolutio Sacerdotis, non serio, sed ioco.	*Idem*	*ead.seß.*	*can.eo.*
Absoluere Sacerdos non potest, si est in peccato mortali.	*Idem*	*ead.seß.*	*ca.10.*
Absoluere à peccatis non tantum Sacerdos, sed quilibet Christianus potest.	*Idem*	*ead.seß.*	*ca.10.*
Absoluere non potest Papa, nisi sit Sanctus.	*Ale.et Honorius.ex̃.olim Fęlicis.*		

Adam.

Adę peccatum transfusum in alios, tollitur per aliud, quàm per Christum Dominum.	*Concil.Trid.*	*Sessione 5.*	*Can.9.*
Adam transgrediendo mandatum, non incurrit irã Dei, & mortem.	*Idem*	*ead.seß.*	*can.1.*
Adam per peccatum non est in deterius cõmutatus.	*Idem*	*ead.seß.*	*ca.eo.*
Adam sibi soli, non nobis nocuit.	*Idem*	*eod.seß.*	*can.2.*
Adam siue peccaret, siuè non peccaret, necessitate naturę non moriebatur.	*Concil.Miluet. primum.*		*can.1.*

Adoratio.

Adoratione vna, Verbum incarnatum adorãdum, quasi vna confusę sit natura Deitatis, atque humanitatis.	*Concil.Const.secundum.*	*ca.10.*
Adorari potest Christus in Nemoribus, sicut in Ecclesia.	*Honorius.*	*extra olim Fęlicis.*

Anima.

Anima humana est portio, ac Dei substantia.	*Concil.Tolet.1.11.& Brac.can.6.*	
Animę in Cęlo peccauerunt, ideò hic sunt expulsę in corpora humana.	*Concil. Brac.*	*Can.5.*
Anima astringitur fatali signo.	*Concil Brac.*	*can.7.*
Anima intellectiua non est per se forma humani corporis.	*De sum.Trin.& Fid.Cath.Cap. Animę*	

Animæ in purgatorio non iuuantur precibus viuentium. — Concil. Trid. sess. 25. in princip.

Angeli.

Angeli sunt ex Dei substantia. — Concil. Brac. can. 6.
Angeli crearunt carnem. — Concil. Brac. can. 13.

Apostoli.

Apostoli, ac fideles Sacerdotes Domini, strenuè in necessarijs ad salutem regularunt Ecclesiam, antequam Papæ officium fuerit introductum, sic facerent deficiente, per summe possibile Papa, vsque ad diem iudicij. Confutantur hæc hæresis. — Concil. Constantien.
Apostoli non fuerunt facti Sacerdotes, illis verbis. Hoc facite in meam commemorationem. — Concil. Trid. Sess. 22. Can. 2.

Articuli.

Articuli Ioannis Vuiclef sunt iniquè condemnati. — Concil. Constantiense.

Augustinus.

Augustinus, Bernardus, Benedictus sunt damnati, quia ditarunt Religionem suam. — Concil. Constantiense.

Auxilium.

Auxilium Dei, ac Sanctorum non est implorãdum. — Ext. de hær. c. Cum Christus.
Auxilium Dei iustificato non est necessarium ad perseuerandum. — Concil. Trid. Sess. 6. ca. 22.
Auxilium Dei non exigitur iustificato, vt vitet omnia venialia. — Concil. Trid. ibidem ca. 23.

B

Baptismus.

*Aptizandi non sunt pueri propter originale peccatum.* — Concil. Mil. primum. Can. 2.
Baptizando licet facere, quod non facit Ecclesia, sed quòd Priscillianus. — Concil. Tolet. primum. Ca. 18.
Baptismus paruulis dimittit culpam, non tamen dat gratiam informantem, nec virtutes. — C. de sum. Trin. & Fide Cath.
Baptizandi non sunt paruuli, quia à baptizatis hominibus oriuntur. — Concil. Trid. sess. 5. can. 4.
Baptismus radit, non tulit peccatum originale. — Concil. Trid. sess. 5. can. 5.
Baptismus Ioannis habuit eam vim, quam Christi Baptismus. — Idem sess. 7. can. 1.
Baptismi aqua non est materia, sed ad metaphoram dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. — Idem ibidem can. 2.
Baptismi doctrina non est vera, quam Ecclesia docet. — Idem ibidem can. 3.

Baptismus datus ab hæreticis cum intentione faciendi, quòd Ecclesia, non est verus.	*Idem*	*ibidem*	*can.4.*
Baptismus liber, nec ad salutem necessarius.	*Idem*	*ibidem*	*can.5.*
Baptizatus quantuncunque peccet, nisi nolit credere, non amittit gratiam.	*Idem*	*ibidem*	*can.6.*
Baptizatus tenetur tantum credere, non seruare legem.	*Idem*	*ibidem*	*cap.7.*
Baptizatus liber est, nec tenetur seruare, quæ proponit Ecclesia.	*Idem*	*ibidem.*	*can.8.*
Baptizato sola recordatione, peccata omnia dimittuntur.	*Idem*	*ibidem*	*ca.10.*
Baptismus iterandus, quando ad Infideles quis est conuersus.	*Idem*	*ibidem*	*ca.11.*
Baptizandus nemo est, nisi ea ætate, qua Christus.	*Idem*	*ibidem*	*ca.12.*
Baptizari nemo potest, etiam in mortis articulo, nisi fuerit ætatis Christi.	*Idem*	*ibidem*	*ca.eo.*

C

Cardinalis.

Cardinales non sunt successores collegij, nisi viuant more Apostolorum.	*Concil. Constantiense.*

Caro.

Caro est immunda, ideò est abstinendum, nec comedendum.	*Concil. Brac. ca.15.*
Carnes, caseum, & oua etiam in necessitate peccatum est comedere.	*Ext. de hæret. cap. Cum Christus.*
Carnes sunt execrandæ, nec abstinendum pro castigatione corporis.	*Concil. Tolet. primum. ca.17.*
Carnalis actus cum muliere non est peccatum, quia natura inclinat.	*De hæret. cap. Ad nostrum.*

Cœna.

Cœna Domini non ieiunus audiens Missas, sed cum Priscilliano, qui festiuitatem ipsius diei ab hora tertia per Missas defunctorũ soluit, damnatur.	*Concil. Brac. ca.17*

Censuræ.

Censuræ Ecclesiæ nullæ sunt.	*Concil. Constantiense.*

Clerici.

Clerici præter matrem, germanam, vel aliam sibi coniunctam, & quasi sibi adoptiuam habitare, cum muliere non possunt.	*Brac. ca.16.*

Claues.

Claues sunt tantum ad soluendum, non ligandum.	*Concil. Trid. sess.14. ca.15.*

Con-

Coniugia.

Coniugia damnare iniquum est.	*Concil. Tol. primum.*	*ca.16.*

Concupiscentia.

Concupiscentia non remanet post baptismum.	*Concil. Trid. sess.*	*can.5.*

Confirmatio.

Confirmatio reseruatur Episcopis propter lucrum, & honorem.	*Concil. Constantiense.*	
Confirmatio baptizatorum est otiosa, non sacramentum, sed Cathesis.	*Concil. Trid. sess.7.*	*can.1.*
Confirmationi, qui virtutem tribuunt, sunt iniuriÿ Spiritui sancto.	*Idem ibidem*	*can.2.*
Confirmationis minister non est Episcopus, sed Sacerdos.	*Idem ibidem*	*can.3.*

Confessio.

Confiteri peccata non est de iure Diuino, ad salutem necessarium.	*Concil. Trid. sess.14.*	*can.6.*
Confiteri secretè Sacerdoti est institutum humanum, alienum à Christo.	*Idem ibidem*	*ca.eo.*
Confiteri singula peccata, nec omnem adhibere diligentiam non est opus.	*Idem ibidem*	*can.7.*
Confiteri non debemus occulta.	*Idem ibidem*	*ca. eo.*
Confiteri, quæ sunt contra præcepta, ac circunstantias non debemus.	*Idem ibidem*	*ca. eo.*
Confiteri qui volunt omnia, nihil Diuinæ pietati relinquunt.	*Idem ibidem*	*ca. eo.*
Confiteri peccata venialia non licet.	*Idem ibidem*	*ca. eo.*
Confiteri omnia peccata impossibile.	*Idem ibidem*	*can.8.*
Confiteri peccata humanum inuentum.	*Idem ibidem*	*ca. eo.*
Confiteri non tenentur adulti semel in anno.	*Idem ibidem*	*ca.eo.*
Suadere possumus, quòd aliquis in quadragesima non confiteatur.	*Idem ibidem*	*ca. eo.*
Confessio facta (etiam de licentia Papæ) alio, quàm Parocho, debet iterari.	*Io. XXII. ext. vas electionis.*	

CHRISTVS.

CHRISTVS fuit ex MARIA tantum.	*Concil. Rom. tpe D. Syluestri.*	
Christus non habuit animam rationalem.	*Idem ibidem.*	
Christus in cruce dolores pertulit, non caro cum anima.	*Idem ibidem.*	
Christus cum carne non sedet ad dexteram Patris, nec cum ea iudicabit.	*Idem Ibidem.*	
Christus habet duas personas.	*Concil. Ephes. primum.*	*can.1.*
Christus non est veraciter Emanuel.	*Idem*	*can.2.*
Christus non est Deus, & homo.	*Idem*	*can.3.*

Chriſtus eſt vnus connexione, nō vnitate naturali.	Idem	can.4.
Chriſtus Deopyon, ideſt Deus factus eſt, non eſt ne raciter Deus.	Idem	can.6.
Chriſtus homo, tanquam alterum, cum altero glorificandum, & connuncupandum, nam con, ſyllaba ſemper adiecta cogit hoc intelligi.	Idem	can.9.
Chriſtus conglorificatus eſt à Spiritu ſancto, tanquam aliena virtute, per eum vſus fuerit, & ab eo accipiet efficaciam contra immundos ſpiritus, nec proprium eius fatetur ſpiritū, per quem digna expleuit. Anathema.	Idem	ca.10.
Chriſtus Pontifex non eſt.	Idem	ca.12.
Chriſtus eſt alter ab eo, qui pro nobis obtulit.	Idem	ca.12.
Chriſti caro non eſt propria verbi, ſed per dignitatem coniuncta, & quaſi diuinam habens habitationem, nec viuificatrix eſt. Anathema ſit.	Idem	ca.14.
Chriſtus natus de Virgine non habuit ſubſtantiam Diuinæ, & humanæ naturæ.	Concil. Calcedon.	
Chriſtus ſuſcepit carnem ſine anima.	Concil. Tolet. primum.	can.5.
Chriſtus Crucifixus non eſt vnus Dominus ſanctæ Trinitatis.	Concil. Conſtant. ſecundū.	ca.11.
Chriſtus eſt aliud, & aliud Verbum.	Idem	ca.12.
Chriſtus non eſt natus de virgine.	Idem	ca.13.
Chriſtus non erat, antequam ex Virgine naſceretur.	Concil. Brac.	can.3.
Chriſtus ſecundum quod homo non eſt aliquid.	Ext. de hęret. c. Cum Chriſtus.	
Chriſto viuenti fuit latus apertus.	C. j. de ſum. Trin. & Fid. Cathol.	
Chriſtus melius ſine capite Eccleſiam gubernaſſet.	Concil. Conſtantienſe.	
Chriſtus datus eſt tantum, vt Redemptor cui fidat homo, non vt legiſlator cui obediat.	Concil. Trid. ſeſſ. 6.	ca.21.
Concilium.		
Concilium non debet à Papa confirmari.	Concil. Trid. in fine.	
Contritio.		
Contritio facit hominem hypocritam.	Concil Trid. ſeß. 14.	can.5.
Contritio eſt dolor coactus, nō liber, ac voluntarius.	Idem ibidem	ca. eo.
Corpus.		
Corpora humana poſt mortem non reſurgent.	Concil. Tolet. primum.	ca.10.
Credere.		
Credere tantum de Patre, et Filio, non de Spirituſ.	Concil. Rom. D. Syluestri.	
Credere licet, eſſe aliquid, quòd extra Diuinitatem poſſit extendere.	Concil. Tolet. primum.	
Crux.		
Crucis ſigno, ſe munire, non oportet.	Ext. de hær. cap. Cum Chriſtus.	

D

Decimæ.

Decimas soluere non tenentur laici, nisi illi, qui est tantæ perfectionis, & paupertatis, & qua prius fuerunt Apostoli Domini.		
Decimæ sunt puræ eleemosinæ, & Parrochiani possunt propter peccatorum Prælatorum auferre.	*Concil. Constantiense.*	

Decretales.

Decretales epistolæ sunt Apocriphæ.	*Idem.*	

Deitas.

Deitas est nascibilis.	*Concil. Tolet. primum.*	*can. 6.*
Deitas conuersibilis, ac passibilis.	*Idem*	*can. 7.*

Diabolus.

Diabolus non fuit prius Angelus bonus.	*Concil. Brac. 8.*	*can. 8.*
Diabolus fecit aliquas creaturas, & fulgura, tonitrua, & tempestates, & siccitates sua authoritate.	*Idem*	*can. 9.*
Diabolus est Plasmator corporis humani.	*Idem*	*ca. 14.*
Diabolus fecit hunc mundum.	*Ext. de hæret. c. Cum Christus.*	
Diabolo obediendum esse dedit Deus.	*Concil. Constantiense.*	

DEVS.

Deus operatur malum propriè, & Iudæ perditio est, sicut Petri salus.	*Concil. Trid. sess. 5.*	*can. 6.*
Deus non videtur in se, sed in creaturis.	*Ex. sum. Trin.*	
Deus alius priscæ, alius nouæ legis.	*Concil. Tolet. primum.*	*can. 8.*
Deus ideò finis omnium, quia omnia reuersura sunt in ipsum, vt quiescant.	*Ibidem*	
Deus est esse, & essentia omnium creaturarum, sicut Abraham, & Isaac sunt vnius naturæ.	*Ibidem*	
Dij tres, non vnus.	*Concil. Rom. D. Syluestri.*	

Dimitte.

Dimitte nobis debita nostra, pro alijs, qui sunt in populo dicimus, non pro nobis.	*Concil. Mil. primum*	*can. 7.*
Dimitte nobis, dixerunt Sancti ob humilitatem, non veraciter.	*Idem*	*can. 8.*

Diuinitas.

Diuinitas est Trinitas, & similia.	*Concil. Brach.*	*can. 2.*
Diuinitas figurari potest.	*Concil. Trid. sess. 25. decr. de reliquijs.*	

Diuitiæ.

Diuitias si possident Ecclesiastici, faciunt contra sacram scripturam.	*Concil. Constantiense.*	
Ditare clerum, est contra sequelam Christi.	*Idem.*	

Do-

Doctores.

Doctores errant, dum dicunt, qui non corrigitur, tradendus seculari iudicio.	*Idem.*
Doctrina de iustificatione derogat meritis Christi.	Concil.Trid. sess.6. can.34

Domini.

Domini temporales Dominium perdunt, dum sunt in peccato mortali.	Concil.Constantiense.
Domini temporales possunt ad libitum dona Ecclesiæ auferre.	*Idem.*

Duellum.

Duellum Diaboli instinctu inuentum esse affirmat.	Concil.Trid. seß.23. cap.19.

E

Ecclesia.

Ecclesia Romana est meretrix, & Babilonia.	*Ext.de heret. cap. cum Christus*
Ecclesia Romana est euacuata, & cessauit propter malitiam ministrorum.	*Liber Inquisitorum.*
Ecclesia Papæ, & Cardinalium non est legitima.	
Ecclesia Romana est meretrix.	
Ecclesiæ potestas translata est ad alios. Ale.IIII. & Honorius.	*Ext. quæ incipit. Olim felicis record.*
Ecclesia non habet vnum caput.	*Bonif.VIII.extrau. vnam tantum.*
Ecclesia non habet gladium temporale.	*Idem ibidem*
Ecclesia duplex carnalis, & spiritualis.	*Clemens V. extrauagan. Gloriosam Ecclesiam.*
Ecclesia Romana est Sinagoga Sathanæ.	Concil.Constantiense.
Ecclesiæ Romana non habet primatum super alias.	*Idem.*
Ecclesia consecratio reseruatur Episcopo propter lucrum.	*Idem.*
Ecclesia est vna, quia vnus est numerus prædestinatorum.	*Idem.*
Ecclesiæ Pastorem non debemus recipere, nisi Deus eum prædestinauerit.	*Idem.*

Electio.

Electio Papæ à Cardinalibus per Diabolum introducta.	*Idem.*

Episcopus.

Episcopus non potest reseruare sibi casus.	*Concil.Trid. Seß.14.*	*Cap.7.*
Episcopus assumptus à Romano Pontifice non est legitimè factus.	*Idem seß.23.*	*can.8.*
Episcopus baptizans, & alia exercens in peccato mortali, nihil facit.	*Concil.Constantiense.*	
Episcopus non est, dum est in peccato mortali.	*Idem*	
Episcopus potest absoluere à casibus Papæ reseruatis.	*Concil.Trid. sess.14.*	*cap.7.*
Episcopus non est superior Sacerdote.	*Concil.Trid. Seß.23.*	*can.7.*
Episcopus non habet potestatem ordinandi, ac confirmandi.	*Idem ibidem*	*can.eo.*
Episcopus non potest ordinare, sine populi, vel secularis potestatis consensu.	*Idem ibidem*	*ca.eo.*

Essentia.

Essentia Diuina generat.	*Concil. Later. sub Innocentio.*	

Eucharistia.

Eucharistiæ non est præmittenda confessio, si conscientia peccati mortalis grauat, satis contritio.	*Concil.Trid. sess.13.*	*can.11*
Eucharistib non continet verè, & realiter corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & Deitatem.	*Idem ibidem*	*can.1.*
Eucharistia non continetur totus Christus, sed tantum, vt in signo.	*Idem ibidem*	*can.2.*
Eucharistia non continetur sub vtraque specie, & partibus totus Christus.	*Idem ibidem*	*can.3.*
Eucharistia peracta consecratione, nihil remanet, sed est in vsu tantum.	*Idem ibidem*	*can.4.*
Eucharistia in partibus reseruatis non continetur totus Christus, nec remanet corpus eius.	*Idem ibidem*	*can.eo.*
Eucharistia præcipuus effectus est remissio peccatorum, nec alij effectus proueniunt.	*Idem ibidem*	*can.5.*
Eucharistia non est adoranda externo cultu latriæ.	*Idem ibidem*	*can.7.*
Eucharistia non est in processione circumgestanda.	*Idem ibidem*	*can.6.*
Eucharistia non est in sacrario conseruanda.	*Idem ibidem*	*can.7.*
Eucharistia non est ad infirmos transportanda.	*Idem ibidem*	*can.7.*
Eucharistia Christus tantum spiritualiter, non sacramentaliter, & realiter manducatur.	*Idem ibidem*	*can.8.*
Eucharistia necessariò sub vtraque specie ab omnibus sumenda est.		
Eucharistia si datur laicis sub vna tantum specie, errat Ecclesia.	*Concil.Trid. seß. 21.*	*can.1.*

Eucharistia

Euchariſtia non continetur ſub vna tantum ſpecie totus Chriſtus. — Idem ibidem can.3.

Euchariſtia paruulis neceſſariò danda, ante annos diſcretionis. — Idem ibidem can. 4

Euchariſtiam non tenetur adultus ſingulis annis percipere. — Idem ſeſ.13. can.9.

Euchariſtiam Sacerdos celebrans, non tenetur ſumere. — Idem ibidem can.10.

Euchariſtia ſolam fidem exigit, non aliam præparationem. — Idem ibidem can.11.

Euchariſtia. non eſt ſurgendum in eius eleuatione. — De hęret. cap. ad noſtrum.

Euchariſtia. remanet ſubſtantia panis, & vini. — Concil. Conſtantienſe.

Euchariſtia. accidentia non remanent ſine ſubiecto. — Ibidem

Euchariſtia. non eſt Chriſtus vere, & realiter, in propria præſentia corporali. — Ibidem

Excommunicatio.

Excommunicatio Papæ non eſt metuenda, ſed eſt Cenſura Antichriſti. — Concil. Conſtantienſe.

Excommunicare Prælatus non poteſt, niſi ſciat illum eſſe prius à Deo excommunicatum. — Concil. Conſtantienſe.

Excommunicans clericum, quia appellauit ad Regem, traditor eſt Regni. — Idem

Excommunicati, ſi per dimittunt prædicare, vel audire verbum Dei peccant. — Idem

Excommunicati per annum, ſi perſiſtunt, non ſunt de hęreſi ſuſpecti. — Concil. Trid. ſeſ.25. cap.3. in fi.

F

Fides.

Fides ſola iuſtificat, nec exigitur pręparatio, vel diſpoſitio noſtræ voluntatis. — Concil. Trid. ſeſ. 6. can.9.

Fides iuſtificans eſt fiducia ſolæ Diuinæ miſericordiæ. — Idem ibidem can.12.

Fides, quæ remanet ſine gratia non eſt vera fides. — Idem ibidem can.28.

Filius.

Filius non eſt genitus, nec alius à Patre. — Sixtus Papa Primus.

Filij duo sunt, vnus eternus, alius ex Virgine.	*Concil. Rom. D. Syluestri.*	
Filius non est ex substantia Patris.	*Idem*	
Filius non potest omnia, quæ Pater.	*Idem*	
Filius dum fuit in terra, non fuit in Cœlo cum Patre.	*Idem*	
Filius est idem quod Pater, & Spiritus sanctus.	*Concil. Tolet. 1.*	*can. 3.*
Filios non alens, sed relinquens sub occasione continentiæ. Anathema.	*Concil. Gang.*	*can. 10.*
Filij indicantes debere deserere parentes occasione Dei cultus, nec reddunt eis debitum honorem. Anathema, &c.	*Idem*	

G

Gratia.

Gratia Dei non vitamus peccata.	*Concil. Mil.*	*cap. 3*
Gratia Dei non docet, quid facere, aut diligere valeamus.	*Idem*	*cap. 4.*
Gratia Dei non adimplemus mandata Dei.	*Idem*	*cap. 4.*
Gratia Dei non vitamus insidias Diaboli.	*Celestinus Papa.*	
Gratia Dei datur tantum, vt peccata dimittat, non vt adiuuet, vt non peccemus.	*Concil. Mil. 1.*	*cap. 3*
Gratia datur vt facilius seruemus mandata, quod poteramus sine illa.	*Idem 4. & Trid. sess. 6.*	*can. 2.*
Gratia qua iustificamur est fauor tantum Dei.	*Concil. Trid. sess. 6.*	*can. 11.*
Gratia iustificationis tantum prædestinatis datur, alij verò vocantur, sed non habent.	*Idem ibidem*	*can. 17.*
Gratia non conseruatur, nec augetur per bona opera.	*Idem ibidem*	*can. 24.*
Gratia amißa, amittitur fides.	*Idem ibidem*	*can. 28.*
Gratia prędestinationis est, qua corpus Ecclesiæ, & quodlibet membrum iungitur Christo.	*Concil. Constantiense.*	

H

Hæreticus.

Hæreticus si reuertitur non debet suscipi.	*Concil. Elibert.*	*cap. 22.*
Hæreticus si reuertitur ordinari potest.	*Idem*	*can. 51.*

Hæreticus

Hæreticus Eccleſiam ingredi poteſt.	Concil. Laodic. cap. 6.
Cum hereticis eſt pſallendum, & orandum.	Concil. Cartag. 4. cap. 72.
Hereticos, ac malefactores, ſi punit poteſtas ſecularis peccat.	Ext. de heret. c. cum Chriſtus.

Hierarchia.

Hyerarchia non eſt in Eccleſia Diuino inſtituto, ex Epiſcopis, Præsbyteris, & miniſtris.	Concil. Trid. ſeſſ. 23. can. 6.

Homo.

Homo non quilibet eſt peccator.	Concil. Mil. cap. 6.
Homo etiam iuſtus non verè dicit. Dimitte nobis debita noſtra.	Idem cap. 7. & 8.
Homo, ſi non peccaſſet, non eſſet partitus in duos ſexus, nec generaſſet, ſed eſſet, ſicut Angelus.	Ext. de ſum. Trin. & Fide Cath.
Homini in Charitate conſtituto, nullum imputatur peccatum.	Idem ibidem
Homines ſunt equales in pena, & gloria.	Ext. de hær. c. cum Chriſtus.
Homo ad tantam perfectionem peruenire poſſet, vt ſit impeccabilis, nec proficere poteſt, nec oportet vt ieiunet, vel oret quia ſenſualitas eſt ſubiecta; nec iſti ſunt ſubditi obedientiæ, nec præceptis Eccleſiæ, quia vbi ſpiritus Domini, ibi libertas, ſed aſſequetur eam perfectionem, quam in alia vita. Et anima ſeipſa eſt Beata, nec indiget lumine gloriæ: & eſt hominis imperfecti exercere ſe, in actibus virtutum.	Clement. de hæret. c. ad noſtrum.
Homo ſine gratia credere, ſperare, diligere, ac penitere poteſt, ſicut oportet.	Concil. Trid. ſeß. 6. can. 3.
Homo non operatur malum, ſed Deus.	Idem ibidem can. 6.

I

Ieiunium.

IEiunia Eccleſiæ contemnens preter neceſſitatem non peccat.	Concil. Gang. cap. 6.
Ieiunus non audiens Miſſam, die Cene Domini.	Concil. Brac. 1. cap. 17.

Idea.

Ideæ, quæ ſunt in mente Diuina creantur.	Ext. de ſum. Trin. & Fide Cath.

Idola.

Idola tenere licet in domo.	Concil. Elibert. cap. 41. & Carthag. 5. cap. 15.
Imagines, nec adorare, nec colere debemus.	Concil. Nic. 2. act. 2. 4. 5. & 6. & Trid. ſeſſ. 25. in princ.

Imagines Sanctorum insolitas licet ponere in Ecclesia.	*Ibidem*
Imperator.	
Imperator Constantinus errauit ditando Ecclesiam.	Concil. Constantiense.
Imperator debet corrigere Papam, & ad eum spectat.	*Io. XXI. ext. licet iuxta.*
Indulgentiæ.	
Indulgentias non potest Papa concedere.	Concil. Constantiense, & Trid.
Incantationes.	
Inuocationes non sunt fugiendæ.	Concil. Laodic. c. 36.
Infames sunt aa sacros ordines admittendi.	Lucius Papa.
Iudas.	
Iudas non plus punietur quàm infans vnius diei.	Ext. de heret. c. cum Christus.
Iudei cogi possint ad fidem.	Concil. Tolet. 4. cap. 55.
Iurare.	
Iurare semper licet.	Pius Papa, Cornelius Pa. ep. 2. Concil. Tolet. 8. can. 2.
Iuramentum incautum est seruandum.	Sotherus Papa epis. 2.
Iuramenta sunt illicita ad roborandum humanos contractus, & commercia ciuilia.	Concil. Constantiense.
Iurare in nullo casu licet.	Ext. de hęret. c. cum Christus. & Clem. ext. Gloriosa.
Iurare non licet, nisi in articulis fidei, & præceptis Dei, & omnia alia possunt celari, quantuncunque iurent dicere veritatem, & mentiri, & dolose palliare, vt sit vnum in ore aliud in corde.	Honor. ext. olim.
Iustificatus.	
Iustificatur homo suis operibus gratia.	Concil. Trid. sess. 6. can. 1.
Iustificatur homo sola immutatione iustitię Christi, exclusa gratia, & charitate.	Idem ibidem can. 11.
Iustificatus oportet vt credat se absque dubitatione esse iustum.	Idem ibidem can. 13.
Iustificatur homo, quia credit se esse iustificatum.	Idem ibidem can. 14.
Iustificatus tenetur ex fide credere, se esse de numero predestinatorum.	Idem ibidem can. 15.
Iustificatus semel gratia amplius amittere non potest.	Idem ibidem can. 23.
Iustificatus potest sine auxilio Dei omnia vitare peccata.	Idem ibidem can. eo.

Iusti-

Iuſtificatus, ſi operatur propter mercedem æternam, peccat. — *Idem ibidem can.31.*

Iuſtus.

Iuſtus non debet ſperare ex Dei miſericordia vitam æternam, ſi bene agit. — *Idem ibidem can.26.*

Iuſtus peccat in omni opere, & meretur pœnam æternam, nec Deus dat, quia non imputat. — *Idem ibidem can.26.*

Iuſtus peccat in omni opere bono. — *Idem ibidem can.25.*

Iuſtus eſt homo ſine iuſtitia Chriſti, & per eam formaliter. — *Idem ibidem can.10.*

L

Leges.

LEges humanæ rationi cõſentaneæ, non ſunt ſeruandæ. — *Calixtus Papa, epiſt. 2.*

Leges naturaliter adimplere poſſumus. — *Concil. Cartag. contra Pelagiũ.*

Leges Eccleſiæ, poſt aſcenſionem Chriſti non ſunt ſeruandæ. — *Concil. Cartag. contra Pelagium. Ext. de hæret. c. cum Chriſtus.*

Letaniæ.

Letaniæ non ſunt dicendæ in rogationibus. — *Concil. Tolet. 5. cap. 1. & Tolet. 6. can. 2.*

Libellus.

Libellos famoſos, qui conficiunt non ſunt excommunicandi. — *Concil. Eliber. cap. 52.*

Liberum arbitrium.

Liberum arbitrium poteſt agere ſine gratia, ſed difficulter, & iſta facit tantum facilitatem. — *Concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 2.*

Liberum arbitrium mouetur, & excitatur à Deo, nihil cooperando, aſſentiendo, nec ſe præparat ad iuſtificationem. — *Idem ibidem can. 4.*

Liberum arbitrium ſe habet inanime, nec poteſt diſſentire ſi vult. — *Idem ibidem can. eo.*

Liberum arbitrium poſt peccatum Adæ amiſſum, ac extinctum eſt, & remanet ſolo nomine. — *Idem ibidem can. 5.*

Liber.

Libri omnes legi poſſunt. — *Concil. Lat. ſub Leone ſeſſ. 10 & Trid. ſeſſ. 4.*

Libros Canonicos reprobare, & quos recipiendos non ſtatuit. — *Canon Apoſtolorum 84. ibidem. & Concil. Laod. cap. 59. Cartag. 4. & Trid.*

M.

Maria.

MARIA Virgo non peperit Chriſtum ſecundum carnem.	Concil. Eph. 1.		can. 2.
Maria Virgo non eſt vera mater Chriſti, ſed abuſiuè.	Concil. Conſtantienſe. 2.		can. 7.
Maria Virgo peccauit venialiter.	Concil. Trid. ſeß. 6.		can. 23.
Maria Virgo non poteſt excludi à macula peccati originalis.	Idem	ſeſſ. 5.	in fine.

Matrimonium.

Matrimonium non eſt à Deo inſtitutum.	Concil. Trid. ſeſſ. 24.		can. 1.
Matrimonium non eſt vnum de ſeptem Sacramentis Eccleſię.	Idem	ibidem	can. eo.
Matrimonij gradus, qui ſunt in Leuitico debent prohiberi, & non alij.	Idem	ibidem	can. 3.
Matrimonium non confert gratiam.	Idem	ibidem	can. 1.
Matrimonij gradus nullos poteſt Eccleſia diſpenſare.	Idem	ibidem	can. 3.
Matrimonij impedimenta dirimentia non potuit Eccleſia ſtatuere.	Idem	ibidem	can. 4.
Matrimonium diſſoluitur per moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſentiam.	Idem	ibidem	can. 5.
Matrimonium ratum non conſummatum, non diſſoluitur per Religionis ingreſſum.	Idem	ibidem	can. 6.
Matrimonium propter adulterium ſoluitur.	Idem	ibidem	can. 7.
Matrimonium viuente coniuge poteſt cum alio contrahi.	Idem	ibidem	can. eo
Matrimonium ſi pro certo tempore ſeparat eccleſia, quo ad totum errat.	Idem	ibidem	can. 8.
Matrimonium contrahere poſſunt clerici in ſacris & profeſſi.	Idem	ibidem	can. 9.
Matrimonij ſtatus nobilior caſtitate.	Idem	ibidem	can. 10.
Matrimonium non poteſt prohiberi ab Eccleſia quo ad aliquod tempus.	Idem	ibidem	can. 11.
Matrimonij ceremoniæ, & benedictio eſt ſuperflua.	Idem	ibidem	can. eo.
Matrimonium quale eſſe debeat, & non occultum.	Euariſtus Papa I.		
Matrimonium inter conſanguineos licitum eſt. & vſque ad quartum gradum.	Calixtus epiſt. 2.		
Matrimonium eſt mortale peccatum.	Ext. de her. c. cum Chriſtus.		

Metus

Metus.	
Metus gehennæ peccatum est, & peccatores peiores facit.	*Concil.Trid. seß.6, can.8.*
Minister.	
Minister in peccato mortali, faciendo omnia necessaria, non confert Sacramenta.	*Idem sess,7. can.12.*
Miracula.	
Miracula non sunt in Ecclesia.	*Ext.de hære..c.cum Christus.*
Miracula noua sunt admittenda sine licentia Episcopi.	*Concil.Trid. sess.25. Decreto de sanguinibus.*
Missa.	
Missa non offertur verum sacrificium.	*Concil.Trid. sess.22. can.1.*
Mißa non est aliud, quàm Christum nobis ad manducandum dari.	*Idem ibidem can.eo.*
Missæ sacrificium est pura commem oratio sacrificij in cruce oblati, non propitiatorium.	*Idem ibidem can.2.*
Missa tantum sumenti prosit, non alijs.	*Idem ibidem can.eo.*
Missa non prodest mortuis.	*Idem ibidem.& sess.25.in princ.*
Missa non offertur pro peccatis, ac alijs necessitatibus.	*Idem ibidem cau.3.*
Missa derogat sacrificio facto in cruce.	*Idem ibidem can.4.*
Missa in honorem Sanctorum est impostura.	*Idem ibidem can.5.*
Missæ canon continet errores.	*Idem ibidem can.6.*
Missa noua potest sub pacto venire.	*Idem sess.22. cap.1.*
Missæ ceremoniæ, vestes, & alia sunt impietatis non pietatis officia.	*Idem vbi sup. can.7.*
Missa illicita est, si solus sacerdos celebratur.	*Idem ibidem can.8.*
Missa, si voce submissa celebratur, damnanda est.	*Idem ibidem can.9.*
Missa vulgari lingua dicenda est.	*Idem ibidem can.eo.*
Missa non est aqua, vino miscenda.	*Idem ibidem can.eo.*
In Missa offerenda sunt animalia, & mel, & lac.	*Canon Apost. can.3.& 4.*
Missa, Sacerdos non est communicandus.	*Idem can.10.*
Missa non tota est audienda.	*Idem can.10.*
Mißa non in locis sacris debet celebrari.	*Anacl.epis 1. Sotherus, epist.2.*
Missa etiam non ieiunus potest celebrare.	*Sotherus ep.2.Côc.Car.3.c.29.*
Mißa in domo celebrari potest.	*Concil.Laodic. cap.58.*
Mons pietatis.	
Mons pietatis est vsurarius, ac damnandus.	*Leo X.*
Mulier.	
Mulier amputans comam ob Religionem peccat.	*Concil.Gangr. cap.2.*
Mulier contemnendo potest soluere matrimonium.	*Idem cap.3.*
Mulier habitu virili vti põt, vt hominem imitetur.	*Idem cap.5.*
Mulier potest nuda iacere cum viro, & tangere, & osculari, vt ceßet tentatio, nec peccat.	*Honor.extrau.olim.*

Mulier, quòd iaceat cum homine, & non cognoſcat, maius eſt quàm ſuſcitare mortuum.	*Vbi ſupra.*	

Mundus.

Mundus non eſt factus à Deo.	*Concil. Tol. 1.*	*cap. 1.*
Mundus eſt factus ab altero Deo.	*Idem*	*cap. 9.*

N.

NAthalem Chriſti licet ieiunare.	*Concil. Brac.*	

Natura.

Naturæ duæ confuſæ ſunt in Chriſto, vel diuiſæ, & proprijs ſubſiſtentijs.	*Concil. Conſtantin. 2.*	*can. 3. can. 8.*
Natura facta eſt in Chriſto, ex vnione.	*Idem*	*can. 9.*

Nuptiæ.

Nuptias, qui contrahit non poteſt ingredi Regnum Dei.	*Concil. Gangr.*	*cap. 9.*
Nuptias abhorrere poſſumus.	*Concil. Brachar.*	*cap. 13.*

O

Obedientia.

OBedientia Eccleſiaſtica eſt à Sacerdotibus contra Euangelium inuenta.	*Concl. Conſtantienſe.*	
Oblationes Baſilicaq; Sanctorũ vanæ ſunt.	*Concl. Gang.*	*cap. 7.*

Opera.

Opera facta intuitu mercedis recipiendæ à Deo debent damnari.	*Conci. Trid. ſeſs. 6.*	*can. 31.*
Opera omnia ante iuſtificationem ſunt peccata.	*Idem ibidem*	*can. 7.*
Opera iuſtificati adeò ſunt Dei, quòd non ipſius.	*Idem ibibem*	*can. 32.*
Opera iuſtificati non merentur uitam æternam, gratiæ, ac gloriæ argumenta.	*Idem ibidem*	*can. 33.*

Oratio.

Orare in Eccleſia conſecrata, idem quòd in ſtabulo orare.	*Olim felicis.*	
Orationes ſpeciales applicatæ alicui per prælatos non proſunt.	*Hon. extrau.*	
Orare pro his, qui temporalia largiuntur, ſimoniacum eſt.	*Idem.*	
Oratio præſciti nulla eſt.	*Idem.*	

Orare

Orare licet cum excommunicato.	Canon Apostolorum 12.		
Orare in Synagogis,& cum Hæreticis possumus.	Idem	63.	
Orationes sunt spernendæ.	Concil.Gang. cap.5.		
Oratio Dominica nullius est virtutis.	Concil. Tolet.4.		can.9.

Ordo.

Ordinatus bis non peccat, nec ordinans.	Canon Apost. 67.& deponitur.		
Ordines sacri non sunt.	Gaius Papa, & Conc.Cartag.4. cap.4. vsque ad 10.		
Ordinari possunt qui se mutilant, ac castrattur.	Concil. Nic.		can.1.
Ordinans potest pecunias recipere,& exigere.	Concil. Calced.		can.2.
Ordinatio clericorum reseruatur Episcopo propter lucrum,& honorem.	Concil. Constaniiense.		
Ordo alius preter Sacerdotem, non est in Ecclesia.	Concil.Trid. sess.23.		can.1.
Ordo non est alius maior, alius minor.	Idem	ibidem	can.2.
Ordo non est sacramentum à Domino institutum.	Idem	ibidem	can.3.
Ordo est humanum figmentum.	Idem	ibidem	ca. eo.
Ordo est tantum ritus eligendi ministros verbi Dei,& Sacramentorum.	Idem	ibidem	ca. eo
Ordinatione non datur Spiritus sanctus, sed frustra ab Episcopo dicitur. Accipe Spiritum sanctum.	Idem	ibidem	can.4.
Ordo non imprimit characterem.	Idem	ibidem	ca. eo.
Ordo non requirit sacram vnctionem.	Idem	ibidem	can.5.
Ordinis ceremoniæ sunt perniciosæ.	Idem	ibidem	can.eo.
Ordines Mendicantium sunt omnes excommunicati.	Concil.Constantiense.		

Osculum.

Osculum mulieris non est peccatum mortale, quia natura inclinat.	De hæret.c.ad nostrum.

P

Papa.

PApa non est verus successor D.Petri.	Concil. Constantiense.
Papa malus,& prescitus est Diabolus.	Idem
Papa malus, & præscitus est æquiuoce Pastor, & vere fur, & latro.	Idem
Papa canonice electus, si male viuat non est Papa.	Idem
Papa posse tenere possessiones est hereticum.	Idem
Papa non potest dare potestatẽ audiendi confessiones.	Idem
Papa, & omnes successores post Sylu.sunt dãnati.	Hon. ext. olim felicis.
Papæ non sunt omnes fideles subiecti.	Bonif.ext. vnam sanctam.
Papa nullum potest punire, nisi authoritate Imper.	Io.XII. extrau. licet iuxta.
Papa non potest sibi casus reseruare.	Concil.Trid. sess.14. cap.7.

Panis

Panis.

Panis non poteſt benedici, quia eſt creatura Diaboli.	Ext. de hær. c. cum Chriſtus.
Panis ex eo non conficitur Euchariſtia.	Ibidem.

Pallium.

Pallio vtitur quiſpiam, vt ex eo habeat iuſtitiam.	Concil. Gang. cap. 11.

Pater.

Pater maior eſt Filio.	Concil. Nicen. & Rom. D. Sylu.
Pater non diſtinguitur à Filio.	Idem
Pater, Filius, & Spiritus ſanctus non ſunt ſemper.	Idem
Patris, Filij, & Spiritus ſancti non eſt vna poteſtas, & Diuinitas.	Idem
Pater, Filius, & Spiritus ſanctus non ſunt tres perſonæ.	Concil. Brac. can. 1.
Pater idem quòd Filius, & Spiritus ſanctus.	Concil. Tolet. 1. can. 2.

Paruuli.

Paruuli tenentur accipere Euchariſtitiam, ante vſum rationis.	Concil. Trid. ſeß. 21 can. 4.
Paruulum baptizatum, non leuius puniet, quàm homicidam, & latronem.	Ext. de hæret. c. cum Chriſtus.
Paruuli etiam poſt baptiſmum ſunt inter infideles computandi.	Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 13.
Paruuli ſunt rebaptizandi, quando ſunt ſui iuris.	Idem ibidem can. eo.

Peccator.

Peccator, neque per Dei gratiam poteſt ſurgere à peccato poſt baptiſmum.	Concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 29.
Peccator poteſt ſurgere, ſed ſola fide ſine pęnitentia.	Idem ibidem can. eo.
Peccatori non remanet reatus remiſſa culpa.	Idem ibidem can. 30.
Peccata non habemus, ſed ad humilitatem dicimus. Dimitte.	Concil. Mil. 1. can. 6.

Pœnitentia.

Pęnitentia non eſt ſacramentum.	Concil. Trid. ſeſſ. 14. can. 1.
Pęnitentia non diſtinguitur à baptiſmo.	Idem ibidem can. 2.
Pęnitentiæ authoritas non fuit conceſſa illis verbis. Quęcunque ſolueritis.	Idem ibidem can. 3.
Pęnitentia non requirit tres actus in pęnitente. Cont. Conf. ſatisfact.	Idem ibidem can. 4.
Pęnitentiæ partes, ſunt fides concepta ex Euangelio, vel abſolutione, &c.	Idem ibidem can. 4.
Pęnitentia non rectè dicitur ſecunda tabula.	Idem ſeſſ. 6. can. 16. & 2.

Pęni-

Pęnitentia, non auget gloriam, nec minuit pęnam Inferni.	*Ext. de hęr. cap. cum Christus.*
Pęnitendum non est de peccatis.	*Idem*

Populus.

Populum etiam congregare extra Ecclesiam licet, contra Ecclesiastica statuta.	*Concil. Gangr. can. 2.*
Populus potest ad arbitrium suum Dominum relinquere.	*Concil. Constantiense.*

Petrus.

Petrus fuit caput, sicut alij Apostoli.	*Io. XII. ext. licet iuxta.*
Petrus non ampliorem alijs habuit potestatem.	*Idem*

Potestas.

Potestas Ecclesiastica nulla est.	*Ext. de hæret. c. cum Christus.*

Præcepta.

Præcepta Dei etiam iustificato, ac sub gratia constituto sunt impossibilia:	*Concil. Trid. sess. 6. can. 18.*
Præcepta non sunt in Euangelio, nisi fides.	*Idem ibidem can. 19.*
Præcepta decem non pertinent ad Christianos.	*Idem ibidem can. eo.*
Præcepta non tenetur vir iustus obseruare.	*Idem ibidem can. 20.*
Præcepta Dei naturaliter adimplere possumus.	*Concil. Gang. supra gratia.*

Prædicare.

Prædicare potest etiam si excommunicetur.	*Concil. Constantiense.*
Prædicare potest Sacerdos ad ædificandum populum, etiam quòd excommunicetur.	*Idem*
Prędicare potest Diaconus, sine authoritate Papæ.	*Idem.*

Prælatus.

Pręlatus nemo est, dum est in peccato mortali.	*Concil. Constantiense.*

Purgatorium.

Purgatorium non est.	*Ext. de hęret. cap. cum Christus. Concil. Trid. sess. 25.*
Purgatorium non est ad reatum peccatorum soluendum.	*Concil. Trid. sess. 6. can. 30.*

Præsbyter.

Presbyter non potest, nec debet ab Episcopo ordinari.	*Can. Apostolorum 20.*
Pręsbytero non debet propria Parochia assignari.	*Idem can. 15.*
Pręsbyter potest alios percutere.	*Can. Apostolorum. can. 28.*
Pręsbyter non tenetur obedire Episcopo.	*Idem can. 32.*
Pręsbyter suo Episcopo rebellis, debet ab Episcopo recipi.	*Idem can. 3.*
Præsbyter illiteratus potest ordiaari.	*Fabianus Papa, epist. 3.*
Pręsbyter potest ducere vxorem, & esse adulter.	*Concil. Neocęsar. cap. 9.*

Qua-

Q

Quæcunque ſolueritis intelligenda ſunt de ordinatione, non de pœnitentia. — Concil. Trid. ſeſs. 14. can. 3.
Quæcunque ſolueritis non tantum Sacerdotibus, ſed omnibus dicta ſunt. — Idem ibidem can. 10.
Quæcunque ſolueritis. Claues Eccleſiæ datæ ſunt tantum ad ſoluendum, non ad ligandum. — Idem ibidem can. 15.

R

Religioſus.

Religioſi ſunt ad detrimentum Eccleſiæ. — Hon. ext. olim fœlicis.
Religioſus eſt minus aptus ad ſeruanda mandata Dei. — Concil. Conſtantienſe.
Religioſi in priuata Religione viuentes, ſunt de Religione Antichriſti. — Idem
Religioſi tenentur laborare manibus proprijs, & non mendicare. — Idem
Religionem inſtruendo peccauerunt ſancti. — Idem
Religionem ingredientes, ſunt veri Diaboli. — Idem
Religioſus non debet profiteri, nec anno 16. — Concil. Trid.
Religioſus factus Epiſcopus poteſt ad libitum mutare habitum. — Concil. Conſtantienſe.

Reliquiæ.

Reliquiæ Sanctorum, non ſunt venerandæ. — Concil. Nic. ſecundum, & Trid. ſeſſ. 25. in principio.

Reſtituere.

Reſtituere non tenetur, qui furatus eſt. — Ext. de hæret. c. cum Chriſtum.

Reſurrectio.

Reſurrectio carnis non erit. — Idem ibidem

Ritus.

Ritus Sacramentorum poſſunt ad libitum à miniſtro contemni. — Concil. Trid. ſeſs. 7. can. 13.

Romana Eccleſia.

Romana Eccleſia non eſt caput omnium, nec eius eſt omnes quæſtiones ſoluere. Anacletus Papa epiſt. 1. & 3. Zepherinus Papa epiſt. 1. Lucius Papa epiſt. 1. Marcellus, & Melchiades. Concilium Nicenum primum locum Romanæ, ſecundum. Alexandrinæ, tertium. Anthiochenæ, quartum, Hieroſolymitanæ tribuit, ne quis putaret ſedem Domini eſſe in terra. Concil. Sandic. cap. 3. Concil. Calcedon. act. 1. Aurel. cap. 2. Conſtantinopol. quòd eſt ſextum Generale. can. 36. Et Nicenum 2.

Sacer-

S

Sacerdos.

SAcerdotes non sunt à Domino instituti.	*Anacl. epist. 3.*		
Sacerdos potest omni ætate ordinari.	*Concil. Neoces. cap. 11. & Trid.*		
Sacerdos coniugatus esse potest.	*Concil. Aurel.*		*cap. 2.*
Sacerdos excommunicatus potest sacrificare.	*Concil. Cartag. secundum.*		*cap. 8.*
Sacerdos pro Diuinis potest accipere pecaniam pro præmio illorum.	*Concil. Tolet. primo.*		*can. 8.*
Sacerdos sine literis proprij Episcopi potest vbique celebrare.	*Concil. Calced.*		*can. 12*
Sacerdos, qui semel fuit, potest esse laicus.	*Concil. Trid.*	*sess. 23.*	*can. 4.*
Sacerdos est æqualis Episcopo.	*Idem*	*ibidem*	*can. 7.*
Sacerdos non est in nouo testamento.	*Idem*	*ibidem*	*can. 1.*
Sacerdotij munus non est offerre sacrificium, sed prædicare.	*Idem*	*ibidem*	*ca. eo.*
Sacerdos non est, qui non prædicat, nec baptizat.	*Idem*	*ibidem*	*ca. eo.*
Sacerdos in mortis articulo non potest à quouis peccato absoluere.	*Concil. Trid.*	*sess. 14.*	*cap. 7.*
Sacerdotes non fuerunt ordinati, vt offerrent per illa verba. Hoc facite.	*Idem*	*sess. 22.*	*can. 2.*
Sacerdos in mortali existens, non consecrat.	*Clem. ext. gloriosam Ecclesiam.*		
Sacerdos, siue Papa, siue alius eiusdem authoritatis.	*Ioan. XII. ext. Licet iuxta.*		

Sacramenta.

Sacramenta Ecclesiæ nihil prosunt ad salutem.	*Ext. de hæret. C. cum Christus.*		
Sacramenta Christi, & Ecclesiæ non sunt vera, sed falsa.	*Ibidem.*		
Sacramenta non sunt à Christo instituta.	*Concil. Trid.*	*sess. 7.*	*can. 1*
Sacramenta sunt plura, quàm septem.	*Idem*	*ibidem*	*ca. eo*
Sacramenta nouæ legis non differunt ab antiquis.	*Idem*	*ibidem*	*can. 2.*
Sacramenta sunt paria, nec vnum alio dignius.	*Idem*	*ibidem*	*can. 3.*
Sacramenta non sunt ad salutem necessaria, sed sola fide saluamur.	*Idem*	*ibidem*	*can. 3.*
Sacramenta per solam fidē nutriendā sunt instituta.	*Idem*	*ibidem*	*can. 5.*
Sacramenta non conferunt, nec continent gratiam.	*Idem*	*ibidem*	*can. 6.*
Sacramenta non omnibus conferunt gratiam, sed aliquibus, & aliquando.	*Idem*	*ibidem*	*can. 7.*
Sacramenta ex opere operato non conferunt gratiā.	*Idem*	*ibidem*	*can. 8.*
Sacramenta tria, baptismus, confirmatio, ordo non imprimunt characterem.	*Idem*	*ibidem*	*can. 9.*
Sacramenta omnes Christiani administrare possunt.	*Idem*	*ibidem*	*ca. 10.*

Sancti.

Sancti.

Sancti non intercedunt pro nobis.	*Concil. Trid. seß. 25. in princip.*
Sanctos inuocare vanum est.	*Idem ibidem.*
Sancti non orant pro nobis.	*Idem ibidem.*
Sanctos rogare mente, & voce stultum est.	*Idem ibidem.*
Sancti non vident Deum ante diem Iudicij.	*Benedictus XI. extrau. Benedictus Deus. & Concil. Florent.*
Sancti omnes à tempore D. Syluestri sunt damnati.	*Ext. de hæret. c. cum Christus.*

Satisfactio.

Satisfactio non exigitur, sed satis est credere, quòd Christus satisfecit.	*Concil. Trid. sess. 14. cap. 12.*
Satisfacere non possunt merita Christi.	*Idem ibidem ca. 13.*
Satisfacere non possunt vlla opera pietatis.	*Idem ibidem ca. eo.*
Satisfactio, ac optima pœnitentia est noua vita.	*Idem ibidem ca. eo.*
Satisfactio non est Dei cultus, sed humana traditio, obscurans Christi mortem.	*Idem ibidem can. 14.*

Scriptura.

Scriptura alia recipienda, quàm Ecclesia proponit,	*Concil. Tole. primum. can. 12.*
Scripturam pro arbitratu quilibet potest exponere.	*Concil. Trid.*
Scriptura fabulis, & eius verba quandocunque citare possunt.	
Scripturas Priscilliani, ac eius figmenta sequi possumus.	*Concil. Brac. ca. 18*

Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus est creatura, & seruus.	*Concil. Nicen. & Rom. D. Sylu.*
Spiritus sanctus non est ex Patre, sicut Filius.	*Idem*
Spiritus sanctus non omnia potest, nec noscit.	*Idem*
Spiritus sanctus est facturus, vel per Filium factus.	*Idem*
Spiritus sanctus non est.	*Concil. Constantiense. 1.*
Spiritus sanctus est Pater, & Filius.	*Concil. Tolet. primum. can. 4.*
Spiritus sanctus non procedit à Patre, & Filio æternaliter.	*Ext. de sum. Trin. & Fid. Cathol. in fine.*
Spiritus sanctus est à Patre, & Filio, tanquam ex duobus principijs.	*Idem*
Spiritus sanctus non procedit à Patre, & Filio.	*Concil. Tolet. primum. capit. 21. & Florent.*

Strigimagæ.

Strigimagæ corpore feruntur, non spiritu.	*Concil. Ancyr. cap. 24.*

Sepultura.

Pro sepultura, vt sic licet aliquid accipere.	*Concil. Vasens. cap. 3.*

Studia.

Studia ſunt introducta vana gentilitate.	*Concil. Conſtantienſe.*

Sydera.

Sydera ſunt diſſipata per diuerſa membra animæ, & corporis, & nominibus Patriarcharum aſcripta.	*Concil. Brac. cap. 11.*

T

Teſtis.

TEſtis hęreticus, vel fidelis non eſt ſatis contra Epiſcopum, ſed in ore duorum.	*Can. Apoſtolorum. can. 74.*

Traditiones.

Traditiones non ſunt in Eccleſiæ.	*Concil. Gang. Nice. ſecundum. & Trid. vt ſuo loco.*

Timor.

Timor Gehennæ eſt malus, etiam ſi ſit propter Deum.	*Concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 8.*

Trinitas.

Trinitatem negare licet.	*Concil. Conſtant. ſecundũ. ca. 1.*
Trinitas non vnitas eſſentiæ, ſed per ſimilitudinem.	*Ext. de ſum. Trin. & Fide Cath.*

V

Vaſa ſacra.

VAſa Sacra licet ad Prophanos vſus conuertere.	*Can. Apoſtolorum. can. 72.*
Vaſa ſacra à quouis tangi poſſunt.	*Sixtus Papa.*

Verbum.

Verbum non eſt paſſum carne, nec Crucifixum.	*Concil. Epheſ. can. 15.*
Verbum habet duas Natiuitates, vnam æternam ex Patre, alteram temporalem ex Matre.	*Concil. Conſtantin. 2. can. 2.*
Verbum aliud, qui miracula fecit, & qui paſſus.	*Concil. Conſtantin. 2. can. 3.*
Verbum eſt in Chriſto, vnum in altero, & non idem Dominus incarnatus, qui paſſus eſt.	*Idem can. 4.*
Vicarium nullum fecit Chriſtus, nec caput.	*Ioan. XII. extrau. c. Licet iuxta.*

Virgo.

Virginem, qui violat, non tenetur in vxorem accipere.	*Can. Apoſtolorum. can. 66.*
Virginitatem vouere, quia malę ſunt nuptiæ, licet, non quia virginitas ſit bona.	*Concil. Gang. can. 4.*

Viuere.

Viuere ſine voto perfectius eſt, quàm cum voto.	*Hon. ext. Olim fœlicis.*

Voluntas.

Voluntas vna fuit in Chriſto.	*Concil. Nic. ſecundum. can. 1.*

Vnctio.

vnctio extrema non eſt Sacramentum.	*Concil.Trid.*	*ſeß.14.*	*can.1.*
Vnctio extrema nō eſt à Chriſto, aut Beato Iacobo, ſed figmentum humanum.	*Idem*	*ibidem*	*can.1.*
vnctio infirmorum non remittit peccata, nec cōfert gratiam.	*Idem*	*ibidem*	*can.2.*
vnctio non alleuiat infirmos, ſed olim fuit gratia curationum.	*Idem*	*ibidem*	*can.2.*
Vnctionis ſacræ vſus repugnat Beato Iacobo.	*Idem*	*ibidem*	*can.3.*
Vnctio extrema poteſt à Chriſtianis abſque peccato contemni.	*Idem*	*ibidem*	*can.4.*
vnctionis extremæ miniſtri non ſunt Sacerdotes, ſed certè ſeniores, in quauis communitate.	*Idem*	*ibidem*	*can.4*

Vxor.

vxor poteſt eſſe vidua, fratris, vel filia fratris.	*Can. Apoſtolorum.*	*ca.19.*
vxor poteſt expelli, & altera duci.	*Can. Apoſtolorum.*	*ca.48.*
Vxor ſponſata poteſt alteri nubi, nec religionem ingredi.	*Euſeb.27.q.2. Deſponſata.*	
Vxor dimiſſa poteſt alteri copulari.	*Concil. Mil.*	*ca.17.*
Vxores plures habere licet.	*Concil.Trid. ſeſſ.24.*	*can.2.*
Vxores plures habere non eſt contra legem Diuinam, nec ea prohibitum.	*Idem ibidem*	*ca. eo.*





QVÆ SINT NECESSARIO PRAECOGNOSCENDA AD HVIVS CODICIS DILVCIDATIONEM.

QVOT SINT PROPOSITIONVM GENERA, quæ cum fide pugnant, ac ei aduersantur.



MAXIMAM Prouinciam suscepi, vt Alphabetico ordine propositiones ferme omnes, quæ cum fide pugnant, & ei aduersantur, colligerem. Quę quidem nec vnius sunt ordinis, nec sub vno albo continentur, sed sub diuersis ordinibus, atq; categorijs, quas tamen breui, ab. olutoq; compēdio, simul redigere conatus sum. Scripserunt alij abunde contra Hæreticos debellarunt viri antesignani monstruosos illos gigantes qui cum Dijs bellum indixerunt quorum victoria est omnibus presertim concionatoribus apprime necessaria, nedum vtilis. At nec nostra erit Christianis incommoda; nanq; eorum opera adeo excreuerunt, vt gestari, ac circumferri, ac in manibus difficile haberi possint, nec in sinu complecti. At noster hic labor breui epilogo connexus, suæ exiguitatis commoditate, & manib. tractari, sinu foueri, & quouis loco portari poterit, ꝙ erit summum omnibus beneficium. Nos enim sic sancita à sanctis collegimus, vt neminem pęniteat hæc reuoluisse. Namque sacrarum scripturarum germanum sensum, breuibusque verbis ob oculos ponit, ubi vita locetur, vnde mors emanet. Quæ omnia ex veterum, & recentiorum interpretum voluminibus, vt prolixiorib. ita maiori, & temporis, & laboris impendio inquirenda erant; Atqui harum insignium adeo commoditatum, neutram habent alij Doctores. Tu ergo lector his tibi vltro oblatis fac ad votum tuum fruaris. sed rem aggrediamur. Quemadmodum ergo, quæ de fide sunt pronunciata, multiplicia sunt; sic pari ratione quoniam contrariorum idem est numerus, quæ cum illis pugnant. Propositiones Catholicę secundum septem gradus diuiduntur. Primus earum quæ sacris litteris apertæ continetur. Secundus earum, quæ ex illis necessario deducunt. Tertius earum, quæ Apostolis, traditæ sunt viua voce. Quartus, quæ in Concilijs vniuersalibus, ac confirmatis continentur. Quintus, quæ per sedem Apostolicam suis filijs credendæ proposítæ sunt. Sextus earum, quæ ad hæreses ex-

 tirpan-

tirpandas, ac confutandas vnanimi consensu docuerunt Doctores Catholici. Septimus, est earum quæ ex tertio, quarto, quinto, sexto generibus necessario deriuantur. Nonnulli octo propositionum Catholicarum genera referunt. At prius quid sit veritas Catholica percurramus analytice. Catholica veritas est, quæ ex Diuinæ reuelationis lumine supernaturali immediate, vel mediate est habita explicite in propria verborum forma, vel implicite ex necessaria sequela. Ad cuius rei vberiorem intelligentiam, singula verba pondero. Catholica. Hoc est vniuersalis, non vniuersalitate intentionis, vel prædicationis, vel abstractionis, sic enim in schola loqui cogimur. sed vniuersalis, quia omnes connectit ad omnes se extendit, vniuersalitate Precepto. & vniuersalitate locorum, vt placet Diuo Thom. opusc. 23. c. 1. in fine. Veritas. Veritas consistit in adæquatione rei ad intellectum, cui non falsitas, vel fallacia admixta. Et hæc est primo in intellectu de quo primo dicitur; enunciatio vero dicitur vera, quatenus est veritatis signũ. Res dicitur vera, eo quia veritatis est causa, vt scribit D. Tho. 1. par. q. 16. 7. 8. C. & Ricar. 4. dist. 46. q. 2. art. 2. Et hæc veritas trifariam diuiditur à Gersone 4. parte, ser. Dominicæ passionis, Veritas doctrinæ. Veritas vitæ. Veritas iustitiæ, hanc triplicem veritatẽ Christus nos docuit. Prima nos docet verum à falso, ac præcipit verum credamus, falsum vero post terga relinquamus. Veritas vitæ bonum à malo secernit, & iubet vt malum fugiamus, & sequamur bonum. Tertia veritas nos admonet vnicuique facere iustitiam reddendo cuique quod suum est. Dicitur vero reuelata lumine supernaturali, vel à Deo reuelata; quia veritas humano ingenio acquisita, vt putà per demonstrationem, vel experiẽtiam, quæ non dicitur veritas Catholica, nam omnis veritas Catholica est superno lumine illustrante, & ex fide, quæ non innititur lumine naturali. Rursus aliæ veritates sunt etiam supernaturali lumine, sed generali ideo dixit Apostolus. Quod notum est Dei manifestum est illis, scilicet Phylosophis, quibus Deus manifestauit. & D. Ambr. 1. Corin. 12. Verum, à quocunque dicatur, à Spiritu Sancto est. Nam ad alia cognoscenda, non satis est naturale lumen, vt docet D. Augus. lib. de matrimonio, sed supernaturale exigitur, sed ad ea, quæ sunt fidei aliud lumen nedum generale, sed speciale concurrit. Namque ad hoc, quod credamus, non satis est humana authoritas, & incitamẽta, sed præterea opus est causa interior efficiens, id est Deus speciali auxilio mouentis ad credendum. Nam dicitur. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini, cui reuelatum est? Rom. 6. & Ioa. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui miserit me traxerit eum. Et inferius. Dixi vobis, ꝙ nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Hoc scribit D. Augus. lib. 2. retract. cap. 21. & D. Thom. ad Rom. 10. lectu. 2. Externæ igitur omnes humanæ persuasiones, sine supernaturali, ac speciali Dei lumine, non sunt satis ad credendum, quantumcunq; ab hominib. ea quæ sunt fidei proponantur. sed necessaria est causa interior, hoc est Diuinum quoddam lumen incitans ad credẽdum, & oculi quidam interni Dei beneficio ad credendum, vt inferius suo loco fusius demonstrabo. Sic itaque veritas Catholica pendet à lumine supernaturali. Additum est mediatæ, vel immediate. Hoc est in se, vel in suo antecedente. In se, vel immediate, vt Euangelium, & Sacra Biblia, quæ sacris scriptoribus est reuelata, quibus ipse fuit calamus scribæ. De quibus D. Ioan. 1. Vnigenitus Dei filius, qui est in sinu patris, ipse reuelauit nobis, & narrauit. Et Esa. 52. Ecce ego ipse, qui loquebar adsum. & ad Hæb. primo. Olim loquens patribus in Prophetis. &c. & alibi. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu Sancto inspirati loquuti sunt, sancti Dei homines. 2. Petr. 1. Et Ioann. 16. Cum venerit ille docebit vos omnem veritatem. Aliqua vero continentur implicite, & in suo antecedente. Vt illa. Deus est verus homo, ex anima rationali, & carne subsistens, quæ licet sub expressa forma verborum non reperiatur in sacris literis, tamen deducitur necessario.

si Verbum caro factum est. Alia etiam. Christus habet intellectum. Nam si est homo, quomodo, non sequitur ꝙ vigeat hac potestate intelligendi. Quæ quidem Catholicæ veritatis ad idem Catholicam pertinent, & ad religionem, vt scribit Turre Crem. lib. 4. de ecclesia. c. 8. & Gerson 1. parte : ac Bielo. li. 4. dis. 13. q. 2. artic. 1. & lib. 3. dist. 25. q. vnica, art. 3. dub. 3. Hoc ergo supposito, quid sit veritas Catholica facile elucescit; quid sit falsitas, quæ cum ipsa pugnat. Octo itaque sunt propositionum genera, quæ ei ex diametro opponuntur, sicut & octo sunt, quæ ad ipsam Catholicam fidem pertinent. Primum est, eorum, quæ in Canone sacræ scripturæ, in propria forma continentur. Secundum genus est earum, quæ ex solis contentis in sacra scriptura, consequentia necessaria, ne forma li possunt inferri. Vt est illa Christus est verus Deus, & Homo. Tertium genus est eorum, quæ ab Apostolis, per reuelationem habemus. Cætera cum venero disponam. quod accepi à Domino, hoc tradidi vobis. 1. Cor. 11. Quartum genus sunt illæ propositiones, quæ ab vniuersali ecclesia in sacris Concilijs confirmatis sunt decisæ. Quintum, sunt quæ in materia fidei, à Rom. Pontifice sunt expositæ. Sextum sunt, quæ à Doctoribus contra hæreticos vnanimi consensu sunt dictæ. Septimum genus sunt, quæ ex 4. 5. & Sexto genere necessario deducuntur. Octauum genus, est quando licet non sit expressa sapit tamen Catholicam veritatem. Vt Gregorius Bononiensis est Papa. Nam si est rite electus sapit veritatem Catholicam. His ergo modis Catholicæ veritatis distinguuntur. Quædam enim sunt Catholicæ; quædam redolent Catholicam veritatem; quædam probabiles tantum; quædam pie credibiles, quædam impertinentes. Multa etiam autem propositiones, quæ huic veritati Catholicæ contrarietate aduersantur.

De Propositione Hæretica.
§. Primus.

NOn modica, aut noua, sed vetus, ac maxima est inter Theologos controuersia, quid sit hæresis; quorum placita fusius explicare superuacaneum est, vbi tantum veritas venit exponenda. Affirmant multi, ꝙ hæretica propositio sit, quę Catholicæ veritati repugnat, etiam si proferatur sine pertinatia, quam sententiam amplectitur Occham. Turrecrem. Adria. & Alphons. de Castro. Alij è contra, eam propositionem hæreticam faciunt, quod error non tantum est in intellectu, sed etiā voluntate, & quod pertinatia sequatur, & hanc Doctiss. Caieta. sequitur 1. par. q. 32. arti. 4. & peritiores. Potest tamen & prima opinio tueri, ꝙ sine pertinacia sit quidem hęresis ex obiecto, & ex genere, quia fidei aduersatur; & signum est hæresis. Non tamen proprie est hęresis, quia non constituit hominem hęreticum. Nam sicut nullum est peccatum sine voluntate, ita neque hoc, ꝙ est Christianorum maximum erit peccatum sine voluntate. Hæresis ergo, quę dictio Græca est, à hęresis dicitur ab electione, quæ quidem ratione pertinatiæ est peccatum in Spiritumsanctum. Et à nostris sic diffinitur. Hæresis est dogma falsum fidei contrarium Catholicæ veritati. Contra fidem Catholicam, id est vniuersalem, vt diximus, quia eius principia non particulariter, sed vniuersaliter toti mundo sunt tradita, non sicut lex vetus, quæ duntaxat vni populo Israelitico est promulgata: quia Abrahæ dictæ sunt repromissiones. Gal. 3. Dicitur etiā fides Apostolica, quia est per Apostolos diffusa; quæ quia Apostolis tanquam primis radicibus fundata: vt scribit Biel lectu. 24. Canonis. Hic Lector aduerte, ꝙ Hæresis non vno tantum modo accipi consueuit, sed tribus, nempe dicitur hęresis ab eligo eligis, & hæreticus quasi electiuus. 24. q. 3. c. heresis 2. dicitur ab adhæreo adheres, & hereticus quasi adhæsiuus. Tertio ab excisor, exciseris, quod idem sonat ꝙ diuido diuidis, & hereticus quasi diuisiuus à communi vita. Hæc direct. inquisi. 2. par. q. 1. Ex his facile deducitur, quæ sit propositio hæretica. Rursus propositiones hæreticæ sunt in multiplici differentia. Quædam, quæ primis veritatibus Catholicis in propria forma contradicunt. & sub eisdem verbis. vt

Adam, non est de terra formatus. Secundę propositiones hereticę sunt, quæ contradicunt veritatibus secundi generis. Vt Angeli non sunt à Deo. Christus non habuit intellectum. Tertij generis, quæ repugnant veritati tertij ordinis. Vt paruuli non sint baptizandi. Missa non est sacrificium. Quarti generis, quæ obstant veritati quartæ allostogię. Vt Imagines non sunt adorandæ. Quinti, quę pugnant cum veritate quarti generis. Vt ꝙ decretis Papę, non teneamur parere. Sextę propositiones hereticę, quę non consentiunt doctrinę sanctorum Patrum. Vt quod, quilibet, non iuxta sanctorum Patrum expositiones, sed pro suo arbitratu pótest sacras literas explicare. Septimi, repugnant veritati septimi generis. Octaui etiam sunt quæ cum ordine octauo non consentiunt. Hęc ergo cum veritate Catholica aduersa fronte pugnant.

De Propositione Erronea.

§. Secundus.

VT quid sit propositio erronea, quis internoscere possit. Quid sit error prius aperiatur. Error est falsi pro vero approbatio, & error est iudicium falsum: erit ergo error vitium intellectus; qui voluntatem inficit, cum cæca sit suapte natura. Propositio erronea erit, quæ uerum pro falso affirmat, vel quando aliquis aliter sentit quam sit. Namq; errare, vt author est D. Aug. ad Laur. c. 17. est approbare falsa pro veris, aut improbare verba pro falsis, aut hére incerta pro certis, aut certa pro incertis. Hic lector fige pedem. Nam erronea propositio potest sumi generice, & sic comprehendit sub se hęresim. Vel sumitur specifice, & sic non omnis propositio erronea est hęretica. sed illa proprie erit, quę, veritati, quam docet ecclesia contradicit. & sic erronea ab hęretica propositione secernitur, veluti vna erroris species ab alia, non vt genus à specie, & minus est, quàm hęretica. Hoc ergo modesto vocabulo vtuntur cótra eum, qui dixerit aliquid, ac pertinaciter probauerit aduersus sanam doctrinam. Propositio etiam erronea est, quæ cum sapientum omnium opinione pugnat, ac illi veritati aduersatur & non hæreticum, sed erroneum est. Quicunque ergo tales propositiones contra fide profert, hic erroneas tuetur propositiones. De qua satis mihi dixisse videor. Hæc ergo vtroque cornu cum fide opponitur.

De Propositione sapiente hęresim.

§. Tertius.

PRoxima huic est propositio sapiens hęresim, quæ hęreticæ propositioni propinqua est. & illa est, quæ asserit dogma peruersum ex quo tamen notorie uero pugnat. Vt omnis existens Perusiæ est in peccato mortali, in quo cum possit esse infans modo sacro fonte renatus, erit hęresis. Propositio ergo, quæ sapit hęresim prima facie hęresim ostendit, at pie intellecta habet verum sensum. Vt Christus nescit diē iudicij sic de illa nemo scit. Et pater maior est filio. Christus est creatura. Tres sunt Dij. Non potest filius ad cœlum conducere quempiam: quæ & si legantur in Euangelio & vera sint. tamē in hæreticorum libris sunt peruersæ expositæ; nec hoc est absurdum, nam idem vinum ex vno vase sapit picem, ex altero non. sic vna & eadem oratio ex vno corde, & ore odorem spirat iucundissimum, ex alio teterrimum. Sic & aquam videmus è radicibus, & canalibus per quas transit aliud sapere, atque olere. Non itaque è rerum ipsarum, orationumque natura sapor, odorue omnis existimandus est, sed tum res, tum orationes ipse à vinis aliquãndo, atq; à vijs per quas emanant saporem, & odorem accipiunt. Saporem enim propositionum non tantum scientia, quàm prudentia diiudicat, non tam speculatione, quàm sensu quodam, gustuque prudentiæ diiudicatur. Ideo eas Theologi, itemque prudentes diiudicare poterunt. Quæ vero propositiones aliter intelligi non possunt, sunt hæreticæ. Vt non est bapismus, non est purgatorium: quoniam hęc toto diametro pugnant inter se.

De

De Propositione piarum aurium offensiua. §. Quartus.

DE altera propositio. quæ piarum auriũ offensiua nuncupatur, siue male sonãs instituamus orationem. Propositio ergo male sonans, siue piarum aurium offensiua, est quæ iudicio intelligenti sapiẽti, ac probo fastidiosa est, ac male sonat; quas si recte diiudicare volumus, aures castas habere opus est; nam multa apud vulgares aures offendunt, & tamen ecclesia recipit. Vt illa Beata Virgo contraxit peccatum Originis. Animæ purgatorij auxiliantur à viuis tantum per modum suffragij, non authoritatiue. Propositio ergo offensiua, offendat oportet, non quoscunque, sed pias aures, & sonum absurdum referat, & discrepet ab interpretatione prudentium, non superborum Theologorum, sic etiam ista cum fide magna contrarietate dissidet.

De Propositione temeraria. §. Quintus.

AT quæ sit propositio temeraria modo contemplemur. sed antea, quid sit temere loqui expendamus, a quo & temeraria propositio dicitur. temere dicimur facere, quæ non consilio, sed fortuna, ac casu à nobis geruntur. Vel, quæ nullo consilio, vel ratione, sed sine delectu, atque discrimine operamur, & quicquid in buccam venit dicimus nulla authoritate, aut fide, sed confidenti audacia, insolentia proteruia, imprudenti, ac superbo animo dicimus, vel scribimus, non contra fidem, sed contra ecclesiasticæ modestiæ regulam. Hinc egregiè Caiet. temeritas importat inordinationem, ex contemptu regulæ. 2.2.qõ.53.3. Dicunt alij, propositio temeraria est asserens aliquid tanquam certum, contra regulam fidei, ꝙ non potest probari, ratione, vel authoritate. Vt puta. Mundus non erit post centum annos. Plures fœminæ, quàm viri saluabuntur Discipuli Ioannis Baptistæ dixerunt; tolle, tolle, crucifige eum. & multa alia, quæ concionatores fingunt die parasceues ad simplicium hominem excitationem in Dei amorem, ut de Beata Virgine. Quæ si insolenter, nimiumque audacter affirmantur, ea temere dicuntur: vt, Beata Virgo non est cum corpore in cœlum assumpta. Propositio etiam temeraria est quæ in doctrina fidei, cum celebris vniuersitatis communi decreto; ac definitione pugnat; & omnes illæ, sunt propositiones temerariæ, quæ affirmant aliquid nouum, sine scripturarum testimonio, probabili ratione, & Doctorum confirmatione. Sic mihi contingit audire concionantem fratrem, qui contra alterum alterius professionis declamabat, ac temeritatis nota eum maculauit, & totum Heliconem inter loquendum effudit, & proijciebat, vt dicitur, ampullas, & sesquipedalia verba, ac multa sine authoritate, ac ratione repetebat reprehensione digna dum alios redarguebat. Diximus itaque quomodo aperta pugna temeraria propositio fidei aduersatur. His addere dignum duxi. quod Cicero docuit. Temeritas est cum inconsiderata dolorũ perpeſſione gladiatoria periculorum susceptio. li. 4. Reth. vel vt D. Tho. 2.2.q.35. Quinto temeritas est defectus consilij, & spiritus imprudentię. & temeritate illa fiunt, quæ ratione non geruntur, vel ꝑ impetus voluntatis, vel passionis, vel ex contemptu, qui causatur ex superbia. Arist. vero 2. Eth. vocat temerarium eum, qui nihil omnino formidat, sed aduersus omnia vadit. & temere aduerbium, stulte, male inconsulte, & sine causa est.

De Propositione scandalosa. §. Sextus.

SEquitur vt exponamus quæ sit propositio scandalosa. Quod eo facilius absoluam, si præmisero quid sit scandalum, quæ quidem vox Græca est σκανδάλων, quod est dictum, vel factum minus rectum, præbens alteri ruinæ occasionem, vt cum D. Thom. alij affirmant. 2.2.q.43. Hinc deducitur, quæ nam sit propositio scandalosa, quæ erit, quando scandalum parit; & si vera sit propositio, tamen pusillis, ac infirmis causa est ruinæ. Et hæc

& si non distinguatur re, à propositione scandalosa, tamen verbis distinguitur, quod non vidit Turrecrem.

De Propositione seditiosa.
§. Septimus.

VLtimo loco superest videre, quæ nam sit propositio seditiosa, quam alij schismaticam dicunt. Hæc etenim propositio diuisionem in populo inducit. Vt est illa trita apud Græcos de qua cum eis pluries decertauimus. Papę non tenemur omnes obedire. & alia. Malo prælato & Principi resistere possumus. Episcopus non est simplici Sacerdote maior.

De Propositione iniuriosa.
§. Octauus.

ADdit Cardinalis Turrecrem. propositionem iniuriosam; quæ est, qua alicui in dignitate constituto detrahimus. vt est illa. Religiosus redditur inhabilis ad obseruantiam mandatorum Dei. Melius est extra Cęnobium viuere. Ecclesia Romana est Sinagoga Satanæ. Illud demum est memoriæ mandandum. Quod eadem propositio poterit esse hęretica, erronea, & temeraria, at non è contra, ideo quot sint propositionum gradus iam diximus. Ne simus longiores, hęc sint satis.





DECISIONES FIDEI CATHOLICAE ET APOSTOLICÆ.

Contra omnes Hæreticos.

Opera Reu. Patris F. PAVLI GRYSALDI PERVSINI.

A

Abacuch non fuit Propheta. HAER. Catholici omnes vnà cum Hebreis connumerant Abacuch inter duodecim Prophetas, qui lingua nostra dicitur luctator. ex tribu Simeon est oriundus iubente Deo, vaticinatus est aduersus Babylonem, & Nabucdonosor regem Caldeorum, qui Hierusalem simul ac templum subuertit, tantaque, ac tot mala regno iudæorum intulit, quanta à nullo tyranno vnquam sunt passi. sic scribit D. Hieron. in prologo. Fuit eo tempore, quo duæ tribus ductæ erant in captiuitatem, vt conuincitur ex Historia Danielis cap. 14. Tunc enim Abacuch ab Angelo deportatus fuit cum cibo ad Danielem in lacum Leonum, qui erat in Babylone. Viues. sup. c. 31. li. 18. de ciuit. Dei. Moritur per biennium antequam populus à Babylone redijsset, & magnis honoribus in agro suo est sepultus. Epiph. Summa eius prophetiæ est. Abacuc de quo alio, quam de Christi aduentu. Quia adhuc visio ad tempus, & orietur in fine, & non in vacuũ si tardauerit sustine eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Augus. vbi supra. Huius prophetię inter Canonicas scripturas. Apostoli. Canone vltimo. Concil. Flor. ac Trident. recensent.

Abagarus Edessenorum regulus, an vera sit historia, vel negari possit ipsam non scripsisse Saluatori epistolam, vel apocrypha ea sit, affirmare non audeo, nanq; Euseb. lib. 1. hist. eccl. li. 15. testatur, se in publicis archiuis Edessenæ vrbis reperisse Syriace scriptam. Io. Dam. li. 4. de fide ortodoxa ca. 17. refert D. N. Iesum vultus sui imaginem misisse. Euagrius li. 4. hist. eccles. c. 26. narrat, Edessam vrbem huius sacræ imaginis virtute, ab oppugnatione Persarum, & incendio flammarum per eos excitato mirum immodum liberatam. Hoc etiam scribitur in quinta actione secundi Concilij Niceni. At Gelasius dist. 15. vtranq; epistolam in apocryphis numerat, cui standum puto, qui omnibus libratis, hoc tenendum decreuit. Vidit enim & quæ Nicephorus li. 2. eccl. histo. c. 7. & li. 17. c. 16. Porphyrogen. apud Metaphrasten. 16. August. Hanc ergo historiam viri illi veram diiudicarunt, post quos eã renuit Gelasius, alij iudicent hoc.

Abarim mons est, in quo Deus pręcepit Mósen mori conspecta terra promissionis. Deut. 32. G.

Abdemelech eunuchi rogatu iubet Rex, Ieremiam educi è Lacu. Iere. 38. B.

Abdemelech ob fiduciam in Deum liberatur à captiuitate. Ierem. 39. D.

Abdias timens Deum abscondit centum Prophetas in spelunca pane, & aqua eos nutriens, quos quærebat Iezabel occidere. 3. Reg. 18. A.

Abdias timens vitæ suæ, non vult renunciare ipsi Acab adesse Eliam. 3. Reg. 18. B.

Abdias Propheta accipit legationem à Domino aduersus Edom. Abdię 1. A.

Abdias non fuit Propheta sanctus. HAER. Abdias enim recensetur inter alios Prophetas, qui aliàs dicitur Cultor Dei, & natus est in agro seththacmar, vt cum Epiph. alij dicunt. Nam ex famulatu Dei nomen accepit, vt placet D. Hieronymo fuit dispensator domus Acab Regis Israel, vt Doct. Hębrei, ac Latini dicunt. Hic cũ Iezabel persequereẽ Proph. pauit centum ex his in specubus, qui non curuauerunt genu Baal, pro quo pietatis officio gratiam accepit Prophetalem, & de duce exercitus fit dux ecclesiæ. De tempore, quo fuerit Propheta, licet digladientur authores, tamen tenendum illum vixisse ætate Iosaphat Regis Iuda, ac Rege Latinorum Tyberino Syluio, & apud aliorum supputationem fuit circa annum millesimum sexagesimum, cuius tumulum temporib. D. Hieronymi, vnà cum Mausoleo Helisei Prophetæ, & Ioãnis Baptistæ in Sebaste, quæ olim fuit Samaria, visebatur. Prophetauit aduersus Idumeam, & finem eius, & contra gentes, quæ Israeli insultabant. Prædicit enim futurum vt domus Esau, à posteris Iacob expugnetur. Athan. in Sympsi. Epiph. & D. Hie. de Epitaphio Paulæ ad Eustoch.

Abdon iudex Israel, quadraginta filios habuit. Iud. 12. D.

Abel pastor ouium offerens primogenita Deo suscipitur, & gratus est, propter qđ occiditur à Cain fratre. Gen. 4. A. B.

Abelis fides scribitur. Heb. 11. A.

Abela vrbs. 2. Reg. 20. F. G.

Abelan iudicis Israel triginta filij, & totidem

dem filiæ. Iud.12.D.

Abia, seu Abiam regnat super Iudam. tertij Regum 15. A.

Abia Rex Iuda, pugnat contra Ieroboam. 2.Par.13.A.

Abias gloriatur se habere ducem exercitus sui Deum. 2.Par.13.C.

Abias sperans in Domino vincit. 2. Paralipomenon. D.

Abia moritur, cui succedit pius Asa. 3. Re. 15.2.par.4. A.

Abias filius Ieroboam mortuus plangitur. 3.Reg.14. E.

Abiatar filius Abimelech euadit manus Saul, & fugit ad Dauid. 1.Reg.22.D.

Abiatar cum Ephod in Ceila manet cum Dauide. 1.Reg.23.A.

Abiatar adiuuat partes Adoniæ. tertij Regum primo.A.

Abiatar priuatur Sacerdotio. 3. Regum secundo. D.E.

Abigail qualis mulier. primi Regum,25.A.

Abigail vxor Nabal it obuiam Dauidi cum cibarijs. 1.Reg.25.C.

Abigail oratio elegans, qua incensum Dauidis animum sedauit, transferentis in se peccatum viri, vt non tam Nabal, quàm sibi donetur peccatum. 1. Regum, decimoquinto D.

Abigail accipit in vxorem Dauid mortuo Nabal. 1.Reg.25.G.

Abimelech Rex Geraræ rapit vxorem Abrahę. Gen.20.A.

Abimelech obiurgat ipsum Abraam, quòd vxorem dixisset esse sororem suam, quã reddidit ei cum muneribus. Genesis 20. B. & C.

Abimelech timens Abraam, cum ipso fœdus ferit. Gen.21.C.

Abimelech obiurgat Isaac, ꝙ de vxore sua dixisset sororem esse. Gen. 26. B.

Abimelech init fedus cum Isaac, quòd videat Deum esse cum ipso. Ge26.F.G.

Abimelech filius Gedeonis occisis 70. fratribus suis, regnat super Israelem. Iud. nono. A.

Abimelech, & Sichimitarum interitũ prędicit Ioatham filius Gedeonis, ex lignorum parabola. Iud.9.A.B.

Inter Abimelech, & Sichimitas immittit Deus spiritum odij. Iud.9.C.

Abimelech expugnat exercitum Gaal. Iudi. nono. C.

Abimelech destruit vrbem Sichem interfectis habitatoribus. Iud.9.F.

Abimelech oppugnans Ciuitatem Thebęs occiditur à muliere. Iud.9. G.

Abimelech nolens videri occisus à muliere, iubet armigero, vt ipsum confodiat. Iud.9.G.

Hæc certa sunt ex sacra Historia, obscuriora discutiamus.

1 *Abbas primam tonsuram, vel Minores ordines conferre potest etiam non sibi subditis.* Hæreticum est hoc affirmare, quia in cõcil. Trident. prohibetur, ꝙ nulli liceat eos conferre etiam exemptis. sessio. 23. c.10.de reformat.

2 *Abbas proprios Monachos, à censuris, & peccatis non potest absoluere authoritate à Papa sibi concessa,* HAER. Ascribunt aliqui hanc sententiam Panormit. quod si est redolet heresim Ioan. de Polliaco. & confutatur. cap. Monachi. de sententia excommun. & 27.qõ.1.capit. Abbatis. ex Concil. Aurel. vbi dicitur Abbates Episcopis, Monachi Abbatibus sint subiecti. Quod habetur etiam in Concil. Trident. sess.25.c.20.

3 *Abbates non possunt Concilio interesse:* HAER. Summus Pontifex Deusdedit concessit Abbatibus posse Concilio interesse. Et in Concil. Antisiod. Decr.7.habetur. Vt omnes Presbyteri ad Synodũ in ciuitatem veniant, & omnes Abbates ad Concilium. Fateor equidem, iurisdictionem, quæ ad Concilium exigitur, spectare de iure tantum ad Episcopos, vt habetur dist.17. c.satis euidẽter. & d.96. quib. locis dicitur non dẽre interesse ecclesiasticis tractatibus, qui non est de ordine Episcoporum. Et hoc ab omnibus confirmatur, vt Imol. c.graue.de prębẽ. Hoc etiam legitur in Concilio Calcedo. vbi cum nonnulli, qui non erant Episcopi ex Aegypto conuenissent cum Dioscoro, conclamauerunt omnes esse eiiciendos, & quòd tantum munus sit Episcopi interesse, hinc factum fuit, quòd Leo Concilium illud Episcoporum synodum nuncupauerit. At ex consuetudine admittuntur etiam Abbates, imò Generales ordinum Claustralium, qui cum promouentur ad dignitatem pol-

liceа-

pollicentur venire ad concilium, quod factum fuit in Concil. Basil. vt docet Turrecrem. & obseruatum in Florentino, ac Tridentino, vt ex subscriptione apparet, quod neclatuit Doctiss. Albano.

4 *Abbates sunt æquales Episcopis in authoritate.* HAER. Hoc nihil aliud est, quàm ecclesiasticã euertere Gyerarchiam, tot seculis receptam. Namq; Doctores (vt infra probabitur) vno ore affirmant, ꝙ Episcopi succedunt loco Apostolorum, alij vero loco discipulorum. Et in Concil. Aurel. Can. 21. legitur. Abbates, qui Episcoporum præcepta despiciunt ad communionem, nec penitus admittãtur, nisi contumatiã humilitate suscepta deponant. Innocen. III. in Concil. Late. ait quod Abbas Episcopi munus, non exerceat. tom. 3. pag. 752. in Trid. Synodo decretum est. sess. 5. cap. 1. Quod Episcopus delinquentes Abbates corrigere possit. & sess. 25. c. 11. decreto de reform. dicit ꝙ Episcopus maiorem habet in loca, & personis iurisdictionem. & sunt vlt. verba.

5 *Abbates plures in vno cænobio esse possunt.* TEMER. ac scandalosum pronunciatum; & monstruosa domus, vbi duo cernimus capita. Hinc in Concil. Cabis. capit. 12. sancitũ est. Duo Abbates in vno monasterio esse non debent. & Can. 12. & in Concil. Agat. cap. 57. epau. cap. 9. & ꝙ in Tridentino dicitur ꝙ vna Abbatissa pluribus monasterijs, non preficiatur, idem de Abbate dicendum.

6 *Abbates, mitra, & pastorali, vti non possunt.* TEMER. sunt plura summorum Pontificum priuilegia, quæ ista indulgent, & in Concil. Trid. est renouatum. sess. 13. c. 4. in fine.

7 *Abbas nullo priuilegio; ecclesiam, altaria, cœmiteria, oleum pro infirmis, calicem, corporalia, Monachas, & sacras vestes benedicere potest.* ERRON. Derident protestantes omnem ritum ecclesiæ, at Doctores, qui diuino lumine assistente fatentur Põtificiam potestatem supra corpus mysticum ecclesię concludunt id posse Abbates, & vetusta fuit consuetudo, & qui ista negat hic lacte ecclesiæ non est educatus. sed serpentum veneno.

8 *Abbas quouis modo eligi potest.* ERRO. Ad resecanda omnia absurda, quæ in electione superiorum enasci possunt, ac ambitionis & superbiæ eradices extirpandas, statuit Concil. Trid. ordinem quem inuiolabiliter obseruare debent electores. sess. 25. c. 6. & irritat alia.

9 *Abbas, quauis ætate eligi potest.* SCAND. Indignum certe est, vt pueri, qui adhuc ab vberibus matris pendent, alij præficiantur, & qui sunt sub pedagogi tutela, alios gubernent, qui suos nescit mores instruere, alios doceat, qui præceptore eget alios moneat; & maximum emanat detrimentum populorum, nec ijs senatoribus respublica gubernari potest; nec admittit Sereniss. Venetorum Senatus ante 25. annum; & quare quæ Dei sunt quisque poterit administrare. Ideo statutum fuit, vt ante 25. annum nemo assumatur, nec eligatur.

Aborsum procurare nonnunquam nullum est peccatum. TEM. Est quorundam placitum, ꝙ si puella sit honesta, & nobilis, vt eius famæ, ac vitæ consulamus licite ante animationem aborsum procurare possit. At ego quidem mente capere, nec animo concipere vnquam potui.

Pugnat

Pugnat enim cum natura. Etenim vnusquisque auth. Arist. 2. de ani. t. 26. appetit generare sibi simile, & ferissimæ, ac immanissimæ belluę, vt foetum concipiant elaborant. Dicitur etiam 32. q. 2. c. aliquando, quod est D. August. In lege erat pœna plectendus, qui in hunc lapsum fuisset errorem. & in 6. Concil. Constan. Cano. 51. dicitur, eas, quæ dant abhortioné scientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena accipiunt homicidę pœnis subijcimus. tom. 2. pag. 1052. Et pnīa eorum determinata est in Concil. Ilerd. cap. 2. tom. 2. pag. 356. & in capitulis Conciliorum Greciæ. cap. 77. to. 2. pag. 757. D. Thom. etiam affirmat aborsum peccatum, ac inter malificia connumerat, & est contra naturā. De quo tamen dicit, ꝙ est minus graue quàm homicidium, & ꝙ non est irregularis, qui procurat ante Animationem. quarta distinct. 31. Non ergo sunt facienda mala, nec infans interimendus, vt matris vita saluetur. Et quando contra naturæ præcepta licet venire. Si naturæ leges certissimæ non sunt, & quæ ad mores spectat ruunt certę omnia. At dicent eo casu non est peccatum. Nunquid contra naturam facere, aliquando honestum est? D. Aug. de nuptijs, & concup. ca. 15. & sermo 244. de tempore grauissime peccare affirmat etiam ante animationem.

Abrę

Abraham fuit ne Sacerdos? Hoc ex historia aperte ego contendere non audeo. At quia in Canone missę dicitur, sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ. Anacletus epist.2.ad Episcopos Italiæ, ait sacerdotem fuisse.dist.84.c.si. Chrisost.Homil.1. super Matt.in princ.Fuit propheta, & sacerdos.D.Tho.3.par.q.31.2.c. Ioan.à Capist.de auth.Papæ & Concil.concludit, ꝙ fuit opere sacerdos, quia tribus vicibus ędificauit Altare Domino.Gen.12.& 13. Dedit legem, ꝙ principis est. ut in l.1. & per totum C.de const.princ. & l.2. §.hoc autem. officiũ sacerdotis exercuit quando arietem inter vepres hęrentem obtulit in holocaustum pro filio. Gen.22.

2 *Abraham sic meruit in coniugio, sicut Ioan. Euangelista in cœlibatu*. Hęc propositio si quando legatur apud Doctores pie explicari debet, cum proponent virginitatem matrimonio. si vero in hæreticorum codicibus heresis est, ex prauo principio collecta, quod matrimonium præstantius, vel ęqua lance cum castitate est librandum, quod hæresis. Abraham ergo quo ad præmium essentiale, quantum Ioannes meruit, non autem accidentali. habuit enim Abraham animum sic dispositum, vt paratus esset virginitatem seruare, si tempus exposceret, & meritum pensatur, non ex genere actus, sed ex animo operantis. & sic meritum continentię coniugalis ęquatur merito continentiæ virginalis respectu pręmij accidentalis. sic D.Thom.exponit. 2.2.qõ.15.2.4 pri. ꝙ videtur dicere Fulg.lib.2. ad Mon. in principio.

3 *Abraham fuit mendax, dum dixit Saram vxorem*. ERRO. Decepti sunt multi hoc loci, nec mirum quandoq; & Chrisost.eius etiam fuit opinionis. Hom.32.in Gen. Qui tamen inferius Homil.45. ait. Quod neque in hoc mentitus sit. D. August.lib.22. Cont.Fau.cap.24.negat eum mentitum, eo ꝙ erat ei soror ex patre, si non ex matre. Nec etiam mentitus est,

quia

quia interrogatus, quid ei esset Sara indicat sororem, non negauit vxorem, tacens aliquid veri, & nihil falsi dicés. Lir. alia dicit de hoc. Sed quid dicendum de eo ꝙ dixit seruis, dum montem conscenderet, vt filium imolaret. Expectate hic ego & puer postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Gen. 22. si mori filium volebat, quomodo reuersurum pollicetur. D. Amb. lib. 1. de Abraham. c. 8. dicit, ꝙ prophetauit, quod ignorabat, & captiose loquebatur cum seruis, ne cognito negotio, aut impediret aliquid, aut gemitu obstreperet, aut fletu. Vel non mentitus, quia protinus ipsum suscitandum putabat. Alij ideo esse mentitum affirmant, ꝙ contra mentem, dissimulandi causa sit loquutus.

4 *Abraham peccauit dum volebat occidere filium.* HAER. D. Paulus Abrahæ fidem summis enconijs celebrat, eius obedientiam admirantur omnes, quid est ꝙ aliqui eum culpæ reum, ac filicidam nuncupent? Nunquid merces peccato debetur? & tamen ob id, tantam recepit à Deo mercedem. Non fuit pręcepti transgressor ne occidas. Namque pręcepta Decalogi, quę commune bonum respiciunt sunt omnino indispensabilia, vel quæ ordinem iustitię, & virtutis, siue sint primæ, siue secundę tabulę. Potest tamen Deus dispensare remouendo dispositionem contrariam pręceptis illis, non ea remanente. Dispensat etiam Deus in eis remouendo ab actu rationem indebiti non autem ea remanente, vt docet D. Th. 1. 2. q. 100. 8. tertium.

5 *Abraham emendo sepulturam peccauit.* ERRON. Vindicant omnes Doctores Abraham à simonia, eo ꝙ emit communem terram, vel dicitur, ꝙ redemit vexationem suam, quia non poterat sine offensa Ephoron gratis accipere, licet ille gratis obtulisset. Dicitur tertio, ꝙ non erat consecrata spelunca, quam emit.

6 *Abraham infidelitate peccauit.* TEMER. Affirmant nonnulli cum Chris. Hom. 40 in Gen. ꝙ quando Abrahæ facta fuit promissio, ꝙ ei iã seni nasciturus erat Isaac riserit, nec id crediderit, vt legitur Gen. 17. quod cecidit in faciem suam iam centenarius. Quem locum videtur & D. Hieronym. sic exponere. At consentaneum mihi videtur magis affirmare, ꝙ riserit pręgaudio, aliàs qua ratione fidem eius D. Paulus tantum celebrat. Hoc sentit etiam D. Aug. Qui vero contrarium contendunt, videant, ꝙ non erit Chrisost. dictum, sed ab aliquo in margine scriptum ꝙ postea longitudine temporis, & scriptorum incuria in textu est repositum. D. Aug. lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 26. Sixt. tom. 2. Ann. 101.

7 *Abraham peccauit abyciendo Agar, & Ismaelem.* ERRON. Docet D. Tho. & peritiores id fecisse ex Diuino instinctu, & dispensatione propter misterium. 4. distin. 33. q. 1. art. 3. q. 3. 3. q.la. 3. 3. 7.

Absalon celebrato conuiuio filijs Regis fratribus suis, occidit fratrem suum Amnon ob stupratam sororem. 2. Reg. 13. E

Absalon fugit occiso Amnone. 2. Re. 13. G.

Absalon reuocatur actu, & prudentia Ioab, & mulieris Thecuitidis. 2. Reg. 14. F.

Absalonis filij. 2. Reg. 14. F.

Absalonis pulchritudo. 2. Reg. 14. F.

Absalon reductum, non vult videre pater, ne factum ipsius approbare videretur. 2. Reg. 14. F.

Absalon messem Ioab succedit. 2. Regum decimoquarto. F.

Absalon introductus osculatur a patre. 2. gum 14. G.

Absalon bona specie, animas populi patris sui conciliat, volens regnare, votum & sacrificium simulans. 2. Reg. 15. G.

Absalon sequitur populus inscius simplici corde. 2. Reg. 15. B.

Absalon ne occidatur præcipit Dauid Ioab 2. Reg. 18. A.

Absalon consilio Achitofel cõcumbit cum concubinis patris sui. 2. Reg. 16. B.

Absalon de quercu pendens confoditur à Ioab. 2. Reg. 18. B.

Absalon mortuum luget Dauid. Quẽ Ioab audacter consolatur. 2. Reg. 19. A.

Quod Absalon constituisset regem, increpat stultitiam suam populus. secun Regum 19. B.

Absens est Deus à peccatoribus. Quid veri contineat hec propositio, quidue falsi inferius litera. D. exponam. Est enim absens quo ad habitualem donum gratuitum, iuxta illud. Longe à peccatoribus salus,

salus, at semper est præsens auxilio generali.

Absolutio Sacerdotis declarat tantum hominem absolutum. HAER. Digladiantur contra Lutheranos multi etiam adhuc viuentes. Nos vero paucis (hoc est enim ꝙ præstare conamur) eos expugnamus. Primo verbis Domini. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; non dixit declaraueritis. Secundo, sacramenta efficiunt, ꝙ significant. ergo vere absoluunt Sacerdotes, dum in pœnitentiæ Sacramento dicunt: Ego te absoluo. alioquin potius dicendum esset. Ego declaro te absolutum. Hoc docuit Concil. Trident. post Doct. omnium in eius loci explanationem. sess. 14. Can. 14. Qua in re Mag. sent. deceptus est, affirmans, ꝙ Sacerdos absoluit, quia declarat absolutũ. Alij etiam fedissimè errarunt putantes, ꝙ Sacerdos absoluit, quia dat pacem animi, & tranquillitatem, qua non dubitat de peccatis, sed credit se esse absolutum. Peritiores ergo exponunt, ꝙ absoluat, quia verba Saluatoris sunt eius virtutis, & efficacię, quam significant. Hinc, & Concil. Floren. decreuit, ꝙ effectus huius Sacramenti est absolutio, non declaratio. Nec ad hoc, vt Sacramentum suum sortiatur effectum exigitur ꝙ credatur. Nam puer nõ credit, se absolutum à peccato. Viri etiam sanctissimi timent, dum accedunt ad sacramenta, se non consequutos gratiam. Non ergo ille est germanus sensus, sed quem Doctores, & cõcilia ex ipsis verbis Euangelij colligunt. Hęretici obijciunt. Deus solus remittit. non ergo Sacerdos. Dicitur ꝙ Deus authoritatiue, & primo. Sacerdos ministerialiter & secundario. Imo vero hoc argumentum pugnat contra eos. Nam minister malus, non est minister, sed bonus tantum. si bonus, ac iustus tantum absoluit; iã contra eos habemus Sacerdotis ministerium, sed uideo eorum confugium. Quod tantum sacerdos bonus absoluit declaratiuè. At hoc nihil est. Nam affirmant, ꝙ vitę integritas ad sacerdotem exigitur, vt possit absoluere, quod velint nolint connotat actionem ministri, at declarare nihil operationis importat. Secundo argument. ab eis. Si contritio apud Papistas delet peccata ad qd sacerdotis solutio. Dico, ꝙ contritio remittit peccata, quia intendit voto confiteri, vt dixit Dauid: Dixi confitebor aduersus me iniustitiam meam, & tu remisisti iniquitatem peccati mei; ecce confessionis propositum. Si per contritionem sunt peccata dimissa, absolutio gratiam auget, si contritio non fuit satis, sequens absolutio vere absoluit. Nam & baptismus flaminis gratiam elargitur, & baptismus aquę sequens eam auget. Tertio, solus Christus habet claues mortis, & inferni, Apoc. 1. ergo. Dico ꝙ solus Christus remittit peccata modo exposito. At Apostoli, & Sacerdotes adhibendo media, vnde ait D. Paul. Dei agricultura estis, & ædificatio, nos autẽ Dei adiutores sumus. 1. Corin. 13. Ecce quomodo decipiuntur Lutherani, qui forte violarunt verba Ioann. Feri, qui sic cum eis videtur sentire, super Matth.

2 *Absoluere potest à peccatis, quilibet, & mulier, & puer.* Luther. HAER. Ex eodem principio pendet Luth. hæresis. Et si tantum Apostolis dictum fuit. Quorum remiseritis. Quomodo mulier & puer id poterit. Quomodo poterit mulier absoluere propria ne, vel aliena authoritate. Non proprie, nisi in totũ Luth. desipiat. si aliena, ex quib. verbis Euangelij colligit id mulieri donatum, vel puero, qui adhuc est sub tutore. Si D. Paulus prohibet (dum scribit Timot.) mulierẽ prędicare, quomodo ministrare Sacramenta poterit, quod magis est. Hoc etiam probatur, quia Petro dictum fuit. Matth. 18. Quodcunque solueris. Concil. Trident. sess. 14. can. 10. damnat hunc errorem.

3 *Absoluere potest quiuis Sacerdos quemuis, & à quouis peccato.* HAER. Confessum ac constitutum est pluries, à Sanctis, ꝙ duplex authoritas exigitur ad hoc quòd possit absoluere; prima ordinis, altera iurisdictionis. Hinc Romani Pontifices amplitudine potestatis in orbem vniuersum, sibi reseruant casus aliquos, à quib. solus ille, nec aliquis alius potest absoluere. vt repetitum est in Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. & prius in Concil. prouinc. Illo est em. tom. 2. 3. pag. 845. De quo inferius

ferius littera. Epiſcopus; num poſſit Papæ reſeruatis ſuos abſoluere.

4 *Abſolutus ille eſt, qui credit ſe eſſe abſolutũ.* LVTH. HAER. Tantum ſuæ fidei tribuit Luther, vt docuerit, ille vere eſſe abſolutum; qui credit tantum. ſi fides ſufficit, quare dictum fuit, Vade oſtende te Sacerdoti. Quare inſtituere Sacerdotes, quare mulier abſoluit; quare dictũ fuit, Quorum retinueritis, retenta ſunt. Io. 20 Credat quis ſe abſolutum, nihil tunc ſibi poterit retinere; quare D. Paul. 1. Corin. 4. dixit, Nihil mihi conſcius ſum, ſed neque in hoc iuſtificatus ſum. Credat Paulus ſe abſolutum, ſcit ſe eſſe iuſtificatum per te Luthere. Hoc vnanimi conſenſu D. Amb. li. 1. de pen. cap. 7. Chriſoſ. Hom. 85. ſuper Io. D. Cyprian. de Lapſis, docet remiſſionem eſſe à Sacerdote, non ſat ergo nobis eſt fides. Leo X. iure optimo hanc hæreſim damnauit, & Tridet, ſynodus, & viri multi doctiſſimi, ac piiſſimi mihi ſat erit Lectorem pium commonefeciſſe. Concil. Trid. ſeſſ. 9. can. 14.

5 *Abſoluere à peccatis, nec Papa, nec alius de Eccleſia poteſt.* HAER. Petro dixit Dominus poſt reſurrectionem. Paſce oues meas. Io. 21. Quibus verbis includit omnia, quæ ad Summum Paſtorem exiguntur, nempe ligandi, atque ſoluendi. Item tantum Petro dictum fuit. Tibi dabo claues Regni Cœlorum. Et Matth. 16, Et ego dabo tibi claues Regni Cœlorum. Hoc uoluit ſignificare Dominus, quando duos Apoſtolos miſit Hieroſolymam, vt ſoluerent Aſinam, & pullum. Direct. inquiſit. 1. 2. q. 13. Her. 7. Hoc damnat. Et qui negat Claues in Eccleſia, hæreticus eſt.

6 *Abſolui nemo poteſt, niſi certam pecuniam ſoluat.* HAER. Hoc docent recentiores Græci, & obſeruant, ꝙ nemo abſoluitur, niſi aliquid Sacerdoti largiatur, & in adminiſtratione omnium Sacrorum hoc faciunt: Quod nedum eſt ſimoniæ vitium, verum etiam eſt in cauſa (vt ego expertus ſum,) ꝙ multi pauperes, quibus facultas deeſt, vt poſſint aliquid Sacerdoti tribuere, nec in Paſchate confitentur. Ex pacto ergo conuenire non licet, ſicut nec mendicantibus non licet eleemoſinam renuere, quia quod eis datur, non eſt eorum proprium, ſed religionis. Ad rem noſtram facit, ꝙ Cardinalis Sanctæ Anaſt. decreuit, vt legitur 3. tom. Concil. pag. 728. Pro condonatione autem, & remiſſione peccatorum, quam abſolutionem vocant, nihil omnino ab inuito exigatur. Hactenus ille.

7 *Abſolutus, tenetur credere ſe eſſe abſolutum, aliàs, non eſt abſolutus.* LVT. HAER. Rogo te Lutherane, quam nam fidem expoſcis ad hoc ꝙ ſis abſolutus. Infuſam ne, an acquiſitam; non primam, quoniam ei, non poteſt ſubeſſe falſum. At ꝙ ſit iſte vere abſolutus poteſt falli, & ꝙ etiam ſit baptizatus, & ꝙ hæc Hoſtia ſit conſecrata, nam non ſe extendit fides ad hæc particularia pp miniſtrorum errorem, qui ex ipſis prouenire poſſunt, non ergo exigitur fides infuſa. nec acquiſita, quoniam infuſa fides ad Sacramenta concurrit, non acquiſita, quæ non eſt tantæ virtutis. nulla ergo fides concurrit. Rurſus. Hæreticus habet hanc fidem, & tamen non eſt abſolutus. Tertio. Quid? nobis licèt in re tanti ponderis affirmare, ꝙ id nullo modo reperitur in ſacris litteris. Non ergo licet de Sacramento dubitare fateor, ſed ex parte mea, vel dantis, vel ſuſcipientis, ꝙ neceſſario ſequatur effectus, non teneor credere; hinc Eccleſia dicit. Non ſit reatus ad pœnam; nec ad iudicium. & etiam. Domine non ſum dignus.

At inſtant Hæretici tenemur credere verbis Domini dicentis. Quæcunque ſolueritis. Ergo teneor credere me abſolutum. Dico, ꝙ uerum eſt, quantum ex parte Sacramenti, at non ex parte miniſtri. Secundo, tanta eſt fides, ꝙ ſi quis credat ſe eſſe baptizatum eſt vere baptizatus. Nam legitur de Beato Athanaſio, ꝙ ludens cum pueris baptizauit, quos Alexander iudicauit eſſe baptizatos. & Mimus vt placeret Imperatori baptizatus eſt. Dico, ꝙ non eſt ſimile. Nam ioco baptizare, ſi iocus refertur ad exercitiũ baptiſmi, & habeat veram intentionem baptizat, at ſi iocus ad intentionem non baptizat, ſic ergo euenit, ꝙ licet ioco baptizaret aderat tamen intentio, & ſic vere baptizauit, non ex vi ipſius fidei, ſed intentionis. Imo vero adeo exigitur fides, quòd

quòd baptizatus, non credit se esse baptizatum, & tamen vere est baptizatus; sicut qui ex auaritia baptizat vere baptizat, non ergo ex propria fide, sed ex intentione pendet Sacramentum. Tertiò Sacramentum abluit, non quia fit, sed quia creditur, inquit D. Aug. ergo. Dicitur, ꝙ sensus D. August. est, non quia fit, id est non ex virtute facti, sed ex fide operante Deo. Quarto postulet in fide nihil hęsitans, ait Iacob. & iterum. Quicquid orantes petitis credite, quia accipietis. Ergo. Dico, ꝙ non eodem modo fides exigitur in oratione, & Sacramentis. Nanque in oratione exigitur, ꝙ quis credat ex parte Diuinæ misericordiæ se gratiã consequuturum, non tamen ex parte orãtis necesse est, vt credamus, nam Paulus orauit, vt auferet stimulũ carnis, nec obtinuit. sic ergo nec ex parte nostri tenemur credere assequi ꝙ petimus. Hoc est ꝙ in suo simili, docent nostri. ꝙ non teneor credere Hostiam rectè consecratã, nec debeo sub conditione adorare; & de Papa licet dubitare. an sit Canonice electus, & de quouis baptizato. licite tamen veneror Hostiam, imo teneor venerari, licet credere non cogar quòd sit consecrata.

8 *Absolutio facta à Sacerdote peccatore non valet, sed tantum iusti.* HAERET. Cum de Sacerdote erit sermo confutabitur error Vuitclef & Hus.

9 *Absolui potest inuitus à peccatis.* HAER. Insipientis est hoc dicere, si enim oris confessio ad absolutionem est præuia, ac necessaria, quomodo inuitus poterit absolui. Verumtamẽ est illud, quo ad excõmunicationem. Nam licet inuitus non possit absolui à peccatis, tamen ab excõmunicatione potest, vt cum D. Tho. 4. di. 18. q. 2. 5. q. 2. o. & q. 3. 1.

Abstinentia Moysi. Exod. 34. D.

Abstinentia Eliæ. 3. Reg. 19. B.

Abstinentia Domini. Matt. 4. A.

Abstinentia, pro ut importat subtractionem ciborum secundum mensuram rationis, non est virtus. LVT. HAER. Remouent nouissues omnem actum virtutis, quẽ Deus felicissima prima ætate induxit. De ligno, ꝙ est in medio Paradisi ne comedas. & iterum. subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Moderatum ergo ciborum vsum ex Deo habemus, & obseruatum à Sanctis omnibus, quem illi tantum negant, quorum Deus uenter est. Imo vero tanti ponderis est abstinentia, quod diuturnionis sunt ætatis sobrie viuentis, & vt scribit D. Thom. ad Phil. frequentius ægritudines oriuntur ex superfluitate ciborum, quàm ex abstinentia, natura enim paucis contenta est. Nec mirum si D. Bernar. in vigilia S. Andreæ eam tanti facit. Et Ephy. contra Aerium ser. 75. affirmat etiam constitutionem Apostolorum, ꝙ ieiunemus quarta, & sexta feria. D. Chrisost. hom. cont. lux. & crapulam. & hom. prima, ad Pap. Antioch. Basil. hom. 14. D. Augu. ser. 231. de tempore. D. Ambr. in lib. de Hel. & ieiunio, c. 12. vsque ad cap. 18. & lib. 1. de pœn. c. 14. Isid. lib. 2. de summo bono c. 42. Carnales cupiditates omnes per abstinentiam resecantur.

2 *Abstenere se à cibis immoderate licet.* ERRON. Videant Confessores quomodo mulieres, & viri simplices quàm plurimi decipiuntur, dum nimium, & inconsiderate abstinent. sunt enim aliqui, qui singularitate quadam abstinentes videre uolunt, quæ potius est vana, superbaq; iactantia. Debet homo abstinere, prout oportet pro congruentia hominum cum quibus viuit, & personæ suæ, & pro valetudinis suæ necessitate. Abstinentia etiam, quæ impedit ab operibus utilioribus ad quę non tenemur est indiscreta, non tamen illicita; ideo exigitur vt sit cum ratione, fide, & dilectione Dei; hinc consistit in medio; licet denominetur à defectu. Hæc vt in subiecto est in concupiscibili. vt fusius scribit D. Tho. 2. 2. q. 146. D. Anton. 4. par. titu. 4. c. 4. Ricard. 3. dist. 15. q. 1. art. 3. lib. 4. & Gerson. par. 3. tractatu de diuersis tentationibus Diaboli. & 1. par. tractatu de distinctione verarum uisionum à falsis.

Abstractum, & concretum in Diuinis sunt idem re, & ratione. Sapit hæresim hæc propositio. Namque uera est propositio. Deus generat, non tamen est uera Deitas generat. Deitas enim non potest supponere pro persona & Doct. omnes in primo idem affirmant. Nanque ab- stractum

stractum dicit solam formam in se, vt castitas, albedo. Concretum vero dicit duo, nempe formam cũ substracto, uel subiecto. Vnde D. Aug. lib. 1. soliloq. dixit. Aliud est castitas, aliud castum, aliud ueritas, aliud verum: non enim casto castitas, sed castitate fit castus. & cum moritur castus, non moritur castitas. At de his in logicis cum Ocham, Scoto. Petro de Aquila, & Gersone disputauimus. Nam in omni creatura re distinguuntur abstractum, & concretum, & abstractum substantiæ non ponitur in genere, nisi reductiuè; concretum vero de se: omnia tamen ista nomina tam abstracta, quàm concreta de Deo dicuntur.

Abundantia rerum omnium à Deo. Deuteron. 8. b. c.

Abundantia facit nos Deo seruire in gaudio, & cordis lætitia. Deut. 28. e.

Abundat omnibus rebus qui custodit Dei Præcepta. Deut. 28. a.

Abusus nominis Dei nullum est peccatum. H AE R: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Exod. 20. & Leuit. 19. Nec pollues nomen Dei tui. & sup. c. 5. & Psalm. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Concil. Toll. 8. canon. 2. & Trid. sess. 4. in editione, & vsu sacrorum librorum.

Acceptio personarum nullum est peccatum. H AE R. Doctores colligunt ex sacris literis quòd non ex progenitorum nobilitate, vel pulchritudine, vel diuitijs sunt honores ecclesiæ, vel reipublicæ aliqui decorandi, quia ista non sunt ad negocium pertinentia, sed personæ meritum debet fidelis Domini dispensator attendere, hoc enim est, quòd ad rem ipsam spectat. & acceptio personarum opponitur iustitiæ distributiuæ, & eo erit grauius peccatum, quo ad rem spiritualem pertinet. D. Th. 2. 2. q. 63.

Acceptio personarum est in Deo. H AE R. Apud omnes acceptio personarũ est tantum de re debita. At Deus nemini debet, non ergo est personarum acceptator. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Vnusquisque tollat, quòd suum est, & vadat. Ideo Apostolus sanctè, ac iustè concludit, quòd Deus neminem respicit.

Accidens, Dei virtute non potest esse sine subiecto. H AE R. Vt sequenti Axiomate explicabo, hoc est Hæreticum quia in Sacramento Altaris sunt accidentia sine subiecto. & quod Peripatetici contendunt ꝙ accidens est ens, quia entis, satis est, quo ad aptitudinalem inhæsionem, non quo ad actualem. & quare Phyl. Dei infinitum vigorem debent his Cancellis claudere, apud quem non est impossibile omne verbum. & cum obedire creaturæ omnes tenentur, & illud naturalissimum cuique est, quòd Deus in eo operatur, obsistat vas figulo, pugnet (si Dijs placet) musca cum elephante, cœli cursum manus nostræ impediant, obscuret nox diei lumen si potest.

2 *Accidentia in Eucharist. nõ sint sine subiecto.* H AE R. Sacra Concilia post longas cõtra Hæreticos concertationes, definierunt accidentia illa panis, & vini esse sine subiecto. vt in Concil. Generali Lat. sub Innoc. I I I. c. 1. est decretum, (quod non recipiũt Græci) & Const. sess. 8. Flor. explicando formam Eucharistiæ. Trid. sess. 13. ca. 1. & cap. 3. Quadruplicem assignat rationem D. Tho. 3. q. 75. 2. primò. quo ad vsum, quantum ad manducationem spiritualem, quæ est per fidem, quãtum ad vitationem horroris, & irrisionis, & quantum ad spiritualia, quæ per corporalia solent ostendi, vel vt docet 4. sent. dist. 12. q. 1. 1. qla. 2. conuenit his accidentibus esse sine subiecto. Primo propter significationem, propter effectum, propter vsum, propter perfectionem. De his accidentibus affirmant Scholastici; primo ꝙ habent modum agendi, & patiendi ipsius substãtiæ; secundum. agunt virtute substantiæ: tertium, possunt immutare ad formam. substantialé. Quartum, immutant corpora vicina. Quintum nutriunt. Sextum, habent aliquas operationes naturales, aliquas verò miraculosas. Septimũ, potest ex eis aliquid generare. Octauum, possunt misceri cum aliquibus liquoribus. Nonum, franguntur, nec tamen Christus frangitur. Hæc sunt in vniuersum, quæ de accidentibus istis affirmant Doctores.

3 *Accidentia Eucharistiæ dum aliquis commu-*

nicatur in secessum vadunt. Quæsitum hoc & si aures offendat, ne tamen eius ignoratione errare contingat, iubet paucis subinferre, quæ Chrisost. hom. de Euch. in Encenijs dicat: Nihil earum in secessum vadit, quemadmodum alterius cuiuslibet cibi superfluitas, sed huiusmodi species Sacramenti, in ipsum comedentis corpus conuertuntur. Vbi tanquam cera igni apposita consumuntur. Num vides panem? Num vinum? Num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit, nec sic cogites. Quemadmodum enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfluit, sic, & hic puta mysteria consumi corporis substantiæ.

Achab vxorem ducit Iezabel Idolatram. 3. Reg. 16. c. f. g.

Achab reædificat Iericho. 3. Reg. 16. g.

Achab desperans multitudini exercitus se posse resistere, submittit se Benadab regi Assiriorum. 3. Reg. 20. a.

Achab Regi misso Propheta, vt cognoscat Deum. 3. Reg. 20. b.

Achab nuntiat omnia, quæ fecisset Elias, quo Sacerdotes Baal occidisset, Iezabel persequitur Eliam. 2. Reg. 19. a.

Achab pœnitentia, & humilitas. 3. Regum 21. g

Achab Regis malitia. Multa alia eodem loco. 3. Reg. 21. g.

Achab denegante Naboth vineam, tristis decumbit in lecto. 3. Reg. 21. a.

Achab prænunciatur interitus, non agnoscens Dei victoriam. 3. Reg. 20. f.

Achab occiduntur 400. Pseudoprophetæ, in quorum ore posuit Deus mendaciū. 3. Reg. 21. a.

Achab, & Iosaphat consulto Deo, proficiscuntur contra Ramoth Galaad. 3. Regum 22. a.

Achab occidit Micheam vnicum Dei Prophetam, eo quod ei veritatem diceret. 3. Reg. 22. b.

Achab pugnans contra Ramoth Galaad occiditur iuxta verbum Micheæ Prophetæ, tametsi mutasset habitum. tertij Regum 22. e.

Achab sanguinem lingunt canes. 3. Regum 22. f.

Achab interitus prænunciatur. 4. Reg. 9. b.

Achab filio Coliæ, & Sedeciæ filio Maasiæ Pseudoprophetis minatur Dominus. Ierem. 29. c.

Achab filij occiduntur cum tota domo iuxta verbum Domini. 4. Reg. 10. a. b. c. d.

Acham de anathemate iuxta præceptum Dei accipiens lapidatur, & omnia illius filij, filiæ, boues occiduntur. Ios. 7. d.

Achaz Idolatra, Rex Iuda, consecrat filiū suum per ignem. 4. Reg. 16.

Achaz petit auxilium Assiriorum, non Dei contra aduersarios. 4. Reg. 16. b.

Achaz in gratiam Regis Assiriorum ablato Dei cultu, Dijs Siriæ sacrificat. 4. Reg. 16. c.

Achaz promittitur à Deo auxilium, cuius promissionis iubetur signum quærere. Isa. 7. a. b.

Achaz moritur. 4. Reg. 16. d.

Achias filius Achitol fuit. 1. Reg. 14. a. b.

Achimaas cum Ionatha nuntiat Dauidi consilium Achitofel. 2. Reg. 17. d. e.

Achimaas currens præuenit Chusi, annuncians victoriam Dauidi. 2. Reg. 18.

Achimelech Sacerdos, ad eum fugit Dauid in Nobe. 1. Reg. 21. a.

Achimelech Sacerdos dat Dauidi panes propositionis. 1. reg. 21. a.

Achimelech acersitus accusatur coniurationis à Saule impio, quod pauisset Dauidem, & arma dedisset, vnde occiditur cum reliquis sacerdotibus. 1. Reg. 12. c. d.

Accidia.

Acidia, vel acedia non est peccatum. HAER. Acedia, quæ est tedium bene operandi, & tristitia de re spirituali, vt docet D. Th. 1. q. 63. a. 2. vel vt alij est remissio animi lāguor ad bene operandum, præsertim verò de re spirituali millies in sacris litteris damnatur. In merore animi deicitur spiritus. Prou. 15. Multam malitiam docuit ociositas. Eccl. 33. Prou. 17. spiritus tristis exicat ossa. Psal. 118. Dormitauit anima mea præ tędio. Matth. 20. Inuenit alios ociosos. Prou. 25. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, sic tristitia ueri nocet cordi. Ioann. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Galat. 6. Bonum autem facientes, non deficiamus. D. Gregor. 3. par. curæ pastoralis ait. Ipsa quippe

pè mentis desidia cum congruo feruore non accenditur, à bonorum desiderio funditus conualescente furtim torpore mactatur. Vnde apertè per Salomonem dicitur Prou.9. Pigredo immittit soporem. D.Bern.serm.3.de Ascens.Inde autem perniciosa tæpiditas emanat, quia affectus, id est voluntas eorum nondum purgata est, nec bonum sit uolunt, sicut nouerunt, à propria concupiscentia abstracti grauiter, & illecti. Idem serm.35. de serm.paruis multis modis hoc vitium damnat.

Accidia non est vitium capitale. ERRON. Doctores affirmant esse connumerãdum inter septem capitalia vitia, cui sex filias assignant. Malitia, rancor, pusilanimitas, desperatio, torpor, & euagatio mentis. D.Thom.2.2.q. 35.3. Hoc enim vitium est contra tertium Præceptum Decalogi. Sic ergo conuincitur Luth. error, quibus mirum immodum arridet religio, quæ paruo negocio citra sudorem omnem, & conatum constat.

Abiurare non tenentur hæretici. HAER. Ne morbida pecus totum Christi ouile, statuerunt Summi Pontifices abiurationes hæresum, & quòd ille ad abiurationem tenetur, qui propria confessione, vel facti euidentia, vel testium legitima attestatione, de hæresi fuerit conuictus, vel de ea suspectus secundum qualitatẽ suspitionis. & lib.6.c. Accusatus de hęr. & cap.ad Abolendam, de hęret. Si quis verò abiurare contempserit, vel relapsi relinquendi sunt, si sunt laici, si Clerici sunt primum degradandi, deinde tradendi curię seculari.lib.6.de pen. C. degradatio. Si autem fuerit suspectus de hęresi vehementer, & noluerit abiurare, poterit excommunicari, & si per annum perseuerauerit in excommunicatione, tanquam hæreticus condemnabitur. per allegata c. excommunicamus. iud.inquis. Abiuratio 1.suspitio. Hæreticus. qui scribit abiurationis formam.

Acolytus inter minores ordines connumerari non debet, HAER. Tempore D.Siluestri in Romano Concilio, sacri ordines & minores recensentur.capitu.1.3.7.& 9 Concil. Aquisgranense primum sub Ludouico Pio. capit. 5. Concilium Cartag. quartum. tom.3.pag.298. tom.1.pagina 513. Acolytus verò Gręcè, Latinè dicitur Ceuferarius, a deportandis Cereis, quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum, & hoc ad signũ lætitiæ, vt sup. typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in Euangelio erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hęc Isido.lib.7.Etimo.cap.12.Quem sequitur Rabanus.lib.1.de Instit. clericorum. cap. 9. & huius officium non tacuit Concil.Trident. sess.23. capit. & cano.2. Hic est supremus inter quatuor minores, & eius primarius actus est præparare urceolum, denominatur tamen à candelabro, qui est secundarius actus, quia est notior.

Achinoam vxor Dauid. 1. Reg.25.g.

Achior à seruis Holofernis ligatur ad arborem, quem soluunt Iudæi, & benigne suscipiunt. Iudit.6.b.

Achior relicta Gentilitate credit Deo, & circunciditur. Iudit 14.b.

Achis, ad hunc Regem Get fugit Dauid. 1.Reg.27.a.

Apud hunc simulat Dauid insaniam, vt euadat. 1.Reg.21.d.

Achitophel consiliarius Dauid, stat à parte Absalon.2.Reg.15.b.c.

Achitofel consilium tanquam verbum Dei habitum.2.Reg.16.d.

Achitofel consilium Deus dissipat per Chusai dantem aliquid, quo periret Absalon cum suis.2.Reg.17.a.b.c.

Achitofel laqueo se suspendit, quòd non fuisset factum consilium suum contra Dauidem. 2.Reg.17.f.

Achor vallis. Iosue 7. D.

Accusatio,

Accusare non licet. HAER. Sunt, qui affirmant, neminem esse his legibus astriptum, vt accusare teneatur, ꝗ Bartolum sentire contendunt nonnulli. ff.de accus. l.in eum. At antiqua Moysi lex data fuit Leuit.5.quæ dicit. Si peccauerit anima, & quis audierit vocem iurantis, testisq; fuerit, ꝗ ipse vidit, aut conscius est, nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam & Dominus dixit. Dic Ecclesiæ. Fit verò accusatio, ne reus, inter innocentes computetur. & est de præcepto, quando peccatum poterit probare, & peccatum est

contra damnum corporale, vel spirituale, fit in scriptis accusatio de facto, & persona. Quæ verò sint in accusatione seruanda admonet Stephanus Papa, cuius Epistola continetur, tom. 1. conciliorum. pag. 254. & caus. 3. q. 5. per totam. D. Th. 2. 2. q. 68. qui concludit eam esse de iure Diuino ex dicto Leuitici. c. 5. De qua etiã scribit, quòd oportet, vt procedat admonitio, sicut in denunciatione. nam in accusatione attenditur punitio criminis, in denunciatione emendatio fratris. 67. 3. secundum.

2 *Accusator si deficit in probatione, non tenetur ad pœnam tallionis.* ERRON. Exigit iustitia, vt dum quis alteri nocere studet, ipse illud patiatur, oculum pro oculo, Exod. 21. Nam, qui deficit in probatione incurrit pœnam infamiæ. Addit D. Thom. q si iudex videt aliquem falsò accusasse, non voluntate nocendi, sed ignorãter ex iusto errore, nõ imponit pęnam tallionis. Obs. etiam q iudex pro bono publico potest desistere ab accusatione. & si accusatio sit iniqua potest prosequẽdo quod est iniquum facit iniuriam iuris potest etiam desistere iudex ab accusatione ad instãtiam partis, quoniam ad totum ordinatur. Inferior vero iudex ex Epicheia, & Gnome potestà principio non admittere, si sit contra commune bonum, si vero est inchoata, & contra cõe bonum potest dissimulare, & suspendere, ac pro communi beneficio vsurpare superioris potestatem. Hactenus D. Thom. art. 4.

3 *Accusatus potest dicere mendacium, ad famam suam conseruandam & vitam.* Multa cum suo loco erit sermo de mendacio, contra hoc dictum plura abducam, quòd certè (nisi fallor) hęreticum est. & contra illud Iosue 7. & liceret aliquando peccare. Docent tamen Doctores, quòd quandoque licet tergiuersari non tamẽ mentiri. Accusatus de crimine occulto, non tenetur dicere, etiam pręcipiente prælato. Constit. prędicatorum. distinct. 2. cap. 9. c.

Actuum Apostolorum liber non est canonicus. HAER. Hæretici multi acta Apostolorum reiecere. Tatianus, vt Ireneus affirmat. & Seuerus, vt Euseb. lib. 4. histo. Eccl. cap. 29. Phylaster in Catalogo, capit. 36. Cherinto ascribit D. August. lib. de vtilit. cred. attribuit Manicheis. cap. 2. At Sancti ea sunt exposita, ac Concilia receperunt, Laodic. Cartag. tertium. Floren. Tridentinum. Author est D. Luc. vt D. Hierony. testatur in epist. ad Philemonẽ quem librum et si Græco sermone scripserit; tamen Iosephus Iudęus fatetur in Hebraicam linguam translatum in gazohpilacio Iudęorũ Tyberiadis reperisse, anno à Christo nato 370. Qui codex fuit à presbytero quodam Asiatico scorruptus, ut scribit D. Hierony. lib. de viris illust. Hoc simile Tertullianus etiã affirmat. Continet Assumptionem Domini. Descensum Spiritus Sancti. Mathiam loco Iudæ substitutum. Septem Diaconos institutos D. Pauli vocationem. Apostolorum vitam, & Euangelij diuulgationem. Miracula multa Apostolorum. Io. Dried. li. 1. cap. 3. par. 3. & Lyranus.

Actus essentiales, & noctionales non distinguuntur in Diuinis. HAER. Ex diuersis operationibus conuincuntur in Diuinis esse actus diuersi, essentialis, q. designat creationem vniuersi. Notionalis verò processionem personarum. Essentiales sunt communes, notionales verò minimè, nam gęnerare tantum patri conuenit, & omnis actus notionalis ad personam terminatur, & Diuinis attribuimus personis ad explicandum originis ordinem. Qui quidem actus non sunt de nihilo, sed de subã patris, & sunt aliquo modo necessarij, & naturales, & volũtarij. & differuntià relationib. personalibus secundm modum significandi, licèt sint idem re. Hæc est communis Scholasticorum sententia. 1. d. 4. 5. 6. & 7. & D. Tho. 1. q. 41.

Ada. Altera vxor Lamech. Gen. 4. d.

Adad suscitatur à Domino aduersus Salomonem. 3. Reg. 11. c.

Adad Idumęus fugit faciem Dauidis vastantis Idumeam in Aegyptum, vbi vxorem ducit sororẽ Pharaonis. tertij Regum 21. d.

Adam creat Deus subijciens ei omnia. Genes. 1. d.

Adam in Paradiso constituitur vt aret terram, cui interdicitur lignum vitæ. Genes. 2. b.

Adam cunctis animalibus nomina imponit. Gen. 2. d.

Adam

Adam corpus est creatum. HAER. Historia, quam paucis modo retuli, apertè docet, corpus eius formatum de limo terræ, non ergo creatum; quoniam creatio ex nullo, ac nullum supponit subiectum. fuit eius corporis, non naturalis, sed miraculosa formatio. factus etiam fuit in ætate iuuenili.

2 *Adam die sexto est formatus, & eius anima simul secundum peritiores Doctores.* Nominis verò interpretationem assignat D. Cipr. in tractatu de Monte Sinai & Sion, & D.Aug.9.super Ioan.& Beda super Io. & arbitrantur sic appellatum, quia terra illa est formatus q̃ sumpta est ex quatuor mundi partibus, quæ illis litteris continentur, A, id est Oriens, D, Occasus: alter A, Septentrio, M, Meridies, quam interpretationem multo antea Sibylla in Secundo oraculorum lib. explicauit his versibus:

Nimirum Deus is finxit tegrammaton Adã.
Qui primus factus est, et qui nomine complet,
Ortumque, Occasumq; , Austrum, Boreamque rigentem.

3 *Adæ nomen importat etiam numerum quadraginta sex Annorum:* vnde Dominus dixit: Quadraginta, & sex annis ædificatum est templum hoc, i. corpus ex Adam. nam Adam apud Græcos componitur ex literis, quæ numerum hunc continent. Siquidem A, vnum significat Δ, quatuor. A, vnum. M, quadraginta, qui numeri simul iuncti faciunt quadraginta sex, tot enim diebus in vtero Virginis est formatum corpus eius. sic D, August. exponit.

4 *Adam per peccatum incurrit, non corporis mortem, sed animæ.* Iosephus Lib. Iud. Antiq. & Aug. Chisami Episcopus id affirmant. Atheticum est, & in Concil. Affricano, contra Pelagium est decretũ. c.76. quicunq; dixerit, Adam primum hominem mortalem factum ita vt siue peccaret, siue non peccaret, mortem in corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ. Anathema sit. tomo primo. pagina 584. & in Concil. Milet. cap.1. tom.1. pag.555. & habetur d.4.c. placuit. D.Aug. scribit contra hoc lib.13. de ciuit. Dei, cap.20.& 23. Lact. Firm. lib.2. de origine erroris. c.13.

5 *Adam formatus fuit Androgynus.* ERRON. Franciscus Georgius to.1. problem. affirmat Adam fuisse Androgynem hoc est hominem, in quo corpora, id est fœminæ, & maris circa dorsum iungerentur, & postea secti, vt ad prolem generandam iungerentur. & hoc idem docet Plato, edoctus à Mose. sed fabulosum est dictum, & contra Sanctorum expositionem; imò verò verba ipsa hunc sensum ostendunt falsum; nam dixit Deus. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Ge.2.c. si iam erat factum, quare repetendũ erat faciamus. Meritò D.Aug. li.3. super Gen. ad litteram, cap.22. redarguit hanc sententiam, & etiam Strab. Lac. Fir. vbi sup.

6 *Adam fuit formatus in peccato. Macharius. Stephanus.* HAER. In Concilio Constan. act. sexta, hæc heresis est damnata. Nanq; vidit Deus cunctaque fecerat, & erant valde bona. Perditio tua ex te Israel. tom.2. pag.492. & Doctores omnes contrarium docent, quod non est opus recensere, cum res sit aperta.

7 *Adam per peccatum non amisit iustitiam originalem.* Communis Doctorum, ac Conciliorum assensus contrarium docet, quod per peccatum sit orbatum iustitia originali. & Concil. Triden. post alia. sess.5. in principio.

8 *Adam suo peccato non infecit posteros omnes.* HAER. Pluries contra Pelagium pugnatum est, & D. Pau. apertè dixit in quo omnes peccauerunt, & per ipsum mortui sumus. Rom. 5. & 1. Cor. 13. & Concil. Arausic. cap. 2. tom. 1. pag. 722. De quo, & Conci. Tr. vbi sup. fusius loquar lit. O.

9 *Adam, & Eua sunt damnati. Tatianus.* HAER. Non habetur apertus locus in sacra Scriptura ad errorem Tatiani cōuincendum, tamen Doctores omnes id affirmant, quibus se opponere citra grauissimi criminis notam non licet, vt suo loco explicabo.

10 *Adam, & Eua, si permansissent in iustitia originali, non fuisset generatio per coitum.* ERRON. Si procreatio filiorum est naturalis, vt cum Phylosophis affirmant Theologi, & eadem fuit semper natura Adæ, non video quomodo remouenda sit generatio per coitum in felicissimo illo statu, sed ad quid distinctio sexus; ad q̃d membra genitalia? At forte quis dicet: Gregorius Nyssæ Episco. in lib. de Creatione hominis. cap. 28. Damasc. li. 4. ortodox. fidei, c. 25. Chrisost. hom. 18. in Gen. Procop. ca. 4. in Gen. Euthymius in Psal. 50. D. Aug. Gen. cap. 1. dicunt ꝙ non fuisset multiplicatio per coitum, sed alio modo, lex enim rei Venereæ post peccatum intrauit, ait D. Chrisost. & fuisset multiplicatio alio modo, Dei potentiá possibilis. At D. Th. & Scholastici, eundem modum generandi etiam ante peccatum fatentur. 1. par. q. 8. art. 2. sed sine deformitate immoderatæ concupiscentiæ, nam tunc hoc non erat, quia obediebat rationi, & ad hunc sensum loquuntur viri illi sanctissimi. D. Aug. verò li. 1. retract. cap. 10. & 19. & lib. 8. de Gen. ad litt. c. 10. ait. Homines ante peccatum genitalibus mēbris, ad procreationem imperare potuerunt, sine fedæ voluptatis pruritu, & potuerunt esse in Paradiso nuptiæ honorabiles, & torus immaculatus, sine ardore libidinis, & sine labore pariendi. Guido etiam lib. aduersus hæreses, scribit hoc tenuisse Armenos.

11 *Adam per peccatum perdidit Dei imaginem.* HAER. Scribit Origene capit. 3. super Gen. hoc, & Epiphanius inter precipuos errores Origenis annumerat. D. Aug. li. sexto super Gen. ad lit. cap. 27. & 28. Se affirmat Adam perdidisse imaginem Dei in spiritu mentis impressam, secundum quam creatus est. & lib. 2. retract. cap. 24. dicit hoc non esse accipiendum, quasi nulla remanserit in Adamo imago, sed tam deformis remansit, ut reformatione opus habuerit. Opinio ergo Origenis est hæretica si affirmat, ꝙ natura sit variata, quo ad naturalia dona, nam integra remanserunt, vt testis est Dionysius: nec per hoc similis est belluæ. sublata tamen fuit gratuita imago, ac similitudo quo ad supernaturalia, & gratuita: vnde Dauid. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Multa D. Aug. scribit de ciuit. Dei. lib. 13. 14. & 15. Fulgentius serm. de duplici Natiu. Christi in fine.

12 *Adam ex ablatione costæ fuit diminutus.* HAER. Hyspanus quidam, cum Cardinali Caiet. ne dicant Adamum diminutum, interpretantur illud dictum Gen. 2. non secundum historiam, quasi costa uere sit ablata, quia vel monstrum fuisset Adam, uel postea diminutus, & mancus, ideo intelligenda sunt secundum mysterium non allegoriæ, sed parabolæ, & adducunt aliqui dictum D. Chrisost. homil. 15. in Genesim, qui dicit; Ne humano more accipias, quæ dicuntur, sed crassa verba hec humane imbecillitati conuenire cogites. At D. Thom. 1. par. q. 92. 3. & Hugo Victorinus diluunt argumentum eorum, & quòd vera sit historia, imo vero opinionem Caiet. tam Alphon. quàm Catherinus censent esse hereticam. Non ergo fuit monstrum, nec mancus, quia costa illa coniuncta fuit, non vt indiuiduo, sed vt principio totius nature. Sicut nec semen reddit hominem monstruosum, nec mancū, quando fuerit decisum.

13 *Adam somnus non fuit verus somnus, quando Eua formata est.* HAER. Fingunt aliqui contra communem Sanctorum expositionem non fuisse somnum, sed abstractio quedam. At opera vitæ etiam eo statu conueniebant ipsi primo homini, fuit ergo verus somnus. Vnde Chris. hom. 15. in Gen. ait; tanto illum somno oppressit, vt quasi grauedine quadā correptus, nullum rei, quæ fiebat sensum caperet, & impleuit carnem, pro illa, ne

posset

possit discusso somno, quòd factum erat ex uacuitate sentiret. Conueniunt omnes in hoc.

14 *Adam eiectus de Paradiso positus est ad eius ianuam.* ERRON. Ex uerbis Sacræ historiæ tam ex Græcis, quàm Hebræis, & Latinis habetur, quod Cherubin sit positus ad ostium Paradisi. Gen. ideo caueant Lectores, dum legunt 70. Interpretum traductionem, qui peruertunt sensum, affirmãtes de Adamo, quod de Cherubin dicitur. & sic omnes interpretantur.

15 *Adam sepultus est in monte Caluariæ.* Origenes hoc tuetur tractatu in Matth. 35. Athan. lib. de Passione Domini. Cypria. serm. de Resurrectione. Amb. lib. 5. Epistolarum, epist. 19. & in Luc. 23. Theoph. in Mat. cap. 27. & Marci 15. & Lucam 23. & Ioan. 19. Euthym. cap. 27. in Matth. omnes hoc idem sentiunt. At D. Hieronym. tanquam fabulam deridet, in Matth. 4. & dicit eum sepultum esse iuxta Hebron, & Arbeę, vt legitur in Iesu filij Naue volumine, cap. 14. Quid ergo dicendum sit affirmare non audeo. Cano. vero lib. 11. cap. 5. ad octauum. sequitur antiquorum sententiam contra Hieron.

16 *Adam non fuit ex Inferno liberatus.* ERRON. Ecclesia vniuersa credit ex descensu Christi ad Inferos Adam ex Limbo erutum, nec inaniter credendum est, undecunque hoc creditum sit ab Ecclesia, etiam si canonicarum Scripturarum, hinc expressa, nõ proferatur authoritas. Hæc D. Aug. epist. 99. ad Euodium.

17 Adam & Eua ante peccatum erant cęci. HAER. Quomodo nobilissima omniũ creaturarum orbata fuit prętantissimo hoc sensu inter externos, qua via imposuit animantibus cunctis propria nomina; ꝙ nam eius erat dominium si cęcus erat? Cęci profecto, & duces cęcorum sunt, qui hoc affirmant. Nam dicitur, Gen. 3. vidit mulier ꝙ esset bonum lignũ ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit, & comedit quid clarius? Dicuntur tamen post peccatum apertè, quia antea non erant attenti, vt cognoscerent, ꝙ eis indumento gratię prętaretur, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant. Sic exponit D. August. lib. 14. de Ciuitate Dei cap. decimosexto.

Adorandus non est Deus alienus. Exo. 23. c. 34. b.

Adorat populus vitulos quos fecerat Ieroboam. 3. Reg. 12. g.

Adorant Idola Israelitæ ignorantes Dei opera, & traduntur in manus hostium. Iudic 2. b.

Adoratores veros futuros post diuulgatum Euangelium. Ioan. 4. c.

Adorant Apostoli Christum ascendentem in Cœlum. Luc. 24. c.

Adorare volens Ioannes Angelum, ab eo est prohibitus. Apoc. 16. b. 22. b.

Adorant bestiam vniuersi. Qui non sunt scripti in libro vitæ. eorumque plaga. 16. c. Apoc. 13. c.

Adorasse dicit scriptura Gedeonem audiẽtem castra Madianitarum tradi à Deo in manus ipsius Gedeonis, idest gratias egisse Deo, & credidisse promittenti victoriam. Iud. 7. d.

Adorant, siue gratias agunt Deo filij Israel, ꝙ ipsos visitauerit, & respexerit afflictionem eorum. Exo. 4. g.

Adorasse populum, dicitur Abraham, pro egisse gratias populo, cum geniculatione aut gestu decoro. Gen. 23. b.

Adorare, pro inclinare, & incuruare se non coram aliquo, honoris, & reuerentiæ gratia, utitur scriptura. Gene. 14. a. 33. 42. 43.

Adorat Dauidem, siue inclinat se Dauidi, ipse Natam Propheta. Item Bersabeę. 3. Reg. 1. c. d.

Adorare imagines Dei & Sanctorum non licet. Felicianus. Eras. Carolast. HAERE. In Idololatriæ scopulum fideles Ecclesiæ filios impegisse arbitrantur, filij tenebrarum. Nam sancta Ecclesia semper tenuit venerationem imaginum, vt scribit Farasius Papa Constantino Imperatori; & refertur in Concilio Niceno, tomo 1. pag. 287. Hanc adorationem imaginum inferius pluribus ostendam. Adrianus I. interpretatur illud, Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam; quia visio sacrarũ imaginum speciosam formam Domini Saluatoris Nostri Iesu Christi, secundum carnem Sanctæque eius genitricis, & Sãctorum pertinet. to. 3. Concil. pag. 203.

12 *Adoranda Crux non est.* Claudius Hære. Eusebius Romanus Pontifex, qui gubernauit anno 309. qua ætate Crux adinuenta est, & statuit, vt eius festum celebretur, sic enim scribit Episcopis Ethruriæ, & Campaniæ. Crucis ergo Domini, nostri Iesu Christi, quæ nuper nobis, gubernacula Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenentibus, quinto Nonas Maij inuenta est in prædicto Calendarum die, inuentionis festum solemniter celebrare mandamus, tom. 1. pag. 311. Laudatur in Concilio Niceno Sancta virgo Euphemia, ꝙ in capite eius apparuit signum Crucis, ꝙ adorandum præcepit Sancta Synodus; pictores etiam laudantur. Act. 4. pag. 95. a, & secundum Concil. Nice. idem repetit. Act. 4. pag. 105. Multa alia scribuntur. tom. 2. pag. 693. Anglica. §. sexto. Damas. lib. 4. de fide orthod. cap. de imaginib. dicit esse traditionem Apostolicam. & D. Tho. 3. q. 25. 3. tertium.

3 *Adorare Eucharistiam non tenemur. Oecolampadius.* HAER. Quid ergo est, quòd scribit D. Paul. ad Heb. 1. & adorent eum omnes Angeli eius. Hieron. & D. Augus. super illa verba Dauid. Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctũ est, hoc idem probant, & Cassiod. & Psal. 21. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terrę. D. Aug. etiam hoc repetit li. 3. de Doctr. Christ. Insudant recẽtiores, vt probent adorandam esse Eucharistiam, & quamplurima in medium adducunt, quòd Christus fuerit adoratus, quę re vera de Christo, at de Eucharistia minimè; nam fatentur Hæretici adorandũ esse Christum, negãt Eucharistiam, quia non est ibi Christus. Ideo opus est directè de Eucharistia probare; quòd in sacris literis non habemus expresse sub his nominibus, de quibus cum inimicis certamus. tamen D. Paul. si aduertant aduersarij, cum admonet Corinthios, vt seipsos probent, antequam edant; profectò includit adorationem, velent, nolint Hæretici. Et D. Ambros. (præterea, quæ ex D. Augustino diximus) lib. tertio. de Spiritusancto. cap. 12. de Doctrina Christiana. homil. 24. prima ad Corinth. & 61. ad populum Antiochen. & tertia ad Ephes. & lib. sexto de Sacerdotio. Gregor. item in sermone funebri suæ Gorgoniæ. Origen. homil. quinta in diuersos Euangelij locos. Gregor. lib. quarto Dialog. capit. 58. idem præcipit. Hæretica arguunt. Nullibi legitur in Scriptura

ra præceptum de adoratione Eucharistiæ. ergo non tenemur. Festiuitas etiam eius, ad quid ergo Papistarum processiones. At veri adoratores adorare debent in spiritu, & veritate. Respondeo, quod eorum assumptum est, quòd sæpius decipit eos; namque falsum est. Non est in scriptura. ergo non tenemur obseruare. Nam multa sunt alia, vt ostendam, quæ nos ligant. Cæcus adorauit Christum, & tamen ille non præcipit. Magi adorauerunt, & multi alij, quibus Dominus hoc non præcepit, quos non repræhendit. Hoc & de solemnitate eius dicimus.

4 *Adorari potest Hostia, seu Eucharistia hæc quæ est in Altari sub conditione.* TEME. Quorundam Theologorum est sententia, quod hæc Hostia sit sub conditione adoranda, nempe si sunt seruata, quæ seruari debent ad consecrationem. At si verum est quod adorans Hostiam debent ponere conditionem expressam; iam licet apponere dubitationem circa Sacramenta. Ideo dicendum est, quod satis est, qđ habeat conditionem habitualem, siue tacitè; nempe quòd si sciret defectum circa necessaria ad consecrationem requisita fuisse, non adoraret; & talis conditio semper debet esse in adoratione. Nam nostrum est credere Hostiã esse sub speciebus panis, & vini, & hoc precipit fides, non tamen hanc Hostiam; nec tamen conditione positiua adorare debemus. nam actus Sacerdotis bonus est. Nam nec Papam veneramur, nec Episcopos, aut Sacerdotes sub conditione; de quibus ignoramus, an sint baptizati, & verè ordinati, sic & de Sacerdote Missam celebrante. Si verò liceret sub cõditione, & Sacerdos poterit dicere in absolutione. Si tu es baptizatus ego te absoluo, quòd est extremæ dementiæ. Hanc opinionem Gaiet. scribit de mente D.Thom.2.2.quæst.prima.artic.2. Alexand.de Ales 3.par. quæst.30.memb.3.art.1.&3. Bonauent.3.dist.9. Gerson par.2.in regulis moralib. Biel lect.50. canon. D.Thom. ergo, quòd adoratione in habitu 3.distinct.9.q.par.2. quæstio.6. secundum.

5 *Adorandus non est Christus homo, adoratione latriæ.* HAER. Hic primo suppono vulgatam illam distinctionem quòd tres sunt adorationis species. Latria, dulia, hyperdulia. Prima, quæ latria dicitur soli Deo cõuenit, & dicitur adoratio stricto vocabulo; & est reuerentia exhibita summo, ac omnium principio, ac principi. Obs.2. Quod duplici actu adoratur Deus, interiori, & exteriori, sic duplex latria, interior, quæ est actus fidei, spei, & charitatis, vt D.August.docet in Enchyr. Exterior est signum sensibile, in protestatione latriæ interioris, vt oblatio, cantus, genuflexio, pectoris tunsio, manuum cõplicatio, prostratio in terram, luminarium accensio, testificatio, quibus nos protestamur etiam signo externo nos Deum adorare. Duliæ verò adoratio dicitur à dules, id est seruus, hinc dulia dicta est seruitus. Dulia ergo est adoratio exhibita creaturæ, ratione alicuius excellentię, sic Prælati, Sacerdotes, & qui sunt in dignitate constituti venerantur, sed potiori modo sancti. Hyperdulia est seruitus quædam reuerentialis exhibita creaturæ ratione excellentiæ eminentis, & singularissimæ; qua Beata Virgo adoratur. Christus Dominus, vt Homo pure est adorandus adoratione hyperdulię; vt vero eius humanitas est vnita verbo dulia adorari debet. Imo & Caro Christi est latria adoranda, vt docet D.Thom. 3.par.quæst.25.3.10. Et imago Christi sic etiam est adoranda, vt idem Doctor scribit, secunda secundæ, quæstio.81.3.tertium. Cum ergo Christi caro, & humanitas, nunquam sit à verbo separata, ideo latria adoranda est. Hoc idem affirmat D.Dyonis.3. distinctio.nona. Biel vbi supra. Si Eucharistiam sic adoramus quare non Christum Dominum? Concil.secundum Constantien.capit.9.idem præcipit.

6 *Adorandę sunt Diuinæ personę pluribus non vnica adoratione.* HAERE. Sicut vna est essentia naturæ, bonitas, diuinitas, perfectio, & dominium, & vnus Deus, sic vnica adoratione est adoranda Trinitas. Vnde & Ecclesia. Qui cum Patre simul adoratur. Rursus, si diuersis adorationibus sunt Diuinæ personæ adorandæ, vel omnes erunt eiusdem nobilitatis, vel vna altera nobilior, puta, qua adoramus Patrem. si primũ conceditur,

quare

quare multiplicandę sunt. Si secundum hereticum est. Nam cum sit vna perfectio, & excellentia patris cum alijs personis, non est cur perfectiori, vel prestantiori adoratione sit adorandus. D. Tho. 2. 2. q. 81. 3. primum. Bon. 3. d. q. Biel. lec. 50. Canon. Hinc Abraham vnum adorauit, ter genuflectimus ad Trinitatem personarum demonstrandam.

7 *Adorandus non est Deus, adoratione Latrię.* HAER. Hoc nemo nisi insipiens affirmaret, ideo ad alia veniamus; quis enim (nisi stultus, qui negat esse Deum) negat summum honorem Deo, qui est Creator, principium, princeps vniuersi. Deo tamen etiam dulia conuenit, ratione Dominij. Vnde & dictum fuit Sathanæ, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Matt. 4. D. Th. 3. q. 25. 2. c.

8 *Adorandę non sunt Latrię Diuinę relationes, & omnia, quæ sunt in Deo.* HAER. Cum Deus sit summe simplex & omnia quę sunt in ipso, sint ipsemet Deus consequitur certe, quòd eadem adoratione adoranda sint, ut fatentur Theologi omnes. & D. Thom. 1. par. q. 28. 2.

9 *Adoratio requirit necessario locum determinatum.* HAER. Si iuxta monitionē D. Pauli, oportet semper orare, profecto non exigitur locus præfixus ad adorationem. Nec licebit in platea genuflectere, nec similia, quę heretici hypocrisi ascribunt, negant Deo debitum honorem. Nam veri adoratores adorant in spiritu, & veritate. & sicut vbique Deus, sic vbiq; venerari potest. Statutum est tamen tēplum, propter loci consecrationem, propter sacra mysteria, & alia sanctitatis signa, & propter concursum multorum, qui ibi congregantur. D. Th. 2. 2. q. 84. 3.

10 *Adorans Deum vane, ac superstitiose respicit Orientem.* TEM. Multi, qui ignorant propriam vocem arbitrantur superstitionis esse, ꝙ nos faciem ad Orientem vertamus, quòd tamen est Apostolorum traditio, ut affirmat Origenes. hom. 5. super Num. & Basil. de spiritu sancto. c. 27. Damasc. li. 4. de fide ortodoxa. dist. 13. Canon. Ecclesię. Quod D. Aug. attribuitur, licet potius sit Damasceni, nec reperi apud D. August. huius rationem reddit D. Aug. lib. 2. de serm. in monte Domini, & D. Thom. ꝙ est propter lumen mentis; quoniam ibi est nobilior pars, & nobiliora opera. 2. 2. q6. 84. 3. tertium. Iudæi vero versus Occidentem respiciunt, ut vitent idolatriam, & significent mortem Christi. par. 2. q. 102. 4. 5.

11 *Adoranda non est imago Crucis in qua vis materia, adoratione Latriæ.* ERRON. Hoc dictum pugnat cum D. Thom. conseruandum, vt diuersa dicta Scholasticorum conciliemus, & concionatoribus veritatem explicemus. Nam Brucifer lib. 3. d. 9. scribit, quòd neque vt repræsentat Christum est adoranda latriæ. Nam sic Beata Virgo multò magis esset latria adoranda. Et accidentia, quæ sunt in Sacramento Altaris. Hoc etiam tenet Holcat. in lib. sapient. Cum ergo idem sit motus in imagine, & imaginato, hinc dicitur à D. Thom. quod Crucis imago in quacunque materia latria sit adoranda. Nam sicut adoramus Deum in creaturis latria, nec tunc adoramus creaturas, sed Deum, & sicut amatur, ac blasfematur Deus in creaturis sic Crucis imago adoratur. Obs. 2. Quod imago Dei triplex est. prima est pictura, secunda rationalis creatura, quæ secundum seipsū est imago Dei: & item est ipsa creatura rationalis, quatenus in Deum refertur. Prima imago latriæ adoratur, at non secunda. Obs. 3. Quod aliquid adoratur, vt terminus, aliud vt causa adorationis. Sola enim Diuina essentia adoratur, vt causa; cui soli dicimus. Adoramus te. Terminus etiam sumitur adhuc bifariā, vel in se, vel vt est in alio. Et tunc sola Diuinitas adoratur in se, vt obiectum adorationis; humanitas vero Christi, & quæ sunt alia adorantur, propter alium, & vt in alio, & sicut pars in toto, vt admonet D. Thom. Terminus etiam adorationis duplex, vel vltimus, & sic solus Deus vel proximus, & sic Rex suæ imaginis. Obs. 4. Quod dulia potest accipi generice, & specifice; primo modo continet etiam latriam, nam & dulia adoratur Deus, vt dixi, illi soli seruies; proprie vero conuenit tantum creaturæ. Obs. 5. Qui adorat totum suppositum adorat omnia, quæ eius sunt, sic, qui adorat latria Christum, omnia etiam ipsius adorat. Obs. 6. Quod Crux, & eius imago nō est adoranda latria, quia non est pars

Christi,

Christi, & sic aduersarij bene dicunt cum D.Thom.3.dist.9.q.1.art.2.q.4. At ratione contactus Christi, sic latria est adoranda. Obs.7. Quod omnia, quæ sunt Christi, & ratione contactus possumus adorare latriæ adoratione, ne tamen scandalum detur pusillis, non ea adoramus, licèt à Sapientibus possit hoc esse, & adorari, remoto errore, & scandalo: sicut ergo Christum adoramus latria, & si possit etiam dulia adorari, sic Domini mater potest latria adorari, ex contactu ad eã. Hinc nec terram, quam calcauit, neque asinum, quem insedit, neque ligna, quæ tetigit, ne ab infidelibus irrideamur, & scandalum pariat infirmis, vt Gerson dicit, tract.8. super Magnificat. Obs.8. quod imago trifariam considerari potest. primo vt materia est, puta lignum. secundo, vt figura, quæ est accidens. tertio, ut exemplar, hoc est ipsum totum, cum actuali habitudine ad imaginatum, vel vt locum eius tenet; hinc prouerbio dici consueuit. Si risguarda il Can per amor del Patrone. & hoc tertio modo adoratur Crucis imago, & conditio illa imaginis facit, ꝙ aliter non adoraretur, & sic conciliantur Doctores. Nam imago non est causa adorationis, sed res in se, & sic idem est motus in imagine, & in imaginatum. Qui vero negant quòd imagini Crucis, vt habet relationem ad Crucem, non adoretur latria, videant, quàm iniuriam Cruci inferant, & qua de causa. Et si imagini Cesaris, quæ est in denario, debetur honor, & qui illam corrumperet prauo animo, grauiter puniretur, sic qui Christi vexilla, & qui maculat imaginẽ, etiam imaginatum. Nam imago est vnũ quid cum imaginato, non vt res, sed pro relatione; & dicitur Redemptor, & Creator in suo exemplari. Sicut ergo imagines destruentes puniuntur pro crimine læsæ maiestatis, sic qui imagines non venerantur, nãque ad memoriam reuocant imaginatum. Tanta ergo diuersitas de adoratione Crucis, vel imaginis eius ex diuersitate vocabuli adorationis enascitur; & scandalum præbent plebi concionatores, dum instruunt populos, non esse latria Crucis imaginem adorandam.

12 *Adorandum præputium non est.* Scribunt multi, ꝙ Romæ in Ecclesia Lateranensi, seruatur præputium, inde deducunt, ꝙ non debet adorari adoratione latriæ, q̃a non est coniunctum verbo, quod enim semel assumpsit, vt pars essentialis, nunquã dimisit, ideo adorandum erit, vt humanitas Christi, sic affirmat Biel. At non video quomodo, Crux. Et gladius, quo abscisum est præputium adoretur latria, & non præputium saltem ratione contactus, & quia nostram salutem operatur. Nec satis est dicere, quòd verbum sit vnitum partibus totalibus, vel essentialibus; nam sanctorum cineres veneramur quare non Dominum. Si ergo lanceam, & alia, multo fortius carnem Christi, si ea, quæ tetigerunt. Adoratur terra, nam Romæ scalã osculamur, ergo & preputium.

13 *Adorari non debet sanguis qui est in Eucharistia.* Quod de tota Eucharistia fuit iudicatum, hoc idem repeto de sanguine, & non nisi hereticus hoc affirmaret, ꝙ est assumptum.

14 *Adorandus ne est sanguis, qui miraculose à Crucifixo emanauit?* Quid tenendum sit de hoc non dubitat Bucifer lib.3. d.9. quod non est adorandus inquit, quia est miraculosus, & non coniunctus diuinitati. At quod nullo modo sit adorandus scandalosum videtur dictũ. Etenim adoramus imaginem Crucis, vt habet ad ipsam Crucem relationem, quare non miraculosum sanguinem. Imo vero tenet Bucifer, quòd nec sanguinem qui in terris ex Christi passione remansit, sit adorandus, quod est erroneum. Nam ille fuit pars Christi, atque ei vnitus; & si cetera, quæ habent ad Christum habitudinẽ sunt adoranda multo fortius sanguis, errat ergo Bucifer, nec mirum quoniam de Cruce hoc idem affirmat, ꝙ dum canit Ecclesia. Tuam crucem adoramus, non de Cruce, de ipso Christo loquitur, quòd est cõtra omnes Doctores. Caueant ergo Lectores.

15 *Adoranda non sunt Sacramenta vllo modo.* HAER. De Eucharistia satis probatum est, quod latriç adoratione debemus adorare quod vero alia sacramenta sint adoranda, ea ratione probo, quod gratiam causant, & continent, ac à Christi passione virtutem habent. Rursus si terrã adoratur, & similia, quare non Sacramenta, quæ velut instrumenta nos iustificant.

Ado-

Adoramus Sanctos, quare non Sacramēta, quæ magis sunt ad nostram salutem, & quasi aquæductus exiens de Paradiso copiosam gratiam conferunt, vnde non sitiamus in ęternum. At dicet quispiam Sacramenta non sunt, nisi dum exercentur, puta baptismus, nisi dum abluit oleū dum vngimur, ordo dum suscipimus, & sic de alijs, quomodo ergo poterunt adorari. Respondeo, quòd eo modo, quo sunt, sic adorantur, nec opus est confugere ad esse eorum, satis est quòd sint, & sic adorarentur. Item Sacerdotes honoramus, ergo ordo Sacramentum adorandus est. sicut ergo res aliæ adorantur, quę sunt arma salutis nostræ, inquit Anselmus, sic Sacramenta debemus adorare. Sacramenta etiam sunt sancta, & in ordine rerum gratuitarum, ergo velut Sancta adoranda sunt. Nec loquor de Sacramentis in genere rerum, sed vt sunt aliquid Christi, & sanctificant nos, ac effluxerunt à latere Christi in Cruce pendentis. sic ea adoratione, qua Christus adoratur, sunt adorāda, non vt pars Christi, sed vt res Christi gratiam continens, & donans. Sicut ergo vestimenta Sanctorum eadem adoratione, qua ipsos adoramus, sic & ea, quæ Christi sunt.

16 *Adorandę non sunt superfluitates Christi, si quæ inuenerentur, puta vngues, capilli, & similia.* HAER. Hoc dictum supponit quod Saluator tanquam homo politicus vngues absciderit, & si de capillis hoc nō credam; tamen, si capillus, vel pars vnguis reperiretur, adoranda essent, & ea adoratione, qua Christus. Nam si terram, si crucem, si vestes ratione cōtactus vt Ansel. & D. Thom. & Theologi omnes affirmant sic adorātur, quare partes eius, & si superfluæ ratione contactus, non sunt adorandæ?

17 *Adorandus non est humor sanguineus, vel sudor Christi si reperiretur.* HAER. Concedunt aliqui non infimæ notæ viri, quòd sanguis Christi, & imago in Sudario debet adorari, at negant de sudore; at nisi mea me fallit opinio eadem ratio est de omnibus, quod ratione contactus, & vt aliquid Christi, & quæ ex corpore Christi emanauerunt, sunt adoranda, & eadē adoratione. Hanc si fideles capillos, vestes Sanctorum venerantur, multo fortius, quæ Christi sunt. Si capillos, si vngues, si vestes in sacro Altari fidelib. adorandas Ecclesia ostendit, & exhibet, multa, ac validiori ratione, quæ Christi sunt, vel fuerunt ei vnita; si Domum Lauretanam exosculamur, flectimus genua, pectus percutimus; quare eosdem honores exhibere non debemus ijs, quæ ei fuere propinquiora? Videant, expendant aduersarij hæc, quæ diximus, & resipiscant, ne sint causa erroris, & Hæreticis ansam præbeant, ac fenestram aperiāt.

18 *Adoranda non est lancea, claui, corona, vestes, & huiusmodi.* HAER. Audiui à quodam viro peritissimo, quod tantum Crux latriæ est adoranda, quæ fuit instrumentum nostræ Salutis, & inde Christus dicitur Crucifixus, non lanceatus, ait Damasce. sic probabant suam sententiam. Ego vero, ne à communi Sanctorum decreto discedam; quod de Cruce diximus, hoc de omnibus alijs, quæ Christi sunt affirmo, & D. Thom. ex contactu docet eadem adoratione omnia ista adoranda. 3. par. q. 25. 4. tertium. Quod verò dicunt Christus est Crucifixus non Lanceatus, ergo tantum Crux est adoranda. Nego consequentiam, nam licèt denominetur Iesus Crucifixus, vt Angelus dixit, Iesum quæritis Crucifixum. Hoc est quia potiori instrumento suæ mortis nō sequitur, quod alia non sunt adoranda; sed quòd non denominetur fateor, transire verò à denominatione ad adorationem, quis non videat fallaciam, quis nō fateatur errorem? Stemus ergo cum doctrina D. Th. sequamur patres.

19 *Adorandę non sunt vestes, & alia Sanctorū.* HAER. D. Hieronym. contra Vigilantium probat Sanctos adorandos esse; & omnes eorum Reliquiæ. Contactu enim vestium multa Dominus operatus est, ad eorum dignitatem manifestandam. Hinc concludit Biel post plurima exempla, quod arma, quibus triumpharunt, vestes, sepulchra, & quæ sanctos tetigerunt, & quæ ad eorum vsum pertinere cognouimus adoranda sunt. Et in Aluerniæ monte, vbi Sanctissimus Pater Franciscus seruatoris insignia suscepit adorant patres illi religiosissimi, ac omnibus venerandam ostendunt bucellam panis vino, vel aquæ intinctam, quæ de Bea-

Beatissimi Patris mensa superfluit, nec tamen idolatrę sunt, nec ego, qui eam pluries osculaui, in idolatrię vitio incidi. Biel plura de his scribit vbi supra. & quòd ista omnia, eadẽ adoratione, qua sancti, sunt adoranda, & hic est vsus.

20 *Adorari possunt creaturæ, vt sunt imagines Dei, eadem adoratione, qua adoratur Deus.* HAER. Probant aliqui hoc dictum, cò quia tunc non creatura, sed ipse Deus adoratur, & sicut Deus blasphematur in creaturis sic amatur, & veneratur, sic scribũt viri quidẽ adhuc viuẽtes in suis qđlib. & potest eorum sententia roborari, quia idem est motus in imagine, & imaginato vt supra diximus. Rursus Abraham. Genes. 18. Tres Angelos adorauit. & Natã Propheta Dauidem. 3. Reg. 1. & Ioan. voluit Angelum adorare, qui prohibitus fuit, nunquid ergo errauit Ioannes? His tamen non obstantibus dicendum est cũ D. Thom. 2. 2. q. 84. 1. 1. secund. & 103. 3. 3. Quod ille honor qui exhibetur Deo nunquam purę creaturæ rationali est exhibẽdus, ne sit erroris causa, hinc Mardocheus noluit adorare Amã Est. 4. & Apost. Pau. & Barnabas dixerunt renuẽtes adorationẽ talẽ. Hoĩes sumus. Abrahã verò non adorauit adoratione latriæ, vel si adorauit nõ Angelos, sed Trinitatem ipsam, Tres vidit, & Vnum adorauit. Nec idem, qui est ad rem, est semper in imagine, & qui est in imagine est in imaginato, non tamen econuerso, qui est in imaginato est in imagine. Sic Natam Propheta adorauit non tamen latria, quæ Deo tantum conuenit. D. verò Ioan. Prohibitus est ne adoraret ea quæ Dei propria sũt, vel ꝑ mysterium incarnationis Christi, qua homines sunt superiores aliquibus Angelis. & sic conciliantur omnia. Direct. verò inquisit. par. secunda. quæstio. decima. Hæresi secunda. & sequent. Inter hæreses hanc connumerat. Ne ergo sit causa erroris (vt admonet Cardin. 2. 2.) non est ea adoratione creatura adoranda, quæ Deo competit. Licèt Deus ametur. & blasphemetur in creaturis, non tamen tenet sequela, ergo eodem modo adorandus.

21 *Adorari potest Angelus apparens in specie Christi.* HAER. Pendet veritas huius ex proximè dictis, si enim honor, quæ soli Deo impenditur, creaturæ tribuatur peccatum est; etiam si Angelus in forma Christi apparens adoretur, peccatum est, nisi conditio exprimatur. & hoc apertè docet Diuus Thomas, tertia par. distinct. nona. quæstio. prima. articu. 2. quæstiuncula 6. tertium. & 4. dist. 30. & si D. Paulus prohibet, vt si ueniat Angelus euangelizans aliud Euãgelium, sic nec ipsum adorare debemus, si veniat in forma Christi, namque Angelus Sathanæ se transfigurat in Angelum lucis, teste Diuo Paulo.

22 *Adorari Dæmones possunt absque peccato adoratione duliæ, & melius excusatur ab Idolatria talis adorans, quàm adorans imaginem Christi, & Sanctorum.* HAERE. Ex confessis procedendum, si duliæ adoratio, qua dicitur seruitus, alicui creaturæ tribuitur, hoc est ratione excellentiæ, quæ in creatura reperitur, non naturæ, sed gratiæ. At in dæmone non est, nam de Cœlo eiectus est serpens ille antiquus accusator Fratrum nostrorum. non ergo talis honor debetur ei. Rursus prohibet Dominus nos Mammonæ seruire. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. At dulia seruitutem importat, ergo non exhibenda Dæmoni. Et quid est quòd Dominus dixit Dæmoni, dum requisitus fuit, vt illum adoraret. Dominum Deum tuum adorabis. Quibus addo: Quod in baptismo Sathanæ renunciamus.

Iure itaque Direct. Inquisito. secunda par. quæstio. decima. sermo 4. Tanquam hæreticam explicat hanc sententiam. Iudi. Inquisito. verbo, Apostata, conclusio secunda.

23 *Adoratio, & sacrificium de iure naturæ debentur Dæmoni.* HAER. Ex dictis in superiori propositione hæc hæresis damnatur, & scribit Direct. secunda par. q. 10. Her. sexto.

Aduenæ fuerunt Israelitæ apud Aegyptios. Deuter. 19. d.

Aduenæ, pupillis, uiduis relinquendæ reliquiæ messis, vindemiæ, & oliuarum. Deuteron. 24. d.

Aduenæ iudicium non peruertendum. Deut. 24. d.

Aduenæ iudicium peruertens maledictus. Deut. 28. c.

Adue-

Aduentus.

Aduentus Domini Saluatoris, non est duplex in carne, & ad iudicium. HAER. Vtrũque aduentum Domini ex ipsismet verbis Saluatoris apertè habemus. De primo, si non venissem & loquutus non fuissem peccatum non haberent. De secundo, Cum venerit Filius Hominis in Sede Maiestatis suæ. De primo habemus Natiuitatem explicatam ab Euangelista. De secundo, Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis, ad ea ego quæ obscuriora sunt veniamus.

2 *Aduentus Christi in anima fictitius est.* HAER. Quid clarius pro huius confutatione dici potest? Tu in nobis es Domine. Si venerit ad me, non videbo eum. Vbi fuerint duo, vel tres in nomine meo ibi sum in medio eorum. Templum Dei sanctum est, quòd estis vos. Ad eum veniemus, & mansionem quod eum faciemus. Non ego, sed gratia Dei mecum. Gratia eius in me vacua non fuit. Aue Maria Gratia plena, Dominus tecum. Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consumationem seculi. Et alia multa.

3 *Aduentus primus, & secundus non differunt in modo.* HAER. Primus Aduentus fuit occultus, nulla hunc signa præcesserunt. primus fuit ad liberandum à peccatis, ad ad manifestandam veritatem, & nos ad Deum traheret. Secundus erit terribilis. manifestus. Boni glorificabuntur, liberabuntur. ab omni pœna, peccato, à Diaboli potestate, à seruitute corporis, & videbunt boni Deum facie, ad faciẽ. Iniqui plectentur æternis pœnis. Hæc sunt clara in Sacra pagina.

4 *Aduentus Domini celebratio vanè est ab Ecclesia instituta.* HAER. Derident, conculcant hæretici omnem ritum Ecclesiæ, nec mirum, nam quæ conuentio filij lucis, ad filios tenebrarum? Nos vt filij prudentes sequamur vestigia Sanctorum Patrum, ac gementis Ecclesiæ matris, quæ & si nullum dederit præceptum de eo, vt ieiunemus, vel frigidiores cibos comedamus consulit tamen, vt legitur. ext. de obser. ieiun. c. consilium. Nec meus est animus à ieiunio Cœnobitas, nam ex eorum constitutionibus, & bonorum (post tot secula) consuetudine, fortè tenentur sub vinculo peccati mortalis. Consueuit etiam Ecclesia per quatuor Dominicas diẽ Natalis celebrare quia quadruplex est Domini Aduentus. Vt scribit Gerson par. 2. serm. de verbis Domini. & Pelbar. lib.3. Rosarij Theo. Primus aduentus est Incarnationis. Io.1. Verbum Caro. Secundus in mente per gratiam. Ad eum veniemus. Ioan. 14. Tertius. In morte. Estote parati, quia qua hora non putatis Filius Hominis veniret. Mar. 13. Quartus est iudicij. Videbunt Filium Hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Luc.21. Qui ergo Ecclesię determinationi resistit, Deo resistit.

5 *Ante Aduentum Christi, nullus fuit bonus. Albanenses.* HAER. Nescio, quo spiritu ducti viri illi iniquissimi id affirmare audeant. Et contra tot Sacræ paginæ testi-

testimonia, negant. Adamum (de nihil scri ptura loquitur) contra Doctorum sententiam. Abel, Noe, Abraham, Mosen, Dauidem, ac tot Prophetas; & à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ, vt seruatoris verbis eorum conuincam proteruiam. Et D. Paulus ad Heb. probat Sanctos fide Deo placuisse. Nic. Sand. lib. 7. de visi. Mon. Ecclesiæ, arguit contra eos.

Adulatio.

Adulatio non est peccatum. HAER. Clamāt Prophetæ, redarguit Salomon locis dictis sæpius adulatores. Adulatio verò est laudando excedere, siue hoc faciat quispiam propter delectationem solam, vt alijs delectet, Vel propter lucrum; ideo est peccatum. Hinc Dauid, Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Psal. & Prou. 1. Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. & 16. Vir iniquus iactat amicum suum. Eccl. septimo. Melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi. Chrisost. hom. 2. de Dauid, & Saule. Cypri. ser. de lapsis. Basil. in Psal. 61. Aug. Psal. 134. Hieron. lib. 1. aduersus Pelagianos, & 2. aduersus Iouinianum, plura scribunt aduersus adulatores. Adulator enim est sicut echo, si rides, ridet, si mentiris, mentitur.

Adulterium.

Adulteriū non fuit prohibitū ante legem Moysi. HAER. Vt fermè Doctores omnes affirmant adulterium est contra legem naturæ, atque ideo semper prohibitum fuit, vt D. Chris. & D. August. ac D. Thom. docent. Qui hac de causa impugnat Rabbi Mosen. Nam est præcepta legis naturæ, quæ dispensari non possunt, quod verò dicunt D. Ambr. scribere lib. 1. de Abraham Patriarcha, cap. 4. Quod accipiendo Agar, vt legitur Genes. Fuerit adulterium; & quod adulterium tunc non erat prohibitum, nunquam mihi persuadere potui esse dictum D. Ambro. sed ad aliorum mentem scripsisse, vt ex alijs locis eiusdem Sancti Doctoris conuincitur. Hoc enim peccatum est determinata species luxuriæ, stupro grauius, & Vxoris adulterium grauius quàm in viro, quo ad bonum prolis, sed quo ad bonum fidei, & sacramenti sunt paria, ut docet D. Thom. 4. dis. 45. o. Adulterium etiam opponitur matrimonio quatenus est officium naturæ, & si infidelitas ipsi matrimonio opponatur, vt Sacramentum Ecclesiæ. 4. d. 3. q. 6. primum.

2. *Adulterium nullum est peccatum.* HAER. Fuit quorundam Hæreticorum placitum; quod vxores sint communes, contra quos nouissime scribit Nic. Sand. at si hoc esset verum, adulterium nullum est. Adulter namque dicitur alieni thori violator. Si thorum est commune non est cum adulterium sit peccatum. Adulterium enim ad alienum thorum est acessio. Vel vt D. Th. definit est illicitus concubitus coniugati cum coniugata. 2. 2. q. 154. 8. & aduersatur matrimonio adulter qui peccat de facto, & etiam qui cum intentione, ut scribit D. Bon. 4. d. 3 circa textum. Quod verò adulterium sit peccatum ex sacris literis expresse habetur. Nam Dauid 2. Reg. 12. ob id punitur. & Nume. 25. dicitur, quòd cum

cum populus fornicatus esset cum filiabus Moab, omnes fornicatores occisi. D. Paul. 1. Corinth. 7. vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, ideo addidit. Nolite fraudare inuicem. Leuit. 2. Si quis mœchatus fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, moriatur mechus, & mecha, & pri. Cor. 6. Adulteri regnum Dei non possidebunt. Quid clarius dici potest? At obstant hæretici. Fornicatio non est peccatum. Nam dicitur Oseæ 1. Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Dicitur quòd remouet Deus ab actu illo indebitam honestatem, & tunc remanet actus bonus, nec est fornicatio, sic fuit de Abraham qui filium volebat occidere. Vel dico, quod Deus dispensat, & non est amplius peccatum. Vel 3. quòd est sensus, quòd vadat ad mulierem, & in vxorem accipiat, quæ prius fornicabatur.

2 Deus infudit animam, vel ergo nō est peccatū, vel Deus ad peccatū concurrit. Dicitur, quòd Deus cooperatur officio naturæ, & generationi, non tamen vitio. D. Thom. 1. par. 118. q. 2. quintum. Tertiò Abrahā, Salomon, Dauid, plures habuerunt vxores, quomodo adulterium prohibitum? Dr quod fuit cōcessum ea ætate plures vxores habere, vel propter mysterium, vt exponit D. Paul. Gal. 4. vel ad multiplicandos homines, quòd nō opus est hodiè, sed de hoc infrà. Quartò si mulier habeat virum frigidum impotentem; & filios non procreet, quodnam peccatum si occultè alteri copulatur? Hoc Lutheri argumentum falsissimum est, quandoquidem, immo si mulier habet duos viros, licitè facit diuortium, & homo dimittet eam, vt legitur Matt. 5. Seruāda igitur fides ab vtroque alteri est, imo exemplo continentiæ, docenda vxor, vt se castè gerat, inquit Lact. Firm. lib. 6. de vero cult. cap. 23. & Doctores omnes idem affirmant.

3 *Adultera, si dimittatur potest vir aliam licitè ducere.* Nedum Thomas Caiet. & Catherinus, sed viri doctissimi ac sanctissimi hoc docuerunt. Tertull. lib. 4. aduersus Marchionem, exponens Domini verba, Mat. 5. Hel. Canone 4. in Matt. Qui dimiserit vxorem suam. Chrisost. hom. 17. in Matt. Euthymius Chrisost. abbreuiator, capitu. 5. in Matt. Theophil. Luc. 16. Aug. lib. de fide, & operibus. cap. 19. Chromatius in Matt. capit. 5. Zacharias Papa primus decreuit, vt reiecto marito, alteri viro nubeat, si continere non vult. Synodus Maguntina, & Tyburtina dicit (vt Gratianus refert) Si quis cum nouerca sua dormierit, neuter ad coniugiū potest peruenire, sed vir eius, potest si vult aliam accipere, si se continere non potest. Econtra verò D. August. & alij multi volunt ab vxore adultera liberum esse, virum, at non à matrimonij fœdere, nec ad secundas nuptias transire. Magister etiam séntent. d. 35. & Lyr super Matt. dicunt locum D. Ambrosij esse deprauatum à falsarijs. Conantur multi exponere mentem Sanctorum, quòd non sit cōtra sanctæ Ecclesiæ definitionem. At quicquid sit, dicendum est, quòd homines fuere. Nos stare debemus Conciliorum decretis. Canon Apostolorum 48. si quis propriam vxorem pellens, alteram ab alio sibi dimissam duxerit, communione priuetur. Matt. 12. Marc. 10. Quod Deus coniunxit, homo nō separet, idem Luc. 16. D. Pauli ad Rom. 7. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si cum alio nupserit. Concil. Milen. Canon. 17. Florent. Trident. sess. 24. cano. 7. expresse hoc sanciuit. Hoc docuit D. Aug. de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 5. & 9. & apertius li. 50. homiliarum. hom. 49 solius fornicationis causa licet vxorē adulteram dimittere, sed ea viuente non licet alteram ducere, contenitur Augustinus, timeatur Christus. Præcipit Dominus, ait D. Hiero. epist. 30. ad Oceanum. Vxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis, & si dimissa fuerit, manere innuptam. De his alibi.

4 *Adulterium committere potest vxor ad mariti vitam conseruandam.* Erro. Putat D. Chr. licere pro vita seruanda mariti, ipsi vxori adulterium committere, hom. 32. in Gene. At D. Aug. & peritiores lib. 22. cap. 33. contra Faustum negat, & affirmat non licere vxori, nec marito adulterare pro vita seruanda, sed mori potius. Adulterium ex se malum est. In huius rei confirmatione, est exemplum Sophroniæ, vt scribit Euseb. li. 8. histo. Eccl. quæ mori potius elegit, quàm pro vita mariti suam violare castitatem. & hunc exemplum, multę Sanctæ Virgines

sub

ſub Mexentio Tyranno ſequutæ ſunt. Obſeruandum tamen illud eſt, quod D. Aug. lib. 22. ca. 37. contra Fauſtum, & pri. de ſerm. in monte Dñi, c. 29. reuocat in dubium factum ſarræ, quaſi liceat marito conſentiente. Tempore item Conſtantini Imperatoris. Antiochiæ factum eſt, vt cum Acindinus prefectus quemdam ſeruaret in carcere quia libram auri fiſco debebat & quia non habebat unde ſolueret permiſit dormire cum uxore ex quo facto dubius eſt D. Aug. licet ſit propenſior in alteram partem expoſitam.

Adultus ille dicitur, qui expleuit 25. annum, qui uſque ad hoc tempus creſcit. Adultus etiam appellatur qui homo in hac uita degens, qui poteſt ſuo libero arbitrio diſcernere inter bonum, & malum, hoc tamen citius eſt in uno, quam in alio, in multis enim malitia ſupplet ætatem. Is ad ſalutem conſequendam tenetur confiteri peccata, & ſeruare præcepta, & ſuis operibus laborari, vt ad uitam ingredi poſſit. De puero illo, quẽ D. Greg. ſcribit 4. Dialog. malitia ſuperauit ætatem. Loquitur Scot. lib. 4. d. 17. Bucifer. 4. diſt. part. quæ. par. 2. q. 43.

Aduocatus noſter Ieſus Chriſtus, pri. Ioan. ſecundo. a

Aduocare pro iuſtitia non licet coram iudice. HAERET. Recentiores hæretici nefas, dicunt eſſe, quod iudices, ac aduocati adiudicent, ac cauſas tueantur, quod eſt in eccleſia receptum, & lege imperiali peccat tamen grauiter aduocatus falſa teſtificando, dubia pro certis proponendo, ueritatem occultando, defendendo quæ neſcit falſos teſtes proponẽdo. De his plura Biel ſcribit 4. d. 15. q. 6. Concluſione 1. & 7. & ante verum Alex. de Ales par. 3. q. 40. mẽbro 6. art. 3. & q. 44. menb. p. ait, quod peccat aduocatus, ſi gratis pauperibus non auxiliatur, & eſt dictum D. Amb. lib. de officijs grandis culpa eſt ſi te ſciente fidelis egeat. Obijciunt Lutherani. Chriſtus recuſauit eſſe iudex Luc. 12. 5. ergo. Secũdo D. Paul. redarguit Corinthios, qui coram iudicib. litigant. p. Cor. 6. ergo. Et Matth. 5. dicitur quod non contendat quis cum aduerſario, ſed relinquat pallium, auferenti tunicam ergo. His non obſtantibus ſancta eſt conſuetudo [illegible]. Dicitur ad primum, quòd Chriſtus nõ uenit ut iudicaret, & ut iudex vt Pilato dixit, Ioan. 18. Ideo recuſauit iudicare. Ad ſecundum dicitur, quòd Apoſtolus redarguit eos, qui coram iudice infideli litigabãt, ne eſſet ſcandalum ex hoc; ſed coram Chriſtiano iudice lites dirimerentur. Ad tertium dicitur, quod eſt perfectionis, ſua alienis relinquere, ſed tamen non præcipitur, ſed quiſque ſuum exigere poteſt, D. Th. 2. 2. q. 71.

Aedificata domo non habitat in ea qui præcepta Dei non ſeruat, Deut. 28. c

Qui ædificat domum nouam non cogebatur ire ad bellum, niſi ea dedicata. Deut. 20. b

Aedificia Salomonis, 3. Reg. 9. c

Aedificauerunt domum Iſrael, Rachel, & Lia ex quibus deſcendit omnis populus Iſrael, Rut. 4. c

Aedificat Deus domus obſtetricibus, Exod. primo, d

Aedificaturum Sacerdoti Sadoc præcipit Deus. 1. Reg. 2. g

Aedificauit Chriſtus Eccleſiam prædicando Euangelium & fidem. 2. Reg. 7. c

Aedificium Dei, Chriſtiani, prædicatione adducti ad Chriſtum, 1. Cor. 3. b

Aegritudo filij Abiæ conſulitur Abias Propheta, 3. Reg. 14. a

Aegrotat filius Dauidis ex Berſabee, pro quo Dauid ieiunat, 2. Reg. 12. d

Aegrotat Amon, nimio amore in Amar Thamar ſororem Abſalon, 2. Reg. 13. a

Aegrotanti Ezechiæ Iſaias mortem prædicit, 4. Reg. 2. a

Aegyptijs non licèt comedere cum Hæbreis Gen. 43. g

Aegyptij deteſtantur paſtores ouium. Geneſ. 46. d

In Aegyptum deſcendit Abraham cũ vxore ſua fugiens famem, Gen. 10. c

Aegyptum egreditur Abraham, Gen. 13. a

Aegyptij deficiente pecunia, cibum pecoribus comparant, Gen. 47. d

Aegyptios iubet Dominus ſpoliari, Exo. 11. a

Begyptij primogenitorum clades. Exo. 12. d

Aegyptios Iudæi ſpoliant vaſis argenteis, Exo. 12. f

Aegyptum egrediuntur filij Iſrael, Exo. 12. f

De Aegyptiorum interitu, & Hæbreorum liberatione, Sap. 19. a

In Aegyptum reuerti nolunt Iſraelitæ putantes ſe non poſſe reſiſtere Chananæis, Nume. 14. a

Aegyptus meminit Dei, 1. Reg. 30. d

Aggeus

3 *Aggeus non eſt Propheta Sanctus, nec eius prophetia Canonica*. HAER. Aggeus Proph. vt refert Epiphanius adhuciuuenis ad prophetæ munus vocatur re, & nomine feſtiuus, & lætus, ſic enim interpratatur Prophetauit ac eius ſermo fuit ad Zorobabel, & Ieſum filium Ioſedech, deinde ad totũ populum ut reedificarent templum. Vixit poſt reditum captiuitatis Babylonicæ Regis Darij anno 2. menſe ſexto, qui ut uidit ſtructuram templi Hieruſalem primus omnium cecinit Alleluia. Hinc noſtro tempore dum pſallimus dicimus Alleluia qui eſt hymnus Aggei, & Zachariæ. Moritur Hieroſolymis & humo prope ſacerdotes cum honore, & gloria conditus eſt. Anno. 50. poſt reditum ex Babylonia, & ab orbe condito. ter 1469. ſic ſcribit D. Hierony. in prolog. huius Prophetæ D. Augu. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 35. Epiphanius. Gloſ. Nicola. Lir. & Card. Vgo. & item de D. Hierony. epiſcopale ad Paulin. de ſacræ ſcripturæ libris. Canon Apoſtolorum vlt. Flor. ac Trid. Concilium inter ſacros authores collocat. Huic aſcribunt aliqui pſal. 138. 134. 146. 148. 149. & etiam Zachariæ.

Agni oblatio. Leu. 3. b.

Agni Paſchalis ędendi ritus. exod. 12. a.

Agnus Chriſtus dicitur Ecce Agnus Dei. Ioan. 1. d. Apo. 3. b.

Agnus Chriſtus redemit peccata noſtra. Apoc. 14. a.

Agni uiſio, quem oĩs terra adorat. Apo. 14. a

Agnus nullo modo dicitur Christus. HAER. Teſtimonio Santiſſimi Præcurſoris conuincitur hoc eſſe hæreticum affirmari. Imo uero Iſa. 53. dixit quaſi Agnus ductus ad occiſionem non aperiens os ſuum. Nã communis Sanctorum authoritas hoc idẽ exponit. Antiquiſſimus Firm. lib. 4. de uera ſapientia cap. 26. D. Augu. Sermon. 181. de tempore, & communis omnium ſentẽtia. Dicitur vero Agnus, quaſi Agnõ, quod Græce ſonat pium, quia Agnus eſt animal pium, & manſuetum. Similitudinariæ ſeruator dicitur Agnus vitæ puritate mortis mãſuetudine, & peccatorum expiatione, & ſimplicitate; non ergo dicitur Agnus ſecundum rei ueritatem. D. Tho. 1. 2. queſt. 102. 3. ſecundum Alex. de Aleſ. Biel. lect. 81. Canon.

2 *Agni oblatio non eſt abrogata*. HAER. Ex Apoſtolorum dictis, & potiſſimum D. Pauli ad Heb. Expreſsè habemus eſſe ſacrificiorum Moyſis ritus ſublatus, nec amplius egemus ſanguine hircorum, aut taurorũ ad noſtram emundationem, ſed ſanguine Chriſti redempti ſumus. De hac abrogatione infrà erit oratio. ſatis ſit videre Chriſoſt. hom. 83. in Matt. D. Aug. lib. 6. contra Fauſtum, ca. 5. Cum ergo facia veteris legis ſint mortifera. vt dicemus et celeberrimum eſſet agnus paſchalis erat certè reuocatus eſus eius, & oblatio.

Agricola fuit Adam. Gen. 3. d.

Agricola fuit Eſaũ. Gen. 25. d.

Ab agricultura Eliſęus vocatur ad Prophetiam per Eliam. 3. Reg. 19. d.

Agricola vocat Chriſtus patrem. Ioan. 15. a.

Agricultura Dei Chriſtiani. 1. Cor. 5. b.

Agricultura in ſtatu innocentiæ fuit laborioſa. HAER. Si pœna fuit, quod poſt commiſſum peccatum laboraret Adam, vt ſacra Geneſis teſtatur. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, profecto ante peccatum non fatigabatur Adam, ſed ad virtutis exercitium dictum fuit. Poſitus eſt in paradiſo, vt operaretur, & cuſtodiret illum; delectabilis potius erat exercitatio, quàm laborioſum opus. Hoc communi conſenſu Hæbrei, cum noſtris affirmant. D. Thom. 1. par. q. 102. 3. c.

Agrippam Paulus hortatur, vt Chriſto credat. Act. 26. g.

Ahias Propheta miſſus à Deo tradit decem tribus Ioroboam. 3. Reg. 11. f.

Ahias Propheta prędicit mortem filij Ieroboam, totiuſque Regni exitum. 3. Regum 14. b.

Ahio, & Oza filij Abinadab. 2. Reg. 6. a.

Ala Dei, ad quas confugerat Rut. Rut. 2. c.

Alapa percutitur ſeruator noſter Chriſtus. Ioan. 10. d.

Alcimus homo Iudæus erat, quem Demetrius Rex Sacerdotem præfecit Iudæis. 1. Mach. 7. a. b.

Alcimi inſtinctu Demetrius Nicanorem aduerſus Iudæos mittit. 2. Mach. 14. a.

Alcimus Paralyſi diſſolutus interijt. primi Mach. 5. f.

Alexander Antiochi nobilis filius regnat in Ptolomaida. 1. Mach. 10. a.

Alexander bellum committit cum Demetrio. 1. Mach. 10. d.

Alexander & Ptolomęus Rex Aegypti amicitiam

titiam statuunt inter se. 1.Mach.10.c.

Alexandro Macedone mortuo regnum susci pit Antiochus. 1.Mach.1.a.

Alexander Aerarius aliquando nocuit Diuo Paulo. 2.Timot.4.c.

Alienigenę separantur à populo Israel, iuxta legem Deuteronomij. 2.Esd.13.a.

Alienigenæ ducti fama nominis Dei exaudiuntur. 3.Reg.8.e.

Allegoria D. Pauli de filio Agar, & Sarę. Gal.4.c.

Allegorica expositio superuacanea, & fictitia est. Euangelistarum secta. HAER. Tantum sibijpsis tribuunt, quod audeant, nedum ad prauas eorum sententias Doctorum Patrum dicta detorquere, quod etiam sacrarum literarum textus corrumpere. De allegorico sensu, non semel, sed pluries loquutus est D. Paul. imo verò de D. Io. Bap. Nam (dicitur Matt.17.b.) ait seruator Iudęis. Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis, quòd Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quęcunque voluerũt. Quibus verbis exponit Dominus Heliæ vitam fuisse typum, & vmbram vitæ Ioannis, qui ab exordio noui Testamenti venit in spiritu, & virtute Heliæ. D. Paul. etiam Gal.4.c. dixit. Quæ omnia sunt per allegoriam dicta. & 1.Cor.10. Apost. dicit. Historiam Exodi allegoriam fuisse populi Christiani, & patribus omnia in figura contigisse. Allegoricus ergo sensus congruus est sacris literis. Et sensus allegoricus demonstrat historiam futurorum umbram fuisse; & figurate intelliguntur, quæ dicta sunt. Vel quæ ad corpus mysticum referantur ea sunt per allegoriam dicta. Edidit de sensu allegorico nobilissimum tractatum Laurentius à Villa Vicentin. & scribit D. August. de vtilit. credendi. cap.3. De vera religione. c.50. D. Hieron. ad Hedibiam. q.12. Vgo de S. Victore li.3. de claustro animę. c.8. D. Th. Gal.4. Lir. prolog. 1. Bibl. sic ad sensum allegoricum pertinet dictum. sacramentum hoc magnum est in Christo, & in Ecclesia. & Ezech.36. Effundam super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. de Baptismo. & Apoc.17. Aquæ multæ populi multi. & Esa.32. Beati qui seminatis super omnes aquas. & Ioa.8. Si quis sitit ueniat ad me, & bibat. Fusius D. August. cap. illo 3. de vtil. credendi, ad Honoratum. ex quo ista ex scripsimus.

Alleluia potest omni tempore in Diuinis officijs cantari. TEMER. Et si res non sit maximi ponderis, tamen, quia Concil. Quartum Tolet. damnat istũ abusum, volui, & ipse, quę à sacris Concilijs, sunt sancita, hic repetere, nec paruipendenda sunt, quę ab illis fuere definita. Si ergo Concil. dignũ diiudicauit hoc prohibere, nec ego operã ludo, dum hic in sero ab eo decreta. vt est. videri. tom.2. pag.730. Quo loci vetat, & confutat errorem in historiam pullulantem, quod sine delectu alleluia cãtabatur. Duo verò hic addo scitu dignissima alterum, quòd Aggeus Propheta primus fuit, qui post templi reædificationẽ hunc hymnum adinuenit, & Deo cecinit. Secundũ quòd Apostolica traditione in Ecclesia est introductus, ut author est Dynisius. & D. Aug. Psalm.106. Bis ait (alleluia protulit) quod nobis cantare vno anni tempore maius est secundum antiquam consuetudinem, & Ecclesiæ institutionem. Hac de causa ne tempore quadragesimę cantetur admonet concilium Tolet. Videant ergo quomodo non sine errore aliqui affirmẽt hanc constitutiunem esse D. Greg. vt Alleluia in Ecclesia cantetur.

Alimentum, quòd omni tempore fuerit necessarium. Ex Genes. habetur. & experientia, quomodo verò cõuertatur superfluum, & similia habes. 1. par. quæst.119.2. Non enim est meum institutum aperta explicare.

Alius, ista vox malè assumitur in Diuinis. Her. Arrius, qui perfide de sanctissima Trinitate sensit, dixit. patrem esse aliud à filio. Contra quem vt pinguiori Minerua suo loco explicabo; arguunt Sancti Doctores, & Scholastici disputaut; & admittunt in Diuinis hunc terminum Alius; at non aliud. Namque alius respicit suppositum; aliud verò respicit essentiam. & D. Aug. teste Magistro dist.4. primi sentẽ. dixit. Deus pater se alterum genuit, quòd sic accipiendum est. id est de se alterum à se genuit, non vtique alterum Deum, sed alteram personã. & infrà. Nam & si alius sit Pater quàm filius, non tamen est aliud, sed vnum. Alius enim denotat distinctionem personarum; hinc Athan: alius Pater, alius Filius, alius Spiritussanctas. Et D. Aug. Arrius dixit.

Aliud

Aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus. Si dixisset alius, non aliud, rectè dixisset. Quod autem dicit aliud, contradicit Christo, qui dicit. Ego & Pater vnum sumus. Hæc D. Aug. Si verò aliquando reperitur apud Anselm. vel alios Doctores. Quòd Christus est aliud sicut exponẽda pro natura. Quare verò alius dici possit, & nonliud exponit D.Bon.li.1.d.9.ci rca textum. Nam alius, masculinum genus quandam distinctionẽ significat, & respicit personam; at neutrum genuus propter indistinctionem respicit naturam, ideo in Diuinis non idem significant. D.Tho.d.6.mẽ. 2.art.1.Bonau.li.1.dis.4.in dubijs literalib. Biel dist.6. q.2. 3. lib.3. His adiungo Vincentium Liren. aduers. prof. nouationes. Qui ait. In Trinitatate alius, atque alius, non aliud, atque aliud.

Altaria Deo ædificat Abraham Deo, in locis vbi ipse ei apparuerat. Gen.12.b.c.13.d.

Altare Deo ędificat Isaac. Gen.26.a.

Altare sibi precipit construi Deus, & Iacob in Bethel. Gen.33.d.35.a.

Altari ædificato ad radices Sinai offeruntur holocausta. Exo.24.a.

Altare terreum pręcipit fieri sibi Deus. Exo. 20. d.

Altaris tabernaculi forma. Exo.27.a.

Altaris Thymiamitis forma, situs, & fabricatio. Exo.30.a.

Altare ędificat Moses in memoriam interitus Amalechitarum. Exo.17.d.

Altare ędificat Moses vitulo quem formauerat. Exo.32.b.

Altare quomodo expiabatur. Exo.23.f. Leuit.16.d.

Altare iubet Moses extrui trãsmisso Iordane, & illi legem inscribi. Deut.17.a.

Altare immensę magnitudinis ædificium à filijs Ruben. Ios.22.c.

Altare ædificat Iosue in Gebal. Ios.8.f.

Altare Deo ędificat Samuel. 1.Reg.7.d.

Altare Deo ædificat Saul. 1.Reg.14.e.

Altare Dei destructum Elias docens reedificat. 1.Reg.18.e.

Altare Dei ędificat Dauid Domino, offert holocaustum cessat pestis. 2.Reg.14.d.

Ab altaris cornibus euellitur Adonias Iussu Salomonis, qui contra Dei legem occupauerat regnum Dauidis. 3.Reg.1.g.

Coram Altari occiditur Ioab iussu Salomonis. 3.Reg.2.e.f.

Altare Dei Aereum destruit Achar impius. 4.Reg.16.c.

Altaria Idolorum destruuntur à Iosia. 4.Regum 23.c.

Altari Ieroboam filij Nabat destruitur. 4.Regum 23. c.

Altare seruientes olim victum habebãt multò magis, qui Euangelio seruit. 1.Corinth. 9. b. & 10.

Altare nostrum Christus. Heb.13.c.

Altare sub hoc vidit D. Ioannes animas occisorum. Apoc.6.

Altare.

Altaria in Basilicis construere Idolatriæ vitium est. Moderni Hæretici, sequentes etiam Erasmum. Contra nou t tes istas sunt omnia quæ ex sacris literis adducta sunt, quæ si non conuincunt, nec alia opus est addere. Ex his enim testimonijs Concil. Aquen se probat altare. tom.3. pag.435. & Fulg. ad Monimum. lib.2. in principio. Eo maximè, quòd ex Apostolica traditione habemus sacrificium Missæ, ergo, & Altaria. Quid ergo est per Luth. & sequaces Altare destruant; vbi Ioan. Apoc.6. Vidit animas occisorum, quem locum accipit Diuus Aug. de visibili Altare Dei, ser.11. de Sanctis. & lib.6. contra Parmenidem. Imo vero Dyonis. lib. de Eccl. Hier. cap.3. ex traditione Apostoloru m hoc esse testatur.

2 *Altaria non sunt benedicenda, nec consecranda.* HAERE. Vetustissimum decretum Agat. Concilij confutat hanc hęresim, tomo 1.pag.712.& habetur de consec. dist.1. Altaria placuit non sola vnctione Chrismatis, sed etiam benedictione sacerdotali sacrari. In Concilio etiam Affricano Cartag. decreto 50. dicitur. Placuit Altaria, quę passim per agros, aut vias tanquã memorię Martyrum construuntur in quibus nullum corpus, aut reliquię Martyrum cõditę probantur, ab Episcopis, qui eisdem locis pręsunt, si fieri potest euertantur. Si autem hic per tumulos populares non sinitur plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut qui rectè sapiunt. nulla ibi superstitione deuicti teneantur. to.1. pag.576. Rursus in Concil. Aurel. decr.5. dicitur. Nullus presbiter in Ecclesia consecrata aliud Altare erigat, nisi q ab Episcopo loci fuerit sanctificatum, vel permis-

sum, vt sit discretio inter sacrum, & non sacrum, & refertur de conse. dis. 2. cap. nullus presbyter. tom. 2. pag. 372. Hoc idem prius in Concilio Epariensi, fuerat constitutum decreto 26.

3 *Altaria nisi lapidea, infusione Chrismatis non sacrentur.* tomo 2. pag. 322. quod fit ad imitationem Iacob. vt ait Concil. Aquense. c. 24. tom. 3. pag. 435. Adhuc legimus in synodo Parisijs celebrata per Reueredis. Cardinalem Archiepiscopum Senonensem Galliarum, & Germaniæ Primatem, cap. 25. Et vt magis, ac magis tollatur occasio celebrãdi Missas in locis, & oratorijs priuatis iniungitur suffraganeis nostris, vt non sint faciles ad cõsecranda Altaria portabilia, sed tunc demum ad ea consecranda accedant, cum intellexerint ea esse requisita pro ecclesijs, aut alijs locis in quib. licite celebratur, & per suos decanos rurales, aliosve officiarios prouideant, ne Altaria portabilia retineantur in domib. priuatorum to. 4. pag. 740. D. Thom. hoc idẽ docet 3. par. q. 83. 3. 4.

4 *Altaria consecrari possunt à quouis Sacerdote.* HAER. Et si res prima facie parui ponderis videatur, verum, quoniam respicit id, quòd est contra Hierarchiam Ecclesiasticam, ideo est hæretica, quia malo, imo verò hæretico animo proferri potest; & pugnat cum traditione Apostolica. Namque authore Dionysio, vbi supra de Eccles. Solis Pontificibus hæc potestas est concessa, ex traditione Apostolica.

5 *Altare portatile potest esse ligneum.* Video apud multos Religiosos honestissimæ uitæ, quorum vsus est, vt Altaria portabilia, (sic à sacris Concilijs nuncupantur) sint lignea; nescio qua ratione id sit introductũ nisi forte ob lapidis grauitatem ne sacrista fatigetur, ex uno ad aliud Altare portando. At hoc contra communem, antiquamque consuetudinem pugnat, & Doctores docent illud debere esse lapideum, & D. Thom. 3. parte. vbi supra ad 5. rationes assignat, primo, quia significat Christum petram esse. & corpus Christi in sepulchro lapideo clausum fuit. Est quo ad vsum durus; Item vbique inuenitur. Hæc idem scribit Alex. de Ales. 3. par. q. 36. me. 1. & Biel lec. 13. Canon. Id verò obs. est, q̃ tempore D. Siluestri erat Altare ligneum vt commodius portari posset propter ingentes persequutiones, quoniam non erat certus locus fidelibus. ut docet D. Thom. 4. dis. 13. q. 1. 2. qla 5. 2. Scribit etiam Armilla de hoc.

6 *Altaria plura in eadem Ecclesia esse non debẽt, nec possunt.* HAER. Ex prauo principio emanat hoc dictum, nam tantum Deo debetur honor dicunt nonnulli hæreticorũ. At si res exactius expendatur & viderint aduersarij, quòd Altaria Deo primo, & ad Dei cultum sunt constructa; & Sancti eatenus à nobis summis honoribus extolluntur, quatenus ad Deum terminantur, non erunt Catholici culpandi. Sed cum Sanctorum veneratione inciderit sermo, uberius confutabitur, ex Ecclesiæ consuetudine. Obijciunt. In veteri lege tantum vnum erat aureum, uel terreũ, vel ligneũ. quare tot in Ecclesia. sed dicant Lutherani, si illo quo tantum erat vnum Altare, quare his diebus omnia destruunt, funditus euertunt, solo equant, comburrunt, p̃mittãt nobis, vel vnicum, supra quòd Deo offerre possimus. Dico secundo, quòd non erat ratio, nec mos Hebreorum nobis pro lege est habenda; alioquin sacrificent animalia, circuncidantur homines Germaniæ. Ad vnum effectum erat deputatum Altare apud Hebreos, ideo vnicum erat satis. vt ait D. Tho. par. 2. q. 102. 4. septimũ. Cui addo, quòd nec tot erant Sacerdotes eo tempore, nec ędificabantur ędes, vel Altaria ad honorem Sanctorum, quoniam mediator, & Redemptor adhuc non venerat.

Aman

Ambitio.

Ambitio non eſt peccatum. HAER. Si charitas non eſt ambitioſa, vt admonet Diuus Pau.1. Cor.13. b. Certè, qui eſt ambitioſus contra charitatem agit, ac pro hoc peccat. Ambitio verò nil aliud eſt, quàm immoderata honoris cupiditas, qua voluntas vult bonum, quòd habet, vel habere cupit vt alios excellat, ac vt eis dominetur. Hinc dicunt Doctores, quòd magnanimitati opponitur. Ambitio verò duplex eſt. vna pertinet ad indebitum appetitum propter vſum honoris. Quando verò excedit facultatem pertinet ad præſumptionem. Hinc etiam dicunt, quòd ambitio, non reſpicit veſtes, & ſimilia, niſi quatenus ad honorem pertinent. Hoc docuit Dominus. Qui maior eſt veſtrum erit Miniſter, vester Matt.23. Chriſoſt. eloquentiſſimè ad populũ Antiochenum.homil.43. Anima namque cupiens honorem, & glorificari, non videbit regnum Cœlorum. Non eſt meus hic ſermo, ſed Spũs Sãcti Nõ videbit licet virtutem operetur, ait enim. Receperunt mercedem ſuam. Matt.6. Proſper, libro 3.de vita contempl.c.2. D.Aug.epi.56. à Dioſcorum. Greg.lib.31. Moral.cap.31. Bern.ſerm.3.Ex paruis ſermon.& 4.de Aduentu Domini D.Tho.2.2. q.131. Gerſon. 3.par.tractatu de Paſſionibus conſider.20. Biel 2.d.6.Paul.Cort.3.diſ.8. Non ignoro multorum eſſe ſententiam, licere appetere Magiſtratum ac Doctoratum, & ea omnia, quibus cura animarum non eſt annexa. At cum de Epiſcopis edibit oratio veritatem probabo.

Amicitia.

Amicitia an ſit virtus, vel quid conſequens alias virtutes? Vtrumque ſi ſanè intelligitur poteſt affirmari, & neutrũ repugnat ſidei. Quatenus enim amicitia eſt in affectu, ſic non eſt virtus, quia nec habet rationem laudabilis, vt patet in amicitia vtilis, & delectabilis. At amicitia etiam honeſti præſupponit omnes virtutes, & conſequitur

quitur etas, ut uero amicitiam est in exterioribus dictis, & factis est specialis uirtus, & nominatur affabilitas, ut ex D. Tho. colligitur. par. 2. 9. 60. 5. ca. & idem dicit quòd amicitia, quæ est affabilitas non habet perfactam rationem amicitiæ sed similitudinem eius, scilicet ad decentem, & conuersationem in dictis, & factis delectabiliter ad omnes non equaliter. 22. q. 114. Huius proprium est simul conuersari, & quo ad nolita, & quo ad concordiam voluntatis simul velle. Et requireret equalitatem non equiparantiæ, sed proportionis. Amicitia uero utilis uel delectabilis potius est damnabilis, quàm laudabilis, nam est concupiscentiæ. Amicitia nō debemus alteri iungi, nisi aliquibus circunstantijs inspectis. Amici etiam fidelis tria sunt experimenta nouitas, prosperitas, aduersitas. His de causis saluator uere Amicus dici potest. Lazarus amicus noster dormit. Hanc D. Augu. definit epistola 45. & Cic. lib. de Amicitia. Amicitia est humanarum diuinarumque rerū cum beneuolentia, & charitate consensio. Aris. vero, 8. Eth. dixit. Amicitia est beneuolentia pacis non latens. Firm. commendat inter amicos familiares duos pitagoricos, qua alter se tiranno tradem mortis pro altero dedit alter ad præstitutum tempus, cū iam sponsor eius duceretur præsentiā sui fecit, eumque interuentu suo liberauit. Hæc lac. lib. 5. de inst. cap. 18. Laudatur etiam amicitia cum Damone, & Phitia singularissimorum amicorum ut testatur D. Tho. opus. 20. cap. g

Amor.

Amare Deum non tenentur omnes. HAERE. Nemo est, qui audeat hoc affirmare, nec in posterum erit vt spero, nisi demens fuerit. Nam hoc tenere est cum natura pugnare, & cum Deo bellum gerere. & sciūt omnes præceptum illud Mosi dato. Diliges Dominum Deum tuum. & à Christo Domino repetitum. & vrgentissimis calcaribus natura ad hunc amorē nos vrget. Amare nos ipsos, proximos, amicos, & inimicos docent millies sacræ literæ, & Doctores.

2 *Amare inimicos non tenemur.* HAERET. Quid apertius dici poterat à prudentissimo nostræ fidei institutore, quàm quòd Hæbræorum Rabinis dictum fuerat. Ego autem

autem dico vobis diligite inimicos vestros & iterum maiorem charitatem nemo habet, vt animam ponat quis pro inimicis suis. Et alibi, si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, nam et nici hoc faciunt, & Publicani. Inimicos ergo diligere debemus, vt ex D.Aug. Magister docet 3. dis.29. Duo inquit sunt diligenda in homine natura, & virtus, vitiũ verò & peccatum odiendum; & sic omnes peccatores. Vt inimicos diligere semper quo ad effectus positiuos non tenentur nisi sit in extrema necessitate, vel temporaliũ, vel spiritualium bonorum, quia eo casu tenemur, at his cessantibus minimè, nisi in præparatione animi. De quo inferius.

Aduerte hic Lector, quod amor multiplex est. Naturalis, animalis, rationalis, arbitrarius, affectiuus, effectiuus, amicitiæ, concupiscentię, amicitiæ & concupiscentiæ simul, complacentiæ, desiderij. Amor naturalis est ipsa propēsio rei sine aliqua cognitione, vt qua ignis tendit sursum, & graue ad cētrum, quo amore materia illa prima formam diligit, expoliata tamen oī actu, & cognitione, & tamen appetit formam, sicut fœmina marem, & cum Arist. longa digressione in tract. de materia exposuimus primo Phys. & ea omnia quę de materia ne dum dicta sunt, sed multa etiã, quę excogitari possunt congruo ordine exposuimus; sed ad rem reuocetur oratio. Dum de amore naturali loquitur Biel 3.d. 27.q.vnica, decipitur, nam affirmat, quòd amor est complacentia, qua potentia appetitiua in obiectum fertur, quòd est falsum, nec est amor naturalis, quando visus pulchra diligit, quoniam naturalis amor est sine omni cognitione, potentiæ verò cognoscunt sua obiecta, vt certum est, alioquin quomodo videns, & orbatus oculis vnum cognoscit, alter nescit colores.

Amor naturalis est, quo appetitus sensitiuus fertur in sua obiecta, & quiescit, qualis in brutis reperitur, de quo egregiè Lactan. Firm. lib.6. de vero cultu, capitu.23.

Amor rationalis est proprius hominis, vt sic, qui post multa, & actu voluntatis fertur in rem cognitam. Duo ergo amor iste connotat discursum, ad cognitionem, liberamque electionem. Amor affectiuus est actus voluntatis elicitus, quo alicui iusto bonum. Amor effectiuus est actus à voluntate imperatus, quo procuratur bonum optatum, aut dum fuerimus assequuti conseruamus; qui amor cum non sit actus immanens voluntatis, non est vere amor, sed potius dilectionis effectus appellari potest. Amor amicitiæ est quo alteri appeto bonum propter ipsum tantum, vt quo volo alicui sanitatem propter sui beneficium. Qui amor nobilior est amore concupiscentiæ. Concupiscentiæ enim amor, est quo amo alterum propter beneficia mihi ipsi comparanda sicut qui appetit dominum esse diuitem, vt aliquid ipsi largiatur, & similia. Amor amicitiæ, & concupiscentiæ simul, est amor quo diligitur vnum propter aliud, & est unus actus elicitus, sed tamen duo obiecta. Hoc vero quòd est Biel. Stare non potest. Nam sunt toto Cœlo diuersi, ac distincti amor concupiscentię, & amicitiæ. ergo simul vnita esse non possunt. Rursus potentiæ per actus, & actus per obiecta distinguuntur per Arist. secundo de animu; ergo dum fuerint duo obiecta non erit vnicus amor; sed hic apud ipsum sunt duo obiecta. errgo, non erit vnus amor.

Amor complacentiæ est velle alicui bonũ iam consequutum, siue propter se, siue propter aliud, & complacere sibi in illo.

Amor desiderij est quo uolo mihi, vel alteri bonum aliquod. Scribit D.Thom. tertio dist.27. q.1. secundo. Ricard. de med. villa, 3. distin.27.1. quæst. artic.1. Biel. 3. dist.27. quæst. vnica. Brulifer. lib.1. dis.3. & 3. dist.27. q. vnica.

Amatoria pocula dare, nunquam sapit hæresim. HAER. Vlricus consil.206. vt testatur iud. Inquis. verbo apostata. dicit, quòd si datur Hostia non consecrata pro consecrata, sapit heresim. Aliquando tamen non sapit hæresim, sed sunt sortilegia simpliciter & habetur in 6. cap. accusatus. de hæreticis. Expendenda ergo sunt, & considerandum quid contineant pocula amatoria, & tunc Inquisitor poterit iudicare.

Amorrei occiduntur à Codarlahomor. Genes.14.b

Amorreorum vrbes habitat Israel. Numeri 21.e.f

Amorrei bellum inferunt Gabaonitis, quòd pacem fecissent cum Iosue, quos Amorreos tradidit Deus in manus ipsius. Ios.x.a

Amorrei occidunt Israelitas, Deut.1.g

Amor-

quòd

Ange-

ma facie. quibusdam dicta propositio vera appareat, tamen qui rem intimius fuerit contemplatus fatebitur erroneum, ne dicam hæreticum dictum. Qui enim a qua vis creatura Dei actionem, gubernationemque excludit, hic certè rem illam in nihilum redigendam agnoscet. & in huius rei fidem ligat, qui vult sextum Concil. Const. actione 11. tom. 2 pag. 975. Vbi dicitur. Sic Angelis immortales perseuerant non natura reuera, sicut asserui incorruptam, propriene immortalem habentes essentiam, sed gratiam à Deo fortiti, quæ immortalitatem largitur, & incorruptionem eis prouidet. Hoc Doctores vno ore affirmant. Hec idem definitio, quam Dani. dat de Angelis confirmat, & Theodoretus q. 3. in Genesim.

2 *Angeli non sunt ad hominum custodiam deputati.* HAER. Moses docuit suo cantico, Deut. 32. b. Et Dauid, Psal. 33. Immittes Angelos in circuitu timentium eũ. Dan. 10. Princeps regni Persarum restitit mihi 21. diebus. Matt. 18. dicitur; Angeli eorum in Cœlis semper vident faciem Patris mei. D. Paul. ad Hæb. 1. Non ne omnes sunt administratorij spiritus. Item Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem cõstitui custodes; dicit Gloss. Muri sunt Apostoli, custodes sunt Angeli. & Eccl. 17. In vnamquanque gentium præposuit rectores. Glo. id est Angelos. D. Basil. li. 3. de Spiritu Sancto. contra Euthonium: & refertur in Concil. Florent. pag. 470. Idem Doctor Psal. 33. supra illa verba. Immitet Angelos. &c. Et hic est communis Theologorum consensus. & doctissime scribit Lact. Firm. lib. 2. de origin. c. 14. in prin.

3 *Angeli singuli, non sunt singulis hominibus ad custodiam.* TEM. Duo sunt doctissimorum virorum placita, quæ à Theologorum schola reijciuntur. Vnum Diuus Chrisost. hom. 3. ad Coloss. Qui dicit, non singulis hominibus esse Angelos deputatos, sed tantum fidelibus. Quod tamen dictum Magister ex D. Hierony. exponente illa verba. Angeli eorum in cœlis, Mat. 18. non recipit; sed vult, quod vnaquæque anima habeat Angelum delegatum. 2. dist. 9. Magna est dignitas animarum, vt vnaquæque ab ortu suæ natiuitatis habeat Angelum delegatum; quam opinionem sequuntur fermè omnes D. Thom. Ales. Bonau. Ricar. Biel. 2. d. 11. Cartusianus. Hoc vero quadruplici de causa fit à Deo. Primo ad proficiendum in gratia ad præseruationem à culpa, ad resurgendum noxa perpetrata, & facinorum multiplici pluralitate committenda, vt ait D. Bon. Alterum verò dictum est Caiet. sup. Matth. 18. Vbi scribit, quòd ex illis verbis non habetur, quòd singuli Angeli sint singulis hominibus deputati, sed tantum multos esse ad custodiam delegati. Tamen Doctores, & D. Hieron. colligit ex illis. Obs. hic, quòd non negat Caiet. custodiam, nec quòd singuli sint deputati; sed quòd non habetur ex literali sensu illorum verborum. Sequamur ergo cõem Sanctorum, & scholæ sententiam; q̃ singulis hominib. sint singuli Aug. deputati. De puero verò in materno vtero docet D. Thom. 7. dist. 11. q. 3. putat, quòd tunc incipiat Angelorum custodia, ne Dæmon illi nocere possit. Consentiunt multi in hoc dicto Sancti Doctoris.

4 *Angeli custodia indiguit Dominus Iesus Christus.* HAER. Dæmonis (cuius hæretici sunt filij) fuit sententia, quod Angeli custodirent Christum, quoniam dixerat illi. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Doctores verò sancti Dei lumine illustrati è contra dicunt, q̃ non indiguit Dominus Angelorum custodia, nam erat plenus gratia, & scientia ab instanti suæ conceptionis, imo vero est supra omnes Angelos, & eum adorabunt Angeli, vnde Apost. ad Hæb. Et eum iterũ introducit primogenitum in orbem terræ dicit, & adorent eum omnes Angeli eius. Licet tamen Dominum non custodirent, ministrabant tamẽ ei; vnde habetur Mat. 3. Ecce Angeli accesserunt & ministrabãt ei. Scribunt Scholastici de hoc 2. distin. 1. D. Tho. alex. Richard. Maironus, & Biel.

5 *Angeli custodia indiguit Beatissima Virgo.* ERRON. Eodem fundamento, quo probatum est, non egere Dominum custodia Angelorum, quia sciebat omnia, gratia erat plenus, ac supra omnes Angelos; sic nec B. Virgo egebat gratia. Nam ei dictum fuit. Gratia plena. sic ergo tantum Beatæ Virgini seruiebant Angeli non custodiebant. Et hoc ex Priuilegio inquit Maironus.

6 *Angeli non sunt diuersis ordinibus distincti.* ERRON. Probat distinctionem Angelorum

lorum D. Basil. vbi supra. Nam stella differt à stella, sic Angelus ab Angelo. & Clemens Primus lib. 7. constit. c. 35. ait. Aliæ quoque ordinum turbæ, Archangeli, Troni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, inclamantes dicunt. Benedicta gloria Domini. tom. 1. Concil. pag. 104. & Theodor. serm. 7. de Prouidē. Dei. Et ex D. Paulo habetur distinctio ordinū in Angelis. Cum etiam, quæ sunt condita, sint in pondere, & mensura, conglutinata, vt admonet D. Pau. q̄ à Deo sunt ord. sunt, q̄ contrarium affirmat totū vniuersi ordinem euertit. Hunc ordinem agnouit Dionys. vt scribit D. Thom. 2. d. 9. 1. q la prima, articu. 7. Duran. 2. d. 9. primo. Biel 2. d. 9. 1. Videant ergo, qui ab hac via discedant, quantam comminiscantur in beatis illis mentib. cōfusionem. Dion. Cele. Her. c. 10.

7 *Angeli habent corpora sibi naturaliter unita.* TEME. Doctores Neoterici iique præstantissimi tam ex Græcis quàm ex Latinis affirmant Angelos habere corpora sibi naturaliter vnita. & quòd magis est, hoc est determinatum in Concilio Niceno secundo, Act. 5. Cuius verba hic subinferre non est otiosum; nam cum contigisset cum viro quodam omnium scientiarū peritissimo de hoc disserere in medium attuli, verba concilij, qui (cum non haberet, quid responderet) negauit id dixisse concilium. At produxi codicem conciliorum, sicque obmutuit, videant ergo Theologi quid sancitum sit; & ipsissima Concilij verba subscribam. De Angelis, & Archangelis, & eorum potestatibus, quibus & nostras animas adiungo, ipsa catholica Ecclesia sic sentit. Esse quidem intelligibiles, sed non omnino corporis expertes; & inuisibiles, vt vos gentiles dicitis verum tenui corpore præditos; & aereo, siue igneo, vt scriptum est. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Sic autem multos sanctorum Patrum sensisse cognouimus. Quorum est Basilius cognomento magnus, & Beatus Athanasius, & Methodenus, & qui stant ab illis. Solummodo autem Deus incorporeus, & informabilis, intelligibilis autem creaturæ, nequaquam ex toto sunt incorporeæ, & immutabiles pictura exillunt, quare etiam in loco existunt, & circumferentiam habent.

Quamquam autem angeli non sint, vt nos corporei, vtpotè ex quatuor elementis, & crassa illa materia, nemo tamen, vel angelos, vel dæmones, vel animam dixerit incorpoream. Hæc concilium D. Aug. pluries tamen maximè 2. super Genes. ad lit. cap. 17. Origenes lib. 1. Periarchon, c. 6. & 2. li. cap. 2. Cassianus li. 7. collationum, cap. 13. Damas. li. 2. Theologia cap. 3. idem sentiunt. Concilium uerò Lateranense Generale, sub Innocentio contrarium decreuit, quod sunt omnino spiritus. & recentiores omnes, & Scholastici idem dicunt; Quid verò sit dicendum de fide non audeo, sed cum D. Bernardo dicendū erit, quòd hoc parui ponderis est. At neque hoc est satis, nam si concilia duo Generalia ex professo rem hanc discutiunt, & q̄d sit tenendum, decernunt, quare parui erit momenti. Quod meum angit animum est. Quod concilium Generale, authoritate Papę nec errat, nec errare potest. Vtrumque vero Concilium tam Nicens., quam Lateranense fuerunt generalia (licèt hoc non habeant Græci) & Ecclesia tā Latina, quàm Græca conuenit in illis synodis; quale ergo errauit? cui standum? cui credendum? Fortè secundo, qui rem exactius contemplatus est; at in primo pro sui fundamento adducunt verba sacræ scripturæ ex psalmo; Quid? non conuenit expositio, & falsa Concilij illius dicti dilucidatio? & demum consentaneam expositionem Doctorum addit; quomodo ergo negari potest eius authoritas? Alterum ex eodem Concil. act. 4. est dubium; nam eo loci approbat sententiam Athanasij, exponētis illud Psalmi qui sedes super Cherubin. Cherubini omnibus hominibus natura ignoti, spiritus, & ignis sunt, ab omni corporum figuratione, & natura alieni, & quæ de ipsis à propheta, tanquam spiritualibus dicuntur, symbolicum sensum habent. Vide inferius verbo, Cherubini. Disputat de hoc Dominicus Banes. 1. par. q. 51. art. 1. & ex Concil. Lat. probat, quòd hodiè incorporei sint dicendi, quòd nec tacuit Miranda in postilla eiusdem. Concilij.

8 *Angeli non sunt.* HAER. Tot diximus supra ex sacra pagina, quomodo sint Dei ministri, quod & alia centena millia afferre non esset difficile, nisi id exploratissimū esset.

esset. Quid ergo opus est in re manifestissima periclitari? Cum tanta sint in sacris literis testimonia, & veteri, ac noua historia, nam de Abraham legimus, quòd hospitio recepit tot millia occidit. Beatæ Virgini apparuit, ac Alijs, quid ergo hic stultus moror.

9 *Angeli non sunt creati à Deo.* HAERET. Quod Phylosophi aliqui, & doctores Scholastici docēt, nempe, quod creatio ex principijs Philosophiæ non posfit cognosci, in meridianam lucem ostendunt. Nam & Arist. post Platonem & Auerroes fatentur creationem, ut suo loco probabitur. Catholici verò affirmant ex symbolo. Angelos esse à Deo conditos, ac creatos. Nā fatemur Deum esse creatorem Visibiliū, & inuisibilium. Hoc voluit Dauid Psal. 103. Qui fecit angelos suos spiritus. & D. Paul. 1. ad Hæb. hæc verba refert. Rursus. Omnia per ipsum facta sunt. Hoc determinat Ecclesia, de sum. Trin. & fide cathol. De nihilo condidit creaturam spiritualem & corporalem.

10 *Angeli sunt ne creati cum mundo corporeo, vel ante?* Me arbitro, imò vero D. Aug. docente lib. 11. de ciuit. Dei, ca. 32. vtrunque salua fide affirmari potest, & libere quisq; sentire potest, quòd habet; dummodo nō dicamus Angelos esse ęternos, sed in tempore. Quod munndum hunc visibilem precesserint est authoritas, D. Basil. ser. 1. in Hexameron. Greg. Nazian. serm. de Natali D. Hierony. in epist. ad Titum. Ambros. lib. primo Hexam. capit. 5. Isido. Hispalensis Episcopus, li. 1. de summo bono, cap. 12. Damas. 2. volum. fidei Ortodoxæ. cap. 3. Cassianus, lib. 8. collationum. Beda in libello separatarum quęstionum, qō. 9. Theodoretus Cyri Episcopus, q. 3. in Genesim, cum D. Augustino vtrumque libere sentire permittit, nec offendet inquit verbum pietatis. At contra hos omnes est Cōcil. Later. sub Innocentio, decis. Nam ibi dicitur. Creator omnium visibilium, & inuisibilium, spiritualium, & corporalium sua omnipotente virtute simul ab initio temporis, vtramque de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem, Angelicam, videlicet & mundanam. quā sententiam Scholastici multi sequuntur, quòd Angeli simul tempore cum mundo sint creati: Non me fugit aliquos ex nostris, sic interpretari dictum Concilij: & quòd sensus eius est contra Origenem; & non verba, sed intentio est consideranda nam concilij scopus est Origenis placitū refellere, qui eius fuit sententię, vt putaret Angelos primū esse à Deo productos vt spirituali dignitate potirentur, deinde dum peccassent creata fuisse corpora omnia, quibus veluti carceribus detrusę scelerum darent pœnas, sic exponit D. Tho. in primæ decretalis expositione. Liberè ergo quisque de hac re sentire quoduis poterit.

11 *Angeli non sunt creati in Cęlo Empireo.* TEMER. Doctores Scholastici post Magistrum 2. d. 2. vt D. Thom. & Arim. cū quibusdam alijs affirmant eos in cælo empyreo à Deo creatos. Quoniam nobilissima omnium creatura loco etiam nobilissimo debuit produci. Talis vero est cęlum empyreum, ergo ibi creatus est angelus.

12 *Angeli Beati creati sunt.* HAER. Si beatitudo est præmium, si tot ceciderunt, & apostatarunt, quomodo Beati, creati sunt, cum Beatus peccare non possit? Rursus fuerunt viatores, ergo non Beati sunt creati. sic probant Scholastici 2. d. 4. Bonaue. Dur. Biel.

13 *Angeli sunt ne in gratia & charitate creati?* Non modica est inter Doctores controuersia: dum affirmant multi alij negant. D. Bonau. 2. d. 4. q. 2. dicit, quod ista quæstio facti est, nec alia ratio adduci potest, quàm congruitatis, & vtrumque probabiliter tenere possumus. D. Thom. Arim. ex verbis D. Aug. 3. de ciuit. Dei, capit. 9. qui dicit simul in eis condens naturam, & largiens gratiam. Ratione idem suadetur. Deus est ex sui natura liberalissimus, ergo credendum quòd Angelis omnia bona, quibus erant capaces, sit elargitus, ergo & gratiam, cum natura. Hoc etiam Gerson, 4. par. serm. de angelis, Duran. & Olcath. Alteram opinionem probant Alex. de Ales. Bonau. & sequuntur Magistrum. Biel vtraque tueri posse putat, sine temeritate, nec aliqua est Ecclesiæ circa hoc determinatio. Primā etiam opinionem sequitur D. Hierony. Osee 3. & Damas. lib. secundo, capit. tertio, & alij viri peritissimi.

14 *Angeli non habent personam.* ERRON. Nullus

Nullus certè, qui agnoscit, qd personã cõnotet, hoc scripsisse reperi. Nam si sunt, certè non habet esse vniuersale, sed determinatum, ac indiuiduum, ac per hoc personam. Quæ est rationalis naturæ indiuidua substantia. Persona etiam completum quid, & perfectum significat in genere substantiæ, atque vltimam actualitatẽ. Erroneum ergo, ne dicam inexcogitabile est, quod in Angelis non sit persona.

15 *Angeli non possunt assumere corpora.* HAERET. Qui hoc negat, vt fuit Rabbi Moses, qui omnes appariciones, quas refert sacra scriptura imaginarias esse contendit, hic certè in manifestissimam lucem offendit. Quomodo imaginarie suscepit Abraham hospitio, quomodo Dux fuit Thobiæ: quomodo imaginarie apparuit B. Virgini, cum dicatur. Ingressus ad eã. Quomodo viderunt supra Domini monumentum stola candida coopertum. Hæc certissima testimonia probant Angelos assumere corpora.

16 *Angeli in assumptis corporibus nullum opus uitæ exercent.* HAER. Ex sacris literis certo certius deducimus, Angelos in assumptis corporibus eos exercere opera vitæ. Nam ad Abraham, ad Loth, ad Thobiã, ad Beatam Virginem Angelos esse loquutos tradunt sacræ historiæ, imò vero supra Domini Præsepe sacros hymnos cecinisse auditum fuit. Vetus ergo, & noua sacra pagina hæc opera vitalia Angelorum refert.

17 *Angeli sunt ne in tanta multitudine, vt excedant numerum rerum materialium?* Quid Plato sentiat, cuius sententiam aperit fecimus in conuiuio oratione prima, cap. 3. quidue multitudinem, ac numerum rerũ materialium, sicut ętherei globi in quantitate ista corporalia superant.

18 *Angeli non mittuntur à Deo.* HAER. Tot supra abducta fuere testimonia ex sacris literis, vt in præsentiarum sit satis pauca ad memoriam reuocare. Quod Angelus Gabriel fuit missus ad Beatam Virginem. Angelus fuit missus Christo Domino post comparatam victoriam cum dæmone. Angelus eo orante apparuit. Angelus post resurrectionem Domini loquitur mulierib. Petro carceribus recluso mittitur Angelus. Esaiæ apparet Angelus. Scholastici, vt Ganda. quolib. 4. q. 17. Scot. 2. d. 2. q. 10. art. 2. Arimi. 2. d. 6. q. 1. 1. Ocha quolib. pri. q. 5. Biel 2. d. 2. q. 3. primo.

19 *Angelorum natura est inferior homine.* HAER. Franciscus Georgius vir doctissimus aperto marte totis viribus tueri conatur, angelos esse inferiores homine quo ad naturam, sed certè repugnat doctrinæ sanctorum Patrum. D. Aug. in primis li. 11. de ciuit. Dei, ca. 19. Marino Victorino li. 4. aduersus Arrium. Quid quod homines ante Senatoris ortum adorabãt Angelos? Quid, quod Dauid canit. Minuisti eum paulominus ab Angelis. At ad hoc dictum Georgij responsio potius est chimericum dictum, quàm quod sustineri possit. Angeli etiam sunt spiritus, quomodo ergo nõ sunt nobiliores creatura corporali. rursus ex definitione vtriusque hoc probatur. Nam homo est animal rationale, mortale. Angelus verò est substantia incorporea intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera Deo ministrans, gratia non natura immortalitatem suscipiens: sic definit Damasc. Dionysius verò ait, lib. de Diuin. nominibus. Angelus est imago Dei, manifestatio oculti luminis, speculum purum, splendidissimum, immaculatum, incontaminatum, incoinquinatum, recipiens totam (si iustum est dicere) specialitatem, boniformitatis, & deformitatis; & pure declarans in se ipso, sicut possibili est bonitatem, quę est in additis, quàm definitionem Alex. de Ales exponit par. 2. quęst. 20. memb. 3. art. 2. Bonau. 2. dis. 9. circa textum. Quid ergo ex his definitionibus non conuincitur affirmare Angelos esse superiores homine, ad quid noua dogmata excogitare? Ad quid nomen sibi vsurpare supra alios? Ad quid Philosophorum principia oppugnare in his quæ fidei non aduersantur. Demum, direct. 2. par. q. 9. artic. 3. Hæreticum esse dicit, affirmare Angelicum esse ignobilius dici humano.

20 *Angeli cognouerunt ne Mysterium Incarnationis?* Negat D. Hierony. affirmat D. August. & Diony. quos D. Thom. conciliat, qd cognouerunt à principio, quo ad substantiam facti, nempe incarnationem, & alia mysteria. At non quo ad speciales conditiones incarnationis. Biel dicit quòd cognouerunt in verbo à principo; & quòd per Apostolos, dum fuit completum, 2. dis. 9. q. 2. 5. dub. 4. Recentiores nonnulli pro expositione verborum D. Paul. ad Eph. 3.

qui

qui ait, Vt innotesceret nunc principatib. & in Cœlestibus per Ecclesiam multi formis sapientia Dei. Dicunt ergo quòd superiores Angeli qui nuncij fuerunt ex parte cognouerunt mysterium incarnationis. Minores verò non cognouerunt, nisi dum fuerunt completa, nec inconuenit affirmare, quod Angeli proficiant in cognitione, & beatitudine vsque ad diem iudicij. D. Chrisost. hoc vult hom. 1. in Ioannem, & hom. 4. contra Amoneos. Orig. homil. 23. in Leuit.

21 *Angeli cognitione naturali cognoscere possunt mysteria gratiæ.* TEMER. Disputant Doctores hoc at conueniunt eos non posse cognoscere, eo quia excedit eorum obiectum naturale, ac proportionatum. Id verò quòd aliqui dicunt de mente Scoti Angelos cognoscere mysteria gratiæ, accipiēdum est, quo ad cognitionem beatificam non naturali, 4. d. 10. q. 9.

22 *Angelorum ruina fuit superbia, vel luxuria?* Quatenus ex sacris literis conuincere possumus eorum peccatum fuit superbia; qđ sentit Amb. Psal. 118. ser. 7. & episto. 84. ad Demetriadem. Fulg. lib. 2. ad Transimundum Regem de immensitate diuinitatis filij Dei, in principio. At dubium est hac in re, non contemnendum. Nam D. Ambros. lib. 1. de Noe, & arca, cap. 4. Dicit Gigantes qui fuerunt post diluuium fuisse ex Angelorum & mulierum concubitu procreati, & eos propter intemperantiam in seculū cecidisse de Cœlo, virgines propter castimoniam in Cœlum transisse de seculo. D. Chrisost. homil. in die Decollationis S. Ioann. Bapt. dicit: Mulier non solum homines, sed etiam Angelos de Cœlo prostrauit. Philo. in lib. de Gigantibus. Lact. 2. Diuin. inst. cap. 15. Iustinus Martyr in Apologia ad Senatum Romanum, & in Apologia ad Antoninum Pium. Clem. Alex. 3. & 5. volum. Stromatum, putant Angelos peccasse cum mulieribus. Tertull. lib. de habitu mulierum, dixit. Angeli ad filias hominum ruerunt de Cœlo, & post libidinum vaporata momenta Cœlum suspirabant. Methodius Olympi Episcopus in serm. de resurrectione; cum filiabus hominum ob concubitus amorem conuersati sunt. Euseb. Cæsar. li. 5. Euangelicæ præparationis. Phylastr. cap. 108. sui catalogi recenset hæc inter hæreses. Melius ergo erit dicere, quod videntes filij Dei filias hominum; accipere per filios Dei homines iustos, & sanctos, de quibus dicitur: Ecce ego mitto Angelum meum. Malach. 3. a. quàm affirmare Angelos peccasse cum mulieribus. sic D. Aug. quæst. 3. in quæstionibus super Genesim. peccatum ergo non fuit luxuria, vt Scotus dicit; licèt accipiat Scotus luxuriam, pro inordinato amore sui, vt Lechitus interpretatur.

23 *Angeli non vident Dei essentiam.* HAER. Non video quid clarius dici possit pro confutatione huius, quàm quod Dominus dixit. Angeli eorum in Cœlis semper vident faciem patris mei, qui in Cœlis est. & quomodo sunt Beati, si Deum non vident. Hoc Doctores cum antiqui quàm scholastici; & Ecclesia vniuersa docet. At contradicet, quispiam. Athanasius Alexan. serm. super illa verba, Matth. 11. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, videtur affirmare quod Angeli non videant Deum. Chrisost. hom. 14. in Ioannem. Theodoretus Cyrensis Episcopus, quòd non videt per essentiam sed similitudinem. Theophil. in eodem loco dicit. Quin neque Angeli vident substantiam Dei. Euthymius in commentarijs his assentit. Ipsis quoque in materialibus virtutibus inuisibilis est Deus in sua natura. Sed ex doctrina D. Thom. & Scholæ totius conciliantur omnia quod Deus nō videtur oculo corporali. Secundo nec ex proprijs viribus naturæ. Tertiò, quia non comprehenditur, ideo negatur quòd videatur visione nempe compræhensionis, & sic loquuntur vetustissimi illi patres.

24 *Angeli Beati peccare possunt.* HAERE. Repugnat certè ex diametro quòd aliquis sit Beatus, Sanctus, Deum videat & peccare possit, vt Doctores omnes affirmant. sunt enim in termino. Quod verò dicitur à Magistro 2. distinct. 7. de mente D. Hieronym. super expositione parabolę de filio prodigo, & frugi ad Damasum. Quod Angeli Sancti possunt flecti ad malum, quia sunt liberi, exponendum est, dū sunt in hac via, non pro termino.

25 *Angeli crearunt homines, ac Dei cooperatores fuerunt in creatione hominis.* Cherintus, Basilides HAER. Scribit Chrisost. homil. 8. in Gen. & Theod. q. 19. contra hanc hęresim. Cum creatio sit opus Dei tantū,

& infinitam virtutem supponat. Quod vero dicunt, id dixisse Philonem in libro de opificio sex dierum. Platonice loquutus est, qui in timeo dicit Deos minores creasse hominem.

26 *Angeli creant animas hostiat.* HAER. Sacra Genesis dum Adami animam recensset. Vtitur his verbis. Spirauit Deus spiraculum vitæ; nulla fit de ministerio, neque actione Angelorum. & iterum scriptura alio. Spiritus reuertatur ad Deum, qui fecit illam. Iob etiam, ca. decimo. b Manus tuæ Domine fecerunt me. & Dauid in Psalmo. & Hierem. primo, d. Prius quam te formarem in vtero noui te. Verum sicut dispositione aliqua præueniente pater dicitur concurrere ad animam, & Cœli actio. Sic de Angelis affirmari potest; qui cum sint custodes corporum dicantur sic concurrere. At non cooperantur creationi secundum se; vt propositio dicit.

27 *Angeli incarnantur & corpori carneo intrinsecè, vt forma vniuntur.* HAER. Et si videatur fabulosum dictum tamen quoniam hoc aliquos decipit, errorem hunc confutare constitui, & vnde emerserit aperire, Origen. ergo, tomo secundo, in Ioannem super ea verba. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, Ioan. primo dicit, Plerosque Angelos olim incarnatos, & ex ijs forte fuisse vnum Ioannem Baptistam. De quo dicitur: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. Mal. 3 a. Hoc autem Origenis dictum est contra omnes Theologos. & supra diximus, Angelos esse spiritus ex Concilo Lateranensi, & communi consensu scripturarum.

28 *Angeli custodes deserunt homines peccatores?* Basilius vir sanctissimus, hom. in Psal. 33. dicit: Omni in Christum credenti Angelus assistit, nisi illum à nobis per improbas actiones profligauerimus. Velut enim fumus apes, & fędus odor columbas expellit, sic Angelum vitæ nostræ custodem abigit multa lachrymarum aspersione dignũ, ac graue olens peccatum. D. Bernard. homil. 7. Cant. Cant. hoc idem scribit: Angelos quandoque abhominando à nobis recedere. Alber. Magnus primo volum. suæ summæ, quæstio. 8. Dicit Angelos deserere homines, non secundum locum, sed secundum virtutem, & efficaciam, ex nostraque culpa id euenire.

29 *Angeli ad nostram custodiam deputati non vident Deum, nec sunt de sua salute securi.* HAER. Inter alios Origen. errores, hũc inseruit, nempe, quod non sunt securi de sua salute, vt legitur Homil. 35. in Lucam super illa verba. Cum vadis cum aduersario tuo ad principem. &c. Luc. 12. g. Ait ergo, sic si per negligentiam eorum homo corruerit, etiam sui periculum rem esse non nesciunt. Qua in re errat fœdissimè, nam Beati sunt sicuri de sua salute, sicut & homines, quibus dicetur. Venite benedicti Patris mei. Angeli ergo cum dicantur Sancti, quia finem principalem sunt consequuti nempe Deum, vt ait Brulifer distinctio. 9. 6. quæst. 3. lib. Erunt perpetuò beati; imò vero nec modo essent beati, quia timent pœnam in quam incidere p negligentiam possent, at beatitudo apud omnes omnem pœnalitatem excludit.

30 *Angeli moræ quot sint, non est certum ob varias Doctorum sententias.* Nam Scot. tres ponit, & Biel dist. quinta, quæst. 3. vnica 2. In prima mora omnes creati sunt in gratia, & meruerunt. In secunda Boni steterunt in merito, mali ceciderunt. in tertia omnes fuerunt in termino. Posuerunt alij quatuor. in prima fuerunt omnes in naturalibus. in secunda mali ceciderunt. in tertia posita est gratia bonis & meruerunt. in quarta fuerunt omnes in termino. Biel etiam putat, quòd in prima fuerunt vniformes creati in statu naturæ sine gratia. in secunda mora erant vniformes in gratia. in tertia mali multipliciter demeruerunt, & boni meruerunt. in quarta fuerunt in termino. Verum quicquid sit, non repugnat fidei, vt fusius in tractatu de Angelis explicatum à nobis fuit.

31 *Angeli statim post creationem peccauerunt, nec fuit morula inter creationem, & lapsum eorum.* ERRON. Egregiè, vt solet Diuus Bonauent. Rem hanc expendit, quod secundum fidem sit ponenda morula aliqua inter creationem, & lapsum, licèt par uula: Et hinc Doctores comminiscuntur tot instantię, ex quibus Angelorum via componitur. An vero tempore, vel natura pręcesserit aliqui non curant. At melius est dicere, quòd tempore præcesserit

ferit creatio lapsum Angelorum. Quod verò dicitur. Ab initio diabolus peccat. Ioan. primo. 3. Sensus est inquit D. Aug. post initium statim.

32 *Angelorum cognitio vna est tantum.* ERRON. Communis assensus Theologorum est, quod Angeli multipliciter cognoscunt; primo cognitione matutina. Secundo cognitione vespertina. Cognitio matutina est cognitio rerum in verbo, quę est beatifica. Secunda est lumine naturę. Alexand. de Ales adhuc tres cognitione. Vna in lumine gloriæ: alia per species concreatus: tertia per species à rebus acceptas, pri. secundæ, quæstione vigesimatertia. Diuus Thomas etiam triplicem Angelorum cognitionem assignat, in verbo, in mente eius, & in propria natura prima par. quęstio. 12. 10. secundum. Obseruat. quòd cognitio matutina est prior vespertina in vno & eodem, & ordine naturæ. Cognitio etiam Angeli est speculatiua, & practica. Dum etiam cognoscit per species est vicissitudo, & successio, & renouatio operationum, quod non est, dum cognoscit in verbo. Nulla tamen accipit à rebus, nec eius cognitio est causa rerum.

Ratio verò, quòd Angelus cognoscat est sua essentia, sed non perfecta, ideo indiget formis superadditis, & hoc est, quòd dicitur, quòd cognoscit per species innatas, non per acquisitas, nec tamen componendo, aut diuidendo, vel discurrendo vt nos.

Angelorum cognitio in statu naturæ non vidit verbum in se, sed per similitudinem; licet à principio suæ creationis cognouerint aliqua mysteria, & aliqua post, secundum quòd congruit eorum officijs. Et à principio suæ beatitudinis cognouerunt mysterium Incarnationis, non autem quo ad omnes circunstantias. Cognoscunt Deum, ac seipsos per suam propriam eorum essentiam, cognoscunt alterum Angelum per speciem, & etiam alia omnia; & per vnam speciem omnia indiuidua illius specici: & alia quæ ad ipsum spectant.

Nam cognoscendo quidditatem alicuius cognoscit omnia, quæ conueniunt, vel remoueri possunt.

Obiectum verò intellectus eorum est substantia immaterialis. Hæc collegi ex communi Theologorum consensu, & præcipuè Diui Thomæ in diuersis locis. & prima par. quęstio. quinquagesimaquinta, & 57.

33 *Angelus superior non illuminat inferiorē.* TEMERAR. Quoniam multa, quæ non sunt expressa in sacris literis de fide tenentur; sic Angelorum natura vnum inter ea est.

De eorum enim creatione, natura, & intrinseca operatione nihil expressum habemus. Tamen ex Dyon. de Cœlest. Hierarch. Doctores multa affirmant, & inter multa hoc computantur, quoniam superior Angelus illuminat inferiorem. Etenim sicut Doctor illuminat discipulum, quia lumen maius illuminat minus ita Angelus superior inferiorem. Et sicut lux Solis est in se, & in aere, sic lumen superioris Angeli respectu inferioris se habet. illuminat confortando uirtutem intellectiuam sicut corpus fortius infirmum illuminat quia distinguit intelligibilia, sicut Doctor discipulo.

Illud enim, quòd inferior à superiori habet est accidens, non idem numero, sed velut Solis est in se & in aere. Illuminat non tradendo species, vel eas infundendo; sed quæ insunt illuminantur, vt plura cognoscat. Illuminatio verò non est respectu eorum, quæ naturaliter cognosci possunt, neque quo ad beatificam, sed illuminantur de his, quæ pertinent ad Mysteria gratiæ, nec repugnat, quòd illuminentur de his, quæ per accidens pertinent ad beatitudinem.

Nec tamen per hoc, quòd Angelus superior illuminat inferiorem, sequitur, quòd homo Beatus superior Angelo illuminet ipsum Angelum, vt aliqui dicunt. Diuus Thom. secunda secundæ, quæstio. 181. secundo, secundum. Hæc ergo sunt quo Doctores precipuè Diuus Thom. Bonauen. lib. secundo, distinctio. quarta, quæst. vltima. Biel 3. dist. 3. quæstio. secunda.

34 *Angeli non loquuntur vnus ad alterum.* HAER. Pluries testantur sacræ histo-

rix Angelos hominibus esse loquutos, quare etiam negandum erit, quod Angeli inter se, non loquantur, esset profecto non modica imperfectio in Angelis, si unus alteri non loqueretur. Hinc Doctores nemine discrepante scribunt Angelos loqui inter se. Obseruare debet lector, quòd sicut humana loquutio est cõceptuum explicatio, sic loquutio Angelorum fit explicando conceptum unius alteri, quia ordinat suum conceptum ille, nil in illo causando. Nam uoluntas vtitur specie cum noluerit, sic & format intellectus verbum, cum ordine ad uerbum extrinsecum, quòd est imperare tale uerbum formatum, & alteri ordinare, quæ ordinatio est ipsa manifestatio. Hoc idem nobis contingeret si homo absque sensu intelligere posset. Sicut ergo unus Angelus alteri loquitur manifestando, sic poterit unus Angelus pluribus loqui, & plures audire, & plura loqui, non tamen ut plura, sic nec intelligere. Hęc D. Tho. Bon. 2. distinctio. 10. Biel. dist. 9.

35 *Angelus cognoscit cogitationes cordis nostri in se.* HAER. Hoc Dei solius esse munus contendunt & Philosophi, & testantur millies Sacræ Literæ. Prauum est cor hominis, & inscrutabile; quis cognoscit illum. Ego Dominus scrutans renes, & corda. Hier. 10. quæ sunt hominis, nemo nouit nisi patrem. Nemo ergo proprie, ac distincte in se poterit cognoscere cogitationes cordis, nisi Deus. Pendent enim à uoluntate nostra tantum. Rursus, sunt extra ordinem rerum naturalium, ideo, nec Angelus potest ea in se cognoscere, sed tantum per effectus.

36 *Angelus non est in loco.* HAER. Si tot, ac tanta Deus operatus est circa homines ministerio Angelorum, & in dies operatur quomodo non est in loco? Si ergo Angelus habet corpus sibi vnitum erit in loco per proprium corpus, si uero est tantum spiritus erit in loco per operationem. Si nunquam operatur erit etiam in cęlo empyreo, & cum non possit dici, quòd nullibi sit, & per suam substantiam seclusa externa operatione adhuc erit in loco saltem incomplete, sic schola docet.

37 *Angelus non mouetur de loco ad locum.* HAER. Ex superioribus operationibus Angelorum modo in vno, & postea in alio loco conuincitur eos mouere de loco ad locum. Quid? nonne Angelus, qui dux fuit Tobiæ iunioris successiuè fuit in diuersis locis? Hoc de Angelis qui apparuerunt Abrahę. De Gabrielo, qui Beatiss. Virginem salutauit.

38 *Angelus an possit esse simul in pluribus locis totalibus, & si in pluribus partialibus.* Negant primum discipuli D. Thom. affirmãt secundum. Nam Angelus comburens Sodomam erat in vno loco totali, nempe ciuitate, erat in pluribus partialibus, quia partes ciuitatis quę comburebantur erant diuersæ, sed tantum partialiter. sic ergo disputant. An Angelus possit simul esse in ciuitate, & regno toto, incertè respondere possumus, quia eorum virtus, & potestas non innocescit nobis.

39 *Angelus non potest moueri motu discreto de loco ad locum, nisi transeat per media.* Hoc est Scoti placitum, quod aliqui ex nostris (vt ipse proprijs auribus audiui) tamquam hæreticum dictum confutarunt, ideo hic notare volui; nec video quomodo hæreticum quis censere possit hoc dictum, quod non audet affirmare Caietan. nec aliquis alius, qui ante nos disputauit cum Scoto. Multa enim exiguntur ad hoc quod aliquid pronunciatum sit hæreticum, & priusquam hac nota maculetur, opus est exactè eius veritatem expendere. Non potest ait Scotus Angelus, neque motu discreto transire de loco ad locum, nisi transeat per media, neque priorem locum relinquere, & in alio operari, vel suam virtutem applicare, nisi per media transeat, quia distantia impedit eius actionem.

Qua ergo ratione est hęretica hæc opinio; scriptura, sacra Concilia, Doctorum conuentus, contrarium docet? Non profectò. Fateor tamen verosimilior est Diui Thomæ opinio. Quod possit Angelus transire, & operari, sine hoc, quòd per medium transeat; at non est de fide eius (hac in re) sententia. Scot. 2. sententiarum, distinctione secunda, quæstione vltima.

Angeli

40 *Angeli beati merentur in beatitudine, quo ad præmium essentiale.* HAERET. Si rem probe colligo ex Origene videtur mihi, quod de mente ipsius sit affirmandum, ꝙ Angeli mereantur ex nostra custodia. Nam homil. 15. in luc. dicit. Scientes quòd si nos bene gubernauerint, & ad salutem vsque perduxerint habeant ipsi fiduciam videndi faciem patris. Hæc sunt eius verba; quæ de præmio accidentali interpretari non possunt. Quoniam videre faciem patris præmium est essentiale. Dicamus ergo, quod non mærentur essentiale præmium, quòd iam sunt consequuti. Hic nāque omne meritum comparatur. & motus cessat dùm fuerimus terminum consequuti. At illi sunt in termino, & patria. Rursus, quis vnquam meretur quod possidet? iam assequuti sunt Angeli beatitudinem, non ergo eam mereri amplius possunt. Præmium etiam mercedem comitatur. Vident autem Deum, & visio est tota merces, non ergo amplius essentiale præmium promereri possunt. Nam quòd videant expresse Dominus dixit. Angeli eorum in cœlis, semper vident faciem Patris mei. Dubium vero enascitur. Quoniā & Dominus dixit. Gaudium est Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente, ergo, adhuc cum eorum custodia, & monitis peccatores conuertuntur ad Deū remanet præmium, Soluit D. Tho. hoc quod intelliguntur verba illa de gaudio, qđ pertinet ad præmium accidentale. Vel vt ipse subintulit. Melius est dicere, quòd Beatus nullo modo mereri potest, nisi sit simul viator, & comprehensor, & illud gaudium magis acquirunt ex beatitudine virtute q̄ mereatur, prima par. qōne 62. qla. tertiū.

41 *Ang. in Cœlis non orant pro nobis*, HAER. Apertus locus est Thob. 12. Vbi dicitur, quod Angelus Raphael obtulit orationes & eleemosynas Thobiæ. & Zac. 1. dicitur. Angelum orasse pro ciuitate Hierusalem, contra quam Deus erat iratus. Matth. 18. Angeli eorum vident faciem Patris mei, quid aliud insinuari Dominus uoluit, nisi quod orant Angeli pro nobis. Origenes li. 8. Contra Celsum. Vltro se adiungere immunera Sanctorum, Angelorum millia & intercedere pro mortali nostro genere, & (vt ita loquar) laborare nobiscum in hoc certamine. D. Ambros. lib. de viduis, idem scribit. Obsecrandi sunt Angeli pro nobis qui nobis ad præsidium dati sunt; martyres obsecrādi quorū uidemus nobis quoddam corporis pignore patrocinium vindicare. Hinc Ecclesia in Litanijs Angelos depcamur. Orate ꝑ nobis oēs Angeli.

42 *Angeli creant corpora, non Deus.* HAER. Quid ergo voluit Moses significare cum dixit. In principio creauit Deus Cœlum, & terram. Quid Symbolum tot Concilijs receptum. & omnium Doctor. consensus. Meritò Direct. Inquis. 2. par. q. 7. nume. 14 D. Antonin. 4. par. tit. 11. c. 5. §. 1. confutant hanc hæresim, nec aliquis nisi hæreticus creationem creaturis atrribuit. Et de summa Trinit. & fid. Catho. decreuit Ecclesia, Deum corporalem creaturam creasse.

43 *Angeli non diligunt Deum.* HAER. Contra hoc pugnat communis authoritas Sanctorum, & ratio naturalis. Nam pars diligit totum, & effectus causam respicit. Demum hac de causa sunt beati.

44 *Angeli non eguerunt gratiā, vt mererentur.* HAER. Nemo pōt extra limites suæ virtutis operari, Actio vero, qua beatitudinem mæremur, est supra naturam etiam Angelorum,, hinc Doctores affirmant illis necessariā esse gratiā ad eorū operationē meritoriam. Et idem est iudicium de hoc, quo ad Angelos, & homines. Gratia ergo Dei sunt id quòd sunt. & sine ipsa nihil meritorium agere possunt. Et de merito erit sermo suo loco, quòd non est sine gratia.

45 *Angeli non maruerunt suam beatitudinem.* HAER. Si non meruerūt, quare quidam beati in Cœlo remanserunt, alij verò ceciderunt, si non meruerunt, qua via sunt assequuti. Rursus, vocatur præmiū, quod illi sunt consequuti: & hoc quidem sine præuia actione nō pōt quispiā assequi. Quod est cōe placitum Doctorum omniū.

46 *Angeli peccare non potuerunt, dum fuerunt viatores.* HAER. Communi Doctorum expositione, Sanctus ille Propheta de Angelis loquutus est, cum dixit; quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris. & millies repetitum est, vt in Apocalyps. Eiectus est serpens ille antiquus de Cœlo. & post prælium accerrimum. Michael Victoriam est consequutus.

47 *Angeli hominem reparare potuerunt.* HAERE. Hanc rem pulchre inter alios explicat Fulg. li. 2. de immēsitate Diuinitatis fi-

lij Dei ad Transim. Regem, in principio. Nec poterat Angelica natura hominem reparare, quia & ipsa ceciderat. Angelus ergo ut pura Creatura pro nobis satisfacere non poterat, ut scholastici in 3. disputāt. Plura uero adducere non erit opus. Ad grauiora tendamus. De Angelis hęc Analitice dicta sunt, quæ de fide uel ad fidem attinere uel consequi iudicauimus.

Anni.

Anni mundi, quot præcesserint, scire nemo potest. ERON. Colligunt Doctores supputatione quadam annorum numerum ab orbe condito vsque in hanc diem. Maximum etiam est dissidium in supputatione annorum ab orbe condito vsque ad Domini ortum. Rabbi Naason. 3707. Rabbi Abrāā 3754. Hebręorum Cronica. 3760. Hierony. & Beda 3952. Picus Mirand. 3958. Ioannes Lucidus 3960. Abbas Vspergensis. 3962. Theophylus 3974. Carolus Bouillus. 3989. Iosephus Mathatiæ. 4103. Odiatin Astronomus 4320. Cassiodorus. 4697. Origenes in Matth. 4830. Epiphanius Salaminæ episcopus. 5029. Paulus Orosius. 5049. Philo Iudéus. 5195. Isidouis Hispalensis. 5196. Eusebius Cæsari. 5199. Ioannes Nauclerus. 5201. Albumasar Astronomus. 5328. Aug. 5353. Iornandus. 5500. Suidas. 5600. Lactatius. 580. Philastrius Brexiens. episcopus. 5801. Alphonsus Rex Hispaniæ. 6984.

2 *Annorum numerum, quo mundus terminabitur, scire certo possumus.* HAER. Cum de hac re Dominus aperte dicat. De die illa, nemo scit, neque filius Hominis, non est cur homo quispiam cogatur hæc perscutari, & pro certo affirmare, cum ignorat, dū hæc contemplatur, an in sero sit uiuus, uel mortuus. Attendā t concionatores, dum diem Iudicii futurum prædicant, ne illi tēpus præfigant: hoc enim temerarium, & hæreticum est, poterit tamen orator Catholicus, ad alios excitandos, diem imminere prædicere, at non certum annum assignare. Hoc Lact. fecit lib. 7. de Diuino præmio, cap. 14. qui putat consumationem mundi post annum sextum millesimum futuram, quo numero expleto consumationem fieri necesse est, & humanarum rerum statum in melius reformandum huius rei argumentum est, quod die septimo requieuit Deus ab omni opere, sic per secula sex, idest annorum sex millia manere in hoc statu mundum necesse est. Dies enim magnus, mille annorum circulo terminatur, sicut ergo sexto die homo est conditus, ita sexta ętate, hoc est post sex millia annorum erit ad cœlum adducendus vt Sanctus, & perfectns. Hæc lact. quæ non certo conducunt, nec hystorice sunt ab eo dicta, uidit enim uir ille Doctissimus, q̄ rationes istę, non ostendunt, sed suadēt, nec ad tanquam ad aram ad eas est confugiendum, sic & nos dicere possumus. De his inferius uerbo, mundus, ex quinto Iul. Hilar.

Anima.

Anima hominis est ex Dei substantia. Manichęus Priscilianus. HAER. Quoniam teste Mose Gen. 2. Animam spirauit Deus Adamo, & dicitur spiraculum vitæ, & a Deo creatum, non poterit esse Dei substantia, si ex Dei substantia est creata, gaudet ergo anima Diuinis attributis, ergo non forma corporis erit, quoniam Deus, non est forma, ergo. imobilis ego Deus & nō mutor. Iure itaque Leo primus in suis decretis damnauit hanc hæresim. Tom. 1. Concil. pag. 713. col. 2. Rursus. Cōcilium Bracar. primum cap. 5. dicit si quis animas humanas, uel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichęus, & Priscillianus dixerunt. Anathema sit. Aug. etiam damnat, lib. 8. de Ciuit. Dei, cap. quinto, e. Et Schola omnis. Marius Vict. libro primo aduersus Arrium.

2 *Anima hominis prius in cœlo peccauit, & ut pœnas lueret corpori est coniuncta. Origenes. Priscilianus.* HAER. Placet nonnullis fictitium hoc, ab origene esse excogitatū, quem sequutus est Priscillianus. Damnat Leo primus in suis decretis, ut Tomo primo. Conciliorum refertur. pag. 714. Colum. 1. & Bracar. Concil. cap. 6. Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc, in corpora humana in terra deiectas, sicut Priscillianus dicit. Anathema sit. Contra hoc etiā pugnat dictum D. Paul. Cum adh uc nati nō fuissent, nec aliquid boni egissent, à uocante dictum est. Iacob dilexi, Esau autē

odio

odio habui. Rursus. Adam post peccatum è Paradiso fuit eiectus, quomodo ergo etiam ante peccauerat. Damnarunt ante nos hunc Origenis errorẽ Epiphanius Salaminæ Episcopus li. 2. Pauasij. Theoph. Alex. lib. ¶. Paschalis. Hierony. ad Pammachium, Cirill. Alexand. lib. primo. Comm. super Ioannem plures rationes adducit, & numero sunt 23. Quarum aliquas hic exscribere non erit inutile. Primò ergo arguit. Si anima venit in hunc mundum, vt illuminetur, quomodo datur, ut pro pœna uniatur corpori. Secundò. In pœnam ergo fuit dictum Abrahæ, quòd eius semen erat quasi Stellas multiplicandum. Gen. 18. b. Tertio. Moses precatur Deũ, vt numerus filiorum Israel augeatur. At ad quid petere, vt augeatur ad tormentũ. Quarto Anna longa oratione petijt, & obtinuit Filium, 1. Reg. 2. Quinto, Ezechias obtinuit precibus, ne moreretur, non ergo ad pœnam. Esa. 38. a. Sexto si ante corpora peccauimus ad quid tempore diluuij moriũtur impij, & saluantur iusti cum Noe, si ad pœnam est hic anima è contra res euenire debuit, nempe mori Noe, & saluari ad pœnam impij. Gen. 6. Septimo dictum fuit de ceco nato, quis peccauit hic aut parentes eius, & responsum, quòd neque hic, neque parentes eius. Ioan. nono. Octauo rursus ad quid Dominus Lazarum amicum suscitat. Demum quare D. Paul. nos hortatur, vt exhibeamus corpora nostra ostiam viuentem. Roman. 12. a. Turpissime ergo errauit Origenes, exponens Dauidis verba. Induxisti nos in laqueum. Psal. 65. Quod anima corpori infundatur pro pena scelœrum commissorum.

3 *Animarum, & corporum, non est idem caput.* HAER. Subobscurum est dictum, & ex eius confutatione elucescit, quæ est Leonis Papæ, vbi supra. Fuerat enim quorundam opinio; quod Animarum caput essent Patriarchæ corporum verò nostrorum cœlestia corpora dicebant esse caput, quorum imprudentia damnat ibi summus Pontifex. Nam Deus dedit Christum caput totius ecclesiæ, & omnis principatus, ac potestatis, ut scribit D. Paul. ad Colossen. secundo.

4 *Anima humana per paternum semen generatur.* HAER. Ascribunt hanc heresim Tertulliano, quam confutare non est difficile. Nam Sapien. primo. dicitur: Creauit Deus, vt essent omnia. Secundo D. Paul. ad Hebr. 13. Qui omnia creauit Deus est. Tertio Apoc. 4. Quia tu creasti omnia. & de summa Trin. & fid. cathol. cap. primo. Hoc docet D. Aug. lib. 11. de Trin. cap. 2. g D. Thom. pri. par. quæst. 118. secundum. Nec est cur Alphons. de Castro mordeat sanctum Doctorem, qui eius mentem non percipit, neque vnquam docuit, quòd pater generet animam, sed preuiè disponit corpus. A Deo ergo creatur, vt probatũ est. Ad hæc Isa. 27. omnem flatum ego feci, Psal. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum, Zach. Qui splantauit animam hominis in eum. Et Gen. secundo. Hoc os, ex ossibus meis, dixit; Non anima ex anima mea. Biel 2. d. 17. q. prima. Cortesius 2. d. distinct. quinta.

5 *Anima humana cum corpore moritur.* HAERET. Digladiantur Phylosophi in huius rei decisione, & quid sit ad aures Arist. & secundum Phylosophiæ, ac rationis naturalis principia affirmandum non conueniunt, vt tertio lib. de anima longa digressione exposuimus. At animę nostræ immortalitatem sacræ literæ apertè, & explicitè proponunt. Primò, Genes. 27. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Iob 21. Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. capit. 2. 3. & 4. apertissimè refert animas cum corporibus non interire, Eccle. 12. spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Sapiens. 5. Spes illorum immortalitate plena est. Sapien. 11. Creauit Deus hominem inexterminabilem. Rursus. Exod. 3. Deus dicitur viuorum, non morientium. Ad hæc Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animas autem non potest occidere. Luc. 16. Anima Lazari requiescit in sinu Abrahæ. Ioann. 12. Qui odit animam suam custodit eam. & D. Paul. infœliciores essemus omnibus hominibus. Ecce ergo tot testimonia, quæ apertissime probãt animam esse immortalem. & illud vltimo addo. Ibunt ij in supplicium æternum, Iusti verò in Regnum æternum. Matt. 25. D. August. lib. 6. de ciuit. Dei, capit. 12. B. Lactan. lib. 3. de falsa relig. fusius per multa capitu. Adducere verò sanctorum Conciliorum in huius rei confirmatione

tione & Doctorum superuacaneum est, quando res certa est. Reliqua aggrediamur. Si quispiam scire desiderat videat decretum Leonis X. Pontif. Max. in Concil. Lat. Direct. Inquis. par. secunda. quæst. 6. nume. 59. Melius esset etiam si vnicuique Academiæ Ecclesia præciperet, vt nullo modo liceret etiam Phylosophorum placita recensere; sed veritatem tantum exponere.

6 *Anima vna est omnium homnum*. HAERE. Auerrois sententia adeo stulta, adeo vana, adeo inconstans, adeo repugnans Phylosophiæ principijs, vt magis decisione, quàm confutatione sit digna. Quid enim fœdius dici potest quàm vna esse omnium animam, illamque tantum assistere, non informare corpus, quod validissimis rationibus oppugnat, & expugnat D. Thom. & in Latera. Concil. damnatur, tom. 3. pagi. 622. col. secunda. Non est qui sequatur Auerro. etiam inter Phylosophos, nisi qui passionibus, magis quàm veritati inseruire cupit. Et ne nos videamur somniare, has rationes contra hanc hęresim, (etiam in phylosophia) adduco.

7 *Aię sine corpore exactè, atq; pfectè, pro cõmissit criminibus pœnas inferni patiunt̃*. HAER. Hũc errorẽ Græci tenuerũt, & ex Cõcilio generali. 8. confutatur. to. 3. pag. 377. Vbi Latini subinferunt. Nos animas delinquentes absque corporibus suis (patres amplissimi) non perfectè puniri, vt ipsi quoque tenetis credimus. & infra, ita tamen, vt aliam cum suis corporibus perfectionem expectent, qua quidem perpetuò fruantur. Doctores omnes affirmant, ꝙ & corpus puniri debet, quoniam & peccata etiam instrumentaliter commisit. sed cum de pœnis sermo inciderit, hoc explicabitur.

8 *Animę Purgatorij non sunt de sua salute securæ*. Lut. HAER. Doctissimus Caietanus scribit in suis quodlib. contra hanc hęresim; quæ à Leone Decimo in Bulla contra Luthęrum euulgata confutat. tom. 3. Concil. pag. 717. Si ergo animæ, quæ sunt in purgatorio, vident omnia, quæ ad ipsas pertinent, ergo sciunt se esse securas, quoniam à Deo sic sunt ad pœnas condemnatæ. Secundò Dum essent in præsenti sęculo, nouerant, quòd si ad purgatorium dãnarẽtur essẽt securę, ergo sũt securę. Hinc multi viri pijssimi cupiunt, & exposcunt, vt post mortem potius vsque ad diem iudicij sint purgatorij tormentis cruciati, quàm ad infernum deputati, quoniam inibi sunt securi de salute, illic vero nulla est redemptio. Tertio, remanet spes in animabns, ergo sunt securæ de sua salute. Diuus August. idem probat, lib. secundo de ciuit. Dei, cap. nono. Quod piorum animæ sacrificijs viuentium iuuantur. Arguit Luth. sunt eędem pœnæ purgatorij, & inferni. ergo non sunt nec istæ securæ. Dicitur ad assumptum; quòd pœnæ purgatorij, & inferni sunt eædem, non autem quo ad perpetuitatem. Secundo, multæ animæ apparuerunt, quomodo ergo sunt reclusæ in purgatorio. Dico primò, quòd vt plurimum istis apparitionibus non est credendum. Dico secundo, quòd est ex speciali Dei gratia, vt sic viuorum suffragijs à pœnis liberentur. Sunt ergo in manu Dei, sicut & Latro dicebatur esse in Paradiso apud Chrisost. & Gerson tertia par. tract. de Canticis. Dicit quòd in purgatorio cum afflictione est solatium ex certa spe beatitudinis. Sciunt ergo se suffragijs liberandas. Diuus Thom. quarto, distinct. 21. quæstione prima, articulo primo, qla quarta, c.

9 *Animæ, quæ sunt in Purgatorio, semper peccãt. Luth*. HAERET. Si animæ, quæ in purgatorio detentas sunt in gratia, & charitate, & post præsentem vitam, non sit locus purgatorij, nisi vt pœnis pro commissis criminibus satisfaciat, vt suo loco dicam; non eruntinibi animæ, vt peccare possint. Imo verò cum Dauide semper dicunt. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita anima mea ad te Deus. Hunc errorem idem summus Pontifex superiori loco damnat.

20 *Animę in Purgatorio mærentur suam beatitudinem*. Luthęr. HAERET. Si animæ in purgatorio non possunt peccare, ergo nec mœreri, quia oppositorum eadem ratio, quo ad hoc in puro homine. Namque scio. quòd poterat inmo de facto mœruit Christus, non tamen poterat peccare; mœruerunt Angeli in primo instanti, & tamen peccare non poterant, sed non est æqua ratio de Christo Domino, & de Angelis, & de statu animarum in purgatorio. Secundo, elargitur Ecclesia in-

indulgentiam pro mortuis, vt sic nostris præcibus subleuentur. Ergo non possunt mereri de se. Diuus August. capitu. 110. in Ench. Illis prosunt suffragia Ecclesiæ, qui dum viuerent mœruerunt. Item. Hic omne mœritum comparatur. Rursus, idem. Nemo speret, quòd hic neglexerit cum obierit se à Domino promœreri, quo possit post hanc vitam, releuari quispiam. Hortantur semper Sancti, vt hic Satagamus, & laboremus, nam veniet tẽpus, quando mœreri amplius non dabitur. Arguunt aduersarij.

Primo, timor est in purgatorio, ergo meritum. Dicitur, quòd nulla est consequentia.

Secundo sunt in via, quia adhuc non peruenerunt ad patriam, ergo, mœreri possunt. Dicitur, quòd propriè non sunt in via, sed tantum vt opponitur termino vltimato.

Tertiò, virtus in infirmitate perficitur, ergo mœrentur. Dicitur, quod loquitur Apostolus pro præsenti vita nõ de alia; aliàs etiam in Cœlo poterit perfici virtus, quòd falsum est.

Quarto, diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum, ergo, pœna illa erit mœritoria. Fateor, quòd in bonum satisfactio in bonum cooperatur, non tamen sequitur, quòd mœreantur.

Quinto, quomodo possunt perseuerare, nisi charitas augeatur, ergo merentur. Respondeo, quòd perseuerant, non ex merito, sed ex charitate, quæ in eis saluatur. Mœrentur ergo aliquo modo quo ad satisfactionem, & quo ad culpæ venialis remissionem, & est meritum non quo ad præmium essentialem, sed accidentale, quia sunt aliquo modo viatores. vt docet D.Thom. quarta distinct. 21. quæst. prima, artic. 3. q1a prima quartum. & dicitur viator secundum quid, quia retardatur à beatitudine non autem simpliciter. D.Thom. 4. distin. 45. q. 2. primo. quæstiuncula 2. 3.

11 *Animæ, quę à pœnis Purgatorij, liberantur suffragijs viuentium, sunt minus beatæ, quàm si proprijs meritis meruissent.* Luth. HAER. Longa oratione confutat doctissimus Roffensis, videat Lector apud ipsum. Hanc etiam Leo Decimus explodit loco dicto.

12 *Animæ à Purgatorio non liberantur viuorum suffragijs.* GRAECI HAER. Sóniculosi Germani, ne dicam ebrij, iure purgatorium negantes, & suffragia mortuorũ derident. Catholici verò sacrarum literarum dicta. Sanctorum Apostolorum traditiones sequendo, hortantur fideles ad mortuorum suffragia, imitantes Thobiã. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue. Iudas ille Machabeus ad quid tam magnum auri pondus obtulit Hierosolymam, nisi esset purgatorium, & animæ inde liberari possent, ac redimi. Hoc etiam ex Apostolorũ traditione habemus. Nam D.Chrisost. homil. 69. ad populum Antioch. ait. Non temere ab Apostolis, hæc sancita fuere, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Dionys. Areop. lib. Eccles. Hierarch. cap. 7. Damas. idem esse ex traditione Apostolorum scribit in quadã concione, & meminit D.Thom. 4. senten. Clemens. I. in compẽdiolo, mortuos sepelire, & diligenter earum exequias peragere commendat. Tertullianus de exhortatione castitatis pag. 581. Sic scribit. Etiam repete apud Deum, pro cuius spiritu postulas, pro quo oblationes annuas reddas Origen. in Iob lib. 3. pag. 500. Propterea, & memorias Sanctorum facimus, & parentum nostrorum, vel amicorum in fide morientium deuotè memoriam agimus. S.Cyprian. episto. 9. lib. primo. Non est, ꝙ pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut depræcatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequenter, vt Sacerdotum decretũ religiosè & necessariè factum à nobis seruetur. Athan. lib. de varijs quæst. quæstio. 34. Quid ergo? num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cum super illas fiunt conuentus, & per actiones bonorum operum & oblationum? Greg. Naz. oratione 2. in Iulianum Imper. & 7. in Cæsarium. Epyph. contra hæresim Aerij. heresi 75. pag. 440. Possidonius idem dicit in vita B.August. Episcopi. Pro eius commemoranda corporis depositione. Sacrificium Deo oblatum est. S.Monica, vt D.Aug. lib. 9. confess. Tantum illud vos rogo, vt Domini Altare memineritis mei, vbi fueritis. S.Amb. oratione pro obitu Valentiniani Imperatoris. D.Augu. serm. 32. de verbis Domini. Ac pro illis quoque id offerri cõmemoretur li. 2. de ci. Dei, c. 9. li. 9. conf. c. 12. epis. 64. ad Aurelium. oblatio-

nes

nes pro spiritibus dormientium, ipsos vero aliquid adiuuare credendum est. Grego.4.Dialog.cap.57.& epistola ad Bonifacium Episcopum. Theophilactus super Luc.12.Cassianus collat.27.Leo Papa sermo de ieiunio Pentecostes. Isido. lib.1.de officijs Ecclesiasticis, ca.18. dicit esse Apostolorum traditionem. Idem Rabanus Maurus lib. 2. de institutione clericorum, capitu.44. Clemens epistola ad Iacobum fratrem Domini.lib.etiam const. Apostolicarum, cap.30. Ber. super Cant. concilia quàm plurima hoc idem difinierunt. Cartag.tertium.cap.29. Cartag.quartum. cui interfuit D.Augus. Can.79.& 95. Vasense primum Canu.4. Agathense cap.3. Tolet. vndecimum, can.12. Triburense Can.31. Bracarense primum Can.34. Cabilon.secundum, cap. 32. Florent.in literis vnionis. Tridē.sess.25.parte prima, in Decreto purgatorij. Quem ergo non conuincunt, quem non emoliunt, quem non arguunt tot sacræ paginæ.sanctorum Conciliorum decreta doctissimorum Patrum testimonia ò te perditam Germaniam, ò filij desortores, ò miseros homines, quando iugum excutietis, quando vestros progenitores ante oculos habendos esse existimabitis. Certè, quibus hęc non sunt satis, superfluum est plura afferre, sed ne aliquid sit, de quo conqueri possint, expendamus earum rationes, quibus probat suffragia non prodesse. Obijciunt primo. Apostoli nunquam docuerunt orandum esse pro mortuis, ergo non orandum. Dicitur ad antecedens, quòd Apostoli docuerunt. vt author est Chrisost. Damascenus Isid. Rabanus Maurus, & consuetudo Ecclesiæ vętustissima, & Sancta Monica id petijt, vt testis est D.Aug.lib.9.Confess.capit.9. Secundo, Mortuus nihil scit, memoria enim eius deleta est, neque cuiusque rei, quæ in mundo est, aut quæ sub sole fit, est particeps. Respondeo, quòd naturaliter non scit, & hoc voluit Tob.14. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelliget. Vnde D.Augus.lib.1.de cura pro mortuis gerenda capit.15. ait. Proinde fatendum est, nescire quidem mortuos quid hic agatur, sed dum hic agitur postea verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo perueniunt. D.Greg.12.Moral.cap.13. Sicut hi qui adhuc viuentes sunt mortuorum animæ, quo loco habeantur ignorant, ita mortui vitam in carne viuentium post eos qualiter disponatur nesciunt, quia & vita spiritus longè est à uita carnis. Hoc ergo vult insinuare sapiens, quando dicit Eccles. 9. Mortui, nihil nouerunt amplius longè est à vita carnis. Hoc ergo vult insinuare sapiens, quando dicit Eccles.9. Mortui nihil nouerunt amplius, nec habent ultra mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum. Suffragia enim ad Deum porrigimus, non ad mortuos, quib. (Deo permittente) auxiliantur animæ, vt à cruciatu liberentur, sciunt tamen hanc nostrā supplicationem ex speciali Dei reuelatione, si non naturaliter, vt docet D.Th.1.par. q.30.8.primum. Tertiò prohibitum est in sacris literis, ne mortuorum curam hēamus. Deut.15.& 26.Leu.11.Ezech.44. Ne lamenteris mortuum (inquit Sapiens) nihil ei proderis. Ad hanc authoritatem, quam ex Deut.& Leu. afferunt respondetur, quòd nullibi reperitur, quòd assumit nempe quòd pro mortuis curam non habeamus. Prohibetur tamen Leu.21. Nume.6. Ezech.44. Ne Sacerdotes tangant mortuos, ne inquinentur. Ad illud verò dictum. Ne lamenteris, mortuum. Dicitur quòd prohibetur inordinatus fletus. Quarto, affirmant Apostoli, iustos esse in manu Dei, non tamen pręcipiunt pro eis orandum: ergo non tenemur. Respondeo, quòd ex traditione Apostolica est institutum, vt pro mortuis oremus, q̄ iam probatum est. Multa enim habemus per traditionem, quę non sunt scripta, vt suo loco explicabo; sicut est ipsum sacrificium Missæ, & alia quàm plurima, de quib. Apostolus. Cætera cum venero disponam. Quinto Christus semel oblatus est, ergo quid tot oblationes. Dicitur quòd non est nouum sacrificium, sed vnicum in Cruce factum, & noua illius memoria, & repetimus sacrificium ad speciales fructus obtinendos, non vt Christus quotidie in Cruce moriatur. sed vt Deus misereatur. Si annis singulis celebrantur festa etiā apud Gentes, & Turcas, quare nos non possumus orare quotidie. Si singulis annis Rex, vel Respublica in memoriam alicuius insignis victoriæ liberat multos, & repetit memoriam beneficij, quare nos non possumus, inferior est alijs nostra respublica,

Sexto

Sexto addunt. Tamdiu, & tot annis oratum est pro animabus parentum, & amicorum, ad quid tot anniuersaria repetere. Soluit D.Aug.hoc lib.de octo quęst.ad Dulcitiũ.q.2. Quoniam certi nõ sumus an liberentur à pęnis; ideo continuandę sunt. si verò sunt liberę alijs prosunt, vel vt tollerabilior sit ipsa damnatio. Septimo omnes astabimus ante Tribunal Christi, ut quisque referat, quæ gessit, siue bonũ, siue malum. ergo nihil iuuat suffragium. Ex verbis D.Augu. soluitur, qui eo loci interpretatur, quòd Apostolus admonet nos, vt dum viuimus bonum operemur. & sic in die iudicij iudicabimur, non ergo excludit suffragia, sed quid sit futurum in iudicij die. Videant ergo Greci qui negant purgatorium ad quid prosint eorum sacrificia, & suffragia pro mortuis: si non datur purgatorium, quid offerunt pro animab. vel si sacrificia, & cantus celebrant ꝓ mortuis, certè datur purgatorium, sequamur nos antiquam Ecclesiæ, & Sanctorum consuetudiné; & qui negat suffragia pro mortuis est hereticus, inquit Bern.serm.66.super Cant. Verum sicut Aerius odio clericorum negauit suffragia mortuorum, ut refert D.Aug. lib.de heresis: sic Germani. Sequantur Gręci id quod testatum reliquit proprijs manibus Ioseph Patriarcha Constant. in Concil.Florentino, cuius ista sunt verba: Ioseph miseratione Diuina Constantinopolis nouę Romæ Archiepiscopus, ac Eucomenicus Patriarcha. Quoniam ad extremum vitæ meę perueni, idcirco pro munere meo, dilectis filijs benignitate Dei meam sententiam his literis palam facio. Nam quæ D.N. Iesu Christi Catholica & Apost. Ecclesia Romę veteris sentiat, ac celebrat omnia me quisque sentire, credereque profiteor, ac ipsis plurimum acquiesco. Beatissimum Patrem Pontificem Romæ veteris Papam Domini nostri Iesu Christi Vicarium esse, concedere, atque animarum Purgatorium esse non inficior, Datum Florentię die viij. Mensis Iunij, 1439. Hunc ergo Ducem sibi Gręcia proponat, non Ephesum illum, virum impium.

13 *Animæ in Purgatorio æquali pœna sensus puniuntur*. HAER. Neminem id docuisse legi, ne tamen errare cõtingat, admoneo, quòd sicut non æqualiter peccauerunt, sed vnus plus alio, vel unus forte satisfecit in vita, vel quia sic vixit, vt suffragia sibi prodessent post mortem; hinc sequitur quòd non ęquali tormento crucientur. Est enim vnus, qui hic, nihil satisfecit, est alter qui plurimum debita persoluit. non est iustũ, vt eodem modo tormentis sint ligati. Rursus, pro vno suffragia fiunt pro alio minime, primi ergo tollerabilior (si non liberabitur) erit damnati. Ex principijs ergo istis concederemus oportet varias esse purgatorij pœnas respectu diuersorum. Est decretum Concilij Flor. dicens: Pœnis tamé disparibus puniendas. tom.3. pagina 476. columna 2.

14 *Animæ in Purgatorio si de pœna contristantur, & dolent, peccant, dum odio eam habent*. Luth. HAER. Animę purgatorij nullo modo peccare possunt nec mortaliter, qa sunt in gratia, nec venialiter, quia non habent fomitem ex quo causatur, vt docet D.Thom.4.d.21.q.1.art.3.qla.1. secundũ. Sic ergo dum dolent non peccãt, sed quia natura suadet, & inclinat exequuntur dũ dolent de pœnis. Hinc D.Aug.21.de ciuit. Dei, c.26.dicit, quòd ex earum amissione tantum necesse est vt vrat dolor, quantum lęserat amor. Leo X. damnat hunc errorem in Bulla.

15 *Animæ in Purgatorio peccare possunt*. Luth. HAER. Ex eisdem principijs probatur falsitas Lutheri, nã sunt animæ illæ in gratia confirmatæ, & sunt in termino simpliciter loquendo, ergo peccare non possunt. Non mortaliter, quia iam non essent in charitate; non venialiter, quia non remanet fomes, peccati causa. Hoc est commune Theologorum placitum.

16 *Animæ sunt ante corpora creatæ Origen*. HAER. Hoc dictum multiplicem sensum habere potest. Primus, vt dicatur cum Origene animas creatas esse ante corpora, & peccasse, & corpori infusas ad pœnam; quod est hereticum supra confutatum. Potest alter sensus esse, quod anima sit primo simul cum Angelis creata, deinde, ꝙ sexto die sit corpori infusa. Quod D. Augus. ait lib.7. super Gen. ad literam, ca.24. & hoc repugnat Theologorum sententijs, & D.Aug. ipse primo retract.capit.10.negat ipsam vnà cum anima simul tempore esse creatam. & secundo super Gene. allegoricè. cap.8. & D.Tho.par.1.q.90. art.4. dicit

dicit D. Aug. mentem esse, non absolutã, sed sub dubio dicere, & quòd de hoc libere quisque sentiat ꝙ lubet. Tertius sensus esse poterit, ꝙ Deus prius animam quã corpus creauerit, ut Hilar. dicit psal. 129. Fiant aures tuæ intendentes. Ruffinus lib. inuectiuarum primo hoc sensisse Hierony. in commentariis epistole ad Ephes. Gregor. Nysse. lib. 2. Phylosophiæ contendit, ne dũ Adæ animam sed omnium hominum animas ante corpus Adæ fuissæ simul Creatas cap. 16. & illa uerba, pater meus vsque modo operatur, non de creatione, sed gubernatione accipienda sunt. Philastrius Brix. episcopus dicit esse hæreticum, qui negat animas ante corpora esse creatas, capit. 99. Petrus Paris. episcopus lib. 2. d. 12. sub dubio relinquit. D. Tho. contendit, posse aliquo modo sustinere. Animas præcessisse corpora non actu, sed secundum quamdam similitudinem generis, qua animæ conueniunt cũ natura intellectuali 1. par. 9. 90. Alb. Mag. in summa de Homine. q. 15. Nysseni opinionem tanquam Platonicam aspernatur. Leo Papa primus. epistola 71. ad Episcopum Astorigensem damnat sententiam Nysseni, & aliorum, & dicit. Catholica fides constanter prædicat, atque ueraciter tenet, ꝙ aĩæ Hominũ, prius quam suis inspirarentur corporibus non erant. Hoc & D. Hierony. epistola ad Pãmachiũ docet. Imo uero Adæ corpus prius fuit formatum. Et postea ait Moses, spirauit in eo spiraculum uitæ. Recentiores multi dicũt esse hæreticum, qui dicit, animas ante corpora esse productas, uideas lector quomodo dissentiunt Doctores. Philastrius facit hæreticum, qui negat eas esse ante corpora creatas; Alij ex nostris dicũt hereticum esse, animas ante corpora fuisse. Cuius hæresis inuentor fuit Ioannes episcopus Hierosolymitanus. Quod uero mouet Orig. & Nyssenum, est primo dictum Dauid, psal. 89. Domine refugium factus es nobis, a generatione, in generationem, priusquam montes fierent, aut formarετur terra, & orbis, à seculo, & usque in seculum tu es Deus, ergo fuerunt animæ in celestibus, priusquam formarétur corpora. Sed huic respondere non est difficile, & sensus est, ꝙ Deus ante omnia est Deus; non ꝙ non sit refugium, quia non eramus. Secundo dico, ꝙ nomina quæ Deo conueniunt actu in tempore, conueniebant ei fundamentaliter ab æterno, & si non formaliter, vt hoc nomen Dominus, ideo de hoc nomine refugium conueniebat ei. D. Tho. 1. par. q. 13. 7. ad 4. & 6. Secundo arguit Nyssenus. Requiescit Deus ab omni opere ꝙ patrarat, vt dicitur Ge. 2. ff. ergo simul corpore creauit animas, & non nouas creat Respondet Albe. quod quieuit Deus, quo ad creationem specificam, at non quo ad indiuiduas animas, quæ corpori in dies infunduntur. Dicamus ergo, ꝙ animarum productio fit quotidie, & si virtute naturalium agentium quotidie noua supposita generantur, quare virtute superioris agentis non poterunt nouę animæ creari? Vel dicat Nyssenus & Philastrius. eorum animæ antequam ipsorum corpora generarentur, vbi erant, quid faciebant, intelligebant alia, pollebant ne scientia? & quomodo? certè non erãt in cœlo, & quo loci forte in aere? sic & earum operationes quales, & qua via sciant, vel forte erãt ignarę? Videant ergo ne in laqueum incidant.

17 *Animæ in purgatorio nullo modo sciunt, quæ hic aguntur. Annas Burgensis.* HAER. Cõfutatur hoc dictum Annæ, & Lutheranorum ex sacris literis, & Sanctorum authoritate. Legimus 1. Reg. 28. Quod Samuel Sauli Regi futura prædixit, dum ille erat e vita functus, hic verò viuus. & sunt verba eius. Faciet enim tibi Dominus, sicut loquutus est in manu mea, & scindet regnũ tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid, quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris sui in Amalech Eccl. 46. dicitur quòd Samuel adhuc mortuus prophetauit. Rursus Moses qui mortuus est, vt Dicitur Deut. 34. Apparuit Domino cum Elia qui mortuus non est. vt legitur 4. Reg. 2. Matth. 17. Possunt hęc scire, vel a mortuis, qui in dies morientes, illuc vadunt; vel ab Angelis; nisi enim Angeli non possent interesse mortuorum locis, ad q̃d Dominus dicit, Lazarũ in sinu Abrahe ab Angelis ferri. Luc. 16. Hæc Aug. lib. de cura pro mort. gerenda, cap. 15. Qui & capit. 11. ait. Cum Mediolani essemus, audiuimus quòd cum debitum à quodam defuncti patris repeteretur cautione probata, quòd filio nesciente à patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissime cœpit, atque mirari, quòd ei pater moriẽs

non

non dixerit, quid deberet, cum etiam fecisset testamentum. Tunc minus anxio apparuit idem pater eius in somnijs, & vbi esset recautum, & quòd illa cautio vacuata fuerat indicanit; quo inuento iuuenis atque monstrato, non solum falsi debiti calumniam propulsauit quin etiam paternũ recepit chirographum, quod pater non recepit; quãdo est soluta pecunia. sic Aug. ecce quomodo sciunt defunctorum animæ, quæ hic aguntur. Hoc etiam D. Greg. 12. moral. cap. 13. Affirmat quod nesciant, at ne contrarium esse quis putet D. August. interpretandus est, ꝙ nesciant naturaliter & de se. D. vero Aug. vult ꝙ sciant ex Dei reuelatione, vt subscribit D. Thom. & hoc ex speciali dispensatione p. 1. q. 89. 8. prin. sic Iob loquutus est. cap. 14. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelliget. Modum ergo quo sciant aperuimus.

18 *Animæ hominum post mortem, in dęmones conuertuntur, & in animalia Bruta, iuxta eorum demerita.* HAER. Poetarum fuit chimera, at de singulis esse sollicitum stultum est. Videant isti ne dum methamorphosim fingunt se in dęmones transforment, & Dæmonum mores imitantes sciant etiã verissimũ esse Iob dictum. ego ipse & non alius. & Dominus. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum. D. Paul. omnes astabimus ante tribunal Christi. Concilia, & Doctores omnes confutant; & si verum esse, ꝙ dicunt frustra laborant Catholici de inferno, de Purgatorio disserentes. Hanc hærem (quam Tertulliano ascribunt) Direct. Inquis. 2. p. q. 6. nu. 60. impugnat.

19 *Anima post mortem transmigrat de corpore, in Corpus. Albanenses, & Abbigenses.* HAE. Inter alios doctissimè Firm. scribit aduersus eos, & hoc fuit Pitagoræ assertum, vt testis est idem Firm. lib. 7. de Diuino præmio cap. 12. in fine. Post hunc scribit Atha. lib. 6. de Beatitudine filij Dei; & Anathema appellat, qui hoc affirmat. Id abhorret vniuersitas fidelium, ne dicam Phylosophorum.

20 *Animæ duæ rationales sunt in quouis homine.* HAER. quis modice versatus in studijs Phylosophiæ, ne dum Theologię hoc affirmare auderet. Si tamen in posterum fuerit tantæ temeritatis sciat se in anathematis penã incurrisse, iuxta decreta in Cõcilio Constatien. octauo, cuius sunt verba. Apparet quosdam id temporis iu tantum impietatis venisse, vt hominem duas animas habere imprudenter dogmatizent. talis igitur impietatis inuentores, & similia sentientes, cum uetus, & nouum testamentum, omnesq; Ecclesiæ Patres vnam animam rationalem habere homines asseuerent, sancta, & vniuersalis synodus anathematizat.

21 *Anima intellectiua, non est forma corporis.* Auer. HAER. Aduersus hanc hæresim determinauit Clemens Quintus in Concilio Viennensi dicens. Qui dixerit, quòd anima rationalis, siue intellectiua non sit forma corporis humani per se & essentialiter tanquàm hæreticus sit censendus. & habetur de sum. Trin. & fide Cath. Cap. vnico. Rursus Magist. 3. d. 3. uocat Christũ animatum anima rationali.

22 *Anima intellectiua, secundum gradum intellectiuũ, est ne forma corporis?* Exponere opus est sensum propositionis. ergo loquimur de anima non pro eius essentia hoc enim iam sancitum fuit; sed an secundum, perfectionem intelligendi, nec quærimus de gradibus perfectionalibus potentialibus, sed essentialibus, & formalibus, qui ab anima non distingnuntut essentialiter sed secundum rationem. Sunt ex familia Dominicana uiri præstantissimi, qui contendunt aiam intellectiuam, nõ esse corporis formã secundum illum gradum perfectionalem, quo intelligit, sed quòd superexcedit materiæ capacitatem. At hæc opinio videtur pugnare, cum eo, quòd difinitur in Clem. extra de fid. Cath. & sum. Trinita. cap. fina. §. Porro, ubi tanquàm hæreticus condemnatur, qui negat, & in dubium vertit, quòd substantia animæ rationalis non sit corporis forma: Itẽ D. Th. 2. cont. Gẽt. cap. 69. docet quòd vt altior sensitiua est forma corporis. Ad hæc. ergo anima erit separata, & vera erit Platonis opinio, ꝙ coniungitur ut Nauta naui. Rursus. Anima est, quę constituit speciem. ergo oportet, ut sit intima ei.

23 *Anima nostra est immortalis per donum gratiæ habitualem. Arabi.* HAER. Eodem errore ducti dixerunt non nulli. Animum cum corpore interiturũ si suę deseramus naturæ, & cum fuerit Dei speciali gratia orbatum, & hoc est immortalis. At si verum est hoc. Anima peccatorum erit mortalis,

talis, cum sint gratia destituti, hoc vero affirmare insipientis est, & caterux doctorum vel resistere.

24 *Anima humana iuxta principia Philosophiæ est mortalis*. Multi Philosophi dixerunt eam esse immortalem, & nobilissimi omnium vt Plato, & Aristote. & testatur Diu. Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei. cap. 41. & Lactantius. ubi supra. Concilium etiam Lateran. sub Leone Decimo Sess. 8. tanquàm hæreticum damnat hoc dictum.

25 *Animæ immortalitas nulla ratione suaderi potest, nec vnquàm probata fuit hactenus*. Teme. Quid fecerunt tot phylosophi, luserunt tempus, & operam, si non probant eorum rationes. Merito ergo D. Aug. prim. Ciuit. Dei cap. 22. affirmat multos id probasse, & agnouisse. & inferius lib. 18. & 13. de Tri. c. 9. & li. 6. Conf. c. vlt. Chrisos. ho. 4. de prouidentia & fato. D. Thom. 2. contra Gent. capitu. 79. Obijciunt aliqui ex nostris, hoc quod a nobis scribitur impugnãdo. Ea, quæ sunt fidei, non possunt alia via cognosci. sed immortalitas animæ est de fide. ego non põt alia via probari. Huic ex D. Thom. respondeo, qui supra Boet. de Trin. q. 2. 2. format hoc quæsitum. & 22, q. 2. 4. per totum illum locum supra Boetiũ determinat D. Tho. quòd ea, quæ sunt fidei possunt per scientiam naturalem cognosci, & idem esse de mente D. Aug. 12. de Ciuit. Dei cap. refert. Hoc Caiet. 2. 2. & p. p. q. p. 8. & D. Tho. iterum p. p. q. 2. 2. 1. & Caiet. de monte Pietatis in principio secundi Capituli. Ex his omnibus locis hanc colligo verissimam distinctionẽ. Quod aliqua sunt quæ ad fidem pertinent per se, & simpliciter, & qua nullo lumine naturali sciri possunt. Alia per accidens sunt fidei, & quæ a Phylosophis cognoscuntur, sed à rudi ppulo; & ista sunt fidem reuelata, non quia non possint sciri ratione naturali, sed quia non ab omnibus propter multa impedimenta fides ergo nõ est superflua, nec natura deficit toto humano generi, & si alicui deficiat, quia sit rudis, & tardus ingenio quæ ergo sunt per accidens fidei, ut quòd Deus sit, quòd sit Vnus quòd adulterium sit malum, quòd usura non licet, ꝙ mons pietatis sit licitus nec ne, & ista ratione naturali cognosci possunt. Imo uero D. Th. 2. 2. q. 2. 4. aperte dicit, quòd ea quæ sunt fidei possunt sciri ratione naturali; & quę cognoscimus ratione naturali scimus etiam per fidem. Primo quia non omnes per scientiam acquirere possunt. secundo, quia non omnes scientiæ vacare possunt. Tertio quia ratio naturalis, non potest pertingere ad ea, ideo fides exigitur. sic ergo falsum est. quòd ea quę sunt fidei non possint ratione naturali cognosci. Furtũ nonne de fide, Sodomia nonne de fide, nunquid ratio naturalis non abhorret ista? Cano nobiscum asentit, li. 12. cap. 4. prope finem, pag. 700. & Banes, prima par. q. 1. ar. 3. in fi. probat resurrectionem, dicens. Christus resurrexit, ergo, est mortuus.

26 *Anima rationalis non est illud spiraculum vitæ, quod Deus spirauit in Adam*. HAER. Repugnat hæc expositio Doctoribus Sanctis ac Patribus, vnde D. Aug. lib. 12. de Ciuit. Dei, capit. 24. Deridet eos, qui dicunt spiraculum vitæ, quòd spirauit Deus in Adã, esse quandam gratiam, & non animã Chrisos. hom. 12. in Gen. pro anima interpretatur D. Aug. lib. Hærres: arguit Philastrium, qui dixerit contrariam partem hæreticam D. Thom. cap. 27. cont. Gẽtil. lib. Dicit Cirylli expositionem esse allegoricam, non literalem, qui interpretatur pro gratia Spiritus sancti.

27 *Anima rationalis non creatur à Deo*. HAERET. Lact. lib. de Opificio Dei, cap. 19. soluit quæstionem eorum, qui sciscitabantur à quo sit anima à patre, vel à matre; & neutrum horum est dicẽdum, sed quòd à Deo sit. Hoc idem tetigimus supra, & cõueniunt omnes.

28 *Anima rationalis est ne corporea?* Synodus Nicena actione supracitata dicit, quòd error est affirmare animam esse incorporeã quòd de Angelis affirmat sancta synodus, vt supra dixi. Scholastici omnes sequendo Arist. 2. de anima dicunt, quòd est actus corporis, & incorporea, & qua viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus D. Augu. lib. de cognitione veræ vitæ ait. Anima est substantia incorporea, corporis sui vita inuisibilis, mutabilis, passibilis, illocabilis, nec quantitatis mensuræ, nec qualitatis formæ susceptibilis, memorabilis, rationabilis, immortalis. Multi verò Sanctorum Patrum, vt Hilarius Canones, in expositione illorum verborum. Matt. 6. c. Nonne anima pluris est quàm esca. Corpoream tamen naturæ suæ substantiam sor:

sortiuntur, quia omne, quòd creatum est in aliquo sit, necesse est, D. Aug. lib. de Ecclesiasticis dogmat. ait. Nihil incorporeum, & inuisibile natura credendum est, nisi solum Deum. Ioannes Cass. collat. septima, cap. 13. & Hierony. dicit esse huius sententiæ in Matth. cap. 10. Tertullianus lib. de anima, cap. 2. idem docet. D. Hieronym. in Iob., super ea verba. cap. 25. b. Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. At D. Aug. super Genes. ad literam decimo confutat Tertulliani placitum. & Claudianus Viennensis Eps li. de statu aīę 2. Hilariū carpit, quòd fecerit animam corpoream. Dicendum ergo quòd anima dicitur corporea, in comparatione ad Deum, non in se, quomodo & Angeli dicuntur corporei.

29 *Anima est totus homo*. Franciscus Georgius inter alios, tom. 1. probl. super ea verba, Gen. 2. b. Formauit Deus hominem de limo terræ, arbitratur animam esse totum hominem, probl. 26. Quod si verum est repugnat cōmuni Doctorum sententiæ, qui contendunt hominem esse ex anima, & corpore, vt ex duabus partibus consurgēs.

30 *Anima sensitiua hominis est creata ab Angelis*. Philo libro de profugis quem edidit in sextumdecimum cap. Geneseos, scribit animam rationalem Adæ esse à Deo creatam, at sensibilem ab Angelis; quam sententiam repetit in opificio sex dierum. Hoc vero falsum est. Nam creare Angelis non conuenit, cum sit ex nihilo, & virtutem infinitam exigat, quæ Angelis conuenire non potest. Verum cum de creatione disputabitur erit sermo. Nec tango Scoti opinionem, quòd anima sensitiua sit a patre, & hac ratione dicatur pater, anima verò intellectiua sit à Deo; hæc enim quo ad primum dictum non sunt à Deo.

31 *Anima dum est in corpore reminiscitur, quia antequam corpori vniretur habuit diuinam cognitionem*. Origenes. HAER. Damnata fuit in superioribus Origenis opinio, de creatione animarum, & ab ea pendet hoc nouum dictum, quod à D. Hieron. in commentarijs ab Ephes. 1. Super ea verba. Det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius.

32 *Animarum supplicia post mortem nō sunt corporalia, sed spiritualia, & imaginaria*. HAERET. D. Greg. 4. dialogorum, quem Doctores sequūtur, imo fides tenet, quòd anima corporea pœna sit crucianda. & D. Th. 4. dist. 44. exponit dictum D. Aug. 12. super Gen. lib. cap. 22. quòd loca quibus animæ à corporibus exutæ cruciantur nó esse corporalia, sed spiritualia. & 21. de ciuit. Dei cap. 10. idem repetit. & quòd mens D. August. Anima non descendat, nec sit ibi corporaliter, sed sicut spiritus. Vel quòd opinatiue dixit. Vel quia lib. de ciuit. Dei adducit dictum Epulonis. Luc. 16. f. quod ex flammis sic clamauit. & ex illo dicto nō potest concludi, quòd anima sit corporea; quia potest dici talis est flamma, quales sunt oculi. Cum erit sermo de Purgatorio, & inferno fusius loquar.

33 *Anima dum debet à corpore recedere non dolet*. D. Greg. lib. 24. moral. cap. 17. facto saluatoris probat animam tristari hora mortis. Nam Dominus solutioni carnis appropinquans, & mēbrorum suorum seruans speciem factus in agonia cœpit prolixius orare Luc. 22. tristatur ergo anima hora mortis. & idem docuit D. Paul. cupiens non exopliari, sed superuestiri. Alias erit oratio.

Quid vero sacra pagina de animabus nostris scribat, paucis annecto, & si superiore loco exscribendum esset.

Animam viuentem dedit Deus homini, postquam formauerat. Gen. 22. b
Anima tota quærendus Deus, illique seruiendum. Deut. 4
Anima pro homine ponitur frequenter in scripturis. Deut. 10. d
Anima auferenda à iudicibus ei, qui falso suo testimonio, alteri uoluit auferri. Deuter. 19. d
In Animis nostris verbum Dei reponēdum. Deut. 11. c
Anima omnis carnis est in sanguine. Leuitic. 17. c
Animam suam ponere in manibus suis, dictum est pro se periculis obijcere. Iud. 21. a
Animam suam effundere corā, stat pro orare. 1. Reg. 1. c.
Animas non vult Deus perire. 2. Reg. 14. d
Animarum remigratio iudæis credita. Matthę. 14. a.
Animam suam perdit qui amat. Matth. 10. d 16. d
Animas, vt sanet venit Christus. Luc. 9. g
Animam suam ponit Christus pro ouibus suis, Ioan. 20. c

Ani-

Animam desiderat Paulus ponere pro Euangelio. 1.Tess.2.b

Pro animabus nostris rationem reddituri Episcopi, & Presbyteri nostri. Heb.decimotertio,c.

Animarum nostrarum Episcopus Christus. 1.Pet.2.d

Animæ nostræ purificantur obediendo veritati. 1.Pet.1.d

Animas suas fideli creatori comedent, qui propter Christum patiuntur. 1.Pet.4.d

Anima vnius hominis est ne altera nobilior alterius hominis secundum se? Cum aliquando casu fortuitu contigisset disputatio de hac re coram Dominis quibusdam nobilissimis; & ego non dubitarem affirmatiuam partem tueri. Quidam ex illis hoc meum dictum velut hæreticum deridebant, fortè potius ad affirmando gratia disputationis, quàm meæ sententiæ non assentirent, at quia aduersarius ex hoc magis redarguebat meam opinionem, decreui (vt posteri veritatem cognoscant) huic loco explicare hanc rem. Primò ergo loco sanctorum authoritates in medium adducam. Secundò rationibus idem corroboro. Suppono prius opinionem contrariam esse falsam. Namque dicebant, quod anima vna est altera nobilior nō in se, sed mediante corpore, quia vnicus hominis corpus est melius dispositum alio. & hoc est quòd impugno. Primo D. Cypriani auth. Qui ait. Corpore autem sic vtitur anima, sicut Faber malleo, vel incude, in qua format omnium turpitudinum Idola, & fabricantur quælibet, quarumcunq; voluptatum simulachra. Hæc doctissimus Cyprianus in prologo Natiuitatis Domini. ex quo colligitur, quòd si anima vtitur corpore, sicut instrumento, quòd eius nobilitas non pendet à corpore. D. Hierony. super Matt. cap.25. Exponens illa verba. Dedit dona sua, dicit. Multi etiam cum sint sapientes naturaliter, & habeant acumen ingenij, si fuerint negligentes, & bonum naturę corruperint ad comparationem eius, qui paululum tardior, labore, & industria compensauit, quod minus habuit. D. Thom. Hæc scribit in Catena aurea, super Matth. eo loci. D. August. lib. 22. de ciuit. Dei. cap.24. Corpus tale est datum, vt tali animæ deseruire possit. Corpus ergo ab anima non anima à corpore nobilitatem accipit. & in eum locum Franc. de Mayron. ait. quòd quāto corpus est melius tanto anima cui coniungitur ad seruiendum est melior. Veritate.30. Idem D. August. lib.10. cap.3. lib.8. cap.15. affirmat quod supra. D. Thom. 1. par. q.55.3. corp. scribit quòd quidam ex debilitate intellectus, non possunt capere, nisi singula sigillatim explicentur. Alij, qui fortioris intellectus, ex paucis multa capere possunt. Quid clarius? Idem q.89.1.c. in fine ait. Nam qui debilioris intellectus per vniuersales conceptiones, non accipiunt. singulorum cognitionem, nisi singula in speciali explicentur. & q.96.3. dicit. Quod in statu innocentiæ Homines non essent æquales. Rursus 22.q.5.4. tertium, ait. & tamē secundum maiorem capacitatem intellectus, vnus magis, vel minus cognoscit veritatem principiorum quàm alius. Caiet. 1. par. q.89. primò tenet, quòd qui sunt pręstanti ingenio fulti paucissimis percœptis multa scire, & econuerso: rudiorem animam sortiti multis adhibitis, & syllogismis, & exemplis, & declarationibus rerum, vsque ad minima, vix illa tandem cōprehendunt, nec in illis alia nosse possunt, quo fit vt nullum ex se iudicium habeant. Hactenus Caiet. Qui in pdicamentis, c. de substātia, repetit, quòd sicut genus perfectius est in vna specie, quàm in alia, & sic suscipit magis, & minus, non quasi intendatur, & remittatur; sic & anima vna est nobilior alia. Ferr. 2. de anima, qō.16. scribit, quòd vna anima est perfectior perfectione numerali, sicut & vna materia est perfectior alia. Non vna anima est perfectior alia perfectione formali, & secundum absolutam rationem, quia sunt sicut numeri, neque perfectior quo adesse quidditatiuū quod dat. Et primo contra Gent. ca.3. ex D. Thom. 2. dist.32. q.2. art.3. Omnia corpora humana sunt vnius speciei, sed tamē ista vnitas specifica latitudinem diuersorum graduum indiuidualium amittit, dū diuersę sunt corporum formæ, pulcher vnus, alter vero deformis. sic cum vnitate specifica stat diuersitas graduum animarū indiuidualium. ut sicut vnum corpus est indiuidualiter altero perfectius, sic & anima, quia creantur commensuratæ corporibus. Nec tamen vnus homo est magis homo, quàm alter, quia magis non vtimur,

tur, nisi in formis in quib. accidit mutatio inter magis, & minus quod non accidit de anima intellectiua, quoniam vnaquæque eam perfectionem quam ab initio accepit conseruat. Hæc ex eo. Eorum verò opin. qui contendunt, quod vna anima est altera nobilior ex corpore, nec sustineri potest. Ego enim tantum absum ab hac sententia, vt non modo arbitror esse falsam, sed falsissimam existimo. Nec enim intelligunt viri illi doctissimi (sic enim mihi modestissimum est vocare illos) quanta sit animæ humanæ excellentia, imò verò, nec sui ipsius ingenium. At quia aliorum error, non debet patrocinium parere; ideò aduersus eos sic insurgo. Primo, si corpus est causa nobilitatis animæ, ergo corpus prius eam nobilitatē habet in se; qm̄ nemo dat, qđ non habet. Secundo, corpus anteq̄ animā suscipiat, vel est pfectus vel non. si perfectum quare recipit formam. si imperfectum, quomodo anima à corpore habet? Tertio, anima recipitur in nudam materiā vel in corpus cum Scoto, ergo non poterit materia, vel corpus cum forma corporeitatis elargiri nobilitatem animę. Quarto, materia non est quid, nec quale, nec quantum, ex Arist. 7. Diuin. tex. 27. ergo nō dat nobilitatem animæ. Quinto animæ conuenit esse, vt docet Arist. 2. de anima, tex. 7. ergo non dependet à corpore. Sexto, ergo si corpus erit fatuum, & anima erit fatua, si ab illo dependet. Septimo, instrumentum non est causa nobilitatis. corpus est instrumentum, ergo, & nobilitatis non erit causa. Octauo, sensuum operationes pendent ab anima, ergo non dant ei nobilitatem. Hactenus ex principijs Pyhlosophię, nunc ex Theologia corroboretur. Si anima ex corpore suam habet excellentiam. ergo in corpore erit peccatum, quoniam nobile, & ignobile de eodem dicuntur. Secundo, gratia, & virtutes sunt in anima non in corpore, ergo nobilitas penès animam, non penès corpus erit consideranda. Tertio, gratia est in anima, ergo, ab anima nostra nobilitas erit. Quartò baptismus animam abluit, & corpus tangit, ergo ex anima nobilitas erit. Quintò, anima est, qua sumus ad imaginem Dei. Sexto, si penès corpus est excellentia animæ, vel vnius hominis supra alterū, ergo, qui habuit corpus melius complexionatum, erit in cœlo magis beatus. Septimo, Mundus est ordinatus, ergo habet disparitatem, quia ordo exigit disparitatem, ergo vna anima est altera nobilior. Hæc ratio est D. Thom. 1. par. q. 96. art. 3. in sed contra. Octauo, quid voluit sapiēs insinuare, quando dixit. Sortitus sum animam bonam; nisi exprimere suæ animæ excellentiam supra alios? Argumenta vero sunt soluta in propria qō. 3. de aīa, & ea quæ in gratiam quorundam Nobilium Venetorum edidi, quo loci pinguiori Mineruam discussi quę dici possunt. Hic enim ea referre, nec est locus, vbi nec cum Phylosophis est bellum indictum, nec tempus exigit: quando vix datur, quo fidei inimicos conuincere possimus. Ad ea itaque reuocetur oratio, vnde huc defluxit.

Animal.

Anna.

prius ablactato filio Samuele, quem ipsa alebat. 1.Reg.1.d

Anna vxor rursus parit tres filios, & duas filias.1.Reg.12.d

Anna Thobiæ iunioris mater.Thob.11.a

Anna Prophetissa, quę Christum prędicabat Luc.2.c

Anna Caiphę socer, Pontifex erat anni illius in quo Christus mortuus est, Ioan.18.c

Ad Annam ducitur Christus Ligatus.Io.18.c

Annæ interroganti de Discipulis, & vita, Christus respondet.Io.18.b

Anna Mater Gloriosissimæ Virginis non habuit tres viros ex quibus tres Mariæ ortæ sunt. TEMER. Nedum D.Th.ad Gal.16.Sed plerique alij texentes genealogiam Saluatoris arbitrantur, Annam tres viros habuisse ex quibus tres natæ sunt Mariæ. Primus fuit Ioachim, ex quo fuit Beata Virgo; quę Ioseph fuit desponsata. Quo mortuo accepit Cleopham fratrem Ioseph, & aliam filiam, quam Mariam nominauit suscepit. Quæ quidem Maria quatuor filios habuit ex Alphęo viro suo. Iacobum Minorem Ioseph iustum, qui & Barsabas dictus est, Simeon, & Iudam. Isto defuncto suscepit Salome, ex quo aliam filiam genuit, quam vocauit Mariam, quæ & coniux fuit Zebędei; & hęc fuit mater Iacobi Maioris, & Ioannis Euangelistæ. Ex his Genealogia Saluatoris elucescit. scribit Brus. 4.d.30.q.2.

Annihilatio.

Annihilare non potest Deus omnem creaturam. HAER. Quis cognouit potentias Domini, quis consiliarius eius fuit, quis cogit, vt conseruet, quibus cancellis clauditur eius potestas? certè nullo, cum ergo sit infinitę virtutis cum liberæ sit voluntatis; si suam manum subtraheret, quę continet omnia, profectò in nihilũ redigi oporteret omnia, vt docuit D.Grego. quem schola sequitur. De potentia verò ordinata, qua leges vniuerso præfixit, quia sibi Deus debet, nõ potest annihillare, vt testis est D.Th. 1.par.q. 9.2.c.& 104.3.& 4. Annihillare verò tãtum Deo conuenit. Quod si fuerit annihillatũ potest idem numero reparare, hoc autem de ente permanenti, non de successiuo intelligendum est. Nihil tamen est, quòd per mortem annihiletur, semper enim aliquid remanet. Gratia etiam nec per peccatum annihilatur, quia nec creatur cum non sit subsistens, sed impropriè creatur, & desinit esse, & sic potest dici, quòd in nihilum redigatur, ad aures D.Th.2.d.26.2. quintum. scribit Biel 2.d.1.q.4.3.dub.3.& lect.41. Canon. Scot.4.d.11.q.4. Petrus de Aliaco.4.q.6.2.dub.4.

Annunciatio.

Annunciatio Beatiss. MARIAE Virginis. Luc.1.

Annunciatio Christi conuenienter facta fuit Beatę Virgini

Annunciatio Christi conuenienter facta fuit per Angelum.

Annunciatio Angeli conueniens fuit in figura, & visione corporali.

Annunciatio conuenienti modo, & tempore facta fuit. Hæc enim omnia ex Dei uoluntate, & sacra Euangelij hystoria pendent, atque ideò de fide sunt tenenda. Disputant Scholastici in tertio. & D. Thom. 3. part. quęst.30.

Annus.

Annos distinxit Deus Sole, Luna, & Stellis. Gen.1.b

Anno septimo fit remissio debitorum. Deuteron.15.a

Annus Iubilæi fiebat quinquagesimo quoq; anno. Leu.25.b

Annus.

Anni mundi, quot præcesserint, nemo scire potest. ERRO. Colligunt Doctores ex sacra annorum supputationem ab orbe condito, usque in hanc diem: sed tamen non conueniunt, sed ab initio mundi, quot pręcesserint anni vsque ad seruatoris ortum diuersimodè loquuntur. Nam Rabbi Naason supputat 3707. Rabbi Abraã 3754 Hębreorum Cronica 3760. Hieronym. & Beda 3952. Picus Mirandul.3958. Ioann. Lucidus 3960. Abbas Vspergensis 3962. Theophylus 3974. Carolus Brouill. 3989. Iosephus Mathatiæ 4103. Odiatin Astronomus 4320. Cassiodorus 4697. Orige. in Matth. 4839. Epiphan. Salam. Episc. 5029. Paulus Orosius 5049. Philo Iudęus 5195. Isid. Hispal. 5196. Euseb. Cęsarien. 5199. Ioannes Nauclerus 5201. Albumasar Astronomus

ſtronomus 5328. Auguſtin. 5353. Suidas 5600. Lactantius 580. Philaſtrius Brixiē. Epiſcopus 5801. Alphonſus Rex Hiſpan. 6984. ſic ex illis ſextus collegit. lib. quinto. Annot. 63. vbi aduertit quanta ſit differentia in ſupputatione annorum. Nam aliter ex Hæbraica veritate, aliter ſeptuag. connumerant annos, quibus vetuſtiſsimi patres vixerunt. Vt verò quiſque præ manibus habere poſsit, hic exſcribere non grauabor.

Apud Hæbreos.		*Apud Septuag.*	*Differunt Supputationes.*	
Set poſt genitum Enos vixit	Annos 807.	Annos 707.	Deſunt in hac	Anni 110.
Enos ante genitum Cainam	an. 90.	an. 190.	Excedunt	an. 100.
Enos poſt genitum Cainam	an. 815.	an. 715.	Deſunt	an. 100.
Cainam ante genitum Maalael	an. 70.	an. 170.	Excedunt	an. 100.
Cainam poſt genitum Maalael	an. 840.	an. 740.	Deſunt	an. 100.
Maalael ante genitum Iared	an. 65.	an. 165.	Excedunt	an. 100.
Maalael poſt genitum Iared	an. 830.	an. 730.	Deſunt	an. 100.
Iared ante genitum Enoc	an. 62.	an. 162.	Excedunt	an. 100.
Enoc ante Mathuſalem	an. 65.	an. 165.	Deſunt	an. 100.
Enoc poſt Mathuſalem	an. 300.	an. 200.	Superant	an. 100.
Mathuſalem ante Lamech	an. 187.	an. 167.	Deſunt	an. 20.
Lamech ante Noe	an. 182.	an. 188.	Superant	an. 6.
Lamech poſt Noe	an. 570.	an. 565.	Deſunt	an. 5.
Omnis vita Lamech	an. 777.	an. 753.	Deſunt	an. 24.

Tantus error ſeptuaginta Interpretum ex eo originem traxit, vt placet D. Aug. lib. 15. de Ciuit. Dei, ca. 13. quia codices eorum erāt deprauati ab illis, qui primum ex Bibliotecha Ptolomæi exſcripſerunt. Inter multas has ſupputationes Quintus Iulius Hilarion fuſius connumerat vætuſtorum Patrum ætates vſque ad interitum vniuerſi, nedum Domini ortum. Qui concludit. Ergo, à Paſſione Domini Chriſti, ex quo tempore fide in ſe credentibus reſurrectionem pollicitus eſt Dei filius, anni compleātur neceſſe eſt 470. vt concludatur ſumma ſex annorum. ſeptimo & milleſimo anno, incipiente fide vera credentes liberabuntur e mundo. Tunc enim erit reſurrectio prima omnium Sanctorum. Hactenus ille. computatio verò annorum quæ ex cap. 5. ſacræ Geneſis tanquam de fide ſuſcipienda eſt.

2 *Anni quo ad numerum dierum, ac horarum, & menſium non ſunt idem apud nos, & quos ſcribit ſacra Gen. cap. 5.* HAER. Literalem intelligentiam, ac expoſit. non ſolum Catholicorum, verum & Hebreorum de annorum ſupputatione falſam diiudicat Plinius lib. 2. cap. 48. & quod pauciores menſes contineat annus, quem Moyſes refert, quàm noſter. Nam homines tamdiu vixiſſe, non eſt veriſimile apud ipſum, & alios. Verum quod anni eiuſdem ſint longitudinis, ac ex eiſdem menſibus conſtent ex ſacra hiſtoria, comprobat D. Aug. li. 15. de ciuit. Dei, cap. 12. Adam enim centum & triginta annorum, quando tertium genuit filium, Gen. 5. Qui anni apud eos tredecim eſſent ex noſtris. Seth quoque centum & quinque annos habebat, cum genuit Enos, & ſic nec erat annorum vndecim. Enos etiam nonaginta habens annos genuit Caynam. Cayna verò ſeptuageſimo anno genuit Malaleæl, qui ſunt ſeptem anni ſecundum noſtram ſupputationem, qua ætate homo generare non pōt. Idem D. Aug. ſuper Gen. eoſdem fuiſſe annos, quales nos habemus ex alijs locis cōfirmat. Primo, quia Geneſ. 7. dicitur. Sexcenteſimo anno vitæ Noe, menſe ſecundo die decima ſeptima menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ. & cap. 9. dicitur, Requieuit arca menſe ſeptimo, vigeſima ſeptima die menſis, ſuper montes Armeniæ. At verò aquæ ibant, & decreſcebant vſque ad decimum menſem. & poſt ſequitur. Sexcenteſimo primo anno vitæ Noe, primo menſe, prima die menſis imminutę ſunt aquæ ſuper terram. Montes etiam erant idem, quoniam dicitur die xx. ſepti-

ma mensis. Dies erant etiam idem, quia ex die, ac nocte consurgebant, quoniam dicitur pluit super terram diebus, ac noctib. quadraginta. Annus ergo apud antiquos erat ex 12. mensibus: menses ex dieb. 30. secundum Solis motum, & non Lunæ, vt nonnulli arbitrabantur. Hoc spatium annorum erat tempore Galeni, qui in libro in Hippocratis prædictiones libro, & ca.4. dicit, quòd annus habet dies 365. Annorũ vero mutationem qui scire desiderat, & ꝙ à Iulio Cæsare ad trecẽtos sexaginta dies sit redactus videat Macrobium, Suetoniũ, ac Iosephum lib.1. Quod verò erroris occasio fuit multis, est quod scribit Moyses Gen. cap.5. Adam vixisse nongentis & triginta annis. Seth verò nongentorum duodecim annorum mortuus est. Enos vixit nongentis & quinque annis. Caynam nógenti decem. Maleel octingentis nonaginta annis, & sic de alijs, quos eodem capitulo refert sacra historia & ꝙ durum, ac ridiculosum videtur est, ꝙ dicunt Mathusalem nongentis sexaginta nouem annis vixisse, vt eodem loco legimus, hinc dixerũt annos non esse eiusdem mensuræ.

At qui non est mirum eos tanto tempore vixisse, nam alia ratione illi viuebant tandiu primo vt scribit Lyran. id proueniebat ex bona corporis cõplexione primorum parentum. Verum ista ratio non cõcludit, nam Christi corpus erat optimè complexionatum, & tamen non peruenit ad tantam ætatem. Alia ratio assignatur tam longè ætatis, nempe quia cibi erant maioris virtutis ante diluuiũ, sed post maris innndationem res fermè omnes sunt in peius ex aquis maris commutatæ. Sed neque ista ratio aliquid concludit, nam si hoc esset, neque statim post diluuium tanto tempore vixissent, quia magis essent in principio deterioratæ, quàm post tot annorum curricula. Ideo alij, alteram adducunt rationem, & ex eo prouenire docent, quia inquiunt Adam virtutes herbarum cognouit, fructuum, atque lapidũ. Hoc nó probant, nam & Noe, & alij, fortè Salomon cognouerunt hoc, & non deuenerunt ad tam decrepitam ætatem, veluti illi, qui nec hac peritia calluere. Nonnulli exponunt, eos vixisse ex bono aspectu syderum eorum locorum. Sed si hæc ratio vera esset, & hodiè qui in illis habitant regionibus etiam nongentarij essent. Alij dicunt id fuisse, quia oportebat, vt multiplicaretur genus humanum. At hoc stante poterunt & filios generare, ac multiplicare homines etiam minoris ætatis. Quidam vero dicunt eos tandiu vixisse, vt experientiam cœlestis motus, ac influxus agnoscerent, ac successores instruerent. Neque ista expositio concludit, quia Ptolomæus & alij Aegyptij habuerunt hanc cognitionem, non tamen tot annis vixerunt. Referunt etiam id euenisse, quia parcè, ac temperatè viuebant eo tempore. Hæc expositio voluntaria est, quia multi hodiè parcè viuunt, nec ad vitam patrum deneniunt. Arbitrantur multi sic Diuina prouidentia factum, vt tot annis viuerent, quia fides multiplicanda, ac filij in his, quę ad Dei cultum pertinent erant instruẽdi, ac suorum patrum experientia comprobabant, sic esse viuendum. Demum D. Aug. dicit lib. de ciuit. Dei. Annorum ista numerositas cuiusque hominis, qui temporibus illis fuit, nullis nunc talibus documentis venire potest in experimentum. Nec tamen fides sacræ historiæ derroganda est, cuius tanto imprudentius narrata non credimus, quanto impleri citius prænunciata conspicimus. Hæc D. Augus. Si ergo aliqua expositio excipienda est, ea profectò, quæ ascribitur Rab. Moysi, nempe, quia fides sic erat inuulganda, ideò & Adam, Seth, & Enoc, & Abraam pater Circuncisionis tandiu vixit, & sic fides ad nostras aures peruenit. Huic subscribit Burgens. & Fœlicianus Archiepiscopus Auin. seruita; expl. cathol. expl. sexta. Nec plura.

3 *Annorum numerum, & quando finis erit vniuersi certo scire possumus.* HAER. Miror quorundam hominum imprudentiam, ac temeritatem, qui eum ex Domini testimonio habeamus, quòd de die illa, nemo scit, neq; filius (q̃ particula auth. D. Basil. ab hæreticis adita fuit.) Et alibi dictũ fuit. Non est verùm nosse tempore, vel momẽta, quæ pater posuit in sua potestate, non est ergo cur Quintus Iulius Hilarion, Cusanus & alij insustent in hac perscrutatione, ac pro certo affirmare tempus præfixum, cum nec eis sit manifestum, an in sexto erit viuus, vel mortuus. Attendant & concionatores dum diem iudicij futurum prædicant, ne tempus præfigant. Poterit

tamen

tamen orator Catholicus (ad alios excitãdos) coniecturis diem imminentem prædicere, veluti D.Greg. ac D. Vincentius fecere. Nec mihi secura probantur, quę Lactan.scribit, li.7.de diuino pręmio, cap.14. Qui arbitratur, consumationem vniuersi post annum millesimum futuram, quo numero expleto necessario erit finis creaturarum, & humanarum rerum, quæ in melius commutabuntur. Huius rei argumentum est, quod die septimo requieuit Deus ab omni opere; sic per sex secula, id est annorum sex millia, in hoc statu mundũ manere necesse est. Dies enim magnus mille annorum circulo terminabitur, & quemadmodum die sexto homo est cõditus, ita sexta ætate, hoc est post sex millia annorũ erit in Cœlum adducendus, vt Sanctus, ac perfectus. Hæc Lact. Quæ nõ historicè sunt ab eo dicta; sed veluti coniecturas, vidit enim vir ille doctissimus, quod sunt potius suasiones, quàm rationes, nec ostendunt, sed suadent, nec tamquam ad aram est ad eas confugiendum. Huic simile dixit Quint.Iul.Hil. in fine sui lib.de durat.mundi. Necesse est enim, vt quomodo filij Israel à pollicitatione Domini Dei facta ad Abraham post 470. annis promissionis terram accipere. Sic etiã nos Christiani post totidem annos primam resurrectionem habebimus. Populus enim Iudaicus in omnibus figuram nostram portat, in quos fines seculorum cucurrerunt. Ergo à Passione Domini Christi, ex quo tempore fide in se credentibus resurrectionem pollicitus est Dei filius, anni compleantur necesse est 470. Vt concludatur summa sex millia annorum. Septimo, & millesimo anno incipiente fide vera credentes liberabuntur è mundo. Tunc enim erit resurrectio prima omnium Sanctorum. De 400. vero, & 70. annis a passione Domini in consulatu Cæsaris, & Attici die 9. Calen. Aprilis anni transierunt 469. Restant itaque anni 101. vt consumentur anni 6. qui anni sexti non ante complentur, nisi prius prope vltimum reges decem exierint in mundum, & filiam Babyloniæ, quæ nunc obtinent de medio mundi tulerint. & inferius. Post septimum, & millesimum annum soluetur Satanas de carcere suo, & exiet seducere gentes Gog, & Magog, & congregans eos ad Castra Sanctorum & c. Hactenus ille. Verum ne longior sim in re obscura, & quando nihil certi adduci potest, satis sint quæ admonuimus, & quod hęreticum hoc dictum quisque caueat, nec ponat in Cœlum os suum. Nos vero cœpta sequamur.

Antichristus.

De Antichristi potentia, & incremento. Dani.2.f.7.f.

De Antichristo per regem Syrjæ Antiochum pręfigurato. Dan.11.c.f

De Antichristo Pastore. Zach.11.d

Antichristum interficiet Christus spiritu oris sui.2.Tess.2.b

Antichristus est, qui negat Christum venisse in carne.1.Ioan.4.a

Antichristus, qui patrem negat. 1.Ioan.2.c.

Antichristi multi tempore Ioannis Euangelistæ. 1.Ioan.2.c.

Antichristus veniet ante diem iudicij. 1. Timot.2. c

De Antichristo hæc apertè habemus ex sacra historia, quæ verò referant sacri expositores, paucis narrabo. Antichristus dicitur contra Christum, hic ex Tribu Dan nascetur, vt putat Mayron. ex verbis Gen.49. Dan Coluber. &c. Surget contra Antichristum Enoch, vt dicitur Eccles. 44. Enoch placuit Deo, & trãslatus est in Paradisum, vt det gentibus sapientiam. Elias etiam pugnabit cum eo, vt scriptum est Matt.17. Et Christus visibiliter descendet, eum interficiens ante diem iudicij. Antichristus nõ erit vnitus Dęmoni in persona, vt multorum est error, nec erit malorum caput ordine, vel influxu, sed perfectione vitiorum, quia omnium pessimus erit, & peccatis omnib. plenus. Scribit D Thom. quòd Michael Archangelus interficiet Antichristum in monte Olitueti. 2. Thess. 2. com.6. Meminit Fulg. ad Transim. Regem lib. 2. in princip. & Lact. lib.7. de Diuino pręmio cap.17.28.19. Antichristus inter alia sacrificium Missæ abrogabit, & tollet, vt dicit Hippolytus Episcopus, & Martyr in oratione de consummatione mundi, & Antichristi. & Chrisost. hom.49. operis imperfecti in Matt. exponens ea verba. Cum videritis abhominationem.

Antichristus nullus est futurus, nisi qui aduenit, & sunt Episcopi Romani. Bullingerus.

HAER. Validissimè confutat hanc hæresim

rcesim doctissimus Turrianus. lib.3.cap.17. aduersus Mag. Burgenses, & Nic. Sand. li. 8.cap.49. de visib. Monarch. & ex locis nominatis, Antichristum venturum apertè conuincitur. sed bene negat Bullingerus futurum Antichristum, quoniam in se omnium vitiorum sentinam cognoscebat, & quibus magis quadrat Antichristi vita q̃ Lutheranis? De hæreticis scribit Fulgẽtius, quòd sunt Antichristi. Regnaturus verò est Antichristus tãto tempore, quòd erunt dies mille & ducenti, inquit D.Hier.

Annatæ.

Annatæ non sunt soluendæ. Protestantes. HAE. Erasmus deridet hanc vocem, quasi noua sit in Ecclesia quæ quidem non cœperunt postquam ipse scribere cœpit, sed peruetusta est, ac cõsensu omnium populorum, ac nationum; quid est, quod summo Sacerdoti à minoribus Sacerdotibus decimæ decimarum diuino iure reddebantur. At Ecclesia non per singulos annos, sed pro Reipublicæ Christianæ opportunitate. Si ergo conuertat Annatas in pios vsus Ecclesiæ contra Turchas, contra Infideles alios, vel hæreticos, non est cur iustè Papa redargui possit; nec nos abusus tuemur, sed Ecclesiæ authoritatem Christi sanguine fundatam. Hoc est ꝙ petitionibus Concilij Basil. respondens summus Pontif. decreuit Annatas esse soluendas. tom.3.pag.272. & hoc idem in Concil. Viené. fuit sancitum. Annatæ etiam tempore Apostolorũ erant nam Ecclesiæ Hierosolymitanæ contribuebant & soluebantur collectæ, vt author est Caiet. de auth. Papæ, ad 14.

Annatæ ergo sunt soluendæ Romano Pontifici, sicut à populo proprio Parocho decimæ persoluuntur. De his scribit Ecchius in Enchy.

Antiochus Idolum erigit super Altare Dei. 1.Mach.1.g

Antiochus Aegyptum, & Hierusalem suæ subijcit ditioni. 1.Math.1.c

Antiochus radix peccat mortuo Alexandro Macedone, regnum Græciæ suscipit. 1.Machab.1.a

Antiochus nobiles Iudæos persequitur, & Iudæos spoliat. 2.Mach.5.b.

Antiochus incidens in languorem moritur. 1.Mach.1.b.2.b

Antiochus Eupator constituitur Rex. 1.Machab.6.b

Antiochi Eupatoris gesta. 2.Machab.10.h

Antiochi Eupatoris aduentus in Iudæam cũ numeroso exercitu. 1.Mach.6.c

Antiochus cum Simone fratre Machabæi fedus ferit, & Tryphonem persequitur. 1.Machab.15.a

Antiochus Iudęos persequẽs à Domino percutitur. 2.Mach.9.b

Antiochi simulata pœnitentia. 2.Mach.9.d

Antiochus moritur. 2.Mach.9.d

Antiochenses primi sunt dicti Christiani. Act.11.d

Antiphonæ, quæ in Ecclesia dicuntur sunt vanæ, ac derisoriæ. HAER. Quid est causæ cur Hæretici Diuinas laudes, quæ à Cœnobitis vel alijs decantantur ad quas aues suo suauissimo concentu hortantur: Cœli motus sua armonia nos vrget. & de Antiphonis illud cum Ecclesia tenemus; ꝙ D. Egnatius Antiochenam docuit, qui fuit de his ab Angelis instructus. Hanc consuetudinem ex Græcis ad Latinam Ecclesiam deductam esse innuit Isidorus. Antiphonas Græci alternis choris, velut duobus Seraphim, ac testamentis, inuicem sibi clamantibus. Hoc volunt quatuor illa, non habentia requiem, sed die, ac nocte clamantia. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens. Hoc decretum fuit in Concil. Aquisgranensi. tom.3. pag.352. & inferius dicitur 569. Præcipitur, vt Antiphonæ supra infirmos recitentur cum aqua benedicta. Hoc obseruatum à Sanctis fuisse testatur Lippom. tom.1.

Antipodas esse. Deridet D.Aug. lib.16. de Ciuit. Dei, cap.6. Lactant. 3. Diu. Inst. cap.24. Procopius Gazæus super Gene. exponens ea verba. Gen.1. Congregentur aquæ. At diebus nostris repertæ sunt, adeo ꝙ hodie negare haud quispiam potest.

Apocalypsis.

Apocalypsis non est Beati Ioannis. HAER. Arbitrabantur Alogiani, siue Alogi, librum Apocalypsis à Cherintho fuisse editum, vt refert Philastrius, Epiph. & D.Aug. Lutherani verò tanquam fabulosum callidè renuunt, & audent nõ esse D. Io. Euãg. sed cuiusdã Io. Presb. Ephesi sepulti. Tertull. verò libro quarto aduersus Marcionem.

D.Aug.

D. Aug. cõtra secundam Gaudentij epistolam lib. 2. cap. 17. D. Hierony. in lib. de uiris illustribus. Et ante istos Diony. Areopagi. lib. de Eccl. Hierar. cap. 3. part. 3. Iustinus Martyr exposuit, ut Hierony. testatur, cap. 8. de uiris illustribus. Ireneus lib. 5. aduersus hæreses, lib. 5. cap. 8. D. Amb. Greg. Beda. Epiph. Her. 51. Clem. Alex. lib. 2. Pedago. cap. 12. Origenes apud esub. lib. 6. Eccl. hist. cap. 18. Chrisost. referente Suida. Dam. lib. 4. cap. 18. Cassiodorus, Rabanus, Rupertus. Ricardus a Sancto Victore. D. Tho. & recentiores omnes. Concilia hoc sanxerunt. Ancyranum quod fuit primum omnium tempore Domitiani D. Ioannis esse testatur ut author est Euseb. lib. 6. cap. 7. Con. Cartaginense, Toletanum quartum Florent. Tridentinum idem decreuerunt. Dicitur Apocalypsis, hoc est reuelationis. Dum enim D. Ioannes relegatus esset in insula patmo, & uideret uitia indies pullulare quam plurima. Et illa Hæresis inuulgabatur, quòd Christus non fuerit ante Mariam, hoc redarguit dicens esse Alpha, & omega. Affirmabant etiam ecclesiam per tribulationem defuturam, quam Ioan. semper vigere inter tribulationes prædicit. Hinc tot mala ecclesiæ prænunciat.

Obÿciunt Hæretici.

Primò, quę nobis ex Apocalypsi vtilitas, sed inania docet, de septem stellis, septem Angelis, septem oculis, &c. & multa alia quæ potius somnia, quam Prophetę visiones sunt. Dicitur quòd aliud est carnaliter videre, & aliud spiritualiter sicut contingit D. Ioanni, qui oculis mentis illa sep em intuitus est ut dicitur cap. 1. atque ideo aliud est iudicare extrinsecus, aliud ea quæ continentur per allegoriam spiritualem. Septem enim candelabra aurea, septem sunt ecclesiæ diuina charitate ardentes. Septem stellæ, septem ecclesiarum rectores, & episcopi. Septem oculis agni, septem dona, Spiritus Sancti, septem sigilla, septem reuelationes, per septem futura tempora ecclesiæ gerendæ, quas nos nunquam potuissemus intelligere, nisi agnus reuelasset, septem tubæ, septem prædicatorum, ac docentium ordines, septem phialas, septem tribulationes, quæ omnia ad consolationem fidelium sunt, a Diuo Ioanne conscripta.

Secundo est mendax author, quia dicit & Angelo ecclesiæ quę est in Theatyris, quã vrbem esse in Mysiam ad finistram cayci fluminis dicit, quæ tamen nunquam fuit tempore D. Ioannis quomodo ergo scribit. Dicitur, quòd scripsit D. Ioannes Spiritu prophetico ad eam, quæ futura erat, quæ à Prygistis maculata fuit nempe Priscilliano, Maximilla, & Quintilla, & expurgata fuit suo tempore, testatur Epiph. lib. 2. Her. 97. Fuisset ergo mendax, & Cherinthus, vel Ioannes eius author, ecce ꝙ retorquetur argumentum cõtra eos. Tertio arguunt. Continent ea qua docuit Cherinthus, restaurationem ciuitatis Hierusalem. Vidi ciuitatem Sãctam Hierusalem. Ciborum opulentiam. Non esurient, neq; sitent amplius. 21. cap. & uincenti dabo edere de ligno uotæ. Item regnaturum per mille annos. cap. 20. & regnauerunt Christo mille annis. At facile est hæc omnia euadere, nam non loquitur de carnali ciuitate Hierusalem, sed de superna celesti, & posuit mille annos tempus determinatum pro indeterminato, & inde est quòd de illa loquitur quoniam Dominus Deus, & Agnus templum illius erant, cap. 21. & lucerna eius est agnus. Quarto, arguunt Lutherani, & Erasmus. Eusebius lib. 3. Hist. Eccl. cap. 39. & 28. quod est Cherinthi, nõ Diui Ioannis. Dicitur, quòd non dicit hoc Euseb. nec Caius, sed quod Cherintus ex dictis D. Ioannis suam hæresim probauit. Quinto Diony. Alexand. suspicatur, ab alio esse conscriptum Dorothæus Tyri episcopus, meminit euãgelium D. Ioannis, ait non de Apocalypsi. Caius negat apud Eusebium lib. 7. cap. 21. Anastasius in suo catalogo non audet Apocalypsim recensere. Hæc mouent Erasmum. Sed respondeo, dicat Erasmus, quare magis sibi suadetur credẽdũ esse paucis, qui tacent, quam multi id affirmantibus, quos supra nominauimus. Tacent prædicti authores fateor, quia rem non habebant adeo exploratam. At tot sunt, qui pro certo affirmant, quod eccelesia rectè iudicauit esse fidem habendam. Sexto Græci non recipiunt, ut author est D. Hierony. ad Dardanum. Hoc eadem via diluitur. Nam ecclesia adhuc non cognouerat hoc; quod postea

stea docuit Græcis consentientibus in Cõcilio Flor. quẽ & hodie inter Catholicos scribunt. Septimo titulus in codicibus Grecis non erat D. Ioannis, sed Ioannis Theologi. Respondeo, quòd ab altitudine rerũ sortitus est nomen Theologi Ioannes Euãgelista, vt scribit Diony. Areopagita epistola 10. cui talis titulus præponitur. Ioanni Theologo, Apostolo, & Euangelistæ in Patmo insula relegato. Octauo. Stylus est diuersus. Ergo non est D. Ioan. Hoc quòd sæpius nostris Hæretici obijciunt. Nihil est, nam rerum diuersitas, & quibus scribitur, varium stylum exigit, ut D. Paul. scribens hebræis. Dico etiam quòd non est adeo diuersus, vt putant. Hono. sæpius repetit suum nomen, quòd non feccrat in Euãgelio. Dicitur quòd in Euãgelio scribebat Domini vitam. At in Apocalipsi suas reuelationes. Decimo. Varij sunt Doctores, quando scripserit, alij quòd tempore Domitiani, alij Neronis. Dicitur quòd est infimum argumentum hoc, & de loco, vel tempore disserere, quando de re constat. Quid, & quantum valeãt Hereticorum argumenta demonstrauimus.

Apostasia.

1 *Apostasia nullum est vitium, sed Homo semper est liber, nec uoto, nec fide astringitur.* HAERET. Si Fides, quam Homo Homini habet de medio tollatur, qualis erunt homines, quale erit nostrum negotium, qualis re spublica, stemus ergo promissis. Apostare vero est deuiare, vel a fide, ab ordine, & a statu regulari. Qui vero apostatant a fide sunt Hæretici, qui vero a regulari vita apostatant sunt excommunicati, C. vt periculoso, Ne cler. vel Mon. lib. 6. & si per annum in excommunicatione perstiterint, & ad religionẽ redire noluerint, sunt de fide suspecti, & possunt per episcopum, vel inquisitorem citari, vt de fide responsuri, & potest contra eos procedi, ut in ca. Grauem, de pœnis. Qui apostatant a fide sunt hæretici quo ad primam Apostasiam a religione, multis modis incurrere possumus. Primo quando quis a religione discedit ad laxiorem uadit, & sine licentia, tunc non est apostata, sed tamen Martinus quintus hunc excommunicat, quia sine licentia discessit. Qui vero ex vno cœnobio ad aliud transit sine licentia, nec est Apostata. Qui etiam manet extra claustra cum intentione, sic perseuerandi, nec eius est animus ad claustra redire, & defert habitum, hic est apostata qui uero habitum defert, & habet intentionem redeundi ad conuentum, sed non tam cito propter uitæ austeritatem: hic certè est Apostata. Caiet. 22. q. 12. primo. De Apostatis verò a fide Hæretici habentur ab omnibus. Incurritur etiam Apostasiam, a fide, per adorationem Dæmoniorum implicitam seu explicitam, vt dicitur 26. q. 7. C. Non obseruabit is. D. Th. 2. d. 7. q. 5. ar. vult. C. Alb. mag. 2. d. 7. ult. Palud. 4. d. 13. q. 3. 3. Contra Apostatas sancitum fuit in Concil. Arel. c. 23. tom. 1. par. 287. Rursum secundum Cõcil. Arelat. Tom. 1. pag. 294. col. 4. Siriacus Papa. Decr. 3. cap. 1. Treuer. prouiuciale, Tom. 3. pag. 898. Colon. Prouinci. Tom. 3. pag. 899. Ildeslim. Tom. 3. pag. 837. Trid. sess. 14. cap. 11. prohibet, ne quis cœnobia exeat. Et sess. 25. cap. 4. quod neque prætextu eundi ad suos superiores possit quis discedere. Resipiscant ergo Hæretici, qui a fide apostatarunt, caueant religiosi ne extra claustra uagentur. Contra quos tanta dixisse sit satis.

2 *Apostata celebrare potest, nec peccat.* HAERET. ò insolentem hominum temeritatem, ò summam imprudentiam, omnes homines ex proprio ingenio metiri, ac ex suis aliorum oculos estimare. Ne dum licet apostasis sine peccato celebrare, qđ nec gaudent aliquo priuilegio suæ religionis, ut admonet Tri. Synodus, sess. 29. c. 9. Siuè ergo sit Apostata a fide, siue à religione, nõ licet postubiquam Christi iugo colla subegit ceruicem excutere, & in Demonis seruitutem redire.

3 *Apostatę an sint Hæretici?* Varia est doctorum sententia. Nam sil. Verbo Apostata. (. 1. & 2. affirmat esse Hereticum, at uerbo Heresis. 1. q. 2. negat Apostatam proprie esse hereticum. Caiet. 22. q. 11. 1. dicit quòd est Hæreticus. At in summa. Verbo Apostatam, dicit quòd peior est hæretico, D. Tho. 22. q. 12. 1. & 12. 1. 3. dicit quòd Apostata non est hæreticus, sed accipit denominationem a termino, ad quem puta ad quem ritum conuertatur, nam apostata motum importat. Hinc dicitur, quòd peior est Hæretico, & illæ, & maiores pœnæ

næ ſibi debentur, & non remanet nomen Hæretici, ſed maius nomen ſortitur, ſicut ex actibus habitus, & ſcientia viatoris dicitur compræhenſoris. Apoſtatæ ergo a fide tanquam infideles habendi ſunt, & tanquam Hæretici traduntur brachio ſeculari, ſi nolunt reſilire. Iud. Inquiſ. Verbo. Apoſtata. Turr. Crem. lib. 4. ca. 13. in principio dicit, quòd non eſt Hæreticus, ſed infidelis.

4 *Apoſtatæ pœnitentes, non ſunt recipiendi.* HAERET. Siryacus Papa loco ſupradicto decreuit, quòd apoſtata ſit recipiendus, docente Domino. Nolo mortem peccatoris, ſed magis, vt conuertatur, & uiuat Ezech. 18. & habetur Tom. primo pag. 416. Direct. Inquiſ. par. 2. q. 6. nu. 34. C. fin. 24. q. 3. D. Antoni. 4. 1. tit. 11. c. 7.

Apoſtoli.

Apoſtoli ſunt pares authoritate, & dignitate. HAERET. Mihi ſat erit in præſenti loco in communi uidere diſtinctionem, & quam habuerit Petrus ſupra alios. Teſtatur Clemens Romanus Pontifex quod nõ eſſent, pares apoſtoli, dicens. In ſingulis uero Ciuitatibus ſingulos non binos, vel ternos, aut plures epiſcopos conſtitui præcepit, qui non primatum, aut Archiepiſcoporum, aut Metrapolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, ſed Epiſcoporum tantum uocabulo paterentur quoniam, nec inter ipſos Apoſtolos, par inſtitutio fuit, ſed unus omnibus præfuit, Tom. 1. pag. 37. Anacletus Papa ſubſcribit Tom. 1. pag. 61. epiſtola 3, Petro tamen a Domino eſt cõceſſum, & ipſi inter ſe, idipſum uoluerit, ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cæphas ideſt caput, & principium teneret

rat Apostolatus. Qui & eandem formam suis successoribus, & reliqui Apostoli Episcopis tenendam tradiderunt, & non solum hoc, in nouo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit. Vnde scriptum est psal. 98. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius idest primi inter eos fuerunt. Tantum Petro dictum fuit. Pasce oues meas. Leo magnus epistola 84. ad Anastasium Thessalonicensem episcopũ dicit. Quoniam & inter Beatissimos Apostolos similitudine honoris, fuit quædam discretio potestatis, & quum omnium par esset electio, uni tamen est, ut cæteris præemineret. De qua forma episcoporum quoque orta est distinctio, & magna dispositione prouisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis prouincijs, quorũ inter fratres haberetur prima sententia. Et rursus quidam in maioribus vrbibus constituti solicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil vsque à suo capite dessideret. Satis sit hæc pauca commemorasse, plura fusius litera D. demonstrabitur ex sacris literis, Concilijs, & Doctoribus, primas D. Petrum obtinere.

2 *Apostoli non adorauerunt imagines.* HAER. Quod in huius confutatione subinferã lectorem præcor, & obtestor recurrere ad fontẽ ipsũ nẽpe. to. 2. Concil. pag. 511. Et est D. Athanasij oratio in Concilio sec̃udo Niceno, cuius sunt verba. Nicodemus, qui ad Iesum nocte venerat proprijs manibus eam composuisset, & eam Gamalieli tradidisset, Gamaliel vero Pauli Doctoris gentium magister, cum diem sibi cerneret extremũ, Iacobo eã reliquit, & Iacobus, Simeoni, & Zachæo, & sic p successores temporum in Hierosolyma perdurauit, vsq; quo subuersio illius vrbis patrata est anno quadragesimo, & tertio post Ascẽsionem Domini Saluatoris ad Cælos. Sed biennium antequam Titus, & Vespasianus eandem subuerterent vrbem admoniti sunt à Spiritu Sancto fideles, atq. discipuli Christi, ut relicta vrbe ad Regnum se transferrent Agrippæ Regis. Quia ipse tunc Agrippa erat Romanis confœderatus. Qui egressi ab vrbe, omnia quæ ad cultum nostræ religionis, vel fidei pertinere videntur, secum afferentes in regiones transtulerunt se. Quo tempore etiam Icona, cum cæteris rebus ecclesiasticis deportata vsque hodie in Soria permansit, quã ego ipse à parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam iure, vsque nunc possedi. Hæc certa & manifesta ratio est de Icona Sancta Domini Saluatoris, qualiter de Soria in Iudeæ partes deuenit. & subinfert quòd Apostoli, & Iudæi multi venerabantur, & multa fuere per eam miracula perpetrata. Imò verò Damas. lib. 4. ortodoxæ Fidei. cap. 17. scribit adorationẽ imaginum esse ex traditione Apostolorũ. Quod testatur secunda synodus Nicena, actione septima. At cum de imaginibus scribendum erit, plura adducentur.

3 *Apostoli non fuerunt in Dominica Cœna, à Domino sacerdotes consecrati.* HAER. Christus Dominus in vltima Cœna sacramentum instituens sub speciebus panis, & vini sacerdotes Apostolos instituit, & vt idẽ facerent demandauit dicens. Hoc facite in meam commemorationem? Hoc Iren. lib. 4. contra Hæreses cap. 32. Affirmat Euseb. Cæsariens. lib. de demonstratione Euãgelica cap. 10. Cyprian. lib. 2. epistola 3. ad Cæcilium. Chrisost. ho. 83. in Matth. & 24. primæ ad Corint. Diony. Areopag. de Eccl. Hierar. cap. 3. cap. 3. D. Augu. de ciuit. Dei cap. 20. & lib. 20. cõt. Faustum cap. 21. hi omnes affirmant Dominũ obtulisse, ac posteris hoc idem præcepisse, vt offerrent. Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. Apostolis, quos tunc noui testamenti sacerdotes constituebat, vt sumerent tradidit, eisque eorumque in sacerdotio successoribus, vt offerrent præcepit, per hæc verba. Hoc facite in meam commemorationem, vbi semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Hæc Concil. In cuius corroborationem est authoritas D. Pauli. p. ad Cor. 11. Ego enim accepi à Domino, quòd & tradidi nobis. Hoc dicit Gloss. de consec. dist. 2. In Christo semel. Hoc docet D. Th. 4. d. 24. q. 2. 3. 2.

4 *Apostoli non habuerunt facultatem consecrandi, & offerendi corpus Christi.* HAER. Et si hæc falsitas conuincatur ex modo allatis, tamen quoniam multi Hæreticorum, concedunt sacerdotium, non tamen eo modo quo Ecclesia admittit, & veneratur. Hinc ex Concil. Trident. sess. 23. Cap. M Can. primo, denue hunc errorem confuto. Hoc

autem

autem ab eodem Saluatore nostro institutum esse, atque Apostolis eorum successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerrendi, & administrandi corpus, & sanguinem eius, nec non & peccata dimittendi, sacræ literæ ostendunt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit. Hoc probant uerba Matth.26.Lu.22.

5 *Apostolis non est data facultas peccata dimittendi.* HAER. Miror de quibusdam viris doctissimis, qui aliàs sapientissimè contra Hæreticos scripserunt, quomodo affirment, quòd confessio, vel absolutio contineatur virtualiter in scriptura, sicut purgatorium. Certè offendunt, & cecutiunt; quid enim (Bone Deus) clarius dici possit, vt ostendat Apostolos posse absoluere, quàm dicere, solueritis. Iam ergo videant Hæretici quo modo Apostolis facultas fuerit concessa peccata dimittendi. Nam Matth.16.dicitur. Tibi dabo claues regni Cœlorum. & 18. Amen dico uobis quæcunque alligaueritis super terram, &c. Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Concilia hoc deducunt. vt Later. sub Innocẽ. Tertio, cap.21. Florent. in Doctrina de sacramentis. Trid. sess.14.cap.5. Patres idem docent. Diony. epistola 8. ad Demophilũ. Clemen. epistola prima, ad Iacobum fratrem Domini. Tertullianus lib. de penitentia. Orig. hom.2. in psalm.37. Cypria. le in serm. de lapsis. Cyrillus lib.2. in Leuit. Hierony. cap.10. ecclesiastis. super ea verba si morderit serpens in silentio. Chrisost. ho. 30. in Gen. D. Augu. de ciui. Dei, 20. cap.9. Greg. Hom.26. in Euangelia. qui omnes, vel aperte scribunt Apostolis, & sacerdotibus id esse datum, vel confessione homo absoluitur à peccato, quod idẽ significat, quo ad rem, & si non eadem sit vox.

6 *Apostoli sacras literas tantum literaliter, non moraliter sunt expositi, ac interprætati fuerũt.* HAER. Quotuplex sit sacræ scripturæ sensus iam diximus supra. Modo conuincamus aduersarios, quòd Apostoli eas exposuerunt non tantum secundum litteralem, sed alijs Apostolis dictum fuit. Quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Ioan.15. Eis datum fuit nosse mysterium regni Dei, ut dicitur. Luc.8. Ergo omnẽ sensum scripturæ habuerunt, & D. Pau. ad Gal. dixit. Quæ omnia sunt per allegoriam dicta. & ad Rom.8. Qui in carne sunt Deo placere non possunt. Rursus p. ad Cor.12. testatur D. Paulus, se vidisse arcana Dei, quæ non licet homini loqui. & itẽ 2. cap.3. litera enim occidit, spiritus viuificat. Deceptus est ergo Ioachim.

7 *Apostoli non seruarunt, nec receperunt pecuniam. Gerardus, & Pseudo Apostoli.* HAER. Nonne legimus Apostolos Sychem petijsse, vt cibos emerent. Ioann.4. & Dominus præcepit ut colligerent fragmenta, ne perirent. Ioann.6. Rursus. de Iuda dicitur, quòd erat loculos habens. Ioan. 15. & D. Pau.2. Corin.12. scribit ab ecclesijs accepisse. & D. Tho. 21. qõ.185. 6. secundum. Quod vero Dominus prohibet. Nolite portare aurum & argentum. sensus est quòd finis prædicatoris nõ sit pecunia, vel quòd superflua non autem necessaria. Vel pro eo tempore erat prohibitum. Illud etiã Matth.6. Nolite sollicite esse in crastinũ. Nimiam excludit solicitudinem, & anxietatem, quæ retrahit nos a Dei famulatu. Direct. inquis.2.p.q.15.nu.3.

8 *Apostoli Ecclesiam gubernarunt in necessarijs priusquam esset officium Papæ.* HAER. Videas lector quomodo lateat anguis sub erba. Putabit Ioannes Hus, Homo post hominum memoriam uanissimus, quòd Papæ dignitas, & potestas sit humanum inuentum, qua de causa, & alias fuit in Concil. Constan. damnatus, & de Papa loquemur suo loco.

9 *Apostoli omnes tempore Passionis, omnem fidem amiserunt.* SCANDALOSA. Nunquam mihi persuadere potui, nec animus vnquam capere potui, id quòd nostri viri celeberrimi defendere non verentur, ꝙ Apostoli tempore passionis omnem fidẽ amiserunt. Qui certe quantum afficiant robustissimas Ecclesiæ columnas iniuriæ, & contumeliæ, alij iudicent. Quid enim absurdius dici potest, quàm primos Ecclesiæ fundatores omnes Apostatas, vel Hæreticos dicere. Apostata namque ille est, qui a suscepta fide retrocedit, & cui subscripsit, ꝓbabilius ergo, & modestius dicitur, quòd non amiserint. Nam Marci ultimo legitur. Discipuli abierunt in montem, vbi constituerat illis Iesus, & videntes eum adorauerũt, quidam verò dubitauerunt. Quidam ait non omnes Tutius

tius ergo est dicere, quòd apostoli ex animi perturbatione, & ignorantia peccauerunt, ut Lex D. Lucæ insinuat. 18. & scribit Marc. 16. Quia his, qui vederant eum resurrexisse non crediderant. His ergo, qui retulerunt non crediderunt, qui & si fide digni essent, decipi tamen poterant. Petrus uero, & Ioannes audito nuncio cucurrerunt. Bene ergo concludit Turræ Crem. lib. 3. cap. 61. in fine, quòd non fuerunt infideles nec Hæretici Apostolici, licet dubitauerint, qa uni, non firmiter adherebant, hęc uero dubitatio, vel fluctuatio non constituit hominem hæreticum, nec infidelem, ut litera D. exponetur.

20 *Apostoli in fide confessione non defecerunt.* Temeraria est, ne dicam Hæreticam, imò Hæretica est opinio, quòd Apostoli tempore passionis non defecerint in confessione fidei, uel etiam in fide uiua. Nam hoc uolunt uerba saluatoris. Percutiam pastores, & dispergentur oues. Matt. 26. idest ab unitate fidei soluentur. Hoc significat dictum D. Luc. 24. quod verba mulierum resurrectionem prædicantium, uisa sunt deliramẽta. Rursus Mar. 16. Exprobrauit incredulitatẽ illorum, & duritiam cordis, & Thomas. Nisi uidero non credam. Alijs etiam locis glossa idem docet vt terræ Crem. ubi supra testatur, & D. Hierony. & D. Augu. & at tunc adhuc non erant ecclesię colũnę inquit D. Aug. nec impletum erat. Ego confirmaui colũnas eius psal. 114. Hoc denotat ecclesiæ consuetudo, dum diebus passionis cerei omnes extinguuntur uno excepto. Licet ergo tunc defecissent, quia homines erant, tamẽ adhuc nõ erat datus Spiritus Sãctus, ut est in ecclesia, vnde Pastores omnes ecclesiæ errare non possunt.

21 *Apostoli baptizando in nomine Christi errabant.* HAERET. Non est uerisimile in re tanti ponderis defecisse Apostolos, sed in nomine Christi tantum baptizabant, pro eo tempore, ut quod Iudęis erat odiosum, & gentibus scandalum redderetur sic amabile. Sunt qui dicunt Apostolos baptizasse in nomine Christi, non tantum, sed in nomine Patris, & Filij eius IESV CHRISTI, & Spiritus Sancti, quòd ui detur dicere Ambrosius, quicquid de hoc sibi bene egerunt Apostoli baptizando in nomine CHRISTI, vt Nicol. ad Consulta Bulgarorum scribit de consecr. d. 4. l. a quodam Iudæo, & scholastici omnes.

12 *Apostooli in rebus fidei nunquam usi sunt ratione naturali, vt suaderet.* ERASMVS. Erron. Non solum cum exteris disputando ratione naturali, non ad demonstrandum, sed ad suadẽdum vti possumus, sed & cum nostris, qui de grege Christi sunt. Quod apostoli fecere. Primo id suadeo. ex eo, q apostoli, dum allicere homines volebant ad fidei resurrectionem ratione naturali Dauidis vsi sunt, ex eo deducentes, psal. 22. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem quòd cum de Dauide intelligi nequeat, uel alio, de Christo erit exponẽdus. Act. 1. 3. & 12. & 13. & ait. Hos testes sumus. Probarunt etiam naturali ratione, Paulus, & Barnabas, quòd non erat eis sacrificandum. Nam nos mortales sumus ait, similes uobis homines. act. 14. Rursus Deum nulla egere naturali ratione usi sunt, act. 17. Quia omnium est Dominus & uitam omnibus elargitur. Nec longe est ab unoquoque nostrum, sed in ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Hoc fecerat Dauid, psal. 93. & 133. Qui firmauit nos, & posuit super nos manum suam. Qui ergo naturæ argumenta abhorrent, ij naturali lumine sunt orbati.

13 *Apostoli non fuerunt in gratia confirmati.* HAER. Apertissima sunt testimonia in actis apostolorum, quòd factus sit repente de cœlo sonus, & aduenit Spiritus Sanctus, & Dominus pollicitus fuerant. Rogabo Patrem, & alium paraclytum dabit uobis, ut maneat uobiscũ in eternum Spiritũ veritatis, & ad hunc sensum exponunt Doctores. Ego confirmaui columnas eius, psal. 114. Ex ijs dictis locis colligunt Doctores, imò ecclesia Apostolos fuisse in gratia confirmatos. Quod tamen non transit ad successores Episcopos, nec PaPa est hæres priuilegiorum Petri personalium, sicut nec culparum, sed earum quæ ad ecclesiæ communem vtilitatem pertinent. Quæ omnia sumus alio loco diligenter explicaturi.

14 *Apostoli non sunt duodecim.* HAER. Habemus manifestam hystoriam, a D. Matth. conscriptam. cap. 10. ubi duodecim Apostoli referuntur. Petrus. Andreas frater eius. Phylippus. Bartholomeus. Iacobus Zebædei filius. Ioannes frater eius. Thomas. Mattheus. Iacobus Alphei, qui & iustus. Simon Cleo-

Cleophæ filius. Matthias, qui loco Iudæ cũ vndecim connumeratur. Hos ecclesia veneratur, & colit, qui & symbolũ, & Canones ediderunt, ut suo loco repetam. Qui plura de eis scire desiderat, legat Lippomãnum. Eusebium. Nicephorum, Hieronymum de viris illustribus, & Ioachinum perionium Hoc D. Tho. scribit super Ioan. 6. lect. 1. fin.

15 *Apostoli non fuerunt septuaginta duo, vltra duodecim.* SICVT ex sacra historia duodenarium numerum habemus, sic, & qđ fuerint septuaginta duo. Nam dicitur designauit Dominus & alios septuaginta duos discipulos, & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus Luc. 10. Quorum nomina ex Hyppolito, & Dorotheo non erit inutile recesere. Primus fuit Iacob. Frater Dñi Episcopus Hierosolimorũ. Secundus. Cleophas Episcopus Hierosolimorum. Tertius Mattias qui inter duodecim fuit cõnumeratus. Quartus. Thadeus qui Abagarum a morbo liberauit. Quintus Ananias, qui baptizauit Paulum, postea episcopus Damasci. Sextus. Stephanus primus Martyr. Septimus Philippus, qui Eunuchũ baptizauit. Octauus. Procorus Episcopus Nicomediæ. Nonus. Nicanor, qui cum Stephanus coroneretur, martyrio obijt. Decimus. Timon Episcopus Bostri in Arabia. Vndecimus. Parmenas Episcopus Solorũ. 12. Nicolaus Episcopus Samariæ. 13. Barnabas Episcopus Mediolanẽsis 14. Marcus Euangelista Episcopus Alexandriæ. 15. Lucas Euangelista. 16. Silas Episcopus Corinthi. 17. Siluanus Episcopus Thessaliæ. 18. Crescens Episcopus Carthaginis in Galatia. 19. Epenetus Episcopus Poneadẽsium. 20. Andronicus Episcopus Paneadensium. 21. Amphas Episcopus odyssex. 22. Vrbanus Episcopus Macedoniẹ. 23. Stachus Episcopus Bizantij. 24. Barrabas Episcopus Heracleæ. 25. Phygello Episcopus Ephesiorum, sed a Paulo discedens Simoni studuit. 26. Hermogenes Magarensium occidentalium Antistes. 27. Demas, qui deinde factus est sacerdos Idolorum. 28. Apelles Episcopus Smyrnæ ante Policarpu m. 29. Aristobolus Episcopus Brittaniæ apud Gallos. 30. Narcissus Episcopus Athenarũ. 31. Herodion Episcopus Patarensium. 32. Agabus Propheta. 33. Rufus Episcopus Thebarum. 34. Asyncritus Episcopus Hircaniæ. 35. Phlegon Episcopus Marathonensium. 36. Hermes Episcopus Dalmatiæ. 37. Patrobus Episcopus Potionensium. 38. Hermoes Episcopus Phylippopolis. 39. Linus Episcopus Romæ. 40. Gaius Episcopus Ephesi post Timotheum. 41. Philologus Episcopus Sinopes, alias Sinorum. 42. olympas cuius Apostolus meminit 43. Herodias, cum Petro Romæ, sub Nerone Cęsus est. 44. Lucius Episcopus Laodiceæ. 45. Iason Episcopus Tarsensium. 46. Sosipater Episcopus Iconij. 47. Erastus Episcopus Paneadis. 48. Quartus Episcopus Beriti. 49. Apollo Episcopus Cesareæ. 50. Cœphas Episcopus Coniæ. 51. Sosthenes Episcopus Colophonij. 52. Epaphraditus Episcopus Adricensium. 53. Thychicus Episcopus Colophoniæ. 54. Cæsarius Episcopus Byrrachij. 55. Marcus Consobrinus Barnabæ Episcopus Apolloniadẽsium. 56. Iustus Episcopus Eleutheropolis. 57. Artemus Episcopus Lystrensium. 58. Clemens Episcopus Sardicensium. 59. Onesiphorus Episcopus Coroneæ. 60. Tychicus alter Episcopus Chalcedonensium. 61. Carpus Episcopus Beraiæ Traciæ. 62. Euodius Episcopus Antiochiæ. 63. Aristarchus Episcopus Apameæ Syriæ. 64. Marcus Episcopus Bibliapoli. 65. Ioãnes eiudem loci Episcopus. 66. Zenas Episcopus Diospolis. 67. Philemon Episcopus Gazę. 68. Aristarchus alter. 69. Pudens. 70. Trophimus, cum Paulo martyrio coronatur. 71. Timo. 72. Miges. Hos ex locis supradictis collegi, & sunt ab ecclesia recepti. Vnde Erasmi error arguitur, qui dicit tantum septuaginta fuisse & hoc legitur in Græco codice & ꝙ D. Augustin. & Beda habuerunt mendosos codices. At quia Epiph. Tom. 1. aduersus hr̃s es in fine sept. duos commemorat, ideo huic standum, si quando uero aliqs Doctor tãtũ. 70. putat esse. Hoc factum esse breuitatis causa dicendum est. Isti, uero dicuntur discipuli præssius loquendo, & non apostoli.

16 *Apostoli post susceptam spiritus Sancti gratiã peccare potuerunt & errare in rebus fidei.* HAER. Communis est Doctorum consensus reclamante nemine esse Apostolos sic confirmatos, vt amplius nõ possent peccare, vnde D. Aug. li. 1. de serm. in monte Dñi, c. 9. & 1. retract. c. 29. Quod Apost. ad tantam perfectionem peruenerunt, vt merito

ritò omnem perfectionem sint assequuti q̃tam in hac vita quisque consequi potest. Non tamen, quòd nullum carnis motum arbitremur spiritui repugnasse, sed quia eam perfectionem sunt consequuti, cuius sunt in hac vita capaces, plenissimam sperantes, quando dicetur. Vbi est mors contentio tua. Quod in fide errare non possint probant verba Saluatoris. Rogabo Patrem, & alium paraclytum dabit vobis, vt maneat vobiscum in ęternum. Quid est, ꝙ dixit Petro, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Vnde D. Thom. dicit, ꝙ Apostoli fuerunt cõfirmati in gratia, sicut Beata Virgo. Verit. q. 24. 9. Poterant tamẽ peccare venialiter, vt docet D. Thom. 3. d. 12. q. 2. 1. c.

17 *Apostolis non est datus Spiritussanctus visibiliter.* HAER. Non potest sacra historia mentiri, quę scribit, quòd fuit tanquam ignis. & alio loco, dicitur insufflauit, & dixit accipite Spiritumsanctum. Visibilis ergo fuit missio in specie Flatus, & Lingue igneæ ad significandum, quòd gratiam, & authoritatem haberent à capite, & abundarent verbis, & feruore. D. Thom. 1. qõ. 43. 7. 6. Licèt ergo habuerint ante Spiritũ sanctũ, vt singulares persone, postea tamen habuerunt ad salutem aliorum. D. Th. 4. d. 7. q. 1. 2. qla. 2. c.

18 *Apostoli non habuerunt omnem scientiam ad fidem necessariam.* HAE. Contra hoc pugnare authoritate, & exquisitis rationib. opus non est; sed tantum admonere, quòd Dominus dixerit illis. Spiritussanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Ioan. 14. Dedit ergo ait D. Thom. & omnib. Apostolis scientiam scripturarum, & omnium linguarum, quam homines, per studium, vel consuetudinem acquirere possunt, & si non adeo perfectè. pri. 2. q. 51. 4. c. Loquebantur etiam varijs linguis, quòd nec Christus fecit. 2. 2. q. 176 primo. c. & destruxerunt simplices, & idiotę omnes inimicos Christi, Psal. 8. com. 2. Cognouerunt ergò ea omnia, quę ad conuersionem mundi erant necessaria, & omnem veritatem, non autem futuros euentus 1. 2. q. 106. 4. 2

19 *Apostoli non fuerunt Baptizati à Domino.* TEM. Et si nullus habeatur locus in sacris literis, qui hoc probet, tamen cũ Dominus fuerit à Ioanne baptizatus ad aliorum exemplum, multò fortius de Apostolis id putandum. Cum maximè sine baptismo, nemo faciem Domini videre possit. Hoc significauit ablutio pedum, ac Ioannis baptismus. Vel si non omnes aliquos certè saltem Petrum fuisse ab eo baptizatum credendum est, & ipse postea alios Apostolos, ac Discipulos baptizauit. D. Tho. verò scribit, quòd omnes fuere baptizati baptismo Christi à Christo. 3. par. q. 38. 6. secundum. Nec sibi contrarius est D. Tho. dum 3. par. q. 67. 2. 1. dicit Dominum non baptizasse, hoc enim communiter accipiẽdum est, quòd non baptizauerit, sed non excludendo Apostolos. D. Aug. epistola ad Seleutianam ait. quos intelligimus baptizatos siue bapt. Ioa. siue Christi, quòd magis credibile est. & quomodo baptizabãt, si non erant baptizati?

20 *Apostoli poterant sine Sacramentis peccata dimittere.* HAER. De solo Deo id credit fides, cuius virtus non est alligata Sacramentis. Hoc est, quòd neque de Saluatore credebant Pharisęi, quem purum hominem arbitrabantur, ac per hoc non poterant peccata delere.

22 *Apostoli non celebrarunt Missam.* HAER. Pro huius hęresis confutatione, notior, & crebrior est Ecclesię, ac Doctorum authoritas, quàm indicanda sit. Namque de Andręa Apostolo legimus, quòd quotidie immaculatum Agnum in Altari sacrificabat. Quę habentur ex epistola Ecclesiæ Achaię, quam ante annos 400. citarunt S. Vuolphelmus Abbas, & Bern. & eius meminit liber de duplici martyrio. Ireneus testatur, ex traditione Apostolica nos offerre corpus, & sanguinem Domini lib. 4. ca. 32. 33. & 63. Patres rullanæ synodi testantur Iacobum instituisse Missę celebrationem. Cano. 32. & habetur de cons. dist. 1. c. Iacobus.

23 *Apostolorum, & Discipulorum Christi eadem fuit authoritas, nullumque fuit inter eos discrimen.* ERRON. Apostolis collata est potestas suprema in Ecclesia. quib. succedunt Episcopi, at septuaginta duo non adeo amplam, nec ordinare poterãt alios, sed tantum Apostolis datum fuit. His succedunt Pręsbyteri. Si idem est Apostolus & Discipulus, cur elegerunt Matthiam loco Iude. Act. 1. Rursus Luc. cap. 9. testatur, quòd Dominus conuocauit duodecim Aposto-

postolos,& dedit illis virtutem. & cap. 10. addit. Post hęc designauit alios sept. duos. Addo cur fuerunt Apostoli tantum in Cœna,& non Discipuli,qui erant vocati tamē à Domino. Maior est Apostolorum,quàm Discipulorum authoritas. Hoc est, quòd voluit Apostolos.Quosdam quidem Apostolos,alios autem Pastores, & Doct. &c.

24 *Apostoli non habuerunt vxores antequam ad Apostolatum essent vocati.* HAERET. De Petro, & Ioanne tradunt aperte Euangelistę. De Petro dicitur, Socrus autem Simonis tenebatur magnis febrib. Matt.8.b. De Ioann.quòd nuptijs fuerit vocatus, de Philippo etiam scribunt aliqui. Tamen hoc fuit antequam essent Apostoli, quas tamen reliquerunt, nam dictum fuerat. Qui non reliquerit,aut vxorem,aut filium propter me non est me dignus. Matth.19. Luc.18.sic scribit D.Hieronym.lib.primo cont.Iouin.cap.14.

25 *Apostolis non plus collatum est, quam Beatæ Virgini.* Hæc propositio potest esse vera, & hæretica. Vera quoad habitualem donum gratiæ, quæ maior fuit in Beata Virgine; Hæretica, quo ad ea quæ pertinent ad corpus mysticum Ecclesiæ. Nam fuerunt Sacerdotes ministri Dei, & Sacramentorum,quòd negatur de Gloriosa Virgine. Et omnia quæ pertinent ad corpus mysticum Ecclesiæ. Qua de causa sunt superiores Angeli, qui adorant quòd Sacerdotes conficiunt, nec illud ipsi conficere possunt, ait D. Aug.

26 *Apostolis nunquam fuit licitum aliquid, quo ad victum possidere,ac conseruare. Erasm.* HAER. Prohibuit Dominus vt Apostoli ante Passionem suam aliquid retinerēt, vt periculum facerent de virtute Domini; ideo dictum eis fuit. Cum vos mitterem sine marsupio, & pera, aliquid ne defuit? Qui responderunt nihil, Luc.22.a.Sed postea dixit,sed nunc, qui habet marsupium tollat, & peram, postea ergo licitum fuit, ait Chrisost.hom. super ea verba ad Rom. Salutate Priscam,& Aquilam;& est eius similitudo. Quemadmodum aues pullos suos fouentes tandiu in nido sedent donec illorum plumæ increscant, quas dum increuisse viderint, eos primum circa nidos volitare docēt: deinde adminiculo suo, totos destituunt, ita faciebat & Christus. In Palestina enim, quasi in nido nutricabat Discipulos,& eos volare docuit præsens,& gestans tandem permisit eos valore in totum orbem dato eis mandato, ne sibi ipsis deessent. Theophyl. in expositione eiusdē loci idem scribit. Demum in act. legitur, quòd erant eis omnia communia.

27 *Apostolis licitum fuit bellum.* Non dissentio ab Erasmo in hoc quòd Apostolis licuerit bellum. dissentio tamen quòd Apostolis non fuerit concessum vsum gladij; non in propria eorum persona,nec pro eo tempore,sed in persona totius Ecclesię,& futuro tempore. Quamdiu enim Ecclesia fuit nouella armorum vsus non conueniebat, quia Passione,& miraculis plantata est; at Ecclesia crescente potest vti gladio, quia qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat. Hoc Ambr. Glossa, & Bedæ, Luc. 22. a. De hoc alibi, litera b.

28 *Apostoli non mendicauerunt* HAER. Mendicitas Religiosorum vituperatur ab hæreticis, at videant, quomodo Dominus admoneat discipulos dicens. In eadem domo manete,manducantes & bibētes, quæ apud eos sunt.Luc.10.b. Consentiunt Doctores.

29 *Apostolorum dignitas non est suprema in Ecclesia.* HAER. Hoc pro comperto habetur ab omnibus.& etiam quòd fuerūt perfectiores cæteris Sanctis; Ioanne Baptista, si non merito saltem officio maiores.Eorū verba sunt ex familiari reuelatione Spiritus sancti, & omnis actio ab eodē,ac eius instinctu.A Domino vocati ad familiaritatem,& imitationem,ac sequelam. Dicuntur Dij propter potestatem iudiciorum. Fortes propter constantiam in Passione. Fratres Domini per naturam assumptam, & per gratiam adoptionis. Dicuntur ossa Christi,quia nos sustentant. Dicuntur corona,& lapides prętiosi. Psal.20. Dicuntur cœli, Psal.17.propter conuersationis sublimitatem. Stellarum abundantiam, lucidi per doctrinam, mobiles per obedientiam. Dicuntur nubes, fulgura,sagittæ, grando, carbones,ut scribit D.Tho.Psal.17.Dicuntur nubes, per terræ fertilitatem luminis diffusionem,motus velocitatem.Dicuntur dies, nox, firmamentum. Bases Ecclesiæ. Pueri, puritate, simplicitate, humilitate. Columbæ propter conpunctionem, simplici-

cita-

citatem, altitudinem contemplationis, & puritatem. Dicuntur scuta, quia omnes peccatores protegunt. Hinc dicuntur exaltati propter prædicationem, miraculis, & gloria. Hæc in gratiā concionatorum dixi.

30 *Apostoli non fuerunt à Domino confirmati.* TEM. Ea ratione qua credunt peritiores Apostolos fuisse baptizatos à Domino, eadem putant, & confirmatos, imo D.Tho. apertè hoc scribit. Quod fuerunt sine materia à Domino confirmati, non tamen sine materia confirmabāt alios 3.p.q.72.2.j.

32 *Apostoli Sacramenta instituerunt.* HAER. Sacramenta omnia à Saluatore fuisse instituta docet Ecclesia & Doctores, nec tanta erat Apostolorum authoritas. Hoc significant verba Concilij Florent. in doctr. de Sacramentis, sed eam solum per Passionem Christi dandam esse præfigurabāt. Concil.Trid.sess.7.can.1. Si quis dixit Sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta.. D.Amb.li.4.de Sacram.c.4. Author Sacramentorum quis est, nisi Dn̄s Iesu, de Cœlo Sacrā ista venerunt. D.Aug.li.10.de ci.Dei c.5.& 3.de Doctr.Christia.c.9.D.Bern. in sermo de Cœna Domini, hi duo Doctores ex Sacramenti æthymologia à Domino esse concludunt. Nam Sacramentum dicitur sacrum signum siuè Sacramentum secretum. Hoc D.Th.3.q.64.2. Habuerunt tamen Apostoli supra Sacramenta potestatem excellentiæ.

33 *Apostoli in administratione Sacramentorum non vtebantur forma, quam eis Dominus tradidit.* HAER. Si Apostolis præceperunt vt traditam à Domino formā teneremus, vt suo loco ex Diony. Areopagita demonstrabo, quare dubitandum est, eos præscriptam à Domino formam non obseruasse. Scribit D.Tho.3.q.72.4.1.

34 *Apostoli quæ sunt ad Ecclesiam necessaria, omnia scripto tradiderunt & nihil occultè docuerunt.* HAER. Quoniam hoc dictum tollit Apostolicas traditiones, quas Ecclesia recipit, & approbat, ideo hæreticum est. De traditionibus id certè tenendum, multa docuisse Apostolos sine scripto, ne ab infidelibus irriderētur, & alijs de causis, vt litera T, exponam. D.Th.3.par.q.3.25.3.4. Hoc vnum recolo hoc loci Paulum Dominum dixisse testatur. Beatius est dare quā accipere, vt dicitur in Act. Apostolorum, ꝙ in Euangelio non legitur. Vnde D.Hiero. ibi ait. Non enim omnia scripta sunt, sed forsam Paulus hoc ab Apostolis audiuit, vel à Spiritusancto accepit.

35 *Apostoli in scribendis scripturis memoria lapsi fuere.* HAER. Quid absurdius dici potest, quàm id ꝙ nonnunquam admittit Erasmus? nam si scriptura omnis est diuinitus inspirata, vt docet D.Paul. & si Apostoli, nihil ex proprio sensu illis interseruerunt, sed tantum quæ spiritus volebat, scripserunt ore, ac manu illi ministrantes. Quomodo potuerunt in illis recensendis memoria labi? sed alibi de hoc.

36 *Apostoli fuerunt Episcopi à D.Petro an à Domino consecrati?*

37 *Apostoli consecrarunt alios Episcopos authoritate propria, an eam à Petro habuerunt?* De his inferius littera P.

Apparitio.

Apparuit Dominus Abrahę promittens ipsius semini terram Chanaam. Gen.12.b

Apparuit Dominus Abrahæ, & consolatur. Gen.17.a

Apparuit Deus Abrahæ in ostio Tabernaculi. Gen.18.a

Apparuit Dominus ipsi Isaac fugienti famē. Gen.26.a

Apparuit Deus Moysi in flāma ignis. Exo.3.a

Apparuit Dominus Petro.

Apparuit ianuis clausis.

Apparuit Moses, & Elias loquentes cū Iesu.

Apparere conuenit patri, non autem mitti, vt docet D.Tho.1.par.q.43.7.6.

Apparuit Dominus post Resurrectionē duodecies, vt ex Euangelio colligunt Doct. & D.Th.3.q.55.3.3. Quibus apparitionibus probare voluit, eandem habere naturam assumptam, comedendo, eandem effigiē, & accidentia ostendendo cicatrices, veritatem vitæ loquendo, veritatem corporis palpando, suam gloriam dum ianuis clausis intrauit. D.Tho.q.55.6.c.3.par.

Apparitiones mortuorum sunt omnino fictitiæ, atque deridendæ. HAER. Est attendenda cui, & quō fiat apparitio. fateor, sed tamen eam omnino negare, ac deridere, & Doctores grauissimos contemnere D. Augus. vt sup. dixi. Gregorium, qui aīam Paschasij Dyaconi in balneis clamantē audiuit, vt lib. dialog. scr. Imò vero est hæreticum

cum

tum negare, vt ex lib. 1. Reg. colligit D. Augus. de cura pro mortuis gerenda. vt supra exposui. Nec nego quod aliquando fiant à Dęmonib. ad decipiẽdum, tum in somnio, tum vigilia, temerarium etiam est, ꝙ fiant ope ratione bonorum Angelorum ad beneficium vel animarum, vel nostri. D. Th. 4. d. 45. quęstio. prima. artic. primo. qla. 3. 6. De hoc sup. ver. anima. 17.

Appetitus.

Appetitus duplex non est in nobis. HAERE. Quomodo possunt dicta varia sacræ scripturæ interprętari si tantum vnus ponatur appetitus; quomodo saluantur verba D. Pauli. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et alibi: Nolumus expoliari, sed superuestiri. Rursus, caro concupiscit aduersus spiritum. & alibi: Sentio aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ. Hinc Scholastici triplicẽ appetitum comminiscuntur. Naturalẽ. Qui est inclinatio, & ordo rei ad rem conuenientem nulla exigente cognitione. Vt leue sursum, graue deorsum. Animalis appetitus est cum cognitione, & dependet ab æstimatiua, & alijs sensibus, qui & in homine per participationẽ dicitur rationalis. De quo Cic. in offic. Ita agendum est, vt appetitus pareat rationi. Qui in irascibilem & concupiscibilem secatur. Rationalis vero sed participatiue est voluntas in nobis, & Angelis. De quo Cic. lib. 1. offic. Duplex est vis animarum, atque naturæ; vna pars in appetitu posita est, quæ hominem huc, atque illuc rapit, altera in ratione, quæ docet, & explanat, quid faciendum, fugiendumue sit, ita fit ut ratio præsit, appetitus vero obtemperet. D. Thom. 1. par. qõ. 78. 1. primũ. & 81. 3. c. & alibi. Scot. 4. d. 39. q. 10. 2. Gerson part. 3. de mistica Theologia. Biel. li. 2. d. 3. q. 1. & li. 3. d. 27. Ad intelligentiam ergo scripturarum sic oportet distinguere.

Appellare.

Appellare non licet. HAER. Ex iustis de causis appellare cuilibet licet, vel ex passione vel alio iusto suspectu. Sic Paulus Cæsarẽ appellauit. Act. 25. imo vero appellatio apud nonnullos est de iure naturæ. Ideo Concilia admittunt, & omne ius etiam apud Barbaros, quę vero ad appellationem exigantur decreuit Trid. syno. sess. 24. c. 20.

2 *Appellare, vt non sit institiæ locus, vel vt iustitia impediatur, licet.* HAER. Quoniam qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, vt docet D. Paul. Rom. 3. Hinc errat, quia ea de causa appellat, vt iustitiæ sit impedimento, & peccat. Et sicut Hęreticus est, qui affirmat licitum esse peccare, sic qui dicit tunc posse quempiam appellare vt subtrahatur iustitiæ locus.

3 *Appellare ad Romanum Pontif. nemo potest.* HAER. Adimunt Germani, & Græci omnem Pontificiam Romanam potestatem, at si ad Cæsarẽ appellare licet. Quare non Christi vicario, sum. Pastori? Dicat si sciunt qua ratione, vel authoritate, aut nobiscũ venerentur summum in terris iudicem, & caput in quo suprema residet potestas, vt inferius demonstrabo. Hoc in Nicena synodo dicitur. can. 18. Teste Iulio primo cap. 2. in rescripto contra Orientales pro Athanasio, & cęteris, & ista sunt verba. Quoties necesse fuerit libere Apostolicam appellant sedem, atque ad eam, quasi ad matrem confugiant, vt ab ea sicut semper fuit, pie fulciantur, deffendantur, & liberentur. Hic Canon & si non reperiatur in nostris exemplaribus, Romæ tamen integri reperiebantur. Nam addit. Si quis autem de his ampliora, atque abũdãtiora scire voluerit in sacro nostræ Ecclesię sedis scrinio, & ea, quæ prædiximus inuenire poterit. Verum me dixisse testis est Diuinitas.

4 *Appellare à Papa ad futurum Concilium licet.* HAER. Quoniam appellatio fit ad superiorem hinc in Bulla damnatur, qui affirmat licitum esse appellare à Papa ad futurum Concilium. Sexta etiam synodus generalis, Act. 4. recitatur epistola Agathonis Pontificis ad Imperatores, vbi fatetur, ꝙ synodus sequitur Papę iudicium. Rursus in Ephesino Concilio statutum est, quòd à Romana Sede nulli liceat appellare. At quia hoc dictum depẽdet à prioritate Romani Pontificis, ideo satis sit. Plures rationes Turrecrem. adducit pro hoc lib. 3. capit. 47. Obijciunt Aduersarij. Primo, Concilium Calcedonense dicit, quòd ab electa synodo non possit appellari. ergo. Dicitur quòd loquitur de Concilio approbato, & confirmato à Papa.

Secundo, ex quodam Concilio Tolet. adducunt, quòd à synodo non possit appellari. Dicitur quòd est verũ, quando fuerit à Papa confirmatum. Tertiò à lege Dei non fit appellatio. Canones synodi sunt tales: ergo, Respondetur, quòd verum si sit à Papa confirmatæ. Quarto, ex concilio Affricano cui præsens fuit D. Aug. habetur, quòd Papa Celestinus nõ debebat suscipere appellationes à Concilio. Huic satisfacere non grauabor. Primo, quòd Concilium illud fuit Prouinciale. Nec est verum quòd interfuerit Beatus Aug. vt ex gestis Concilij colligitur. Secundo, dico, quòd sensus Concilij est, quòd Papa non suscipiat indifferẽter appellationes Concilij, quia fit appellatio ad fugiendum. Quintò D. Petrus accepit claues nomine Ecclesiæ, ergo, non licet ad eum appellare. Respondeo, quòd claues datæ sunt Petro, non Ecclesiæ, vt alias probabitur. Sexto, si peccauerit in te frater tuus dic Ecclesiæ, ergo Ecclesia maior. Septimo, iudicium Concilij est vltimum examinãs, vt docet D. Aug. ad Glorium, ergo. Octauo, Concilium generale est superior iudex, vt dicitur in Concilio Constantien. ergo, licet ad eum appellare. sed ista inferius soluentur, de authoritate Papæ, & Cõcilij differentes.

§ *Appellare non licet Hæretico ante diffinitiuam sententiam.* ERRON. Quoniam nulli neganda est legitima defensio. 2. qõ. 6. c. 2. & 3. Hinc est, quòd cuilibet conceditur, vt possit appellare ante fententiã, & quando grauamen est in processu causæ, sunt tamen dies decem, vel viginti pro termino assignandi, post quos non licet appellare, vt docet etiam D. Th. 2. 2. q. 69. 3. tertium. & iudiciale Inquisit. verbo, Appellatio. Quod etiam non liceat appellare ad iudicem infidelem manifestum est, & scribit D. Tho. vbi supra ad primum.

Appropinquare.

Appropinquat nobis Deus si eum oramus. Deut. 4. a

Appropinquantes pedibus Dei, docentur ab eo. Deut. 33. a

Erant appropinquantes Iesu Publicani, & peccatores.

Appropriatio.

Appropriatio Diuinarum personarum fictitia est. TEMER. Vetustissimi, ac sanctissimi Patres attendentes, quid commune, quid ue peculiare sit cuiuscunq; personæ attribuebant aliquid vni, non tamen remouebant ab alia persona, ea quæ respiciunt creaturas. Dicitur vero appropriatio alicuius prędicati communis tribus personis vni soli attributio propter conuenientiam illius prædicati cum proprio illius personæ, vel propter erroris amotionem ab intellectu viatoris. Hæc Brulifer dist. 34. qõ. 3. lib. 1. Hinc aliqui Patri Creatorem dicunt Filio per quem dominium vero, & viuificatio attribuunt Spirituisancto. Hilar. Patri attribuit æternitatem, Filio speciem, Spirituisancto vsum. Aeternitatem inquam nõ quia tantum Patri conueniat, sed quia videtur maiorem similitudinem cum Patre, quia à nullo habet originem, species habet similitudinem cũ imagine, vsus autem est actus amoris. D. Augus. appropriat Patri vnitatem, Filio ęqualitatem, Spirituisancto concordiam. Vnitas Patri, quia sicut vnitas est principium numeri, sic Pater principium Filij, & Spiritussancti. Aequalitas Filio, quia Filius est perfecta imago, de cuius ratione est, quòd sit ęqualis, alioquin non esset perfecta. Spirituisancto concordia, quia ipse est amor & nexus Patris & Filij. D. Tho. vero Patri potentiã, Filio sapientiam, Spirituisancto Bonitatem. Filio adhuc attribuit sapientiam, virtutem, æqualitatem, pulchritudinem, veritatem, similitudinem. Patri memoria, vt principium intelligentiæ. Hæc Magister in textu dis. 31. 1. D. Tho. 1. par. q. 39. 7. 8. c. Biel 1. dis. 31. q. vnica, ar. 3. dub. 6.

Aprilis.

Aprili mense egressi filij Israel. Exod. decimotertio. a

Apes.

Apum examen cum melle reperit Sanson in Leone quem occiderat. Iud. 14. b

Apud.

Apud importat esse exterius ab aliquo. Arrius. HAER. Vt probaret Arrius Patrem maiorem Filio, vim facit in dictione illa apud, quia extrinsecum quid significat. Quod

Quod tamen eſt falſum, namque importat intrinſecitatem, vnde dicitur. Dixerunt apud ſe cogitantes non rectè, cogitare vero apud ſe quid aliud ſonat, niſi intra ſe. Rurſus in eodem libro de ſapientia legimus. Immortalis eſt enim memoria illius quoniā apud Deum nota eſt, & apud homines. Item ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. & Ioan. 14. b apud vos manebit, & in vobis erit D. Pau. Non eſt iniquitas apud Deum. & alibi, Apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. In Prouer. dicitur. Eram apud eum cum, ipſo cuncta componens. Rurſus Sapientiæ 8.d. Hęc cogitans apud me. Prouer. 11.c. Poſuit enim apud mortem domum ſuam, & apud inferos cū terrigenis axes ſuos, loquitur de mala cogitatione. Matth. 19. d. Quæ impoſſibilia ſunt hominibus, ſunt poſſibilia apud Deum. & Angelus non erit impoſſibile apud Deū omne verbum. Ex his ergo locis conuincitur Arriana hęreſis, & quòd apud ponatur pro in, & non ſignificat eſſe extrinſecum. Imo verò ſi non ſumus in Deo, ut D. Paul. admonet. Quia in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. & in quo omnia, vt idem D. Paul. docet, quomodo Filius non eſt in Patre. Ecce apertus locus. Ego in Patre, & Pater in me. Apud ergo in ſignificat. ſcribit Fulgoſ. contra Monimum lib. 3. in fine. Huic ſimile eſt, quòd docet D. Thom. ſup. Ioan. lect. 3. com. 3. Quod apud ſignificat ſubſiſtētiam in recto, authoritatem in obliquo, diſtinctionē, & ſocialem cōiunctionē.

Aqua.

Aquarum moles terræ commiſtæ abyſſi dictæ. Gen. 1. a

Aquæ in locum vnum verbo Dei congregantur maria dictæ. Gen. 1. b

Aquis verbo Dei datur vis gignendi piſces. Gen. 1. c

Aqu dilunij altiores montibus, quos operuerant quindecim cubitis. Gen. 7. d

Aquæ diluuij ſiccantur. Gen. 8. a. c

Aqua fluminis in ſanguinem verſa. Exod. 4. b. d. 7.

Aquæ amaræ, quas filij Iſrael non poterant bibere, pręcib. Moſe dulceſcunt. Exo. 15. f

Aquis populis Iſrael deficientibus murmurant contra Moſen, & Aaron, quib. dantur è petra. Exo. 17. a

Aquam non bibit Moſes per xl. diebus, & noctibus loquutus eſt cum Deo. Exo. 34. d

Aquis noſtris benedicit Deus ſi ſeruierimus ei. Exod. 23. e

Aquam emunt filij Iſrael à filijs Eſau. Deuteronom. 1. a

Cum aqua, & pane noluerūt occurrere Ammonitæ, & Moabitę populo Dei. Deu. 23. a

Aquæ contradictionis. Num. 20. b

Aqua purgantur ſpolia, quæ igni non poterant purificari. Num. 31. d

Aquas comparant Iſraelitis Moabitę. Ioſ. 9. d

Aquæ Iordanis ſiccantur. Ioſ. 3. d

Aquam petenti Siſaræ fugienti ad bibendū, dat Iahel lac. Iud. 4. c

Ad aquas probatur quos voluit Deus proficiſci ad bellum cum Gedeone contra Madianitas. Iud. 7. b

Vt aquam hauriant egrediuntur puellæ ciuitatem. 1. Reg. 9. b

Aquam dat Deus molaris. Iud. 15. d

Aquam effundunt coram Deo flentes Iſraelitæ ieiunantes, & confitentes peccatum ſuum. 1. Reg. 17. b

Abdias centum Prophetas Domini aqua, & pane paſcit in ſpelunca, ne occidantur à Iezabele. 3. Reg. 18. a

Aqua & pane cibatur Elias. 3. Reg. 19. a

Aquam noluit bibere Dauid. 2. Reg. 23. c

Aquę mortiferę immiſſo per Eliſęum ſale dulceſcunt. 4. Reg. 2. d

Aquas pallio ſuo diuidit Elias ſpiritu Dei plenus. 4. Reg. 2. b

Aquam manibus Elię fundebat Eliſeus, id eſt famulus. 4. Reg. 3. b

De aquis tribulationis eripit Deus inuocantes. 2. Reg. 22. b

Aqua & panis apponitur iuſſu Eliſęi à Rege Iſrael exercitui, quęrenti ipſum Eliſeum. 4. Reg. 6. e

Aquam in vinum commutat Ieſus. Io. 2. a

Aquam petit Samaritana. Ioan.

Aqua Domini ſitim extinguit, nō mundi. Io.

Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, pro gratia accipitur. Io. 7.

Aqua ſapientiæ potabit illum Dominus, pro ſcientia accipitur. Eccl. 15. a

Aquæ omnes, quæ ſuper Cœlos ſunt laudent nomen Domini. pro Choro Apoſtolorum accipitur Greg. Pſal. 148

Vox Domini ſuper aquas. pro iuſtis accipitur. Pſal. 28.

Spiritus dñi ferebatur super aquas. pro informi materia accipitur. Gen. 1.
Aquæ multæ populi multi. Apocal. 17.
Fiat firmamentũ, & diuidat aquas ab aquis. pro natura transparente accipitur. Gen. 1.

Aqua, non est à Deo creata, sed illi coeterna. HAER. Contra hanc Heresim est dictum Dauidis. Psa. 88. Aqlonem, & mare tu creasti. Psal. 134. omnia quæcunque uoluit Dominus fecit in mari, & in omnibus abyssis. 3. est determinatum. Deum esse omnium Creatorem. cap. 1. de summa Trin. & Fid. Catholica.

Aqua Benedicta.

Aqua benedicta nullã continet virtutẽ. HAER. Suntin Ecclesia fidelium, (negant Luthærani, & Greci,) Sacramẽtalia quędam quæ & si gratiã non conferant, non tamen sunt ociosa sed suo fini ordinata. Talis inter alia est aqua benedicta, quæ benedictione adipiscitur Spiritualem virtutem inchohatiuè, & Deus fit quodammodò præsens speciali modo, sicut nouo instrumento ad excitãdum deuotionem circa Diuina, & ideo ista virtus perficitur in vsu rei consecratæ quando actualiter ea quispiam vtitur. Hoc docuit D. Paul. Tim. p. 4. cap. dicens quòd omnis creatura santificatur verbo & oratione, & supra naturalem bonitatẽ de qua dicitur. vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant vnde bona, santificantur verbo, & benedictione; alias nostra oratio vana, quòd est falsum. Hæc uero benedictio non est sine fundamento sacræ scripturæ. Nam cinis vitulæ aspersus, santificabat, atque mũdabat, vt ad Heb. §. dicitur & Exod. 23. multo magis aqua sale aspersa nos mundat. Si sale asperso per Eliseum Prophetam sterilitas aquæ sanata est. 4. Reg. 2. quanto magis nostra erit maioris virtutis. Rursus erat in veteri lege aliud aspersorium, ut legitur Nume. 19. quod illos mundabat ab imunditia. Hinc Dauid. Asperges me. &c. Psal. 50. & Ezech. 47. Vidi aquam egrediẽtem de tẽplo, & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Quibus addo. Si Dominus didit Apostolis virtutem, ut suo nomine Dęmonia expellerent, quare non poterit aqua sanctificata? si nomen ut dicitur Marc. ult. ergo & aqua, quia ibi nomen Domini inuocatur benedicendo. Sanctus ergo Alexander primus & Martyr quintus post Petrum renouauit consecrationẽ aquę, & salis, & tot annis fuit apud sanctos recepta, quod solum Heretici, qui omnia sacra euertere conantur, ea abijciunt. & habetur de Cons. dist. 3. C. Aquam. Aquæ verò benedictę non unus, sed plures sunt effectus. primo remittit uenialia, per modũ meriti (ait Palud.) quia excitat motum voluntatis, seu feruorem charitatis, quo remittuntur uenialia. Custodit ab incantationibus. Deuotio augetur. Recordatio baptismi. Inuocatio nominis Dei. Oratio citius exauditur quia phantasmata Dæmonum pelluntur. Asperguntur domus ad Demones expellendos, remouetur sterilitas rerum, multiplicantur bona. Hæc nè Doctores scolastici docent, sed est decisio Concilij Hannet. cap. 4. Vbi dicitur cum Sacerdos audierit aliquem infirmari in sua plebe quam citius ad eũ pergat, & ingressus cubiculum, aquam benedictam super eum & omne cubiculum aspergat cũ Antiphona. Asperges me Domine. & uersu. Exurgat Deus, deinde dicat orationem. Hoc significat quòd dicitur. Num. 5. Assumentqne aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terrę, de pauimento tabernaculi mittent in eo. Hoc figurauit labium ęneum in ingressu templi.

2 *Aquæ Benedictio Papistarum est inuentio.* HAER. Si Diuo Basilio credimus lib. de Spiritusancto capi. 27. Aquarum benedictio est ex apostolica traditione; ait enim, benedicimus, seu consecramus aquam Baptismi, ex quibus nam scripturis, quasi dicat nullis. Sed benedictionem hanc primo ab Apostolis sine scripto institutã, & lõgo episcoporum serie seruatam accepimus. sed dicet quispiam loquitur de fonte baptismi, nõ de aqua benedicta. fateor sed quia nulla ve modica est differentia, ideo & hæc ex apostolica traditione colligitur. Rursus Hæretici omnem benedictionẽ derident, ideo hoc adductum fuit à me, vt uideant nõ chimericum esse Papistarum, sed Apostolorum inuentum, imò uerò traditionem.

3 *Aquam quilibet potest benedicere.* Quod solus Sacerdos non Dyaconus aut alius eam benedicat decretum est in superioribus locis, & hoc fiat quolibet die Dominico.

Aquam

4 *Aqua non benedicta si misceatur benedictę; non est benedicta.* TEMER. Affirmant Doctores, ex Philosophiæ principijs, quòd si fuerit proportionata portio tota sit benedicta ex mixtione ipsa. Alij vero dicunt, quòd non est curandum, an sit maior quantitas aquæ non benedictæ, nec eadem est ratio de Sacramento Eucharistiæ, quia ibi miscetur accidentibus. Quomocunque sit, quia sacrum trahit ad se non sacrum, quando non benedicta benedictæ admiscetur fit tota benedicta. 13.q.2. Non existimemus. Hæc ergo de aqua benedicta docent Doctores D.Thom.3.q.65. Palud. 4. di.11. Ricard.lib.4.d.p.q.p. q.3. in solut.arg. Gerson.4.p.2.serm. de Dominico Euang. facto in Cœna Domini.

Obiectiones.

Quod vero ab hæreticis adducitur, facile diluitur. Arguunt primo. Nulla creatura pôt delere peccata, ergo nec aqua. Dicitur, ꝙ Antecedens verum est loquendo de creatura pure, vt creatura est Falsum est loquẽdo de ea vt est Dei instrumentum, & tale est aqua benedicta. Secundo. Deus Spiritu & anima, & Fide est colẽdus. ad quid ergo externus cultus? Dicitur ꝙ primo & principaliter est colẽdus Deus Fide, & spiritu, exteriori vero vt interiorem prouocet, & excitet alios, sicut enim intellectus rebus exterioribus excitatur, sic etiam affectus. Tertio. Multæ idolatriæ cõmittuntur, dum hmôi veneramur. ergo. Dico, ꝙ non creaturæ, sed verbo Dei sanctificatæ fit reuerẽtia, & ei sic fidimus. Quarto nostræ benedictiones, non faciunt res meliores, quã sint à Deo creatæ. ergo. Dicitur ꝙ falsum est, ꝙ assumũt, nam creatura ut ait D. Pau. oratione & uerbo sanctificatur, non vt nostra est benedictio, sed vt verbo Dei sanctificantur res ipsæ, & earum virtute. Quanti ergo sint ponderis aduersariorũ rationes uidistis. Quorum est animus nobiscum agere, velut Philistiim cõtra populum Dei p.Reg. 13. Qui omni diligentia curabant, ne esset faber ferrarius in populo Israelitico, qui arma construerent, vnde cogebantur Iudæi inermes contra inimicos insurgere. Sic Dæmon cum hæreticis tollit sacramenta, destruit sacramentalia, corrumpit scripturam detorquet sacra Concilia abhominatur sacros Canones, abhorret sanctissimos Patres, ut si. nos nudos inueniant, & eis resistere non possimus, quod tamen singulari Dei amore, non obtinet. At potius eis flendum est, ac verendum cum Adamo, cum nudi sint, & operiendum est turpitudinem suam.

5 *Aqua non est in Calice miscenda. Græci, Armeni.* HAER. Non miscent Græci aquã in Calice, quod certe erroneum est. Nam ex latere Christi, ut D. Ioan. testatur continuo exiuit sanguis, & aqua. Non dico, ꝙ ad necessitatem sacramenti sit necessaria, conficitur certe sacramentum, at ꝙ aquã miscere sit superfluum, vt affirmant Græci hæreticum est. Rursus Ecclesiæ definitionem citra delectum contemnere hæreticũ est. Videant ꝙ in sexta Synodo Constantinopolitana damnatur hæc hæresis, Can.32. Habent etiam de cons.d.2.C.cum omne crimen, & fuit in Concilio Prouinciali Bracarensi statutum hoc idem. Demum in Trid. sess.27.ca.3. At contrarij ad Aquarij nominantur, qui aquam tantum in Calice ponebant.

6 *Aqua tantum in Missa offerenda non vinum. Aquarij.* HAER. Quid opus est plura aduersus vanam hanc phantasiam, cum ex hystoria habeamus, Christum Calicẽ obtulisse. At dicunt erat ibi aqua tantum. At si hoc est verum ad quid, dictum fuit. Non bibam de genimine vitis, donec bibã illud nouum, &c. Imo uero si sanguis eius bibendus, nunquid aqua pro sanguine offerenda? Quid, quòd ex latere Christi sanguis, & aqua unde nõ aqua tm̃, sed vnum & aqua est offerrendum. Hoc obseruauit semper Ecclesia tã Græca, quàm Latina, & Doctores vnanimi cõsensu exponũt: Direct.inq.2.p.q.6.n.23.cap.fin.24.q.3.

7 *Aqua non est materia Baptismi.* HAER. Cũ Christus Dñs fuerit aqua Baptizatus cum aqua sit qua abluimur. & Dñs Nicodemo dixerit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto Ioan.3. Certe aqua est propria materia baptismi. Hoc dicitur de Cõsecr.di...4.C. Propter vitandum. Sed pergamus adducere sacrarum literarum testimonia. Matt.28. Euntes docete oẽs gẽtes baptizãtes &c. Act.8. Dum irent ꝑ viã venerunt ad q̃dã aquã. & ait eunuchus ecce Aqua. qs ꝓhibet baptizari. Act. 10. Nunq̃d aquã qs ꝓhibere pôt. ut nõ baptizẽtur hi, qui spũm sanctũ acceperunt sicut & nos p. ad Cor.6. sed abluti estis. ad Eph.5. Mũdãs

eam lauacro aquę. His addo, quod Concil. Flor. in doctrina de Sacramentis ait. Materia huius Sacramenti est aqua vera & naturalis. Trid. sess. 7. Can. 2. Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptismi, &c. Chrisost. hoc idem probat. hom. 24. in Ioan. & ex locis à nobis propositis.

8 *Aqua quæuis est materia Baptismi.* HAER. De aqua naturali loquutus est Dominus, & exponunt Concilia. Hinc vti non possumus rosacea, & similib. quæ potius humores aquei sunt Sulphurea vero, vera est aqua, & aliæ quæ naturam aquæ conseruant, possunt esse materia. At nulla est controuersia. Ideo satis.

Arca

Arca Noe figura baptismi. primæ Petr. tertio, d.

Arca non fuit Ecclesiæ figura. HAER. Et si prima facie, hęc propositio non videatur hęretica, quia in senesu non literali, sed allegorico fundatur, verũ quia D. Petrus docet eam fuisse figuram baptismi, ideò qui hanc allegoriam negat D. Petro aduersatur, atque ideo hæreticus est. Quem sensum sequuti sunt Doctores, Cypria. de simpli. Prælatorum, siue potius de vnitate Ecclesiæ. Si potuit euadere quispiam, qui extra arcam Noe fuit, qui extra Ecclesiam foris fuerit euadet. Gratianus 24. q. 1. cap. quia ex sola Catholica &c. D. Aug. lib. 15. de ciuit. Dei cap. Et cont. Faustum. & ait. Quod inferiora arcę bicamerata, & tricamerata constituuntur, sicut ex omnib. gentibus, vel bipartitam multitudinem congregat Ecclesia propter circuncisionem, & pręputium. vel tripartitam propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est orbis. Vel quia Iudęi, & Gręci. tricameratam, quia omnes gentes de tribus filijs Noe, post diluuium reparatę sunt. Rursus ait, possunt hic intelligi illa tria, quę comẽdat Apostolus, 1. Cor. 13. d. fides, spes, charitas. Possunt multò conuenientius tres illę vbertates Euangelicę, tricena, sexagena, cẽtena, aut in infimo habitet pudicitia coniugalis, supra vidualis, atque superior virginalis. subscribit D. Fulg. huic expositioni, imo ex nomine citat D. Aug. lib. 2. ad Monimum in fine libri.

Archangelus.

Archangelus sua voce, & tuba, mortuos excitabit. 1. Tessal. 4. d

Archangeli sunt mundi conditores. HAER. Quoniam repetitum est pluries Deum esse omnium Creatorem, vt Moses exactissimè scribit. sat erit recolere, q̃ hęc hęresis damnatur in Direct. Inquis. 2. par. q. 6. num. 13.

Archãgelorum ordinem qui negat medium esse, inter suppremos Angelos, vel melius cum D. Thoma, inter Angelos, & Principatus, opponitur doctrinæ omnium Scholasticorum, & D. Thomæ potissimũ, 1. par. q. 108. 5. quartum.

Archidyaconus.

Archidyaconus est superfluus minister. HAER. Omnem Ecclesiasticum ordinem blasfemantur, ac contumelijs afficiunt hæretici, hinc & Archidyaconum, qui est princeps ministerij eorum, quæ ad sacram Eucharistiam pertinent. Hic & si multa possit de iure standum est tamen consuetudini Ecclesię. tom. 2. Concil. pag. 741. dicitur. Nullus in Decanum, vel Archidyaconum, nisi Dyaconus, vel Presbyter ordinetur. De quo loquitur Concil. Trid. sess. 24. c. 12. & Concil. Prou. Colon. cap. 12. tom. 3. pagina 772. Hic dicitur oculus Episcopi. Scholastici scribunt. 4. dist. 25. & ibi D. Thom. qõ. prima, 1. ad secundum. De hoc Hostiens. Isid. dist. 25. Perlectis. Aug. de Anc. Ioann. Andr. D. Antonin. scribunt. 3. par. titu. 20. capitulo sexto.

Archiepiscopus.

Archiepiscopus non est supra Episcopos. HAERET. Pluries in sacro Pontificio iure de Archiepiscopo est scriptum, quo cognoscere quispiam poterit eos esse supra Episcopos. Hic sat est, quòd habeat decem Episcopos sub se, vt dicitur caus. 6. q. 3. cap. scitote. & Clemens Primus D. Iacobo scribit, in hæc verba. In his ciuitatibus in quibus dudum apud prędictos erant archiflamines, quos tamen minoris tenebant, quã memoratos primates. Archiepiscopos institui præcepit, qui non tantum primatuũ, sed Archiepiscoporum fruerentur nomine. Episcoporum quorum iudicia transferri prędocuit. tom. primo. pag. 37. col. 1. Concil. Trid. sess. 23. cap. 18. & alibi de eorum authoritate supra suffraganeos scribit Anacl. episto. tertia, ad omnes Episcopos, affirmat, Archiepiscopos esse à D. Petro constitutos iubente Domino.

2 *Archiepiscopus est ordo supra Episcopum.* Ampliorem concedunt Archiepiscopo authoritatem, vt quòd Crux ante ipsum portetur, & habet suffraganeos, at quòd sit alius ordo supra illum, quasi aliud Sacramentum est hęreticum, vt cum de numero Sacrorum ordinum occurret scribendum, explicabitur. Anacl. eadem epistola contra hunc errorem dicit. Episcoporum vero ordo vnus est, licèt idem Pontifex distinguat

stinguat in Episcopos, Primates, Archiepiscopos, & Patriarchas, & quòd non omnes Ecclesiæ sunt Primates, & Patriarchę. Potest celebrare concilium. distin. 6. q. 2. si quis Episcopus vacans. Non vacante sede Episcopi potest supplere vices eius, sed capitulum. D. Antonin. 3. par. tit. 22. cap. 3.

Archipresbyter est officium vanum. HAER. Ecclesia quæ in communibus ritibus errare non potest, vt suo loco explicabitur huius officium, ac authoritatem præfixit. Vt legitur de officio Archipresbyteri. cap. officiũ. Vt absente Presule officium inchoare, Missam si lubet cantare, benedicere in Ecclesia, precipere ministris, ut Eucharistia infirmis detur, & alia ad Ecclesiæ necessitatem, & decus. D. Antonin. 3. par. ti. 20

Arcus.

Arcus Celestis in nubibus signum Dei est nũquam futurum diluuium. Gen. 9. c

Arcus, & gladiorum viribus, non vult tribui Deus, quòd Amorrei expulsi sunt, sed ipsi soli. Ios. 24. c

Arcu iactis sagittis, docet Eliseus Regem Ioas, quoties victor futurus esset contra Syros. 4. Reg. 13. c

Argentum.

Argentum, aurum, æs, & ferrum, in excidione Hierico Dño consecrantur, & in thesauris Domini reponebantur. Ios. 6. c. d

Argentum nihil æstimatum tempore Salomonis. 3. Reg. 10. d

Arguere.

Arguit Deus Labam persequentem Iacob. Gen. 31. f

Arguendus frater, non odiendus. Leu. 19. d

Arguenda sunt opera mala. Ephes. 5. c & Timot. 4. a

Arioli.

Arioli non consulendi. Leu. 19. f. Deut. 18. b

Ariolos, & magos aufert Dauid. 1. Reg. 28. a

Arioli auferuntur à Iosia. 4. Reg. 23. e

Aristoteles.

Aristoteles nunquam errauit. HAER. Fuit Aristoteles vir fœlici ingenio acri iudicio, multa facundia disciplinarum deniq; omnium scientia præditus, quem in literis semper ad imitandum, ne D. Tho. sed studia omnia sibi proposuerint, & suo æuo omnium literatissimus, ab eo enim omnia diligentissimè disputantur, & in arena, & studio literario animos digladiatur. At in multis audaci illecebra, vanissimoque comento se ipsum decepit, & vanissimè errauit contra fidem pluribus in locis. Primus est, de sommo, & vigilia. Vbi negat Deum immittere somnia, quia si Deus immitteret, hoc esset potissime sapientibus. At ex fide legitur de Iacob, qui vidit scalam in somnijs. de Ioseph, qui ea interpretatur Pharaoni, & sua propria de Sole, & Stellis. in Euangelica lege, de Ioseph habetur. Quod monitus ab Angelo secessit in Aegypto & redijt eodẽ Angelo reuelante. Secundus locus est lib. de bona fortuna, vbi res fortuitas Diuinæ gubernationi subtrahit. Fides verò omnia à Deo gubernari docet. Tertius, quia tribuit virtutem infinitam motricibus Cœlorum, & quòd mouent infinito tempore. Quod falsum, quia Cœlum & terra transibunt. Quartus locus est, quia 5. & 12. Diuin. Dicit Deum esse animal perpetuum & optimum At dicere Deum esse animal ignominiam denotat; sicut si quis Aristoteli dixisset eum esse animal, quia imperfectionem respectu nobilioris connotat. Quintus locus 8. Physic. negat mundum incepisse. Quòd fides docet. In principio creauit Deus Cœlum, & terram. Gen. 1. Sextus locus est, quia apud multos tollit à Deo prouidentiam. Septimus, quia docet, non esse multos filios educandos, sed posse aborsum procurare, ut scribit 7. Polit. Octauus, apud multos negat Creationem. Licet contrariæ ego sim sententiæ, quòd Arist. cognouerit creationem. Nonus, quod tot sint intelligentiæ, quot sunt orbes Cœlestes. Et tamen fides dicit. Mille millia ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Decimus, quoniam apud multos Deus agit de necessitate naturæ, secundum mentem Aristotelis. Quod cum fide pugnat. Quoniã, quæcunque voluit fecit. Vndecimus apud quosdam est, quia dicit primo de Cœlo, ꝙ omne genitum est corruptibile. Duodecimus, ꝙ anima nostra sit mortalis, vt multi ex eius sententia eliciunt ꝙ quidem est hęreticum.

reticum. Tertiusdecimus de beatitudine post mortem, quam non vt fides agnouit. In hos ergo scopulos durissimos impegit Aristoteles, quos vt quilibet precauere possit hic adnotaui.

Arma.

Arma Dauid cõtra Goliat verba Dei, ac eius potentia, licèt haberet baculum cum lapidibus, quibus non fidebat. 1. Reg. 17. f

Arma requirit Dauid, & nihil sperat in armis. 2. Reg. 21. c

Arma Pauli. 2. Cor. 10. b

Armatura fidei inducenda contra Diabolũ. Eph. 16. b

Armis vti Christianis contra paganos non licèt. Ferus. Eras. HAER. Sunt qui dicant Euthymium tenere, quòd non liceat Christianis vti armis, iuxta dictum Saluatoris Conuerte gladium tuum in locum suum. Matth. 26. e. & hoc docuit Erasmus apertè, & Ioannes Ferus lib. 4. com. in Matth. At quæ dicunt aduersantur nedum sanctis Patribus. Aug. Bernardo, & Gregorio, ac conciliorum santionibus, imò vero contra sacras literas, vt litera b, fusius comprobabo. & argumenta Erasmi diluam.

Arrogantia.

Arrogantia nullum est peccatum. HAERET. Theologorum omnium est placitum arrogantiam esse peccatum, & ille dicitur arrogans, qui est insolens, & arrogantia est supra naturam elatio, ut ait Paul. Cort. 3. dist. 8. vel clarius cum D. Thom. Arrogans est qui sibi tribuit, quòd non habet. 2. 2. q. 112. 1. primum. Et est species superbiæ; nec est iactantia, sed sæpe causa eius ibi. secundum. Licèt Gerson videatur confundere hæc omnia præsumptio. Arrogantia, iactantia, hypocrisis, par. 2. in regulis moralibus. Arrogantia modestiæ contraria est dum quis sibi comparat, aut horitatẽ quam non habet, ut dicitur 47. cap. 1. Hæc omnium hæreticorum mater, sic Lutharus iactat per suam arrogantiam se certo scire, quòd dogmata sua habeat è Cęlo, sic decepti sunt Arrius, Donatus, Macedonius, Vuideff, Erasmus, nimium proprio ingenio tribuentes, nec vnquam desinunt se iactare, sed pulmonem ventis ob vanas suas scientias rumpunt, ac gloriantur sciẽtiarum copia.

Ars.

Artes omnes sunt damnabiles. HAER. Qui hoc affirmauerit. Contrarius erit ne dum Phylosophis, inter quos Arist. 6. Ethic. dicit, ꝙ ars est habitus quidam faciendi cum verá ratione, uel recta ratio rerum factibilium, & habitus operatiuus. D. Thom. Vero scribit quòd ars est virtus intellectualis, in quátum facit facilitatem boni operis. 2. 2. q. 47 5. c. Diuersę etiam artes deseruiunt homini. Et operatio artis super naturam, natura vero super creationem fundatur, vt D. Th. docet 1. par. q. 45. 8. c. Artes vero, quibus, vt plurimum homines malè vtuntur, licèt ex se sint bonæ debent tolli in ciuitate, & penitus deleri. 2. 2. q. 169. 2. quartũ. Multa sint adnotáda. Primum, ꝙ artes, qui faciũt aleas, non peccant, nam ludus iste non est peccatum mortale de se. At peccant artifices, qui superflua, ac curiosa adinueniunt, peccant inquam saltem venialiter. Peccát qui ædificat Synagogas, & Moschęas Turcharum, quia dant operam rei illicitę. Peccant artefices gladiorum, & similium quãdo bellum est illicitum. Si tamen non est certum, sed putant licere non peccant, si certiores reddi non possunt. Non peccant milites custodientes, quia relinquunt iustitiæ. Peccant qui se ingerunt ad aliquid faciendum pro bello. Hactenus Caiet. 2. 2. ubi supra. De artificibus in sacra pagina dicitur, quòd artificibus Beseleel, & Oliab dat Deus Spiritum suum, vt excogitent omnia artificia. Exod. 31. a. Artifices etiam quibus cõsistit ciuitas ponuntur. Eccl. 37. c Rursus artificium Salomonis numerus. 3. Reg. 5. c. Artes etiam suis inuentorib. immortalitatem pepererunt, ut ait Lactã. de falsa Relig. lib. 1. cap. 18. in fine.

Articulus.

Articuli fidei naturaliter cognosci possunt à priori. HAER. Præter ea multa, quæ in confutatione adduci possunt, ex ipsamet ethymologia conuincitur. Nam dicitur articulus, quia nos artat, inquit Biel. & item fides est de non uisis, & argumentum non apparentium authore D. Paulo. & est tritum dictum. D. Greg. fides non habet meritũ, vbi humana ratio præbet experimentum. D. Th. 2. 2. q. 1. 5. Et Scholastici in 3. d. 25. Articulus vero dicitur ipsa pręceptio Diuinæ veritatis tendens in ipsam, vt ibi arti. 7. ait D. Th. Ric. vero, ꝙ art. est indiuisibilis veritas de Deo artás nos ad credendũ. Dicitur

articulus

articulus actiue, qa est arctatus nos, & passiue quia est arctatus. Bon. 24. d. lib. 3.

2 *Articuli fidei non habent certum numerum.* HAER. Ne vagari contingat in his, quæ a nobis credenda sunt, Apostoli, Deo reuelante, præfixerunt determinatum numerum credendorum, qui uel ad duodenarium, vel quartumdecimum numerum redigatur non refert, vtrumque numerum ponit D. Tho. & alij.

Primus Articulus. Credo in Deum Patrem omnipotentem. Proponit vnum esse Deũ, vnam esse personam Patris, æternum, potestate summum, nec morte cogitur, aut vita.

Secundus Articulus. Credo in IESVM CHRISTVM. Ostendit secundam in deitate personam IESVM CHRISTVM, verum Deum, & verum hominem. Dicitur IESVS. Idest Saluator. CHRISTVS. Idest Vnctus Spiritu Sancto. Ab æterno à patre genitum, naturalem, consubstãtialem, & æqualem secundum Deitatem. Qui nos liberauit à peccati seruitute. Et ei omnia sunt subiecta, etiam impij. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Tertius Articulus. Conceptus est de Spiritu Sancto. Demonstrat. Quod qui iam ab æterno sine matre ab ipso patre fuit genitus, de cœlo descendit, & humanam naturam assumpsit, & cóceptus in Nazareth, & sub Cæsare Augusto in Bethlehem natus sine patre ex intacta Virgine, operante Spiritu Sancto.

Quartus. Passus sub Pontio Pilato. Continet CHRISTVM pro nobis post multa miracula innocenter ad mortem damnatum fuisse.

Quintus Descendit ad Inferos. Ostendit post quam fuit in Cruce mortuus secundum animam ad Inferos penetrasse, vt Victor mortis, ac Satanæ, ac inde patres liberauit. secundum uero corpus tertia die surrexit.

Sextus Ascendit ad Cœlos. Docet, quòd Victor de omnibus inimicis, admonitis Discipulis, illis uidentibus ad Cęlos redit.

Septimus. Inde uenturus est iudicare uiuos, & mortuos. Præmonstrat extremum iudicii diẽ futurum, quando iterum è summo cęlo cum maiestate, & potestate descendet, ut omnes iudicet, qui uel mortui, uel uiui fuerint illa die.

Octauus. Credo in Spiritum Sanctum. Tertiam explicat trinitatis personam Spiritũ Sanctum, qui ex patre, Filioque procedit uerus Deus, coęternus, consubstantialis, coęqualis illis, eodem cultu, ac fide adorandum. Hic qui illuminat, & docet.

Nonus. Credo in Sanctam Ecclesiam Catholicam. Docet Cunctorum fidelium uisibilem congregationem, pro qua naturam suscepit, & tanta Dei Filius pertulit. Vnam in fide sacramentis ac sub Romano Pontifice optimo Maximo Sanctorum unionem.

Decimus. Remissionem peccatorum. Quoniam Christus à peccatis redemit omnes sua morte.

Vndecimus. Carnis resurrectionem. Quomodo in nouissimo die carneũ Corpus idem numero reparabitur ex cinere, & ante Tribunal Iudicis comparebit.

Postremus. Vitam æternam. Non Fabulosis commentis pollicetur, sed uitam ueram indeficientem, æternam in Cœlis, ubi Deus facie ad faciem contemplabitur, eoque fruemur; ecce paucis Symbolum explicatum.

3 *Articuli, qui nam sint de fide recipiendi, non potest Papa præscribere.* IN causis fidei, Papa omnia potest determinare, & quæ sint uel non sint de fide. De quo inferius litera P.

4 *Articuli fidei possunt ne augeri Papæ authoritate?* Doctissimus Roffensis contendit esse hæresim Lutheri, non posse Papam nouos articulos cudere, & dãnata est à Leone Decimo. Tom. 3. pag. 717. Redarguit etiã Scotum idem Roff. qui dixit, quòd non potest Ecclesia statuere, quæ sint uera, & quæ falsa. 4. d. 41. 4. Nostri Dominicanæ familiæ affirmant, quòd Papa non potest nouos omninò proponere articulos, sed apertius explicare, qui quasi in abditissimis principijs latebant. Videant Curati, an obseruent, ꝙ Tridentina Synodus præcipit, vt populo eos exponant. sess. 25. de innoc. Sanctorum.

5 *Articuli fidei possunt ne saltem à posteriorĩ probari?* Scripsimus supra. Anima. 25. & Banes affirmatiuam partem tuetur, quòd à posteriori possit, 1. par. q. 1. 3. fine. De his docet D. Tho. 22. q. 5. 3. Quod qui negat vnum, non habet fidem ullam, nec formatam, nec informem, quòd negat Dur.

Asinus.

Asor.

Assuerus.

Assur.

Assyrij.

Astarche Dea.

Astrologia.

Astrologus non cognoscit futuros euentus rerum naturalium. ERRON. Multa contra quosdam, qui hanc scientiam aspernantur essent dicenda, si rem ipsam persuadere vellem, at quoniam res ad fidem attinet, quatenus pendet ex sacris literis, concilijs, & Doctoribus. Ideo non multis eam absol uo. Et primum ex ipso nomine Astrologiā commendo. Astrologia dicitur ab ἀστροῦ quod est sydus, & λογός, sermo. Hanc inuenisse Athlantem ferunt, & Author 7. Plin.lib.7.naturalis hist. Diuiditur a Ptolo meo in quadripartito in quatuor partes. Prima est de iudicijs, idest pluuiarnm tem pestatum, & similium. Secunda de electionibus horarum pro minutionibus faciendis, & medelis. Tertia de natiuitate hominis, uel fato. Quarta de interrogationibus. Primæ ergo duæ permittuntur. Vnde regula Nona Concil.Trid.dicit. Permittūtur autem iudicia, & naturales obseruationes, quę nauigationis, Agriculturę, siue medicæ artis iuuandi gratia conscripta sunt. D.Tho. etiam docet, ꝙ Astrologus potest prædicere futura determinata vt semper vel ut frequenter in suis causis, non autem contingentia ad utrumlibet. 1. par. q. 115. 4.3.Bon.Ric.2.di.14. Est enim Astrologia inter naturales suas, atque ideo non prohibita, sed a Deo ad perfectionem intellectus nostri concessa. Vera uero ea ratione prædicit, quia multi sequuntur sensum, in quem Cęlum cogit, ait D.Tho. loco dicto, quid Clarius. D.Gyor. in serm.Nat.Domini scribit, quòd Magi cognoscebant ex stella natum Dominum, quia audierant. orietur stella ex Iacob, & ex certis experimentis didicerant. Vera ergo est Astrologia apud Cypri. si uera docet. Caiet.22.q.95.5. Ferr.3.cont.Gent.cap.84. Quo loci respondet rationibus Pici, & Sauonarolæ.

2 *Astrologus potest certo scire, & præcognoscere futuros euentus, qui pendent a libertate arbitrij.* HAER. Hæc est illa uana superstitio, quam tot seculis semper damnauit ecclesia, de qua D.Augu. dicit, quòd inuenta est ex quadam pestifera societate Dæmonis

nis & eſt à Chriſtianis penitus repudiāda. Hanc adinuētam ab Egyptijs inquit Lact. lib. de orig. erroris, cap. 14. Fine, quia domicilia non tegebantur pp aeris qualitatem, nec enim in illis regionibus Cœlum ſubtexitur nubibus, curſus Syderum, & defectus notauerunt, dum ea ſæpe venerātes curioſius, atque liberius intuerentur, quā obſeruationem ſuperius damnat cap. 6. in fine. Hanc confutat D. Aug. lib. 5. de Ciuit. ca. 1. D. Tho. in opus. de iudicijs Aſtrorum. Procopius ſuper Gen. 1. damnat opinionē orig. qui hoc uidetur Aſtris tribuere. Hanc damnat Doctiſſimus Comes Picus, ac Hierony. Sauonarola, & ſunt multa apud Grānum. Si enim à Cœlo cogimur. Ad quid dictum fuit Adamo, ne commederet pomū? Cur eiectus de Paradiſo ſi præcauere non poterat? Contra hanc ſuperſtitionem eſt decretum Leonis. Verum iſta ſectantibus nullus in eccleſia Catholica locus eſt, quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus dedit, a Chriſti corpore penitus abſceſſit. Tom. 1. pag. 713. Si contra hoc pugnant dicta Sixti Bibliot. Sancta Tom. 2. lib. 6. Annota. 10. exoſculor, & ſubſcribo, ſin uero omninò tollunt Aſtrologiam, & propenſiones deceptus eſt, & probo. Quia cauſa ſuperior magis, ac intimius operatur quam ſecunda. At partes, ac uires ſenſitiuę agunt in animam aliquo modo, ergo & Cœlum, quod eſt cauſa ſuperior. Hæc eſt demonſtratio apud me, & ex Confeſſis.

3 *Aſtrologus non poteſt cognoſcere inclinationes ex Cœlo.* DIVISI ſunt Doctores, qui Aſtrologiam confutantes. Quidam probāt, quòd Cœlum nullam habeat cauſam effectiuam circa actus humanos. Alij qđ non neceſſitant, & ſi inclinant. Alij quòd nec efficiunt, nec inclinant, ſed quòd ſignificant, & ſic omninò tollunt Aſtrologiam. Ego uero (ſi licet proferre quòd ſentio, qđ tamen periti iudicio, ne dum matris Eccleſiæ, hæc & mea omnia committo) eos deceptos puto, qui damnant Aſtrologiam, quæ docet tantum inclinationes, & non certo euenturum affirmat. Nam Regula concilij Trid. Nona, eam damnat non abſolute, ſed ut prædicit aliquid certo euenturum, & ne ſomniare, vel ex affectu loq uidear, exſcribo ipſa uerba. Epiſcopi vero diligenter prouideant, ne Aſtrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, uel habeātur, qui de futuris contingentibus, ſucceſſib⁹ fortuitiſuè caſibus, vel ijs actionibus, quæ ab humana uoluntate pendent, certo aliquid euenturum affirmari audent. Huiuſque regula. Ex quibus apparet, ꝙ non abſolute Aſtrologiam prohibet, vt Sixtus, & alii ſibi ſuadent, ſed quæ aliquid pro certo euenire contendit. Nos uero non id prædicamus, & quod aliquid eueniet, ſed ad quid inclinet. D. Tho. 2. 2. ubi ſupra aperte tenet, quod aliquid futurum prædicere poteſt Aſtrologus, quia ſenſum ſequimur, in quem agit Cœlum. Si agit certe non alio modo quā inclinādo. Nam eodem authore agit Cœlum indirecte, in animam, & intellectum, & per accidens, quia agit in corpus, quo eget neceſſario ipſa anima. Imo vero affert dictum Ptolomei. Ferr. Soluit. 3. cont. gent. 84. ca.

Damnamus, ergo, ac abhominandas eſſe eorum ſententias fatemur. Quæ certitudine opera noſtra ſcire ſe putant. Vel ſi ſciunt certe non ex cœli influentia, quæ tanta nō eſt, ſed ex ſocietate Dæmonum cognoſcere poterunt. At licet opera noſtra, ut ſubſtant uoluntati non ſubſint Cœlo, ut tamē ſunt a corporibus ſubſunt Cœlo, ſicut ſubſunt paſſionibus noſtris. Et quemadmodū ſapiēs dominabitur paſſionibus, ita dominabitur Aſtris, quod vero non ſemper ēt inclinationes prædicant ueras. Hoc erit inquit Caiet. quia Aſtrolabium, non erit exactè diſtinctū, quòd uel euenire poterit, quoniam qui perfecte callet hac ſcientia, & ephemerides, ut plurimum non ſint correctę, ideo numerus totum Cœli motum variat, Licet ex datis diſtinctionibus ex ipſo D. Tho. tamen ad omnium cœcitatem conuincendam, & Sixti, ad ſpeciales rationes fortiores venio, quas etiā Senis in comitijs noſtris prouincialibus, anno 1574. Contra hanc veritatem adduxit Phyloſophus quidam. Primum eſt D. Aug. loco citato de Ciuit. Dei ſunt duo gemelli ſub eodem Cœli latitudine, & eodem tempore nati, vt Iacob, & Eſau, tamen moribus omninò fuere diuerſi. Quid ergo agit Cęlum? Sed miror quòd quidam audeant hoc adducere contra nos, cum probet potius intentum, nam non cogit Cœlum, ideo non idem operantur gemelli, inclinat tantum. Dico ſecundo quòd ſi tanta actionum diſcrepantia eſt inter gemellos, vnde proue

nit,

nit, non ex patre, non ex matre, aut aliqua alia simili. Ergo erit ex Cœlo, ergo Cęlum inclinat. Dico tertio, quòd non est omninò, quo ad omnia idem Cęli aspectus, nā modicum tempus poterit nonnunquam variare geniti inclinationes, oportet ergo respicere, quomodo sydera situarentur. Secundò quod Hierony. Sauonarola, & Picus comes viri pijssimi, ac Doctissimi adducunt. A causa æquiuoca non prouenit determinatus effectus. Cœlum est causa æquiuoca, ergo non potest aliquid particulare ab ea causari. Respōdeo quòd maior est fala, nanque & Deus est causa æquiuoca & tamen producit determinatos effectus, inquit Caie. 1. par. 9. 4. 2. Tertio. Cā prima prius producit effectum. Si ergo Cœlū est causa necessario producet. Respondetur ex Doctissimo Caiet. 1. par. q. 14. 13. primum. quod causa prima non prius tempore, aut natura agit secunda, sed immediatius immediatione uirtutis, & dependentiæ attingit effectum, quam secunda in eodem tamen instanti naturæ effectus ab utraque attingitur. Nec simul suscipit necessitatem, & contingentiam, quia non attingitur prima, & secunda seorsum, sed modificatur in secunda, sequitur ergo ꝙ suscipiat contingentiam a duabus causis simul necessaria, & contingenti. Quarto Cœli virtutes, & influentiæ sunt diuersæ ergo nihil certi. Dicitur eodem modo, quo supra, ꝙ illa uirtus modificatur, & ad indicandum eget multis ipse Astrologus, hinc prouenit non raro falsitas, & error, ex docente.

Astutia.

Astutia non est vitium speciale. ERRON. Scribunt nostri, quod Astutia est vitium speciale differens a prudentia carnis utens non ueris uiis, uel medijs, sed simulatis, ideo prudentiæ opponitur. Hęc consistit in excogitatione simulatæ uiæ, in eius executione est dolus, & fraus. Hæc D. Tho. 22. q. 55. Hac Rebecca præripuit Benedictionē Esau. Gen. 27. Hac dæmon nos decipit dū se transfigurat in Angelum Lucis, & sacræ scripturæ dictis uti solet, & legitur. Matt. 4. Tunc assumpsit eum Diabolus, & dixit. Si filius Dei es &c. Tales fuerunt Hæretici, tales pseudo Apostoli, vt Vincentius Lirensis longa oratione explicat aduersus prophanas hæresium nouationes. Prope finem.

Athenienses.

Atheniensium curiositas. Act. 17. e

Atheniensibus Christum annunciat Paulus, Act. 17. e

Attributa.

Attributa diuina fictitia sunt. HAER. Qui ignorat propriam uocem, ille certe negat, ac deridet diuina attributa, at qui sacras literas exactius exponit, fatetur diuina attributa & eorum aliqualem distinctionē, quæ & si multa sint, sunt etiam unum. Attributū ergo est, quod de aliquo affirmatur. Vt Deus est sapiens sapientia est attributum, sic enim schola loquitur. An vero ex parte nostri intellectus distincta in Deo sint attributa, uel sine nullo nostri intellectus opere, ac nullo intellectu considerante, hoc non est de fide nec etiam D. Tho. & Scotus dissident de hoc. Quod. n. D. Tho. dixit esse distincta fundamentaliter attributa in Deo, hoc Scotus ex natura rei. Cōueniunt uero in multitudine attributorū, quæ uero sunt essentialia attributa possunt cognitione naturali cognosci, at non quæ sūt personalia. D. Tho. pluries, 1. par. q. 13. 4. Henric. de Gand. par. q. 5. art. 3. occh. quol. 3. q. 2. Greg. 1. d. 8. Petrus de Aliaco 1. quæst. 6. 2. Card. Camera. 1. q. 6. 2.

Attritio.

Attritio facit hominem hyppocritam. Luth. HAERE. Cum attritio sit imperfectus dolor, ac displicentia de peccatis commissis, qua ratione vituperatur a Luth. nec mirum, quoniam si despicit sacramenta, quod contritionem aspernetur, qui sola fide beatitudinem se assequi putat, qui modo in tartareis tormentis luit pœnas, qui omnia conculcauit, dānauit, & persequutus fuit. Concil. Trid. tantum abest, quòd damnet Attritionem, quod eam laudat. sess. 14. cap. 4. in fine. Illam uero contritionem imperfectā, quæ attritio dicitur, quando uel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennę, & pœnarum metu communiter cōcipitur, si uoluntatem peccandi excludat, cum spe ueniæ, declarare non solum, non facere hominem hyppocritam, & magis

peccatorem, uerum etiam donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitus adiutus uiam sibi ad iustitiam parat, Hactenus Cōcil. Doctores uero ea ratione putāt atritionem esse in peccatore, quoniam in Deo remaneat fides & spes, quæ dona sunt sine charitate, ut ex 1. Cor. 13. habetur, quibus Dei auxilio speciali, non generali, conuertitur in peccatū, detestatur, persequitur, ac odio habet, q̄ peccati detestatio attritio est, & sic faciens quòd in se est, gratiam Deus infundit. Sic de Dauide legitur. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies Psal. 50. & de publicano, qui percutiebat pectus suū, nec audebat oculos ad Cœlos tollere. Luc. 18.

2 *Attritio fit contritio*. Negat D. Tho. hanc propositionem 4. d. 15. q. 2. 1. q̄la. 3. c. Nam attritio est actus transiens, non ergo fit contritio. Rursus, attritio importat uelleitatē, quæ diuersa est ab actu deliberatæ uoluntatis. Item cognitio confusa non fit distincta, nec attritio contritio. Demum magis, & minus in his quæ proueniunt ex gradib. diuersarum formarum uariant speciem, ut D. Thom. ait. 1. par. q. 50. 4. secundum ergo attritio non fit cōtritio. Actus enim perfectus & imperfectus, prouenietes à diuersis formis ábinuicem differunt. Attritio est sine gratia actus imperfectus. Contritio est actus à gratia, & charitate. Ergo una nō fit alia. Obs. quod non est eadem ratio de cōtritione acquisita & attritione, namque de ea dicitur q̄ contritio acquisita fit contritio formata quia est ultima dispositio ad charitatem 1. par. 89. 1. secundum. Hoc autem est, quia plus importat contrito acquisita, quàm attritio, sicut perfectum, & imperfectum, ideo ab hoc ultimo perfecto dolore humano, fit ascensus ad dolorem perfectum in alio ordine. At quia præter talem dolorem acquisitum, exigitur gratuita Dei directio, qua dignatur uti nostra acquisita contritione, ut ultima dispositione ad suum proprium finem, & opus, sic quia de hac certi non sumus, ideo nec scimus certitudinem gratiæ, qua ex nostra cōtritione venimus ad formatam contritionem, ex dispositione ad habitualem gratiam, vnde Hierem. postquam conuertisti me, pœnitentiam egi. Ex his ergo apparet quomodo non nunquam hallucinari contingat uiros grauissimos, qui inter attritionem, & contritionem acquisitam non distinguunt, & attritio ceu remotissima dispositio nō fit cōtritio, cōtritio uero humana est ultima dispō ad cōtritionē formatā.

3 *Attritus non fit contritus*. HAER. Quis vnquam rerum naturalium ordinem negare potest, quem in rerum generatione sibi præfixit, ac inuiolabiliter obseruat, sic orto sole paulatim, & pedetentim fit dies magis lux diffunditur, sic in quauis actione, semper de perfecto ad perfectum uenimus. Cū eram paruulus loquebar ut paruulus ait D. Paul. Cum autem factus sum uir, euacuaui, quæ erant paruuli. Sic homo peccator post imperfectum, ac tenuē dolorem deuenit ad perfectum, quem modum Dauid docet, Psal. 118. Feci iudicium, & iustitiam, ne tradas me Domine calumniantibus me. Iudicium facimus, quando recogitamus peccata, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, & tunc fatemur, quòd simus grauissimis addicti, ex quo dolor augetur de peccato. Et tunc ad Deum Patrem misericordiæ fontem iustissimumque iudicem dirigemus præces, & ex timore pœne crescit dolor de Dei offensa. Et tunc Deus conuertitur ad nos, ut Propheta pollicetur. Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad uos, Ioel. 2. Quoniam ergo multi peccatores cōuertuntur & talis exigitur ordo. Ergo attritus fit contritus. Ad contritionem uero tria requiruntur. Primum displicentia peccati. Secundum propositum non peccandi mortaliter. Tertium q̄ fit charitate formata. Duo vero ad hoc tertium exigūtur, unum q̄ est in potestate nostra de quo certi sumus, q̄ est diligere Deum super omnia. Alterum diligere ex charitate formata, per donum Spiritus Sancti. Quia vero multi sciunt se diligere Deum dilectione naturali, hinc ex attritis fiunt contriti. Rursus, Sicut actus fidei informis fit formatus charitate. Sic contritio acquisita fit formata, qa vero actus charitatis præsupponunt actus, qui sunt ex nobis, & potestate nostra, ideo attritus fit contritus, qui illi istam præueniunt. Et si contritio formata non sit nobis nota, vt suo loco dicam.

Auaritia.

Auaritiam adire debent iudices. Exod. 18. c

Auaritiā sequuntur filij Samuelis iudices in Israel.

racl.1.Reg.8.a
Auari Nabal exitium.p.Reg.18.a
Auaritia Gezi serui Elisei. 4.Reg.3.f
Auari Diuitis calamitas.Eccl.6.a
In Auarum sibi inuidentem.eccl.14.a
Auaritia.Prou.15.c
Auaritia Sacerdotum, & principum. Isa.3.b
Auaritiam Sacerdotũ arguit Hieremias. Ierem.8.c
Auari Pharisęi Christum irrident eorum auaritiam arguentem.Luc.16.d
Auari, & rapaces regnum Dei non possidebunt.p.Cor.6.b
Auaritia ne nominanda quidem inter Christianos.Ephes.5.b
Auaritiam ut fugiamus admonet Christus. Luc.12.c
Auarum se non fuisse in prędicando Euangelio, testẽ esse Deũ, dicit Paulus p. Thess.2.a

Auaritia.

Auaritia non est peccatum. HAER. Si clamat toties Moyses, & noua lex ac Prophetę contra horrendum hoc monstrum quomodo non est peccatum? Scribit D.Basil.Hom.6. inter homelias uariorum argumentorum & septima contra diuites Auaros D.Amb. toto libro de Nabuthe. Ieza Iezraelita inuehitur contra Diuites Auaros, cap.1.2.3. 4.7.& 8. Lact.de orig.erroris lib.ca.7.& Diui.inst.ca.5. Thimot.episcopus, ad ecclesiã per totum orbem diffusam, Theoph.Alex. lib.Pasch.eam inferno comparat, qui nunquam satiatur. Prosper lib. 2. de uita contempl.cap.15.& 16.Isidor.lib.2.de summo bono cap.41.D.Aug.lib.3.de lib.arb.ca.17. Sciant ergo cõcionatores nõ ad riuulos sed ad fontes recurrendum ad hanc uituperandam. Hęc si propriè sumatur semper est peccatum, & est imoderatus amor habendi; & opponitur Iustitiæ, & liberalitati, Iustitię, ut inordinatus affectus, liberalitati, vt extra est in re Iustitię. Poterit tamen pp imperfectionem actus esse non nunquam ueniale. Auaritia ad aures D.Tho.est peccatum, medium inter peccata pure spiritualia, & carnalia. D.Tho.2.2.q.118.Scholastici.2.dist.22 Biel.2.d.6. q. vnica. & 2.2. Gerson.p.2. de regulis moral.appellat immoderatam passionem.

Audacia.

Audacia est peccatum, & opponitur fortitudini ut ait D. Thom.2.2. 126.7. tertium, & etiam timori secũdum accessum & recessum; & audacia includit in se nimiam securitatem sicut contrarium priuationem; & nonnunquam audacia respicit Bonum, nonnunquam malum; sed propriè respicit semper malum, spes uerò respicit bonum; sicut desperatio respicit bonum timor uerò respicit malum ei coniunctum. p.2.q.45.2.tertium. Hęc uero ut in subiecto est in ipsa irascibili ut docet D. Thom. p.p.59.p.secũdũ. Et causatur ex ira spe mediante, ut ex experientia apparet. Illi uerò sunt magis audaces, quibus vinum magis placet, quia caliditas extendit, ac reddit in principio promptiores, quam sint postea in periculis, hinc dicitur. Audaces fortuna iuuat. Fortes uerò, sunt in principio animi extenuati, & in successu robustiores. Hæc ex D.Thom.& alijs collegi.

Audire.

Audiens Doctorem potest sequi eius opinionem etiam si fuerit contra Fidem. HAER. Et si falsitas huius propositionis sit euidens de se tamen quia contra eam scribit D. Tho. tacere non potui, & admonere, ut quisq; cognoscat quòd non Doctoris ingenium, vel elegantia, nec concionatoris efficacia, & applausus, est attendendus sed veritatem docẽs, nec res Diuinas proprio ingenio metiri debet, sed iuxta sanctorum communẽ interpretationem, quę falsa esse non potest. Videat ergo auditor, nè audiat Doctorem quem cognouerit uana docere, & contra fidem. Et si mũdus totus, qui in maligno positus est, tu fuge, & redargue. Hoc idem in dubijs, non enim unusquisque põt quę sunt fidei explanare nisi ad sanctorum ac Romani Pontificis assensum. D.Thom. quolib.3. q.4.2. quę longius exponit Turre Crem.lib.4.p.2.cap.17.de ecclesia.

Aureola.

Aureola non datur Sanctis. HAER. Ecclesia, ex dicto D.Pauli diuersas Deum largiri Sãctis aureolas docet. quæ nil aliud est, quã præmium accidentale Beatorum, de operibus perfectionis secundum perfectã uictoriã, sic D.Tho.d.33.q.3.3.tertium definit, & consistit in perfectione operum. Palud.uerò dicit, quòd aureola est gaudiũ quoddam

de

de operibus à se factis, quæ habent rationem victorię excellentis. 4. d. 41. D. Bonau. scribit, quod decor quidam erit Doctorib. de conuersis per ipsos, & quidam etiam decor, & gaudium erit martyribus in corpore, qui se pro Christo Passionibus exposuerunt. Quidam decor Virginibus in corpore, quod pro Christo incorruptum seruauerũt & ille decor, uel gaudium de illo decore aureola nuncupatur. Aureola ergo & gaudium cum decore, & decorem cum gaudio importat. Aureola etiam præsupponit auream, quæ cõsistit in gaudio de Deo charitati respondens; aureola vero in perfectione operum consistit. Aureola triplex est. Martyrum, Doctorum, & Virginum. & proprie est in mente, sed secundum redundantiam fulget decor in corpore. Martyri ergo, qui corpore, & mente passus est aureolam obtinuit, qui verò tantum mente, vt Gloriosiss. Pater Dominicus, & Franciscus non habent Aureolam martyrij, qui corpore, & non mente, vt innocentes, nec ipsi habent Aureolam Martyrij. Aureola datur prædicatoribus, vel Doctoribus, dum docent ex officio, vel commissione debetur etiam scribentibus sacram doctrinã. Aureola datur Virgini perseueranti vsque in finem, vel cum uoto, vel sine. Imò verò Virginitati conuenit triplex præmium, primum aurea ratione charitatis, aureola ratione perfectionis, fructus ratione spiritualitatis. D. Th. 4. d. 49. secundo. qla. 1. primũ. De Aureola dixit Apostolus. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. & D. Io. Vidit vigintiquatuor seniores habere coronas aureas.

2 *Aureola non conuenit Christo Saluatori, sed aurea.* Hoc D. Tho. docet. 4. d. 49. q. 5. 4. qla. 1. c. & Palud. Quia nihil est illud, cui est simile. Angeli non habent aureolam, quia aureola est de operibus factis habentibus rationem victoriæ excellentis. Angelis verò connaturalis est virginitas, & martyrium pati non possunt nec docere. Ricard. dist. 4. q. 6. 5. Forte dici potest, quod Angeli superiores illuminant inferiores, & isti illuminãt homines, quod quo ad hoc datur aureola, vt Doctoribus. Docet etiam D. Th. quod aureola non conueniebat in statu innocentię nec etiã in lege naturæ, nec Moysi. sed nec in lege naturę datur viduis, quia corona datur victoriæ. & non pugnæ. Recipiet etiam aureolam, qui immoritur in bello contra infideles pro quacũque virtute infusa. vbi supra. Confessori tamen non datur aureola, nec ei, qui docet propter inanem gloriã etiam quod in fine pœniteat. quol. 5. q. 12. 1. c. Vna vero alteri præfertur, secundum nobiliorem actum. & D. Pau. de se dixit Timot. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. &c. Aduocatis, Medicis, Physicis, Prophetis non conuenit aureola, nec qui correctione fraterna aliquem corripit.

Authoritas.

Authoritas Sanctorum duorum, vel trium facit certum argumentum in rebus fidei. TEM. Fuerunt enim homines, atq; ideo pro certo eorum habere (exceptis his, qui sacrã scripturam ediderunt) insipientis est. Rursum, multa eo tempore non erant definita, vt modo videmus, & fortè in nonnullis errare potuerunt, quo fit, vt si sequamur illos pautos necesse erit nos in graues etiam errores incurrere. Potuissem exempla, vel Origenis, vel Hieronymi de epist. D. Pau. ad Heb. & alia exempla afferre, & Cypria. de rebaptizandis. Quod anima sit ante corpora creata. Quod non vident animæ Beatorum Diuinam essentiam ante diem Iudicij, non ergo sine delectu, & prudentia sunt Sanctorum Patrum omnia dicta recipienda.

2 *Authoritas Doctorum eodem gradu tenenda est.* Quemadmodum creaturę nec corporales, nec spirituales eandem obtinent à Deo perfectionem, sed vna alia perfectior & in magna domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia. & quosdam dedit Apostolos, quosdam vero Pastores, & Doctores. nec omnib. eadem talenta, sed vni quinque alteri decem, sic nec Doctores vna lance librare possumus, Quis in scholis Aristoteli Burleum equat, quis Alberto Magno Apollinarem, quis Scoto Trombetam, audet æquare? sic si res de fide sit contra hęreticos disserenda non eodem loco Theologorum, & Sanctorum erit. authoritas collocanda, quod legimus factum in secundo Concilio Niceno.

3 *Authoritas plurium Doctorum reliquis paucis reclamantibus infirmum faciunt nobis argumentum.* TEM. Doctores grauissimi, atq; vetustissimi, illam dixerunt esse fidem, quã

ex communi Doctorum consensu tenet ecclesia, sic dicit Lirens. aduers. proph. her. nou. sic Thom. Vuald. in proœmio doct. fid. Antiq. Sic Concilia procedunt, cũ aliquid differendum occurret.

4 *Authoritates omniũ doctorum in his, quæ minime ad fidem pertinent, certũ faciũt argumentum.* TEM. Non cogitur Ecclesia ea docere, quæ sancti simul docuerunt dũmodo non sit de fide. Vt est exemplum de conceptione B. Virginis (scio aliquos tenuisse esse de fide credere eam contraxisse originale peccatũ, inter quos Spineus noster) exẽpli causa; tenent Doctores antiqui eã contraxisse, & D. Bonau. hanc opinionem communiorem esse dicit. Scot. quòd teneret altera pars, nisi authoritas Doctorum, & ecclesiæ obstaret, ecce ergo, ꝙ communis sententia est eam contraxisse, vt inferius probabo, tamẽ ecclesia alterã partem recepit paucis ab hinc annis, & veneratur. Hoc docuit Lirens. ubi supra. Quod authoritas Doctorum recipienda est in fidei regulis. Et D. Aug. lib. 1. contra Iul. c. 2. & lib. 2. in epilogo ipsius libri, Sanctorum authoritas adducit cõtra eũ. Ire. Cypr. Reticii, Olym. Hilar. Greg. Amb. Basil. Io. Inno. & Hierony.

5 *Authoritas sanctorum in expositione literali sacræ scripturæ, nec certum nobis præstat argumentum.* HAER. Præter ea, quæ in cõfutatione huius erroris dicta sunt ab aliis, est decretum Concil. Trid. ad reprimenda petulantia ingenia, quod quilibet ea scribat, quæ consentiunt, ac conueniunt cum dictis Sanctorum patrum. Imò vero ab infantia ecclesiæ Clem. I. eẽ damnauit, sic. n. scribit tom. 1. fol. 52. col. 2. Relatum est ẽt nobis, quod quidam in vestris partibus commorãtes aduersant sanis doctrinis, & prout eis nr̃ non ſm traditionem patrum, sed iuxta sensum suum docere uidentur quod habetur d. 37. c. relatum. Lateranense etiam Cõcil. sub Leone X. act. 11. tom. 3. pag. 708. præcipit omnibus, qui euangelicam veritatem populo docturi sunt, vt sacrã scripturã iuxta interpretationem Doctorum, quos ecclesia, vel diuturnus vsus approbauit explanat. Et hoc Concil. Trid. repetit (vt dixi) sess. 4. de editione, & vsu sacrorum libr.

6 *Authoritas Sanctorũ in rebus fidei nulla est, quia errare possunt. Iulianus Osiander.* HAERE. Qui affirmat Sanctos oẽs in rebus fidei errare posse, ac decipi, hic sine dubio spiritum ueritatis ab ecclesia tollit, quẽ in æternũ nobiscũ permansurũ pollicetur Dominus. Si vnaquæque disciplina præceptore eget, quare non res fidei. At si præceptores oẽs ignaros facimus, quis docebit nos vias Domini? Est lumen in ecclesia, quod si obscuratũ fuerit, totũ ecclesiæ corpus tenebrosum erit. At Christus (dicet quispiã) est lumen. Ego sũ lux mũdi, fateor, sed Apostolis, & successoribus dictũ fuit. Vos estis lux mundi, Docete oẽs gentes. Caluinus respõdebit, id Apostolis esse datũ, nõ alijs. Imò verò & successoribus, alioquin quæ nostra erit Christiana respublica, si in reb. grauissimis nõ datur, qui errores depellere possit. Habet Germania Lutherũ, Oecolãpadiũ, Erasmũ, & cæteros huius farinæ uiros scelestissimos, habet Gallia Caluinum Bucerũ. At Christi ecclesia sua luminaria. Augu. Hie. Amb. Greg. Chrys. Aquinatẽ, & alios, quos duces tãq̃ in castrorũ acie ordinata ꝓposuit, & semp inimicos ecclesiæ, imò Dei expugnauit, hoc legitur in 2. Cõcil. Niceno, in quo dictũ fuit. Vt Sanctorũ patrũ sententiæ in mediũ proferrentur, quod cũ ita factũ esset. Nestorius tãq̃ ecclesiæ Catolicæ cõtrarius, damnatus est. Cyrillus verò tanq̃ sacrosanctæ antiquitati cõsentaneus est probatus. Synodus Ephesina, nil aliud credendũ decreuit, nisi quæ sacrata sibi cõsentiẽs sanctorũ patrũ tenuisset antiquitas. Et sexta Synodus Generalis, q̃ fuit Cõstantinopolit. act. 12. decreuit oĩno necesse est, nõ solum secundum sequi Sanctorũ Patrũ dogmata, sed ijsdẽ vocibus uti cũ illis, nihilque penitus innouari. Et rursum. Sãctorũ Patrũ dogmata, tanq̃ legem, sanctæ Dei suscipiũt ecclesiæ. & eadẽ sancta Synodus, act. 17. & 18. Sanctos patres tanq̃ regulã sequitur. Synodus Later. sub Martino V. Cano. 12. & 13. dicit. q̃ oẽs cõseruantes. ecclesiæ patres respiciunt, & Catholica, & Apostolica ecclesia respuere dicitur, & q̃ credũt credere. His armis militauit Aug. cont. Iulia. 1. c. 2. Alia sunt, in quibus inter se ẽt doctissimi, atque optimi regulæ Catholicæ defensores salua fidei cõpage nõ cõsonãt, alius alio, de vna re melius aliq d dicit, & verius. Hoc autem vnde nunc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamenta. & li. 2. Hoc probamus Catholicorũ authoritate sanctorum, ac pro hoc, non est consequens, vt falsum sit. & in fine libri, qui sanctos reiicit,

eos vniuersam Christi ecclesiá reiicere testatur. Hoc probat Vinc. Liré. Sic Agatho Papa duplicem in Christo operationem conuincit, Sanctorum testimoniis Synodi sess. act. 4. Præterea cũ uenit disputandum de fide, quo recurrendum, non ad rões, quæ id demonstrare non possunt, non ad sacras literas, quæ mutæ sunt.

Puta de peccato originali. An Beata Virgo contraxerit sit altercatio (etsi non nisi odium pariat) sacræ litteræ tacent, negat alteri, ego affirmo, qua via ille suam sententiam comprobabit, qua ego meam ostendam: nam ratio, vel nulla, vel clauda erit. Recurrendum ergo ad sanctorum expositionem, qui de ea scripserunt: Vnde Alanus Episcopus Minoritanus vocat hereticam eam opinionem, quæ docet B. Virginem immunẽ fuisse à peccato Adæ, quod & Spineus, & Paul. Lucensis nostræ Academiæ uiri doctissimi, ac pijssimi scribere nõ dubitant, & si opus fuerit rem hanc tueri, vbique locorum pollicetur. Authoritas ergo Sanctorum tanta est. At dicet hæreticus. Non alligauit Deus sanctis illis sacrę scripturæ sensum, quin quisque suo ingenio, suo marte, ac sudore, aliquid saltem cum paupercula vidua offerre non possit. At respondeo, quòd imò alligauit, & tenemur Sanctorum patrũ expositionibus subscribere, & eatenus nouum aliquid scribere licet, quatenus sit consentaneum illis. Nec enim nostra fides metamorphosiom, ac generationem Deorum, nec equũ Troianum docet, sed res grauissimas, quæ nec oculus vidit, nec aures audit, nec in cor hominis ascendit, nisi à patre luminum fuerit circumfultus, vt Paulus Apostolus, & Petrus, cui caro, & sanguis non reuelauit, sed pater de Cœlis. Legant Caluinistæ acta Conciliorum, expendant rationes Diui August. contra Iulianum, contemplentur, quæ Lirensis aduers. proph. hæresim nouationes scribat, & pallinodiam canant. Contra eos etiam est quinta Synodus generalis, vt testatur D. Thom. 4. contra Gen. cap. vigesimoquarto.

Sequimini per omnia Sanctos patres, & Doctores ecclesiæ Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, & Gregorium Nissenum; Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem Portiũ, & suscipimus omnia, quæ de recta fide, & condemnatione Hæreticorũ exposuerũt. ecce quanti faciat Concil. Sanctorũ Doctorum authoritatem. & D. Aug. li. 1. c. 3. con. Iulia. sic vtitur eis.

7 *Authoritas multorũ scholasticorum, si aliqui viri docti pugnant, nullius est ponderis.* Nõ est pro opinione Doctorum, vel in Academia Thomistica, vel Scotistica, quasi pro aris, & focis bellandum, nec etiam scholasticorum authoritas numero, sed ponderе iudicanda, sed Doctori, cuius est in ecclesia maior authoritas, subscribere, nec cum viris robustissimis pugnandum, aut contra prudentissimos, quod lubet pronũciare, quid enim tam temerarium, tãque indignum sapientis, quàm Doctorũ grauitati se opponere?

8 *Authoritates omnium scholasticorum in re graui, nec probabile faciunt argumentum.* TEM. Certe communem scholę sensum, non nisi imprudenter, & temere reicimus. Nec enim omnes assererẽt, nisi omnes diuino spiritu promouerentur, nec uideo, quomodo uerũ esse possit, ꝙ coro Theologorũ scholasticorum concinenti fuerit contrarium. Cum experitis in unaquaque rẽ sit adhibẽda fides, sic medicis sic & alijs euenit. Hinc pr̃es cõcilij Viennẽsis operationem illam, in cõcertationem admittunt. An paruulis, & adultis, gr̃a informans ac uirtutes in baptismo conferantur, & eam sentẽtiam seu probabiliorem suscipiunt, quæ magis consonat dictis Modernorum Theologorũ, & habetur in Clem. Vnica. de summa. Trini. & fid. Cath. Si itaque tanti fuit apud patres concors opinio iuniorum, quantò magis Erasmus reuereri debet cum eorum sententia fidem faciat Concilio. Scio quidem nonnullas distinctiones esse fictitias uideo quorundam responsionem non eneruare rationum vim, at non apud omnes receptæ sunt distinctiones illæ, nec aliquorum solutio, totius scholæ est decisio. Et sic soluuntur augmenta Erasmi.

9 *Authoritas omnium Theologorum in rebus fidei, aut moribus ecclesiæ, nullam fidem fecit.* ERRON. Quoniam scholastica Doctrina non est fons sed riuulus, fons uero est sacra scriptura, traditiones, & patres, hinc, qui riuulos abhorret, fontem, renuere certum est. Quis unquam omnes Theologos scholasticos nisi Hæreticus Eras-

mus reiecit. Vel si errarunt dicat Erasmus, & conuincemus eos non errasse. Vel si errarunt, & eorum errorem nō manifestauit Deus, certè populo Christiano defuit, quòd illi est necessarium. De his D. Paul. ad Eph. 4. cap. dicit. Dedit quosdam quidam Apostolos, alios vero Pastores, & Doctores.

9 *Authoritas Iuris Pontificij nulla est, nec Theologo necessaria.* Duas assertum continet partes, & prima quidem hęretica est, quia tollit Romani Pontificis authoritatem, secūdo vero temeraria, quoniā quomodo poterit confessiones audire, qua via veram à falsa secernet electionem quomodo populi mores emendare poterit, quis agnoscet, quæ conueniat pœnitētia publice peccanti. Quis diiudicauit diuersos gradus, ac Ecclesiæ ordines, atque in officijs persoluendis diuersitatem, sine Iuris Pontificij cognitione. Hoc probat Celestinus, Leo Concil. Cartag. sep. Tolet. 4. Aurelia. quartum & aliqua Gratianus subolfecit distin. 38. & 61. Damasus etiam 25. q. 1. Violatores. affirmat Canones esse à Deo institutos. Lateran. sub Inno. III. docet, quòd Theologus in Cathedrali Ecclesia ad docendū vocatus, exponat sacram paginam in his præsertim, quæ ad legem animarum conducunt.

11 *Authoritas Iuris ciuilis, & Imperatorij Theologo superuacanea est.* TEM. Fateor equidem, quòd in rebus fidei nullo eorum egemus suffragio, at ad mores fidelium quam plurimum conducit iurisperitorum assensus, cui obsistere temerarium est. Hinc diuus Aug. contra Donatistas legum authoritatem ascicit. Cum de restitutione loquimur ad eos etiam recurrimus, cum de matrimonio, de testibus, de testamentis, de donatione, de filij restitutione, qui paternæ hæreditati succedit. De donatario, an ad debita teneatur. Multa ergo in morib. tractanda occurrunt, quæ eorū exposcunt placitum. Addo quòd cum lex omnis à diuina diminet si iusta fuerit, & omnis eā obseruare teneatur, utilis erit Theologo ea nosse, quæ Imperatores prudentissimi, ac sanctissimi decreuerunt, & eos potissimū nosse oportet, qui confessiones audiūt, ac Theologiam in Academijs profitentur, isti namque si negligant Iurisconsultorum responsa, ac consulta, fędissime eos errare contìnget. At instabit scrupulosus Sacerdos. Pręsbyteris, ac Monachis prohibetur huic studio operam nauare, ergo damnabile non vtile erit. At hunc scopulum cuadere facile est. Namque aliud est ex professo huic operam dare, aliud scire aliqua. Primum prohibetur, secundum item utile est. Secundo Ius ciuile de moribus humanis. Theologus de diuinis. quæ ergo cōuentio? Respondeo quod & Theologus de actibus humanis loquitur, quorsum. n. tot quæsita in summis, quorsum D. Tho. ac alij tanta ediderunt. De utroque ergo tractat Theologus authore D. Th. 1. par. 9. 1. 4. Tertio, Multa docent Imperatores contra fidem. ergo potius damnanda eius lex. At hunc soluere facillimum est, & contra arguentem pugnat. Nam si non studij eius incumbere vetitum est, quia scribit cōtra fidem. ergo eius studiū vtile erit, quia multa de fide, infinita de moribus nostris tractat. ergo studeamus ad errores conuincēdos, studeamus, vt eas vtilitates reportemus.

Quarto, tractant fabrilia fabri inquit diuus Hiero. in prologo Bibliæ. ergo ad quid Iuris peritus de eis, quæ sunt Theologo necessaria. At si arguens scrupulosus sensum D. Hierony. vidisset, non frustra illud dictum contra nos assumeret. Non est Iuriscōsulti tractare, quæ Theologi sunt muneris, at si homo, qui ad Rempublicam, & ciuitatem non pertineat, & qui non prępuaricet leges, hinc est homini Theologo vtilis ea cognitio. Non modicum ergo inter se habent connexionem.

12 *Authoritas rationis naturalis est Theologo superflua.* TEM. Non eget certè fides humana ratione, ad demonstrandū, at adeo connexa est cum Theologia ratio naturalis, vt eam si dimoueas non solum non erit Theologus, sed nec homo, non enim homo cum diuina tractat deponere hominem potest, nec manus capiti dicere poterit non egeo tui, nec caput manum abijcere potest.

Ratio est omnis disputationis fons, nec gratia naturam destruit, sed perficit.

Quid? quòd multa Theologię principia rationem naturalem existunt.

Quid? quod Theologia est sciētia de Deo, & sciētia est per discursum, & syllogismū demonstratiuum.

Rursum,

Rurſum, Theologia eſt argumentatiua ex D. Paul. ad Timo. 1. & eos qui oppugnant noſtrum eſt redarguere. Ex uno enim principio alterum deducit, & probat. Demum multa ſunt in ſacris literis, quæ ſine Philoſophia, Arithmetia, Geometria, Geographia, Aſtronomia percipi non poſſunt, quo modo ergo uana eſt philoſophia. Sed pergamus conuincere diſcipulos Eraſmi. Luth. & Cornelij Agrippæ, qui aſſerunt Philoſophiam eſſe nobis perniciosam: qui non tantum ſunt Hæretici, ſed errores pullulare fecerũt Epicuri, & Mahumetis, qui contendunt homini ſcientias eſſe peruerſas, ac noxias. Clem. Alexand. 1. ſtrom. pugnat contra eos. D. Paulus Hebræis, hebręus factus eſt, vt eos lucrifaceret. 1. Cor. 8. ergo philoſophis ſit Philoſophus Theologus. At dicet Eraſmus, ſimus ergo Mahumetani, ſtudeamus Alcorano, interpretemur eum, vt Saracenos acquiramus. At non vides Eraſme, quomodo à propoſito diuertis; in non malis certè verum eſt, quòd Paulus docet, tu vero confugis ad ea, quæ mala ſunt. Idem Apoſtolus ait, ſe docere in omnem ſcientiam, vt exhiberet hominem perfectum in Chriſto. Coloſſen. 1. De eccleſia dixit Dauid; Aſtitit Regina à dextris tuis circundata varietate Pſal. 44. Quorſum Deus eam infudit Salomoni. Ad Rom. etiam 1. rationes à natura, quid præſtent dixit. Inuiſibilia Dei, à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Addit Clem. Alexan. omnis ſapientia à Domino Deo eſt. Eccl. 1. Alterum Exod. 31. Vocaui ex nomine Beſeleel, & impleui eum ſapientia, & intelligentia ad excogitandum, quicquid fabre fieri poteſt. Fabrilis ergo ars, & omnis alia ad Deum referenda. Adhuc vani ſunt ſenſus hominum in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, neque operibus attendentes cognouerunt quis eſſet artifex. Sap. 13. Hoc voluit Dauid deſignare, dicens. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Pſal. 4. Hæc illa; Nobis indita. Hæc eſt illa ancilla Abrahę, uocauit ancillas ad arces, quæ ſi inſoleſcit eiiciatur foras, nec ſinatur, aut Iſmaelem irridere Iſaac. Hanc ancillam amplexati ſunt Origenes; de quo Euſeb. refert lib. 6. cap. 15. quòd philoſophiæ ſtudia detractantibus reſpondebat, ſe huic operam nauaſſe exemplo Panteræ Heraclæ, aliorumque ſimiliũ. Theodoretus quoque lib. 8. hiſto. trip. cap. 8. Didymum refert Grammaticam, Rethoricam, Arithmeticam, Geometriam, Aſtronomiam, ſyllogiſmoſque Ariſt. didiciſſe. Et hoc de alijs omnibus Ambr. Baſilio, Auguſt. Hieronymo, D. Thom. certum eſt. Nonne Entymema illud eſt. Non longe eſt Deus ab vnoquoque noſtrum in ipſo enim viuimus, mouemus, & ſumus. Act. 27. & aliud, qui plantauit aurẽ non audiet, aut qui fixi finxit oculos non conſiderat. Pſal. 63. & illud: edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua. Luc. 10. & 1. Cor. 9. & probabile argumentum eſt illud. Act. 2. quo D. Petrus vtitur. Non enim ebrij ſunt hi, cum ſit hora diei tertia, qui ergo rationem naturalem abhorret, diſcedit ab eo, quod nos Apoſtoli docuerunt. Errorem uerò ſuum probant Cornelius, & Eraſmus. Primò. Diſciplina noſtra eſt ſimilis Pitagoricæ, quæ tantum authoritate ſine vlla ratione firmabatur: ergo ad quid humana ratio. Aſſumptum eſt Greg. Nazianz. oratione 1. in Iulianum. D. Hierony etiam, ſuper Matt. cap. 10. prohibet Doctori euangelico, vti humanis ſubſidiis. Tertius locus eſt D. Auguſt. dicit, quòd ſpiritus Paracletus, nõ docet has veritates lib. 1. de Actis, cum felice Manichæo cap. 10. & quòd Chriſtianos non vult facere non Mathematicos. Quartus eſt ex Amb. vt ſcribit Gratianus d. 37. alterum ex concilio Cartag. 4. quibus ex locis colligitur has ſcientias eſſe perniciosas, ac refellendas. & concil. 4. uetat Epiſcopis, ne libros Gentilium legant, ſed hæc omnia nil aliud probant, niſi quòd humana ratio & ſcientia non eſt Theologiæ proponenda, nec ei quaſi ad Syrenũ ſcopulos adherendum, non tamen volunt humanas ſciẽtias condemnare. Pergunt 4. loco probare ex ſacris litteris, quia Eccl. 1. vocatur occupatio peſſima. Reſpondetur, quòd illa occupatio dicitur peſſima nõ ratione ſtudij, ſed pœnæ, ac ſi dicat moleſtiſſima eſt occupatio. Quintò. Hoc ſtudium dicitur uanum à Sanctis. Dicitur, quòd appellatur uanum, quia non eſt finis hominis, nec ad verã fœlicitatem perducit. Sextò. Quare ſeduceris fili mi ab aliena. Pro. 5. & interpretatur de humana ſciẽtia. Dicitur, quòd loquitur de terrena voluptate, non de ſapientia. Septi-

mò. D. Paul. Coloss. 2. admonet, ne quis seducatur per philosophiam, aut inanē fallaciam, ergo. Dicitur ex Clem. quòd nō damnat veram philosophiā, quæ à Deo est, sed Epicuream. Octauò. Idem Apostolus dicit 1. Cor. 2. Perdam sapientiam sapientiū, & prudentiam prudentium reprobabo. Dicitur, quòd perdidit eos, qui illi tantū studio sicut Deo confidebant. Vel perdidit, quia nō elegit, sed infirma mundi. Vel perdidit, quia maiori lumine obscurauit, sic Luna adueniente Sole. Nonò. Scientia inflat. 1. Cor. 8. Verum, quòd inflat sine Deo. Decimò. Languēs circa quæstiones, nominat ergo morbos. D. Pau. 1. Tim. 6. Est certe morbus sine Dei gratia. Vndecimò. Apostoli non habuerunt Philosophiam, nō est ergo necessaria. Hoc, ꝙ nostri somniculosi, & ebrij Germani tanti faciūt, facillimè diluitur. Quod Apostolus docuit eos omnē ueritatē necessariā, nos verò non habemus Spiritum Sanctum, vt optimè Clem. deducit. Duodecimò. Arma nostra nō carnalia. Respondet Clem. quòd arma primaria non sunt ex philosophia, sed illa est adiutrix. Decimotertiò. In concil. Niceno, simplicitas Rustici superauit sola philosophos, nō alij, vt refert Rust. li. 1. cap. 8. At hoc fuit ex speciali Dei dono, aliàs ad quid conuocantur viri doctissimi in cōciliis. Sic ergo Christi doctrina fit perfecta.

13 *Authoritas Philosophorum in rebus naturalibus, Theologo nihil confert.* TEM. Nō potest authoritas philosophorū, qui falsa senserūt nos adiuuare, nec quid Empedocles, Anaxagoras, Leucippus, aut alii senserint, contra quos plusquā satis insurgit Arist. 1. de Physico Auditu. 1. de anima, & 1. Diuinorum, sed eorum omnium philosophorum consensus, qui non est rationi naturali contrarius nobis esse vtilis ex sacris literis, Sanctis patribus, ac rōnib. cōprobabo. D. Paul. dum instruit Atheniēses illud sibi vsurpat dictum Arabi Astronomi. Ipsius nos genus sumus. & Corinthiis scribens illud Euripidis. Corrūpūt bonos mores, colloquia praua. & Tito illud Euripidis (ei.n. attribuit Clem. D. Hiero. vero Menandro) Cretenses semper mendaces malæ bestiæ, uentres pigri. Cui subiūgit Apostolus: Testimoniū hoc verū est. Sancti patres philosophi fuere Didymus, Iustinus, Origenes, Greg. Nazian. Basilius, Gregorius Nissenus, Damascenus, August. qui 2. de Doct. Christiana scribit, c. 40. Testimonia philosophorū Theologo, q̄ plurimū adiuuare. D. Hiero. epistola ad oratorē magnū, multis argumētis idē cōfirmat. D. Tho. q̄ sæpe in suā adducit sententiā. Aug. Eugub. lib. de perēni philosophia probat ea, quæ sunt fidei non dissentire à principiis philosophorū. Euse. li. hist. eccle. c. 10. ait. Consuetudo antiquitus tradita seruabatur, vt Diuinarū scripturarū Doctores in schola ecclesiastica habeātur viri dūtaxat scientia, & eruditione probatissimi. Rursus D. Hieron. contra Iouin. vtitur multis dictis philosophorū. Epiph. Her. 51. & 78. probat virginitatem Mariæ Virginis, ex eo quia apud naturales, dicitur, Leenā non parere, præterquā semel, & unū, ecce philosophorū testimonia Theologo, quòd q̄ primę conducunt. Cum ergo perspicuū sit, quod philosophi plur[illegible]um Theologo prosint. Huc alterū, quòd instat agamus, & rōne Lutheranos cōuincamus. Veritas veritati nō obstat, nec inimica est, sed cōuenit. nō ergo philosophorū vera dicta, aliquid officiūt Theologiæ. Adhuc philosophi multa à nostris hauserūt. Nam de Pithagora D. Amb. affirmat, quòd fuit Hebreus, & circūcisus. & Alex. dicit, ꝙ fuit discipulus cuiusdā Iudęi. Et quis legit ēt superficietenus eius aurea dicta, & non veneratur, & suscipit. Plato à nostris accipit, vt Clem. & D. Aug. testantur. Aristoteles cum quodā Iudæo cōuersatus est, vt refert Clearchus Peripateticus lib. de somno. Philosophorū ergo peritissimorū iudiciū in magno pretio à nobis habēdos esse probauimus, nisi temerarii nolumus haberi. Nec mihi est cordi, quę nā secta probabilior, variæ. n. sunt doctissimorū hoīum discrepātes sentētię. D. Aug. Platonē seqtur, de quo dicit D. Th. hac de causa, qđ D. Aug. in philosophia nō est credendū. 2. dist. 13. 3. primū. D. Thomę vero philosopho absolutissimo, maximoq; Theologo summus videtur Aristoteles, & ēt Alberto Magno, & Platonis opera fermè dormiūt (eius doctrinā, tū maximè quę in Timeo docet aurea, certè, pia ac q̄ plurimū Christiano dogmati cōsētit, nisi mea me fallit opinio) nec est, qui eū interpretetur. Aristotelis verò dicta, tamq̄ è cœlo orbis, uniuersæ Academię suscipiunt, sed hæc hactenus ad alia reuertamur, & q̄bus rōnibus Lutherani, ac scrupulosi q̄dā

ab

ab schola Christiana philosophorũ authoritatẽ reiiciant expendamus. Lutherus ergo philosophos non modo dãnat, & Domitiani exẽplo nõ solum ab vrbe, sed ab orbe docet esse pellendos. Primũ dico Domini. Quotquot fuerunt ante me, fuerunt fures, & latrones, qui de philosophis exponitur. Sed hoc refellitur, nã loqtur de falsis philosophis nõ de veris. Vel secundo dicitur, ꝙ nõ de doctrina, sed de vita eorũ loqtur, nã multa docuerũt vera, q̃ nõ obseruabãt, & vita erat pessima, vt dicit Lact. li. 3. ca. 8. de falsa sapientia. Dicitur tertiò, qđ philosophi Græciæ dicti sunt latrones, q. ad inanẽ gloriã docebãt, vt ait Clem. Secũdò arguũt. Philosophi fauebãt Arrio, & erãt simplicitate fidei aduersi, scribit Ruff. li. 1. eccl. hist. c. 2. At hoc, nõ est cõtra ea, q̃ diximus, qd ad me, de hoc, vel illo philosopho, quid de eo, q. falsa admiscet; eos. n. philosophos dicimus esse adiumẽti, qui vera docuerũt. Tertiò, tradidit illos Deus in reprobũ sensum, ait D. Paul. de philosophis. At dico, ꝙ Apostolus loqtur de eis, q cũ cognouissent, nõ sicut Deũ glorificauerũt, sed euanuerũt ĩ vanitatib. suis, dicẽtes se esse sapiẽtes stulti facti sunt. Quartò oĩa, q opportuna Christiano ex sacris litteris habẽtur, ad qd ergo philosophi. Horũ error erit alias refellendus pluribus. Quid. n. imprudẽtius dici põt q̃. ꝙ in scriptura sacra cõtineãtur, artes oẽs liberales, aut ꝙ tales disciplinæ non sunt Theologo necessariæ? ꝙ si Grãmatica admittatur, cur Logica, & philosophia explodítur, q̃ docet naturas rerũ, lapidũ, herbarũ hoĩum, cœlestiũ orbiũ, quorũ cognitio est summopere necessaria. Quintò, Theophil⁹ Alex. in 2. li. Paschali Origenẽ carpit, quod philosophorũ argutias suis tractatibus miscuerit. Ex superiorib. soluitur hoc, nã opponere tãtis Doctoribus, & primis patrib⁹ vnũ Alexandrinũ non licet, eò maximè, ꝙ Origenes, vt tradit Porphyrius (& si ĩpius) Græcorũ diuitias oẽs ad Christianum dogma locupletãdũ cõuertit. Vel admittamus nimiũ origenẽ philosophis tribuere, q̃ par est, quid enim? Aliud est eos, vt pstãtissimos pceptores in oĩbus sequi, aliud vero aliqua ex eorũ horreis ad nostrã frugem, & agros disseminare. Vel errauit Origenes in aliis, deceptus est, & in hoc, quid inde? Nõ. n. philosophia Dux vitæ est, nec satis instruit ad rectè viuendũ, imò nec in ea aliqua est vtilitas sine probitate vitæ. De his Lact. li. 3. de falsa sapientia abundè disserit, & de Lutheranorũ argumentis hucusque, alia huiusmodi sunt, vt negocium nostrum sit superfluum ad ea repellenda, ex his elucescit falsitas Moriæ Erasmi.

14 *Authoritas historiæ non est vtilis Theologo.*

ITEM. Quoniã & aliũ locũ ptinet historię necessitatẽ, & fides authores referre, paucis modo rẽ explico, quã procacissimè derident Lutherani. Historiæ humanæ vtilitatẽ, facillimũ est cõuincere. Nam, ꝙ Petrus fuerit Romæ, ꝙ Conciliũ Nicenũ primum fuerit tpe Cõstantini Magni, qđ sit sanctissimus Imperator Baptizatus, ꝙ donationẽ Occidẽtalis Regni fecerit Siluestro, & similia, nõ nullã, imò maximã cũ ecclesia habẽt affinitatẽ. Quod ergo in his vno ore affirmãt historici certũ faciũt argumẽtũ Theologo. quid, ꝙ D. Hieron. Viros illustres in vnũ volumen redegit. Primũ verò argumẽtum, ꝙ infirmã reddit historiã humanã est, quia Theoph. super Matt. 13. G. Nõne mater eius dicitur Maria. Euthym. cap. 12. in Matt. Oecum. epistola ad Gal. ca. 2. Epiph. lib. 3. Panarij. Orig. super Matt. hunc locũ dilucidãs. Euseb. li. 2. c. 1. hist. eccl. Niceph. cap. 3. lib. 2. Ambro. ad Gal. cap. 2. Hil. cap. primo in Matt. Caiet. eodem loco. Omnes affirmant Ioseph alteram vxorem habuisse, vnde suscepit filios, & dicti sunt fratres Domini. Tamen D. Hieronym. secundo in Matth D. Augu. sermo. 14. Nat. Domini, dicit Ioseph Virginem fuisse, quid ergo certe colligitur ex historia? In huius solutione illud dico, nullum probatum historiæ scriptorem tenere, Ioseph alteram habuisse vxorem. Sed Doctores illi colligunt ex textu, quia dicuntur fratres Domini, aliud est autem aliquid ex historia haberi, aliud quòd sic dicitur, quasi consonans textus expositioni. Nam aliter potest responderi, quòd dicuntur fratres etiam consobrini in sacris litteris, verum quomodo res se haberet, supra cum Beatæ Annæ vita scripta fuit, hoc soluitur argumentum, nec opinionum varietate periclitatus historiæ veritas. Secundò arguitur. Ex communi historia D. Hieronymus, Beda, & Euseb. lib. primo 1. histor. eccle. c. vigesimotertio ait, ꝙ Herodiades fuerit filia Arethæ Regis, è contra Iosephus lib. 18. cap. 5. Antiq. Egesippus, Nicepho. & D. Hierony. derident

nunquam falsum, quid ergo? Dicitur, quod stamus cum Iosepho, & putamus filiam fuisse Arethæ regis, sed Aristoboli, vt ille ꝓbat. Tertio Magos, qui uenerunt Hierosolimam adorare Dominum reges fuisse multi scribunt, ex probabilibus coniecturis, quia dicitur, Reges Tharsis, & insulæ munera offerunt. Et alibi. Ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Sic Cypri. Athan. Hierony. Aug. credunt. At non adeo est recepta historia, ꝙ illis uniuersi fidem adhibeant, nam Bapt. Mant. & alij negat eos Reges fuisse. Dicitur ꝙ discedere a communi sententia (quę affirmat eos fuisse Reges, quia apud orientales sapientes reges erant inquit Tertul.) est odium quærere, tenete ergo reges esse, ex genere Balaam. Vt Sixtus narrat Tom. primo. Verbo Balaam de quibus suo loco. Quarto docet ecclesia, quòd die tertiodecimo uenerunt Hierosolimam. Ecce Magi, inquit, & ly Ecce, importat, præsentialitatem. Vt ecce Palemon, ecce virgo concipiet. Ecce Rebecca. Gen. 24. Epiphan. tamẽ hæresi. Si scribit eos venisse post duos annos, quia occidit pueros à bimatu, & Hierosolima est distans ab oriente. Respõdeo, quòd communis opinio tenet eos venisse die 13. & oriens accipitur, non pro ipso oriente, sed pro parte orientali comparata Hierosolimæ, sicut Venetijs dicitur Regnum Corcyrę, & Cretense oriens. Dicitur secundo, ꝙ admisso, quòd ex oriente venerint erat eis copia Dromedarij, quos ferunt mille stadiorum iter, uno die conficere. Quinto arguitur q̃nto loco. Miraculum nuptiarum de aqua in vinum conuersa in die anniuersario Epiphaniæ æditum scribit Maximus. Epiph. uero eo die, quo Christus natus est, expletis annis triginta. Respondetur, quòd Epiph. in hoc non est audiendus. Sexto. Historia scribit, quæ uulgus existimat, quamuis sit falsa ait D. Hierony. contra Eluidium. Dicitur ꝙ apud ꝓbatos authores, quos solos sequimur non reperitur, ꝙ uulgus putat, sed ueritas habet. Septimo. Putant Cyprian. Augu. Adamum primũ hominẽ ibi esse sepultũ, quo Christus mortuus est. D. Hierony. tãquam fabulam renit. Ad hoc dicitur ꝙ utrũque sine fidei iactura arbitrari possumus, & Doctores omnes in hoc, ꝙ sibi probabile uidetur affirmant. Octauo Templum ædificari ceptum est anno secundo Darij, ait D. Hierony. alij vero dicunt Zorobabelem fundamenta iacisse sub Cyro. Dicitur ꝙ vtraque opinio tueri potest. nam sub Cyro fuere inchoata, & sub Zorobabele: at Dario fuere completa, inter quos fuere anni quadraginta. Nono. Multorum est placitum. Artaxersem fuisse impedimento ædificationis templi. At scriptura dicit. Templum ædificatum esse, præcipiente Dario, Cyro, & Artaxerse. Hoc sic refellitur, ꝙ Artaxerses nomen commune est Regum Persarum, sicut Cæsar Roman. Pharao Aegiptiorum. Et non stat pro Dario Hispasis, & proprio nomine, nam & scriptura hoc cognomen utriq; adiecit. Decimo. Scribunt quã plures Iosue 26. annis post mortem Moysis impetrasse, quæ pro computatione annorum ab exitu de Aegypto deseruire, nec uera esse possunt. Respondetur, quod in similib. respiciendum est ad diuersas supputationes, quæ cum uariæ sint, ut supra uerbo annus exposui, sunt etiam in causa, quod appareat aliqua dissonantia licet re uera non sit. Vndecimo multæ sunt historiæ incertę, vt ꝙ Maria Magdalena obtenuerit in partem Castrum Magdaleni. Bethaniam Marta. Dicitur ꝙ etsi hoc non sit certum, tenendum eo modo, quo Ecclesia relinquit. Duodecimo. De donatione Constantini, quam uarij sint scriptores quis ignorat, & sub nomine paleæ legitur. Hoc inferius explicabo, satis est tenere, ꝙ Ecclesia subscribit eorum dictis qui affirmãt donasse. Tertiodecimo. Incerta est etiam Historia, quę dicit eum à lepra fuisse mundatum. Et à quo fuerit Baptizatus, à Siluestro, uel ab episcopo Arriano, ut placet Euseb. Dicitur ꝙ à lepra fuerit mundatus tenet. Clem. Nicol. Pont. D. Tho. 3. par. q. 69. 4. & communis assensus. De Baptismo eius, nec Eusebio credendum, qui Arrianæ sectæ fauebat. Et sic D. Tho. & Plat. in uita Marci & Niceph. lib. 3. cap. 35. Quartodecimo fides nostra est certa, quid ergo eget humana Historia? Dicitur, ꝙ nõ accipit in reb. fidei certum argm̃, sed probabile. Quintodecimo. Traiani historia, ꝙ ab inferno fuerit liberatus, non recipitur ab omnib. cum nulla sit redemptio. Ego quoq; hanc historiã renuere solitus sũ, qppe q tã noua miracula, (imò solum admittere nõ soleo) sed D. Tho. adhuc iuuenis dicit ꝙ Traianus, non

erat

erat simpliciter damnatus. Vel eius pœna fuit suspensa vsque ad diem iudicij. 1. dist. 43.q.2.2.quintum. Vel accipitur infernus pro parte inferni non pro loco proprio dãnatorum. Vnde Ecclesia orat in Missis D. Gregorij, non pro his, qui sunt in inferno damnati, sed purgatorij. Dicens, libera eas à tormentis purgatorij, & pro damnatis non licet orare. De postremo ergo argumento hęc satis, ad sequentia transeamus.

Axa.

Azarias.

Azimi.

Azimus non potest materia Eucharistiæ. Greci HAER. Ne caput in capite locetur, sed vt oratio sit suo ordine distincta inferius litera E. Quando de Eucharistia erit sermo confutabimus Græcorum errorem, sustine modicum Lector. Tantum nominis æthimologiam recolo, quòd Azimus dicitur ab A, quod est sine, & zima, quod est fermentum quasi sine fermento. De quo Bruilef.4.d.11.9.11.copiosè.scr. Quod ergo ad primam litteram concludi potest, & alia aggrediamur.

B

Baal.



Baalim.

Baana.

Baasa.

Bala.

Balaam.

Balac.

Banaias.

Baptismus.

Baptismus non est Sacramentum. HAER. Ne vagari contingat oratio explicatis ad simplicium hominum beneficium, quæ de fide sunt ex sacris literis in hac Allostog. ad grauiora deueniamus ex instituto ordine. Prima ergo propositio Hæretica est negare baptisma esse Sacramentum quod pugnat manifestissimè cum his quæ in sacris literis habemus. De quo Nicodemus fuit benignè à Domino instructus, ac Apostolis fuit mandatum, vt per Orbem vniuersum prædicarent, gentes, & circuncisos baptizando in nomine explicito sanctissimæ Trinitatis. Præter ista habemus Conciliorum decreta. Synodus Turonensis sub Carolo Magno ait. Episcopum Episcoporum fuit magna sollicitudo, Præsbyteris suis tradere baptismi Sacramentum & quid in eo renunciandum, quiduè credendum sit, tom.2. pag.620. col.2. Hoc sancitum fuit in Concil. Floren. to.3. pag.505. Primum omnium Sacramētorum locum tenet sanctum baptisma, quod vitæ spiritualis ianua est. Demum Concil. Trident. sess.6. c.7. Instrumentalis (item de iustificatione loquitur) Sacramentum baptismi, quod est Sacramentum fidei, sine qua nulli vnquam contingit iustificatio. At quia nulla est controuersia de hoc, nulla alia eget probatione.

2 *Baptizandus non tenetur abrenunciare.* HAE. Abrenunciationem quam facimus in baptismo Sathanæ, & Angelis eius ab Apostolis emanasse testatur Tertull. lib. de corona mil. & Dionys. scribit de ea lib. Eccl. Hier. capit.2. & 7. insufflare illum ter Sathanam iubet, ac præterea abrenunciationem profiteri. Orig. etiam hom.12. in Nume. Quòd renunciauerit Diabolo, non se vsurum pompis eius, neque operib. eius, neque vllis oīnò seruitijs eius, ac voluptatibus pariturum. Basil. quoque ait lib. de Spir. sancto, c.27. Item, quæ in baptismo fiunt, veluti renunciare Sathanæ, & Angelis eius, ex qua nam habuimus scriptura. Chrisost. hom.21. ad popul. Antioch. Vocis illius recorderis, quam dum sacris initiaretis emisisti. Abrenuncio tibi Sathana, & pompæ tuæ, & cultui tuo. D. Amb. lib.1. de Sacramentis, c.2. Quando te Leuita interrogauit. Abrenuncias Diabolo & operibus eius? Quid respondisti? Abrenuncio. D. Aug. lib. de nupt. & concup. 1. ca.20. Potestas Diabolica exorcizatur in paruulis eique renunciant. Hanc consuetudinem seruat Ecclesia.

3 *Baptizatos ter immergimur ex traditione Apostolica.* Tertull. de coro. mil. vbi supra. De hinc ter mergitamur. D. Hieron. aduersus Luciferianos. Nam, & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesijs obseruantur autoritatem sibi scriptæ legis vsurpauerit. D. Basil. lib. de Spiri. sancto, capit. 27. Iam ter immergi hominem vnde est traditum. Dionys. vbi supra cap. 2. Hoc idem admonuerunt Apostolorum canones, can. 49. & habetur dist. 11. cap. si quis Presbyter. Concil. Tolet. 4. & Magister 4. sent. dist. 3. Chrisost. hom. 24. In Ioannē. Præterea ter istud fit, vt hinc Patris, & Filij, & Spiritussancti virtutem hæc omnia implere intelligas. Nec mireris esse traditionem Apostolorū, & non obseruari. Quia Papa potest dispensare, & abrogare, quia statuerunt, vt Ecclesiæ pastores, de quo lit. I.

4 *Baptismus non abluit à peccato originali.* HAER. Cum de peccato originali instituta fuerit cōcertatio probabimus fusius, satis hoc loco erit exscribere, decret. 13. Concil. Trid. sess. 7. Quod pueri possunt baptizari, & hoc etiam explicabitur.

5 *Baptisma vnum est tantum, vel tria?* Et si baptismus flaminis, & sanguinis dicuntur baptismata, quia supplent vice baptismi aquæ, qui simpliciter, & absolutè dicitur baptismus, & Sacramentum reliqua tamen sunt verè baptismata. Nam licet contritio peccata dimittit, tamen tres sunt partes pęnitentiæ, sic tria baptismata. Vnum tamen à quo alia pendent. Adeo quòd hoc nomen baptismi erit analogum, quòd prius dicitur de vno, de alijs verò per attributionem ad ipsum. Dicitur ergo baptismus aqua dum aqua lauamur, flaminis à flamine Spiritus sancti à quo inspiratur. Baptismus sanguinis, de quo dicitur. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauauerunt stolas suas in sanguine agni. & Lucæ 12. Baptismo habeo baptizari. & Mar. 10. Potestis baptismo, quo ego baptizor, baptizari? De baptismo flaminis legitur Act. Vos autem baptizabimini Spiritu sancto. & Esa. 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinē Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Hoc docuerunt Patres. Greg. Nazianz. oratione 2. de Epiph. Cyrill. super Leuit. lib. 2. D. Hieronym. ad Eph. 4. super illa verba. Vnum baptisma. Bern. epist. 60. Hugo de Sacramentis. par. 6. capit. 7. Thom. Vald. de Sacramentis. 2 tom. cap. 96. & 97. Glos. ad Hæb. 6. Baptismatum doctrinę, ait namque pluraliter sic dici, quia est baptismus in aqua in pęnitētia & sanguine. D. Aug. de fide ad Petrum. & habetur de cons. dist. 4. c. firmissimè tenet 13. de ciuit. Dei, cap. 7. Scholastici omnes in 4. dist. 3. Ratione sic confirmo. Moriatur adultus, dum quærit baptizari, est ne certus de salute necne? Si primum affirmetur cum Ecclesia, quod saluetur. ergo baptizatus, quia sine baptismi saltem voto non potest adultus saluari. ergo est baptismus. Si negetur quòd sit saluus, eo qa non est baptizatus baptismo aquę, est odisi quærere, & communi assensui Ecclesiæ, & Doctorum se opponere. Baptismus ergo flaminis est verè baptismus. At instabant aduersarij D. Paul. ad Ephes. 4. ait. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. & in Symbolo dicitur numero singulari. Baptisma in remissionem peccatorum. D. Basil. etiā de Spir. sancto, cap. 15. Vnum nouimus salutiferum baptisma & Patres vnum semper nominant. & Concilia. & Trid. nominat Decreta de baptismo in singulari. At hęc omnia euadere non est molestum. Namque uti diximus est vnum tantum, loquendo de baptismo absolute in se, ut Sacramentum, alia vero dicuntur per attributionem ad ipsum, adeo quòd sine hoc respectu ad baptismum aquæ non est uere baptismus. Vnus ergo baptismus in se, alia per respectum ad illum vnum. Biel 4. d. 4. q. 2. not. 2. vel baptisma dicitur vnum tantum, quia non potest iterari. Turrecrem. lib. 1. cap. 8. ed decimum.

9 *Baptizans aquæ tantum remittit culpam, non sanguinis & flaminis.* HAER. Habemus in actis Apostolorum, quòd D. Petrus dixit, Act. 10. Qui prohibet hos baptizari, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Rursus eodem capitu. legitur de Cornelio. & D. Paulo quòd baptismo flaminis erat conuersus, priusquam ab Anania baptizaretur. Communis sententia Doctorum, quòd decedens martyr est, qui voluit baptizari, & non potuit. Ratione ergo effectus, quia gratiam conferunt, delent peccata sanguinis, & flaminis baptismata. nunc dicuntur Sacramenta, quia respiciunt verum, ac proprium Sacri Baptismi aquę.

Baptis-

7 *Baptismus flaminis, & sanguinis sunt proprie Sacramenta.* Hoc est contra D. Paul. ad Ephes. 4. Vnum baptisma. & Symbolo. vnũ baptisma, & dictis Concil. & Sanctorum. Namque septem sunt Sacramenta. At illa baptismata cõnotant respectum ad baptismum aquæ, quòd est verè Sacramentum. Martyrium etiam esset Sacramentum, si baptismus sanguinis esset Sacramentum. Conuersio mentis in Deum esset Sacramẽtum, si baptismus flaminis esset Sacramentum. vnum ergo Sacramentum baptismi, quòd imprimit characterem. Soto 4. distinct. quarta.

8 *Baptismus flaminis & sanguinis imprimunt characterem.* HAER. Quomodo imprimunt characterem cum baptizentur baptismo aquæ? at quòd imprimit non iteratur. Tantum ergo baptismus aquæ imprimit, vnde dicitur in Concil. Flor. tom. 3. pagi. 505. Cuius verba sunt hæc. Inter hæc Sacramenta tria tantum imprimunt characterem. Baptismus, Confirmatio, & Ordo. & Trid. sess. 7. can. 9.

9 *Baptismus flaminis, & sanguinis sunt satis ad salutem consequendam cum quis aqua poterit baptizari.* HAER. Ad quid Cornelius D. Paul. sunt aqua baptizati, ad quid eos baptizauit qui Spiritum sanctum acceperunt. De aqua dixit Dominus. Nisi quis renatus fuerit. Imo verò ea saluant ratione, baptismus sanguinis, & flaminis, quatenus aquæ Sacramentum respiciunt. Nemo ergo fidat suo proposito, sed quantotius fieri potest, & fuerit permissum aqua lauetur, vel ad sacrum fontem accedat.

10 *Baptismus sanguinis, & flaminis faciunt ex attrito contritum.* Affirmant aliqui, negant nonnulli, & quòd hoc tantum baptismo aquæ competat scribunt. Quodcunque dicatur stat fides.

11 *Baptismus aquæ est ipsa aqua.* HAERE. Quæ erit materia, vel pars baptismi, si aqua est ipse baptismus? Ex ipso etiam nomine hic error tollitur. Nam baptismus importat ablutionẽ exercitam actu. nam baptizo idem quòd abluo importat. Rursus remanet aqua in fonte, at non Sacramentum. Demum illud est Sacramentum, quòd ex aqua, & verbis consurgit. Hoc voluit D. Paul. dicens Eph. mundans eam lauacro aquæ. vsus ergo aquę cũ verbis est ipsum Sacramentum.

12 *Baptismi institutio non habetur ex sacris literis.* HAER. Si iterum essent repetenda, quę supra in Decisionibus ex sacris litteris enarrauimus non sufficeret dies, nec annus. Nam hoc nobis satis erit. Quod Apostolis dixerit Dominus. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Lact. lib. 4. de vera Sapientia. cap. 15.

13 *Baptismus fuitne ante Passionem, vel post institutus?* Digladiantur Scholastici in hac dubitatione, quæ ad fidem parum conducit, & frustratorium est quęrere tempus, quando de re constat. Verum vt Sacerdos absolutam omnibus numeris habeat ex nostris laboribus de Sacramentis cognitionem. Hanc paucis perstringo. Alex. dicit, quòd quando Christus baptizatus est, tũc materialiter & potentialiter fuit institutus. At post resurrectionem officialiter instituit. Richar. d. 3. q. 5. 1. dicit, quòd Christus insinuauit instituendo facto, dũ à Ioanne baptizatus est. Secundo instituit facto, dum per Discipulos baptizauit. Io. 3. & 4. & instituit verbo quando misit binos. Tertio, confirmauit signo, quando ex eius latere exiuit sanguis & aqua. Præcepto, quando post Resurrectionem dixit: Ite docete omnes gentes. Magister sent. 4. dis. 3. dixit. Ante Passionem fuisse institutum, & ab Apostolis ministratum, & hanc probabiliorem opinionem ex D. Aug. super Ioan. tract. quinto. & 13. & epistola ad Seleucianum. Hanc sententiam amplectitur D. Th. At si quis dicat post passionem, & ex Cruce, non erit hic repræhendendus de fide. Nam & ante poterat institui, & à Passione virtutem suscepit.

14 *Baptismi materia non est aqua.* HAERE. Non igne baptizandum sed aqua. Nam Matth. 28. Baptizantes eos, ait Dominus, hoc est abluentes. & Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Act. 8. de eunucho dicitur, quòd peruenerunt ad aquam viuam, & Philippus baptizauit eum. & 10. dicitur. Nunquid poterit prohibere quis, vt non baptizentur? D. Paul. 1. ad Corin. 6. sed abluti estis. & ad Titum 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Aqua fuit Christus baptizatus. sic scribit Clemens I. tom. 1. pagina 51. & Eugen. 4. in doctrina Sacramentorum. tomo 3. pag. 505. & Trident. sess. 7. can. 2. Later. sub Innoc. can. 1. Patres idem docent.

Chrisost.

Chrisost.Hom.24.In Ioan. Nam ꝙ per necessaria sit aqua,inde perspicuum est, &c. ad ostendendam aquæ necessitatem ait. Nunquid aquam, quis prohibere potest. Dydimus Alexā.lib.2.de Spiritu Sancto:

15 *Baptismus potest confici sudore lachrymis, & Vrina.* HAER. Naturalis aqua exigitur & quæ conseruet aquæ naturam,licet transeat per mineralia,vel cineres. Huiusmodi uero, quæ connumerata sunt, non sunt aquę. Vsus enim Domini,& Apostolorum, & dicta Conciliorum ac Patrum naturalem aquam exigunt.Sic ergo uti possumus lixiuio, & balneorum aquis, quia aquæ naturam retinent.

16 *Baptismus Græcorum,non est verus baptismus.* HAER. Nemo est,qui hoc dixerit, & in Synodo Flor.decretum est uerum esse Baptisma. Nam eadem est materia, nempe aqua,eadem forma in nominis Patris, & filij,& Spiritus Sancti. Ergo verum baptisma arguit Dur.4.q.1.dist.3. Quomodocunque vero persona ministri exprimatur,uel per primam personam dicendo. Ego,uel per tertiam dicendo. Baptizetur seruus Christi,non tollit sacramēti ueritatem, & efficaciam.

17 *Baptizans non habet pręscriptam formam uerborum.* HAER. Hoc confutatur ex uerbis Domini, & Apostolorum consuetudine.Concil.Lat.sub Innocentio tertio Flor. pag.505.col.2.Clemens primus,idem obseruandum esse admonuit, & elicitur ex Can.4. sess.7.Concil.Trid. D. Amb. in lib. de ijs,qui mysterijs initiantur cap.4.Cathecumenus nisi baptizatus fuerit in nomine patris,& filij,& Spiritus Sancti,remissionē non potest accipere peccatorum. D. Aug. de Baptismo contra Donatistas lib.6.c.22. Certa illa Euangelica uerba, sine quibus non potest Baptismus consecrari, tantum ualent, ut per illa sic euacuētur quęcunq; in præce uitiosa,contra regulam fidei dicũtur. Dydimus.Alex.lib.de Spiritu Sancto. Et lauacrum detur atque firmetur, in nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti. De his inferius.

18 *Baptizari adulti non possunt.* HAER. Quomodo Apostoli omnes, & alij immuneri homines sunt baptizati. Hoc ergo certum est,& ex decreto Concil. Trid. licet primo, probetur,quòd possunt pueri baptizari, tamen, nec expectanda est ætas Christi, ut aliqui hæretici putarunt,sess.7.Can.12.

19 *Baptizari Infantes non possunt, quia non sunt sui iuris.* HAER. Referunt aliqui Diony. lib.de Eccles.Hieron.cap.7.affirmare esse traditionem Apostolorum, ꝙ infantes baptizentur.Orig.in Caput sex.ad Rom.dicit ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit,etiam paruulis baptismũ dare. D.Augu.10.super Gen.ad litteram cap.23. Consuetudo matris ecclesiæ in baptizandis paruulis nequaquam spernenda est, nec ullo modo superflua deputanda nec omninò credenda nisi Apostolica esset traditio.Idē dicit lib.4.Contra Donatistas,c.24.D.Hierony.ad letan. Adducunt alij rationes, & œconimia in part. Cathechismi. Primo Deus uult paruulos esse saluos. Matth.19. Sinite paruulos ad me venire. Secũdo.Paruuli circuncidebantur ergo possunt baptizari. Tertio. Legimus totam familiam esse baptizatam.Ergo & paruuli, qui ibi erant 1.Cor.1.Quarto.Si ab Adam perditionem quare à Christo redemptionem promereri non poterunt.Ex his condemnatur hæresis Petri de Banis Galli,qui dixit paruulos baptizatos non posse saluari. Hoc habemus ex Concil.Cart.5.cap.6.& solet.3.ca. 5.Obijciunt Hæretici. Ad baptismum requiritur fides.At paruuli non habent. Ergo nec possunt baptizari. Multa pro eius enodatione dicenda occurrũt. At illud primo dico,quòd fides in adultis exigitur,non in paruulis, sed tātum fides ecclesia,& hoc uolunt illa verba. Nisi crediderit & baptizatus fuerit.Natt.16.Nam adultis prædicabant & cathechizabantur, & postea erant baptizati. Dico secundo ꝙ paruuli habent fidem ante susceptum baptismum, habent postea,quòd satis,vt ait D.Bern.super cāt. cap.66.& D.Aug. de baptismo paruulorũ, & habetur de conf.di.4.cap. Filius Dei.Dicunt aliqui, quòd etiam in pueris est fides eo modo,quo nos nescimus, & sicut nos ex sacris literis habemus infantes esse in utero esse sanctificatos,& repletos Spiritu Sancto,sic est de fide dicendum,quorum respōsio potius(vt puto)est pia quam uera.Nam dicat Rlingius, si recordatur, quam nam habuerit fidem,quando est baptizatus. Ego certe,ac si nunquam fuisset recordor,& hoc alij de se dicunt, quem enim actum fidei infantes habere possunt ea ætate? Dicitur infunditur gratia quare, non etiam fides.

dei. Alij dicunt, quòd non mea fides exigitur quando sum paruulus, sed satis est intentio Christi præcipientis. Cypria. Episto la 8. ad filium. Deus ut personam, non accipit, sic nec ætatem. Concil. Mil. can. 2. Lateran. sub Inno. Car. 1. Chrisost. Hom. de Adam, & Eua. Debere paruulos baptizare propter originale peccatum. D. Bern. sermo. 66. super cant. Expresse hi omnes docent paruullos esse baptizandos.

20 *Baptizari potest peccator adultus, qui habet voluntatem peccandi.* HAER. Quid magis sacrilegum, atque absonum excogitari potest, quam admittere peccatorem, qui uoluntatem habet deprauatam, & Hominem scælestissimum inter Dei filios computare si peccator est, certe impedit ne sacramentum suum sortiatur effectũ, nón inchoatur in eo noua uita, non ergo obstinatum possumus ad sacramenta admittere. Et pro confesso ab omnibus est receptum.

21 *Baptizatus cum intentione perseuerandi in peccato, sed tamen cum intentione Ecclesiæ, non suscipit verum sacramentum, nec charaterem, sed debet rebaptizari.* HAER. Licet hactenus ex patribus, nec concilijs aliquid quòd directe confutare inuenire potuerim. Tamen, quia Concil. Flor. & communis Doctrina Sanctorum est, quòd ex trib. conficitur sacramentum nempe materia forma intentione, & ministro, & adhæc tria sint in peccatore, sequitur quòd imprimatur charater, sed tamẽ tam minister baptizans, quam homo baptizatus grauissimum committit sacrilegium.

22 *Baptizatis peccatoribus est iniungenda pœnitentia.* HAER. Docet Apostolus Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona Dei, & omnem reatum tollit Baptismus, ac pœnam, Synodus Coloniensis, Decr. 10. & Aug. illa Tom. 7. pag. 745. & Tom. 3. pag. 854. dicit. In quo tamen ipsa Baptismi virtus nobis deest, ut quæ non solum peccati omnis reatum semel ademit, sed contra concupiscẽtiam adhuc hærentem in nobis, & desideriorum bella cientem firmat uires nostras per Spiritum Sanctum. Conci. Flor. omnis quoque pœnæ, quæ pro ipsa debetur. Trid. sess. 5. decr. de peccato originali. Reatũ originalis peccati remitti.

23 *Baptismus non tollit omnia peccata.* HAER. Facilius est cõuincere ex sacris literis. Nã Ezech. de Baptismo dixit. Effundam super eos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis Vestris cap. 36. & Dominus Marc. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Act. 22. Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipsius, ait Ananias ad Paulum. Hoc decretum est in Concil. Flo. in Doctrina de sacramentis. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpæ, originalis, & actualis, & Trid. Sess 5. Decreto de peccato originali. Si quis IESV CHRISTI Domini nostri gratiã, quæ in baptismate cõfertur reatũ orig. peccati remitti negat, aut ẽt asserit nõ tolli totũ id, ꝙ peccati propriã, & veram rationẽ habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari Anathema sit. Patres omnes hoc scripserunt. Cypria. lib. 2. Epistola 2. ad Donatum. Corporis licet manente compage, hominem animo, ac mente mutaret. Basil. Hom. 13. inter homelias uiatorum arg. ait. Baptismus est captiuorũ, & aeris alieni remissio. Dam. lib. 4. Ortod. fid. cap. 10. Peccatorum remissio omnibus ęquè per baptismum donata est. Greg. Nazi. Oratione in Sanctum Lauacrum. Ipsa baptismatis gratia, ac uis, non mundi diluuium, vt olim, sed vniuscuiusq; peccati cõtinet purgationem. Clem. Alex. lib. 1. Padagogi. ca. 6. Qui tingimur absterfis peccatis, quæ diuino Spiritui, instar caliginis tenebras offendebant. Chriso. Hom. ad Neophitos, sed multis quidem videtur cœlestem gratiam in peccatorum tantum remissione consistere. Amb. lib. 1. de sacramentis cap. 4. Transitus à peccato ad uitã à culpa ad gratiam ab inquinamento ad sanctificationem. D. Hierony. Epistola 83. ad Oceanum omnia nobis in baptismate condonata sunt crimina D. Aug. lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 13. Dicimus baptisma donare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina non radere, nec ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur quasi rasarum in capite capillorum, vnde crescant iterum resecanda peccata. Greg. Mag. lib. 9. Epistola. 39. ad Theotistam patritiam. Nihil ergo ei, de peccati sui contagione remanet, quem totum fatetur mundum, ipse quiredemit. Beda in caput tertium Ioan. Quia peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit, filius mortis descendit, sed filius resurrectionis ascendit. Scholasticos

lasticos referre uanum est, quia omnes cōueniunt in 4. sent. loco dicto. Lutheri ergo hæresim sic expugnatur.

24 *Baptismus Ioannis conferebat gratiam.* HAER E. Pauci fuere ex patribus, qui differētiam horum scripserit. Cypri. serm. de Bapt. Christi. Præparabat Ioannes viam Domino, lauando exterius corpora licet plenam non habeat virtutem. Leo Primus Epistola 4. Tom. 1. Concil. pag. 636. Conci. Flor. Sess. 7. Cari. 1. Si quis dixerit Baptismum Ioannes habuisse eandem vim, cū baptismo Christi. Anathema sit. Hoc voluit idem Ioā. insinuare dicens. Ego quidē baptizo in aqua in pœnitentia, qui autem post me venturus est fortior me est, ipse nos baptizabit Spiritu Sancto, & igni. Matt. 3. Rursus, quare D. Paulus cū uenisset Ephesum rebaptizauit eos, qui baptismo Ioannis baptizati erant. Chrisost. ergo sapientisse Hom. in Matth. 10. Explicans ea uerba. Matth. 3. A. Venit Ioannes Baptista prædicans &c. tenet, quòd non conferebat gratiam. Ergo Caluinus errauit ca. Inst. suarum, affirmans Ioannis Baptistæ Baptismū conferre gratiam.

25 *Baptizantes possunt pecuniam pro prætio exigere.* HAER. Simoniacū uitium est hoc licet mendicitas sacerdotum apud Græcos id permittat. Gelasius tamen, & Ecclesia nostra, & fides prædicant cum D. Paulo Gratis accepistis gratis datæ. Caiet. etiam scribit, quòd si sacerdos non uult baptizare sine pecunia, potius nō est baptizandus, Atsi unus tantum est sacerdos, & nullus alius minister tunc potius soluenda est pecunia, quam permittere eum sic mori, quia soluit non quasi præcium, sed ut auferat obicem impedientem ipsum baptizari, nēpe Auaritiam. Hoc docet Panor. extr. de simo. cap. Cum in Ecclesia. Ricard. 4. distinct. 25. q. 1. 3. 2. 2. q. 100. 2. in fine.

26 *Baptizare non potest (vrgente necessitate) Paganus. Hæreticus. Mulier, & quicunque alius.* HAER. Ne infantem periclitari cō tingat, ecclesia in Concil. Lat. sub Innoc. tertio, Can. 1. Decreuit sic dicens. A quocū que rite collatum proficit ad salutem. Flo. In causa autem necessitatis, non solum sacerdos, vel Diaconus, sed etiam Laicus, vel mulier, imò etiam Paganus, & Hæreticus baptizare potest dummodo formam seruet ecclesiæ, & facere intendat, quod facit ecclesia. Trid. sess. 7. Can. 4. Si quis dixerit baptismum quòd datur ab Hæreticis &c. D. Aug. lib. de vnico Baptismo, capit. 9. Quisquis extra ecclesiam fuerit ab Hæreticis, vel schismaticis, tamen Christi baptismate consecratus, cum ad ecclesiam venerit, non est negandum sacramentum veritatis, quo imbutus est. Et alibi pluries. Hil. pict. in Psal. 67. Silu. Ph. Tom. 1. pag. 284. Decret. 38. Conci. Hilo. c. 33. Tom. 3. pag. 859. Synod. Augustin. pag. 853. Magist. 4. d. 25.

27 *Baptizari ab Hæreticis licite possumus.* HAER E. Et si pro temporum necessitate, & instante periculo mortis quilibet possit licite baptizare, non tamen pro suo arbitratu a quocunque licitè baptizari potest ut Clem. primus ex Can. 45. refert pag. 22. Episcopum, aut Præsbiterum, qui hæreticorum, baptisma, aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus, quæ etenim conuentio inter Christum, & Belial aut quæ particula fidei cum infideli. Et hoc tenet eccl.

28 *Baptismus hæreticorum confert ne gratiam. Et ille qui est ab eis baptizatus saluatur?* HAER. Etsi durum videatur, quod modo docemus, tamen, quia est D. Aug. doctrina nemo mirari debet, sed qui hæc hactenus ignorabat dum eo lumine fuerit illustratus ei gratias referat. Nam D. Augu. de fide ad Petrum c. 37. ait. Firmissimum tene, & nullatenus dubites omnem extra Ecclesiam Catholicam baptizatum, participem fieri non posse vitæ æternæ, si ante finem vitæ huius Catholicæ non fuerit reditus atque incorporatus Ecclesiæ, & lib. 3. cont. Donatistas cap. 13. Cuius ratio est inquit, propter discordiæ fœditatem, & dissensionis iniquitatem. Et Rursum cap. 17. Sacramentum ubique cognoscitur scilicet, quòd conferatur tum intra tum extra Ecclesiā a Catholico Episcopo, vel sacerdote aministratum. Sed ad peccatorum remissionem extra unitatem Ecclesiæ, non ualebit nec Sanctorum orationes iuuabūt, neque ieiunia extra Ecclesiam in hæresi, aut schismate constituto Matth. 5. Vade primum reconciliari Fratri tuo. Habent ergo Hæretici baptisma sed non ad salutē, nam extra Ecclesiam nulla est salus. Huius figura fuit Arca Noe, ait D. Petrus. At decet quispiam ergo pueri Hæreticorum si ante erroris cognitionem moriuntur, non saluantur. Quidam dicunt eos non posse

sal-

saluari, quia sunt extra Ecclesiā. Secundo, quod hoc est occultum, quid Deus operetur. Ego uero puto aliter dicendum, & sit propositio sequens pro hac re exponenda. Et ad D. Aug. dicendum, quod loquitur de puero baptizato, quid usum rationis peruenit, & non redit ad Ecclesiæ gremium.

29 *Baptizari pueri hæreticorum, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia si moriantur ea tenera ętate, antequam adusum libertatis ueniant, saluantur.* Hoc (sicut & mea omnia) iudicio matris ecclesiæ humiliter submitto. Et probo. Sunt in baptismo illo omnia requisita, nempe forma materia, minister. Rursum illud est uerum baptisma, ut Ecclesia docet, nec sunt iterum rebaptizandi. Demum. Et si non adsit fides parentum, est tamen fides Ecclesiæ & etiam intẽtio Domini, quæ saluat. Et addo. Si puer ueniat ad usū rationis, sic baptizatus, nō amplius baptizatur. Ergo ille saluat.

30 *Baptizati ab Hæreticis cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, sunt iterum rebaptizandi.* HAER. Iu Concilio Cartagin. S. Cypri. cum 71. Episcopis dixerunt esse iterum rebaptizandos D. Vero Aug. & Cornelius Papa contrariam partem tenuerunt, quia in Hæretico remanet potestas sacerdotalis. Donatistarum etiam fuit error. At quādo adest recta intentio cum omnibus requisitis saluatur sacramentum, ut scribit Leo Primns. Tom. 1. pag. 638. Cuius sunt uerba. Quod si ab Hæreticis baptizatum quēpiam fuisse constiterit ergo hunc nullatenns sacrameutum regenerationis iteretur. Et Concil. Trid. sess. 7. Can. 4. Si quis dixerit Baptismum, q datur ab Hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, cum intentione faciendæ, quod facit ecclesia nō esse uerum baptisma Anathema sit.

31 *Baptizare iterum non possumus, quando forma & materia non saluatur in baptismo.* HAER E. Certè nulli dubium esse debet, quòd vbi deest vera forma, & materia, quòd nullum sit sacramentum. Hoc uult Canon. 47. Apostolorū. Et Synodus Nicena Canon. 19. Cum enim fides euertatur, non conficitur sacramentum.

32 *Baptizare inuitum possumus.* HAER. Si fuerit adultus ex infidelibus natus, non potest cogi ad fidem. Namque Deus cuncta suauiter disponit, & neminē cogit. Et hoc teneo etiam de adulto ex fidelibus nato, non enim armis carnalibus venit Dominus, sed nudus, ac veritate verborum non ui, aut fortitudine, ad sua ducit pascua, sed ramum viridem ostendendo. Quod docuit Innoc. de Baptismo, & eius effectu. Cap. Maiores. Pueri vero fidelium non possunt inuitis parentibus baptizari, vt alias explicabitur.

33 *Baptismus non est ad salutem necessarius.* HAER. Adeo sunt manifesta Domini verba, quæ ostendunt eius necessitatem, ut superfluum sit multa in medium adducere. Quid enim nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei Ioan. 3. Conci. Trid. sess. 7. Can. 5. si quis dixerit. Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem. Anathema sit. Clemens Epistola 4. ad Iulium & Iulianum. Baptismum uero non accipiatis, spem possitis habere apud Deū. D. Amb. in lib. de ijs, qui mysterijs initiantur. Cap. 4. Sed nisi Baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, remissionem, non potest accipere peccatorum. D. Aug. tract. 13. in Ioannem. Non illi dimittitur, nisi cum uenerit ad baptismū. Nec est satis fides tantum ut affirmat Luthe. Nec satis quòd Zuig. Quod solus Deus remittit peccata, nam etiam sacramenta eius uirtute.

34 *Baptismi Cęremoniæ sunt superfluæ.* HAER E. Quoniam Cęremoniæ Baptismi sunt ex Apostolorum institutione, ut Tertulli. Scribit de corona militis & D. Basil. lib. de Spir. Sancto cap. 27. Consecramus autem aquam Baptismi, & oleum vnctionis, præterea ipsum, qui baptismum accepit, ex quibus scripturis, non ne à tacita secretaque admonitione? Si ergo datur temporis ocium, non sunt consulto dimittendæ, at si urgens necessitas eas preterire compellet, non tamen alias, eas obmittere licet. Sed ad conuincendos errores hæreticorū videamus, quod nam fundamētum habeat ex sacra pagina. Primo legitur. Matt. 8. Extendens Iesus manum suam, tetigit eum dicens, uolo mundare. Et D. Mar. cap. 8. Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eum si quid uideret. Et ca. 7. dicitur de surdo, & muto. Misit digitos suos in auriculas eius, & expuens

ſpuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi. & D. Io. c. 9. Liniuit lutũ ſuper oculos eius, & dixit ei, vade ad natatoria Syloè. Abijt, lauit, & vidit. & 20. dicitur. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus benedixit eis. Concil. Triden. arguit negantes ſeſſ. 7. can. 13. Dyoniſ. Areopag. de cœleſti hier. cap. 2. abunde refert ceremonias baptiſmi quas omnes modo obſeruat Eccleſia. Interrogationem Epiſcopi. Manuum impoſitionem. Exorciſmum. Abrenunciationem fidei profeſsionem. Fontis benedictionem cum infuſione ſacri vnguenti ad crucis formam. Citationem noĩs Trinam immerſionem in aqua, ſuſceptorem, vel patrinũ. Hoc omnia ibi ſcribit Dionyſ. Clemens epiſt. tertia. ad vniuerſos de officio Sacerdotis, & clericorum. Orig. hom. 12. in Nume. Cyprian. lib. 1. epiſt. 12. ad Ianuarium. Chriſoſ. hom. de Adam, & Eua. Cyrill. Hieroſol. Catheſi prima myſtagogica, & catheſi 2. & catheſi 3. & 4. & ea omnia annumerat, quæ Dyony. Raban. Maur. lib. 1. de Inſtit. clericorum, cap. 27. Iſido. Hiſpal. lib. 2. de off. eccleſiaſticis, c. 20. Amb. lib. 1. de Sacram. cap. & lib. 2. cap. 5. Rurſum lib. de ijs, qui ſacris myſterijs initiantur, capit. 1. D. Aug. lib. 2. de nupt. & concup. cap 18. & 29. Qui omnes probant ceremonias, quibus in baptiſmo vtitur eccleſia.

35 *Baptizans ſine ceremonijs non conficit Sacramentum.* HAER. Claudius quidam Turonenſis Epiſcopus eius fuit opinionis, vt putaret, non eſſe verum baptiſmum, niſi baptizatus tunc ſigno Crucis ſignetur, qđ eſt hæreticum. Namque aliud eſt, ꝙ requirantur cæremoniæ ad ſolemnitatem Sacramenti, aliud ad neceſſitatem, exiguntur quidem primò modo, & ſic ſupra probatũ fuit, at non ſecundo modo, quoniam de Sacramentis non niſi ea ſunt à nobis affirmãda, niſi quæ ex ſacra ſcriptura habentur, vel traditione. At Dominus inſtituens hoc Sacramentum, nunquam meminit ſigno crucis non ergo eſt neceſſarium, nec putandum, cum adeo explicate Dominus hoc ſacramentum tam quo ad materiam, quàm quo ad formam tradiderit, quod de hoc ſigno nullam fecerit mentionem. Addo ꝙ in Concil. Florent. & Tridentino, vbi adamuſim Sacramentorum omnium natura eſt diſcuſſa, nec minimum quidem verbum faciunt de hoc non ergo eſt adeo neceſſarium, quod ſine eo non ſit Sacramentum.

36 *Baptizatus non poteſt gratiam amittere, niſi quando non credit.* HAERE. Pluries erit cum erit decertandum, qui aduerſus veritatem clariſſimam bellum gerit, quòd ſola fides ſit ſatis, vel quòd ea defeciente damnatur, etiam quòd charitas nulla eſt apud ipſum. Hoc confutatur in Conc. Triden. ſeſſ. 7. Cano. 6. Si quis dixerit baptizatum non poſſe etiam ſi velit gratiam amittere quantumcunque peccet, niſi nolit credere. Anathema ſit.

37 *Baptizatus non tenetur ſeruare præcepta Eccleſiæ, nec cogi poteſt.* HAER. Luth. Damnat Lutherum Trident. ſinodus. ſeſſ. 7. can. 8. & can. 14. Concil. Tol. 4. cano. 56. tom. 2. pag. 24.

38 *Baptizare debemus igne.* Armeni. Seleucius. HAER. Ex Domini inſtituto oſtenſum eſt in ſuperioribus, aquam eſſe materiam Baptiſmi, & inde dicitur baptiſmus, id eſt ablutio. Hoc ex ſacra ſcriptura ſacris Concilijs & vnanimi conſenſu omniũ Doctorum, adeo quod ſuperfluum eſt plura dicere. Solum Lectorem admonere, quod eorum motiuum, quo dicitur. Ipſe vos baptizabit aqua & igne, ignis non ſtat pro igne elementari, ſed pro Spiritu ſancto, qui in forma ignis ſuper Apoſtolos deſcendit.

39 *Baptizandi ſunt mortui.* HAERETIC. Poſt hanc vitam nemo eſt capax Sacramentorum Eccleſiæ. Iam enim non eſt amplius de grenio Eccleſiæ, nec capax medicinæ.

40 *Baptizari poteſt quis pro mortuis.* Cathaphriges. HAERE. Redarguit Apoſtolus hunc errorem. 1. ad Cor. 15. Alioquin quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis ſi omnino mortui non reſurgunt, vt quid, & baptizantur pro illis?

41 *Baptizari non poteſt, niſi ſumat Eucha.* Armeni. HAER. Baptiſmus fuit ante Euchariſtiam inſtitutus, nõ ergo neceſſaria eſt Euchariſtia. Secundo, Dominus nullam fecit mentionem de Euchariſtia, quomodo ergo eſt ad Baptiſmum neceſſaria. Tertio, de Euchariſtia dixit Apoſtolus probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, non poteſt autem infans ſeipſum probare, non ergo

Eucharistia necessaria. Quarto, minister Sacramenti baptismi quilibet esse potest, at non Eucharistiæ. ergo Eucharistia non est necessaria ad Sacramentum Baptismi. Nec est verum, quòd eodem modo vtrũque Sacramentum nobis præcipiat Dominus.

42 *Baptizatus si peccat potest iterum baptizari.* Anabatistæ. HAER. Multa Doctores scripserunt contra eos, quorum authoritates summariè colligo. Primo, D. Paul. ad Eph. 4. Vnum baptisma, ergo non denuo baptizari quis poterit. Secundo, Christus semel pro nobis mortuus est, ergo semel tantum debemus baptizari, quia consepulti sumus cum illo, per baptismum in morte, ad Rom. 6. Tertio, qui iterum baptizat, iterum Christum Cruci affligit, ad Heb. 6. Quarto symbolum ait. Vnum baptisma. Concil. Cartag. 1. cap. 1. dicit: Illicitas esse sancimus rebaptizationes. Clem. de sum. Trinit. & fid. cathol. fidei. Concil. Florent. & Trident. sess. cano. vndecimo, Qui apud infideles fidem Christi negauerit, etiam rebaptizandum qui dixerit anathema sit. Concil. Viennense sub Clemen. quin. Baptisma vnicum baptizatos omnes in Christo regenerans est. Basil. lib. de Spirit. sancto, capit. 15. Vnum nouimus salutiferum baptisma, quandoquidem vna est pro mũdo mors, & vna ex mortuis resurrectio, quorum figura est baptismus. Clem. lib. 6. constit. Apost. capit. 15. Verumtamen initiatos iterum baptizare, crucifigunt Dominum iterum. Damas. lib. 4. de ortodox. fide, cap. 10. & rursus rebaptizantur, illi iterum crucifigunt Christum. D. Aug. lib. de vnico baptis. contra Petilianum cap. 13. Ego autem vt quid de hac re sentio breuiter dicam, rebaptizare hereticos quod illi (Cypriani, scilicet & eius socij) fecisse dicuntur tunc fuit humani erroris rebaptizare autẽ Catholicos, quòd adhuc isti faciunt semper est diabolicæ presumptionis. Leo Magnus epi. 79. ad Nicetam Episcopum Aquil. c. 7. Lauacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apost. Vnus Dñs, vna fides, vnum baptisma. Beda in c. 3. 3. Io. Nequaquam videlicet eam, postquam semel expleta fuerit, posse repeti. Demũ D. Aug. contra Donatistas, c. 7. affirmat esse traditionem Apostolicam. & canon. 47. Apostolorum hoc prohibet posse rebaptizari.

43 *Baptismus non imprimit charatherem.* HAER. Ex his locis alter error refellitur, ꝙ baptismus non imprimat charatherem, quia per hoc non iteratur, ut Concil. Floren. & Trid. sess. 7. Can. 9. & Can. 13. Quod pueri non sunt rebaptizandi.

44 *Baptismus non habet determinata verba pro forma, sed uti possumus quibuscunque uoluerimus.* HAER. Formam Dominus expressit receperunt Concilia, & Doctores exposuerunt eam esse sub explicitis, ac præscriptis verbis Santissime Trinitatis. In nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti. Sic seruator nos instruxit Matt. 28. Euntes docete omnes gentes &c. Concil. Later. sub Innoc. Canon. 1. In nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti. Et Floré. ait. Forma huius Sacramenti est. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti. Non tamẽ negamus, quin per illa uerba. Baptizetur seruus Christi in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti. Vel baptizatur manibus meis talis. In nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti, uerum perficiatur baptisma, quoniam cum principalis causa, ex qua baptismus uirtutem habet sit Sancta Trinitas. Instrumentalis autem sit Minister, qui tradit exterius Sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsum ministrum exercetur, cum Sanctæ Trinitatis inuocatione, pficitur Sacramentum. D. Amb. lib. de iis, q initiantur (ut supra diximus) c. 4. D. Augu. Cont. Don. lib. 6. c. 25. Certa illa Euangelica uera, sine quib. non potest baptismus cõfici &c. Et lib. 3. c. 15. Quam obrem si Euangelicis uerbis in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti Marcion baptismum consecrabat integrum erat Sacramentum. De forma etiam baptismi est Can. Apostolorũ 49. & 50. quòd fiat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti. & Cõc. Trid. sess. 7. Can. 4. Quod baptizatus ab Hæretico sub noĩb. Patris & Filij &c. est baptizatus. Fulg. li. 2. ad trãs. i fine. Vetustissima tñ est inter scholasticos cõcertatio. An pficiatur Sacramẽtum dicẽdo. In noĩe genitoris, & geniti, & in uniuersum. Vtrũ liceat uti illis uerbis, q̃ idẽ significãt ex accomodatione usus. At quia nos non cũ Catholicis decertamus, sed qa tm̃ admonemus, ne cõtingat errare, & inimicos expugnamus, sũmis labijs hãc dubitationẽ soluo. Et primo obseruo, ꝙ q̃ro de veritate facti, nõ utrũ peccet minister, nã hoc

hoc compertum eſt. Quorundã eſt opinio, ꝙ ſi mutentur aliquo modo non perficiatur Sacramentum, & hoc inquiunt eſt de mente D.Thom.Bonau.Ricar.Dur.Scoti. Olchet.Th.de Argent. Pet.de Aliaco. Alij è contra quòd perficitur Sacramentum, dummodo verba idem ſignificẽt quomodocunque hoc fiat. Nouiſſime Spineus in ſuis quodlib.idem affirmat,quòd ſi mutentur verba non conficatur Sacramentum quæ eſt opinio Her. 4.d.3.q.2. Et Oſtienſis,& aliorũ quos refert Baccõ.4.d.4.q.2.2. His dimiſſis. Ego ſubſcribo opinioni Caiet.Sebaſt.Med.in ſumm.Her. etiam putat hæreſim eſſe,quòd liceat uti alijs verbis, q̃ quæ ſic docuit Dominus, qui dum alios repræhendit, dignus eſt repræhenſione, nec authoritates aliquas pro ſua noua hæreſi affert, ideo non eſt audiendus, non enim noſtrum eſt,quæ nam ſint hæreſes ſancire, ſed quænam repugnant ſacris litteris, vel ſacris Concilijs,tunc vt noſtras hæreſes dãnatas, ſed vt illis contrarias poſſumus explicare. Dicamus ergo quod qui vtitur illis verbis in nomine genitoris, & geniti, perficit Sacramentum. Secundo dico, qui illis vtitur non eſt hæreticus. Tertio, qui aſſumit ea verba, & ſi perficiat Sacramentum peccat tamen. Probatur. Dominus dixit Nicodemo, niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu ſancto &c. Vbi ad Baptiſmum ſatis aquam, & inuocatio Trinitatis expreſſa aliquo modo, & non ſub nomine Patris. At occurret quiſpiam tunc Dominus noluit formam baptiſmi. ſed tantũ inſtituere baptiſmum, ac eius neceſſitatem exponere. Formam vero poſtea expreſſit poſt Reſurrectionem quando binos binos Diſcipulos miſit. At, & ſi hoc verum ſit tamen non eſt ſatis. Namque Dominus (vt multorum eſt opinio) baptizauit Apoſtolos ante Paſſionem, & forte Nicodemum. Secundò, quod hæc opinio Caiet. non ſit hæretica probo. Concil. Flor. docet ꝙ principalis virtus eſt Sancta Trinitas, ergo ſi illa explicetur erit ſatis. Tertio. In nomine Patria,& Filia, eſt verum baptiſma, vt dicitur de conſ.diſ.4.c.Retulerunt.ergo erit in nomine genitoris,& geniti. Quarto, Baptizo, & baptizetur ſunt varia, quo ad ſignificatum,& tamen conficitur Sacramẽtum. Quinto, Hic eſt ſanguis meus.& hic eſt Calix ſanguinis mei differunt, & tamẽ conficitur Sacramentum. Sexto. In nomine Patris Ieſu Chriſti & Spiritus ſancti nõ ſignificant idem, niſi ex accommodatione vſus,& tamen perficitur Sacramentum. Quod mouet Mediceum eſt, quia Dominus præcepit ſub his verbis baptizare. Hoc ſoluit Caiet. Nam aliud eſt loqui de neceſsitate Sacramenti, aliud de neceſſitate præcepti. & hoc ſecundo modo loquitur Dominus, namque peccat, qui alia verba aſſumit,non tamen eſt hæreticus, vt ipſe putat. Spineus etiam arguit contra Caiet. Primo efficacia Sacramentorum eſt ex inſtitutione diuina, ergo illa verba ſunt aſſumenda. Reſpondeo negando conſequẽtiam ſat eſt, quòd idem ſignificetur ex accommodatione vſus. Vel ea verba ſunt neceſſaria, quo ad pręceptum, non quo ad Sacramentum. Secundo, his vtitur Chriſtus. Reſponſio ex ſupradictis habetur. Tertio, per alios terminos tollitur diſtincta, & formalis ſignificatio. Et hoc ſoluitur negando, per genitorem, & genitum formaliter ſignificatur perſona Patris, & filij. Quarto, confeſſio fidei in baptiſmo debet fieri ſub expreſsis verbis. Dicitur ꝙ etiam illa verba exprimunt, ex accommodatione vſus. Quinto extra de baptiſmo, cap.1. dicitur ꝙ oportet his vti. At locus ille probat, quo ad præceptum, non quo ad Sacramentum. Sexto, Pelagius dicit, ꝙ ſi quis fuerit baptizatus in nomine Domini oportet eum rebaptizare. At hoc argumẽtum diuertit à propoſito, aliud eſt baptizare in nomine Domini, aliud in nomine Trinitatis expreſſo, ſub illis, quæ ex accommodatione dem ſignificant.

44 *Baptiſmus in nomine Chriſti eſt verus baptiſmus.* Res hactenus ſub iudice pendet. Nam tempore Apoſtolorum fuit verum baptiſma, vt Nicol. affirmat ad conſulta Bulgarorũ, & habetur de conſ. diſtinct.4.c. A quodam. Secundo tempore Pelagij multi baptizabant ſub nomine Chriſti, capitu. multi. Tertio eſt authoritas D.Ambro. de Spiritu ſancto, cap.3. Quidam recentiores non audent rem hanc abſoluere, quidnam de fide ſit dicendum. Ego vero non meam, ſed communis ſcholæ ſententiam, immo Sanctorum Patrum referam dicta, alij de hoc iudicent, quibus data fuerit facultas, potius enim ignorantiæ, quam arrogantiæ nomen ſubire volo. De ſacramentis id tan

tum affirmare, & credere debemus, quòd sacrę literæ admonent, & traditiones cum ergo Trinitas sp explicitæ sit inuocāda, vt Fulg. lib. 2. ad Transim. Regem testatur in fine. dicens. sed nec illud aliquatenus est omittendum, quo manifestissima Trinitatis immensitas, & per omnia non localis, sed diuina mirabilisque præsentia demonstratur dum in nomine Patris & Filij, & Spiritussancti, secundum ipsius Domini pręceptum credentes, cognoscimus baptizari. Concil. Floren. & Triden. semper quòd Trinitas sit inuocanda explicitè decreuerunt, & Patres locis superius adductis. Est etiam fermè totius scholæ assensus de hoc. Rursus. Non satis est vnam personam exprimere, sed omnes. Scotus etiam dicit. Non audeo dicere, quòd baptizatus hodie in nomine Christi sit vere baptizatus, sed nec audeo omnino dicere contrarium, quòd non esset baptizatus. Non lego vbi fuerit illa dispensatio reuocata. Vnde circa ipsum agendum esset, sicut in dubijs, & esset rebaptizādus sub conditione. vt habetur de baptismo, c. de quibus. Quod ergo dubium est, apud Scotum, apud Caiet. est certum, & φ licet baptizare contra quem ne dum D. Th. sed & alij sunt. Quod vero mouet Caiet. facillimum est euadere. Nā tempore apostolorum erat. Christi nomē infidelibus odiosum. At videntes φ eius nomine descendebat Spiritussanctus reddebatur amabile, & venerabatur, qua ratione cessante non tenet dispensatio, vt Alex. D. Tho. Biel affirmant 4. dis. 3. q. vnica, art. 2. Ad authoritatem Nicolai dicitur, φ refertur ad baptismum tempore Apostolorum. Dico secundo, quòd nec Nicolaus respondet, quasi fuerit ei proposita quæstio vtrum, in Christi nomine sit baptismus sed an baptizatus à Pagano, vel Iudæo. Vtrum baptismum suscepisset, obiter adiecit de baptismo in nomine ad ea tempora referendum, quando baptizabant Apostoli. Dico tertio, quòd Pontifices possunt habere priuatas opiniones, & respondere de suo ad priuatas dubitationes Episcoporum, & eas abducere, non sententiam ferendo, vel definiendo, sed tantum proponere, de quibus littera P. Pelagius vero citra huiusmodi necessitatem dicit baptismum esse nullum. Ad illud vero, quòd tempore Pelagij baptizabant multi, hoc non probant, nisi quòd decipiebantur. Ad authorit. Diui Amb. si hoc sic intellexit, dicitur illud dixisse, ut saluet ueram esse Apostolorum formam. Nam D. Amb. affirmat, quòd sit necessaria expressa inuocatio Trinitatis. Nam lib. de ijs, qui initiantur, cap. quarto ait. Cathecumenus, nisi baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritalis gratię munus haurire. Hæc Ambros. & cum dubia ex certis sint exponenda, dicendum de eius mente, quòd extra casum Apostolorum non licet.

Cano etiam lib. 6. de loca. Tholog. cap. vlt. ad 7. dicit, quòd non cogimur fateri, quòd Apostoli baptizauerint tantum in nomine Christi, nam quia erant Christi ministri ideo dicebantur eius nomine baptizare, & sic nomine Christi hominis sanctificabant. Non ergo formam datam à Christo immutarunt. Nec putandi sunt Patris, ac Spiritus sancti omisisse, sed in nomine Patris, & filij eius IESV Christi, & Spiritus sancti baptizasse. Dicebantur ergo in nomine, non variando formam, sed virtutem demonstrando. sicut & illud. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nos.

Item. Cæsis denunciauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu. Act. quinto. Item D. Paul. multa egit in noīe Iesu. Ac. 9

45 *Baptizare possumus tantum nomine Trinitatis non exprimendo personas.* HAERET. Quod perficiatur Sacramentum tantum sub nomine Trinitatis contrarium est sacris litteris, Concilij, ac Doctoribus, vt supra manifestauimus.

46 *Baptizare non possumus quouis idiomate.* HAER. Quid opus est morari in re certa. Nam mulier etiam apud Hæreticos potest esse minister Sacramentorum, quę tantum loquitur lingua materna, vbi orta fuerit. Quid, quod Græci, Græco, Latini Latino, Armeni suo vtuntur idiomate. Non ergo opus est sapere, quàm oportet in re manifesta. Nam nos dicimus Baptizo, quòd est Græcum, & filij quòd est Latinum.

47 *Baptismus non conficitur, si aliqua uerba mutantur.* HAER. Ex locis prænotatis habemus, quòd persona ministri, ut docet Con-

Concil. Flor. Rursus. In nomine patria, & filia, & spir. & c. est verum baptisma, vt diximus ergo non omnis permutatio variat, vt patet in ignorante muliere, & scholastici omnes.

48 *Baptizare potest mutus solis nutibus.* HAE. Florentina synodus, & antea Later. probarunt esse verba necessaria pro forma, & ex Euangelio hoc supra demonstrauimus & patribus.

49 *Baptizare debemus sine oleo. Suadentes Vuit.* HAER. Insudant iuniores pro huius confutatione & rationib. potius, quàm authoritatbus pugnant, quę apud hereticos, imo fidem infimas tenent sedes. ego vero rem authoritate Conciliorum, ac Sanctorũ probo, Primus locus est D. Syluestri dictũ. to. 1. pag. 229. col. 1. qui ait. Constituit, & Chrisma ab ipso Episcopo fieri, ac confici, & priuilegium Episcopis contulit, vt baptizatum consignēt per hereticam suasionem. Hic & constituit vt baptizatũ linea Presbyter chrismate leuatum de aqua propter occasionem transitus mortis Concil. Colon. to. 3. pag. 796. Cur insuffletur in faciē baptizandi, cur signũ Crucis in pectore, & in fronte fiat, cur sal in os detur, cur aures & nares sputo attingantur lenianturque, cur inunctio in pectore, & in scapulis fiat & cur baptismi tinctionem in vertice. Concil. Hildeshelm. tom. 3. pag. 839. col. 2. Supplentes circa baptizatum, quod ad vnctionem olei in pectore, & scapulis, & chrismatis in vertice, quod à laicis est omissum. Synodi. Aug. c. 16. tom. 3. pa. 872. & Mogũt. tom. 3. pag. 933. cap. 15. & habetur etiam de cons. d. 5. c. ab antiquo. Hanc consuetudinem seruarunt Sancti, vt in vita Pelagię. Nonne referunt. Lipp. to. 2. pag. 398. scholia 4. & Blasij pag. 289. 12. 23. & Tom. 3. in vita Cęsarij Dyaconi, pag. 217. schol. 2. & tom. 5. refert hoc idem. Patres hoc docuerunt Diony. cap. 2. Hier. Eccl. At vero Pontifex trino Crucis signaculo vnctionem inchoans inungendum iam Sacerdotibus toto corpore hominem tradit. Clem. epis. 3. ad vniuersos & c. Perunctus primo oleo, per orationem sanctificato, vt ita demum per hęc consecratus posit percipere locũ cum Sanctis. Cyprian. lib. 1. epis. 12. ad Ianuarium. Vngi quoque necesse est eũ, qui baptizatus fuit. Basil. lib. de sp. san. cap. 27. & oleũ vnctionis, & inferius. Ipsam porro olei iunctionē qs sermo scriptus prodidit docuit. Cyrill. Hierosol. cathachesi. 3. Mystagogica. Ac primum quidem fronte illinitur, vt eum abstergat a uobis pudorem, quem primus homo transgressor perpetuò circunferebat. Rab. Maur. lib. 1. de Insti. Cler. cap. 27. Vngetur illius tunc pectus de oleo sanctificato. Amb. lib. 2. de sacram. cap. 5. & lib. de ijs, qui initiantur. cap. pri. Nonne illud quòd ait, sicut vnguentum in capite, hanc consuetudinem approbat Ecclesiæ usus, & scholæ totius doctrina. Sic exploditur Valdensium hæresis. Obijciũt Valdenses: Apostoli sine ceremoniis baptizabant. quare ergo vti debemus. Dicitur, quòd baptismus est tantæ necessitatis, ꝙ pretermittebant nonnunquam Apostoli, at nos etiam eo casui & sicut illi utebãtur, sic nos ad solemnitatem eius.

50 *Baptismus non est in remedium peccati originalis.* HAERE. De originali labe plura contra hæreticos adducentur, nunc contra Pelagium pauca afferam, quem D. Aug. millies redarguit. & Dauid Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Et Ezech. Mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. D. Paul. Eramus natura filij irę. Eph. 2. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. ad Rom. 3. Mundans eam lauacro in verbo vitæ. D. Augus. expugnat validissimis argumentis sex lib. ad Marcellinum de peccatorum meritis, & remissione. & de bapt. paruu. & sex alios contra Iulianum epist. 23. ad Bonifacium. In Concilio Meluitano decreuerũt patres hoc tom. 1. pag. 482. Placuit, vt quicunque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit eos in remissionem peccatorum nõ baptizari anathema sit. Est etiam in eodem tom. epis. 27. Innocentij contra Pelagium. Lippom. in vita Musæ puelle, hoc refert, tomo 1. pag. 456. schol. 1. D. Hieron. li. 3. cont. Pelagium. Vanus ergo est labor Zuingli, qui reuocauit sepultum errorem Pelagij. sicut ergo delictum, ita & donum ait D. Paul. ad Rom. 5.

51 *Baptismus non causat verè gratiam.* HAER. Licitum fuit disputare ante Concil. Trid. q̃uo, & an Sacramenta continerent, vel causarent gratiam. at modo sancitum est ea causare propriè, & effectiue gratiam, quod & D. Tho. docet. At de hoc littera S. hoc habetur sess. 7. can. 6. de Sacramentis.

52 *Baptismus non est adeo pueris necessarius, quin sine eo saluari non possint precibus, et oblationibus parentum, morientes extra uterum maternum.* Ioannes Vuitcleff. Gerson, & Caietanus tutati sunt hanc opinionem; quorum rationes soluentur. Communis verò sententia Theologorum contrarium docet, & videtur esse magis ad mentem Conciliorum & sanctorum Patrum. Inter epistolas etiam Leonis epist.72.tom.1. dicit Leo. Infantes non baptizatos, non solũ regnum Cœlorum, verum etiam, neque vitam ęternam habere posse. non ergo signo Crucis poterunt saluari. Rursus D. August. epist.228.ad Hieron. ait. Quisquis dixerit, quod in Christo viuificabuntur paruuli, qui sine Sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profectò & contra Apostolorum prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam. Vbi præterea cum baptizandis paruulis festinatur & curritur quia sine dubio creditur aliter eos in Christo viuificari non posse omnino. Hæc Aug. idem de fid. ad Petrum. Firmissime tene pueros sine baptismo decedentes sempiterno igne cruciandos. & habetur de cons. dis.4. Idem lib.3. de anima, & eius origine cap.9. Noli credere, noli dicere, noli docere infantes antequam baptizentur morte præuentos peruenire posse ad originaliũ indulgẽtiam peccatorum, si vis esse catholicus. Rursus de peccatorum & merit. & remiss. lib.4. cap.23. Nulla ex nostro arbitrio præter Baptismum Christi, salus ęterna promittatur infantibqs, quàm nõ promittit scriptura Diuina humanis omnib. ingenijs præferenda. Quid clarius. Item serm.14. de verbis Apostoli. sic filij fideliũ, & si ad quendam modum sanctificati sunt; pereunt tamen si non fuerint baptizati. D. Ambros. de vocatione gentium cap.7. dicit pueros perire, qui non sunt baptizati. D. Greg. vt Author est D. Tho. quod apud Hębreos faciebat sola fides parentum, nunc facit baptismus. Isidor. lib.1. sent. affirmat, quod moritur infans, qui sic moritur secundum spiritum regenerari non potest. Ansel. de concept. virginali. Si peccatũ originale non esset verè peccatum, aut non dãnaretur infans, qui moritur sine baptismo nullum habens peccatum nisi originale, aut sine peccato damnaretur. Bern. epi. 77. ad Vgo. de Sancto Victore, sic refert sanè infantes, qui hanc prohibent ætate nõ possunt habere fidẽ, hoc est cordis ad Deũ conuersionem, consequenter neq; salutẽ; si absque baptismi perceptione moriũtur. Mag.4. dis.4. Paruulis non sufficit fides Ecclesiæ sine baptismo. D. Thò. quolib. art.5. Pueri non possunt saluari, nisi per baptismum aquæ. Alex. de Ales.1.q.17. memb.5. & 5. hinc suadet cito baptizari. Bon.4.d.4. in expositione litteræ, dicit ꝙ non possunt reuocari præcibus parentum. Scot.4.di.4. q.1. sine baptismo nullo modo posse saluari affirmat Ricar.4. dis.4.q. idem. Her.4.d. 6.1. sic ergo Scholastici peritiores oẽs idẽ docent. Rationib. hoc expugno. In veteri lege saluabãtur, quia non erat baptismus, & illa erant figura baptismi. ergo aduenięte baptismo, & figurato tollitur figura, qa illis omnia in figura contingebant. Secundo, illa erãt ceremonialia. ergo non tenẽt amplius. Si circũcidimini Christus nihil nobis proderit. Tertio, Deus non reuelauit. ergo non saluat, alioquin ad quid habere medelam & nõ manifestare, cum dixerit. Sinite paruulos ad me venire. Quarto, ergo si est alius modus salutis põt baptismus differri. Quinto, ergo potest hoc in Ecclesia introduci sicut de Cathecumenis. Sexto, omnes Doctores affirmant quod ad salutem consequendam exigitur baptismus sanguinis, flaminis, vel fluminis. Sept. salus hominum pertinet ad Deum, quia hac de causa carnem suscepit. ergo si ex sacris literis, ex traditione Apostolorum, ex cano. Apost. ex Rom. Pontificium, ex Concil. authoritate, & nihil de hoc habeatur. nec verbum quidem non est credendum esse verum remedium. Habemus namque ex Apostolorum traditione, & alijs locis ea quę minoris sunt ponderis, & quare non hoc. Fictitium ergo est Caietani Chirographũ, & noua est hæc doctrina contra alios. Ne hæretici occasionem sumant hac in re contra Patres affirmare quòd Caiet. & hanc opinionem tueri, saluo eius rationes, vt cognoscant non esse tantæ efficaciæ. vt cogãt nos cum eo sentire. Obijciunt primo, non est minoris efficacię nostra fides, quã fuerit antiqua. ergo si tunc saluabuntur, multo magis nunc. Respondeo, quòd hoc argumentum est apparens re vera, & ꝙ pueri non saluentur, non est quòd sit minoris virtutis, sed quia alia lex. Dico secundo, quòd

tunc

tunc erat illa fides loco baptismi. Dico tertio, quòd circuncisio non erat ante diem octauum at baptismus pôt omni tempore conferri. Argumentum Caiet. assignat nõ causam, non enim minor, vel maior fidei virtus saluat, sed Dei beneplacitum, cuius nulla est ratio; & nunc fides alio modo saluat, inquit D. Thom. nec illa fides saluabat pueros in vtero. Secundo arguitur. Prope est Dominus omnibus inuocantibus, ergo per parentum orationes saluantur. Dicitur, ꝙ loquit de adultis, vnde subditur, & exaudiuit præces eorum. Tertio, votum satis est adulto. ergo puero fides parentũ. Quarto, omni statui est certa via salutis. Dicitur, quòd verũ est. Ideo pueri, & adulti baptizantur, quo saluantur. Quinto, non est arctata via salutis. ergo si antiqua lege saluabantur, & noua. Dicitur, quò non est arctata imo est vniuersalis, quia omni populo, non sicut circuncisio, quę tantum Iudæos. & omni ætate & tempore, & quicũque potest baptizari, & sic via salutis non est restricta ait D. Bonau. Sexto, puer potest sine baptismo saluari ait D. Tho. opus. 62. capit. 2. quòd per orationes Sacerdotis dum nõ inuenit aquam, & orat. ait D. Th. Dico primo, quòd illud opus. nõ est D. Th. vt ex stylo conuincitur, & inter opusculos sub formis aliis legitur, in his, qui Romæ tempore Reuerendits. Iustiniani fuere impressa. adducit etiam quædam, quæ non sunt in illis locis terminatis, vt dist. 22. cap. qui quæritur & de cons. distin. 4. c. Beati, & alia plura. Dico secundo, quòd loquitur de salute Sacerdotis, qui saluatur faciendo, ꝙ in se est. dum orat. Dico tertio, quòd piè loquitur credendo quòd Deus suppleat. Septimò, Pium est credere, quòd saluentur. Respondeo, quòd multa vidẽtur pia apud homines, quæ apud Deum nescimus quomodo res se habeat, nisi fuerit reuelatum. Pium est, quòd sine labore acquiramus scientias, & illi potissimum qui laborare, nec studiis ob infirmitatẽ vacare possunt. Pium, quòd plures homines saluentur, pium est tantus numerus Indorum sit saluus, & tamen contrarium fides docet. est ergo Pharisęorum pietas. Pium est, ꝙ nullus nascatur demens. Pium est inuitis parentibus infantes baptizare. Octauo, sunt Martyres, ergo possunt saluari. Dicitur, ꝙ non est eadem ratio de ministro baptismi, & martyrii.

53 *Baptizari non possunt amentes.* HAER. In explicatione huius erroris opus est prius distinguere, qui enim nescit distinguere, nescit soluere. Amẽtes ergo quidam sunt ab in cunabulis, qui nec vnquam habuerunt vsum rationis. Alii, qui in amentiam inciderunt post sui arbitrii libertatem. Nõ nulli sunt qui habent lucida interualla, & aliquo spacio ratione vtuntur. Quosdam etiam prospexi, qui nec omnino sunt dementes, nec sanę mentis, quia de sua cogitant salute, & quæ ob oculos credenda proponuntur percipiunt, addiscunt, & intelligunt. Primi ergo baptizari possunt, quia ea ratione, qua pueri baptizantur, sic & isti baptizari possunt. Secundi, si dum erant mẽtis compotes baptismum petierunt baptizari possunt. vt placet Innoc. de baptismo, cap. maiores. Tertii etiam, dum habẽt lucida interualla. Alii, qui subobscurum habent rationis vsum si quærunt possunt baptizari, at non cogi. Hęc est Scholæ sententia.

54 *Baptizari dormientes non possunt.* ERRO. Colligunt Scholastici cum Innocentio loco nominato, quòd dormiens potest baptizari si tamen petiit. At si puer fidelium fuerit poterit & ipse sine dubio baptizari.

55 *Baptizari potest amens dum fuerit rationis cõpos, etiam quòd nolit peccata dimittere.* ERRO. Pendet ex superioribus huius probatio. Si enim complacet tibi in peccato, quæ conuentio ad Deum, quia fugit nouã vitam, ideo nec Sacramenti erit capax. Nemo enim suæ voluntatis arbitrer constitutus potest nouam vitam inchoare, nisi veteris pœnituerit. de cons. distinctione 4. c. omnis.

56 *Baptizare non potest, qui est in peccato mortali.* HAER. Si hęreticus, paganus, & infidelis quilibet potest baptizare, vt supra demonstratum est, quomodo non etiam qui est in peccato mortali?

57 *Baptizare potest quispiam seipsum.* HAER. Ad quid Dominus misit Angelos si potest vnusquisque seipsum baptizare. & sicut dixit de Eucharistia. Nisi manducaueritis, sic dici poterat, nisi vosmetipsos ablueritis. & sicut de penitentia hoc nobis mandauit, hoc poterat & de baptismo, & tamen explicauit, & misit ministros. Nõne & ipse voluit à Ioanne baptizari? Nõne ipse alios

Apostolos baptizauit. Et qui agit & patitur a seipso, nonne sacraméta sunt eã, nóne minister est causa. Si quis uero adultus morti se propinquum agnoscens, seipsum in flumen proicit, & moritur non saluatur uirtute baptismi aquæ, sed flaminis, & si vitæ superstes esset, iterum debet baptizari.

58 *Baptizare, plures possunt vnum, ac omnes formam proferre.* SCANDALOSA. Quod est propositum dubijs est inuolutum, ideo vt omnia enodentur. Primo est obseruandum. Si tunc plures ministri, qui uelint baptizare, uel simul proferunt uerba. Nos te baptizamus, numero plurali ad pluralitaté personarum exprimendã. Aut dicunt. Ego te baptizo in nomine singulari, & tunc uel unus alium præuenit in prolatione uerborum, uel simul dicunt. Ego te baptizo, & simul mergunt in aqua. Primi non conficiũt sacramẽtum quoniam vnus est baptismus, una fides unus Christus ad EPH. Ergo unicus requiritur minister. Conficit ad dignitatem personæ numero plurali vtitur. De alijs vero tenendum, quòd ille baptizat qui prius formam expressit. Alij etiam baptizant, quia utuntur forma, & uerbis, ac materia præscripta. sic D. Thom. Pal. Alens. Scot. in 4. definiunt.

59 *Baptizare plures simul, vnus minister non poterit.* TEM. Est Scholæ placitum fuisse morem nascentis ecclesiæ, quòd vnus (ob temporum ac fidelium multitudinem) plures simul baptizaret, nec auctoritas, nec ratio contrarium suadet.

60 *Baptizandi adulti, non sunt nisi prius confiteãtur.* HAER. Qui spiritus feruore, ac tanti sacramenti ueneratione prius confiteri uoluerit bene habet, at non tenetur, quia Baptismus est sacramentorum ianua. Et etiam multi ab hoc detraherentur, exposuit tamen internam criminum detestationem, ac cõtritionem, & sic mens in Deum dirigitur, ac eleuatur.

61 *Baptizatus non debet habere intentionem suscipiendi sacramentũ, vt ecclesia docet.* ERR. Non est præsentis loci demonstrare, an sit in ministro intentio necessaria, sed de baptizato loquor, ad quem & in quo necessario exigitur, nec aliquis inuitus debet baptizari. Et D. Augu. 4. Cont. Don. cap. 20. Et refert G. anus de consi. dist. 4. c. Cũ pro paruulis. Cum Paruuli nec corde credere ualent, nec ore confiteri, alij pro eis respondeant, vt impleatur ergo eos celebratio sacramenti. At si pro eo, qui respondere potest alius respondeat, nempe pro adulto, non itidẽ ualet. De infantibus uero ait D. Bern. ser. 66. super Cantic. Quod fide parẽtum suscipiunt. sicut & Chananeę fides saluauit filiam & illorum fides, qui paralyticum per tegulas dimiserunt, qui animæ, & corporis salutem obtinuerunt. Matth. 9. Sic nullum præiudicium sustinebunt regenerati, cum sine fide non sint, qui in testimonium fidei baptisma susceperunt. Hæc D. Ber. Nec satis est ꝙ multi dicũt, ꝙ sat est, non ponere obicem, & non requiritur positiua uoluntas. Hoc nihil est. Nam odire peccata, eaq; præcauere omnis tenetur, aliàs dimittendo deficit necessaria ad gratiam dispositio. Si enim gratiam recipere quis uoluerit, & sua propria uoluntate non facit, nec quęrit quod suũ est, hic certè deest muneri suo. Et qui non credit, iam iudicatus est, ideo nec infidelis põt baptizari.

62 *Baptizari non potest, qui baptizatur. vt fugiat mortem.* TEM. Huius contrarium scribitur de Baptismo cap. Maiores. Si quis terroribus, aut supplicijs uehementer percussus, ut mortem euaderet baptizari consentiret. Christianus fieret, susciperet ergo characterem si non gratiam. Nullus. Adest intẽtio, forma, Materia, & minister. Ergo perficitur sacramentum, hæc enim tantum requiruntur.

63 *Baptizari possunt pueri infidelium inuitis parentibus.* TEM. Est disputatio inter scholasticos, quam longius prosequitur Cartus. in 4. & D. Tho. Scot. uero 4. dist. 49. scribit, ꝙ princeps bene faceret si baptizaret. Dur. distinguit, ꝙ pueri infidelium, qui sunt domini, non possunt inuitis parentibus baptizari, sed filij seruorum possunt, sed ecclesia non facit propter imminens periculum, & ne uideatur aliquem cogere. Nostra uero Academia docet, quòd nec Dominorum nec seruorum filij sunt illis repugnantibus baptizandi. si tamen hoc quispiam faceret est uerum baptisma. Hanc D. Tho. sententiam approbat Concil. Tolet. 4. cã. 56. pag. 204. loquens de Iudæis. De Iudæis autem præcipit Sancta Synodus neminem deinceps ad credendum uim inferre. Cui enim uult Deus, miseretur & quem vult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes, ut integra sit forma Iustitiæ. Hoc

Con-

Concilium. Probant & ratione nostri Doctores. Primo quòd pueri Dominorum, secundo quòd nec seruorum. Adultus sine propria uoluntate non potest baptizari. ergo nec puer sine uoluntate parentum. Secundo Gratia non destruit, sed perficit naturam. ergo illis inuitis non possunt. Tertio. Periculum est, quòd ad parentes reuertatur, quia coacte susceperunt. Quare est indecens, quòd fides nostra quempiam cõpellat. Quod uero nec seruorum probatur. Primo Dominium naturale supra filios proprios tam habet Dominus quã seruus. ergo si illius filius, nec istius. Secundo. Parẽtes suos filios interficerent, si hoc uiderent. Tertio semper niterentur eos, ad infidelitatem reuocare, quòd obtenerent, quia filij plus parentes quam extraneos diligunt ut plurimum. Non tamen negat schola D. Thom. qui in casu siue per accidens possunt baptizari pueri infidelium quorũcũque. Primus casus. Quando parentes sunt mortui, non enim est curandum, quòd nolint consanguinei. Secundus casus: quando habentur, ut mortui, siue per incertitudinẽ siue longitudinem. Tertius si nullum est dubium, quod ad infidelitatem reuertantur. Illis ergo remotis, quæ in conclusionis probatione dicta sunt, tunc possunt baptizari. Tangam paucis rationes aduersariorum, vt quisque compendio ueritatem habere possit, cõtingit enim sepius de hoc disputare in regionibus remotissimis, ubi nulla est codicum copia, nec Doctorum, nec aliquem uidi qui sic summarie hanc ueritatem collegerit. Sunt ergo contrariæ opinionis argumenta. Primum, possumus à morte ciuili filium inuito patre libarare. Ergo à morte æterna. Hoc sic euado, negando ꝙ sequitur. Non enim eadẽ est ratio de utraque morte. Nam à morte ciuili si liberatur nulla fit patri iniuria, nec filii libertas ligatur. Dico secundo, quòd si fuerit iuste condemnatus non potest nec, a ciuili morte eripi. Secundo, possunt inuitis tutoribus ergo parentibus. Dicitur quòd non est eadem ratio, nam ius paternum est ius naturale, non aliorum nisi per accidens. Tertio in iusto bello possumus occidere inuitis parentibus ergo baptizare. Dicitur quòd non est eadem ratio, nam in morte non remanet scandali periculum, ut reuertatur ad fidẽ, item iustis de causis occidimus. Quarto compelle eos intrare. Dicitur quòd non est sensus quòd coguntur inuiti, & nolentes, alioquin perit libertas, & sic etiam adulti baptizari eis repugnantibus. Sed compelle, hoc suade. sic dixit Diuus Paulus argue. Quinto, poterant in lege naturę inuitis parentibus offerri, ergo nunc baptizari.

Dico quòd non militat eadem ratio, nam nulla erat patri iniuria, quòd sic offerebatur, neque caracter imprimebatur, & modus uiuendi erat unus apud omnes. Sexto, laudatur Sisebus, qui hoc fecit. Sed respondeo, quòd non de facto laudatur, sed de bona intentione, ac pia mente. Septimo. Alexan. Sextus concessit Dominium insularum, ergo possunt illi baptizari. Dicitur quòd concessit quando ad fidem uenerint, non tamen ut cogantur, ad fidẽ. De hoc litera P. Octauo. Diuina lex prius est obseruanda, postea naturalis. ergo debent baptizari. Respondeo quòd nunquam Diuina lex præcepit hoc, quòd illis inuitis baptizentur. Hoc ex Apostolorum actibus legitur, quòd tantum prostulantes baptizabant. Imò Dominus dixit. Sinite crescere usque ad messem. Seruemus ergo legem euangelicam, sed prius legem naturæ.

Nam repugnat arbitrij libertati ut cogantur. Et sicut non poterant circuncidi inuitis parentibus, sic nec baptizari. Occidere tamen licite possumus, si nobis Sint molesti, at eos baptizare iniustum est, & apud Indos multi sic baptizati, sunt ad infidelitatem reuersi. Nec nostri sunt serui. Ex his omnibus fulcitur ueritas D. Thomę, imò ecclesiæ consuetudo. Quod non est pium eos baptizare, etiã periculo mortis, aut furtiue, nec mala sunt facienda, ut bona eueniant.

64 *Baptismus aufert omnes pœnalitates uitæ.*
HAER. Experientia hoc comprobamus quotidie, quantis, & quibus subiiciamus tormentis, infirmitatibus, doloribus, pœnis, ac demum morti, quæ ultimum est omnium terribilium, quid ergo alia authoritate oportet hoc confirmare.

65 *Baptizati æqualiter suscipiunt effectum Baptismi.* Quod pœna originalis æqualiter in omnibus deleatur certum est, at ꝙ gratia, quæ confertur æqualiter sit in omnibus non est manifestum, imò putant

multi

multi, ꝙ pro diuinę uoluntatis arbitrio maiorem uni conferat, quàm alteri, & qui promptiorem se reddebant.

66 *Baptismi effectum non impedit fictio.* HAER. Supra probatum est, ꝙ fides, & intentio requiratur nanq; Dominus dixit. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Et spiritus Sāctus. Disciplinę effugit fictum ut dicitur Sapient. 1. Recedente tamen fictione baptismus sortitur effectum.

67 *Baptizatus Ioculatoriè & intendens facere, quòd facit Ecclesia, non est uere baptizatus.* HAER. Habemus expressam hystoriam de Eunucho, qui tamen vere suscepit baptismum. Rursus. Sunt omnia requisita ad Baptismum ergo est uere sacramentum. Hoc docet D. Tho. Abbas. Bon. Carth. 4. distin. 6. q. 3. qla. 3. & D. Augu. lib. 7. cont. Donat. cap. 53. Non dubito etiam illos habere baptismum, qui quamuis fallaciter id accipiant, tñ Ecclesia in accipiunt, vel ubi putantur esse Ecclesia ab eis, in quo societate id accipitur, de quibus dictum est. Ex nobis exierunt. 1. Ioan 2. Hęc Aug.

68 *Baptismus non est vere sacramentum sine Patrino.* HAER. Aliqua sunt in sacramentis, quæ adeo sunt illis necessaria, vt sine ipsis Baptismus subsistere non possit. Vt forma, materia, intētio, & Minister. Alia sunt ad solēnitatem, ut sunt omnes ceremonię ut supra explicauimus, inter quas patrinus annumeratur. Et ideo in necessitate, sine eo confertur baptismus, imo semper, sed tamen peccat, qui sine rationabili causa non obseruat, quæ Apostoli docuerunt.

69 *Baptizans, & Baptizatus, nullam contrahunt affinitatem.* HAER. Tantam contrahunt baptizās, & baptizatus affinitatem, quòd impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, ut dicitur 30. c. si quis & c. Nosse. & c. De eo. & Trid. Concil. Vnde decreuit ut sit tantum unus susceptor. sess. 24. c. 20. Circa medium.

70 *Baptizans bis & baptizatus, non est irregularis.* HAER. Cautum est per Innoc. cap. inter eos, & de cons. dist. 4. Can. Qui bis, & dist. 68. c. 1. Et Doctores omnes in summis. Verbo irregularitas. Et à solo Papa dispēsari potest, si consulto & scienter fiat, tam à recipiente, quàm a dante. Hoc tamen intelligendum est secundum antiquam consuetudinem. Hodie vero etiam Episcopus poterit, nisi deuenerit ad forum contentiosum, vt dicitur in Concil. Trid. cap. Liceat sess. 24. Decreto de reformatione vbi dicitur. Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto & c. dispensare. Si uero Baptizauit, sub conditione, & ille sub conditione petijt, non est irregularis. Vt Doctiss. Nauarra docet post alios. Et hoc consului Corcyræ, de quodam Parocho, qui bis baptizauit sub conditione tamen, & Romæ fuit approbatum.

71 *Baptismus flaminis nullus est.* HAERET. Fuerunt aliqui, qui adeo decepti sunt, ut putarent, quod etsi adultus, qui non potest baptizari habeat desiderium baptismi, & non possit, & sic moriatur, quod saluari, nō potest. Hoc tamen reprobatur. Primo. Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Ezech. 33. Secundo D. Paul. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, ad Rom. 10. D. Ambr. lib. de morte Valentiniani. D. Aug. 4. contra Donat. cap. 22. & quęst. 84. in quæst. super Leuiticum, Isidori. lib. 2. cap. 24. de offi. eccl. ubi ponit tria baptismata. D. Bernard. Epistola 77. ad Vgonem. Magister 4. dist. 4. & scholastici omnes.

72 *Baptismus aquæ cessauit, & solo baptismo sanguinis saluamur: Flagellantes.* HAER. Nullo innititur fundamento hæc hæresis. Contra quam sunt verba Domini. Qui crediderit, & Baptizatus fuerit saluus erit, nō ergo qui flagellabitur. Secūdo Baptismus sanguinis ea ratione habet uirtutem, quatenus dependet ab ipso Baptismo aquę. Ergo nō de se est reuocatus. Cōtra hanc sunt omnes Doctores. Nec enim licet ex proprio ingenio hæc tradere, sed quatenus ex sacra scriptura habemus. Nullibi vero legitur esse reuocatum, ergo non erit.

73 *Baptizare magnetem, uel Imagines. Licet.* HAER. Quoniam Hæreticus non est ille qui peccat per errorem intellectus, hinc est, ꝙ qui ea baptizat tantum ad amorem prouocandum & bene sentit de fide, & de sacramentis, quod non est hæreticus, licet res in se ad hæresim pertineat. Quia ergo Ecclesia iudicat actus externos, ex quibus interiores cognoscimus, hinc est, quòd talia Baptizantem semper tanquam suspectum de heresi iudicauit Ecclesia, quia abtitur

titur sacraméto. Sic docet Iud. Inquis. Verbo Hæreticus, & Casu 12. Ego etiam Assisij vices gerens Sanctissimæ Inquisitionis, duos in carceribus detinui præsbyteros, q. magnetem baptizauerant, & ut de hæresi à Prudentissimo Tribunali Sanct. Inquisitionis Romanæ deiudicati fuere, ut ex processu, & sententia apparet.

Barac.

Barac, & Debora liberant populum, Iud. 4. a

Barac filium Abinoem mittit ipsa Debora cõtra Sisaram, ex præcepto Dei, Iud. 4. a

Barac cum Debora gratias agunt Deo, ob deuictum Sisaram. Iud. 5. a

Barba.

Barba non radenda in honorem defuncti. Leu. 19. f. 21. a

Barbam non radat sacerdos, aut caput. Leuict. 2. a

Barba dimidia parte rasa, ac tunicis ad nates præcisis remittit Hanon seruos Dauid, 2. Reg. 10. a

Barnabas.

Barnabas mittitur Antiochiã, vt uideat gratiam eius factam, Act. 11. c

Barnabas, & Paulus segregantur ad Euangelij prædicationem. Act. 13. a

Barnabæ Epistola, & Euangelium inter canonicas scripturas computandæ sunt. HAERE. Scripsit quandam Epistolam Barnabas, quam collegit Clem. Alex. in suis stromatibus, & Tertulli. dicit Epistolam ad Hæbreos esse D. Barnabæ, at non est ab Ecclesia inter authenticas. Et Euangelium, quòd eius nomine legebatur, Gelasius tanquam Apochryphum damnauit. Et hoc tenet Ecclesia.

Barnabas fuit Romæ, & ibi primus Christi fidem prædicauit, ut testatur Clemens Papa & Martyr in libro primo hystoriarum, quem nominat Beda lib. de temp. ca. 3. Dorotheus hoc idem in Synopsi testatur. Et Alexander Monachus in eius uita, hic Clemétem commouit, & in Iudæã nauigauit, & cum Cæsaream appulisset Barnabam reperit, à quo est ad Petrum ductus, & ab eo ad fidem conuersus, ac Comes peregrinationis illius, & disputationum cum Simone Mago, quas ut auditor nobis ponscripsit. Turri. lib. 2. c. 16. in fine.

Bartholomei Euangelium est authoritatis. HAERE. Patres unanimi consensu reiecerũt, vt Gelasius ait dist. 15. Licet Diony. Areopag. in principio Mysticę Theologiæ testimonio eius utatur, quoniam non erat res adeo aperta nec ab Ecclesia definita.

Baruch.

Baruch non fuit Sanctus Propheta, nec authoritatis eius est Prophetia. HAER. Baruch, vt ex historia colligitur. Fuit filius Nerię. Filij Maasię, & huius nepos. Hierem. Prophetæ Discipulus, ac scriba. Hic post euersam vrbẽcũ venisset cũ Hieremia Babilonem, scripsit Hæbraico Sermone lib. Propheticum, quo continetur calamitas, & causa captiuitatis. Concil. Flor. & Trident. inter Canonicos connumerat. Cyrill. Hierosol. oratione quarta inter cathecheses. Euseb. lib. 4. de demonst. Euang. cap. 19. Affirmat quoque Clem. Alex. lib. 2. pędag. cap. 3. Ecclesia proponit tanquam Catholicam omnibus. Obijciunt Hæretici. In numero sacrarum scripturarum nõ ponitur Baruch neque ab Aug. Dam. Innoc. Gel. nec Concil. Ladicenum. D. Hierony. alios Prophetas exposuit, in hoc nullam edidit commẽtationẽ. Sed hoc refellitur, quòd Prophetia Abacuch fuit computata à ueteribus inter Prophetiam Hieremiæ. Nam Basil. lib. 4. Cont. Eunomium. Amb. lib. 1. de pœnitentia c. 8. Chrisost. in Hom. Fulgo. lib. 2. ad Trãsim. in fine sub nomine Hier. de Trinit. D. Aug. 18. de Ciuit. Dei c. 33. citant ista verba Baruch, sub nomine Hieremiæ, & D. Aug. ait. Hoc testimonium quidam non Hieremiæ, sed Baruch scribæ eius attribuunt, sed Hieremiæ celebratius habetur. Sic Synodus sexta, sess. 8. sub nomine Hieremiæ. Ex his colligitur esse authoritatis, sed an esset author Hieremias, uel Baruch, res non erat explorata, ut diebus nostris, hoc annotat Viues de ciu. Dei. Sic soluitur alterum, quòd D. Hierony. non dilucidauit, quia non erat certum, sicut nec de Epistola D. Iacobi, modo tamen ab Ecclesia est receptus, nec uereor illum hæreticum nominare, ne dum temerarium, qui huius Prophetæ dicta inficiari conatur, quod

etiam dicitur. In pace in idipsum dormiã, & requiescam, & D. Paul. Maior horũ est charitas. Nõ solũ ergo vidẽt Beati, quod ẽ munus itell's, sed diligũt, quod ptinet ad volũtatẽ.

7 *Beatitudinem supra naturalem proprijs meritis acquirere possimus.* HAER. Quæ nam virtus operatur vltra ea quæ suæ conueniunt naturæ? Et dicitur etiam. Nemo venit ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eũ. Et Esa. 64. Oculus non uidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Et D. Paul. Quæ præparauit dilegentib. se 1. Cor. 2. Et ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiã saluos nos fecit ad Titum. Item iustificati gratis. Et Ioan. 14. Ego manifestabo ei me ipsum. Gratiam, & gloriam debit Dominus. Quid plura? D. Tho. 3. Cõt. Gent. c. 52.

8 *Beatitudinem non meremur proprijs meritis, ex Dei gratia. Erasmus.* HAER. Si opera mortalium secundum exactam rationem iustitiæ distributiuæ pensentur, non est sunt capacia diuinæ uisionis, longe enim transcendit illa omnem meritum humanum, omnem rectitudinem nostrorum actuum, celsior est omni uirtute humanæ, præstantior ipsa natura nostra, & gloria potius Dei munus, & singulare donum censenda est quã proprie merces, aut premium. Recte tamẽ ac sancta dicitur, quòd tanta fuerit summi Dei bonitas, & beneficientia, quòd nobiscum pepigerit, conuenerit que, vt si ei seruiamus licet ex officio hoc præstare debeamus, tamen se nobis illam, tanquam pro mercede tributurum pollicetur. Vnde ait. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Et alibi. Quicunque reliquerit &c. Vitam æternam possidebit. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Et D. Pet. Satagitæ ut per bona opera uestra certam vestram electionem, & vocationem faciatis. Et Synd. Trid. opera iustificati merentur vitam æternam. sess. 6. Can. 33. An de merito congrui, ut multi uolunt, an de condigno, ut puto sit accipiendum, inferius litera. M. Obijcit Eras. omnes nostræ iustitiæ tanquam pannus menstruatæ, ut ait Esa. At dictum hoc intelligendum non de hoĩe iusto, sed de populo Hebreorum corrupto in quo non erat qui faceret bonum, non usque ad vnum. *Beatus.*

9 *Beatus non videt Dei essentiam. Armeni. Petrus Abail.* HAER. Innane est desiderium nostrum, & frustra cognitum, si quòd appetit homo iustus Christianus (non de homine puro naturali loquor) cõsequi nõ põt. Et quod hoc desiderium impleatur apparet. Quia Dñs dixit. Angeli eorũ in cęlis, sp uidẽt faciẽ patris mei, & iterũ. Videbimus eũ sicut est. Nũc per speculũ in enegmate, tũc aũt facie ad faciẽ. Et Prou. 9. Cõmedite panes meos, & bibite uinũ, quod miscui uobis, mãducãt ergo, & bibũt Sãcti, quia diuina essentia fruũtur. De qua Dauid. Oñde faciẽ tuã & salui erimus, & D. Ioã. 1. c. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eũ sicuti est. Luc. 22. Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ, vt edatis, & bibatis super mensam meam, in regno meo. Hoc decreuit ex præmissis locis Conc. Flo. tom. 3. pag. 476. Col. 2. in fine. D. Tho. 3. Cont. Gent. c. 51. Fulg. ad proban. Epistola 4. de oratione in fine.

10 *Beatus nullus videbit in Cælo Dei essentiam, ante diem iudicij.* HAERET. Viri gratissimi (nedum Græci, quam adhuc sustinent opinionem) in hanc foueam inciderunt, quos ex nomine referre dignum duxi, ut hunc locum posteri cognoscant, & caueãt. Iacobus Apostolus in Liturgia diuini sacrificij pro animabus Sanctorum in Christo quiescentium, præcatur vt requiescant in Paradiso, quasi adhuc ibi nõ peruenerint. Iren. lib. 5. aduersus hæres fin. Aĩæ abibunt in inuisibilem locũ definitũ eis a Deo. Iustinus Philosophus, & Martyr. lib. q̃st. q. 76. Nemini ante resurrectionẽ ex his q̃ in uita gessit præmiũ redditur. Tertulli. lib. de aĩa. c. ãtepen. Cõstituimus oẽm aĩam apud inferos sequestrari in diẽ Dñi. Cornelius Agrippa, Clem. Rom. Pont. citat, sed forte, nõ est apud Clem. sed ipse vir iniquus de suo adiecit. Orig. hom. 7. in Leu. Nõ dũ Sãcti receperũt lętitiã suã, nec Apostoli qdẽ sed & ipsi expectãt, ut ego letitię eorũ particeps fiam. Lact. lib. 7. Diu. Inst. c. 21. Nec quisquam putet aĩas post mortẽ, ptinus iudicari. Victorinus Mar. super Apoc. Vidi sub altare Dei. Exponit pro ara terrã, sub qua sunt aĩæ ante diẽ iudicij. Prudentius in poematib. suis. vr̃ hoc tenere. D. Amb. li. 2. de Cayn & Abel c. 2. soluit a corpore aĩa, & post finẽ uitæ huius adhuc tñ futuri iudicij ambigua suspẽdit Chris. Hom. 39. 1. ad Corint. sup ea uerba. Si i hac uita tm̃ sperãtes

esse-

essemus miserabiliores, &c. Tamē sine carne ipsa admirandis illis bonis, non fruetur D. Aug. secretis animarum receptaculis, sedibusque requiescit 12. de Gen. ad literā cap. 9. Theodoretus Cyrensis episcopus ad Heb. 11. Sed hi tamen nondum Coronas acceperunt. Oecumenius ibi. Nondum consequuti sunt bona iustis promissa. Theop. eadem loco Sancti, nihil adhuc cœlestium promissionum sunt assequuti. Euthymius super Lucam 23. Hoc tradet regnum tempore vniuersalis resurrectionis, de latrone loquens. Ioan. Rom. Pont. 22. Decreto hoc mandauit tenendum vt testatur Ocham in opere nonaginta trium dierū. Et Adrianus sextus 4. sent. de sacramento confirmationis. His tamen non obstantibus Hæreticum est illud tenere. Nam Dominus post mortem ad inferos descendendo expoliauit, ducens captiuitatē, ut prædixit Dauid, Latroni dictum fuit. Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 22. Apoc. 6. Datę sunt illis stellæ albæ, & dictum est, vt requiescerent tempus modicum, donec impleatur numerus fratrum ipsorum. Et ad Hæb. 11 Adepti sunt repromissiones. Prou. 3. spes, quæ differtur affligit animam, & sic non essent beatæ. Doctores antiqui hoc docent, Basil. Hom. in quadraginta Martyres, dicit. Apertæ sunt uobis paradisi portę, dignum profecto exercitibus Angelorum, Patriarchis, Prophetis, & iustis omnibus spectaculum. Greg. Nazian. Oratione in Sanctum Cyprianum. Ac Sanctæ Trinitati, cui nūc astas splendorem nobis perfectiorem, & clariorem gratificare. Idem in oratione funebri in Sāctum Athanasium. Tu autem e supernis propitius nos respice, & populum hūc Sanctum dirigę Trinitatis Sanctę adoratorem. Et in oratione in Diuum Basil. Nunc in Cœlis ibique pro nobis vt arbitror sacrificia offert. Chrisost. Hom. 66. ad populum Antiochenum. Sed dulce spectaculum est, regem aureis indutum, & coronatum spectare, & adstantes Duces, & Principes, Doctores, tribunos, & militum magistros. D. Hierony. in Epithaphio Paulæ Viduæ Epistola 27. ad Eustochium. Et quicquid reuertitur ad Dominum in familiæ numero computatur. D. Bernar. Sermo. 2. de Sancto Victore. Quæris vbi? Cum Abrahā, Isaac, & Iacob in regno Cœlorum. Ita cum talibus, in tali loco sedet. Ex his uerbis, & quæ fusius ibi scribit. D. Ber. apparet, quòd uel declarat, uel retractat quæ dixit exponens ea uerba Apoc. 6. Vidi sub altare Dei. Benedictus Vnd. in extrauag. Cuius initium Benedictus Deus in donis suis, pronūciat Hæreticum, qui hoc asserit. Conci. Flor. dixit. Animas purgatas in Cœlum mox recipi pag. 476. col. 2. Tom. 3. Quod vero de dictis Sanctorum tenendum sit iudicare, non audeo, illud tamen ex doctrina D. Tho. audacter profero, quòd negant Sancti, animas esse Beatas, uel in Cœlo, quia non undecunque absolutam perfectionem sunt consequuti, uel quia remanet aliquid iudicandum, quo ad opera, quæ reliquerunt, nam in die iudicij D. Tho. erit maiori gloria accidentalique præmio coronandus ex fructu quem contulit Ecclesiæ eius doctrina. Aliud ergo est iudicare, quo ad rem, & sic sunt in Cœlo; aliud, quo ad modum, & sic remanent iudicandi, quo ad aliquid. Quod etiam decreuit Ioan. 22. Benedictus loco dicto excusat eum, quia morte pręuētus rem absoluere non potuit. Vel secundo, quòd fuit eius opinio, quā tenuit antequam esset ad regimē Ecclesiæ assumptus, quam ut Papa, nō docuit. Obijciunt tertio Quare dicetur. Venite possidete. Si iam acceperunt. Hoc friuolum est. Namque dicet, post discussionem iudicij vniuersalis. Venite, quasi dicat eamus modo, quia nihil remanet iudicandum, reuertimini, & possidete integram consumatam beatitudinem. Soluit D. Greg. 4. Dialog. quòd dicitur venite, quia ante animarum sola, nūc corpora quoque assumentur. Dico tertio. Quod si peccatores erant iam damnati in inferno, sic Beati in Cœlo alioquin magis pronus ad punitionem se nobis Deus ostēderet, quam ad gloriam largiendam. Tamen dicet illis. Ite, qui tamen prius descenderant ad tormenta, sic istis, dicit venite, qui prius cum Christo præmia acceperūt.

8 *Beati sunt æquales in gloria. Iouin. Luth.* HAERE. Quoniam operatio sequitur forma, quæ vere est principium operationis, lumē autem gloriæ, quo Deum videmus, non est in omnibus æqualiter, quia in omni genere datur unum primum sic & gloria beatorum, qua uident Deum, nō est eadem. Hoc voluit Dominus dicens. In domo Patris mei, mansiones multæ sunt. Io. 14. Secūdo. Qui fecerit & docuerit magnus uocabitur

tur in regno Cœlorum, Matt.5. & 15. Non surrexit maior Ioãne Baptista. Et D. Paul. 1. Cor. 15. Stella differt à stella. Beata virgo nonne super Choros Angelorum exaltatam testatur Ecclesia. Angeli non sic sunt distincti, quare non Sancti. Optime ergo Concil. Flor. ubi supra dixit. Meritorum tamen diuersitate alius alio perfectius. Obijciunt, quòd Pater familias laborãtibus in uinea, equale præmium cõtulit, unde murmuratio suborta est; quia idem omnibus contulisset. Hoc soluit. D. Tho. quòd eundẽ denarium omnibus retribuit, quia idem erit præmium, Deus uidendus ac fruẽdus. 3. cont. Gent. cap. 58. Hoc desinit Concil. Flor. quòd diuersitas graduum Beatorum est ex diuersitate meritorum. Banes 1. par. q. 12. art. 6

9 *Beati vident Deum per alienam speciem, non in seipso.* HAER. Nulla datur similitudo, quæ possit Deum repræsentare, quia est infinitus ergo Beati uident Diuinam essentiam per ipsammet, ita quod est, quod uidetur. Et quo uidetur. Hoc significant ea uerba. Videbimus eum facie ad faciem, & D. Ioan. Videbimus eum sicuti est. Nam diuina essentia unitur intellectui secũdum aliquod esse, quo informat ipsum, & facit in actu. Hic tamen cautum reddo lectorẽ, non enim dico ꝙ sicut species intelligibilis unitur nostro intellectui, sic diuina essẽtia. Etenim species actuat intellectum, per esse ipsius speciei, quòd tamen ab ipsa specie distinguitur, non enim ipsa species est suum esse, sicut nec est res, quam repræsentat. At diuina essentia, est suum esse, & idẽ repræsentat, & repræsentatum, & perficit intellectum, vt potens sit intelligere tanquam principio formali, gerit ergo vcem speciei ait Caiet. 1. par. 9. 12. 2. & 5. ad secũdum. Sicut ergo tunc uidemus facie ad faciem, quando absque alio medio in quo, & immediate sic Beati uident diuina essentiam sine medio. Ecce similitudo. D. Tho. 3. cont. Gent. cap. 51.

10 *Beati non egent lumine gloriæ, ut Deum uidere possint.* HAER. Hoc damnatur in Clemen. de Her. cap. ad Nostram. De hoc lumine dixit Dauid. In lumine tuo uidebimus lumen, idest diuinam essentiam. Et Isa. 60. Erit tibi Dominus in lucem sempiternam. Erat lux ueram quæ illuminat omnem hominem, & Apoc. 12. Charitas Dei illuminabit illam. Quæ omnia dicta de lumine gloriæ interpretatur. D. Tho. 3. cont. Gent. cap. 53. Hoc ergo lumine eleuatur ut possit mens nostra Deum uidere, & confortatur tanquam medium non in quo Deum cõspiciamus sed sub quo; & quauis sit quodam creatum, ac per hoc finitum, tamen est altioris ordinis, ideo eo cognoscimus, non adequãdo, aut comprehendo infinitã Dei profectionem, sed attingendo. Caie. 1. par. q. 12. 5. & Ferr. ubi supra.

Vndecimo Beatus compræhendit diuinam essentiam. HAER. Non opus est multa scribere de hoc, quoniam nulla est controuersia. Illud repeto, quòd Hierem. dicit. ca. 32. Forti ssime magne, potens, Dominus exercituum nomen eius, & incompræhensibilis cogitatu. Iob. Vndecimo. Forsitans uestigia Dei compræhendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies? Excellior Cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? Longior terrá mensura eius, & latior mari. Et Salomõ 3. reg. 8. dixit. Si cœlum, & Cœli Cœlorum te capere non possunt, multo magis domus hæc quam ædificaui. Et D. Paul. altitudo Diuitiarum sapien. Dei. Rom. 11. & 1. Tim. 6. lucem habitat inacessibilem. Si enim compræhenderetur, non excederet nos, nec esset infinitus.

12 *Beati mutari possunt de bono in malum.* HAERE. Anima a corpore separata, non debet amplius pugnare, neque debet malo resistere. Ergo nec poterit mutare sententiam. Secundo Beatitudo est perpetua, ut contra Origenem probatum est. Tertio Beati habent, quod appeti potest ad quid ergo mutantur, cum non possint sibi contraria appetere. Quarto errant, qui operãtur malum, ut dicitur Prou. 14. At non possunt errare. Quinto. Habito sine cessat omnis operatio. Sexto. Amant Deum ergo cõformat uoluntatem suam cum Deo. Ergo nihil Deo contrarium appetere potest. Vide D. Tho. 4. cont. Gent. c. 92.

13 *Beatus scit ne omnia?* Non est huius loci quęstione explicare, quæ circunferuntur de Beatorum statu, tamen, quia ad idem attinet quam proxime proposuimus, intactã relinquere nolui. Et præmitto hanc distinctionem. Quod potest esse sensus quòd cognoscat omnia, quæ Deus suam essentiam prospiciendo cognoscit, & sic non potest

omnia

omnia scire, quia diuinam perfectionem, equare non ualet Deus namque scit quæ non fecit nec facturus est unquam, at Beatus hoc scire non potest. Imo excelsior Cœlo, inquit Iob. Nec etiam rationes omnes rerum factarum cognoscere potest. Et hoc dicitur Eccl. 8. Intellexi quòd omnium operum Dei, non possit homo inuenire rationem. Rursus ea quæ ad prædestinationem sanctificationem pertinent, nec cognoscere potest. Quę hominis sunt, nemo nouit nisi Spiritus hominis, qui in ipso est, & quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi Spiritus Dei 1. Cor. 2. Hæc ergo sunt qua Beatus ignorat. Scit tamen beatus, non tantum genera species, & indiuidua sub speciebus, & totum ordinem uniuersi cognoscit, & uidet diuinam essentiam, quam pollicitus fuerat Mosi Deus, Ego ostẽdam tibi omne bonũ. Exod. 33. & uidit D. Paul. Nam tale est nostrum desiderium. Si uidet Deum quare non ordinem uniuersi. Hoc docuit D. Grego. 4. Dialog cap. 33. Quia in illa æterna hę reditate oẽs cõi claritate Deũ conspiciũt, quid est, quod ibi nesciant, qui sciẽtẽ oĩa sciunt. Quod uerũ est, non tãtum modo ex posito, sed quo ad sufficientiã medij, quia diuina essentia est quãtum in seipsa est sufficiens medium, ut oĩa cognoscãtur. Vera est ẽt, quo ad ea, quæ pertinẽt ad essentiam beatitudinis. At quod ẽt cognoscat singularia, quo ad eorũ cogitationes, & operationes singulas nõ est necesse, quia nec id appetit intellectus, sed satis est, quod cognoscat, in spẽ hæc quæ ad singularia pertinẽt, & nihil ignorãt, quæ ad ordinẽ uniuersi ptinẽt, q̃a ista sunt de perfectione nostri intellectu, vident ergo, q́ beatitudinis pfectio requirit. Quomodo vero cognoscant futura, quia singularia non simul oĩa existunt sub spẽ, sed successiue, dubiũ est, quia ponere in cognitione beatifica successiones uidet absurdũ. At nullũ est inconueniens cõcedere ꝙ in diuina essentia simul illa uideant, quia æternitate mensuratur illa cognitio. In qua ẽt cognoscũt oẽs proprietates rerũ. Vidẽt itaq; oia simul, non successiue, & per vnicam spẽm, q̃a intellectus non potest simul plurib. spẽbus informari, nec corpus diuersis figuris terminari unum, ergo intelligunt, licet plura sciũt, quia unum contingit intelligere, & plura scire. Caiet. 1. par. q. 12. 10. & q. 58. 2. primum, & 3. cont. Gent. cap. 59. Vel dico ꝙ plura possunt in intellectu esse per modum habitus, non ut plures. Sic B. Dominicus uidet multa, quæ faciunt pro sua religione quæ non uidet alius Sanctus eo beatior, sed ille beatior in alijs a Deo cõpesatur, & alia uidet. Banes, 1. par. q. 12. art. 10.

14 *Beatorum desiderium non satiatur.* HAER. Quæ nam est beatitudo illa, nisi euacuet omne desideriũ. Beatitudo. n. est status omnium bonorũ, aggregatione perfectius ut coĩs est definitio Boetij. Hoc uoluit. Dauid. Qui refert in bonis desideriũ tuum, renouabitur ut aquilæ iuuentus tua, & iterum. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuę putabis eos. Apoc. 21. Non esurient, neque sitient amplius. Et erunt ab omni aduersitate liberi, ut dicit Isa. 49. Gloria. n. & diuitiæ in domo eius. Exultabunt sancti in gloria. Possident ergo regnum opulentissimum, & undecunque perfectum.

15 *Beatus potest uelle diuina visione carere.* HAER. Quoniã qui adheret Deo, unus Spiritus est, cum eo, & Deus omninò immobilis est, hinc & Beati Immobilitatem consequuti sunt. Et non cõmouebitur in ęternum, qui habitat in Ierusalem. Et ex hoc, & superius dicta error orig. in Periarchon, confutatur quòd animæ possunt iterum ad miseriam uenire. Et quia Deum clare uident, non possunt non amare, nec uoluntas remanet amplius libera, quo ad cognitionẽ beatificam, & si libera sit, quatenus alia cognoscit in Deo, quæ non pertinent ad beatitudinem. Et hoc uoluit D. Tho. Voluntas nostra in quocunque statu ponatur respectu cuius obiecti potest suspendere actum. In uia uero, quia uolũtas nostra non uidet nisi in enygmate non necessario semper amat, & appetit. 3. cont. Gent. c. 62.

16 *Beatorum corpora non erunt clara.* HAER. Inter alias dotes gloriosorum corporum hanc referunt Theologi, ꝙ aĩæ claritas in corpus redũdabit. Nã Dñs dixit. Fulgebũt iusti sicut sol in regno Patris mei. Matt. 13. & 1. ad Cor. 15. Seminatur corpus in ignobilitate surget in gloria. Hoc præsignauit, ꝙ facies Dñi in mõte resplendebat. Et Agilia ẽt erũt, quia tanq̃ scintillæ in arundineto discurrẽt. sap. 3. Hoc aũt erit nõ ad necessitatẽ aliquam, sec ad uirtutẽ oñdendã.

Erunt

erunt impaſſibilia, quia (vt ait D. Paul.) ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. & hæc ſunt apud omnes pro certo.

17 *Beati non vtuntur ſenſibus ad delectationem.* HAER. Non adeo ſtultus D.Th. & Theologi, ꝙ fateātur Beatos ſenſibus delectari; vel quo ad Venerea, vel cū Cerere, & Bacco.i.cibis, hoc nāque excluſum eſt, ſed tñ ſenſibus delectationes percipient, qa ſenſibile erit ſpiritualiter cōiunctū, ut cum quis delectatur de re apprehēſa per ſenſum. eſt alia delectatio ſenſus, quæ eſt per cognitionē rei ſenſibilis. Beati ergo vtūtur ſenſibus, per ipſam cognitionē ſenſus, ipſis delectabilem, non ꝑp vtilitatē naturæ (vt modo euenit) quia naturā nullo eget extrinſeco conſeruante. D.Th.4.cont.Gent.c.26.

18 *Beatorum corpora, non erunt ſuper omnes cœlos.* HAER. Obtinebunt corpora noſtra, ꝙ propriū eſt cœlo; ideo & ſuper cœlos erunt. Itē nos cū Chriſto erimus, qui eſt ſuper oēs cœlos, vt ad Eph. 4. Aſcendit ſuper oēs cœlos, vt adimpleret oīa. Licet ergo infirmū ſit corpus noſtrū, virtute, gloria, q̄ in corpus redundabit, erit glorioſum ſupra cœlos. Nec cœlū frāgetur, ſed ſimul virtute Diuina erunt duo corpora, & ſic Dominus ianuis clauſis, ingreſſus eſt ad diſcipulos, & ſic virtute Diuina duo corpora poſſunt eſſe ſimul. Nam ſitus, vt eſt prædicamentum, ac dicit ordinē partiū in loco, non eſt de rōne rei quantę, vt ſic, ſed ſitus, ut dicit ordinem partiū in toto, & ſic ſequitur corpus, ut primarius effectus, ex quo ſequitur diuerſitas partium in toto, & diuerſitas corporū in loco, nec poſſunt ſic eſſe plura corpora ſimul, quia non ſunt diſtinctæ niſi variis ſitib. ideo primus ſitus, qui eſt ſecūdarius effectus dimenſionis poteſt ſuſpendi Diuina virtute, & duo corpora eſſe ſimul. Nec eſt de rōne quantitatis, vt habeat partes extra partes in loco, & vnaquæque ſit in loco, ſed quod habeat partes ſecundum reales diſtinctiones diſtinctas. Poterit ergo diuina virtute reduci corpus ad minimam extenſionem, & à minimo loco contineri per ſubintrationem partium, puta ꝙ Camelus intret per foramen acus. & ſic D.Aug. colligit, ꝙ Dominus intrauerit ianuis clauſis, licet ex Euangelio non habeatur apertè, qa potuit aut per feneſtras, aut alio loco inuiſibiliter ingredi. 4.c.87.

19 *Beati, non reſurgent ætate, qua Chriſtus ſurrexit.* ERRO. Quoniā puerilis ętas imperfecta eſt, ac ēt ſenilis. Hinc demōſtrant Sancti, ꝙ reſurgemus omnes in menſurā ętatis plenitudinis Chriſti, vt docet ad Epheſ.4. Doctores omnes in 4.

20 *Beatorum ſenſus ab excellenti ſenſibili lædi poſſunt.* HAERE. Et ſi res modicè vtilitatis videatur, uerum quoniam pendet ex ſupradictis de dotibus corporum, ꝙ erunt impaſſibilia, ideo nec lædi poterunt ab excellenti ſenſibili puta lumine. Nam & ſi ſit improportionatum ſecundum ſe conſiderando, non tamen vt ab anima glorioſa roborati, ex qua erunt ad totam latitudinem rerum ſenſibilium proportionata, quod à damnatis negatur.

21 *Beatorum dotes, quo ad animam non erunt in Beatis.* HAERE. Ex ſacris literis Beatorum dotes, quæ ad animam pertinēt deducuntur. Nanque Iſa.61. dicitur. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit aīa mea in Deo meo, quia induit me Dominus veſtimento ſalutis, & indumento Iuſtitię circircundedit me, quaſi ſpōſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. & Pſal.44. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, & iterum omnis gloria eius filiæ Regis abintus in fimbriis aureis, circumamicta varietate. & Cant.1. Pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turris, collum tuū, ſicut monilia. Dotes verò animę ſunt viſio, fruitio, delectatio, quę Cathechiſmus exponit ſupra Symbolum. artic.12. in fine pag.120.

22 *Beati poſſunt peccare* HAERE. Ex dictis tot, ac tantis de beatitudine cōuincitur hoc eſſe hæreticum, quia beatitudo eſt perpetua. Non poſſunt non amare Deum, atque ideo nec peccare.

23 *Beati poſſunt ne mereri?* Quoniā ſecundū cōmunem Theologorum ſententiam. Tria exponuntur ad meritum, quod ſit in via, ſecundò, ꝙ ſit Dominus ſui ipſius. Tertiò, charitas, & cum aliqua harum conditionū Beatis deficiat, ſequitur, ꝙ nec mereri poſſunt. Poteſt tamē eſſe meritum in illis, quo ad augmentum præmij accidentalis, & hoc uſque ad diem iudicii. D.Thom.2.2.q.13.3. ſecundum.

24 *Beati dolent caſus noſtros.* HAER. Triſtitia, neq; dolor erit amplius, neque vllus æſtus, non erit ergo dolor, aut alia paſſio, nec

quòd eos cruciari, aut affligere possit, sed omnia bona, vt iam diximus. At Concionatores, vtuntur huiusmodi loquutionibus improprijs, ut fidelium animos à peccatis reuocent. Dicuntur dolere, quia non uolunt, nisi quòd Deo placuerit, at quia Deo displicet peccatum & iniquitas, hinc & sanctos de nostra miseria, ac peccatis dolere, ac conqueri, dicunt Doctores.

25 *Beati habent fidem.* HAER. Tantum charitatem remanere docuit Apostolus. At D. Thom. aliquando saluat fidem, quo ad firmam adhęsionem, pri. 2. q. 67. infra, verbo, Christus.

Beatius est dare, quàm accipere. Quia in nullo Euangelistarum hæc legitur propositio, vnde ausi sunt aliqui eam negare. At quoniam D. Pauli authoritas maxima est, & ab ecclesia recepta. Qui dixit. Meminisse nos oportet verbi Domini nostri Iesu Christi, qui dixit; Beatius est dare, quàm accipere; quod & si eius nulla fiat ab Euangelistis mentio. Hoc est, quia nõ omnia scripta sunt. Tamen Apostolus, vel à spiritu Sancto, vel ab alijs Apostolis audiuit. Ideo est authoritatis, quã D. Luc. scribit Act. 2. G. & inter veritates Catholicas computatur, vt docet Turre Crema. libro 4. parte 2. cap. 9.

Bellum.

Bellum nullæ ratione est Christianis permissum. HAERE. Hanc quam primò seminauit Manicheus hæresim, probarunt recentiores hæretici Luth. Eras. Oecolamp. Corn. Agrippa. Et ad hos vanissimos homines conuincendos, ex sacris litteris primum afferam testimonia. Primò recolendum est plura, & atrocia bella à Domino geri iussa per Mosem. Et in lege naturæ. Abraham suorum manu, cum quinque regibus congressus est, quibus profligatis, & prędam recuperauit, & Loth nepotem suum à captiuitate emit, quod factum maximè in scriptura probatur. Plura alia bella fuere optimo iure, & ratione suscepta, ad iustitiam conseruandam. Rursus legitur. Exod. 17. Orante Moyse vincitur Amalech. Pugnante, & orante Iosue stat Sol, vt inimicos eo die expugnaret, ac superaret. At dicunt hæretici, licitum fuerat in veteri lege, at non nobis. Non negant, quòd Moses hortetur bellantem populum. Deuteronom. 20. D. Egressuris Iudeis ad bellum, iubet Deus ab omni re mala custodire se. Deute. 23. b. Bellat Deus pro populo suo, cuius aduersarios se occisurum promittit, antequam ingrediantur terram promissionis. Exo. 23. f. Bellat Deus pro Iosue, lapidibus occidens inimicos. Iosu. 10. b. In bello aderat Deus ipsi Iosue, consulens quid ageret. Ios. 10. D. Ad bellum processurus Gedeon cõtra Madianitas, & Amalachitas induitur spiritu Dei. Iud. 6. g. An bellaturus sit contra Philisteos consulit Dauid Dominum. 3. Reg. cap. 5. c. Victoriam exposcens Dauid contra inimicos exauditur. 3. Reg. 8. e. Negare hæc non audent Lutherani, sed dicunt illis eum permissum, quia erat Deus ultionũ, nunc verò liberè egit. Sed dum Caribdim gurgitem vitant, merguntur in Scillim. Si bellum erat licitum eis, quare non nobis, vt nostra iustè tueamur contra inimicos. Si non licet, quare D. Ioann. Baptista dixit militibus contenti estote stipendiis uestris. Luc. 3. Si ergo licet stipendium suscipere, ergo & bellum, & sic dum venissent ad eũ milites, non condemnauit eos, nec desistere iussit. Bellum est à Deo institutũ in vindictam malorum, ac bonorum defensionẽ, vt docet D. Pet. 1. cap. 3. & Paul. ad Roma. 13. Nicolaus primus in suis decretis, vt dicitur. tom. 2. Concil. pag. 775. col. 2. Vt spirituali simul, & materiali gladio tandiu malignos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones, vel quæcunque res ecclesiasticę hoc facto, vel quocunque pacto distractæ, seu direptę sunt, reuocantur, & habetur 15. quęs. 6. Idem Pontifex inferius addit. Si nulla vrget necessitas non solum Quadragesimali tempore, sed etiam omni tẽpore est à prędijs abstinendum, si autem ineuitabilis vrget importunitas, nec Quadragesimali tẽpore pro defensione tã sui, quàm patrię, seu legum paternarũ est bellorum pręparationi proculdubio parcendum. Ne videlicet Deũ uideatur homo tentare, si habet, quod faciat, & suæ, & aliorũ saluti cõsulere non procurat, & Sanctę Religionis detrimenta non pręcauet. Longa oratione hoc in Later. Synodo probauit Episcopus Madrusiensis sub Leone X. Ex his itaque locis habemus licitũ esse bellũ, & milites non tenentur restituere in iusto bello, étsi animo

peruerso

peruerso, auferant. Rursus, ꝙ & si priuatæ personæ bellum nō liceat, potest tñ Respublica pro sua defensione, nam vnicuique licet absque moderamine inculpatę tutelæ, & natura id suadet, vt in animalibus uidemus. Possumus & die festo, ēt ꝙ nō adsit necessitas, quia non est opus seruile, nec de se illicitum maximè si non omittatur Diuina. Nam & ludimus, & Choreas, & nuptias celebramus die festo sine peccato. Ad iustū verò bellum tria exiguntur. Primū, authoritas principis. Secundum, ꝙ iustis de causis suscipiatur. Tertiū, ꝙ sit recta intentio, vel vt bonum promoueatur, vel ut malum vitetur. Quibus sublatis iniquū est bellum. Hoc docet D. Aug. ser. de puero Centurionis. & epistola 149. Bonifacio Comiti consulit, vt iustum bellum aggrediatur. Graui (ait) de pugna conquereris, dubites nolo, vtile tibi tuisque dabo consiliū arripe manibus arma, oratio aures pulset authoris, q̄ non scripsisset, nisi pro comperto habuisset licitum esse nobis bellum. Est ecclesiæ definitio apud Clarum Montem, sub Vrba. II. & Conci. Lat. sub Calisto II. & Lucius III. in Concilio Veronæ. Quid clarius contra hæc noua monstra?

3 *Bellum clericis numquam est licitū manu propria.* T E M. Sunt ad altiora instituti Clerici. & in huius signum Petro dictū fuit. Mitte gladium in vagina. Matth. 26. ideo non licet, imò sunt irregulares. Licet tamen clericis in articulo necessitatis, at non ratione iustitiæ, & si sint tunc irregulares non refert, nam est irregularitas cum præmio æterno. Quando etiam, sequitur victoria pro pace vniuersali ecclesię, licet clericis etiam quòd non adsit publica authoritas, & aliæ conditiones. Exigitur tamen semper iusta causa, alioquin etiam si Papa perciperet libidine dominandi, aut vindictæ, peccaret. Ne ergo Ciuitas, vel exercitus ab infidelibus occupetur possunt pugnare, vt dicitur 23. quæstio. 8. cap. clerici, vel dirigēdo bombardas, & similia. Diuus Thom. & summistę scribunt. 2. 2. quæst. 40. & Caiet.

Obijciunt Hæretici.

Admonet Dominus, vt si quis nos percusserit in vnam maxillam, præbeamus, & alteram. Matth. 5. Ergo non est licitum bellū. Multi multa scribunt, & primo cum D. August. quòd intelligitur quò ad præparationem animi. Ego tamen respondeo, quòd aliud est loqui de quouis priuato homine, aliud de tota Christiana Republica. Debet ergo quisquis ille fuerit, vt priuata est persona, sufferre iniurias, ac omnes contumelias, & sic loquitur Dominus. Vt vero tota fides periclitatur, expugnatur, tenetur resistere, & hoc est, quòd docet ecclesia, cum D. Paulo. Non enim sine causa gladiū portat, Dei enim minister est, uindex in irā eius, qui malum agit. ad Rom. 13. Nec soluitur, quòd illud sit consilium, namque neque Dominus consilium dedit suæ ecclesię, vt non pugnet. Secundò. Deus præcepit diligere proximum, sicut seipsum. Non ergo licet occidere; ò quam magnum argumentum. Nō ergo licebit iustitiæ occidere reū, qui tollit iustitiam, quid remanet? Medicus non diligit, qui pro salute comparāda membrum putridum abscindit à corpore. Præcipit ergo, vt proximum diligamus, & odio prosequamur vitiosos, superbos, & cōtumaces hæreticos. Tertiò. Bellum est plaga, qua nos Deus visitat, ergo non resistendum. Fateor sic nos Deus visitat, ergo non resistendum, quæ consequentia. Nam infirmitate nos visitat, ergo conuocare medicum, medicinas sumere non licet? Visitat pauperes fame, ergo non debent quærere uictum, quis non ridet? Quartò. Arma nostra non carnalia, inquit D. Paul. ergo oratione erit præliandum. Non negat ecclesia, quòd orationibus contra Dei inimicos sit agendum, hinc indulgētias summus Pōtifex elargitur, processiones inhibet, cōuocat ad ecclesiam filios, vt sic uincamus, at non tantum oratione, sed alii gladium expugnare inimicos debent. sic orātē Moyse, Iosue superat Amalech. Exod. 17. Vel dicunt Luthęrani, si non licet pugnare, quare tot fuere bella in Germania annis retroactis tempore perditissimi Lutheri, & aliorum, quare ipsi (in quorum manibus erat cor Ducis Saxoniæ) non reprimebant, non admonebant suos ne sumerent gladium contra nostros. Centuriatores, & Protestantes, quare diebus nostris, & ijs diebus non prohibent suis in Flandria, ut non resistant armis, & non pugnent, quare non docent impudicissimam Angliæ Reginam, ut desistat ab armis?

Licet ergo eis præliari, & non nobis? licet eis nostra eripere, & nobis non tueri nostra, licet eis fideles occidere vi, & armis, nobis nõ licet hæreticos interimere. Hoc videns Erasmus, fuit in causa vt sibi non constaret hac in re. Nam, in institutione principis Christiani ait. At Pontificiæ leges non damnant omne bellum. & Aug. alibi probat. Laudat D. Bernardus milites quosdam. & quid in homine, magis improbanda quam inconstantiæ, nam alicuius dogmatis inscitia ab ignoratione proficiscitur, quæ nonnunquam venia digna est, illud vero ab imbecillitate mentes, leuitateque enascitur, quod turpissimũ est. Dicant Lutherani adhuc, nonne admittũt imperatoriam Maiestatem, certè sua tueri pollicentur, & quomodo resistere poterit inimicis, ac Turcis siue bello, quomodo resisti poterit violentorum hominum potentiæ, auarorum rapinis, flagitiosorum luxurię, superborum contumelijs sine bello? quo pacto vim, sine vi repellemus. Apprehendat ergo Christianus arma, & scutum, & exurgat in adiutorium Ecclesiæ. Scholastici scribunt de bello D. Tho. 2.2. qõ. 40. Biel 4. d. 15. q. 4. & summæ. Paul. Cortesius 3. sent. d. 7. Archidiaconus 23. q. in princip. qui colligit ex Aug. contra Faustum.

Benedab.

Benedictio.

tequam populus comederet. primo Regum 9.b

Benedicit Dauid populo in nomine Domini post reductam arcam, & completis sacrificijs. 2. Reg. 6. d

Salomonem comitantibus in collocanda arca. 3. Reg. 8. b

Benedicit CHRISTVS pueris. Marc. decimo, b

Benedicit Christus panes, & pisces. Matt. decimoquarto b.

Benedicit Apostolis ascendentes in cœlum. Luc. 24. g

Symeon benedicit patri, ac matri IESV. Luc. 24. g

Benedicendum maledicentibus nobis Luc. 6 e. 1. Pet. b

Benedicit Paulus maledicenti. 1. Cor. 4. c

Benedictio.

Benedictiones omnes sunt superfluæ. HAER. Tot ac tanta adducta fuere de benedictionibus, vt Caluinus confutetur, ac Magdeburg: conuincantur qui Idolatras nos appellant. Et de benedictione aquæ diximus supra. & addimus hoc loci ex Clem. lib. 8. de constit. Apost. aquæ benedictionem esse ab Apostolis traditam, & constitutio hæc est. Benedicat Episcopus aquam, aut oleũ Sin vero non aderit Episcopus, benedicat Presbyter præsenti Diacono, dicat autem in hunc modum. Domine Sabaoth Deus virtutum, creator aquarum, & amator hominum, qui dedisti aquam ad bibendum, & oleum ad exhilarandum faciem in exultationem lætitiæ, ipse etiam nunc sanctifica hanc aquam, & oleum, ex nomine eius, qui obtulit, vel aquæ, quæ obtulit, & tribue vim sanandi, & depellendi morbum, fugandi Dæmones, & expellendi omnes insidias per Christum, spem nostrã, cum quo tibi gloria honor, & cultus ac Sancto spiricula Amen.

Ecce quanta sit antiqua huius benedictionis authoritas. Non enim inuenit Alexã. vt Rlingius putat, sed innouauit, vt diximus supra. Nisi enim suo tempore hic ritus fuisset in Ecclesia receptus, non illis verbis vsus fuisset. Nam dicit. Aquam sale conspersam populis benedicimus, imo si ipse huius cultus author fuisset, dixisset. Statuimus, ordinamus (sicut cõsueuerunt Rom. Pont.) aut volumus, siue alio simili, traditio ergo Apostolorum est, vt cum Basilio dicebamus. Et hoc ad effectus dictos.

Nam si nullam haberent virtutem ad qd benedicenda erit. Vel dixit D. Paulus. Quod sanctificatur per uerbum Dei. Sanctificatur ergo creatura. ergo habet virtutem alioquin frustra sanctificatur. Non ergo fit in gratiarum actione, sed sanctificatione. Hanc consuetudinem renuunt, quę in Ecclesia tam Orientis, quàm Occidentis fuit recepta, imo & in Germania, vt synodus Moguntina dicit. tom. 3. pagi. 937. Væterem morem in Ecclesia sequimur, dum salem, aquam, & cæteras quasdã res in vsum fidelium per orationes in Verbo Dei præparamus. Quem morem (audiant Magdeburgenses) nemo repræhendet, qui secum reputauerit Ecclesiam, inter cętera salutis, & utilitatis suæ, tum augendæ, tum conseruandæ pręsidia, etiam exorcizandi potestatem contra insidias Dæmonũ aliasque noxias potestates euertendas accepisse. sed tanta dixisse sit satis.

2 *Benedicere cibos non tenemur.* HAER. Benedicunt Brentiani cibum ad imitationẽ Domini, sed non ex præcepto traditionis Apostolicę. Nos vero benedicimus, quia Dominus ante, & post Resurrectionem benedixit, antequam apponeret Discipulis. Benedicimus quia ex Apostolica institutione habemus, ut testis est. Clem. li. 5. in extrema parte.

3 *Benedicimus ne dum cibos, sed Cathecumenos.* Vt statuit Concil. Arauſ. tom. 1. pag. 623. & Orig. li. 8. cont. Celsum. Vbi gratias egimus, pane vescimur, q vtiq; oratione, & precibus, sanctius quoddam corpus conflatur, q sanè sanctiores hos reddit, qui mente integriore hoc ipso vtuntur. Tale est Cænobitarum institutũ. vt D. Dominico legitur, ac Benedicto, ac Francisco.

4 *Benedicuntur omnia, quæ sunt ad vsum hominum.* Vt apud Augustam tempore inuictissimi Caroli V. fuit repetitum. Nec improbetur benedicto rerum, quæ exorcismis orationibusq; ad vsum hominũ præparantur. tom. 3. pag. 864.

5 *Benedicuntur vestes, loca, & vasa ad sacros vsus.* Vt legitur in eadem synnodo. tomo tertio. pagina 874. Parochi, & quibus

in nostra Dyocesi verbi Dei prædicatio incumbit, populum doceant, loca, vestes, & vasa usibus prophanis exempta, & Sacramentorum Christi ministerio mancipati, ideo consecrari, & benedici ut sciamus nō nisi sacris, & Diuinis rebus vacandum, gratia Dei illic, ceu Diuino numine præsente. Præterea res alias humanis vsibus necessarias in nomine Christi per orationē ministri, & verbum Dei benedici, ut nobis diuina beneficia contra aduersarias potestates, incantationes magicas, fraudes, machinationes inimici pertinaciter nos oppugnantis prosint, & uirtutem concipiunt.

6 *Benedictio nuptiarum laqueum est animarum.* Magedeburgenses Centuriatores. HAERET. Non mirum si Centuriatores non æstimant nuptiarum benedictionem, cum nec recipiant Sacramentum matrimonij. sed si nuptiæ non sunt benedicendæ, Cur Deus primas nuptias benedixit? Legitur enim Genes. 1. Benedixitque illis, & ait. Crescite, & multiplicamini. sicut ergo ab illis nuptiarum copula exordium sumpsit, sic & benedictionem. Hinc Apostoli Diuini Sacramenti cultores, vt res pro dignitate susciperetur, & vt omnia honestè fierēt decreuerunt, vt Sacerdotibus ministerio cum præcibus & oblationibus celebraretur. Hoc docuit Euaristus Roman. Pontif. Alioquin quando sanctius erit nostrum cōiugium infidelium. Rursus dixit Apostolus 1. Tim. 2. saluabitur per filiorum generationem si permanserit in fide, & dilectione cum sobrietate. & D. Ambro. lib. de virginibus docet, quomodo & quibus virtutibus filios erudire debeant, ut eorum meritis delicta sua redimantur. Quid autem magis aptum, quàm quod matrimonium oratione & beneditione publica Sacerdotis sanctificare. Hanc consuetudinem vetustissimam in Ecclesia Orientali, & Occidentali, renouat Concil. Trid. sess. 24. ca. 1. de matrimonij reformatione. Obijciūt Magedebur. Hæc est laqueum potius animarum. At si hoc est verum, oīs lex abrogā est, nisi enim esset lex nō esset peccatū, sed quid dico? Benedictio Dei illaqueat nos, quid absurdius? Orationes Sacerdotis in Ecclesia Laqueū parant. Verum profectò dicunt, sed laqueum diaboli, & peccati, atq nolunt benedictionem Germani elongabitur ab eis. Secundo est idolatriæ vitiū aquam, salem benedicere, palmā, herbas cibos, naues. Nam ponunt fiduciā in creaturis, neque Christus, neque Apostoli hoc fecerunt. At neque hoc probat. Namq; nō rebus illis in se, sed vt per verbum Dei sanctificatis attribuitur virtus illa, & Apostoli tradiderunt, & Christus obseruauit, vt diximus supra. Tertio, ad quid campanas benedicere, ecclesias consecrare, & id genus, quæ omnia sunt Papistarum inuenta. eadē est ecclesia consecrata, & non consecrata calix benedictus, & non benedictus, & corporale. Et hoc falsissimum est. namque per orationes, & benedictiones sanctificatur res illa, vt docet D. Paul. 1. Tim. 4. Quarto Benedicere est Dei beneficia agnoscere, & gratiarum actio potius, quàm ibi sit aliqua virtus. & hoc docet D. Tho. Psal. 27. co. 4. fin. vbi dicit, ꝙ benedicere nostrū est Dei beneficia cognoscere. Hoc nihil aliud concludit, nisi quod nostra benedictione gratias Deo referamus, quod concedo, at ꝙ tātum hoc, & nulla sit virtus in re, per Dei verbum sanctificata est falsum. Nam gratia Dei est illic, ceu numine Diuino presente. vt diximus. Quid ꝙ Sacerdos, dum Eucharistiam conficere vult, benedicit materiam. Adhibet ergo ecclesia benedictiones quibusdam rebus, loco consecrationis. sic Episcopus benedicit vasa, vestes, & omnia quæ ad Dei cultum deputantur. Nec omnis benedicere potest, nec minor præsente maiori. Benedicit tantum, qui habet ordinem ex merito Christi, sed ex proprio merito conuenit etiam Sanctis, & authoritatiue soli Deo, imprecatiue vero, vel optatiue vt cum D. Tho. loquar conuenit omnibus. li. quarto, distinct. decimanona, quæstioue prima, artic. 2. quæstiuncula 1. secundum.

Benedictus, Augustinus, Bernardus, & reliqui omnes damnati sunt, nisi eos pænituerit. Vuitcl. Erasm. Lut. HAER. Sinagogæ Sathanæ immo dissensio, & pater mendatij damnat Viros sanctissimos, quorum cineres alij doctissimi, atque peritissimi venerantur. Damnant Germani sanctos, quia diuitias possidere suis reliquerunt, vt commodius studiis vacare possint, & orationibus, at si eis diuitias condonassent, vt Bacco, ac Veneri totas habenas relaxarent, essent viri sancti. Sed quid demens miror, tuum est Erasme eos lacerare, & dam-

damnare, qui non es de ecclesiæ gremio vestrum est Centuriatores eos blasphema, ri, quos ne dum vestri progenitoris, sed orbis vniuersus recepit. Nec tacuit Concil. Constantiense, imò damnauit hūc errorē. Hoc verò (quòd possessiones tenere Monachis permiserunt) Apostolorum exemplo fecerunt, qui adaugescente cura rerum ad ministrandarum, ne ab oratione, & verbi Dei prędicatione distraherentur, septem Diaconos elegere, viros probatos, qui rebus ecclesiasticis ecclesiæ præessent, ac eas administrarent, vnde in Actis legimus. Nō est bonum nos dimittere verbum Dei, & ministrare mēsis. Moyses quoque vir Deo acceptus septuaginta ex senioribus populi elegit, qui pondus cum illo substinerent in causis cognoscendis, vt liberius Diuinæ cōtemplationi vacaret, & ijs, quæ ad Deum tantummodo pertinent. Marthæ etiam Responsum fuit. Turbaris erga plurima. Trident. Cōcil. sess. 25. c. 20. omnibus libratis, concessit omnibus Monasteriis Religiosorum, tam virorum, quàm mulierum Mendicantium (exceptis domibus Fratrum S. Francisci de Obseruantia, & Capucinorum) vt deinceps bona immobilia possidere liceat.

Beneficia.

Beneficia Dei erga Iudęos facta, vt cognosceretur esse vnus Deus, & solus. Deut. 4. e

Beneficiorum, & afflictionum commemoratione ad mandata seruanda hortatur Moses. Deut. 29. a

Beneficiorum memor Dauid, mittit seruos ad consolandum Hannon. 2. Reg. 10. a. b. c

Beneficia sua taceri iubet leproso Christus. Matth. 8. a

Beneficia curata plura, vnus retinere potest, sine Papæ dispensatione. ERRON. Contra hanc impiam, & prauam hominum cupiditatem est in primis Decretum Alex. tertij Eboracensi Archiepiscopo, tom. 2. pag. 904. Concil. Latera. sub Innoc. III. tom. 2. pag. 957. c. 29. & refertur extra de præbendis. c. de multa. Synodus Dyocesana Augustana, c. 11. tom. 3. pag. 870. Hoc repetit Synodus Trid. sess. 7. c. 4. & c. & sess. 24. cap. 17. Hoc prohibet etiam Cardinalibus, & omnibus in dignitate constitutis. Hoc fuerat discussum in Moguntina, c. 64. tom. 3. pag. 943. Sunt tamen casus, in quibus plura beneficia retinere licet, & sunt quinque. Primus, quando illa sunt parui emolumenti, quod non possint sufficere ad sustentationem congruam personæ, vt in cap. Eam te de ætate, & qualitate ordinandorum. Secundus. Si vnum ex alio pendet, vt ibi dicitur. Tertius, propter raritatem clericorum, vt 21. q. p. cap. clericus. Quartus. Si ecclesiasticæ dignitati, vel præbendæ sit annexa. De præbend. cap. extirpandæ. Quintus. Si vnum beneficium, quis habet in cōmendam, & alterum in titulum. 21. q. 1. ca. Qui plures. Vnde his versibus complectuntur. Paupertas, pendens, defectus. Gratia, seruans, ecclesias retinere duas, dat quodlibet horum. Et si hodie cessent quàm plures. Imò verò duodecim deformitates ex beneficiorum pluritate enascuntur. Prima, quia vix vni seruire, quomodo duabus. Secunda. Vnus solus occupat, quod pluribus sufficere posset. Tertia, qui plura retinet beneficia, habet vagandi occasionem. Quarta. Diuinus diminuitur. Dum vnus loco plurium instituitur. Quinta. Hospitalitas, quam exigit D. Paul. in episcopo. Nam, ita non potest ab vno seruari, sicut à pluribus. Sexta. Ecclesia non adeo honoratur, quando non habet vnum deputatum. Septima. Libertatum, & iurium ecclesiæ deperditio. Octaua. Aedificiorum ruina. Nona. Animarum in cura negligentia. Decima præstatur fomes ad plura vitia. Vndecima, defraudatio earum voluntatum, qui ecclesiā illam fundarunt. Duodecima. Nimis vnus obligatur, dum pluribus seruire studet. Ratio etiam hoc repræhendit. Nam, qui plura beneficia possidere vult, hic agit contra cultum Dei, ac eius honorem, vt explicatum est. ergo malum est, nisi excipiatur ob casus propositos.

2 *Beneficia omni ætate, hoc est pueris, & infantibus conferri possunt.* TEME. Indignum certè est, vt qui pedagogo indiget, aliorum viuat suffragijs, ac sacro altari assistat, & si non potest gaudeat honore, sine labore. Et hunc abusum damnauit Alexand. Tertius, scribens Archiepiscopo Cantuariensi. c. 1. pag. 895. Poterit tamen summus Pontifex dispensare ob aliquam ecclesiæ vtilitatem, quæ expectatur. Causa studii ob idoneorum raritatem, ut olim erat consue-

tum, vel alijs iustis de causis, quas non est nostrum assignare, nec approbare, aut dănare. Absurdum tamen est, & non dispensatio, sed dilapidatio, quòd sine ratione, ac maiori ecclesiæ beneficio, pueri, ac ab vberibus matris pendentes percipiant fructus ecclesiæ, qui nec dum loqui, ne dum horas Canonicas persoluere sciunt, ad quas beneficiati tenentur, ex sessio. 21. Concil. Basil. Hinc Trident. Synodus statuit. Vt ante decimum quartum annum, nec primam tonsuram, nec beneficium obtinere possit.

3 *Beneficia Curata, non omnia visitare Episcopus potest.* T E M E. Eatenus de fide est hoc, quatenus respicit ius Episcoporum, quòd est de iure Diuino. Ideo dixit Concil. Trid. Ad reprimendam Claustralium petulantiam, qui nullo pacto Episcopis esse subesse volebăt, potest ergo quia successor est Apostolum. sess. 7. c. 8.

4 *Beneficia hæreditaria successione conferri possunt.* T E M. Vt omnem Simoniæ imaginĕ abolerent patres, in Trid. Conci. decreuerŭt his verbis. sess. 25. c. 7. Tum in beneficijs ecclesiasticis, ea, quæ hæreditariæ successionis imaginĕ referunt constitutionibus, sint odiosa, & patrum decretis contraria, nemini in posterum accessus, aut regressus etiã de consensu, ad beneficium ecclesiasticum cuiuscunque qualitatis concedatur; nec hactenus concessi suspendantur, extendătur, aut transferantur.

5 *Beneficia cuilibet conferri possunt.* E R R O. Elegit Dominus viros ad ecclesiæ regimĕ, & ideo, qui ad curam ecclesiasticam assumuntur, attendendum est, qualis, & quanti sint meriti. Et in Conci. Basil. statutum est. Decreto 2. Exhortamur omnes ordinarios collatores, quod in conferendis beneficijs huiusmodi præsertim, quo ad dignitatem respectŭ habeat singulariter ad Magistros, nec non licentiatos Baccalaureos formatos in Theologia, tom. 3. pag. 96. colum. 2. in fine. Eodem etiam de corrigendis abusibus, quòd est suggestio Cardinalium ad Paulum Tertium dicitur. Abusus alius maximi ponderis est in collatione beneficiorum ecclesiasticorum, maximè curatorum. & inferius. Curandum est, vt conferantur viris bonis, doctisque, vt per se possint fungi illis muneribus, ad quæ tenentur, insuper illis, quos verisimile est residentiam facturos. Non ergo Italo conferendum est beneficium in Hispania, aut Britannia, aut ècontra. Triden. Synod. sess. 7. ca. 8. Inferiora beneficia præsertim, quæ curam animarum habentia, personis dignis habilibus, & quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere valeăt, iuxta constitutionem Alexand. tertij, & in Later. quæ incipit, quia nonnulli. Et aliam Gregorij Decimi, in Generali Lugdunensi, quæ incipit. Licet Canon. Aliter autem facta collatio, seu prouisio omnino irritetur, & ordinarius collator, pœna constitutionis Concilii Generalis, quæ incipit. Graue nimis, se nouerit incursurum. Rursus, sessio. 22. cap. 2. dicitur. Quid exigatur, vt aliquis in ecclesia Cathedrali assumatur. Hoc ex sacris litteris habemus. Dignus est operarius mercede sua. Luc. 9. & 1. Cor. 9. Qui altari seruit, de altari viuat, sic qui nŏ seruit, qui non operatur, quare mercedem percipere debet? Non alligabis os boui trituranti, ait Dominus. Deuteron. 25. at qui non triturat, non persoluit Diuinum officium, non celebrat sacra quare debet manducare? Et quòd dicimus, apertius ostendit Dominus dicens, vt mittat operarios in messem suam. Luc. 10. at operarij sunt pauci, messis autem multa. Hoc ex vocatione Pauli, & Barnabę, & electione Matthię. Act. 1. & 13. didicimus. & D. Paul. scribens Tim. 1. cap. 33. explicat conditiones episcopi, ac Diaconi. & cap. 5. de presbyteris ait. Qui benè præsunt præsbyteri, duplici honore digni sunt, maximè, qui laborant in verbo. Et vt sint ministri Christi attendendum. sic nos existimet Homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. 1. Corin. 4. Et habere de illis bonum testimonium ab ijs, qui foris sunt, ad Tim. 1. 3. & ex D. Hieronym. 8. quęstio. 1. Licet. Dicitur, qui pręstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior ille eligatur ad Sacerdotium.

Obijciunt aliqui.

Primò. Diuus Paul. habuit curam de omnibus ecclesiis, nam hoc meminit. 2. Corint. Ergo vnus poterit plura beneficia retinere.

Respondeo, quòd nulla est comparatio

Apo-

Apostolorum ad nostros Episcopos. Dico secundò, quòd si pauci sunt sacerdotes, sicut erat tempore nascentis ecclesiæ poterit eo loci vnus plura beneficia, & episcopatus obtinere. Secundò. Multi sunt, qui plures retinent Episcopatus, Beneficia, & simul sunt Cardinales, & Episcopi. Hoc inferius soluam, nec dignitas Cardinalatus repugnat Episcopali, vt littera C. explicabo. Tertiò. Absque alia electione humana fuit D. Paul. vocatus, sed à Deo tantum, ergo & nos. Gal. 1. Dico, quòd si quis à Deo fuerit vocatus, & suam certam reddiderit vocationem miraculis, sicut fecit D. Paul. hic non eget, nisi approbatione ecclesiæ. Quartò. Dominus vocauit fratres ad Apostolatum, qui erant piscatores. At non est absurdum vocare, & nominare consanguineos, quando tanti sunt meriti, & tales erant Apostoli vocati à Domino, quia erant in fide magis firmi. Quintò. Qui accipit beneficium debet recompensare, hoc enim exposcit gratitudo, ergo qui accepit ab aliquo beneficium poterit illi resignare. Dicitur, quòd Diuina non sunt humanis comparanda, nec indigno beneficium conferendum, nec nominandum. Biel disputat egregiè 4. distinctio. 15. quæstio. 8.

6 *Beneficia pauperibus, qui non habeant vnde viuant conferri possunt?* Non est meus animus, dum ex iure refero, quid exigatur; Summi Pontificis authoritatem excludere, quæ in his potest alia multa. sicut & vnum est, quod in præsenti asserto tangitur. Nam decretum est, quod pauperes, nisi habeant aliunde vnde viuant, non possunt ad sacros ordines promoueri, ac per hoc non possint etiam beneficia conferri. Quod est error, aliud enim est ordines eos initiari, aliud conferre beneficia; non potest primum, ne eum mendicare contingat, & ne in Symoniacæ labem incurrat. At dum pauper aliàs probus, & doctus, testimonium habens ab ijs, qui foris sunt, non est alijs inferior, nec paupertas reddit illum indignum, vt ex Apostolorum electione habemus exemplum. Fortia mundi non quærit Deus.

Imò Diuus Hieronym. scribens Damaso, ait. Clericos illos, conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum non suffragantur stipendia, & qui habet bona paterna, non debet assumi, eodem authore, nam sequitur. Qui verò bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt, & committitur, & per abusum talium iudicium sibi manducant, & bibunt. Nec per hoc errat ecclesia dum diuitibus elargitur ac dispensat, quia vt ait Glossa decimasexta quæst. 1. c. fin. Loquitur de illis Clericis. D. Hiero. qui ecclesiæ non seruiunt.

7 *Beneficium ecclesiasticum vxorati habere possunt.* HAER. Cum de celibatu sacerdotum erit sermo, confutabitur hic error, cōtra quem D. Thom. scribit 4. distinct. 37. q. p. 1. c.

8 *Beneficium sine cura petere licet, at non curā.* DOCET. D. Tho. secunda secundæ q. 5. tertium. dummodo sit dignus, & egens quomodo vero peccare contingat in his, sic colligo ex communi Doctorum assensu. Peccat, qui quærit beneficium, vt fiat ditior, vt lautius viuat, vel vt fiat Episcopus. quolib. 9. quæstio. decimaquinta c. Peccat dans beneficium non digno, non tamen peccat, si dat sufficientiori, & non meliori. 2. 2. quæstio. sexagesimatertia. 2. Peccat, qui dat beneficia ecclesiastica indignis consanguineis, non tamen si donat eis de patrimonio, vel quæ lucratus est. articu. 1. c. supra.

At non peccat, si consanguineus fuerit æquè dignus. Imò si dat consanguineo indigno, & intendit aliquod bonum proprium, est simonia inquit D. Thom. q. 100. 5. secundum.

Bestialitas non connumeratur ab Aristot. inter humana vitia, nec à Sanctis, quia est extra numerum humanæ malitiæ, & numerum peccatorum, quę in hominibus reperiuntur, quasi grauius eis; si tamen ad aliquod genus est reducibile, sub superbia locetur, vt ex Augu. docet D. Thom. 2. 2. q. 154. 11. secundum.

Et sicut Bestia, dicitur quasi vastia, & propter crudelitatem, vt docet D. Thom. 1. parte quæst. 72. Et Bonau. 2. dist. 15. circa textum. sic & vitia illa vastant homines. scribit & Gugl. Scotista, libro secundo, distinctione 9.

Biblia.

Bibliæ uulgata æditio non est authentica. H AE R E. Hanc receptam tot annis versionem respuunt Hæretici, ut ad suas nouationes apparentes probationes afferre possint. Hanc legendā renouat Tridentina Synodus, sess. 4. Decreto de editione. Si eam Sancti exposuerunt, imo si eam concilia tot seculis receperunt, si eam ecclesia legēdam proposuit, quid tentāt innouare celestes orbes? Titelmannus fusius hoc confirmat rationibus.

2 *Bibliam, pro suo arbitratu, quisque potest exponere.* H AE R. Hoc decipit multos, qui cum sint uiri peritissimi, ac præstantissimi ingenij, sacra suo intellectu metiri, ac pro suo arbitratu exposuerunt, inter quos non nunquam Cardinalis Caie. Ioānes Picus, qui potius Platonico more opera sex dierum est interpræatus. Quid dicam de Frācisco Georgio, qui in suis Problematibus multa inseruit, quæ an sint non dicam ad scripturæ mētem, sed Sanctorum Patrum, non affirmo. Sancta Synodus, ad coercēda petulantia ingenia, & ut nemo suę prudentiæ innixus in rebus fidei, ac morum ædificatione, statuit, ut in lucem exire non permittantur, quæ non sunt secundum mentem Sanctorum Patrum. Vbi supra.

3 *Bibliæ interpretatio sine nomine potest admitti.* De hoc etiam loco eodē habemus decretum, ꝙ non permittatur.

4 *Bibliam fabulis exponere erroneum est.* Non ergo quærant concionatores, concursum populorum sic diuina tractantes, ut de quibusdam, audiui, sunt enim illi, de quib. D. Paul. ad Tim. Et a veritate quidem auditū auertent, & ad fabulas cōuertētur ac Dei uerbi temerarores, ac uiolatores, ait Cōcilium ibi. Hoc est, quòd dixit Caiet. 22. q. 168. 2. quòd peccant prædicatores dicēdo iocosa recreationis causa.

5 *Bibliam, qui uult exponere ad Hæbraicam. Et linguam, ac codices recurrendum est.* H AE R E. Si hoc esset fides periclitaretur nam Hebręi nostræ legis aduersarij, multo studio, quærunt textum corrumpere Hæbraicum, quod & experientia conspexi, ac expertus sum. Nam Corcyræ postquam ex officio mihi imposito, concionatus sum publice per plures dies de Mysterijs fidei cū illis disputaui, & certe nil habent non uiolatum, non incorruptum, tum potissimum ea, quæ de Aduentu Messiæ uaticinātur. Vt illud Gen. 49. quòd Iacob prædixit. Et Esa. cap. Vndecimum, & alia loca. Et si aliter legatur illud inquit est corruptum a nostris Hæreticis, & Hæreticos uocant, qui relicta Synagoga ad Christum venerunt, & multa sunt nostris exemplaribus contraria. Quod & Euseb. dixit lib. 4. Eccl. Hist. c. 18. Græci etiam scripturam suam extorquēt, ut de illis etiam hoc scribere non uereor. Cum Cretæ essem, ac Theologiam profiterer, sæpius cum quodam Eremita Religionis D. Basilij disputare contigit de ijs, de quibus est controuersia inter nos, & cum ad scripturę dicta ueniebamus, ille respondebat, non sic legendum esse, quòd & de Concilijs dicebat, quod si ego conderem ruerent omnia. Tertulli. aduersus Marcionem hoc idem refert, & Euseb. lib. 5. c. ult. Eccl. hist. & D. Amb. super Lucam. Hierony. in proemio super Epistolam ad Phileponem. Orig. in Com. super Epistolam ad Rom. Et in multis Græcis exemplaribus deest tota illa Clausula ei qui potens est. Et in Concil. Sexto Constantinopoli. Macharius, eiusque Discipuli conuicti sunt, ꝙ in confirmationem sui erroris, Sanctorum testimonia, aut truncarint, aut deprauarint, ut legitur act. 8. Rursus, in Synodo septima act. 4. Ostenditur Icomanichos, ex testimonio beati Nili deprauato non nullis interposuisse. Et act. 5. Ostensi sunt Synodæ libri quidam ab Hereticis deprauati. Quinimo sub nomine Vigilij Rom. Pōt. duos libros productos, & Epistolarum nomine Mennæ, ad eundem Vigilium scriptam titulos ementitos, ac suppositities habuisse eodē concilio palam factum est. Leo etiam Epistola ad Palestinos conqueritur Epistolā, quam ad Flauianum scripserat, à Græcis deprauatam. Hūc Græcorum morem fuisse Nicolaus in Epistola ad Michaelem Imperat. testatur. Non ergo ad Hebraica, uel Græca exemplaria cum sint deprauata est recurrendum, & qui Rabbinorum codicibus adheserunt nullam, uel modicam attulerunt nobis utilitatem. Quorsum Caiet. ad Hebręos confugit in Psalmorum expositione cum antea tot & Sancti Patres exposuissent, ne illa ad uiuum sic resecarunt. Quid indignius quàm Catholicam veritatem a synagoga quæ Deum non cognoscit

gnoscit petere? Illud etiam truncate legũt Rabini. Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit, aligno è quo versu illa verba à ligno, abrasa sunt. Caluini etiam, Melan thonis, Erasmi, ac Georgij Veneti fraudes caueamus, & ad reliqua ueniamus. Obijciunt aduersarij. Authore D. Hierony. ad Marcell. quæ postrema est 2. tom. Multa ex Græco codice emendauit latinam. Et sup Zach. cap. 8. Cogimur ad Hebræos recurrere, ut sciæ veritatẽ de fonte, magis quã de riuulis quæramus, D. Aug. hoc idem do cet lib. 2. de Doctri. Christiana. Damasus Hierony. coegit, ut ex Græco ad ueritatem reduceret nouum testamentum, ut idem D. Hieron. scribit in præfatione super qua tuor Euangelia. At non est difficile respon dere, non enim idem iudicium de eo tem pore, & nostro. Nam tunc non erãt fontes, adeo turbidi, altera quòd erat maxima dis sonantia inter latinas. Vel dicamus, quòd tempore Damasi, & Aug. egerent nostri co dices emendatione, si Hierony. id prestauit. ad quid modo tenemur ad turbidos fontes. Habemus aquam ex flumine, ex cu ius impetu, Dei ciuitas lætificatur. Secũdo: Num. ultim. Editio vulgata habet, quod nemo ducat vxorem nisi de tribu, & familia sua, nec uir nubat alteri, nec fęmina. Quod tamen est male interprætatum. Nam Moy ses hoc non fecit, & Aaron accepit de tribu Iuda Exod. 6. & 4. reg. Vndecimo soror regis Iudæ nupsit Ioiadæ Pótifici. Elisabet cum esset de filiabus Aaron cognata erat Beatæ Virginis, quę erat de tribu Iuda. Dauid duxit Michol filiã Saulis de tribu Beniamin. Beniaminitis vndecim aliæ tribus, iurarunt non dare filias suas, quę ostendunt nulla lege esse prohibitum. At ista non probant falsitatem aliquam in traductione, ut Damas. lib. 4. ca. 15. Euseb. lib. 1. Eccl. hist. ca. 6. Epipha. Hæres. 78. Amb. lib. 3. com. in Lucam. Niceph. lib. 1. cap. 11. Beda lib. 1. in Lucam. cap. 10. Quos ferme omnes sequũtur, & hac ratione dicunt Ioseph ex eadem tribu Beatæ Virginis esse, ideo de ea nó meminit Euangelista, quia erat Iudæos exploratum. Et ne mulieres in genealogia communeraret. Lex ergo verissima est, tamen sic intelligitur, quando mulier succedebat in hæreditate, & erat sine fratribus. Beata autem virgo fratres habuisse nulla tradit historia, ideo Ioseph ex eadem familia nupserat. Ea vero cessante ratione liberum erat matrimoniom, & Leu. 21. Iubetur Pontifex ducere uxorem Virginem de populo suo non de familia, aut tribu. Et Iud. 10. Legitur quòd Tholaa & Abimelech erant consanguinei, quorum unus ex tribu Isachar, alter ex tribu Manesses fuit. Et uir leuites de sorte Ephain uxorem duxit de tribu Iuda iud. 19. & Ioseph lib. 5. antique cap. 6. Non ergo mendax nostra editio, quam arguit Osiander. Eras. & Liran. hac in rem iud. 10. Et tamen Hierony. qui sequitur 70. Interpretes sic etiam legit, ut nos. Secundo arguunt. Vetus latina æditio habet Micheæ. 5. Et tu Betheleem ephrata paruulus es, in millibus Iudę, ex te mihi egredietur &c. Et tamen D. Matth. eandem nominat dicẽs. Bethleem nequaquam minima es. Dicitur quòd hoc parum interest quomodocunque legatur. Tertio. Ex Psal. 7. ver. 12. Nos dicimus. Nunquid irascetur per singulos dies? At Hebraica cõtrarium habet sensum, cui consentit D. Hieron. Dicitur ꝙ nos sequuti sumus. 70. Interprætes qui sic legunt. D. Augu. etiam, licet non ponat interrogationem, tamen eundem sensum continet. Quarto, legitur Ecclesiastes. 9. Nemo scit. Vtrum, odio, vel amore dignus sit. Et tamen multi sciunt, ergo male translatum fuit. Dicitur, quòd & si aliqui sciant erit ex reuelatione, at nó ex se, quis enim scit se esse de numero prædestinatorum. Dico secundo, quòd multa dicuntur disputando, ac proponendo eo libro, non omnia definiendo. Quinto. Cogimur ergo recipere historiam Susannæ, & Bel Draconis narrationem quę non sunt in Hebraicis, & D. Hierony. quasi fabulas deridet in præfati. Super Daniel. Et tamen unam Daniel. 4. aliam 13. nos habemus. Dicitur ꝙ modo est ab Ecclesia recepta, & in Concil. Trid. Et D. Hierony. de se ipso loquens ait. Nunquid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicerent explicaui. Ex ipso ergo soluitur, qui de ea loquitur in lib. Apolog. aduersus Ruffi. Hãc recepit & Orig. ut testis est Euseb. lib. 6. cap. 23. Hist. Eccles. Sexto Matth. 24. transferunt pro fulgore, fulgur. At fulgur non pertingit ab oriente in occidens, ideo male interprætatur. Dicitur ꝙ hic error librarijs est ascribendus, non culpandus author. Dico secũdo, ꝙ quando significant idem, non est quærenda eadem

vox,

vox, sed satis, quòd sit agnata, ac vicina, & proxima, ac simillima ponatur. Sic est in re nostra, nam significare uoluit Domini aduentum, qui subito erit sicut fulgor solis ab oriente ad occidentem & si non subito tamen significat aduentum. Septimo. Ergo cogimur recipere postremũ caput D. Marci, quod Hierony. ad Hedib. quæ. 3. non putat esse necessario recipiendum, & in paucis Græcis legatur. Dicitur, quòd hodie sine controuersia est recipiendum. Octauo. Historiam adulteræ Ioan. 8. Hierony. non recipit, nec Chrisos. exponit, & Euthimius licet exponat, tamen in exactioribus exemplaribus non legitur inquit. Et Euseb. l lib. 3 dicit esse additam. Respondeo quòd hodie habet authoritatem, & ponitur in codicibus Græcis, & Latinis ad fidelium ædificationem, ut D. Aug. ac Theophilact. dicit. Nono. Omnes esse resurrecturos, at non omnos morituros ex dicto D. Paul. ad Thess. 4. & D. Tho. super eundem locum, nam die aduentus Domini, nos qui uiuimus, qui reliquimur &c. nulla interueniente morte sunt iudicandi, & tamen idem 1. ad Corin. 15. ait omnes quidem resurgemus, sed nõ omnes immutabimur. Dico quòd locus D. Paul. ad Corin. legitur apud Græcos, & in uulgata editione alio modo. Nam dicitur omnes quidem nondormiemus, sed omnes immutabimur. Et utraque lectio ab illis tenetur, & à Doctoribus sic anceps relinquitur, at nos uulgatam sequimur, nec aliqnid contrarium est inter ea dicta. Decimo. Ergo omnis diligentia Iuniorum Pagnini, & aliorum damnãda est. Dico, quòd Ecclesiæ non est necessaria, quæ iam iudicauit æditionem uulgatam tantum esse canonicam, à quo fuerit non refert, illud certum est, quòd est à Spiritu Sancto inspirante. Non ergo damnantur industriæ aliorũ, si conueniant cum Ecclesia, nec repudiatur studium linguarum tam Græce quam Latine, quòd in Viennensi Cõcilio fuit statutum. Nec tamen amplius opus est recurrere ad archetypum unde transslata fuit, quoniam iam est discussa millies. Vndecimo. Non est legendum iu Psal. Minuisti eũ Paulòminus ab Angelis, sed à Deo inquit Faber. Hoc uero facile conuincitur. Hoc. n. tantũ grauissimis authoribus est contrariũ, & Ecclesiã accusat, uerum & D. Paul. 1. ad Heb. sic interpretantem. Indocte itaq; & incõsultè repræhẽditur editio. Hoc demum est oĩ diligẽtia aĩaduertendum. Quod in libris Canonicis illud est translatum qñq;, quod sensum reddit, nec uerba tm̃ sunt numeranda, sed sensum sensui comparãdus. Namque nostra editio Esa. 1. dicit. Cũ fueritis uelut quercus. At ela, uox Hebræa magis Therebinthum arborem, quam quærcum significat. Tamen quærcus posita est arbor omnibus, & populis, & gentibus manifesta. Rursus. Psal. 101. pro Pellicano in Hebræo habetur lira, pro nictorace Rerom, & tamen diuersimode exponitur, nã Hierony. Onocrotalum 70. Pellicanum, & tamen prima vox non est latina. Demũ Ion. 4. alij concurbitam, alij hederam uertunt. Sic ergo dummodo eadem res significetur, non restringitur religio illis uerbis, quando ex uicinis, uel proximis, & similib. remanet idem sensus. Et quandoque quoniam id forte non potest fieri remanet eadẽ uox, & usurpatur à traductore. Vt illa Raca, & Osanna, & similes occurrit, & aliud pro sacrę scripture intelligentia obseruandum. Quod ea, quæ sunt in sacra scriptura, sunt in triplici differentia apud Iudæos. Lex Prophetæ, & hagiographa, qualia sunt Sanctorum uirorum scripta, ut sapientia Eccl. connumerant & Danielem Hebręi. Sic nos scripturam distinguere possumus, in Canonicam, Agiographam, Hipogripham. Primi generis sunt, quos recipit Ecclesia, & ex eis sumitur argumẽtum in rebus fidei. Secundi generis sunt, quę nõ habent canonicam authoritatem, sed tamen publice legit, Ecclesia ad ędificationẽ fidelium, ut sunt uolumina eorum Sanctorum, quorum doctrinã probauit Ecclesia, sicut sapientia, & Ecclesiasticus apud Hebræos. Tertij generis sunt apochrypha, ut de infantia saluatoris. Et de his alias. Non sunt tamen in sacris literis aliqua tertij generis, nec Susunnæ, nec hymnus, de quo Conc. Iolet. 4. c. 13. affirmat, quòd tota Ecclesia recepit.

6 *Bibliam omnino reiciendam putant Suenefeldiani.* Et tm̃ satis est diuina inspiratio, ꝙ certe Hæreticũ est. Nã D. Paul. ad Rom. 5. Quæcunq; scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt. Itẽ. Nõ uoluntate humana allata est aliqñ Prophetia, sed Spũ Sancto inspirati loquuti sunt Sãcti Dei hoĩes, & 2. Tim. 3. oĩs scriptura diuinitus inspirata utilis est

ad

ad docēdum. Tenete ait ad Teſſal. ſiue quę audiſtis per Epiſtolā, ſiue per ſermonē. Et alibi millies in ſacris literis. Hæc fuit Boſo li Bogomilorū hrſis, qui ueteris, ac noui teſtamēti libros repudiāt, quaſi ꝑ adflatū Satanę ꝑſcripti utſcribit Cōſt. Aarm. Hiſt. 19.

7 *Biblię textus, ac litera tantū eſt authoritatis, et reiciēdi tot ſunt expoſitores, ac gloſſæ.* Luther. H AE R. Si Lutherani exoſculantur ac recipiūt ſuorū Doctorū dicta q̄ nil aliud ſunt, niſi expoſitiones ſacri textus, quare nō legūt, ac recipiūt, quos eccleſia tenet. Si ſuperflua ſunt q̄ à doctorib. dn̄r, ad quid infudit Deus ſapientiā Salomoni, q̄ diſputauit ſuper lignis à Cedro, uſq; ad Hiſopum. Itē quare dedit ſeniores cū Moſe, ut ſi q̄d eſſet ambiguū dilucidaretur. Quid eſt q̄ dixit Dn̄s, labia ſacerdotis cūſtodiūt ſciam, & legem requirā ex ore eius. Et Apoſtolis quare infudit oēm ſciam, & Sol, ac Sal terræ nominant. Quare & D. Petrus, ac Paulus, in ſuis Epiſtolis ueterē legē interprætātur. Et alios dedit paſtores, & Doctores, ut docet idem Apoſtulus. Quid quod litera muta eſt. Veneremur ergo Sanctorum Patrū interpretationes, & ſi academia Philoſophorum recipit ſuos expoſitores, & nos non debemus reicere noſtros.

8 *Biblia uulgari lingua eſt omnibus permittenda.* H AE R. Eſt maxime cordi Hæreticis ut propter plebeios eſſet biblia in uulgarē ſermonem conuerſa, & non mirū ſi apud ſunt, quòd eſt commune Hebræis, qui hiſtorias ſacras, quaſi abſolutiſſimi Theologi memoria tenent, & tamen quomodo ſit intelligenda non vident, ſed pro ſuo quiſque arbitrio interpretantur, & liberum cuique eſt ſentire utrumlibet, quo euenit, ut totā Bibliam ab Eccleſia receptiſſimā refutant. O ſapientes fidei reparatores, totiuſque Eccleſiaſticæ diſciplinę moderatores optimi melius illis eſſet id ſentire q̄ antiqui eorum progenitores Catholici expoſuerunt, quam omnia obnubilare. Recte Gerſon tract. de cōione, ſub utraq; ſpē. Hrſes Pichardorū, ac pauperū de Lugduno inde pullulatas cōtēdit. Cōſulto eccleſia, & Trid. Synodus, nō oīb. ſed pijs legendā permittit, de licētia Epiſcoporū, & inq̄ſitorū, ut regula 4. dr̄. Quod vero obijcit D. Chriſ. dictū ſupra Glo. 3. Sermo Xp̄i habitet in uobis, ubi hortatur oēs ad ſtudiū Bibliorū. Nihil eſt cōtra nos. Namq; & Eccleſia optat, ut oēs ſint tales, ut illā legere poſſint, ſimplices, honeſti, & ad hoc ſtudium omnes hortatur. Prohibet vero, quoniam aliqui ſuo ſenſu eam exponere tentant, ac eis ruinæ occaſio datur.

Bigamia.

Bigamia nemini eſt prohibita. H AE R. Fuere in omni lege Bigami non inficior, in lege naturæ. Lamec. Gen. 4. A Et Eſau, Gen. 26. G. Lamech tamen, qui fuit ſeptimus per Cayn habuit primus duas vxores, & refertur, 31. q. 1. C. quomodo. Fuit in lege Moſaica vxorum pluralitas. At in lege nāę vetita, vt ſimul quis duas alat uxores. Bigami ſunt apud nos irregulares, ut ꝓbat Concil. Aurel. ca. 1. de Bigamis, & priuātur officio eorum ordinatores. Bigamia uero, qua incurrit in irregularitate, quadruplex eſt. Prima, cū quis habet plures uxores de ſuc ceſſione. Cū ſimul hēt plures uxores unā de iure, aliam de facto, cum plures habet ſucceſſione, unam de iure, aliam de facto, & quando uiduam ducit in uxorem, ut D. Tho. Scribit 2. 2. q. 108. 4. ſecūdum. Nō tñ cauſatur Bigamia, ſi deſit conſenſus in matrimonium, nec incurritur per cōtractum matrimonium cū corrupta niſi ſequatur copula carnalis cognoſcens ēt uxorem uiolatam per uim, etiā coactus ab eccleſia eſt bigamus. At cognoſcēs uxorē, cū qua prius fornicatus fuerat, nō eſt bigamus, nec irregularis. Nec cōtrahēs, aut cōſumās cū uxore mortua, & poſtea ſuſcitata. Hęc D. Tho, 4. d. 27. q. 3. Dr̄ vero ea rōne irregularis, q̄ a Chrs unicā hēt ſpōſam Eccleſiā, q̄ mrimoniū ꝑſentat. Vna eſt colūba mea. Cāt. 6. Deſpōdi uos uni uiro uirginē caſtā. 2. Cor. 11. & Canon. 17. Apoſtolorū, qui ſic ait. Duob. cōiugijs copulatus poſt baptiſmū, aut q̄ cōcubinā habuit, nō pōt eſſe Ep̄s, uel Præſbyter, uel Diaconus, uel denique Clericus.

2 *Bigami poſſunt ſine Papæ diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri.* H AE R. Innouat pęnas Bigamiæ Trid. Concil. Nam diſt. 22. c. Propoſuiſti, & Concil. ſeſſ. 23. ca. 17. Scribit Pal. pœnas Bigami. Prima nūdatur, omni priuilegio Clerical. Secunda priuatur tonſura clericali, excepto quòd ſi religionem profiteant. Tertia, non poſſunt ferre habitū clericalē. Quarta, nō ordinant niſi diſpē ſatio-

satione. Quinta non est capax beneficij ecclesiastici. Hoc uero est ratione signi incontinentiæ. Hoc obseruatum fuit a Sanctis. Vt legit in uita D. Eusebij. tom. 2. Fol. 187. Schol. 4. Et in uita S. Ioã. Eleemos. Eodem tomo folio. 32. Schol. 4. Hoc docuit Sozimus Papa Epistola 1. ad Hesychium Epm Salonitanum. Bigamus ad hos gradus pôt admitti. Epiphan. Her. 59. contra Catharos. D. Amb. epistola. 8. 82. ad Vercellensẽ Ecclesiam. Qui autem intrauit cõ iugium culpam quidem nõ habet coinquinati, sed prerogatiua exuitur sacerdotij. Hęc Amb. & Petr. Damia. epistola 12. Non possunt ob suam intemperantiam, & typum Christi uiolant.

3 *Bigamia tollitur per baptismum.* Huius rei causam aliam assignare non possumus, ut docet Scotus. Et D. Aug. sequuntur Scholastici, & habetur 28. q. 3. c. Acutius. D. Tho. 4. dist. 27. q. 3. 2. Scot. 4. dist. 33. quæst. 2. Qui dicit, quòd non est eadem ratio de homicida ante baptismum, nam non est irregularis homicida, sed bigamus, & hoc ex Ecclesiæ statuto. Palud. 4. d. 27. quæst. 4. Ricard. 4. dist. 17. q. 1. art. 4. D. Hierony. opinio epistola ad Oceanum, quòd possit ordinari, qui habuit duas uxores, unam ante baptismum, & alteram postea (& qui hoc negat Cainam hæresim appellat.) Innocentius, 28. ubi supra reicitur, & etiam ab Augustino.

4 *Bigamus non potest per Papam dispensari ad sacros ordines suscipiendos.* HAERET. Non est de iure diuino irregularitas, quæ per bigamiam incurritur. Vnde Romani Pontifices dispensarunt, & Lucius Papa cum Episcopo Panormitano, quæ tamen nisi exigente necessitate non fiat, inquit Ricard. Rursus, si bigamus ordinaretur esset uerũ sacramentum. Ergo irregularitas poterit dispensari. Nec facit de bigamo non bigamum, sod remanet impedimentum, sicut cũ homicida dispensando, non facit illum non fuisse homicidam, sed tollit, quod obstabat. Quod uero ait D. Pau. sit unius uxoris. Respondeo quòd hoc præceptum est inulgatum à D. Paulo ut Ecclesiæ prælato, in quo potest dispensari, non tamen ut à Christo traditum, de quo uerbo scriptura 10. ad 7.

Blasfemia.

Blasfemia non est peccatum. HAER. Ne in re aperta ludamus oleum, ad grauiora pergamus, hoc enim nec Hæreticus unquã affirmaret. Nam à Deo negare ꝙ conuenit, uel affirmare ꝙ nõ cõuenit, quis insipiens diceret non esse peccatũ, & secũdũ peccatum, grauius est primo. Erit tameu ueniale si fuerit ex lapsu lingue, sine consensu. Et grauissimum omnium peccatorũ, licet quo ad nocumentum homicidium sit grauius. Et si fuerit ex deliberatione oritur ex superbia, sed ex perturbatione oritur ex ira. Dr̃ peccatum in Spiritum Sanctum, q̃ est cõtra Deitatem, uel contra attributum eius. Et est quandoq; ex ore, corde, & opere. Et est contra primum, uel secundum p̃ceptum decalogi. Vt D. Thom. p. 2. q. 100. II. c. & 2. 2. q. 13. & pertinet (ut hic dicitur) ad genus infidelitatis agrauans eam. Imo si est contra primum articulum fidei dicit Blasfemia hæreticalis & qui sic sæpe blasfematur est suspectus de hæresi. Quę fusius Iud. inquisitorum. Verbo. Blasfemia.

2 *Blasfemia est à Deo, ne dum a Papa irremissibilis.* HAER. Eo quia Dominus dixit, ꝙ non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro, acceperunt aliqui occasionem errãdi, ꝙ nullo modo possit deleri. Euthymius dicit, ꝙ uerba Domini sunt cõminatoria, quia adeo graue est scelus, ut neque in hoc seculo, neq; in futuro mereatur remissionẽ, sed eius pęna in hoc seculo initium sumat, & non terminabitur in alio,
Ri-

Ricard. de sanc. Vict. in libello quem edidit de spiritu blasfemiæ. Interprætatur Domini verba non de culpa, sed de pœna. Alex. de Ales 3. par. dicit peccatum in Spiritum sanctum esse irremissibile per contrarietatem. Tribus namque modis est peccatum irremissibile. Negatiuè, vt peccatum Luciferi, quòd nulla conditione dimitti potest. Priuatiuè, vt omne peccatum mortale, quoniam nullum peccatum habet vnde possit remitti. Et contrarie, ut peccatum in Spiritum sanctum, qui remouet à peccatore vñ pęniteat, ac doleat. scribit plura D. Chris. ho. 1. ad populum Antioch. D. Aug. epist. 50. ad Bonifacium Comitem. D. Greg. 4. dialog. cap. 18. de puero quinque anno. qui blasfemauit & mortuus est. Damas. Epis. vel Petrus Dam. episto. 4. cap. 13. Refert de quodam Bononię, qui cum esset ad mensam, & gallus fuisset allatus tritus, dixit. Nec D. Petrus, si uelit reintegrare non posset. Dixit alius plane, nec Christus, & statim gallus viuus, & plumis coopertus exiliuit, alas percussit, & cecinit, plumas concussit totumque liquamẽ super eos, qui conuescebantur aspersit. Hactenus ille.

Bonum.

Bona omnia non sunt à Deo. HAER. Hoc impugnant Philosophi omnes, namque à prima causa omnia pendent, & in vnoquoq; genere datur vnum primum alia mensurans, ac producens, vt 2. Diu. Aristot. docet tex. 4. & Eccl. 11. b. & D. Paul. Quid gloriaris quasi non acceperis. & Iacob. Omne datum optimum, & donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum. Lact. de vero cult lib. 6. cap. 6. fusius. Prosper. Regiensis Episcopus epistola ad virginem Demetriadem. Si quis est, qui aliqua existimet habere bona, quorũ author non est Deus, hic spiritum Dei non habet. Et hoc certum est apud omnes.

2 *Bona opera non sunt necessaria ad salutem.* HAER. Multa eruntlittera O, repetenda pro confutatione Lutheranorum. Hoc loci, hæc testimonia satis est adducere. Primum ex Psal. 36. Declina à malo, & fac bonum. & 33. Diuerte à malo, & fac bonũ inquirere pacem, & persequere eam. Iob 4. & recesserimus à bomni peccato, & fecerimus bene. Ecclesiast. 3. Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à peccato, & in operibus iustitiæ successus habebit. Ad Roman. 12. Odientes malum adhærentes bono. Chrisost. Psal. 4. super ea verba. Sacrificate sacrificium Iustitiæ. Non sufficit si à malo abstineamus, sed oportet etiam ad bonas accedere actiones. D. Augus. ser. 59. de temp. Neque hoc solum tibi pręcipitur vt vestitum suis non expolies indumentis, sed vt spoliatos operiaris tuis. D. Bernard. ser. 1. in Penthec. Quia mandatum accepimus, vt declinantes à malo faciamus, quod bonum est.

3 *Bona opera nostra facta in gratia nõ merentur vitam æternam.* HAER. Non est huius loci, nec temporis, hoc conuincere, sed inferius littera o, Opera.

Brutum.

Bruta vigent ratione, veluti homines HAER. Manichęus. Videas Lector, in quam foueã incidat qui pro suo arbitratu sacras litteras interpretatur, vt se Brutis similem velit nolit efficiat. de quib. Psalmographus: Homo cum in honore esset, non intellexit comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, quos admonuit alio loco. Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus. Homo ergo solus imperat, & præcellit, atque superat cæteras animantes, solus notitiam sapit. Bonæ Deus, quid absurdius dici potest? quid, quod magis cum vniuersa phylosophia pugnet potest excogitari? Clamant Phylosophi, iique præclarissimi, specie differt homo, ac Brutum. Homo arte, & rationibus viuit, animal memoriis, & imaginationib. ait Arist. in proœmio Metaph. Hominem ad Dei imaginem factum docuit Moses. Lact. de ira Dei lib. 1. cap. 7. Sed ne nimis sit prolixa ratio, & operam ludamus ad alia, quę sequuntur properemus, & si multa in hunc locum referre graue non esset, sed Lectori molestũ. Id tamen non negamus, eis inesse aliquam similitudinem prudentiæ, & cognoscere aliquo modo finem. Hoc voluit Aristot. 2. Phys. auscultationis. Nam non eligunt vnam herbam, uel fugiunt lupum, ex electione, vel cum schola directiue, & impatiue, sed imꝑfectè cognoscunt,

scunt, & habent quandam participationē prudentiæ, & æstimationem naturalem, qua Grues Ducem sequuntur, & apes obediunt Regi. Mouentur enim ab intelligentia non errante, sicut sagitta, & horologiū. D.Tho.1.2.q.13. 2. secundum, & tertium. 1.par.q.96.1.tertium. Caiet.par..2q.6.1. & 2.2.q.110.1.& 3. cont. Gent.c.16.& 81. Ferr.sed de physicis disputauimus.

C

Cain.



CAin nascitur. Gen.4.a
Cain ægrefert sua munera non accepta fuisse Deo, sed fratris inde occidit ipsum. Genesis quarto, b
Cain dehortatur Deus ab occidendo fratre. Gen.4.b
Cain maledicitur & desperat. Gen.4.b.c
Cain profugus habitat ad Orientem. Gene. quarto, c
Cain filij. Gen.4.c
Cainam ætas 900. anni. Gen 5.b
Cain quare occidit fratrem. 1.Io.3.b.c
Cain via Iuda fuit quæ. Iudæ. d
Cain est adorandus. HAER. Licet meum sit institutum omnem amouere lapidem, ne errare contingat, tamen omnia explodere, quæ perspicua sunt, in longum nimium cresceret volumen, & legenti tædium potius quàm vtilitatem afferret. Hunc errorem. Direct.Inquis.2.par.q.6.nu.15. ca.fi. S.Anton.4.par.tit.11.c.7.Turrecrem.lib.4. par.2.cap.34.redarguunt. & cum sacra historia apertè doceat illum fuisse obstinatum, & ab omnibus reprobus iudicetur stultum est illum venerari.

Caiphas.

Ad Caipham mittitur Christus. Matt.26.f
Caiphæ interroganti fatetur Christus se esse Deum. Matt.26.f
Caiphæ prophetia. Ioan.11.g

Calceamenta.

Calceamentum de pedibus soluit Moses in monte. Exo.3.b
Calceamenta in pedibus comedentium agnum Paschalem. Exod.12.b
Calceamenta non sunt attrita Iudæis ambulantibus per desertum 40. annis. Deuteronom.29.a
Calceamenta soluere dicitur Iosue. Ios.quinto, d.6.a
Calceamentum soluere, quid significat. Ruth 4.b
Calceamenta portare non possumus, sed nudis pedibus ambulandum. HAER. Qui bona supererogationis facit bene operatur, & sic qui ad pœnitentiam suorum delictorum scalceati incedunt. At quod sit necessariū vnicuique hęreticum est. Nam & in vetere lege homines calceati ibant, & Ezec.24. Calceamenta tua erunt in pedibus tuis. & Apostolos misit Dominus calceatos sandalijs. Obijciunt. Non peram, neque duas tunicas, neque calceamenta ait Dominus. Matt.10. Nam hoc fuit ad tempus, vt cognoscerent, quòd nihil eis deficiet vt supra diximus. Direct.Inquis.par.2.q.6.num.30. S.Anton.4.par.titu.11.cap.7. Turrecrem. lib.4.par.2.cap.34.in fi.

Caleb.

Caleb, & Iosue terram promissionis laudant coram populo, quos ipse vult lapidare. Num.14.d
Caleb hortatur populus, vt descendat in terram Canaam. Num.13.d
Caleb promittitur terra Canaam. Num.14.d
Caleb sperat futurum, vt gigantes debellet, si Deus secum fuerit. Ios.14.b
Caleb filius Iephone, sibi postulat promissam hæreditatem. Ios.15.c
Caleb sors. Ios.15.c
Caleb habitatio. Iud.1.
Caleb laudes. Eccl.46.b

Calix.

Calix est superuacaneus in Missa. HAERE. Calicis vsum ex Cœna Domini habemus, & dicitur calix ait Alb. à calore, quia calorem charitatis accendit, de quo Dauid. Calicem salutaris accipiam. Sumitur trifariam in sacris litteris. Primò pro vase aureo, vel argenteo. Secundo pro passione, vnde dicitur. Potestis bibere calicem. Tertio, pro poculo in calice contento. vt, Hic est calix sanguinis mei. De primo est sermo, de quo D.Clemē. ad Iacobum fratrem

crem Domini. Calicem vero ad perferendum sanguinem Domini præparatum cũ tota munditia ministerij minister preparet, ne non bene lotus calix Diacono fiat peccatum offerenti. tom. 1. pagin. 42. col. 2. Iulius etiam Papa decreto septimo. idem affirmat. tom. 1. pag. 346. col. 1. & habetur de cons. dist. 21. c. cum anno. Hoc in Concilio Bracarensi fuit institutum. tom. 2. pagi. 272. col. 1. Gregorius etiam Papa Augustano scribens dicit. In Missarum autem solemniis, illud obseruandum est, ꝙ Dominus noster Iesus Christus, Sanctis suis tribuit discipulis. Accepit namque Calicẽ, & dedit eis dicens. Hic calix noui testamẽti est in meo sanguine. Luc. 22. b. Vnde cõgruum non est duos, vel tres Calices in Altari ponere, cum Missarum solennia celebrantur. Hactenus Gregorius. Hoc idem scribit Bonifacio. tom. 2. pag. 441. col. 1.

2 *Calix de omni materia esse potest.* TEM. Scandalum profecto, ac res indigna Christianis, quod in mensa Dominorum sint ciata, ac omnia argentea, & in mensa Domini sint ligna, & fictilia. Hinc præcipitur, de cons. d. 1. c. vasa, ꝙ non sit ex ære, auricalco, ligno, vitro, lapide, sed ex auro, argento, uel stanno. Hoc scribit D. Thom. 3. par. q. 83. 3. 6. & Pal. 4. dist. 23. q. 2. 5. & talis est usus ecclesiæ.

3 *Calix non est ab Episcopo benedicendus, aut Abbate, si ex consuetudine habet, nec oleo purgari Chrismatis.* TEM. Id, ꝙ inficiantur Lutherani est ex ordinatione Syluestri, vel potius reformatione, nam benedictiones, vt diximus ex traditione Apostolorum habemus. Quam consecrationem non perdit dum est integer, & deauratus, sed quando principalis forma destruitur. Remota. n. forma dolatræ, non remanet dolatra, nisi æquiuoce, ait Arist. 2. de anima. D. Thom. 2. 2. q. 58. 11. c. & si benedictiones fuere in lege naturæ Moysi, & nostra, quare sacra uasa non sunt benedicenda.

Calumniare aliquem non est peccatum. HAER. Quoniam calumnia est falsa impositio criminis. Vel etiam est defensio criminis per mendacia, fraudes, & dolos, profecto utroque modo erit peccatum, ac ne dum diuino, sed naturali iuri aduersa. D. Tho. 2. 2. q. 63. 3. & 69. 3. c.

Cambium, quomodo, ac quando sit peccatum. Nõ est præsentis loci, ubi non instruuntur Confessores, nec mercatores, & ab alijs neotericis, ac recentioribus est tractatum, & nouissimè à peritissimo Theologo Thoma Boninsigneo Dominicani instituti.

Campana.

Campanæ vsus in Ecclesia est superstitiosus. Her. Lut. Eras. Nemo est, qui sua pro rei dignitate, & splendore agere non uelit, sed diebus nostris audiuimus, & perspeximus, Germanos, Flandrenses, Gallos omnia ecclesiæ ornamẽtá, ꝙ tempore D. Aug. à Donatistis in Aphrica, & posterioribus sæculis in Bohemia à Vuicleuistis, Hussitis, & postea à Luteranis esse solo æquata. Omnia enim euerterunt, combusserunt, proh dolor, dum hæc scribimus perpetruntur in Flandria, & Pisis vidimus à negociatorib. delatas. Illi namq; populariter de prelatis Ecclesiarum ornamentis, & supellectili, quæ Dei sunt prætio vendiderunt, & omnia sunt occupata nephandissimorum hæreticorum scelere, opera, ac culpa. Campanarum nunquam sonitus adeo obstrepuit illis populis, quod suo clamore campanarum tinnitum, ac somnum vicerint. At si rẽ cõsiderent non superstitiose, sed ob tpum, ac Christicolarũ (Dei nutu) opportunitatem, sunt introductæ, & qua via, quo cõmodius est populus ad sacra peragenda cõuocandus, fortè clamorib. vt impia secta Maumethana obseruat? Nonne iussit Deus fieri tubas ductiles argenteas, ad quorum sonitum corruerunt muri Hierico, & eis Sacerdotes conuocabant populum ad rem diuinam, & alia muuera obeunda. Diem iuditij præuenient Angeli cum tubis ad electos conuocandos a qnatuor ventis, vt Dominus cõmonet. nõ ergo temere à Paulino Nolano Eps sunt adinuentæ, & eius industria est earum usus in ecclesia. Ante uero campanarum vsum lignorũ strepitu (quẽ iu Parasceue retinuit Ecclesia) conuocabãtur populi. Nam legimus in Concilio Niceno de miraculis Sancti Anastasij Martyris. Cuius cum Sanctæ reliquiæ ciuitati appropinquassent omnibus res ea fuit declarata & significata. Itaq; lætitia magna perfusi, omnes surgẽtes subito, lignaque sacra pulsantes, inuicem obuiam facti sunt venerãdæ virginis Deiparæ Aede, quæ appellatur noua. Tom. 2. pag. 508. col. 2. De campanarum vsu legitur in vita Hictę Abbatis. to. 2. fol. 460. scho. 5. Quod hęc tunc in dormito-

rio sororum pausans, audiuit subito in aera notum campanæ sonum, quo ad orationes excitari, vel conuocari solebant. Hactenus, ibi.

2 *Campanarum sonus superfluus in morte hominum, & ad tempestates expellendas.* HAER. Aduersatur hoc Erasmi dictum consuetudini antiquę omnium Ecclesiarum, tam enim in Oriente, q̃ Occidente est peruetustus mos sonandi campanas hijs de causis qui ergo impugnat cęremoneas & cõmunem morem Ecclesiæ, qui ad Dei cultum pertinet, hic est hæreticus. Derident hæretici viros sapientissimos, ac prudentissimos, campanarum sonum in exequijs, & quod etiam earum sonitu, ac strepitu aer caliginosus discutiatur, tempestates arceãtur, & nequissimæ potestates aereæ detrudantur. At nos validiori ratione eos deridere possumus. Nam, & si incorporeæ sint substantiæ à sensibus semotæ, torquentur tamen igne, & carcere clauduntur inferni, sic & cruciari, vel expelli poterunt campanarum sonitu. In mortuorum exequijs excitantur amici ad defunctos subleuandos à miseria, ac pro eis præces fundẽdas, multaque similia, quæ ne in longum protrahatur oratio missa facio.

3 *Campanę non sunt benedicendæ.* TEM. Omnia vana arbitrantur Luthęrani, quæ ad Dei exteriorem cultum attinent. Benedictio verò campanę, sicut & aliorum quę ad Ecclesias pertinent antiqua est, quam repetitit synod. Colon. tom. 3. ca. 14. dicens. Benedicimus campanas, vt sint tubæ Ecclesiæ militantis, quibus uocetur populus ad conueniendum in templum, & audiendũ verbum Dei. Clerus vero ad annunciandũ mane misericordiam Dei, & veritatẽ eius per noctem, vt per illarum sonitum fideles inuitentur ad præces, & vt crescat in his deuotio fidei, quamuis etiã alio respexerint, videlicet ad dæmones tinnitu Campanarum Christianos ad næces concitantium terreantur, quia potius præcibus ipsis territi ascendant, illisque submotis fruges, mentes, & corpora credentium seruẽtur, vt procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimicorum, fragor, grandinum, procellæ turbinum, impetus tempestatum, & fulgurum temperentur, infesta tonitrua, & ventorum flamina suspendantur. spiritus procellarum, & aereæ potestates prosternentur. Breuiter vt audientes confugiant ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium, & ante Sanctæ Crucis uexillum cui flectitur omne genu. Hæc Concilium.

Candelabrum.

Candelabri vsus est superstitiosus. Luth. HAE. Ex synagogæ institutione accepit ecclesia candelabri vsum. Nam erit in tabernaculo, ut dicit Exo. 26. g. & eius forma describitur Exo. 25. c. d. Ac eius situs, Exod. 40. c. Eius vero fabricatio ponitur Num. 8. a. Et Exo. 36. e. Salomon ẽt fecit in templo candelabrũ, sic. Nemo. n. accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super cãdelabrum. Hoc ergo utitur ecclesia, quia sicut populum Israel, dũ exiret Aegyptũ, præcedebat columna ignis, sic nos candelabrum. In vita Fœlicis Martyris habetur. to. 2. fo. 110. schol. 33. & dĩ Alij pũctis accendebant lumina ceris.

Candela.

Cãdelarum etiam vsum in Ecclesia hyppocritarũ est. Luth. HAER. Aegris oculis odiosa lux est, quę puris est amabilis, inquit D. Augus. sic nec mirum, ꝙ filij tenebrarũ odio habeant lumina, quę Sancti semper approbarunt. sicut enim Iudæos columna ignis præibat, sic nos lumina. Accendũtur enim sæpe Cerei ante sepulchra, & reliquias Martyrum, atque Sanctorum. Vbi primo gloria Dei, & Domini queritur. Dum enim Euangelium canitur ascenditur in signum exultationis, & lætitiæ, ꝙ liberati sumus de tenebris peccatorum. Accẽdimus Sanctis, quia eorum vita, & doctrina fuit lumen nostrum. Hoc legimus Sanctorũ exẽplis obseruatum. Nam in vita D. Fœlicis Martyris. to. 2. fol. 110. schol. 14. dicitur. Lumina ceratis adolentur, adora papyris, nocte, dieq; micant, sic nox, splendorq; diei fulget. Hoc idem legimus in uita D. Greg. Papæ. to. 4. fol. 59. schol. 34. & 94.

2 *Candelarum benedictio est superstitiosa.* Luth. HAER. Creatura omnis per verbum Dei sanctificatur, vt ex D. Paulo diximus, hinc candelarum benedictionẽ deridere, est ei repugnare, ac Ecclesiæ, & Sanctis repugnare. scribit de hoc Episcopus Gallesius Dominicanus, breui sua disputatione.

Canon.

Canon Missæ reijcitur ab hæreticis. Hoc tempore sat erit admonere, ꝙ de Canone Missæ scribit D. Amb. li. 4. de Sacram. c. 6. D. Aug. epist. 118. D. Cypr. li. 1. epis. epis. 9. Alia, verbo

bo Missa. explicabuntur.

Canones Apostolorum nullius sunt authoritatis.

Certant Theologi vsque in præsentem diē de authoritate Canonum Apostolorum, & varie, & lubrice super hac re proferunt sententias, & nihil certum habetur, nisi ꝙ Turrianus, longa oratione eos exponit, ac tuetur. Gratianus varius est distinct. 16. in princ. Quidam omnes recipiunt, alij omnes reijciunt. Alij, vt Isidorus, ac Leo Papa Nonus ad Michaelem Patriarcham, contra Niceti Abbatis, epist. 50. tantum approbant. Zepherinus vero Papa in episto. ad Episcopos per Siciliam constitutos sexaginta. Concilium vero in Trullo, hoc est in secretario Palatio Imperatoris Constantinopolitani. canon. 2. recipit. Anacletus in epist. prima aduersus accusatores Episcopos. & in epist. 2. Alex. Papa & Martyr in epist. prima. Iulius Pontifex epist. 2. Eleuterus Papa de accusat. Zepherinus in epis. secunda. Concilium Nicenum. Patres eos receperunt. Dionys. epist. ad Demophilū. Basil. lib. de Spiritu sancto. Cyprian. lib. 1. epistolarum ad Cornelium. Athan. epistola ad Ortodoxos. Cyrill. hom. 10. Paschalis. Epiph. tom. 1. lib. 3. Dam. lib. 4. de ortodoxa fide. Hieron. ad Damasce. quæ est c. si. 16. q. 1. Aug. epist. ad Cassulanum. D. Tho. etiam 2. 2. q. 105. 2. in sed contra. Quidam vero, ea ratione aliquos apochriphos censent, quoniam canone vlt. referuntur libri canonici, non numerat Tobiam, & Ecclesiastem, sed & tres libros Machabæorum, quem Concil. Flor. nec Tridē. recipit. Ideo putant aliquos canones esse additos ab hæreticis. De synodo vero Trullana, quæ recipit non curant, eo quia non est approbata, & multa dicit contra Romanam Ecclesiā, vt suo loco dicam, & licet sexta synodus sit recepta, non tamen Trullana, quæ edidit canones sine authoritate. Laborat Turrianus, vt est videre, vt omnes vendicet à Lutheranis. Nec tamen qui & quot sint recipiendi, est ab Ecclesia statutum. Ego vero puto hæresim esse eos omnes reijcere, quoniam tot sancti Patres receperunt. De numero vero adhuc sub iudice est.

Cantica Canticorum.

Cantica Canticorum non est computandus inter libros sacros, sed est impudici amatoris cantilenæ. HAER. Hæc hæresis fuit olim confutata à Philastro, quam renouauit Lutherus, & ante eum Anabatistæ suscitarunt. Tamen Apostoli hūc in canone computarunt. Concil. omnia Flo. Trid. Origenes in prologo. Basi. in principio Prouerb. Hieron. super Ecclesiasten, in principio. D. August. pluries, tom. 8. super Gen. ad litteram cap. 1. dicit totam esse figuratam orationē. D. Bernard. D. Tho. & Liran. & Hugo Cardinal. eam interpretantur. Author fuit Salomon, vt placet Orig. & alijs. Describitur eo libro, Dei, & populi Israelitici Amor. Totus est contemplatiuus ille liber, & ad amorem Cęlestiū, ac Diuinorum nos hortatur. vel vt habet D. Augus. hic liber totus amores Sanctos Christi, & Ecclesiæ figurata loqutione comendat, & prophetica pronunciat altitudine. Nominatur Canticū, quòd significat Epitalamium, siue carmen nuptiale, de coniunctione Christi, & Ecclesiæ. Dicitur Canticorum, quia alijs omnibus præfertur. Vnde Orige. in hom. priori in Cantica. Beatus, qui intelligit Cantica, & canit ea, multo beatior ille, qui canit Cātica Canticorum. Cāticum vero à psalmo differt, quia canticum lætitiam indicat. Psalmus vero, quia cantatur ad Psalterium quo vsus est Dauid. Quod vero obijciunt hæretici. Quia ad amorem inflammat. Nō vident quòd non sunt ad litteram sic ea verba exponenda, sed sunt similitudines, quibus animus inflammetur. Quæ enim sponsa habet caput, vt mōs Carmeli, oculos similes piscinis magnis, quæ sunt in Esebon, nasum, vt turrim, quæ respicit contra Damascum, dentes sicut greges ouium, collium, sicut arx Syon, ex qua Clypei mille dependent, & similia, quæ cum dicta sint à Salomone viro sapiētissimo, ad mysticam intelligentiam sunt reducenda, ac exponēda, & ad animæ nuptias referenda. Hic liber sex habet expositiones. Prima, exponit de amore Salomonis, & Filiæ Pharaonis, siue Abisag Sunamitidis. Secunda, de amore Salomonis cum Republica Iudæorum. Tertia est, quòd tractet de amore inter sapientem, ac sapiētiam, mutuo colloquentes. Quarta, quod de amore Christi, & Ecclesiæ loquatur. Quinta, quòd de amore, & animam, & Deum. Sexta de mutua colloquutione Christi, cum Matre sua sanctissima. Dicitur ergo Canticum Canticorum, sicut & sancta Sanctorum sabbatum Sabbatorū, vt præ alijs Canticis pro-

fundiorem illum continere sermonem intelligamus, vt exponit Philo Episcopus Carphathii, cuius expositio (absit iniuria verbo) aliis est præferenda. Fuit tamen ab antiquis decretum ne qui adolescentium legerent Geneseos librum, ac partē pariter Ezechielis Prophetę, vel Canticū Canticorum, & cætera talia in quibus, & generationes, & actus, & nomina quarundam sunt mulierū. Hæc Prosper de vita solitaria contemplatiua, li.3.c.7.

Cantus.

Cantum in ecclesia damnat. Hilarius, Aerianus, Valdēses Vuitclef, & Eras. HAE. Adeo insanuit Vuitclef, ut Sacerdotes in Ecclesia cantantes, Sacerdotes Baal appellauerit, sed huius explicare pergamus. Nam cantus a natura est congenitus, ob quam caussam organa, & quæ ad vocem formandam exiguntur sunt in homine ab ipsis incunabulis. Hoc testantur hymni, & cantica à vatibus antiquissimis ædita, ad ea quæ colebant celebranda, quibus eorum laudes decantarunt, vt Orphei, Musæ, Aschrei, Pindari, & aliorum qui eos sequuntur. Nō ergo ex Iudaica lege ortum habet cantus, nec modulatio. sed sicut sacrificium offerre ab ineunte ætate consuetum fuit, ut de Abelo, Cayno, Noe, Abrahamo testatur sacra Genesis, sic Deo decantare. Quod ex sacris litteris ostendo. Primo itaq; Exo.15. a. habemus, quòd cantant Moyses, & filij Israel Domino, gratiasque agunt de victoria contra Pharaonem. ex Deut.32.a. Moyses cecinit canticum Deo. Ob susceptum filium, Deo cecinit Anna 1.Reg.2.a. Dauid cantores ordinat, eorumque uices, & sortes. 1.Paral.25.a. Recensetur Iud.5.a. Canticum Deboræ, & Baruch post victoriam contra Sisaram. Canticum Zachariæ, ac Gloriosæ Virginis scribitur. Luc.1. e. f. In ortu Saluatoris auditi sunt Angeli cantantes. Gloria in excelsis Deo. Pueri cantarunt. Benedictus, qui uenit in nomine Domini. Christus dominus suo exemplo hoc docuit, cum post cœnam, priusquā montem ascenderet hymnum dixit, cum Apostolis. & hymno dicto exierunt in mōtem Oliueti, inquit Matt.26. Hymnus vero est canticum cum laude. Paulus, & Sylas carceribus inclusi alta uoce Deum laudabunt, ita vt à custodibus audirentur. Act.16. Quid? quod Angeli non cessant quotidie clamare: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Esa.6.& Dauid Psal.83. Beati, qui habitant in domo tua Domine in secula seculorum laudabunt te. Et Cantica Canticorum quid aliud est, & Psalmi vniuersi. D.Paul. ad Eph.5. hymnis, & canticis spiritualibus. & Psal.149. Laudent nomen eius in choro, in tympano, & psalterio spallant ei. sic laudabant Dominum Dauid, quando arcam reducebatur de de domo Aminadab 2.Reg.6. & in Apocalyp.5. Vidit D. Ioannes, viginti quatuor seniores habentes singuli cytharas, & Phialas, & cantabāt canticum nouum. Dignus es Domine aperire librum. Ex vtroque ergo testamento habemus cantum. Concilia hunc approbarunt. Tob.4. cap.12. sicut orationes, ita, & hymnos ad laudem Dei compositos, nullus vlterius improbet. tom.2. pagina 200. & Concil. Agatense. c.30. Quia conuenit ordinem Ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri statuendum est, ut ubicunque (sicut est fit) & post antiphonas collectiones per ordinem ab Episcopis, uel Præsbyteris dici & hymnos Matutinos, uel Vespertinos decantari diebus omnibus. In Synodo quoque Romana sub Gregorio Magno dicitur. Ministri Altaris in hac sede cantare non debent, solum Euangelium inter Missarum solemnia exoluunt Psalmos, & reliquas lectiones per Subdyaconos, & per minores ordines exhibeant. Sancti Patres semper approbarunt cantum. & D. Aug. 9. conf. affirmat, a Beato Ambrosio institutū, cui D. Th. subscribit 2.2.q.91.2.c. Testatur quoque Pli. li. x. epis. Christianos solitos esse, statuto die ante lucem conuenire, carmemq; Christo adinuicem, quasi Deo decantare. Quod ex gestis Sanctorū comprobatur. In vita D. Marci Euang. to.1. schol.7. Rursus in vita S. Simeonis dicitur. Nisi hoc solū ꝙ antelucanos hymnos Christo cuidam canerent. In vita Apostolorū Petri & Pauli schol.17. legitur, Pia pompa munitur, hymnus Deo Romanis, barbarisq. concinentib. publicè canitur. De S. Egnatio tradūt, ꝙ audiuit Angelos hymnos decantantes, quem ordinem reliquit Antiochenæ Ecclesiæ. Nulla ergo ratione prohibendus est cantus. Obijciunt 1. Veri adoratores in spiritu adorabunt. Io.4. Deuota igitur oratio sit oculta, ac silens. At quid significant Saluatoris verba, nisi rñsionem queſiti

siti mulieris Samaritanæ, vbi esset adorandum. Quid ergo affinitatis habet, ꝙ Deus non in monte, vel alio loco sit adorandus, sed spiritu, quia hoc primum exigitur, nec excluditur uox. Secundò. Ad quid mortua organa, quæ potius conueniunt choreis. Dicitur, quòd animum ad Dei laudem excitant, quasi fullones ignem. Tertiò. Clauso ostio ora patrem tuum admonet Dominus. Non sat Erasme verba, in medium adducere, sed qua intentione sint dicta expendere opus est. Sic Dominus, dixit intra cubilum orandum ad vitandum hypocrisim, & contra hypocritos tunc temporis loquebatur. Nā alias dixit. Vbi fuerint duo, uel tres cógregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quartò. In Canticis spiritualibus docuit D. Paul. at Cantica Papistarum inuentum. Nos etiam damnamus cantus abusionem, cum Diuo Paulo. Quintò, orantes nolite multum loqui. Neq; hoc dictum damnat cantum, & melodiam, sed Ethnicorum, & gentiliū reprobat opinionē. Sextò. Elias deridet prophetas Baal, q clamabant. 3. Reg. 18. ergo nec clamare debemus. Hoc refellitur ex eo, quia nō ut clamantes tantū deridet Elias, sed quia clamabant, quasi Deum esse in monte putātes, & non audire. Remanet sancta ecclesiæ cōsuetudo, de qua Euseb. li. 2. c. 12. hist. eccl. dicit, ꝙ unus in medio surgens dicebat uersum, & reliqua multitudo, quæ sequebātur. hist. Trip. li. 6. c. 37. scribitur de Publia Virgine, quę in domo sua Virgines cantantes detinebat. Dion. Areop. lib. de eccl. Hier. par. 2. Tertull. in apologia. c. 30. S. Hieron. ad Damasum. Basil. ad Clericos Neocesf. Gregor. Nazianz. in oratione Synodali. D. Augu. 8. Conf. c. 6. D. Ambr. hymnos ecclesiæ cōposuit. Beda, Hom. Dominicæ inf. oct. Epiph. Raban. in li. de Institutis clericorum. c. 76. Isid. lib. Etymol. c. 34. Cum itaque ecclesia uniuersa recipiat cantum, & Moyses carmen Deo cecinerit, & Maria soror eius in tympano cum cæteris mulieribus. Canebant sacerdotes iugiter coram Domini archa. Paternum institutum de cantorib. ędificato templo pulcherrimo adduxit, ac illustrauit sapientissimus Salomon. Quid de baccharis Erasme? Quid è contra modulando uelut anser inter clores, nostrum deturpans chorum tuis cantilenis, ac detractionibus aduersus tot testimonia. Vel si cātum prohibes, cur non linguam cohibes? Institutus est in ecclesia cantoris officium, & est ut officium benè correctū habeatur, & libros corrigere, ut ex Isido. dicitur dist. 21. c. 1. & D. Antonin. 3. par. ti. 20.

2 *Cantare lætanias superstitionis est.* HAERE. Antiquus mos ecclesię est lætanias canere, ut testis est D. Basi. ad Clericos Neocesf. epistola 62. Et Liberius Papa, pro liberatione a fame, & peste in rogationibus cantari instituit.

3 *Cantare obscęna licet in ecclesia.* HAERE. Hæc ex diametro pugnat cum superiori, illa omnem cantum prohibet, hæc omnem recipit, quod est erroneum. Nam Antisiod. Concil. Cano. 9. dicit. Non licet in ecclesia choros secularium, uel puellarum cantica exercere. Nec conuiuia præparare, quia scriptū est, domus mea Domus orationis uocabitur. Matth. 21. tom. 2. fol. 185. col. 1. Hoc etiam uetat Sennonense, cap. 17. tomo 3. fo. 757. Nempe, quod Psalmodia mature, & distinctè peragatur, ac musicus cantus, organorumque modulatio ad deuotionem excitans, non lasciuiam in ecclesia exhibeatur. Hoc idem in Concil. Treuer. pagi. 957. colum. 1. tom. 3. Concil. Tridenti. sessio. 22. Decreto de celebratione Missæ. D. & sessio. 24. de reforma. cap. duodecimo. D. Hieronym. hunc damnare uoluit ad Ephe. 3. & D. Augusti. 10. Conf. Cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quàm res, quæ cantatur moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem. Absit ergo lasciuiæ cantus, impudicus, & īhonesta modulatio. Tātū. n. cantare licet, q̄tū excitat deuotionē communem. Nunquam tamen lasciuia ad deuotionem etiam excitandam, nam sacrilegum est, & non sunt mala facienda, ut eueniant bona. Nec organum etiam, aut alia instrumenta musicalia, immo tempore D. Tho. non erat eius usus, sic nec hodie est in capella Romani Pontificis. Caiet. 22. q. 91. 1.

Caput.

Caput ecclesiæ est tantum Christus, non Papa. HAER. Horum hominum ignorantiam explodam infra littera P. Papa. Quo loci eorum hæresis condemnabitur, qui dicunt ecclesiam esse inuisibilē; quia Christus tantum est caput illius, ut D. Pau. 1. ad Cor. 11.

dicit. Omnis uiri caput Christus est, & caput Christi Deus. Non excludit Apostolus summum Pontif. alioquin ad quid quęsiuit Petrum, & cum ipso alijs conferebat. Abij, inquit ad antecessores meos Apostolos, de hoc alibi. Hic recolo, ꝙ caput principale Christus est, de quo ad Ephe. 1. quẽ dedit caput super omnem ecclesiam. & 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, & 1. Pet. 2. & ad Eph. 2. In ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Est autem caput ministeriale, de quo Dominus Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Matth. 16. Nec plura in præsentiarum.

Cardinalis.

Cardinalis non est à Christo institutus. ERRO. Pauci sunt, qui rem hanc discutiant, & ex eis analytice colligam, quæ digniora sunt. Cardinales, dicuntur, quasi Cardines terræ. Et primò dicuntur Cardinales, quia ecclesiæ Romanæ tantum seruiunt. secundò, sicut cardine regitur ostium, sic Ro. Pôti. eorum consilio gubernat. Tertio, dicuntur Cardinales, i. principales, quia sunt principales, qui cum summo Pontifice disponũt regimen ecclesiæ. Figurantur Cardinales Exo. 18. & in nouo testamento sub nomine Apostolorum, & in primitiua ecclesia dicebantur presbyteri urbis Romæ. Fuerunt à Domino instituti, cũ dictum fuit. Vt sedeatis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Luc. 22. & D. Paul. ad Eph. 1. Vnicuique nostrum data est mensura donationis Christi, & quosdam dedit Apostolos, alios Prophetas, & per Apostolos accipiẽdi sũt Cardinales. De his in Synodo Romana tẽpore Syluestri, ac Magni Constantini dicit. ca. 7. & sic Syluester clara uoce dicebat ad Coepiscopos, ut à Subdiacono usq; ad Lectoré, oẽs subditi essent Diacono Cardinali urbis Romæ, in ecclesia honorem repręsentantes eidem. tom. 1. pagi. 277. testatur Isid. Petrum Apostolum, sibi assistentes sacerdotes, & Diaconos elegisse, de quorum numero fuit Linus, Clemẽs, Cletus. Linus rursus crescente ecclesia præsbyteros decẽ & Episcopos undecim consecrauit, quem imitati sunt Clemens, Anacletus, ac Euaristus, q ecclesias urbis presbyteris designauit. Marcell⁹ aucto iã numero, titulos 25. diuisit, ut Baptismo, ac sepulturæ cõsulerent. Cardinales itaque olim urbis præsbyteri, & Diaconi dicebãtur, sed mutato nomine sic uocantur (ut tradunt historiæ) quorũ altera sub Syluestro, sub Põtiano, ac sub Marcello possumus uidere. Stephanus Papa, hoc nomine usus fuit, dum cõstituit, ꝙ nullus eligatur Põtifex, nisi ex Cardinalibus. De his dist. 78. c. oportebat. Assistunt ergo Pontifici, sicut Apostoli Christo.

2 *Cardinalis dignitas cuiq; conferri potest.* ERRO. Prouidet Basil. Concil. sess. 24. dicẽs. Necesse est, ut tales instituantur, qui sicut nomine, ita re ipsa cardines sint sup quos ostia, uniuersales uersentur, & sustentẽtur ecclesiæ. quod & Trid. innouat. sess. 24. c. 1. de Refor.

3 *Cardinalatus est ordo ab alijs distinctus.* ERRON. Nullus alius ordo sacramentalis est, quam quos recensot ecclesia, quatuor minores, & tres maiores. Si tamen pro iurisdictione sumatur, sic ordo dici nõ inconuenit.

4 *Cardinales, non debent, aut possunt ex omni natione assumi.* ERRON. Potest Papæ, ut docet D. Bern. ex una patria omnes assumere, non tamen decet, ne sit acceptio personarum, ideo de toto orbe sunt eligendi, nam sic seruatur iustitia, & unitas, Hoc dixit Concil. Basil. tom. 3. pag. 84. sessio. 23. qui de omnibus Christianitatis regionibus, quantum fieri commodè poterit assumantur, & Trid. sess. 24. cap. 1. Quos sanctissimus Roma. Pontifex, ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos repererit assumet.

5 *Cardinalis sine alia dispensatione plura beneficia curata retinere potest.* ERRO. Ne ex pluralitate beneficiorum, quæ sunt curata oriatur scãdalum, statuit Trid. Synodus, ut unum tantum uni conferatur. sess. 24. c. 13. Alioquin apparet manifesta inęqualitas distribuentis, cum Clericis benemeritis, non distribuuntur, ut decet.

6 *Cardinalis non potest esse Episcopus.* ERRO. Sunt qui dicant ista duo se compati nõ posse, ut legitur to. 4. pag. 821. de corrigendis abusib⁹. Quoniã Cardinalis debet Summo Pastori, ac Põtifici assistere. Epi uero munus est pascere gregẽ personaliter. At nihil efficit hoc. Potest nãque Summus ad totius ecclesiæ utilitatẽ dispensare à residentia, &

secun-

secundum, quod utile iudicauerit exequi. Hanc consuetudinem obseruat ecclesia, & Doctores approbant.

7 *Cardinalis non potest iustis de causis à Papa priuari, ac puniri.* ERRO. Sūmam Pontificis Romanæ potestatem, hoc ét cóplectitur. Vnde & sæpius legimus eos fore priuatos, ac punitos. Si Episcopus suum Clerum arguere, ac iuxta criminum grauitatem punire, quare non poterit etiam summus Pontifex Caieta. tamen 2.2. quæstio. 30.2. tertium, dicit, quod melius est tollerare. Si quando tamen contra eos agendum, exiguntur testes 44. si fuerit præsbyter Cardinalis. Si Diaconus uiginti octo, ut ibi docet.

8 *Cardinalis nullam habet authoritatem.* HAERE. Non vnius prouinciæ custodia est de mādata, sed totius orbis, & hoc de iure Diuino, ideo Summo Pontifici assistunt, ut dicitur. 2.q.6. c. Decreto. D. Bernard. de consideratione ad Eugenium Tertium. Hi quoque tibi continuo assistunt, seniores populi, orbis iudices. Quare dicuntur Cardinales, nisi quia Cardo, a Cardiran, quòd est cor, quia sicut cor ipsum hominē mouet, & regit, sic isti ecclesiam. Vel sicut quatuor uirtutes Cardinales sunt, quibus clauditur ostium uitiis, sic quatuor sunt Cardinales omnia negocia ecclesiæ, & orbis D. Anton. & Canonistæ omnes. & Concil. Tridenti. sessio. 25. Decreto de Refor. & sunt vltima uerba.

9 *Cardinalatus dignitas est ne alijs præferenda?* Probat multiplici rōne, quod alias dignitates excedat Turre Crem. li. 1. ca. 81. Primò succedit loco Apostolorum. Secundò ad eos pertinet cura totius orbis, ergo sicut Archiepiscopus pfertur episcopo, qa est amplioris iurisdictionis, sic Cardinalis aliis. Tertiò iudicant Epos & alios oēs, ut apparet, & dignior est, qui iudicat, q̄ qui iudicatur. Quartò. Cardinales dicunt̄ pars corporis Papæ, ac eius coadiutores, ut in c. decreto. 2.q.6. Aliis uerò hoc non concedit̄. Idē apparet ex Trid. Synodo loco citato. Sicut ergo Seraphin ardentes dicuntur, qa Deo propinquiores, sic sunt Cardinales. Si uero fiat comparatio, quo ad ordinem, sic Episcopus dignior est Cardinali Diacono, at non quo ad alia, immo Cardinalis Diaconus iudicabit causas Episcoporum. D. Anton. & Turre Crem.

10 *Cardinales sunt æquales inter se.* TEME. Ad quid concedere confusionem in nobilissimo illo Senatu. Nonne unus prior alio? & sicut tempore, sic dignitate, quia erit nonnumquam Episcopus, alius uerò Diaconus. Rursus collegium distinguitur, quia aliqui sunt Episcopi, alii presbyteri, alii uero Diaconi, sic & Apostoli, non omnes Christo assistebant, accipiunt uelo pileum rubeum, in signum ardentis charitatis, & repræsentant statum perfectorum, non perficiendorum. Augu. de Ancona. lib. de pot. eccl. q. 102. Correspondet ordo Ecclesiæ militantis, ordini ecclesiæ triūphantis. Nam sunt in illa, in primo Seraphini. in secundo ordine Cherubini. in tertio Throni. sic Hierarchia Cardinaliū. Episcopi, Præsbyteri, Diaconi. Amore ardentissimi, in rebus discutiendis sapientissimi, & qui pro equitate omnia iudicant. D. Anton.

11 *Cardinales non sunt in statu perfectionis.* TEME. Si Episcopi sunt in statu perfectionis, ut omnes concedunt, quare non Cardinales, qui quo ad statum sunt perfectiores, ac nobiliores Episcopis, quia sunt eorum, ac totius orbis iudices, ac Apostolorum successores, quod eorū uestes, & habitus suadet. Hoc dicitur D. Aug. authoritate, & habetur 2.q.7. Quāquam secundū uocabula, quæ usus obtinuit, episcopatus sit p̄sbytero maior. August. tn̄ est Hieronymo minor, & sunt uerba D. Aug. & in multis rebus Aug. Hieronymo minor. lib. 1. aduersus Iulianū Pelagianum. c. 2. Quod uero dicit D. Hier. quod Diaconis sunt præferendi præsbyteri. 93. legimus. loquitur de Diaconibus in aliis locis, uel ut Diacones sunt sic Cardinalis inferior est Episcopo.

12 *Cardinales Episcopi non possunt per Papam, à residentia dispensari.* ERRON. Eget hæc propositio declaratione. Nam quædam sunt secundum se mala, ac semper, ut conferre ordines indignis, consecrare non virgines, ecclesiasticos prouentus dispensare. Nonnulla sunt mala propter aliud, hoc est propter mala, quæ inde nata sunt sequi, & non residere, quia tunc lupus rapit, & dispergit oues. Quod si de probo uiro, ac idoneo prouideatur, poterit eo casu Cardinalis dispensari, eo uero magis, si incumbat totius ecclesiæ utilitati, eo tempore à summo Pontifice emanans (nō

fenore mendicata) ad Diuini cultus incrementum, ac salutem animarum toleranda erit. Nam non est quærenda personæ vtilitas, sed Ecclesiæ, nec quid vni, sed qđ multis est vtile, vt D. Paul. docet. 1. Cor. 10. & S. Bernard. ad Eug. lib. de consid. Non sum, inquit, tam rudis, vt ignorem vos positos dispensatores in ædificationem in destructionem. Deníque quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Vbi necessitas vrget, excusabilis est dispensatio vbi vtilitas prouocat, dispensatio laudabilis est, vtilitas dico communis, nõ propria, nam cum nihil horum est, non dispensatio sed crudelis dissipatio est. Hucusque Diu. Bern. & Concil. Tridẽ. sess. 23. cap. 1. de refor. ait. Abesse non possunt, nisi ex causis, & modis infrascriptis. Hoc Concilium.

13 *Cardinalium collegium mortuo Papa nullam habet potestatem*. HAER. Duæ sunt extremæ opiniones hac in re. Nam Host. dicit quòd tunc collegium habet potestatẽ vniuersalis Ecclesiæ, ne remaneat sine Pastore, & capite. Alij omnem adimunt potestatem. Ego vero, ne in æquiuocis errare contingat, vt sæpe euenit distingeo. & dico quòd authoritas quo ad iurisdictionẽ, & quo ad formale non remanet, & ea quæ Petro ac successoribus conuenit. At remanet sicut in radice, sicut enim ramo abscisso remanet virtus, sic & Papa mortuo, vnde eligunt Papam, & condunt leges ad mores ecclesiæ si opus fuerit. & hoc est, quòd Dominus dixit. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi, & Apostoli, vt exponit D. Aug. ibi, non erant permansuri vsque ad consumationem seculi, sed in persona omnium sequentium eos, ipsis loquutus est, tanquam vni corpori Ecclesiæ. Nec tamen sine capite. Nam Christus est principale caput. Rursus, saluatur, quòd dicitur. Sacerdotium Christi manet in æternum. Nam manet quo ad electionem, & in alijs Sacerdotibus, & vt in radice, & potestas, quo ad materiale, & si desit quo ad formale. & hoc habetur ex dist. 77. ca. ieiunium. & 97. c. 1.

14 *Cardinales non repræsentãt Apostolos*. Nostri confutant hoc dictum. Nam de Cardinalibus dicitur. Narrabo nomen tuum fratribus meis, & dicuntur principes. Constitues eos principes super omnem terram. & cum Papa constituit Cardinales dicit. Estote fratres mei, & principes mundi. & & similia, vt sæpius repetitum est. & D. Augus. se dixit in multis Hieronymo inferiorem qui erat Cardinalis. Et alio modo repræsentant Apostolos, q̃ Epi faciant. Nam epi succedunt, vt dispersi per orbem, quod fuit post Ascensionem. Cardinales vero, vt assistunt Christo quales Apostoli fuere ante Passionem, & Ascensionem D. Antonij Cum ergo Apostolis succedunt, & de illis canat Ecclesia. Gloriosi Principes terræ, iure optimo Cardinales principes nuncupari possunt & quid ad me, de curialium vsui, & si eos principes appellare non consueuerunt, ut in c. 1. §. præfatis itaque nuncijs. de iure iurando, in clem. Capist. in speculo clericorum. pag. 9.

15 *Cardinales debẽt esse pauperes*. HAER. Ad Ecclesiæ conseruationem & dignitatẽ optimo iure retinent diuitias, sic & Abrahã ditissimus fuit, sic Gregorius fuit, sic Ludouicus Rex Galliæ, & alij Sancti quamplurimi, & Ecclesia quæ errare non potest, & cõcilia approbant, & nemo nisi hæreticus hoc inficiatur, qui tamen dum eos carpũt, retinent in Germania viri scelestissimi omnes ecclesiæ redditus. Vtilis tamen est mentalis abdicatio. Cum iusta rerum temporalium possessione. Iniquum, ac passiuum est scandalum laicorum dum vident diuites Prælatos. Nam si tot dabantur decimæ leuitis in antiqua lege, quare ministris noui testamenti non licebit? vt scribit Caiet. 2. 2. 1. p. 87. 2.

16 *Cardinalis si peccat non Christi, sed diaboli est minister*. HAER. Si Cayphas impius, ac simoniacus qui erat Pontifex anni illius, fuit tamen Pontifex, si Aaron idolatra, & alij tanti, & si peccatores ministerium tamen non amiserunt, quare Euangelici ministri, si quando à tramite recto discedent, perdunt omnia bona, ac dona, vt Vuitclef putauit, de quo alibi. littera M.

17 *Cardinales mortuo Papa possunt statuta illius reuocare*. HAER. Nulla est potestas supra Papam, vt suo loco demonstrabo, & cum minor in maiorem non possit. Et tractatur hoc in Clem. de electione, capitu. ne Romani. Vbi præfigitur collegij authoritas, quod sede vacante, nihil permittitur nisi camerario. Dicunt ergo perdit Ecclesia iurisdictionem. Dico quòd remanet in Christo, perdit ad tempus.

Car-

18 *Cardinales nō possunt tractare de electione Papæ.* ERRON. Si ardua, ac difficilia cadunt sub consilio, si in alienatione rerum mobilium Ecclesię consulunt, ac discutiũt, alias alienatio nulla est, vt dicitur 12. q6. 2. Alienationes, quare non poterunt in re tãti ponderis simul conuenire. Rursus, dist. 23. In nomine. Dicitur, quòd mortuo Papa Cardinales simul diligentissima dilectione tractantes ad consensum nouæ electionis accedant. & extra de elect. c. in Genesi.

Dicitur, quòd electio non reputatur in qua tractatus non præcedit, & collatio non fuerit facta de persona numeri ad numerum, & zeli ad zelum, & tenentur obseruare, quod præcipitur, in 6. de electione. Vbi periculum.

19 *Cardinales si in electione moram trahunt perdunt ius eligendi.* ERRON. Peccant Senatores illi præstantissimi, si expectant, vt idoneus moriatur, vel alia causa iniusta intentione, at si congruis de causis protrahitur electio, nec peccant, nec perit ius eligendi. Nam mora non reddit absolute actum iniustum, imo nunquam honestũ, ac sanctum.

20 *Cardinales non habent ius eligendi Pontificẽ.* HAER. Antiqua est institutio, vt Cardinales Pontificem eligant, vt dist. 63. ca. ego Ludouicus. Fuit Romanis Imperatoribus olim hoc concessum, quia erant deuoti Ecclesię, & ingrediebant contra schismaticos & hæreticos, vt dicitur dist. 23. in nomine, q. 63. Arianus. & c. in synodo. sed quia abutebantur hac facultate, fuit ablata. Hoc ad Cardinales tantum pertinet. Extra de elect. cap. licet. Ac duę partes votorum ad electionem exiguntur.

21 *Cardinales non possunt nisi Cardinalem in Papam eligere.* ERRON. Multi Romani Pontifices fuere non tamen Cardinales Abbas Sancti Anastasii, qui & Eugenius, & Petrus de Murone, qui & Celestinus, & Clemens Quintus assumptus ex Archiepiscopatu, & Gregorius ex heremo Camaldulensi Tusciæ prouinciæ. Verum quoniam Cardinales, vt dicunt habent exactiorẽ notitiam gubernationis, & sunt in altiori sede locati, vt dicitur dist. 23. in nomine. Ideo ex eis statutum est, vt Pontifex elegatur. Dicitur tamen ibi, quòd possunt alios eligere dummodo sint idonei.

22 *Cardinales non tenentur eligere meliorem, ac magis aptum.* ERRON. Hoc probant Doctores esse erroneum. Nam dicitur q. 1. Licet. Caus. 8. ex D. Hieronymo sciant omnes quòd doctior, quòd Sanctior, quòd omni uirtute eminentior ille eligitur. D. Tho. quol. 8. q. 4. 1. & 22. q. 63. 2. In eligẽdo debet quis eligere, nõ illum, quem credit maioris deuotionis, & perfectionis, sed quem credit magis idoneum ad regimen illud, etiam si non credit tantæ perfectionis esse, sicut plures alios. D. Anton. & communis assensus Theologorum hic est. Aug. de Ancona.

23 *Cardinales non tenentur eligere Doctiorem.* ERRON. Si doctrinæ prudentia coniũcta fuerit profecto, doctiorem tenentur eligere, & non quacunque doctrina, non legis peritum, aut Philosophum, uel Astronomum, sed diuina, quam Dominns Apostolos docuit, ut dicitur dist. 93. c. Valentinianus. Et Symmacus Papa ait. Vilissimus putandus est, si Sanctitate, & scientia non præcellat qui est honore præstantior. Theologus ergo eligatur, nam hic magis Ecclesiæ est utilis. Rursus præest Episcopis, quorum cura est de animabus. Item tractat primo, quæ ad animam pertinent. Quarto non est sub lege Imperatorum, sed Dei, hac ergo polleat. Vnde dist. 36. ca. Ecclesiasticus dicitur. Ad summum sacerdotium, nõ aspiret, qui diuinis stipendijs, & disciplinis non est eruditus.

24 *Cardinalium collegium est maius Papa.* HAERE. Pluries de pontificia potestate redibit oratio. Et uniuersalis assensus Conciliorum, & Doctorum confutat hoc. Nam & si eligant, non tamen sunt amplioris potestatis & si fuerit Hæreticus, non deponũt ut Papam, sed declarant ipsum ea dignitate orbatum. Qui etiam eligunt non sunt nobiliores, nam Venetijs, & alibi populi plebanos eligunt, nõ sunt per hoc superiores eo, & Canonici Episcopum, non tamẽ sunt digniores. Claustrales suos Cenobiarchas, non sunt supra eos. Nulla est ratio, qua probetur colligium esse Papæ superiorem. D. Ant. & Aug. de Anc.

25 *Cardinalis Camerarius, ac pænitentiarius mortuo Papa nullam habent authoritatem.* ERRON. Hoc & si uideatur nouum, tamen Clemens Quintus in Viennensi Concilio declarauit, quod pœnitentiarij atque Camera-

merarij authoritas defuncto Pontifice perseueret, & quòd si aliquis eorum mori contingat potest cœtus Cardinalium alterum subrogare, vt D. Antonin. ac Augu. de Anc. scribunt.

27 *Cardinales possunt Papa mortuo aliquem ad Cardinalatus dignitatem assumere.* ERRO. Plura possem in huius reprobatione scribere, nisi esset certum & ex historijs, quod Cardinales inuito Papa, vel tempore schismatis electi, non sunt vere inter alios ascribendos. Hoc statutum fuit alias, vt dicitur dist. 79. c. nullus. Canonistæ fusius probant hoc. D. Anton. & Aug. de Anc. Cardinaliũ ergo dignitatem aperuimus, qui dicuntur corporis Papæ, dist. 40. si Papa. 9. q. 3. nemo. 6. q. 1. si quis. & plus aliis priuilegiati. de offic. leg. C. officij, li. 6. Qui Papa mortuo possunt si opus fuerit conuocare Concilium, vt notat Innoc. c. 1. de maior. & obedien. & Bar. in l. 1. ff. de albo. & de hoc alibi.

Obijciunt tamen, quod quæ diximus falsa sint. Primo, Episcopi sunt successores Apostolorum non ergo Cardinales. Sed hoc infirmum est argumentum. Sunt quidem Episcopi Apostolorum successores, sunt & Cardinales, sed alia ratione, & authoritate. Nam Cardinales succedunt Apostolis, qui erant cum Christo assistentes & erunt in die iudicij iudicãtes duodecim tribus Israel. Episcopi succedũt quatenus fuerunt post Ascensionem per orbem terrarum dispersi. Cardinales succedunt vt iudices totius orbis. Episcopi, vt vnius tantũ ciuitatis. Vtrumque ergo verum, sed non sub eadem potestate. Secundo. Nulla fit mentio in sacra scriptura. ergo inuentum est Papistarum. Dico primo quòd consequentia nulla est, nam multa tenemus de fide, quæ nõ sunt in sacra scriptura, sed per traditiones. Dico secundo, ꝙ in scriptura fit mentio de Cardinalibus licet non sub eodem nomine. Nam illud 1. Reg. 2. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem, rectè de Cardinalibus exponitur. & Prouerb. 26. Ostium uertitur cardine. Tertio, nec Dominus, nec Apostoli de Cardinalibus loquuntur. Dicitur, ꝙ nec hoc nomẽ Papa fuit tempore Christi, aut Apostolorum non tamen potest negari per hoc, quoniam fuit authoritas, quę Ecclesia crescente diuersa nomina obtinuit, & dignitates, quæ ab initio ei conueniebant, sic tantum semel dictũ fuit Domino Osanna filij Dauid, & tempore mortis, & Apostolis dictum fuit soluite, & adducite mihi, adaucta ergo est Christo fama, sic & Ecclesiæ. Quarto, nec præcessit figura aliqua Cardinalatus dignitatis. Dicitur ꝙ cum Moses dux populi elegerit in adiutorium ad populum gubernandum seniores vt dicitur Exodi 18. & Deut. 18. sic, & summus Ecclesiæ gubernator assumit, ac eligit ad totam Rempublicam Christianam gubernandam alios. Quinto, status, ac dignitas cardinalatus fuit à Beato Pontiano Papa, qui fuit anno Domini 221. Dicitur quòd dignitas, ac potestas fuit tempore Christi, licet q̄d hoc nõ fuit tempore Pontiani, vel Marcelli, vel Siluestri, qui tamen dicebantur antea Præsbyteri Romani Sextò in Apostolorum diuisione non habuit Petrus Cardinales assistentes.

Respondeo, quòd & D. Petrus habuit Linum, & Clementem, qui in Papatu ei successere. & Linus legitur fecisse duas ordinationes, Episcopos undecim, Præsbyteros 18. Cletus uero instituit 25. Titulos. Anacletus etiam, qui Clementi successit, instituit septem Dyacones Cardinales, vt scribit Godifr. Viterb. Septimo, Cardinales, si quam habent authoritatem, non aliam profecto, nisi quam ei dedit Beatus Marcellus, qui fuit anno 304. & hic instituit Cardinales, ac diuersas Dioceses propter baptisma, & propter cemiteria ad sepeliendum Martyres, & propter pœnitentes, & propter conuersos ex gentibus. Dico, quòd succedunt Apostolis sicut loco, sic authoritate. & licet fecerint ea pietatis officia, non per hoc minuitur authoritas. Octauo, suprema dignitas est Episcopalis ait Dionys. vt in cap. Cleros distinctio. 21. ergo non Apostolorum. Dixi supra quòd Episcopi sunt digniores, quo ad ordinem, & non quo ad iurisdictionem, & administrationem. Nono, non sunt in statu perfectionis, ergo nec Episcopo digniores. Huic ex dictis satisfit, ꝙ Cardinales sunt in statu perfectionis. Hinc D. Bern. ad Eug. 3. dicit oportere eligere viros probatos, non probandos.

Caro.

Caro est, qua sumus ad imaginem Dei. HAER. Cum de imagine erit sermo explodam hũc errorem ex communi omniũ assensu.

Caro

2 *Caro non est creata à Deo, sed à Dæmone.* HAER E. Homines illi perditissimi, ut Manicheus, & Patritius in tantum prolapsi sunt errorem, ut non dubitarent affirmare, carnem esse à Diabolo, non à Deo productã. Sed ex sacra genesi, atque Ecclesiæ definitione habemus Deum Creatorem omniũ tam uisibilium, quam inuisibilium.

3 *Carnibus vesci, non licet. Tatianus.* HAER. Impegit in hunc scopulum Manicheus, & Erasmus in lib. de delectu ciborum est nimis scrupulosus, qui ait. Pisces maris manui uestræ traditi sunt, & omne quòd monetur, & erit nobis in cibũ, quasi holera uirētia tradidi uobis oĩa excepto, ꝙ carnẽ cũ sanguine nõ cõmedetis, & alia his similia addit Erasmus. Quæ repugnant sacris lĩis. Nã Deus pcipit, ut agnũ cõmederẽt. Exod. 12. Pluit illis tanta aĩaliũ copia. Xp̃s Dñus celebrauit Pascha. De Diuo Petro, Act. 10. Legitur. Surge Petre occide & manduca. Ex Canone 50. confutatur. Et ex Cõcil. Ancyrano. c. 13. tom. 1. pag. 201. Conc. etiã Bracarense. c. 32. tom. 2. pag. 218. col. 1. Si quis immundos putat cibos carniũ, quas Deus in usu hominum dedit, & non propter afflictionem sui corporis sed quia immunditiam putauerit, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus pergustet, sicut Manichei, & Priscillianus docuerunt. Anathema sit. Conci. Aquigran. c. 65. Reprænenduntur, qui abhominãtur carnibus uescẽtes. tom. 2. 672. col. 2. Conc. Gãg. hoc ẽt damnat, qui comendẽtes carnes deridet tom. 1. pag. 289. col. 2. His addo decretũ uigilij Papæ. tom. 2. fol. 5. col. 2. Hic addit illud ex professo contra Manicheos, & Priscillianum, & ex nomine eos redarguit, quia abstinentię simulatę prætextu ab escis uñr carnium submouere, ut hoc execrationis potius animo quam deuotionis, probentur efficere. Hoc Doctorum authoritatibus confirmare, non opus, quoniam res manifesta est. Ex his conuincitur Erasmus. Clemens. lib. 6. cap. 26. alij autem cibos quosdam malos esse dicunt. Et cap. 10. hoc idem. Tertulli. lib. 5. contra Marcionẽ. Clem. Alex. lib. 3. strom. D. Athanasius Antioch. lib. de varijs quæst. omnes hunc errorem explodunt.

4 *Carnibus uesci licet omni die. Luth. Eras.* HAER. Et si Erasmus hac in re non sibi constet tamen deridet delectum ciborum in suo Methodo dicens. Delectus ciborum odium inimici, & bella, quæ Iudæis licebant, Christianis non licet, & rursus. Christus clamat, non ꝙ intrat in os coinquinat hominem, & tu exigis à Christiano, ut ingentis ualetudinis dispendio uescatur piscibus, & Paulo post. Quid enim dicent homũculi obscuri? Qui ob interdictum esum carnium, aut his, frigidiores edunt constitutiones cãs, postulant, ut homo ueniat in capitis periculũ. Et epistola ad Ep̃m Orasiliensem ait. Paulatim irrepsit consuetudo, quæ diem veneris pisculentum nobis reddidit, deinde ubi hoc successit, adiuncta est, & dies sabbati, & nunc mercurij periclitatur. Obidque genus obseruantiunculas uidemus homines affligi, & denique morĩ, sibique Christianos rideri, cum sint Iudæi, ꝙ repetit in annotationib. noui testamenti. At meminisse oportet Erasme, ꝙ regnum Dei, non esca & potus. Quam uero pergrata sit ciborum abstinẽtia non est difficile ex sacris literis demonstrare. Hinc exordium habuit cum ipsa natura nostra nam Adamo uetitum fuit, ne pomum comederet. Gen. 2. In lege naturæ prohibentur suffocata cum carne & sanguine, Leu. 7. Et Moyses multa animalium genera, quasi immunda prohibuit ne commederẽtur. Deut. 12. & 15. Apostoli de suffocato, & idolothito constitutionem fecere act. 18. & 21. Rursus in ueteri lege abstinentia laudatur. Num. 6. Vir siue mulier cum fecerint uotum, ut sanctificẽtur, & se uoluerint Domino consecrare, a uino & ab omni, quòd inebriare potest, abstinebunt. Ioannes laudatur, qui tantum locustas commedit. Matth. tertio, & D. Paulus ad Roma. 14. cap. is, qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet. Ex Canone 50. Apostolorum laudatur, qui carnem non comedit, & uino abstinuit, quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ista sunt uerba Canonis. tom. primo pagi. 23. Ancyranum Concil. capitulo tertiodecimo. tom. primo pag. 201. dicit. Hi qui in clero sunt præsbyteri, & Diaconi, & à carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere, & ita si uoluerint continere. Concil. Tolet. 8. capitulo nono tom. 2. pagin. 245. Esum carnium prohibet quadragesimali tempore.

pore. Concil. Salegunstadiense: c.1.tom.2. pag.799. Et pro quiete imperij celebrata inter religio. anno 1548. pro carne castiganda uetita est caro certis temporibus. tom.3.pag.863.col. 2. In synodo Augustana tom.3.pag.870.col.2.id prohibetur. Et semper hoc inculcarunt concilia, & Doctores, nam ut ille ait. Sine cerere, & bacco friget Venus. Theoph. Alex. lib.3. Paschalis dicit. Qui autem legum præcepta custodiunt ignorant uinum in ieiunijs, carnium esum repudiãt, & insatiabilem auaritiam Dei timore compescunt. Epiph. Her.75. cõtra Arrium ait. Cyrill. Hierosoli. Cathechesi 2. aliquæ inquit animæ se polluunt dum vtiles causas edendi, aut non edendi ignorant. Marcus Anachoreta epistola ad Lycium hortatur ad abstinentiam. S. Eligius Hom.16. Gregorius Nazianz. de hoc laudat D. Basilium. Si Paulus hortatur Timoteum, vt modico uino vtatur, quid de carne putandum erit? Nunquid tu D. Paulo prudentior, qui repræhendis persequeris, inculcas non manducantem? Nec abiecti sumus animi, aut patimur ueluti bubulum duci naribus, vel præceptis hominũ, sed Dei præceptis inseruimus. Sed siste Erasme, non ne esca plures occidit, quam gladius? Pergamus & ad nauseam stomachetur Erasmus in suis conuiuijs. Danielẽ Prophetam legimus, non nunquam neq; carnib. vesci, neque vino potari. De Diony. Areopagita scribunt. Carnem ieiunijs dormat, & deteriorem partem præstantiori subijcit. tom.4. pag. 281. Schep. Paulus Anachoreta qui ad 13. supra centesimum annum peruenit, & magnus Antonius centesimum transgrediens annum hoc obseruerunt. Basilius hoc suis Monachis instituit. Benedictus. Aug. Hierony. & Hilarion grandeuæ ætatis fuere. Cassianus ob tenuẽ uitam ad decrepitum usque ad ætatem peruenit. Satietatem ergo opimorumque vsum plus obesse mortalibus, quam ieiunia, res ipsa edocet, & sunt exempla innumera omnium gentium, cuiuscũque ordinis, & sexus. Obijciunt Hæretici. Primo. Qui carnibus abstinent sunt uitæ breuioris. Hoc est Erasmi argumentum, quod falsum est ex omni capite. Nam nec qui à carnibus abstinẽt est breuioris uitæ. Reperies enim Cœnobitas abstinentes septuagenarios, octogenarios, & longioris ætatis diuitibus, qui lautissimis mensibus utũtur. Verum ne dum in Cœnobio, sed in ciuitate c/ apertissimum est, esse pauperes, qui parce uiuunt, quot etiam reperuntur agricolæ solo lacte, aquam atque castaneis educati, qui & ijs contenti, incolumem uitam ducunt. Erasmo pulchriores, Luthero fortiores, Iouiniano robustiores. Quid ergo clamant blacterones isti, eorum quæ diximus centena & millia, & impendio plura afferre non esset graue, nisi experientia hoc esset exploratũ in Dominicana, ac Benedictina religione. Secundo. Arguunt corporalis exercitatio, ad modicum utilis est, pietas ad omnia ualet inquit D. Paul. ad quid ergo abstinere à carne. At ex uerbis ipsis deducitur respõsio; si enim corporalis exercitatio è regione comparetur ad pietatem ad modicum utilis est. Vel non excludit quin nõ sit utilis, sed ad modicũ ait. At Lutherani eam omninò damnant. Dico tertio. Quod dicitur ad modicum utilis quia potest impediri iusta causa at pietas nunquam nec excusari potest, qui eam non habet. Nilus etiam dicit. Exercitatio corporalis ad modicum utilis est disciplinis puerilibus similis, pietas ad omnia utilis. Ad modicum ergo utilis est, quia qui motus corporis cohibet, non continuo motus animi moderatur, sed econtra qui hoc refrenat, illos moderatur. Tertio. D. Paul. Tessal.3. Nemo uos iudicet in cibo & potu. Ergo quid iudicant papistæ? Respondeo quòd intentio Apostoli est, quòd non erat amplius tempus antiquæ legis, in quo aliqua non poterant commedere. Quarto. Non q̃ intrat in os conquinat hominem. Ergo q̃d prohibet Papa. Hoc multis modis exponitur, sed ex textu colligamus expositionem. Quod ex corde exeunt peccata, & cibus nullus de se malus est, sed ex lege, ideo nõ coinquinat de se, sed ex lege. Abstinentia ergo iure optimo celebratur a Pithagora, qui Scholaribus illam suadebat, quia terra ꝓducit uarias herbas, poma, & fructus omni anni tempore, & animalia mitia nõ comedunt carnes, sed ferocia. Ouidius etiam eam comendat lib. 15. Metamorphoseos. Parcite mortales dapibus temerare nephandis, corpora sunt fruges, sunt deducentia ramos &c. Didimus ad Alex. ait. Gens Brachmanorum pura, & simplici uita uiuit. Hypocrates docet, crassa, & obe-

sa

sa corpora in Paradisum & pessima morborum genera erumpere. Quid ruinæ causa fuit Iudæorum populo, nisi quòd dicitur. Populus sedit manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Exod. 32. Hoc etiam est Germaniæ totius exterminium. Ne dum ergo caro ad victum est necessaria, quòd homines ante diluuium non commederũt sed esus carnium post diluuium est introductus, ut docet D. Tho. par. 2. q. 102. 6. secundum.

Castitas.

Castitas est quid commneticium, ac proinde Deo displicet. Luth. Eras. HAER. Nedum semel aut bis, sed sepius est in sacris literis repetitum Deo grauissimum munus post hominum memoriam & propagationem esse castitatem quę antiqua res est ac summopere probata. Nec uident Lutherani, quando libidinum uanitate detinentur & unusquisque iudicat pro ingenio proprio. Sic Lutherani, & Erasmus, qui ueneri dediti, ac mancipati, ut ipsi sfrenata libidine ei inseruiunt, id de alijs sentiunt, & iudicãt a quo uicti detinentur. Et auari censent reliquos omnes pecuniæ cupidissimos esse. At qui luxuriæ non relaxarunt habenas se freno tenent studioseque uiuunt, secus prædicant, ac sentiunt. Lutheranorum tamen iudicium secus ac fullonum præcio æstimãdum est. Sanctorum nos laudemus, ac sequamur exempla, qui & si in corpore Angelicam uitam duxerunt. Non enim dieb. nostris tantum est comendata castitas, sed ab infantia humanæ naturæ. Nam Abel primus inter iustos, ut dicitur à sanguine Abel iusti. &c. nullam habuit uxorem nec aliqua hoc recenset historia, cuius rei forte fuit causa, quia nondum sororem nectus fuerat connubio maturam, & tunc temporis florere cepit humana natura. Sed si ad legem Mosaicam deueniemus tunc aucto jam populo licitum fuit, & matrimonio abdicare. Castitas laudatur a Salomone sap. 8. & dicitur Dei donum. Castitas Iosef laudatur Gen. 39. B. Castitas Tobiæ. Iob. 3. c. Castitas Iudit. 8. A. Castitas Susannę. Dan. 13. A. Elias Eliseus, & alij multo plures à re uxoraria se abstinuerunt Christus Ioannes Baptista. Ioannes Euangelista, & Apostoli potissimi si non omnes ut D. Paul. & alij. Nam D. Paul. ait. Melius est Virginem permanere quam nubere. Et inferius. Bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego. 1 Cor. 7. & D. Amb. illa uerba exponẽs, dicit D. Paulum fuisse Virginem, & D. Hierony. hoc idem tenet in epistola ad Gerontiam, & epistola ad Marcellam, & ad Eustoch. de Sancta Virginitate, & D. Aug. lib. de oper. Monach. cap. 4. Beata etiam uirgo que uotũ uirginitatis emiserat ut D. Augu. & Ecclesia tenet. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco D. Paul. Rursus solutus es ab uxore, Soli querere vxorem, & Dominus. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Matth. 19. Patres omnes uirginitatem amplexati sunt. De hac laudatur D. Basil. à Gregorio Nazi. dicens omnis gloria eius ab intus. Et Lippo. plura exempla scribit tom. 2. pag. 37. Schol. 20. & tom. 4. & 5. multoties Cyprian. lib. de habitu virginum. Vigilius etiam, dixit. Quique sacerdotes casti dum vita manebant. Obijciunt. Crescite, & multiplicamini ait Dominus. Respõdet D. Cyprian. loco dicto quod quãdo mundus erat adhuc rudis, ac inanis copia fecunditatis propagatur, & crescimus ad humani generis augumentum. Cum iam refertus est orbis & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more uiuẽtes castramur ad regnum Celorum. Hæc Cypri. ex fine. ergo illius præcepti soluitur hæreticorum antiqua obiectio.

2 *Castitatem seruare, nec Clerici debent.* *Iouin.* Luthe. Eras. HAER. Non potuit lex de seruanda castitate omnes obstringere sacerdotes, cum nec ab Ecclesia fuerit recepta inquit Erasmus. Panutio enim magnæ authoritatis patre reclamante, plurimæ orientis Ecclesiæ illam respuerunt. Fateor Erasme orientalem Ecclesiam non habuisse ratam, imò nec hodie quantum ad ordinandos, sed quantum ad ordinatos. Nunquam enim fuit permissum aliquem sacerdotem, nec his diebus admittitur, ordinatum uxorem ducere, sed id concessum, vt qui iam duxisset ob id à sacerdotio nõ reijceretur, illaque vna superstite operi coniugali antequam ad sacerdotium promoueretur operi coniugali indulgere possit. Quod castitas sit à sacerdotibus seruanda id ex verbis Domini habetur sunt, qui se castrauerũt propter regnum Dei. D. Paul.

qui

qui in agone contẽdũt ab oĩb. se abstinent, sic qui Dño ministrat debet se ab uxore abstinere. Ad Tim. 1.4. oportet Episcopum esse Sãctum Castũ, ac continentem. ubi plus exigit ab Episcopo quam ab alijs? Sic ad Titum 1. Relinquere ergo debent uxores, q altari seruiunt, nec rem cum ea amplius habere possunt. Ideo Dñs dixit, qui non reliquerit vxorem, Patrem, matrem &c. Et Petrus respondit, ecce nos reliquimus omnia, nam uxores profecto reliquerunt Apostoli omnes, dum Euangelio erat eis incũbendum. Apostolus etiam 1. Cor. 17. abstinendum docet ad tempus à re uxoraria, ut orationi uacemus. Clemens Epistola secũda ait. Ministri altaris, siue Diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem suam coniuges suas reliquerunt. Exigitur ergo ut ambo post ordinationem sint continentes, & quando coniunguntur matrimonio, polliceantur se seruaturos castitatem, alioquin nõ ordinentur. Synodus Nycenia prohibet, ut nulla mulier habitet cum Episcopo, aut Præsbytero, nisi mater, soror, amita, & quæ careant omni suspitione, & sic uxores debent discedere, ne suspitio oriatur. Et sic Arelat. concilium exponit. Can. 2. Si quis de Clericis, a gradu Diaconatus in solatio suo mulierem præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam suam vxorẽ introduxerit, a communione alienus habeatur. Conuersam nominat vxorem quia continentiam promiserat, cum ordinationi viri sui assensa est, & ex his habemus, ꝙ mulier, quæ cum Præsbytero, aut alio in sacris ordinibus constituto, habitare uoluerit sit sine suspicione. Ex sacris literis ergo opus est uxorem relinquere. Vnde dictum fuit. Si quis uenit ad me, & non odit patrẽ suum, & matrem, & uxorem non potest esse meus discipulus. Et iterum de eo, qui ad nuptias inuitatus fuerat, & abnuit, excusans se uxorem duxisse, a patre familias prsus indignus iudicatus est. Et illud ex D. Luc. Putatis quia pacem ueni mittere in terram, non dico uobis, sed separationem. Hoc Canon Apostolorum. Si quis post baptisma secundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam habuit, non potest esse Episcopus, aut Præsbyter aut Diaconus, aut prorsus ex numero eorum qui ministerio sacro deseruiunt. Hactenus Canon. Syriacus Papa. c. 2. Decretorũ. Leo epistola 70. ad Episcopum Narbon. Calistus Papa, ut hr̃, d. 22. c. Præsbyteris. Cõcilia idem statuerũt. Cartag. 2. c. 2. tẽpore Syriaci Papæ oĩb. placet, ut Episcopi Præsbyteri, Diaconi, uel qui sacramẽta contrectãt, pudicitiæ custodes, ẽt ab uxorib. se abstineãt. Et ab oĩb. dictum est. Placet vt in oĩb. & ab oĩb. pudicitia custodiaẽ, qui altario. deseruiũt. tom. 1. pag. 424. Conc. Turonense tempore Leonis primi c. 1. Si enim uniuersis fidelibus, secundum Apostolicam Doctrinam (quid dicis Erasme) castitas custodiendi indicit 1. Cor. 7. c. Vt qui hñt vxores sint quasi non hñtes, quanto magis sacerdotes Dei, ac leuitę diuino mãcipati altario, custodire dñt ut non solũ cordis, uerum ẽt corporis puritatẽ seruantes pro plebe supplicaturi præces illorum ad diuinum mereantur introire auditum. Quia ẽm authoritatẽ Apostoli. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. tom. 1. pag. 349. In huius ueritatis cõfirmatione est reformatio Cleri Germaniæ, Raptisponę celebrata anno 1524. In hæc uerba. Præterea, cum nihil æque conueniat oĩb. numeris, ac eos esse mundos, q uasa Domini portant, & in sacrario operãtur, quales sacerdotes constituit ipse Dominus, qui quotidie sacrosancta tractant, & in illis uersantur. Igitur uolumus, atque iuxta sanctiones Canonicas fęliciter à D. Pr̃ibus institutas sancimus, ut caste, continenterq; uiuant. tom. 3. pag. 729. Dyocesana Synodus Augustana cõgregata anno 1548. c. 10. Propterea cum æquum in primis sit, eos mundos esse, qui vasa Dñi portant, & in sacrario operantur, uolumus atq; iuxta sanctiones Canonicas decernimus, ut sacerdotes professionis suæ memores, caste, cõtinẽteque uiuant, atque à nefario concubinatu abstineant. to. 3. pag. 870. Conc. Agatẽ. c. 9. Approbat Inno. & Seriaci statuta, ꝙ castitas serueẽ. Synodus ẽt Diocesana Treuerẽsis eodẽ anno idẽ decreuit. tom. 3. pag. 898. Demũ Cõc. Tridẽt. Can. 9. sess. 24. Si qs dixerit Clericos in sacris ordinib. cõstitutos, uel regulares solẽniter professos, posse mr̃imoniũ cõtrahere, cõtractũq; validũ esse, Anathema sit. Hoc antea ĩ Cõc. Eliber. c. 33. Tolet. 8. c. 6. Agatẽ. cap. 39. Hoc clemens loco supra dicto à Beato Petro se ait accepisse. Quod si post ordinationẽ ministro altaris cõtigerit ꝑpriũ inuadere cubile uxoris,

sacrarij

sacrarij nō intret limina, iubet ergo nō ut excludant uxores, uel abijciant, sed ne habeāt cū eis rē amplius post ordinationem. Greg. epistola ad Petrū subdiaconū dicit. Non consecretur ulterius, quispiam in Diaconū, nisi promiserit se caste uicturum, Patres idē docēt. Euseb. Pamphili lib. 1. de demonst. Euangelica, c. 9. Meritò aliquis quæ sierit, quænam cā sit, cur prisci in nuptijs, & procreatione liberorū plurimi studij posuerint, nos uero hāc partem negligamus. Et respondent ꝙ abducūt mentem à Deo, & tres reddit cās, & cōcludit ꝙ in nobis locum non hñt quippe cū Deo fauente, per Euangelium Saluatoris nostri doctrinam innunerabiles gentes, & populos liceat intueri. Continentiam ēt Patriarcharum refert. Nāque Enoch placuit Deo postquā genuit Mathusalā. Gen. 5. Sic Noe per multos annos nō genuit filios. Isaac postquam ex una uxore geminę prolis pater est factus desijt cum alia consuescere. Iosef duos tantum habuit filios. Moyses, & Aaron post quam diuina oracula acceperunt, non amplius filios genuisse memoratur. Quid porro de Melchisedech, cuius omninò non filius, non genus, non successio refertur. Neque item Iesu, qui Moysi successit, neque plurimorum Prophetarum, & post multa. Veruntamen eos, qui sacrati sunt, atque in Dei ministerio, cultuque occupati, continere deinceps seipsos à commercio uxoris d[illegible]eet. Hieron. in c. primum epistola ad Titi[illegible]. Si laicis imperatur, vt propter orationem abstineant se ab uxorum coitu, qd de Episcopo sentiendum est, qui quotidie pro se, populique peccatis illibatas Deo oblaturus est uictimas? Relegamus libros Regum, & inueniemus Sacerdotem Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid, & pueris eius, nisi interrogaret utrum mundi essent à muliere non utique aliena, sed coniuge. Idem Epistola aduersus Iouinianū. D. Amb. etiā ad Ecclesiam Vercellensem epistola 82. Scribit. Matrimonio in Episcopatu uti non licere, dicens. Neque iterum ut filios in Sacerdotio creare Apostolica inuitetur authoritate &c. Et item lib. 1. off. c. 50. ꝙ est ultimum. Ait. Inoffænsum autem exhibendū & immaculatum ministerium, nec ullo cōiugali coitu maculandum cognoscitis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni ēt ab ipso consortio coniugali sacri ministerij gratiā accepistis. Orig. hom. 23. in Num. Eos ad sacros ordines promouendos dicit, q. indesinēti, ac perpetuæ se deuouerint castitati, hæc sunt eius verba. Beda in Lucam c. 1. ea uerba exponens. Et factū est ut implerent dies officij eius, abijt ī domū suā. dicit. Consequenter Sacerdotib. ut sp altari queant assistere, sp ab uxorib. continendum, semper castitas obseruāda præcipitur. Sixtus Tertius, cuius authoritate synodus Ephesyna aduersus Nestorium usa est, hoc libro de castitate interpratatur dictum D. Paul. oportet Episcopum esse pudicum, iustum, Sanctum continentem, certe non de alia uxore sed propria. Tertulli. etiam lib. de Monogamia inquit, eundem locum exponens ostendit (inquit) fuisse, qui in matrimonio deprahensi, ucrebantur ne non liceret eis deinceps matrimonio suo uti, quia in carnem Sanctam Christi credidissent, quibus secundum ueniam concedit indulgens non præcipit. Ergo cū dicit Apostolis, de quibus scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere de uxore dicit.

Obijciunt Hæretici.

Primo D. Paul. ad Heb. 13. dicit. Honorabile connubium in oīb. ergo inique Papistæ dānāt. At si aīaduertissent intētionem Apl'i cognouissent, quō eecutiant. Nam dicit honorabile cōnubiū in oīb & thorus immaculatus, de laicis ergo loquit Apl'us nec nos nuptias damnamus, sic Euseb. Cæsar. exponit. lib. ult. de demōstr, Euang. c. ul. hoc dictum esse non sacratis, neq; professis. S. Effrē hoc ēt sic interpretatur dictū esse laicis seu secularibus, non autem his, qui mundo renūciauerūt. Secundo. Melius est nubere q̄ uri ait Apl'is 1. Corin. 7. Ergo iure Sacerdotes possunt nubere. Respondeo ꝙ loquitur de illis quibus liberum est contrahere. Tertio oportet Epm esse unius vxoris uirū. 1. Ti. 3. Ergo poterit ducere saltē unā. Doctores exponūt hūc locū, ꝙ sit sensus, ꝙ unā tm̄ habuerit vxorē, alias si Bigamus nō poterit esse, ut ex Canone Apostolorū collegimus. Quarto ait ad Tim. 1. 4. c. Quod ueniēt qui dā in hypocrisi, loquentes, ac prohibētes nubere. Dicimus ꝙ Hæretici prohibēt matrimoniū, qđ Ecclesia aut sacramētū uenerātur,

tur, nihil ergo contra nos. Quinto. Paulus dispẽsauit cum viduis votiuis, vt nuberent vt 1. Tim. 5. ergo melius vt sacerdotes ducant vxores, quam fornicari cum scandalo. Vtique malum est fornicari, nam neq; hoc concedit Ecclesia, debet tamen sacerdos, ut sui memor stare promissis. Vt litera. 5. repetam.

3 *Castitas est ne de iure diuino, ita ut qui sacris ordinibus sunt initiati. rem cum uxore habere nõ possint?* Arduum, ac forte nouum est dictũ. Num qui habent vxores sacerdotes, vt Ecclesia orientalis; possint coniugio vti, ac rẽ cum uxore habere. Et aceipio ius dininũ, pro lege noua, non quæro de mosaica, an sacerdotes illi potuissent, sed de nostris; multa enim sunt in lege nostra, de iure diuino, quæ apud eos, non erant instituta ut omnes articuli fidei, ac sacramẽta. Sic ego puto hoc unum esse, de iure diuino. Adeo ut teneatur ille, qui est in sacris castitatem tenere, nec amplius possit cum uxore rem habere, nec reddere illi petenti, nec ab illa exigere. Sic Apostoli reliquerunt vxores, sic oportet Episcopum esse continentem, ne dum pudicum, & castum. Hoc concilia, ac patres modo nominati docent. Hoc Clemẽs didicit, à B. Petro, quę omnia iam diximus, hoc docuit Concil. Nycenum, & Aurel. & illud refert D. Ambr. epistola 82. Arelat. uero dicit. Can. (& est Arelat. tertium.) Assumi aliquem in sacerdotem in coniugij uinculo constitutum non oportet, nisi prius fuerit promissa conuersio. Item. Placuit ut deinceps non ordinentur Diaconi, nisi prius conuersionis proposito professi fuerint castitatem. Tolet. secundũ Can. 1. Coram totius Cleri, plebisque conspectu uoluntas eorum, de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur, quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, & promissionem castimoniæ suæ absque coniugali necessitate sese spoponderint se raturos, hi tanquam appetitores arctissimæ uitæ, leuissimo Domini iugo subdãtur. & Tol. quartum ca. 26. Quando Præsbyteri & Diaconi per parochias constituuntur, oporte eos professionem suo Episcopo facere, ut caste, & pure uiuant sub timore Dei, ut dum eos talis professio obligat, uitæ Sanctæ disciplinam retineant. Obijcitũ. Ecclesia orientalis admittit connubium Episcopis, ac Præsbyteris cum propria vxore quòd fuit ex Panutio reclamante in Niceno Concilio. Respondeo quòd Ecclesia permisit illis reclamantibus permanere, & non per hoc decreuit licitè posse fieri, aliud enim est permittere, aliud declarare illud licitum esse. Synodus enim, & si pmiserit eos sic permanere, non tamen aliquid sanciuit. Secundo. Scholastici multi, Canonistæ, & Caie. docent Romanum Põtificem posse dispensare cum sacerdote occidentalis Ecclesiæ ut matrimonium contrahat. Respondeo quòd non numero, sed merito doctores sunt proponendi. Licet ergo aliqui affirment posse. Alij tamen inter quos D. Tho. negant. Canonistarum authoritas nulla est in hoc, nanque disputare de his Theologi, non iuris Pontificij munus est. De Caietano uero, viro doctissimo hoc dicere nõ uereor; Quod hic cum à D. Tho. discessit, & suo fisus est ingenio errauit, & Paulus Quartus multa abolere decreuit, nisi morte præuentus esset. Parum etiam Caiet. Doctrinam conciliorum, ac Patrum perlegit, ideo non est audiendus hoc casu. De qua inferius litera 5. sacerdos.

4 *Castitatis uotũ frangere, cum quis se obseruare non posse cognoscit, nullum est peccatum.* Luth. HAER. Non solum Dauid, sed & de iure naturæ est, ut stemus promissis. Vouete ergo reddite. Iepte quia filiam oblaturũ pollicitus fuerat obseruauit. Concil. Aransicense cap. 28. Hi uero, qui sunt desertores propriæ castitatis, præuaricatores hñdi, & his oĩb. per pœnitentiam legitimam cõsulendum. to. 1. pag. 623. Et in Conci. Turonens. cap. 2. Id decernimus, ut sacerdos, & leuita coniugali cõcupiscentię inherẽs, uel filiorum procreatione non desinẽs ad altiorem gradum non conscendat, neque sacrificia Deo offerre, uel plebi ministrare præsumat. tom. 1. pag. 949. Et in Conci. Tolet. 8. cap. Quintæ actionis impulsu peruenit ad totius cõcilij sacrum auditum, quosdam sacerdotes, & Ministros obliuiscentes maiorum ac ueterum constitutorum, aut uxorum, aut quarumcunque mulierũ immunda societate, & execrabili contagione turpari, & pessima cordis obstinatione, tam sacris literis, quam patrum regulis obuiantes &c. & infra. Si Episcopi hoc uerissime repererint omnes placita cautione taliter distinguunt, ut nunquam alterius,

rius tam abhominanda committant. tom. 2. pag. 243. Diœcesana synodus Treuer. eos puniendos statuit dicens. Audemus tamen ingenuè fateri nullam aliam labem, ebrietate, & concubinatu vulgi oculos acerbius ostendisse, maioremque causam dedisse sæuiendi, ac murmurandi contra Ecclesiæ statum. tom. 3. pag. 243. Est demum Can. Concil. Trid. sess. 24. Can. 9. Errauit tamen glossa distinctio. 82. Capi. Proposuisti. Quæ dicit, quod Apostoli nihil statuerũt de castitate, sed tantum quod exemplo eam docuerunt. Ex superioribus refellitur. Nam dicit. p. Cor. 7. Qui non iungit melius facit.

5 *Castitatis votum seruari non potest*. HAER. Quid est, quod Dominus dixit. Qui potest capere capiat, si nullus est, qui capere possit. Et Concil. Agatense, cap. 9. Placuit etiam ut si præsbyteri, vel diaconi coniugati ad torum vxorum suarum redire voluerint. Papæ Innocentij ordinatio, vel Syricij Episcopi authoritas, quæ est his Canonibus inserta seruetur. Quod si ad aliquos formula illa Ecclesiasticæ vitæ pariter, & disciplinæ, quæ à Sericio Episcopo, ad prouincias commeauit, non probabitur peruenisse, eis ignorationis venia remittitur, ita vt de cætero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint sic retineant, vt ad potiora eis non liceat ascendere. Hactenus Concilium. Patres hortantur ad castitatem, & tot Virgines extiterunt. Theophil. p. ad Cor. 7. ait. Honor itaque eius est, seruare filiam Virginem, eamque ob rem laudatur. Epiph. 61. contra Apostolicos dicit. Numquid Apostolus eam, quæ semel virginitatem Deo seruare decreuit, à proprio cursu detrahere volens hæc præcepit? D. Hierony. in 56. Esaiæ. Talem fuisse Eunuchum, quem Iesus amauit plurimum Euangelistam Ioannem, Ecclesiasticę tradunt Historiæ &c. Basil. lib. de vera virginitate. Et sunt spadones, qui seipsos absciderunt propter Regnum Cœlorum, qui etiam cęteris pręstantiores sunt, quia quum neque naturę ad Castitatem tuendam, nitantur auxilio, neque ab hominibus, quorum sub ditione sunt, spe præmij alliciantur, ipsi semet propter regna Cœlorum ad Virginitatis pręclarum certamen exercent coniugiumque, & simul omne seculum eius seruandę causa contemnunt regnumque cęleste cum sudore, gloriosisque laboribus capessunt. D. Augu. lib. de Sancta Virginitate. cap. 24. De quibus autem spadonibus loquitur Deus per Esaiam Prophetam, quibus se dicit daturum in domo sua, & in regno suo locum nominatum. Tertul. libro primo ad vxorem. Voluntarijs spadonibus pro cupiditate cęlesti saluo matrimonio abstinentia tolleratur, quanto magis adepto? Exemplo sanctorum etiam hoc confirmatur Gloriosissimi Patris DOMINICI, atque Thomę Aquinatis, & aliorum qui Virgines fuere, vt alios taceam ex Lippom. tom. 2. 3. 4. & 5. Laici veri impossibile hoc iudicant, at non vident, quòd id ex natura propria seruari certe nõ potest, sed Dei auxilio, & quòd per nos ipsos non possumus, per amicis possumus. Nec natura vnquam libertatem nostram infringere potest aut cogere, quę & si prona sit ad malum, ad bonum etiam est procliuis. Oportet ad hanc gemmam, & Thesaurũ in agro corporis conseruandum cautum esse fœminarum aspectus, ne dum familiaritatem fugere, crapulã, somnum, ocia, turpia colloquia, nimium vini potum, poetarũ fabulas, & vanitates omnes, & sic custoditur Virginitas. Errauit fedissime Luth. qui in libro de vita coniugali, dixit coniunctionem matris, & fœminę necessariam esse ut cibum, potum, & somnum, neque magis posse hominem hoc carere, q̃ mutare sexum. At qui mulierem tangit nõ patitur violentiam, non enim natura violẽtiam ei adhibet, ut docet Greg. Naz. lib. de Spiri. Sancto. Vouete ergo & reddite. Et si quid vouisti, ne moreris reddere. Eccl. 5. D. Aug. explanans Psalm. 75. dicit. Non sitis pigri ad vouendum. Non enim viribus uestris implebitis. Deficietis, si de vobis presumitis. si antem de illo, cui uouetis, uouete, securi reddetis. Et Epistola 45. Fœlix necessitas, quę ad meliora compellit. Obijciunt. In male promissis rescindenda Fides. At stultum est promittere, quòd nos obseruare nõ possumus, at uirginitatem seruare non est in nostra potestate. Vt Sap. Non possum esse continens, nisi Deus dederit. Et Matth. decimonono. Non omnes capiunt uerbum illud. Hoc argumentũ soluitur ex eo, q̃ si

impossibile esset castitatem seruare, nec Dominus, neque D. Paulus eam consuluisset. Bonum est homini mulierem non tangere inquit Apostolus. Quod & si viribus nostris adimplere non possimus, tamē Dei gratia semper præsto est. Sufficit tibi gratia mea. Non ego sed gratia Dei mecum. Matt. etiam 9. Credenti omnia sunt possibilia. & ad Philipp. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Secundo. Non sumus certi, an Deus largitus sit gratiam ad hoc vt castitatem seruare possimus, ergo ad q̄d promittere. Respondeo, ꝙ Deus facienti, ꝙ in se est, nunquam deest, & si hoc verū esset, nemo esset baptizandus, quoniam an possit seruare, ꝙ in baptismo promittit renunciando diabolo, & pompis eius. Nemo debet bonum operari, quia ignorat vtrum odio, vel amore dignus sit. Nemo debet credere, quia non est certus de sua fide, an sit infusa, vel acquisita; falsum est ergo ꝙ supponit. Imo vero (ô Luthere) nec matrimonio copulandum, quia nescimus, an leges matrimonij portare poterimus.

Orig. in Matt. tract. 7. cap. 19. Non autem attendimus, ꝙ alibi dicitur, petite, & accipietis, & omnis qui petit accipit, aut fideles non sumus, aut sciētes scripturas, qui enim vult capax esse verbi, ꝙ de castitate positū est, petat credens dicenti, & accipiet, non dubitans de illo, quod dictum est. Omnis, qui petit accipit. D. Aug. lib. 8. Conf. capit. vndecimo. Et irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret. Tu non poteris, q̄d isti, & istæ? At vero isti, & istæ in semetipsis possunt, & non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum, me dedit eis, quid in te stas, & non stas? Proice te in eum, noli metuere, non se subtrahet, vt cadas. Proice te securus, excipiet te, & saluabit te. & li. 6. cap. vndecimo. Neminem posse esse continentem, nisi tu dederis. vbique dares, si gemitu interno pulsarem aures tuas, & fide solida in te iactarem curam meam. Tertio, cum quis est adolescens præsumit de se, quod non est in viribus suis præstare. Dico, quòd semper ad Dei auxilium poscendum, non amare choreas, non spectacula mulierū, sed orōnes, vigilias, ieiuniū. Quarto, Apopolus docet, quod qui non potest viuere caste, nubat, melius est enim nubere, quam vri, primo Corint. septimo. At D. Paul. loquitur de his, qui non sunt voto, vel ordine sacro astricti, ac in sua sunt potestate. de aliis enim dicitur. Cum votum uoueris Dño Deo tuo, non tardabis illud reddere. Deut. 23. Malū est votū nō reddere malū est uoti, sed vtrū q; Dei auxilio, ac pcib. superatur. Nam dicit Apos. Fidelis Deus & c. sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. 1. ad Corint. 10. Non ergo impossibile, nisi veneris castitatem seruare.

7 *Castitas non est præstantior matrimonio.* Iouinia. Luth. Eras. HAER. Quo magis totum penè vniuersum fœdarent hæretici, matrimonium vsque ad sydera tollunt, & laudibus summis supra castitatem euexerunt. Iouinianus namque docet, virginitatem apud Deum non esse maioris meriti coniugio. quem sequitur Heluidius inquit Hieronym. cum quo, nec defuit Basilides, qui in Iouinianum est trasformatus eodem referente.

Luth. ac Erasmus diebus nostris hanc turbulentiam excitarunt tempestatem post tot Sanctorum exempla, postquam tantorum Conciliorum sanctiones quæ tantopere castitatem celebrarunt. Contra eos est dictum Domini. Matth. vigesimosecundo. In resurrectione non nubent, neque nubētur, sed erunt omnes sicut Angeli Dei. At qui non fatetur Angelorum statum, ac corporum nostrorum cōd tiones nostras huius temporis excedere. D. Paul. 1. Corint. septimo. Qui matrimonio iungit virginem benefacit, qui non iungit melius. Quare à nuptijs vocatur Ioannes Euangelista. Et Dominus Apostolis omnibus relinquendam vxorem mandauit. Beata Virgo quare virginitatis votum emisit, ac Ioannes Baptista quo sanctior inter natos mulierum non surrexit alter? ab Apostolis postquam ad Apostolatum sunt euecti, seruatus est cœlibatus, eos enim, circa Euāgelium promulgandum, semper inuenio occupatos hinc inde nauigando, & operibus carnis nullam operam dedisse, nec excogitasse tantillum, & qui alligati erant. ab opere coniugali prorsus abstinuerunt. Siriacus Papa Episto. ad Episcopos Aphricanos damnat Iouinianum, quam approbat Concil. Thelense. Concil. Trident. sessio. 24. Can. 10. Si quis dixit statum coniugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius, ac

beatius

beatius manere in virginitate, aut cęlibatu quàm iungi matrimonio. Anathema ſit. D. Hierony. lib. aduerſus Iouinianum copioſiſsime confutat D. Aug. lib. de hæreſ. ad Quoduultdeum, hæreſi 82. Refert Iouiniani hæreſim. & dicit. Cito tamen iſta hæreſis oppreſſa, ac extincta eſt, nec uſque ad deceptionem aliquorum Sacerdotum potuit peruenire. Multi alij contra hoc ſcripſerunt. Et quid magis aduerſus eos ſtat, Domini exemplum, qui virgo fuit. Geſta etiam Sanctorum, longum eſſet referre. vt tom. 2. de ſancta Iuliana vidua legitur, pagina 284. ſchol. 11. Nigra ſum, ſed formoſa, nigra per carnem, decora per uirginitatem. & tom. 4. in Vita ſanctæ Balbinæ, pagina 163. ſchol. prima. hinc hortatur Angelus ad cuſtodiendam uirginitatem. & de ſancta Victoria, quæ præcatur Anatoliã & Anatolia reſpondet rationibus eius, & Angelus eam laudat de uirginitate. pagina 230. ſchol. 1. & ſecunda. & tom. quinto. de ſancta Anyſia, pa. 349. ſchol. 2. hoc idem legitur.

Obijciũt, ergo quiſque tam uir, quàm mulier eligat hoc bonum, & uoueat caſtitatẽ, peribit ergo hominum generatio. Reſpondeo, & concedo, eligat quilibet quod melius eſt, quid ad me de generatione hominum, tunc enim reuelaret Deus, quid eſſet agendum. Vel Dei cura eſt, ſicut enim præceptum dedit de multiplicatione hominũ, ſic hoc caſu, Deus prouideret quid eſſet eligendum.

8 *Caſtitatis votum ſolemne, vel in ſacris ordinib. conſtitutum, poteſt Papa diſpenſare.* Eraſm. ac hæretici id approbant, & affirmatiuam partem tuentur. Et quod prius eſt nõ agnoſcunt inter ſimplex, ac ſolemne uotum aliquod diſcrimen, quod fuit erroris cauſa; nam qui neſcit diſtinguere, neſcit ſoluere. Quæ duo maximis differunt interſtitijs. Quoniam uotum ſimplex temère ſuſcipi poteſt, ſolenne, non niſi conſultę, loco, ac tempore publico, ſub determinata forma uerborum, non citra conſilium, animique decretum. Secus in ſimplici, quod, & momentaneo, impetu quèdam, & abſque perfecta deliberatione ex tempore emittitur, & ex animi facilitate ſuſcipitur. In ſolemni rurſus, aliquę perſonæ adhibentur, quaſi præmiſſæ deliberationis teſtes, at id in ſimplici non exigitur. Simplex item uotum de ſimplicibus eſſe poteſt, at ſolemne, non niſi de arduis, ac exiguis. Non ſunt ergo ex æquo uota libranda, & temere Eraſmus Eccleſiam taxat, qui ea ſecernit. In ſimplici namque uoto diſpenſat Eccleſia, at non in ſolemne, niſi urgens, eaque neceſſaria occurrat ratio, & hoc quorũdam non omnium Theologorum eſt placitum. Namque negat D. Thom. cui ſubſcribo. Immouero. Eccleſia non diſpenſat, niſi raro in uoto ſimplici Religionis, aut continentiæ, quoniam ad perfectionem ſpectãt, & diſpenſatio fit in melius, uel æque bonũ, & ſupra caſtitatem nihil ſit. Canoniſtæ, cũ quibus eſt Caiet. id poſſe non dubitant. At nos non ſcribimus Doctorum diſſenſiones, ſed eas qua de fide ſunt, explicamus. Caiet. 2. 2. q. 189. 5.

9 *Caſtitas non eſt virtus.* HAER. Non opus eſt alia abducere contra hoc, quoniam ex ſuperius expoſitis abunde hoc conuincitur falſum. Eſt enim caſtitas uirtus à caſtigatione concupiſcentiæ nominata, & eſt circa uenerea tamquam ſpecialis uirtus, ut uero compræhendit omnia ad hoc uitium ſpectantia ſic dicitur uirtus generalis, diſtinguitur a pudicitia, quia caſtitas eſt circa uenercam commixtionem, & pudicitia circa ſigna uenereorum ut tactus, oſcula, & huiuſmo di. quæ pertinẽt ad perfectionem uitæ ſpiritualis. Caſtitas diuiditur in matrimonialem, uidualem, & uirginalem. Item in moralem, heroicam, & Diuinam. At caſtitas coniugalis non eſt uirtus diſtincta, ac ſpecialis ſupra caſtitatem, quia non habet laudem, niſi ab illicitis delectationibus, caſtitas etiam uidualis non eſt perfecta, ut uirginalis. Impedimenta caſtitatis ſunt, delitiæ corporis, cogitationes uenereę, aſpectus, colloquia mulierũ. Remedia uero caſtitatis ſunt ſeptem, maceratio carnis per abſtinentiam, uigilias, contemplatio diuinorum, oratio, ſtudium ſcripturarum, cogitatio ſancta, exercitium contra ocium, labor, & anguſtia, & ſolitudo. Caſtitatis uirtus ſubiectiue eſt in anima, ſed materiam habet in corpore, ad ipſam enim pertinet, ut ſecundum iudicium rationis, & electionis uoluntatem, aliquis moderate utatur corporalibus membris. Hæc D. Thom. ſecunda, ſecundæ. quæſtio. 151. & 143. Paul. Cort. par. tertia. diſtinct. octaua. Gerſon 2. par. de Caſt. Eccleſiaſticorum.

eorum. Biel. 3. dist. 36. quest. unica, artic. tertio dub. promo. Bulifer. 4. dist. 1. Et Schola omnis conuenit. Castitas uero infidelium, non est uera uirtus, & si aliquam operationem bonã, more humano habere possint, ut honorare parẽtes. Castitas etiam in muliere uiolenter oppressa dúplicatur ad Coronam, ut scribit Caiet. art. 1. Est etiam animaduertendum, quòd pudicitia quæ a pudore dicitur, ad castitatem pertinet, ut D. Aug. lib. de perseuerantia docet, non tamẽ distinguitur a castitate, ut uirtus à uirtute, sed uelut exprimens quandam circunstantiam, & non raro una pro alia ponitur. Et pudicat magis explicat castitatem, quo ad signa illa, quia signa magis solent depræhendi. Et pudor non est, nisi ad signa se extendat. Non ergo ista duo distinguuntur, quasi una sit contra uenerea, altera circa signa, nam pudicitia est contra utrunque, hoc dixerim ob quosdam, qui non capiunt ha D. Tho. nec eius mentem.

Catechismus.

Cathechismus est superfluus in Ecclesia. Vuiclef. HAER. Qui omnes ritus Ecclesiæ exterminare conatur, damnat cathechismũ, nec eos cathechizandos censet, qui ad Sanctam confugiunt Ecclesiam. Nec attendit, præfixum saluatoris ordinem, qui dixit. Eũtes docete omnes gentes, baptizantes eos, prius ergo sunt instruendi. Hoc exponit Apostolus. Quomodo credent ei quem non audierunt, aut quomodo audient sine prædicante, ad Rom. 10. Baptismus ac uox Ioãnis, quid aliud erat, quàm Cathechismus. Cathechismus ergo, quod latine instructio dicitur a uerbo Cathechizo, quod est instruo, est instructio in his, quæ sunt necessaria ante baptismum, & ad uitam Christianam, & adulti instruuntur, paruuli uero obligantur per patrinos. Quæ quidem instructio pertinet ad sacerdotes principaliter, & ad lectorem secundario, & ad Diaconum, quo ad instructionem credendorũ, quo ad instructionem morum ad Parochũ quo ad conuersionem fidelium a prauis moribus, Episcopi, ac prædicatoris est.

Nec est sacramentum, sed sacramentale quoddam, hunc præcedere debet exorcismus. Quilibet ergo Cathechismo opus habet, tam filij fidelium, quam infidelium, hinc patrini, assignantur. De hoc scribitur de consec. dist. 4. c. Ante uiginti. Et c. Cathechismi. In Concil. Eliber. sub Siluestro tradũtur Canones capit. 37. & 45. tom. 1. pag. 248. Et in Concil. Arausic. c. 19. & 20. in Rhemensi. cap. 3. tom. 2. pag. 637. In Later. sub Iulio secundo, sess. 1. tom. 3. pagin. 543. In Synodo Dyocesana Augu. capit. 8. tom. 3. pag. 869. Trid. sess. 24. cap. 7. Patres etiam scribunt de hoc. Diony. Areopag. de Eccl. Hierarch. cap. 2. Tum diuinę quoque conuersationis, ac uitæ illi explicans rationem, an ita uelit deinceps uiuere sciscitatur. Et loquitur de his, quæ præueniunt baptismum. Clemens epistola tertia ad uniuersos ait.

Accedat quoque qui uult ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni Cœlorum &c. Et inferins, ac semetipsum in omnibus probet, vt tribus mensibus iam consumatis, in die festo baptizari. Basi. Hom. 52. Chris. Hom. ad populũ Antiochenum. Rabanus. Maurus Archiepiscopus Mogũtinẽsis, libro primo de institutione Clericorum, capitulo vigesimoseptimo. Cathechizandi ordo hic est.

Primum interrogatur Paganus, si abrenũciat Diabolo, & omnibus damnosis eius operibus, atque fallacibus pompis &c. Fusius quæ exiguntur, annumerat. Scholastici D. Tho. tertia parte q. 67. Et 71. primo & quarto. Palud. 4. distin. 5. q. 4. Ricard. dist. 6. q. 3. articu. 5. libro quarto. Biel 4. distin. 6. quæst. tertia articulo primo. Bulifer 4. distinctione sexta quæstione undecima. Hugo de Sacramentis parte decima capitulo nono.

Cathecumenus.

Cathecumeni non sunt de sua salute securi, si sic moriantur. HAERET. Ambros. in oratione in funere Valentiniani Augusti, quem Theologi sequuntur, ait. Sed audio uos dolere, quia Valentinianus, non acceperit Sacramenta baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in uobis est, nisi uoluntas, nisi petitio? & inferius.

Non habet ergo gratiam quam desiderauit? non habet, quod poposcit, & ubi illud est. Iustus, quacunque morte

præ-

præuentus fuerit, anima eius in refrigerio erit. Et paulo infra. Aut si qua solenniter, non sunt celebrata mysteria hoc mouet? Ergo nec martyres si Cathecumeni fuerint coronantur, non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo abluuntur sanguine, & hunc sua pietas abluit & voluntas. D. Thom. q. 68. 3. p. Et alij sequuntur. Quod vero Chriso. hom. 3. in epistola ad Philipp. Qui dicit non esse orandum pro eis, aut quòd non sunt salui. Hoc sic intelligendum est ad terrorem istum, ut ne quis tardaret accedere ad baptismum. Vel secundo, loquitur de Cathecumenis, vt qui non habent, nec voluntatem baptismi, sed dubij, ac perplexi sunt, quid agant. eodem modo accipienda sunt, si altus hoc cum Chrisostomo tuetur. Id etiam, quòd in ecclesiasticis dogmatibus scribitur, quæ D. August. perperam attribuuntur forte; nam apud multos sunt Gennadij Marsiliæ presbyter. Hic dicit. Baptizatos tantum saluos esse, non Cathecumenos, quamuis in bonis operibus moriantur. D. Thom. interpretatur, non eos exclusos à Paradiso, sed egere purgatione aliqua in purgatorio, quæ in baptizatis, vel martyribus non exposcitur, quia in illis aqua, in his sanguis sordes abluit. Et sic omnia consonant. Et quæ Paulinus epistola prima ad Seuerum Fratrem, ubi dicit quòd non sunt corporis Ecclesiæ Cathecumeni, nec membra.

Cæmiteria.

Cæmiteria mortuorum, vana sunt, ac Romanæ superstitiones. Luth. HAER. Non est diebus nostris, sed vetusta cœmiterij institutio apud æthnicos, q̃ laudauit semper, & approbauit ecclesia. At noui Dracones omnia inficere conantur. D. August. lib. 3. pro mortuis cura agenda. cap. 3. ait prodesse non Martyribus sepultum, & frequẽtius oramus pro eis, & precibus martyrum adiuuantur. & D. Ambr. in inuentione corporum Sanctorum Geruasij, & Protasij, apud Lippom. tom. 2. schol. 2. pagi. 105. Et quas habet ecclesia immunitates, & cœmiterium, non tamen eo polluto, polluitur ecclesia. Caus. 13. q. 2. c. Nullus. De quo littera s. sepultura. Ecce ergo quid prosit Lutheranæ sepeliri in ecclesia, aut Cœmiterio consecrato.

Cæremoniæ.

Cæremoniæ superfluæ sunt in ecclesia. Luth. HAER. Vanum est de vnaquaquè resolicitum esse, sed ne rei difficultate perterritus terga dare videar, quo fundamento ecclesia tot cæremonijs vtatur, explicabo, quod pauci quos viderim exposuerunt. Temerarium enim, imò impium est, à vetustissimis consuetudinibus, à sacris ritibus Martini exemplo discedere, qui aperto Marte, cum sede Romana pugna instituit, ac bellum indixit. Erasmus etiam ait in Methodo studij Theologici. Euolue testamentum omne nouum, nihil vsquam reperies præceptum, quod ad Cæremonias pertineat. & ibidem. Non plusquam iudaicis constitutionibus oneramus Christi sanguine liberos. Ergo qua potero breuitate hos conuincam. Age lector. Percurramus Euangelia. Nonne Pastores venerat adorare Dominum? Quid stella illa rutilans, ac micans, quæ in Oriente Magis apparuit, qui procidentes adorauerunt infantem? Et munera prætiosa quæ obtulerunt, sine Cæremonijs peragi id potuit? Baptizante Ioanne Dominum, quot celebratæ sunt Cæremoniæ? Mulier peccatrix, quæ fregit vas alabastrum, cuius odore impleta est domus, dum vnxit, ac abstersit pedes Domini nõne quoddam cæremoniale fuit? Quid dices Erasme, de ramis oliuarum, & sacra veste per viam, qua incessurus erat Dominus? Quid de vocibus populi exclamantis? Quot cæremoniæ in sanctissima, ac nouissima cena, in qua veste deposita, succintusque linteo, ipsemet aquam in peluim infundens, Apostolorum pedes, procumbens in terram, sacratissimis manibus lauit. Nonne voluit plurimis, & solennibus ceremonijs tumulari? Num sepulchrum nouum eius Sanctissimi corporis est tumba, ac corpus condiri aromatibus voluit? Sudarium supra caput imponi, linteaminibus vniuersum corpus inuolui, ad ostium monumenti lapidem magnum apponi, & tanti negocij nobilissimos, & diuites elegit ministros. Hæc tamen omnes mente concipi possunt

aut verbis exprimi. Hoc significare Apostolus voluit scribens Philipp. 3. Imitatores mei estote, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. & 2. ad Thessal. 3. Denunciamus autem uobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre, ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Ausus ergo temerarius eorum, repræhenditur, qui noua statuunt, ac vetera respuũt, quæ Sancti obseruarunt. Contra quos est Trid. synod. sess. 7. cano. 13. de sacramentis. D. Thom. de ceremonijs scribit, quod dicũtur à Cere oppido prope Romam, vel quasi Cereris munia. & sunt opera exteriora ad Dei cultum pertinentia, ac protestationes fidei. pri. 2. q. 99. 3. cor. Obediant ergo Matri Ecclesiæ, quia melior est obedientia quàm victimæ. 1. Regum 15. & sequantur, quæ pacis sunt, vt admonet Apostolus Roman. capit. 14. Nec scindant inconsutilem Saluatoris vestem. Pius etiam Quartus in Bulla professionis fidei, præcipit, vt approbatos Ecclesiæ ritus veneremur. Apostoli ceremonijs vsi sunt. Nam scribit Dionys. Areopag. lib. Eccl. Hier. cap. primo. Visibilibus signis cœlestia sacramenta texerũt. varietateque, ac multitudine, quam vnicũ est collectum tradiderunt, & in humanis imaginibus res Diuinas materialibusque figuris spiritualium maiestatem. & idem cap. vltimo dicit, quòd multarum cæremoniarum est obscura significatio. Quod & Orig. hom. 5. in Num. dixit. Sed in Ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi, quæ omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam ꝙ (verbi gratia) genua flectemus orantes, & quòd ex omnibus cœli plagis ad solam Orientis partem conuersi orationem fundimus, non facile cuique puto ratione compertum. Hæc Orig. & hoc dicit de Eucharistiæ, ac baptismi ceremonijs & D. Aug. lib. 3. de doctr. Christiana, cap 9. Qui autem non intelligit, quid significet signum, & tamen signum esse intelligit, nec ipse præmitur seruitute. De ceremonijs vero Missæ suo loco erit oratio. verbo, Missa. Insurgit Luth. Diu. Paul. inquit, damnat Mosaicas ceremonias, ergo, & vanæ sunt. Quis non videat consequentiæ falsitatem, quid nostra cum Mose in his, quæ ad figuras attinet, & cæremonias? vt suo loco explicabitur.

Character.

Characterem Sacramenta non imprimunt. HAE. Et si hæc vox apud Patres non sit adeo frequens, tamen, quo ad significatum apud ipsos sæpius reperitur. Character enim Grece, Latine dicitur forma, imago, vel effigies. Nam sicut ex ferro ignito designantur animalia ex impressione characteris, ita ex charactere spirituali animæ, in quas imprimitur, indelebiliter sunt notatæ, & spiritualiter insignitę. Hic diuersimodè definitur. Isid. dicit, quòd est habitus vniuersalis, & magnis, & paruis, virtute sacramenti datus; & quoddam signaculum substantiæ. Alij vero, ꝙ est quædam passibilis qualitas animam illuminãs ad videndum facilius, quid sit credendum, quid operandum ue sit. A Dyonisio vero definitur, vt refert D. Thom. quarto, distinctio. quarta. Quod est signum Sanctæ communis fidei, & sancti ordinis datum à Hierarcha. Vel vt communiter à Scholasticis dicitur. est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel tradendum alijs ea, quæ sunt Diuini cultus, quæ in quibusdam actionibus consistunt. Et à Dyonisio est diuulgatus primo. Importat autem triplicem relationem, signi, distinctionis, & similitudinis. & est in secunda specie qualitatis, subiectatur vero in potentia animæ, non in essentia, nisi remote, & principaliter in potentia cognoscitiua. Caietan. tertia par. q. 84. primum. Secundario in affectiua. Hinc non repugnat, quòd plures characteres sint simul. & semper manet etiam in damnatis. Nullus tamen Christo est impressus. Hunc imprimit baptismus, confirmatio, & ordo quilibet. Quando vero imprimatur in singulis character pergamus exponere. Primo in baptismo imprimitur in ipsa ablutione cum verbis, non in datione alicuius rei. In confirmatione in ipsa impositione manuum. Character Sacerdotij imprimitur in porrectione Calicis cum debita forma. Character Diaconi, in datione libri Euangeliorum. Subdiaconi in datione calicis. Acolytatus in forma verborum Episcopi, cũ Archidiaconus tradit vrceos, potiusquam

cum

tum traditur candelabra. Concil. Floren. quòd illa tria characterem imprimant decreuit. tom.3.pag.505.col.2. & Trid.sess.7. can.9.& sess.23.cap.4. D.Thom. 3.par.qō. 63. Scot.4.d.6.q.9. Alexan. de Ales par.4. q.19.memb.1. 2.Bon.4.dist.6.Bruli.dist.6. q.2.Pal.d.4.q.3.lib.4.Ricard.d.5.q.3.art.2. Biel 4.d.6. q.2.

Charitas.

Charitas non est omnium virtutum nobilissima. HAER. sunt aperta D. Pauli testimonia, quæ charitatem supra virtutes omnes extollunt. super tria hæc, charitatem habete, quòd est vinculum perfectionis. 1.Cor. 13.d Maior horum est charitas. Factus sum velut æs sonãs, aut cimbalum tinniẽs. Hinc non habens hanc nuptialem vestem fuit à conuiuio expulsus. & è regno Cœlorum, qui dum hic viuerẽt possiderunt, nec erit sat dicere. In nomine tuo dæmonia eiecimus, virtutes multas fecimus. Patres omnes in hoc conueniunt, & ne in manifestis opus. Ludã, ad obscuriora veniam, de quibus cum hæreticis est controuersia.

2 *Charitas non remanet post mortem.* HAER. Quod nam erit regnum, quæ ciuitas cœlestis sine amore, & charitate, cum omne regnum in seipsum diuisum desoletur? Charitas enim, vt docet D.Paul. nunquam excidit.

3 *Charitas non infunditur à Deo.* HAERET. Hoc etiam docuit D.Paul. Rom.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

4 *Charitas infunditur à Deo, iuxta naturalem hominum capacitatem.* HAER. Affirmare quod ex nostra capacitate donetur Dei amor hæresis est. Nam spiritus, vbi vult spirat. Ioan.3.& 1.ad Cor.12. scribit Diu. Paul. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem spiritus diuidens singulis prout vult.

5 *Charitas in hac vita augeri non potest.* HAERET. Quis ad tantam amoris excellentiam peruenit, vt non mereatur amplius, & si meretur quomodo, non augetur charitas? Hinc D. Paul. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, 1. Corint. 13. & ad Philippen. 3. Non quam iam cœperim, aut perfectus sim, sequor autem si quo modo compræhendam. Scholastici idem affirmant. D. Thom. secunda secundæ. Brulifer, & Ricard. lib. primo. distinct. 17. quæstio. tertia, secundo. Aliacensis primo, q. nona primo. Biel primo, distinc. 17. quæst. nona, tertio.

6 *Charitas per peccatum non amittitur.* HAERETI. Error in fide manifestissimus ꝙ charitas per peccatum perdi non possit, neque quispiam ausus est affirmare, quẽ legerim. Quæ enim conuentio lucis ad tenebras, aut Christi ad Belial? peccatum ergo mortale charitatem remouet. Sunt qui attribuant Magistro sententiarum, lib. tertio, distinct. 31. Quod in his, qui saluandi nunquam recedit charitas, sicut nec dãnandi vnquam habuerunt. D.Aug. etiam, homil.30. in capi. 14. Ioann. de charitate dicit. Quæ in quocunque fuerit, tanquam radix ille erit, quæ quamuis ardente Sole arescere non potest. & Gregor. homil. quinta in Ezechi. supra ea verba non reuertebãtur cum ambularent, idem dicit. Beda in exposit. prioris epistolæ Ioannis capitulo primo ex raspodijs D.Gregor. Colligit etiam Gratianus distinctio. 2. ex epistola Diui Augustini, qui omnes videntur dicere, quòd semel habita, amitti non possit. sed sunt intelligenda eorum verba, ꝙ ex parte largitoris charitatem, nunquam amittitur, & ex parte sui, non tollit Deus, non recedit charitas, sed ex aduentu contrarij, sic D.Thom. docet 2.2.q.24. Vndecimo sicut enim scientia secundum se, & ex subiecto est incorruptibilis, tamen ex aliquo contrario, ꝙ est in phantasmate corrumpitur, sic & charitas.

7 *Charitas nullum habet ordinem.* HAERE. Quo ordine, & gradu teneamus diligere, sponsus sponsum edocuit, in canticis. Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Quem explicatius Dominus aperuit. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum. Primo ergo loco Deus diligendus venit. Secundo nos ipsos diligere tenemur. Tertio proximum, & inter ipsos parentes, & affines, ac reliquos homines omnes. Rabanus lib. 3. de vit. contempl. cap.15. explicat egregiè charitatis ordinem, & D.Th.2.2. Bon.li.3. d.29.q.5. Biel 3.d.20.q.vnica, 1. Pau. Cori. 3.di.7. Hoc voluit D.Augu. ad Gal.6. ꝙ oẽs equaliter debemus diligere, sensus est quo ad finem, non quo ad modum.

8 *Charitas non est necessaria ad opus meritorium.* HAER. Apertus est locus Apostoli. Nihil mihi prodest & ad Gal.5. In Christo Iesu, neque circuncisio, aliquid non ualet, aut præpetium, sed charitas, quæ per dilectionem operatur, & ibi D. Aug. sine qua quod libet aliud donum, nō perducit ad Deum. Et tract. 5. in epistolam B. Ioan. Super ea verba. In hoc manifesti sunt filij Dei dicit. Quicquid uis habe, hoc solum non habēs, nihil tibi prodest alia si non habeas, hoc habe; & implesti legem. Et sæpius hoc idē repetit. Direct. 2. par. q. 10. hæres. 16.

9. *Charitas est ipse Spiritus Sanctus.* ERRON. Hoc docet D. Aug. 15. de trinit. cap. 18. Dilectio igitur, quæ ex Deo est, & Deus est, proprie Spiritus Sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Dei charitas per quam nos tota inhabitat Trinitas. Ansel. super epistolam ad Rom. 5. Charitas Dei diff. est in cordibus nostris dicit ꝙ charitas non est donum aliquod, sed ipse Spiritus Sanctus, qui in nostris habitat. Hoc sequitur Magister 1. di. 17. Scholasti uero, & D. Tho. agnoscunt differentiā inter Spiritum Sāctum & charitatem quod est quoddam donum, licet etiam Spiritus Sanctus, & tota Trinitas per charitatem inhabitet in nobis iuxta illud, ad eum ueniemus, & māsionem apud eum faciemus. Hoc ergo dicendum & magister deceptus est, ac Ansel. D. vero Aug. interpretari potest, quòd loquatur causaliter, non identice. Idest charitas est proprie Spiritus Sanctus, hoc est à Spiritu Sancto causatur, non ex meritis nostris & hanc interpretationem ex ipso elicio. Namque lib. de verbis Apostoli ser. 1. dicit Domini est salus, non qua saluus est dominus, sed quam dat eis, quos saluos facit. Sic & Dei gratia iustitia Dei dicitur, non qua iustus est Dominus, sed quia iustificat eos, quos ex nuptijs iustos facit. Sic & charitas dicitur Spiritus Sanctus, non quia sit Spiritus Sanctus, sed quia est à Spiritu Sancto.

10 *Charitatem nemo habere potest.* HAER. Quid ergo dicitur. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Et charitas Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra, & intelligentias uestras. Et ad Glo. 3. super omnia autem hæc charitatē habete, ꝙ est uinculū perfectionis. Et 1. Ioan. 2. Qui aut seruat uerbum eius, uere in hoc charitas Dei perfecta. Hoc docto res omnes affirmant. Direct. etiam refert hanc hæresim 2. par. q. 10. hæres. 15.

11 *Charitas imperfecta non saluat.* HAERE. Poterit esse adultus, qui statim post baptismum moriatur, & tamen non erit perfectus in charitate. Rursus aliquas animas in Cœlum mox recipi docet Conc. Flor. & tamen poterit esse charitas incipientium. Si etiā modica fides ut granum Synapis trāsfert montem de loco ad locum, quare & charitas non erit tantæ efficaciæ? Adhuc, ille, qui modicam habet charitatem nō adhuc perfectam, quæro, vel est Dei amicus, vel non si primum ergo saluus erit. Si secundum quomodo charitas stat, cum Dei inimicitia, cum ex Diametro pugnent hæc duo?

Cherubini.

Cherubini non sunt Angeli, uel spirituales substātiæ. ERRON. Hoc dictum confutatur authoritate Dion. qui c. 7. cœlest. Hierarch. Cherubinos post Seraphinos recēset. Huic subscribit Athan. super illud omnia mihi tradita sunt à Patre meo. His nihil Deo propinquius, qui Dei maiestatem labijs nunquam cessantibus extollunt. Chriso. ser. 3. de incompræhensibili Dei natura. Dicit, ꝙ Cherubini sunt superiores Seraphynis. Cōcil. Nic. secundum act. 4. approbat sententiam Athanasij, exponentis illud Psalmi. Qui sedes super Cherubin. Et ait. Concil. Cherubini omnib. hominib. natura ignoti Spiritus, & ignis sunt ab omni corporum figuratione, & natura alieni, & quæ de ipsis à Propheta tanquam corporalibus dicuntur, simbolicum sensum habēt. Gennadius exponens uerba Gen. 3. Collocauit ante Paradisum Cherubin. dicit. Cherubini sūt virtutes inuisibiles.

2 *Cherubin non fuit positus ad ostium Paradisi.* HAER. Historia sacræ Genesis manifesta est Gen. 3. c. D. Collocauit ante Paradisum Cherubin. Sic exponit Chrisost. eum locum. Sic & Cherubini meruerunt quidē custodire Paradisum, sed nolebant honorem custodię. Gennandius ibi. Hos ipsos suscepisse Paradisi custodiam. Amb. Augu. & omnes conueniunt. Theodoretus vero q. 40. in Genesim, qui negat, quem errorem emendauit lib. Diuinorum Decretorum, cap. 7.

Cho-

Chorepiscopus.

Chorepiscopus fuit dignitas olim, quasi media inter Episcopos, & Presbyteros, qui cõstituebantur in castris, & villis non ciuitatibus; & conferebant ordines minores & Subdiaconum, vt habetur in Concil. Ant. can. 10. Dabant litteras commendatitias, & pacificas non formatas. Non tamen poterant ordinare Præsbyteros, aut Diaconos, nec imperare presbyteris ciuitatis sine authoritate Epi Conc. Ancy. ca. 13. At quia abutebantur ea potestate, nõ sunt amplius in Ecclesia, vt Damasc. ait epist. 4. & habetur dist. 67. ca. Chorepiscopi. Quid vero sit vetitum habemus in Conc. Hispal. secũdo cap. 7. Scribit D. Antonin. de his tit. 21. c. 1. 3. par. Multa scribit Vuielmus in proprio tractatu.

Chrisma.

Chrisma non est Sacramentum. Armieni, Vuitclef. HAER. Sacramentum hoc diuersa habet nomina. Dicitur primo impositio manuum, eo quia manus imponebant illud suscipientibus, vt dicitur Act. 8. quia dabatur Spiritus sanctus per manus impositionem, & epist. Melchiadis Papæ. Dicebatur etiam consignatio, vt ex 4. epist. Clementis. & signum vocat D. Aug. 10. contra Faustum, cap. 14. Tertio appellatur confirmatio, vt ex Clemente, ac Melchiade habetur, ac ex Concil. Floren. & Tridentino. Nominatur quarto Chrisma apud multos Probatur ex Sacris litteris. Act. 8. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebãt Spiritum sanctum. & 19. Cum imposuisset illis manus Paulus venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Dominus etiam manus imposuit supra pueros. Matth. 19. Concilia hoc recipiunt Sacramentum. Laodicense cap. 48. Oportet baptizatos post baptismum, sacratissimum chrisma suscipere, & cœlestis Regni participes fieri. tom. 1. pag. 379. Concil. Elibertinum can. 38. Ad Episcopũ eum perducat, vt per manus impositionẽ perfici possit. Aurelian. canon. 3. vt refert Gratianus, de conf. dist. 5. vt ieiuni. & quia nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione Episcopali fuerit chrismatus. Laodicenum can. 48. sacratissimum chrisma percipere, & cœlestis Regnì participes fieri. Meldense can. 6. apud Gratianum, de conf. dist. 5. vt ieiuni, non nisi ieiuni per impositionem manuum Spiritum sanctũ tradant. Concil. Constant. sess. 15. meminit septem Sacramentorum, dando articulos Ioannis Hus. Flor. secundum Sacramentũ est Confirmatio. Trid. sess. 7. can. 1. Si quis dixerit confirmationem baptizatorũ ociosam esse ceremoniam, & non potius verũ, & proprium sacramentum. Anath. sit. Hoc Siluester primus docuit. to. 1. 229. col. 1. & Melchiades Papa ad Episcopũ Hispaniæ. Cypria. epist. ad Tubaianum, de hæreticis baptizandis. & per nostram orationem, & manus impositionem Spiritum sanctũ consequantur. idem Epist. 12. ad Ianuariũ. Vngi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit. Et rursus de vnctione chrismatis, ac alijs sacramentis. D Hierony. aduersus Luciferianos. An nescis etiam Ecclesiarũ hunc esse morem, vt baptizatis postea manus imponantur, & ita inuocetur Spiritus sanctus? Exigis vbi scriptum sit in Actib. Apostolorum. D. Augus. lib. 5. de baptismo contra Donatistas, cap. 20. & tract. 6. in epistolam Beati Ioan. Nunquid modo, quib. imponitur manus, vt accipiant Spiritum Sanctum, hoc expectatur, vt linguis loquãrur. Petr. Dam. serm. 1. de dedicatione Ecclesiæ. secundum est Sacramentum confirmationis. Bern. in vita Malachiæ Episcopi. Malachias vsum saluberrimum confessionis, sacramentum confirmationis. Isido. lib. 2. de Ecclesiasticis officijs, capit. 25. sed omnis Ecclesia vnctione Chrismatis consecratur. & cap. 26. sed quoniam post baptismũ, per Episcopos datur Spiritus sanctus, cum manuum impositione, hoc in actibus Apostolorum fecisse meminimus Apostolos. Raban. de institutione clericorum lib. 1. cap. 30. Vt signaculum fidei, qđ in fronte suscipit, faciat eum donis cœlestibus repletum. De hoc conueniunt omnes scholastici. D. Tho. 4. d. 7. q. 4. 3. Alex. 4. p. q. 28. mem. 2. art. 2. Bon. 4. d. 7. art. 9. Scot. 4. d. 7. q. 1. Ricard. d. 7. q. 6. 2. art. 6. Camer. 4. q. 1. Biel 4. d. 7. q. vnica. Hoc confirmatur Sanctorum exemplis. Nam in vita sancti Amphrodiani legitur, ꝙ Beatus Silinnius baptizatum ad consignandum sacro Chrismate Marcello Papæ obtulit. tomo 4. apud Lipp. pag. 156. schol. 1. De hoc D. Iacob. dixit. Infirmatur quis in vobis, &c.

Chrisma

2 *Chrisma non est institutum à Christo*. HAE. Viri pij inter quos Alex. de Ales par.4.qõ. 24.mẽb.1. hoc tenet, quia non legitur vbi, nec quando, nec Christus, nec Apostoli vsi sunt hac materia, neque hac forma, sed sola manuum impositione, & fuit inquit confirmatio instituta ab Ecclesia in Concilio Meldensi. & hanc opinionem sequitur D. Bonau. Contra eos est Fabiani decretum, & habetur de cons.d.3.c.litteris. Qui ait, ꝙ in cœna, vbi Christus eandem Spiritus sancti promissionem fecerat, Chrisma conficere docuit, sicut ait, prædecessores nostri, à Sanctis Apostolis acceperunt, & nobis reliquerunt. Hoc ex Diony. elicitur. Post baptismum (inquit) Hierarcha, id est Episcopus sacro vnguento signet baptizatum. Clemens lib.3.capit.16. Vngat Episcopus vnguento baptizatos. & cap.17. Vnguentum est confirmatio confessionis fidei, imo idẽ Clem. ait, ꝙ à Beato Petro accepit, & cæteri sancti Apostoli præcipiente Domino docuerunt. Hæc Clem. epist.4. Cyrillus Hierosoly. tertia mystagogica Cathechesi ait. Postquam ex sacro fonte ascendimus, datum est nobis chrisma illius, quo vnctus est Christus, imago, quæ est Spiritus sanctus, & Cathesi 2. dicit, ꝙ Ecclesia Hierosolymitana à sanctis Apostolis accepit. Assignat figuram in veteri lege, quòd Moses postquã lauit Aaron, vnxit eum, Leu.8. Sic Salomon vnctus fuit. 3. Reg.1. de hoc dixit Esa. vngentur vnguento, cap.25. Sequuntur D. Thom. imo communem sententiam. Scot. Ricar. Dur. Aliacensis. & alij.

3 *Chrisma non confert gratiam*. HAERE. Ex verbis D. Iacobi colligunt multi, quòd conferat gratiam, quia dicitur. si in peccatis est dimittentur ei. Sic & Spiritus sanctus dabatur per manuum impositionem. Hoc dixit Concil. Flor. & Trid. sess.7. can.2. si quis dixerit iniurios esse spiritui sancto eos, qui Sacramento confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt. Anathema sit. Hoc D. Thom. ar.7.q.72. & Scholastici vbi supra.

4 *Chrisma non habet determinatam materiam*. HAER. Sacramenta omnia exigunt determinatam materiam. & de hoc Concil. Bracarense. can.4. ait. Placuit, vt modicum balsami &c. Cõc. Floren. in doctrina de Sacramentis. Materia consecrationis est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quòd odorem significat bonæ famæ per Episcopum benedictum. com.3. pag.505. Cyprian. de vnctione chrismatis. in quo mixtum oleo balsamum regiæ, & Sacerdotalis gloriæ exprimit unitatem. Cyrill. Hierosol. vbi sup. Fabianus Pontifex ad omnes Orientales Episcopos. Per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere. epist.2. Basil. li. de Spiritu sancto. cap.27. Benedicimus aquã baptismatis, & oleum vnctionis. Gregor. mag. Cant. cantic. cap. primo. Quod cum oleo Pontificali benedictione chrisma efficitur, quo dona sancti Spiritus exprimuntur. Ex ipso nomine etiam probatur. Nam chrisma, nomen Grecum nostra Latina lingua, vnguẽtum significat. constat ergo hoc Sacramentum oleo, & balsamo, vel vtrunque de se, vbi vnum eorum deesse contigerit, D. Th. art.2.3.par.q.72. Apostoli etiam, chrismate vsi sunt in confirmatione, quando non aderat visibile signum descensus Spiritus sancti super eos, quib. per eos manuum impositio facta fuerat, quando autẽ aliquod sensibile signum miraculosè aderat, talis descensus Spiritus Sancti, puta ignis, aut aliquid huiusmodi, non vtebantur chrismate. Hæc ex Diony. 4. cap. Eccle. Hier. colligit Ferr. 4. cont. Gent. capitu.60. Cyrillus Alex. exponens verba, Esa.25. de chrismate loquens, affirmat ex traditione Beati Marci esse in Ecclesia Alexandrina. Theophanes quoque auctor Græcus in li. de Symphonia veteris & noui Testamẽti, eundem locum Esa. de chrismate exponit. Quid ergo negant Lutherani, quòd à Domino est institutum, vt Clem. ait, epist.4. à sanctis Apostolis diuulgatum, ab Ecclesia, & tot Concilijs receptum?

5 *Chrismatis oleum superfluè ab Episcopo benedicitur*. HAER. Ex antiqua Apostolorum institutione, & vtriusque Ecclesiæ olim approbata consuetudine, constantissimè adhuc tenemus benedictionem ipsius balsami, de qua in Concil. Brac. secundum cãt. 4. Placuit ut modicum balsami, quod benedictum. Concil. Flor. per Episcopum benedictum. Fabianus Papa epistola secunda ad omnes Orientales Episcopos & non per singulos annos chrisma in cœna Domini conficere. Basil. lib. de Spiritu sancto. Benedicimus aquam baptismatis, & oleũ vnctionis, Greg. Cant. Cant. capitu. primo.

Pon-

Pótificali benedictione chriſma efficitur. & de conſ.diſt.3.c. litteris. diſtinct. quarta, cap. præsbyteris. & extra de ſacra vnctio. Hoc & ſchola docet.

6 *Chriſmatis materiam, ſimplex Sacerdos conſecrare poteſt.* ERRON. Ex locis proxime expoſitis habetur quòd ſimplex Sacerdos non poteſt benedicere, aut conficere chriſma, & in Concilijs alijs eſt ſtatutum, Epiſcopi hoc munus eſſe, vt in Tolet.8.cap. Cartag.2.& 3.quæ referuntur. 26.q.6.c.ſi. iubet. & c. præsbyter. Licet ergo ſimplex Sacerdos poſſit Oſtiam conſecrare, non tamen chriſma, nec ordines conferre, quia pertinent ad totum corpus myſticum, & illa regula. Qui poteſt in maius, poteſt, & in minus vera eſt in his, quæ ſunt eiuſdem ordinis, & gradus. Hoc docet Concil. Vormat.cap.3.& Melchiades epiſt.ad Epiſcopus Hiſpaniæ. Quod à minoribus perfici non poteſt. & Flor.

7 *Chriſma benedicere ſimplex Sacerdos ex commiſſione Papæ.* TEM. Scholaſti, qui rem hanc diſcutiunt probãt tantam eſſe Rom. Pontificis authoritatẽ, vt poſſit in hoc, nec coartanda in re non maximi ponderis. de qua verbo, Papa.

8 *Chriſma non habet præſcriptam formam verborum.* HAER. Non erant ante Concil. Flor. Sacramentorum formæ adeo expreſſæ, ſed tamen ex vſu, & conſuetudine Antiſtitum ſeruabantur, quæ ex traditione ad eorum deuenerunt. Vt Clemens & Cyrill. Alexã. teſtantur. forma tamen chriſmatis eſt, Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Sed aliqui recentiores epiſ.illa 4. Clementis, ac ex Fabiano Papa, ex epiſ.ad omnes Chriſtianos D.Thom.art.4.

9 *Chriſmatis Sacramentum non imprimit characterem.* HAER. Quæ Sacramenta imprimant characterem ex Concil.Tolet.8. capit.ſeptimo. & Florent.tom.3. pag.505. & Triden.ſeſſ.7.cano.9.de Sacramentis, inter quæ eſt confirmatio D.Th.art.5.

10 *Chriſma debet alia Sacramenta omnia præcedere.* ERRON. Si adſit copia, præcedat bene habet, at non eſt ad Sacramentorum neceſſitatem, neque matrimonium, neque Euchariſtiam neceſſe eſt, vt præueniat, ſed ordines. Hoc ex vſu & doctrina Scholaſticorum habetur.

11 *Chriſma non eſt conferendum omnibus baptizatis.* HAER. Clemens, Fabianus, Melchiades, & Vrbanus omnes Chriſtianos ad ſuſceptionem huius Sacramenti affirmant debere ſuſcipere. Clem.epiſt. quarta. Omnibus feſtinãdum eſt renaſci Deo, & demum conſignari ad Epiſcopo. Fabianus epiſtola ad omnes Chriſtianos. Omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum. Melchiades epiſtola ad Hiſpaniæ Epiſcopos. Vnum ſine altero perfici non poteſt. & loquitur de baptiſmo, & confirmatione, & ea epiſtola reſpõdet quęſito, Quod nam maius ſit Sacramentum, Baptiſmus an confirmatio?

12 *Chriſma ſi conferatur pueris ante vſum rationis non eſt Sacramentum.* HAER. Sicut ex Apoſtolorum traditione habemus baptiſmum paruulorum, ſic & confirmatio. Qua enim ratione pueri confirmari non poſſunt? Rurſus adſunt omnia requiſita, forma, materia, & miniſter. ergo erit verum Sacramentum, hęc enim tantum ſunt neceſſaria, ex Concil.Flor.& 4.diſtinctio.7 Scholaſtica.

14 *Chriſma conferri non poteſt ante duodecimũ annum.* TEM. Comunis vſus Eccleſiæ eſt, quod pueri, cum peruenerint ad annum octauum confirmari poſſunt, nam ſatis vt recordentur, ac intelligant, quę geruntur, & talis eſt uſus Eccleſiæ, quod nec ante octauum confirmentur Chriſoſt. Hom. de Machab. Et Hom. de ſpirituali militia. Exigitur ætas ad corporalem militiam, at non in Chriſtiana.

15 *Chriſma non debet præcedere ſacros ordines.* ERRON. Cõfirmatio hominem ut militem in Chriſtiana fide aſcribit, ordo uero Ducem, at quis ignorat, militem præuenire Ducem, ſic chriſma ordines. At ſi oppoſitum contingat, forte non erit lęthale crimen niſi ex contemptu.

16 *Chriſma in adultis confeſſio præuenire non debet, nec debent prius confiteri.* TEM. Docente Apoſtolo didicimus. Probet autem ſeipſum homo, primo Corint. vndecimo. Et quod de Euchariſtia dicit, & de quo ſacramento intelligi poteſt, & de confirmatione. Si ergo conſcientia grauatur conterat ſaltem, nec neceſſaria eſt confeſſio, ſed contritio. Conc.Aurel.decreuit, ꝙ adulti poſt confeſſionem, ac ieiuni ſuſcipiant, & accedant.

Chriſma

17 *Chrisma surdis, & mutis conferri non potest.* ERRON. Si baptizantur, quare confirmati non possunt si adscripti sunt in cęlesti militia, quare non in mundana. Nunquid integritas humanæ naturæ tollitur per surditatem, nunquid non est Christianus, sicut alij?

18 *Chrisma amentibus, qui habent lucida internalla, non potest conferri.* ERRON. Sicut de baptismo diximus, hoc de confirmatione prædicamus. Qui ergo petunt, & uoto exposcunt confirmari; & sunt mentis compotes aliquo tempore confirmari poterunt, nemine discrepante.

19 *Chrisma amentibus, qui sic in hanc lucem venerunt, & sic perpetuo viuunt, conferri potest.* TEM. Hoc esset sacrilegium, ac deridere sacramentum, dum indignis confertur, & quicquid sit discrimen inter illam, & offam non cognoscunt. Peccarent ergo ministri, & si uerum esset sacramentum.

20 *Chrisma est adeo necessarium, vt sine eo saluari non possit homo.* TEM. Difficillima est inter scholasticos controuersia in hac re, & uiri aliqui Doctissimi nostræ familiæ, hoc tueri audent, ut Palud. 4. d. 7. q. 4. Dur. d. 7. 1. Siluester verbo. Conf. §. 3. Ricard. d. 7. q. 2. art. 5. Scot. dicit, quòd simpliciter non est necessarium ad salutem. D. Tho. Caie. Soto quòd non est necessariũ, nisi propter contéptum. Dicamus itaque quòd si adest facultas statim post baptismum debet confirmari. Nam Apostoli statim post baptismũ manus imponebant. Clem. epistola 4. ad Iulium, & Iulianum ait. Ab Episcopo confirmatus, aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si nõ necessitate, sed incuria, aut uoluntate remanserit (ut à Beato Petro accepimus, & cæteri Sancti Apostoli præcipiente Domino docuerunt) & demum ex operibus bonis ostendãt se similitudinem eius, qui eum gerit Patris. Hæc clemens. Melthiades epistola ad Episcopos Hispaniæ. Vnum sine altero rite percipi non potest, & loquitur de Baptismo, ac confirmatione. Fabianus epistola ad omnes Christianos omnes fideles post baptismum, per manus impositionem Episcoporum Spiritum Sanctum accipere debent, ut plane Christiani inueniantur. Si ergo adsit facultas debet quisque suscipere. Non tamen ex equo sunt omnia sacramenta necessaria, ut de matrimonio, & ordine. Si etiam esset omnibus modis necessaria confirmatio esset aliquod præceptum, uel ex scriptura, uel conditione, vel ex Ecclesia. Sicut multa sunt, vt de Eucharistia, baptismo, & confessione. Nisi manducaueritis. Ioan. 3. Nisi pœnitentiam egeritis. Ioan. 6. Omnis utriusque sexus de confessione. Explicasset ergo Ecclesia hãc necessitatem; si sine eo, non patet salutis aditus. Differentia ergo huius sacramenti insinuãs Canon. de Cõs. dist. 5. c. omnes ait omnes fideles debent accipere. De confessione dicit omnes teneantur. Qui ergo non susceperit hoc sacramétum non erit quo ad omnia perfectus, ac completus Christianus, ut dicit. Clem. q. a non erit inter perfectos, non tamen damnabitur nisi ex contemptu pretermittat. Et salutem nostram his cancellis concludere arduum ac dubium uidetur. Et affirmari aliquod præceptum; quod nullibi reperitur.

21 *Chrisma non solum in fronte, sed quouis membro ungi potest.* ERRON. Ecclesiæ usus, ex Apostolis inductus est, quòd frons perungatur. D. Aug. Psal. 141. Vsque adeo de Cruce, non erubesco, ut non in occulto loco habeam Crucem Christi, sed in fronte portem. Multa sacramenta aliter, atque aliter accipimus, quædam sicut nostris ore accipimus, quædam per totum corpus accipimus. Quia uero in fronte erubescitur ille qui dixit. Qui me erubuerit coràm hominibus &c. Et infra. Quam Pagani derident, in loco pudoris nostri constituit. Hactenus D. Augu. Et erigit D. Tho. rationem ex hoc. Quia propter propinquitatem imaginationis, ex qua passiones proueniũt. Tũ quia Spiritus directe à corde ad frontem ascendunt, undè uerecundati timent, rubent, & pallidi sunt, ad remonendum ergo omnem timorem in fronte datur. De quo conquæritur Dominus. Frons meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere. 4. cont. Gent. c. 60. & 3. 9. q. 72. 9. Raban. de Institu. Cler. c. 30. Per Pontificem uero in fronte. Et arte Innoc. Epistola ad 1. cap. 3. ad Decentium Eugub. Non tam frontem. &c. & Damas. epistola 4. de Corepiscopis. Leo epistola. 88. Concil. Flor. idem docet.

22 *Chrisma non requirere susceptorem.* ERRON. Quod de baptismo loco suo fuit probatum, idem hoc tépore recepimus, quòd

quòd requiritur susceptor, & patrinus ad solennitatem, si non ad necessitatem sacramenti. Et si unus, vel plures sint susceptores cõtrahitur affinitas cum chrismato, & non potest contrahi matrimonium & dirimit contractum. 30. q. si quis ex coniugio, & c. si quis Filiastrum. 30. q. & aperte de cognatione Spirituali. lib. 6. cap. Ne dum. Vnde si pater suscipiat filium, non potest ab vxore petere debitum. Tanta ergo est affinitas inter susceptorem, & confirmatum, non tamen inter ipsos susceptores. Diui Tho. art. 10.

23 *Chrismatis minister est quilibet sacerdos. Armachanus* Vuitclef. HAER. Quilibet sacerdos est huius sacramenti proprius minister. Quare Philippus vnus ex septem Diaconibus post prædicationem, ac baptismum in Samaria non imposuit manus, ut act. 8. & 6. habetur, nisi quia hoc erat Episcoporum munus, & Apostolorum ut Domas. in epistola ad Leonem Ricardum & epistola 4. de Corepiscopis ait. Quod vero eis non liceat chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare &c. Quæ omnia solis Pontificibus deberi, tam ex superioribus, quam ex alijs patrum constitutis, aut sacris Canonibus edocti estis. Leo magnus epistola 88. ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ. Nec erigere eis altaria, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare licet. Conci. Vormat. Can. 8. eadem verba Leonis habet. Concil. Flor. Ordinarius minister est Episcopus. Trid. sess. 7. Can. 3. de Confirm. Non solum Episcopum, sed quélibet sacerdotem. Anathema sit. Eusebius Papa epistola 3. ad Episcopos Tusciæ. Neque ab alijs, quam ab illis, qui eorum locum tenent vnquam perfici potest, aut fieri debet Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur, ac vacuum, nec inter Ecclesiastica vnquam computabitur sacramenta. Hæc ille. Innocenti. primus, epistola prima ad Decentium Eugubinum. ca. 3. Quod solis Episcopis debetur. Et probat ex c. 8. act. quia miserunt Petrum ac Ioannem ut eis manus imponerent. Conci. Tolet. primum cap. 20. Ispal. secundum cap. 7. De Conf. d. 5. c. De his c. Manus. est 4. cap. Præsbyteris. Huius sententiæ est D. Aug. lib. quæst. Noui, & uet. testamenti. In uita B. Amphronia ni beatus Sisinnius postquam baptizauit obtulit Marcello Papæ ut Chrismate perũgeret. Non ergo simplices sacerdotes antiquitus confirmabant, sed Episcopi. Lipp. tom. 4. pag. Schol. 1.

24 *Chrismatis Minister simplex sacerdos esse nõ potest authoritate Papæ.* TEM. Negant Doctores aliqui inter quos Sco. 4. d. 7. q. 1. Bon. 4. d. 7. q. 1. Et Dur. Et Adrian. 4. de confirmatione. art. 3. Nam scribens Gregorius Ianuario Episcopo Constantinopolitano ait. Vbi desunt Episcopi, Præsbyteri in fronte Baptizatos chrismate tangere debent. Et Concil. Flor. in doctrina de sacramentis dicit. Legitur tamen aliquando, per Apostolicę sedis dispensationem, ex rationabili & vrgẽte admodum causa, simplicem Sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis Sacramentum. Hæc Concil. Episcopus ergo est minister ordinarius, & ex officio, absolute tamen est sacerdos cui potest committi: Nec Episcopus est de integritate Sacramẽti, nec absolute necessarius, sed pertinet ad integritatem ordinariam, atque solennitatem vt dicitur dist. 85. Can. Peruenit. Et est D. Gregorij dictum. Ferr. 4. cont. Gent. capit. 60.

25 *Chrismatis cæremoniæ sunt superfluæ.* HAERE. Multa iam diximus, ac alia dicenda supersunt, & quod derident Hæretici in hoc Sacramẽto, quod iam probauimus, quibus testimonium Diony. Areopag. de Eccl. Hierar. capit. 4. longa oratione refert cæremonias, quæ adhibentur in consecratione chrismatis, & unguenti. De quibus dicitur in concilijs Aurelianensi, & Meldẽsi. Primo in die paschatis ac Pentecostes celebretur. Secundo quòd ieiuni accedant ob Sacramenti excellentiam. Tertio datur alapa, non solum in huius rei memoriam, sed quoniam ad tribulationes uocatur, & quia Christus Dominus sic percussus fuit. Hos ergo Episcopus ungit, ut aduersus hostes debellare possit, & pericula cauere. Signat Cruce, ut nihil sit de quo timere, aut verecundari possit, percutit alapa, ut se ad militiam uocatum agnoscat. De quibus sigillatim diximus. Quod etiam proprio nomine uocetur, cum in Cœlis ascriptum significat. Lippon. de sacramento confirmationis.

26 *Chrisma nullum habet effectum.* HAERE. Quæ actio, aut Dei operatio ociosa, aut ua

cua

eua erit, non agnoscunt Centuriatores eos effectus, qui à Dei filiatione seclusi, nō sentiunt spiritus suauitatem. Referunt tamen & Clemens epistola 4. Cum regeneratus (ait) quis fuerit per aquam, postmodum septiformis spiritus gratia ab Episcopo cō firmatur, quia aliter perfectus Christianus esse nequaquam poterit. Melchiades Epis. ad Epos Hispaniæ. In confirmatione augumentum præstat ad gratiam. Concil. Flor. Effectus autem huius Sacramenti est, quia in ea datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut Christianus audacter Christi nomen confiteatur. Hæc Concil. D. Amb. lib. 3. de Sacramentis cap. 2. Sequitur (ait) spirituale signaculum, quod audistis hodie legi, quia post fontem superest, ut perfectio fiat. Hoc etiā scribit, de ijs, qui initiantur cap. 7. Et Diony. de Eccl. Hier. cap. 2. Quippè diuinæ generationis sacrosancta perfectio diuino Spiritui, quæ fuerint perfecta coniungit. Armamur ergo cōtra Sathanam, & tormēta, & tribulationes. Et constituitur homo in quadam status excellentia, supra non confirmatos Christianos. Ferr. 4. cōt. Gen. c. 73. in fine ex D. Tho. 4. dist. 7. q. 2. art. 1. & dist. 23.

Obijciunt Hæretici.

Primo nullibi reperitur præceptum, nec insti tutum hoc Sacramentum ergo non tenemur venerari, aut credere. Dicitur, quòd assumit falsum. Nam ex actibus Apostolorum habemus, ut ostensum est. Secundo. Multi moriuntur sine confirmatione. Ergo si est necessarium ad salutem post baptismum, tot homines damnantur. Responsio ex superioribus apparet, & ex Clemente, nam non necessarium adeo ut sine contēptu non suscipiatur, aut non adsit copia, dānentur illi, ut Clemens dixit. Tertio. Iustinus Martyr. li. 1. c. 18. recensens Valentini errores. Alios ait, oleum, in aquam recitatis quibusdam uerbis infudisse, alios opobalsamo unxisse baptizatos, ergo quòd uir ille Sanctus damnat hanc unctionem. At Ireneus damnat superstitiosos ritus Gentiles, namque cōsueuerunt, vt qui templa adirent, seipsos aspergerent, aut etiam se totos abluerent, priusquam sacrificarent & in Myrræ Mysterijs conati sunt Euchari stiam repræsentare, apponentes panem, & aquam initiandis, hæc ergo intentio Iustini, in apologia, & non reicere sacra. Ecclesiæ. Quarto D. Hierony. exponens, uerba Sophon. cap. 3. A. Sacerdotes eius polluent Sanctum, ait. Cuique Sacerdoti fas esse chrisma conficere, & manus imponere his, qui confirmantur. Petrus Cretæ Episcopus lib. in sent. 4. d. 13. Exponit, quòd ibi D. Hierony. accipit Sacerdotem pro Episcopo, eo quia non distinguitur ut alius ordo, sed unus est ordo Sacerdotij, & non accipit Sacerdotem præssius. Dico secundo, quòd absolute Sacerdos est minister, cui potest committit. Episcopus uero est ordinarius minister, ac proprius: sic Ferrar. interpretatur consimilia verba D. Tho. ut & Hierony. dicit. 4. c. 60. Et sic remanet veritas, quam docuit, & docet Ecclesia.

CHRISTVS.

Christus humano semine est genitus. Ebion. HAERE. Hanc hæresim conuincere facillimū est. Nam Esaiæ cap. 7. dicitur. Ecce virgo cōcipiet, & pariet filium & Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, nec uir transiet per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi & D. Matth. c. 1. Inuenta est in utero habens de Spiritu Sancto &c. Quod. n. in ea natū est de Spiritu Sancto est. Et D. Luc. cap. primo. Spiritus Sanctus, superueniet in te. &c. Quid ergo clarius pro hoc desiderari potest? Quibus addo symbolum Apostolorum. Conceptus de Spiritu Sancto. Et alterum symbolum. D. Hierony. contra Heluidium defendit perpetuam virginitatem Mariæ Virginis. D. Amb. epistola 21. ad Syricium Papam ex testimonijs citatis probat virginis virginitatem. Et ait. Sed si doctrinis non creditur Sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis Angelorum dicentium. Non est impossibile apud Deum omne uerbum. Credatur symbolo Apostolorum, quod Eccl. Romana intemeratum semper custodiuit, & seruat. Hæc D. Amb. Cōueniunt in hoc Doctores omnes, & si non adhibetur fides his quæ diximus, nec alij credent. Fulgent. ad Monimum lib. 2. prope finem. Vt sicut ex Spiritu Sancto natus est Christus &c.

2 *Christus non fuit Deus, sed homo tantum.* EBION. Cherinthus Theodotus. Her. Inuehit

uehit D. Ioannes Euangeliſta altiſſimo illo principio. In principio erat uerbum. Et Deus erat verbum. Hoc ante dixit. Eſai. c. 9. Deus Fortis. & D. Luc. Vocabitur filius Dei. Hic eſt filius meus dilectus. Matt. 3. Et ipſe. Antequam Abraham fieret ego ſum. Ioan. 8. Petrus hoc confitetur. Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Et Martha idem exclamat. Credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui. Quid Dauid? Ego hodie genui te & iterum. Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis. D. Aug. lib. 1. de Tri. c. 6. Fulg. contra Arrianos. Et ad Tranſimundum li. 1. in fine. Leontius act. prima, probat cõtra Hebræos ex verbis Hierem. Hic Deus noſter alius cum eo, nõ comparabitur Deus. Et iterum in terra conſpectus eſt, & inter homines verſatus. Duo adducit argumenta Hebræorum, idem Leontius. Primum quia Pſalm. dicit. Donec ponam inimicos tuos. Ergo habet inimicos, ergo non eſt Deus. Secundo. Moſes appellat Prophetã. Vatem ſuſcitabit uobis Dominus Deus, ex Patribus noſtris mei ſimilem, uatem, non Deum nominat. Sed hæc ſoluere facillimum eſt.

3 *Chriſtus non fuit Deus, & homo.* HAERET. Vetuſtiſſimi Patres elegantiſſimè plura, contra hanc errorem ſcripſerunt, & ſuperficietenus ea tangam, quoniam non ſunt moleſti Hæretici in hoc. Athanaſius Synaita, in Exameron lib. 7. probat. Gelaſius Epiſcopus Romanus, doctiſſime inter omnes diſputat contra Eut. & Neſtorium, & abducit teſtimonia patrum, quæ uidere apud ipſum quiſque poterit. Hoc etiam facit Ioãnes ſummus Pontifex, contra hanc hæreſim, & colligit Patrum authoritates, & abducit authoritatem Gelaſij. Hoc ex concilio Niceno, ac Apoſtolorum Symbolo aperte habemus. Et Verbum Caro factum eſt. Fulgentius, etiam hoc ſcribit Trãſimundo lib. 3. in principio.

4 *Chriſtus habuit tantum corpus humanum, non aĩam.* Arrius Apollinaris. HAE. Quid reſpondere poſſunt uerbis Domini dicentis. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Quomodo proficiebat ſapientia, ætate, & gratia. Concilia confutarunt hunc errorẽ ſub Damaſo Papa. Epheſ. cap. 3. & Calced. D. Ambroſ. lib. de Incarn. Domini capit. 7. Fulgent ad Tranſim. Regem lib. 3. Igitur, quia totum hominem Deus ille ſuſcepit, ideo totius hominis in ſe paſſiones in ueritate miniſtrauit. Hucuſque Fulg.

5 *Chriſtus habuit tantum uoluntatem diuinam, non humanam.* HAER. Ex diuerſis operationibus Domini, cogimur duplicem in eo ponere uoluntatem unde illud Ariſt. Potẽtiæ diſtinguuntur per actus, comode deſeruit ad hanc veritatem aperiendam. Nam Matt. 7. Legitur. Neminem uoluit ſcire, & neminem potuit latere. Et Ioan. 3. Veni de Cœlo, non ut faciam uoluntatem meam. Luc. 22. Pater ſi poſſibile tranſeat à me calix iſte. Et Apoſtolus ad Phili. 3. Factus obediens vſque ad mortem. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare uobiſcum. Quæ omnia non poſſunt uni tantum attribuere uoluntati. Hoc etiam ex affectibus demonſtratur. Namque pauere, & tędere, & in ſuſcitatione Lazari, diuerſa ergo animæ officia ſuadent diuerſas eſſe potentias. Et Fulg. etiam deducit ad Tranſim. li. 3. D. Tho. 4. cont. Gent. c. 36.

6 *Chriſtus ab initio ſuæ conceptionis, Deum non clare uidit.* HAER. Eraſmus ſub dubio reliquit. Bucerus negat Chriſti animam fuiſſe ab initio perfectam. Horum ſententias ueluti hæreticas, refello. Primo ex uerbis. D. Ioan. quaſi unigeniti à Patre. Secundo. Deum nemo uidit unquam, ſed unigenitus, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrabit. Tertio, qui uidet me, uidet, & Patrem meum. Patres hoc docent. D. Ambr. lib. 7. epiſtolarum epiſtola 47. ad Ireneum. Chriſtus erat perfectus in utraque forma. Vnde Dauid. Speciosus forma. D. Augu. pſal. 64. Beatus, quem elegit, & aſſumpſit, de aſſumpta humanitate interpretatur. Remig. in illud. Et aperti ſunt ei Cœli. Fides enim tenet, quòd non minus aperti ſunt ei Cœli, quam poſt. Græcus quem D. Tho. refert in Cat. Aur. Dicitur quòd proficiebat non ꝙ ipſa ſuſciperet augumentum, ſed quia manifeſtabatur paulatim. Damaſ. Qui proficere dicuntur Chriſtum ſecundum gratiam, non uenerantur unionem, quæ eſt ſecundum hypoſtaſim. Theophil. Diuina erant, quæ dicebantur, & agebantur à puero, non quaſi duodecim annorum, ſed quaſi perfecti uiri. D. Hierony. Eſa. 7. & Hier. 31. Iuxta incrementa quidem ætatis proficere uidebatur ſapientia, ſed perfectus uir in utero uirgineo contibebatur. Leo epiſtola. Leonem Aug. 95. Deitas aſſumptam natu-

naturam beatificans, & glorificata in glorificante permaneat. Cyrilli. in Ioan. lib. 1. cap. 17. Illorum potius, de Iesu opinio, quã illius perfecta crescebat gratia. Scholastici omnes in tertio hoc affirmant. Ratione etiam hæc veritas demonstratur. Diuinitas fuit præsens à principio, quia fuit semper Deus & homo. Ergo fuit perfectus, etenim sicut præsente sole, lumen in aere producit. Sic & diuinitas in Christo. Secundo. Ea, quæ sunt in potentia reducuntur in actu, per ea quæ sunt actu. At nos sumus in potẽtia ad gratiam & reducimur per Christum ergo ille erit actu. Tertio. Quæ differentia fuit inter Christum Deum, & hominem & nos puros homines si non semper fuit Deus. Ijs ergo authoritatibus, & rationibus impugnatur hic error. Obijciunt illi. Fides fuit in Christo. Ergo aliquando non clare Deum uidit. Fides cintorium renuncius, ait Esa. 11. Dicitur primo ex D. Hierony. Quod fides ibi pro fidelib. accipitur. Dico secundo ex D. Tho. quòd fuit fides impropriè dicta, & per similitudinem, quo ad certitudinem, aut firmitatem adhæsionis 3. par. q. 7. 3. tertium. Secundo arguũt. Fuit spes, quia dicitur. Spes mea ab uberibus matris meæ. Respondeo, quòd dicitur fuisse spem quatenus, non in homine, sed Deo tantum sperabãt. Tertio. Proficiebat gratia apud Deum, ergo non semper perfectus. Patres interpretantur quo ad opiniones hominum quia putabant eum proficere, quatenus maiora fieri in dies conspiciebant. D. Tho. vero ait, quod crescebat, quo ad effectus, & opera gratiæ, quia perfectiora faciebat. 3. par. q. 15. 7. Quarto in cognitione beata nulla est successio, at Christus quædam demonstrabat, alia uero celabat. Ergo semper fuit perfectus. Resp. quod quo ad scientiam experimentalem, quia antea non erat expertus iudicium. Hoc uoluit illud dictum. Didicit ex his, quæ passus est. Dicitur etiam, quod more humano loquitur, quia enim cum Iudæis disputabat de sabbato, & cõfundebat eos, ideo eum ad perfectiora peruenire arbitrabantur. Quinto. De die illa nemo scit, neque filius hominis. Multipliciter respondeo. Primo ex D. Hierony. & Amb. Quod filius non habetur nisi in paucis codicibus Græcis. Et Amb. ait ab Arrianis esse corruptos, unde modo, nec Græci, nec latini habent. Dico secundo cũ Scholasticis, ꝙ nescit, quia non vult reuelare. Dico. Tertio. Quod nescit, quia scire simulat, iuxta illud. Descendam, & videbo. Et alibi. Dominus prospexit super filios hominum. Dico quarto ex D. Basil. in Cat. Aurea. Quod filius stat pro filio adoptiuo, nam addit, neq; Angeli, non enim compararet Christum Angelis, & alibi de hoc. Sexto. Gaudium, & tristitia non stant simul. At Christus dixit tristis est anima mea. Ergo tũc non gaudebat ergo nec omnem perfectionem, sed miserias habuit. Respondeo cum Fulg. ubi supra, quòd per hoc cognoscimus, Christũ animam rationalem cum suis passionibus suscepisse, vt animam nostram ab omnib. passionibus liberaret. Dico secundo ex D. Tho. 3. 1. q. 10. 9. Quod contraria ambo per se non possunt esse in eodem, sed quòd vnum conueniat per se, alterum per accidẽs potest, sicut qui est in naui deambulat motu contrario ipsius nauis. Sic in superiori parte animæ Christi erat gaudium per se, sed tristitia per accidens. Vtraque tamẽ ad animam pertinet ut probat Fulg. Caiet. diceret, quòd non erant contraria, quia nõ erant in eodem subiecto. Nam gaudium erat in uoluntate, dolor in sensu. Dico 4. ꝙ erat utrunque in uoluntate, & quòd contraria sint simul miraculum erat. Nam sicut authore Caiet. contraria sunt simul in mixto uirtute Cœli, & animæ nostræ, ut 1. 2. q. 46. 1. tertium. Sic & in Christo poterãt esse miraculosè. Sicut fuit uiator, & compræhensor. Quod gloria animæ non redundaret in corpus. Qud inferiores partes perturbatæ, nõ perturbarẽt superiores. Quod gaudium ex diuina uisione non redundaret. Sic ergo tristari uoluit pro peccatis nostris, unde nõ erat minor dolor quam gaudium, & charitas, sacrificium Deo Spiritus contribulatus.. Et languores nostros ipse tulit. Septimo. Timuit, quomodo ergo semper Deum clare uidit. Dicitur, quòd timuit, vt habetur. Marc. 14. At timore filiali, qui etiam est in beatis, qui est actus reuerendi Deum, sicut enim Pater erat maior, Pater maior me est. Sic eum reuerebatur, ac timebat, & sic Angeli tremunt, non timuit timore seruili, hoc est propter penas, nec timebat separationem aut damnum aliquod. pri. 2. q. 67. 4. secundum Fulg. uero ponit timorem, quo ad hoc, quod respicit

cit

dit mortem; & vt homo erat, assumpsit propter nos has passiones. Caiet. dicit, quod fuit timor reuerentialis, respectu eminentiæ diuinæ, non absolute, sed vt potens infligere malum, & vt causare potest malũ. Non tamen erat timor, vt diuina eminentia stat sub exequutione mali. 3.par.q.7. b. c.& S.Thom.ibi. Octauo Nobilius est propria actione assequi præmium. ergo non semper fuit Beatus. Dico primo, quod verum est in viatore puro, non viatore, ac comprehensore. Vel verum, quando quis debet mereri, at non quando de se est beatus, alioquin, & Deus deberet suam beatitudinem mereri. Vide D.Thom.3.q.19. tertiũ. Quod vero ait D.Th. 3.par.q.34. tertium. Christum fuisse sanctificatum per propriũ actum, intelligendum, nõ per causam meritoriam effectiuam, sed materialem, ac dispositiuam. Hęc ergo ratio, quæ est. D.Tho. 3.par.q.19.3.c. qua probat. Christum meruisse gloriam corporis, quòd dixit, Apostolus. propter quod & Deus exaltauit illũ &c. Tenet, quo ad ea, quæ possunt merito cadere.

7 *Christus non est Crucifixus, sed Simon Cirenens.* Basilides. Pudet certè, ac tædet, de re manifestissima sermonem habere, at quia Salomon dixit. Responde stulto, iuxta stultitiam suam, errorem Basilidis intactum relinquere non potui. Quod si vera essent, quæ dicit. Prophetia vniuersa de Messia, & historia ab Euãgelista descripta corrueret. & contra eum, est quòd Sapient. ca.2. dicitur. Morte turpissima condemnemus eum. Matt.27. Clamans voce magna emisit Spiritum. Marc.15. Et crucifigentes eũ, diuiserunt uestimenta eius. Ioann.3. de se loquens. sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. & 18. Quem quaritis? Responderunt ei. Iesum Nazarenum. Et Beatus Petrus, sua concione enarrauit. Act.10. Quoniam Deus erat cum illo, quem occiderũt suspendentes in ligno. Ioan.19. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. D.Pau. ad Roman.5. Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus, pro impijs mortuus est. Ad Philipp.2. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. & alibi millies. Hoc Apostolorum, & Nicenum Symbolũ de fide principium proponunt. & Doct. omnes. Quid demum, quod Ioseph Pilatum rogauit, ut donaret corpus IESV.

8 *Christus fuit lancea vulneratus adhuc viuens.* Petrus Ioannis. HAER. Quidam Petrus Ioannis Minorita, cum concionem ad populum haberet, vt magis deuotionem, ac populorum aĩos concitaret ad lachrymas, dixit Christum adhuc uiuentem vulneratum lancea fuisse, quæ cum pertinaciter vellet tueri, fuit in Concil. Vienn. dãnatus, & hr̃ in Cle.ti.1.& Ioã.19. Ad Iesum autẽ, cum uenissent, ut viderũt eum mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militũ, lancea latus eius aperuit. quid clarius. Annotat Sixtus to.2. annot.135. li.6. Quod Cornel. Agrippa, & quidã alius referunt Matt. scribere, ac Chrisost. quod adhuc uiuens fuit vulneratus. sed mentiuntur namque apud D.Mat. nullibi reperitur. Chrisos. vero ho. 84. contrarium dicit exponens hunc locũ D.Ioan. caueant ergo, quib. est aĩus cũ hęreticis disserere, aut contra eos scribere, vt in proprio fonte, quod ab eis profertur, & contra videant, nec fide parentum, cum inimicis præliandum.

9 *Christus non surrexit à mortuis.* Cherintus. HAER. Nemo est Euangelistarum, qui si Christi resurrectionem non scribat distincte, adeo vt nullus sit tergiuersandi locus. Quid ergo debaccharis Cherinthæ? Nisi quia eum resurrexisse non credis. Hanc resurrectionem vaticinatus est. Dauid Psal.15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. D. Mar. 16. Surrexit non est hic. Ioan.2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. D. Paul. ad Rom.6. vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris. Actu. 2. Quem Deus suscitauit à mortuis. 1.Corin. 15. Nunc autem Christus surrexit a mortuis primitiæ dormientium. & alibi aperte. & Symbolum tam Apostolorum, quàm Nicenum.

10 *Christus non ascendit in Cælum cum carne.* Apelles. HAER. Multa afferre, non est opus, quoniam Saluator palpandũ se præbuit dicens. Spiritus carnem & ossam non habet. Ioan.20. Et iterum. Videte manus meas, & pedes meos. Luc.29. Act.1. Videntibus illis eleuatus est, & nubis suscepit eũ ab oculis eorum. D.Steph. est huius rei testis cõtra Apellem. Act. Video Cælos apertos, & filium hominis stantem &c.

11 *Christus non habuit spiritum timoris Domini*. Petrus Abailardus. HAER. De hoc dixit Propheta Esa. 11. Replebit eum spiritu timoris Domini, & Psal. 110. Initium sapientiæ timor Domini. Donum vero timoris (authore D. Thom.) sonat magnam excellentiam, secundum quod importat reuerẽtiam ad Deum. & actus eius est reuereri Deum, ac omnia temporalia, ex Diuinæ Maiestatis reuerentia, despicere. & sic dededucitur quomodo sit in Beatis, vt diximus. D. Thom. 3. par. q. 7. art. 6. & charitas perfecta mittit foras timorem seruilem, non enim timet pœnas, qui perfecte amat, nec amat per pœnas, & mittit foras timorem mundanum.

12 *Non est aliquid sperandum à Christo*. Petrus Abail. HAER. Qui ergo pollicetur qui dare non potest, aut non vuult, nã præcipit nos omnia relinquere. Patrem, matrem, vxorem, agros, & cẽtuplum recepturos. Rursus dicit. Venite ad me omnes, qui laborati, & onerati estis, & ego reficiã vos. Ipse saluum faciet populum suum à peccatoris eorum. Redempti sumus eius sanguine, docet D. Petrus. & D. Pau. vt eos, qui sub lege erant redimeret. & Apoc. 5. Redemisti nos Deus in sanguine tuo, ex omni gẽte, &c. Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Ioann. 12. & Esa. Vere languores nostros ipse tulit. Et ad Rom. 5. Reconciliati sumus per mortem filij eius. Omnia ergo bona nostra à Christo habemus, qđ esset facile ostendere ex sacris litteris, nisi de se res esset euidens.

13 *Christus non habuit carnem*. Cerdon. HAE. Doctores, qui duplicem probant in Christo naturam, vt exposuimus, Christum veram carnem habere demonstrant. Hoc dixit D. Ioan. 1. Verbum Caro factum est. Quomodo esuriuit, sitiuit, mortuus est, comedit, & tot, ac tanta opera vitæ exercuit. vere fatigatus est, si non habuit carnem? Quomodo fuit etiam circuncisus? Fulg. ad Transim. vbi supra. Et Gelasius Pontifex, lib. de duabus naturis.

14 *Christus non est mortuus*. Cerdon. HAER. Quanta sit huius hæretici blasfemia, quis adeo cęcutit, qui non videat. Qui nam Propheta fuit, ac Euãgelista, qui mortem Domini non enarret? Testimonia pro hac veritate supra adduximus, contra eos, qui negabant eum esse Crucifixum. Saltem cum perfido Pontifice fateantur. Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo. Ioan. vndecimo.

15 *Christus est passus secundum diuinitatem*. Eutices. Acephali. HAER. Quis non stomachatur dum tantam audit insipientiam. Nonne in ore omnium est illud dictum. Ego Deus, & non mutor. Mal 4. Et quis Barbarus Scita, vel Turcha Deum fecit mortalem, & Eutices, qui morti obnoxium facit, negat Deum, nõ habet Deum. Saluator (vt Euangelista exposuit) de templo sui corporis dixit. Soluite Templum. & Esai. 54. Corpus meum dedi percutientibus. Concilium Calced. Ephes. damnant hanc hæresim, & Ispal. cap. 13. Ex his locis Nembrot ædificium corruit.

16 *Christus humanam personam assumpsit, ac in eo fuit duplex persona*. Eutices. HAER. Probant Doctores post Concilia vnicam tantum esse in Christo personam. Probat Fulg. ad Transim. lib. 3. in principio. Neq; enim duos Christos credimus. & hanc personæ vnitatem, ex Diu. Paul. demonstrat. Nam ait 2. Cor. 13. b. Mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia mortuus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Mortuũ dixit, non corpus Christi, sed Christum, vt vnitatem personæ Dei, hominisque seruaret. Hęc Fulg. pag. 87. D. Tho. 4. cont. Gent. cap. 38. testimonijs Patrum. Cyrilli ad Nestorium, quod fuit in Ephesina synodo approbata. Et Damas. lib. 3. cap. 12. & capit. 37. apertè probat D. Tho. ex testimonio D. Paul. 1. Timot. 2. Mediator Dei, & hominum, Homo Christus Iesus. ergo fuerunt vnita. Quod vero aliqui dicunt Chriso. ponere duas personas in Christo. homil. 3. ad Hæbr. Vnxit te Deus, Deus tuus, & Theophil. accipienda sunt contra Hæbreos, qui negant tres Diuinitatis personas, nõ quod in Christo, sint duæ personæ, alias Christus non esset vnus.

17 *Christus duas habuit hypostases*. Nestorius. Agnoscit Nestorius vnitatem personæ in Christo, sed non suppositi, vel hypostasis, sed cum vnitate personæ stat hypostasis, & suppositum Diuinum, & humanum. Contra arguit D. Thom. capit. 38. contra Gent. Idem est hypostasis verbi Dei, quòd persona: ergo si hypostasis uerbi Dei, non est persona illius hominis, neque persona verbi Dei erit persona illius hominis, quod est hæreticum.

hæreticum. Secundo ſupra hypoſtaſim nihil addit perſona, quia hypoſtaſim eſt completiſſimum in genere ſubſtantiæ . ergo vnio erit facta ſecundum aliquam proprietatem accidentalem. Tertio. Cyrillus ad Neſtorium ſcribens, confutat eſſe in Chriſto duas hypoſtaſes, cui Concil. ſubſcribit. Quarto. ergo duo erunt ſuppoſita in Chriſto, quod error. Quinto. ergo Chriſtus erit duo ſimpliciter, & abſolute, & vnum . tantum ſecundum quid. Quia quæcunque ſunt plura ſuppoſito ſunt plura ſecundum quid.

18 *Chriſtus non fuit Deus ante Matrem*. Athemon & Marcellus. H AE R. Hanc rem Saluator cum ſcribis diſſerendo expoſuit apertè, dicens, Antequam Abraham fieret ego ſum. Et explanauit illud Pſalmi, quòd de ſe dictum fuit. Dixit Dominus Domino meo. & D. Ioan. in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Et Apoſtolus ad Hæb. primo. Probat Chriſti Diuinitatem, per quem fecit & ſecula. ſæpius hoc ex Doctoribus probatur.

19 *Chriſtus meruit Diuinitatem*. Ebion. H AE R E T. Ex D. Paulo ad Hæbreos, & ex locis nominatis habemus Chriſtum eſſe Deum, ac Dei filihm. Cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te.

Et quomodo Diuinitas cadit ſub mœrito quæ tanta operatio, cui tanta poſſit merces correſpondere.

20 *Chriſtus vniuit ſibi naturam humanam*. H AE R E. Euthyces ex oppoſito pugnat cum Neſtorio, & dicit quòd in Chriſto ante vnionem erant duæ naturæ, in vnione tamen in vnam naturam vnierunt, & ſic arbitrabatur vnam Chriſti perſonam eſſe ex duabus naturis, non autem ex vna natura. Quæ hęreſis in ſynodo Calcedon. dãnata fuit. Arguit D. Thom. 4. contra Gent. capit. 35. Poſt vnionem natura humana in Chriſto fuit aliud à Diuinitate Verbi, quę eſt natura. Ergo fuerunt in eo duæ naturæ. Secundo. Poſt vnionem ſunt duæ formæ in Chriſto. Deus, quia dixit Apoſtolus. Qui cum in forma Dei eſſet. Ad Philip. ſecundo. Et formam ſerui accepit. Tertio. ergo Chriſtus, non eſt eiuſdem ſpeciei cum nobis quòd eſt contra Apoſtolum 2. ad Hebre. Demum eſt Concil. Calcedo. quod his verbis confutat, & reprobat. Confitemur in nouiſſimis diebus, Filium Dei vnigenitum, in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiuiſe, inſeparabiliter cognoſcendum, nuſquam ſublata differentia naturarum propter vnionem. Fulg. ad Tranſim. libro tertio.

21 *Chriſtus eſt compoſitus ex Diuina, & Humana natura*. Euthyces. Gallaniti. H AE R. Hæreſim, ac mentem Euthycetis aperui, qui voluit Chriſti eſſe perſonam in duab. naturis, non ex duabus naturis, quod eſt hæreſis. Nam ſi componitur. ergo Diuina natura erit pars. Rurſus ſi Diuinitas addatur humanæ naturæ, ſicut formæ, ergo conſtituet aliam naturam, & non humanam. Tertio, ex duabus illis naturis Diuina, & humana reſultat, quędam ſpecies hactenus innominata. D. Tho. ubi ſupra. Concil Epheſin. cano. 13. contra hoc decreuit. Non dicimus, quod Dei natura conuerſa, vel immutata facta ſit Caro, nec quod in totum hominem, qui eſt ex anima, & corpore transformata ſit, ſed illud magis, ꝙ carnem animatam anima rationali ſibi copulauerit. Verbum ſubſtantialiter, & ineffabiliter, & indepræhenſibiliter factus ſit homo, & nuncupatus ſit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, ſed nec aſſumptione ſola perſonæ, ſed quod diuerſæ omnino naturæ, in vnum conuenerint. Vnus tamen ex ambabus Chriſtus, & filius. Hæc Concil.

22 *Chriſtus meruit ſibi gloriam animæ*. Fotinus. H AE. Abunde ſupra probatum eſt Chriſtum ab initio, & ſemper fuiſſe Beatum, ac comprehenſorem. Hoc ſignificant ea verba. Clarificaui, & iterum clarificabo. & alia. Tu autem ſemper mecum es. & probat D. Thom. tertia par. qõ. 19. art. 3. & ſchol. in 3.

23 *Chriſtus non meruit ſibi gloriam corporis*. H AE R. Adeo Chriſtus erat Beatus, quod ea, quæ ad animæ gloriã attinent męreri non potuit, cuius ſignum in transfiguratione dedit, & tunc Petrus dixit. Domine bonum eſt nos ſic eſſe. ſua tamen morte, ac Paſſione gloriam corporis, & exaltationẽ męruit, iuxta illud D. Paul. ad Phil. 2. Propter quod & Deus exaltauit illud, & donauit illi nomen, ꝙ eſt ſuper omne nomen.

24 *Chriſtus nihil nobis męruit*. HAER. Vana, ocioſa, ac ſuperflua mors eſſet, ſi ſibi animæ gloriam, nec nobis potuit pro mæreri.

Hinc dixit Apoſt. Quod ſicut vnius delictū in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines, in iuſtificationem vitæ. Mœruit ergo ſibi, & nobis, ſibi quæ ad gloriam corporis ſpectant, vt immortalitas, impaſſibilitas, & ea quæ ad excellentiam pertinent exteriorem, vt aſcenſio, veneratio, & huiuſmodi, nobis vero meruit deletionem peccati, gratiæ infuſionem, & cœleſtis ianuæ aperitionem. Ferr. 4. cont. Gent. cap. 36. De his D. Paul. Habemus fiduciam in introitum ſanctorum per ſanguinem Chriſti ad Heb. 10. & ad Rom. 5. Reconciliati ſumus per mortem filij eius. Rurſus, Nos liberauit à pęna peccati. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. De manu Dęmonis nos eripuit. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ioan. 12. Nec mea eſt intentio paſſionis ſacræ fructus repetere, quia nec de eis eſt cum hæreticis controuerſia. Hoc eſt, quod ſcribit D. Th. ꝙ Chriſtus mœruit ſecundum humanitatem, non autem ſecundum diuinitatem. 3. par. q. 53. 4. 2.

25 *Chriſti paſſio non ſat fuit ad hominum ſalutem, ſed Sanctorum Paſſio exigebatur.* HAE. Hanc hæreſim nonnulli recentiores excogitarunt, quam repræhender, elonga oratione vti, non erit opus. Chriſti paſſio fuit meriti infiniti, infinito quid addere poterit quiſpiam?

26 *Chriſti vna tantum eſt Natiuitas.* HAER. Sicut duplicem fides tenet naturam in Chriſto, ſic & duplicem natiuitatem agnoſcere cogimur. Vna æterna eſt Natiuitas, de qua, ego hodie genui te. & rurſus. Generationem eius, quis enarrabit? Lumen de lumine. Verbum erat apud Deum. Qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtātię eius. De humana vero, ac temporali natiuitate clara eſt Euangelij hiſtoria. Ecce concipies in vtero, & paries filium. Fulg. ad Trāſim. lib. 2. Et ad Donatum de ortodoxa fide. Primam quidem natiuitatem filij, nullatenus præceſſit æternitas patris, cuius tamen ſecundum natiuitatem, præceſſit temporalis natiuitas matris. Hæc ille.

27 *Chriſtus non deſcendit ad infernum.* Petrus Abail. Hieronym. HAERET. Hoc, quod dubium fuit apud multos olim, ne iterum errare contingat, probatur ordine à nobis pfixo. Primo ex ſacra ſcriptura. Secundo ex Concilijs. Tertio ex Patribus. Demum eſt Scholaſticis. Eſt ergo dictum Dauidis. Pſal. decimoquinto. Non derelinques animam meam in inferno. Eccleſiaſtici vigeſimoquarto. Penetrabo omnes inferiores partes terræ. Zach. nono. Tu quoque in ſanguine teſtamenti eduxiſti uinctos de lacu, in quo non eſt aqua. Oſeæ decimotertio. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam omnes, ero mors tua, ò mors, morſus tuus ero inferne. Act. ſecundo. Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. Paul. ad Coloſſen. ſecundo. Et expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo. Diu. Pet. 1. c. 3. In quo, & his, qui in carcere erant ſpiritu veniens prædicauit. Ecce manifeſta ſcripturarum teſtimonia. Concil. Nicenum in Symbolo, poſt Symbolum Apoſtolorum. Patres ſic ſcripturas interpretantur. Iren. lib. quinto, aduerſus hæreſes. Ipſe Dominus trib. dieb. cōuerſatus eſt, vbi erant mortui, quemadmodum Propheta ait de eo. Et infra. Et ipſe autem Dominus. Quemadmodum (ait) Ionas in ventre Ceti tres dies, & tres noctes manſit. Diu. Hieronym. in capitulo quarto ad Epheſ. Inferiora terræ infernus accipitur, ad quem Dominus noſter IESVS Chriſtus, Saluatorque deſcendit, vt Sanctorum animas, quæ ibi detinebantur incluſæ, ſecum ad cœlos victor adduceret. Idem ſcribit in caput Oſeę decimotertio. D. Auguſtin. epiſtola 99. Ad Euodium. Et Dominum quidem carne mortificatū veniſſe in infernum, ſatis conſtat. Neque enim contradici poteſt, vel prophetiæ, quæ dixit. Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Idem epiſ. 47. ad Dandanum. & lib. 20. de ciuit. Dei, c. 15. & ſerm. 137. de tempore. Fulg. li. 3. ad Traſim. Reſtabat tamen ad plenum noſtræ redemptionis effectum, vt illucuſque homo ſine peccato à Deo ſuſceptus deſcenderet, quouſque homo ſeparatus à Deo, peccati merito cecidiſſet, i. ad infernum, vbi ſolebat peccatoris anima torqueri. Schola vniuerſa idem docet.

28 *Chriſti humanitas eſt nobis omne bonum.* Hęr. Multiplicem ſenſum hēc pōt, hoc dictū; & qūo exponat, ſemꝑ eſt ambigua, & ſic ſi abſolute proferatur heretica eſt propoſitio.

Etſi

Et si Christus, quo ad suppositum Diuinũ, ac personam, quia Deus est, sit nobis omne bonum, non tamen est verum excludendo personam patris, nam beatitudo nostra integra est, vt ne verbum tantum, sed & verbi genitorem, imo nec Deus pater est perfecte Beatus, si non uidet Filium. si accipiatur, pro pura humanitate Christi, est manifestissimus error. Namq; consistit beatitudo nostra, vt Saluator dicit. Vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christũ. Duo ergo hēmus primũ ꝙ beatitudo non est vt Christi humanitatem contemplemur, alterum vt non humanitatem. Hoc dixit Dominus. ego ero merces tua magna nimis. D. August. 9. Conf. Non est beatus, qui videt essentiam sine personis. Et hoc idem dixit 1. de Trinit. capit. 2. Non ergo de Christi humanitate dictũ fuit Ostendam tibi omne bonum. Exod. 33. & D. Thom. docet quòd vna persona frui, sine alia non potest, & ibi Caiet. Et nomini omnes, in quo verbis tantum dissentit Scotus, vt probabo inferius, littera P. Persona. Propositiones, quæ de Christo affirmari aut negari possunt scribit D. Thom. Christus non fuit homo ab æterno est veræ, sed iste homo fuit semper & ab æterno est vera. Christus in triduo mortis fuit vera homo. falsa. Christus est tantum homo. falsa. Christus, non est vbique homo. falsa pro naturæ humanæ conditione, vera pro supposito Diuino. Christus totus est vbique vera, quia respicit personam. Totum autem est falsa, quia nondum generes naturam connotat. Christus non est homo creatus, si participium determinat prædicatum absolute. Christus secundum pro homo est psona est vera, quia naturæ humanæ Christi conuenit habere aliquam personam, vel esse in aliqua persona, falsa, quasi causet propriam personam. Deus est homo, & econuerso est vera & propria. Deus est homo est per se, & in materia naturali. Non autem per accidens, & in materia remota, nec contingenti ratione suppositi, non ratione forma. Deus factus est homo. est falsa. & econuerso, si ly factus determinet prædicatum absolute vel subiectum. Si vero determinet compositionem est vera. Si subiectum respectu prædicati est vera, sed cõuersa eius est falsa propriæ, improprie est vera si ly homo in subiecto supponat simpliciter, & non personaliter. Christus secundum ꝙ iste homo est Deus. est vera. Iste homo est Deus. est per se. Christus secundum ꝙ homo est Deus, proprie est falsa. Vera improprie, quia reduplicatio magis proprie facit stare pro natura, nisi per aliquid limitet ad suppositũ. Christus est tm̃ homo. falsa. Christus est tantum id, quòd est homo. est vera. Iste homo incępit, nisi aliquid addatur. est falsa. Christus est creatura, & minor Patre, secundum naturam humanã est vera, non tamen simpliciter. Christus secundum quam homo est persona, non est vera, nisi reduplicet suppositum hominis. Christus secundum quòd iste homo est persona. Hæc ex D. Thom. 3. par. quęs. 16. & alibi collegi, vt quisque sciat quid proferat de tanto mysterio, & ne concionator in errorem incidat. Ad Dei laudem.

29 *Christus ignorat diem iudicij.* HAER. Verba ipsa Saluatoris. Matt. 24. e. dicentis. De die autem illa, & hora nemo scit, neque filius hominis. Quę verba multipliciter à patribus exponuntur D. Hieron. (vt iam tetigimus supra) in com. huius loci, affirmat in codicibus Græcis, præsertim Adamantij, & Pierij non haberi filius, idem testatur Euthymius, & D. Amb. sed ab Arrianis addita fuit. Basil. authore D. Tho. in Cat. aur. interpretatur de filio adoptiuo, alioquin non compararet Angelis. Orige. in Matth. tract. 30. Chrisost. hom. 78. in Matt. Hilar. can. 26. in Matt. D. Aug. hom. 21. de Verbis Domini, legunt, & exponunt, filium nescire, vt alijs reuelet. Vel nescit, quia fingit se nescire, iuxta illud. Descendam, & videbo, & alibi Dominus aspexit super filios hominum. & sic author imperfecti est intelligendus, qui hom. 50. videtur dicere. Christũ ignorare diem iudicij. Alias hęreticum est dictum. nam si omnia per ipsum facta sunt, quomodo ignorat iudicij diem si cogitationes hominum nouit, quomodo diem extremum non scit. si in ipso sunt omnes Thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. si in ipso habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter, quomodo ignorare hoc poterit? teneamus, ergo Sanctorum expositionem.

30 *Christus, quo ad Diuinitatem est minor Patre.* Arrius. HAERE. Vetustissimum Arrij (quo totum orbem subuertit, non tamen Ecclesiam euertere poterit) iam est à Con-

cillis, & patribus centies explosum, ac expugnatum, nec noua surrexit in Germania, aut Græcia Academia, quæ hoc tueri uelit hac ratione nec laborādū nobis erit, qui contra eos tantū hoc suscepimus onus, & simpliciores admonere, ne decipiantur. Contra Arrium est dictum Domini. Ego, & pater vnum sumus. Ego in patre & pater in me est. Christi diuinitatem, atque æqualitatem D. Paul. Hebræis exposuit c. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Idacus Clarus Doctissime, ac subtilissime omnium scribit contra Arrium fusius, ac omnia eius obiecta quem lectorem illum legere præcor. Sirensis etiam lib. aduersus prophanas nouationes. In trinitate inquit est alius, atq; alius, non aliud atque aliud. Quia scilicet patris, & filij, & Spiritus sancti, alia est persona. Sed tamen patris, & filij, & Spiritus Sancti, non alia atque alia natura, sed una eademque. Ex testimonijs ergo Ioan. 10. habemus Christum esse patris equalem. Et satis, cum & Dominus dicat. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas. Fulg. ad donatum de ortodoxa fide.

31 *Christus, non est Filius Dei naturalis.* HAERE. Quomodo Hebræi, & Arriani exponere possunt dictum Dauidis. Ego hodie genui te Psal. 2. Et uisionem Danielis cap. 7. Aspiciebam in uisione noctis, & ecce cū nubibus Cœli, quasi filius hominis ueniebat. Et patris testimonium, in baptismo, ac transfiguratione. Hic est filius meus dilectus. Et 1. ad Ephes. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi. Et ipse Dominus. Ioan. 10. Quia blasfemas, quia dixi filius Dei sum? Pater in me est, & Ego in patre. Et ad Heb. 1. Loquutus est nobis in filio. Et Martha hoc fatetur. Ego credidi, q̄a tu es Christus filius Dei uiui, hoc agnouit Petrus, hoc Dæmonia clamantia, hoc ille, qui dixit uere filius Dei erat iste. Quod Arriani Diaboli filii credere nolunt, patris confessionem audiant, & obmutescant. Et si scripturæ credere renuunt nec symbulū Apostolorum aut Nicenū recipient, quæ hoc statuerunt.

32 *Christus, in incarnatione est mutatus.* ERRON. Nemo sic proferre debet propositionem licet aliquo sensu sustineri possit. Nam ut Deus mutari nō potest. Ego Deus & non mutor, immobilisque manens dat cuncta moueri. Vt homo uero, non inconuenit affirmare illum esse mutatum. Nam actio in homine, sine aliqua mutatione nō potest esse. Quando ergo ut homo in hanc lucem uenit dicitur mutatus. Humana enim natura originem habet, ex mundo, & non fuit antequam ueniret in mūdum, ideo mutationem in hac parte concedimus.

33 *Christus, non habuit omnes proprietates, quæ sunt humanæ naturæ.* HAER. Ex superioribus, tum ex Gelasio, tū ex Idaco, ac Theologicis omnibus habemus duas fuisse naturas in Christo, quare ergo mancas, ac truncatas ponemus; nunquid alijs imperfectior, nūquid nouerca fuit natura in Christo? Cum ergo perfectus fuerit homo, ut Athanas in Symbolo docuit, eas omnes pfectiones, ac proprietates, quæ sunt de humanæ naturæ integritate commode est assequutus, cum necessario naturam sibi relictam comitentur.

34 *Christus unicam habuit operationem.* HAERET. Ex historia sacra duplicem conuincimus, ac demonstramus Christi operationem sicut & duplex fuit natura. Famis, sitis, fletus, ieiunium, orare, non Dei, sed hominis sunt operationes, & tentari à Dæmone non diuinum, sed humanum est experimentum. Sitiuit ad fontem Iacob, esuriuit in deserto, fleuit ad monumentum, & uidens Ciuitatē Hierusalem. Erat pernoctans in oratione, orando factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in uia. Cœnauit in domo Simonis, & cū Apostolis, quæ omnia hominis sunt. Cognouit cogitationes hominum, ipse enim sciebat, quid esset in homine, dimisit peccata, instituit sacramenta quæ Dei sunt actiones. Causa uero errandi fuit Hæreticis, quia cognoscebant, quod Christus, nihil agebat, nisi quod erat ex diuina uoluntate, quæ erat mouens superius, & non uidebant quod mouens inferior etiam habet propriam actionem quia habet etiam propriam formam, & uirtutem, sicut est alia operatio ignis, & alia operatio fabri utentis igne. Hinc Diony. Christi operationem, uocat

uocat Theandricam, quæ dictio componitur ex Theos, quod est Deus, & Andricos, quod uirilem significat, & S.Tho. interpratatur operationem Theandricam idest Dei uirilem, aut operationem Dei, & hominis sic ergo Dyon. licet (secundo capitulo Diui Hom.) vocat Christi operationē Theandricam, non per hoc ponit unam simpliciter operationem Christi, & deitatis, & humanitatis, sed quia diuina eius operatio utitur humana, & humana participat uirtutem diuinæ operationis, quarta contra Gent. cap. 36.

35 *Christus est creatura.* ERRON. Ad aures D.Tho. non potest absolute dici. Nam creari est personæ, uel hypostasis. In Christo uero est persona uel hypostasis diuina tantum non ergo poterit dici absolute qđ sit creatura.

Vera tamen est, cum aliqua additione expræssa, uel subintellecta: Hactenus. D.Tho. quarto contra Gent. capitulo quadragesimooctauo.

Ex quo elicimus, quod Christus, non potest dici simpliciter creatura sed ēm quid. Nempe Christus est creatura secundum, quòd homo, quo dicto significatur humanam naturam esse creatam, non Christus. Hoc probat Fulgo. ad donatum de fide ortodoxa.

Hęc eadē est ratio de morte, & creatura, ut Scot. & Dur. perpetuum sentiunt. Nā & si fateamur Christum esse mortuum, nam ly Christus non stat pro supposito, sed pro esse hominem, quia desijt tunc esse hominē. Nec itē simile est de mortali, & immortali, sicut de creato, & increato, quia denominatur à parte mortali. Rursus, licet repugnat humanæ naturæ esse creatorē, non tamen repugnat ubi est suppositum diuinū. Sic nec dicitur genitus simpliciter, qa illud dicitur simpliciter genitum, quando nouum suppositum constituitur in esse, nō autem ubi æternum suppositum trahit ad se nouam naturam. Ferr.

36 *Christus incæpit esse.* ERRON. Redolent huiusmodi propositiones hæresim Arrij, ideo ad aures Diu. Thom. non sunt simpliciter, & absolute pronunciandæ, quia Christus stat pro supposito Diuino. Cum additione ergo intelligendæ, ac proferendæ, vt dicamus. Christus, vt homo, non fuisse antequam mundus esset, atque quia in tempore facta est unio. Quando venit plenitudo temporis, inquit Apostolus, ideo, quo ad hunc sensum est vera, licet cum hæreticis nobis non conueniat voces cōmunes habere, vbi latet fraus, & error. Nō enim tunc nata est Christi Diuinitas in se, cum nata est pro nobis in carne, vt admonet Fulg. ad Transim. lib. 3. & quæ sunt deitatis non sunt carni ascribenda, nec econtra, vt ex eodem loco deducitur. & D.Tho. tertia par. q. 16. 9. Et idem D.Fulg. Responsione ad Arrianos obiectione 3.

37 *Christus non est Pontifex, Sacerdos, ac caput Ecclesiæ.* HAER. Ex sacris litteris, hæc omnia de Christo, prædicamus. quod sit Pontifex scribit D.Pau. ad Heb. 3. Considerate Apostolum, ac Pontificem confessionis nostræ Iesum. Petrus 1. cap. 2. sed conuersi estis ad pastorem, & Episcopum animarum vestrarum. & ad Hebr. c. quinto. Christus non seipsum clarificauit, ut Pontifex fieret. & inferius, appellatus, à Deo Pōtifex secundum ordinē Melchisedech. Quod sit Sacerdos eodem loco, docet Apostolus. Quemadmodum & alio loco dicit. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Quod sit caput Ecclesiæ manifestat dum scribit ad Colosen. 1. cap. & ipse est caput corporis Ecclesiæ. & cap. 2. Qui est caput omnis principatus, ac potestatis. & ad Eph. 1. cap. Super omnem Principatum, & potestatem. Habemus Pontificem ad Hebr. 4. Qui penetrauit Cœlos.

38 *Christus mortuus fuit verus Homo.* HAER. Quis audebit hoc affiirmare, nisi hæreticus, qui philosophiam, ac omnem scientiā deridēs, nullam agnoscit inter viuum, ac mortuum hominem, inter cadauerē, & verum hominem differentiam? Quis ignorat, homo æquiuoce dici de viuo, ac mortuo homine. si ergo Christus fuit mortuus, verus homo, ergo non erat mortuus.

39 *Christus non habuit omnes virtutes.* HAER. Ex ipsis Christi actionibus facile est eum repletum omni uirtute demōstrare. quod D.Thom. abunde facit.

Nam non essent perfectę potentiæ animę ipsius, nec ad omnes actus. Quicquid ergo perfectionis est spiritualis uirtutis, & quæ in aliqua creatura reperiri possit totum creditur collatum Christo ab instanti suæ conceptionis.

Habuit uirtues morales, non ad domandas passiones, nec ut derogarent eius perfectioni, sed propter passibilitatem corporis, ac perfectionem animæ, non ut sunt circa immutas passiones, non enim opus fuit passiones chohibere. Habuit charitatem summam. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro inimicis suis. Habuit fidem, quo ad ea quæ sunt perfectionis, & quo ad meritum eius, quia fides consistit in assensu ex obedientia Dei, quam Christus copiosissime habuit, licet non fuerit in eo, quo ad enigmaticam uisionem. Habuit spē, quo ad id, ꝙ perfectionis est, licet non habuerit, quo ad id, quod speraret beatitudinem consequi, habuit tamen, quia sperauit aliqua sibi, & nobis. Habuit temperantiam, ut apparet. Habuit fortitudinem sustinens impugnationem exteriorem à Dæmone, & mundo, licet non habuerit, quo ad interiorem actum, quia fomitem non habuit. Habuit iustitiam, & fuit prudentissimus. Aliæ uero uirtutes, q̃ respiciūt immoderatas passiones tm̄, nō habuit, sed q̃ perfectionē aīę, ac operationū connotāt. D. Tho. 3. par. q. 7. 2.

4° *Christus est in sacramento ut signo.* HAER. Berengarij olim Valdensium, Albigensium, Oecolamp. Zuigl. Buceri, & aliorum sequacium inferius confutabitur hæresis. Verbo Eucharistia.

41 *Christus in Cœna obtulit ne sacrificium propitiatoriū vel expiatiuū, vel fuit ne sacrificium Cruētū?* Sēsus est huius ꝓpositionis. An Christus in cęna consecrando corpus suum sub speciebus pani, & uini patri obtulerit cruētum, propitiatiorium ac expiatorium pro peccatis, & proprie fuerit oblatio. Non. n. est dubium, quod obtulerit. Nam Concil. Triden. sess. 22. c. 1. dicit circa medium. Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, se in æternum constitutum declarās, corpus, & Sanguinem suum, sub speciebus panis, & uini Deo Patri obtulit. Hæc Concil. Et in eodem Concil. Cornelius Episcopus Bitontinus à patribus vniuersis fuit explosus q hoc negauit, ut testis est Melchior Canus. lib. 12. cap. 13. de locis Theologicis. Quidam ergo putarunt, Christum obtulisse se non tamen obtulit sacrificium propitiatorium, uel incruentū, & inter Alios Albertus Catharinensis Episcopus Vigiliensis ex prædicatoria familia assumptus uir Doctissimus, orator facundissimus, & suo tempore omnium præstantissimus, qui in Concilio Tridentino, magnum lumen patribus auxit, & multis incruentum. Probatur hoc. Nam Missa, quæ a nobis celebratur est incruentum sacrificium, ut ex Concil. Ephes. 1. in epistola Synodica ad Nestorium habemus, ubi legitur. Annunciantes enim sicut secundum carnem mortem unigeniti filij Dei, idest Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in Cœlos ascensionē pariter confitentes, incruentam celebramus in Ecclesijs sacrificij seruitutem. Hęc ibi. Euseb. Cæsariensis lib. 1. de demonstratione Euangelica, c. 10. dicit. Palam igitur in his mysticam significat unctionem, & odorum afferentiam, mensæ Christi sacrificia quibus operantes, incruentas, ac rationales eique suaues uictimas in tota uita suppremo Deo offerre. Hucusque Euseb. Caiet. In quolib. eo quæsito. Vtrum Missa fuerit instituta à Christo, dicit. Quod in Cæna fuit ista incruenta, in Cruce uero fuit cruēta. Fuit ergo una Ostia diuersimode oblata. Damascenus, concione; quòd hi, qui in fide hic migrarūt, sacris operationib. adiuuentur. Dicit itaque. Nisi hoc in oculis suis rectum foret, nunquam occasionem dedisset habendæ memoriæ defunctorum in sacrificio illo incruento. Hactenus Damasc. Clem. lib. 1. Apostolicarum constitutionū hoc idem dicit. Synodus Nicen. Act. 6. Vocat sacrificium incruentum dicens. Incruētum nostrum sacrificium in memoriā passionis Christi, Domini Dei nostri. & c. Rōnibus hoc probatur. Primo. Sanguis Chri, in Cæna consecratus, fuit oblatus ergo satisfecit, quia est calix noui testamenti, ut per hoc à sanguine hircorū distinguatur. Secundo. Christus instituit immolandum. Ergo immolauit, alioquin, non fecit quæ docuit. Tertio. Secundum ordinem Melchisedech panem & uinum obtulit, ergo propitiatorie. Quarto. Hoc facite ly hoc cōpræhendit rem & modum. Quinto. Mors Christi, qua redempti sumus non fuit in instanti, sed in tempore. Ergo incepit in Cæna. Vt ex D. Th. 3. 1. q. 83. 5. tertium. Sexto. Paralytico, dixit. Remittuntur tibi peccata tua per fidem. Ergo, & eius sacrificium. Septimo sacrificia ueteris legis erāt expiatiua. Ergo & Christi. Octauo. Sacramenta ante mortem instituta erant expiatiua ergo

go erant. Hono. eadem est hostia Ergo erit in Cœna, sicut in Cruce expiatiua. Decimo. Hoc magis est contra Lutheranos, qui negant. Missam. Vndecimo. Quæcunque Christus instituit prius fecit, ut docet D. Tho. 3. 1. q. 87. 1. Vt de baptismo, qui baptizatus fuit. Duodecimo. Hoc uidetur esse de natura consecrationis, ut multi tradũt, sic probant incruentum fuisse sacrificium. Concilium Trident. sess. 22. cap. 2. In fine uocat sacrificium incruẽtum, & quòd peccata dimittat. At Albertus suam opinionẽ ualidissimis rationibus probat, quod fuerit sacrificium cruentum, non expiatoriũ, aut propitiatorium. Primo expiatio, nõ est sine morte Christi ergo nec Cœnæ oblatio. Secundo. Christus in Cruce destruxit peccatum Adæ ergo non in Cœna. Tertio. Apertio. Quinto. Ergo Christus, nõ primo redemit per Crucem. Sexto. Sacrificium expiatorium uere, & naturaliter in Cruce. Septimo. Quocunque opere Christi ante mortem, non tollebatur impedimẽtum ex Adam contractum. sed oportebat Christum pati. Octauo. Vetera sacramenta nec baptismus ante mortem reconciliabant. Nono. Voluntas Dei, ut expiatio tantum semel pro peccatis nostris fieret ad mortẽ refertur, ut ait. D. Paul. Decimo. De morte tantum cernit Ecclesia, inde uita resurgeret. Vndecimo. Mundi redemptio tardaretur ait Leo 12. Per mortem tantum ait. D. Tho. meruit nostram salutem. 3. par. q. 48. 1. c. tertium. Hoc & Magister sent. 4. di. 12. 13. Ex 3. par. q. 73. 5. c. tertium. & 46. q. primum. Elicitur ueram oblationem esse per Crucem, & q. 49. nostram redemptionem esse per Crucem. 18. Nullam facit mentionem Ecclesia de hac oblatione, sed aliorũ in Canone. His ergo rationibus probatur, non fuisse sacrificium expiatiuum, uel propitiatorium. Contrariam partem probat Episcopus Naclantus, quòd obtulerit expiatiue. Qui uero conciliare uellet extremas has opiniones, distinguere posset. Quod efficientia sanguinis Christi duplex est. Vna generalis, quæ non modo per sacrificium, sed per omnia sacramenta applicatur. Alia peculiaris, quæ sub speciebus certis ad peculiaria quædam effecta concluditur, & talem uim habuit oblatio in cœna, tum pro culpa ueniali tum pro pœna, quæ pro peccato mortali debetur. Licet ergo ieiunauerit, sanguinem fuderit in circuncisione, remanebat tamen illud sacrificium. Et sic utriusque partis obiecta diluuntur. Quam distinctionem scribit Cano. lib. 12. c. pag. 835. Et sic interpraetari possunt uerba Chris. Hom. 83. in Matth. Qui sic dicit, loquendo de Cœna Domini. Præterea si remissionem hoc peccatorum facit, sicut certe facit superuacaneum illud omnino est id est ueterum sacrificium, de hoc faciat comparationem.

42 *Christus non habuit gratiam habitualem, & omnem.* HAERE. Si est caput omnium, quomodo non habuit omnem gratiã, quæ in membris influere posset? Si fuit semper beatus, quæ nam defuit, aut denegata fuit gratia Christo Domino. De quo D. Ioan. ait. Plenum gratiæ, & ueritatis. Et D. Paul. in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Hæc enim ad mensuram Deus dedit.

43 *Christus non habuit septem dona spiritus Sancti.* HAERE. D. Thomas ac Scholastici post patrum definitionem, omnia Spiritus sancti dona fuisse in Christo probant Appræhendent septem mulieres uirum unũ dixit Propheta. Sunt enim dona perfectiones animæ, & uirtutem auxilium. Et Christus dat & recipit dona donat ut Deus, recipit, ut homo tertia, parte quæstione, septima tertia.

44 *Christus, non fuit à Prophetis prænunciatus; nec lex antiqua vnquam de eo, loquuta est.* Theodorus Præter expressa saluatoris uerba, que de se ipso dicit. Quæ scripta sunt in psalmis de me decreui ex D. Augustino ac Cypriano contra Hebræos demonstrare omnia sigillatim esse ab aliis prædicta. De eius diuinitate. Dauid Psalm. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Et Psalmo secundo. Filius meus es tu ego hodie genui te. Quod de Virgine sit natus. Esa. ait. Ecce virgo concipiet, capitulo septimo. Quod ex semine Abraam, & Dauid. De primo Gen. capitulo. Multiplicabo semen tuum, & de Dauid. Psalmo 131. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Nascitur in Bethleem. Tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima eris &c. Mich. capitulo quinto. Occiduntur innocentes. Vox in rama audita est Ierem. Reuertitur ex Egypto. Ex Egypto uocani filium meum. Osee capitulo. Habitat

bitat in Galilæa. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Isa. Prędicat. Ecce testem populi mei dedi eum. Isa. Loquitur in Parabolis. Aperiam in parabolis os meum. Mirantur de doctrina. Diffusa est gratia in labijs tuis. Psalm. Ingreditur Ierusalem, super Asinam. Ecce Rex tuus uenit tibi. Zach. 9. Facit miracula. In die illa claudus, vt ceruus saltabit. Isai. Eijcit vendentes de templo. Zelus domus tuæ. Psalm. A Iuda traditur. Qui edebat panis meos. Psal. In passione solet. Tamquam agamus coram tendente se. &c. Isai. Crucifigitur. Mittamus lignum in panem eius. Hierem. Foderunt manus meas, & pedes meos. Psalm. 21. Diuidunt vestimenta. Diuiserunt sibi vestimenta mea. Psalm. eodem. Sepelitur. Erit sepulchrum eius gloriosum. Isai. 11. Descendit ad Inferos. In quoque in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu. Zachar. 9. Resurgit. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, Psal. Ascendit ad Cœlos. Ascendit in altum. Mittit Spiritum sanctum. In die illa effundendo Spiritu meo. Ioel. 2. Veniet ad iudicandum omnes gentes. millies in Psalmo. Deus iudicium tuum regi da. & alibi. Conterantur ergo frontes durissimæ hæreticorum ex his locis, & contumacia Iudeorum conuertatur. si enim in ore duorũ, vel trium stat omne verbum, quare ex tanto testium conuenientia, non confunduntur hæretici, non conuincuntur Hæbrei. Quid dicis Theodore, quid quæris plura testimonia, immo vero vt contra Hæbreis inferius dicam, & Hebræorum Rabbini hęc omnia dicta de Messia interprætãtur, sustine Lector, & lege littera H. Hebræi.

45 *Christus surrexit à mortuis die Sabbati, post Parasceuem, hora sexta.* Armeni. HAER. Qui historiam ab Euangelistis editam attente legit, nullam habet dubitandi difficultatem. Rursus die tertia resurrecturum se esse policitus est Dominus, vt Luc. 18. legitur. Imo vero signum Ionæ eis proposuit.

46 *Christi anima prius fuit in cœlo quàm corpori vniretur.* Orig. HAER. Quod de oĩb. aĩabus putauit Orig. hoc de anima Christi affirmare non dubitauit, nempe, quod prius fuerit beata in Cœlo, deinde à Patre missam in vterum Mariæ, vt dicit Tom. 20. com. in Ioannem. super ea verba. D. Ioan. 8. Non à me ipso veni, sed ille me misit. Hunc errorem supra reiecimus.

47 *Christi anima habuit æqualem cum Deo potentiam.* HAER. Equare creaturam creatori sacrilegum, ac manifestissimus est error. Si quando tamen in grauissimis authoribus hoc reperiatur scriptum, exponendum pie erit, quod loquitur de Christo, quo ad suppositum ratione vnionis. Vt magister admonet 3. 3. dist. 14.

48 *Christus non habuit omnem scientiam.* HAE. Hoc manifestè confutat dictum D. Paul. In quo (inquit) sunt omnes thesauri sapiẽtiæ, & scientiæ Dei absconditi.
Et sexta synodus (vt testatur etiam diuus Thom.) damnat, qui negat duplicem in Christo fuisse scientiam. Habuit namque scientiam creatam, & increatam. Nec Diuina humanam offuscabat, immo clariorem reddebat. Fuit & scientia indita, quæ sine conuersione ad phantasmata poterat intelligere. Habuit scientiam speculatiuam, & practicam omnium rerum non quia eas faceret, sed quia sciebat qualiter essent à Deo factæ. fuit in Christo sciẽtia beatorum fuit scientia infusa à verbo per species omnium rerum ad quas intellectus possibilis erat in potentia. Quę quo ad vsum erat discursiua, & non quo ad acquisitionem, fuit & scientia acquisita per species, ac operationem intellectus agentis, quæ à D. Thom. vocatur experimentalis. Hac sciebat ea omnia, quæ nobis cognosci possunt, non tamen essentias substantiarum separatarum. Nihil tamẽ didicit ab homine. Anima etiam Christi scientia Beata cognouit in Trinitate, quæ Trinitas cognoscit in se. Non tamen comprehendit verbum, cognouit etiam omnia, quæ quandoque sunt, & cogitatas, & item in verbo cognouit omnia, quæ Deus scit scientia visionis, non autem omnia quæ Deus nouit scientia simplicis intelligentiæ. Immo ad aures D. Thom. scientia visionis animæ Christi in uerbo purificatur, scientię visionis Dei, quo ad numerum Scibilium non tamen, quo ad claritatem. & item in verbo sciuit infinita in potentia, quasi scientia simplicis intelligentiæ, non autem sciuit infinita in actu, hoc est scientia visionis, quia infinita sic non sunt. Cognouit etiam in verbo, quicquid est in potentia

tentia creaturæ, & omnem naturam, & eſt perfectiſſima ſimpliciter, ſcientia vero indita fuit perfecta in genere ſuo. Scientia rurſus beata, non fuit habitualis, ſed indita. Hæc ex D. Thom. q. 9. & 10. Omnia ergo nouit Dominus. Caſſidorus vero, & aliqui videtur negare Chriſtum habuiſſe omnem ſcientiam, & omnia ſcire. Quæ accipienda ſunt de ſcientia humana, de qua interpretari poteſt illud Pſal. 138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam non de ſcientia, quam habet Chriſtus in verbo, ſed de humana, atque acquiſita loquitur.

49 *Chriſtus poteſt dici homo Dominicus.* E R R. Cum Chriſtus ſit Dominus naturaliter non erit vera hæc propoſitio denominatiua, vt probat D. Thom. 3. par. q. 16. Et ſi aliquando in D. Aug. reperiatur hæc propoſitio, ſciant Lectores illum retractaſſe, nã 2. retr act. cap. 19. ait. Vitiumque hoc dixi, dixiſſe me nollem cum enim Chriſtus Ieſus ſit natura Dominus Dominicus homo dici non poteſt. Hæc ibi.

50 *Chriſti natiuitas, nullo modo ex cœli ſitu cognoſci poterat.* Supra quid cognoſci poſsit ex aſpectu Cœli, vel eius figuris probatũ fuit. Hic etiam repetere ſuperuacaneum eſt, hoc certum eſt, quòd Chriſtus Dominus fuit verus homo, & ſi fomite, omni alia praua inclinatione, ac affectione conuenit tamen quid Cœlum in ſe, & ſecundum ſe faciat, quærimus, non ex parte Chriſti, qui fuit vndique perfectus, quia Deus erat cum illo, Cœlum tamen ſi aliquis eo tempore natus fuiſſet, optime, ac ad nobilitatem propenſus eſſet ex Cœlo, nam quid inclinet non quid agat docemus. Sic ergo erant imagines Cœli eo die, ac hora diſpoſitæ, vt antiqui, ac peritiſs. Aſtrologi probant. Cuius figuram, ac ſituationem, ac planetarum, ſic probant eſſe, inter quos Alb. Mag. & Petrus de Aliaco.



51 *Christi corpus statim fuit perfectum, et non per numerum dierum*. HAER. Qua de causa fuit in ventre Matris, per tot mẽses ac dies, nam per nouem fuit in utero Virginis à Mense Martij, vsque ad mensem Decembris. & D. Aug. ait, quod quot annis fuit tẽplum ædificatum, tot diebus corpus in Vtero Virginis formari opus fuit, illud quadraginta, & sex annis, hoc quadraginta sex diebus. Hoc cõueniebat Christo, vt se verum hominem demonstraret, & veram naturã humanam assumpsisse declararet. D. Aug. lib. 83. quæst. quæstio. 56. & totum tempus quo fuit in utero Matris deseruiuit argumento corporis eius, quòd alijs seruit conuentioni, figurationi, animationi, & augumento D. Tho. 3. dis. 3. q. 5. 2. tertium.

52 *Christus exiuit ex ventre Matris vulua ipsius aperta*. ERRON. Ecclesia eorum Theologorum approbat magis sententiã, quia contendunt, Christum exijsse, clausa clausa Virginei pudoris, sicut Sol egreditur per vitri soliditatem, sine vlla nitri illesione. D. Thom. hoc docet 3. par. q. 28. At D. Ambros. lib. 2. com. in Lucam, exponẽs ea verba D. Luc. 2. Omne masculinũ adaperiens vuluam &c. dicit, quòd vulua B. Virginis in partu aperta fuit. Hoc idem Origen. hom. 14. in Lucam. Hoc Tertull. hunc locum declarans, hoc etiam sentit, ac fatetur adapertam vuluam fuisse in partu, qui omnes ex Doctrina D. Thomas possunt interpretari, quòd D. Amb. non accipit (& etiam alij) per aperitionem, patefactionem vteri, quę cęteris parientib. accidit, sed eum prolis exitum, ut non uiolarit, claustra pudoris virginei hic sensus est eorum auctorum.

53 *Christus habuit inclinationem ad peccandum*. HAER. Quoniam Dominus, ac Saluator noster ex Spiritus sancti uirtute natus est, non ex virili semine, non fuit fomes in eo, aut aliqua inclinatio ad peccatum, immo semper fuit Beatus, & in vtero, ac ab ĩstãti suæ conceptionis. Si quandò legimus eum habuisse inclinationem ad peccatum exponendum est quòd ex parte carnis, & sensus, quos verè assumpsit, si in puris naturalibus essent relicta, a Verbo, & a gratia, esset sensus rebellis rationi.

54 *Christus non vere sensit dolorem aliquem*. HAERE. Quomodo imaginari poterit quispiam, ꝙ si tot per tot annos pro nobis pertulit, eum non sensisse dolorem, in ieiunio famem in potu sitim pertulit, & omnes nostros languores, nũquid brutum inhumanum, aut plantu fuit, vt nullum dolorem prægustauerit, & quomodo factus est in agonia. Fuit ergo in Christo uerus dolor sensibilis, & sensualitas, ac ratio superior dolebant de vuulneribus eius, ut natura, non autem vt ratio propter bonum sequens ait D. Tho. & peruenit dolor in passione usque ad supprema partem rationis. Nec tamen fruitionem impediebat. Et dolor tam interior quàm exterior fuit maximus, de quo ait Propheta. Venite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus. Doluit pro omnibus peccatis simul. & magis de miserijs nostris, quàm de passione sua. Immo fuit maior eius dolor, cuiuscunque contriti. Et a Diu. Thom. dicitur, quòd fuit maior, quàm dolor Adæ, si in statu innocẽtiæ dolorem passus fuisset. Dicitur namq; eius dolor nouissimus propter doloris acerbitatem mortis turpitudinem, & impositi criminis magnitudinem. Dicitur plenus doloribus ijsdem de causis. Attestatur nobilissima eidem cõplexio, magis enim sentit dolorem, qui nobiliorem habet tactum, & nobiliorem habet, qui præstantiori complexione est compositus. Diu. etiam Aug. Psal. 93. ait. Nolite putare, non fuisse tristem Dominum, si enim hoc dicerimus, quia non erat tristis, cum Euangelium dicat. Tristis est anima mea usque ad mortẽ, ergo quando Euangelium. Dormiuit Iesus, non dormiuit Iesus, mãducauit Iesus, non manducauit Iesus. & ita nihil summũ relinquitur &c. Hoc fuit, vt ait Fulgos. ad Transim. lib. 3. vt monstraret, non esse confusas naturas. D. Thom. 3. q. 15. & si quando negat D. Augus. hoc stemus his, quæ diximus, quæ est uera eius opinio.

55 *Christus timuit ne mortem*. Sunt Doctores aliqui, qui arbitrantur timuisse mortem, at D. Aug. Psal. 3. ut refert Magist. 4. dis. 15. dicit, quòd Christus nõ verè timuerit mortem. Idem D. Aug. Psal. 93. Econtra dicit, quòd Christus timuit mortem. Hilar. lib. 10. de Trinit. dicit nullum in Christo fuisse mętum, & fuerunt in Christo non naturales, sed assumptæ infirmitates. Hoc etiã tenet Petrus Paris. Episcopus lib. tertio, distinct. decimaquinta. Ioan. Damasc. lib. de centum hæresibus, capitulo 84. Hanc heresim

resim fuisse Escarodocitarum, quòd Dominus Iustinianus Augustus Imperator, Sacerdotibus præcepit ut publice docerent, Christũ non timuisse, ut testis est Euagrius lib.4. Hist. eccl. ca. 39. Qui Hilarij Dogma recepit. Aliquidem ferunt iudicium de timore, & dolore, adeo ut dicãt, quia doluit Christus, sic etiam timuit. At hoc falsum est, nam dolent multi, non tamen timent dolorem, sed audacter dono fortitudinis omnia substinent. Sic & de Apostolis legitur. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii & De Diuo Andrea legitur. Securus, & gaudens, & de multis quòd longum esset recensere. Doluit ergo Christus, sed non timuit. Quare esset incertus de futuro euentu, timemus enim, quæ euentura dubitamus, & sic non timuit. At timuit, quia cõtraria instare uidebat. Hoc dixit D. Marcus. Cœpit pauere, & tædere. D. Tho. 3. par. q. 15. 7. Fulg. vbi supra.

56 *Christus sustinuit secundùm animam dolores inferni.* Hoc affirmant quidam quoniã Dauid Psal. 30. Quoniam defecit in dolore uita mea. Et alibi dolores inferni circundederunt me. Cusanus sermone quadã super ea uerba psalmi, quam opinionem dãnare non audent recẽtiores, nec etiam amplecti. Sixtus lib. 5. annot. 165.

57 *Christi oratio non fuit exaudita in Cruce.* ERRON. Hoc est contra D. Paul. Qui dixit ad Heb. 5. B. Cum clamore ualido, & lachrymis, exauditus est pro sua reuerẽtia. D. Thom. 3. par. q. 21. 4. dicit quòd error est putare Christum aliquando non esse exauditum, qui dixit, pater sciebam, quia semper me exaudis. Ioan. 11. f. Ideo arbitratur D. Tho. non pro omnibus crucifixoribus orasse, neque pro omnibus, qui erant in eũ credituri, sed pro his solum, qui erant præ destinati ad uitam æternam, & pro his esse exauditum. Quod uero dicitur. Clamabo, & non exaudies, putat intelligendum, non quo ad rationis desiderium, quæ semper exaudita est sed quo ad affectum carnis, quæ mori recusabat. Caiet. etiã dicit, quòd fuit exauditus quæ petebat secundum uoluntatem quia dixit fiat uoluntas tua. Matth. 26. Et quæ secundum carnem, quia quæ sic petebat, non fixa determinatione poscebat sed ea conditione, si patri uisum fuerat. Sic exponi põt, q̃ D. Hier. scribit Ps. 21.

59 *Christi humanitas separata est à diuinitate in morte.* ERRON. Communis est Scholasticorum ferme opinio sequentes Anselmum, quòd quæ Christus Dominus semel assumpsit, nunquam reliquit, atque ideo diuinitas, non est à corpore separata. Vt Magister 3. sent. dist. ait. Quæ uere adducũtur D. Hierony. & Hilarij, & Amb. testimonia, quòd in morte facta sit separatio, accipi debent, non quo ad diuisionem unionis, sed quo ad protectionem, quia diuinitas humanitatis patrociniũ ad tp̃s dereliquit.

58 *Christo moriente non sunt factæ tenebræ super uniuersam terram.* ERRON. Quoniam testatur D. Matth. quòd Christo moriente tenebræ factæ sunt super uniuersam terrã vsque ad horam nonam, erant qui contrarium affirmant inter quos fuit etiam Erasmus. Contra eos etiam est testimoniũ Diony. Areopag. D. Aug. & communis assensus Doctorum. At ne aliquid me mouet in hoc authoritas Origenis.

60 *Christus est passus pro Angelis, sicut pro hominibus.* HAER. Si non Angelicam sed humanam tantum assumpsit naturam, profecto, nec pro illis est passus. Nusquam enim Angelos appræhendit, sed semen Abrahæ si passus pro eis, quare non sunt salui, uel secum ad Cœlos non duxerit quod nullus hactenus affirmare ausus est.

61 *Christus, quo ad corpus sedet super solis globũ.* Si ad literalem sensum accipiatur hoc dictum, utique est error, nam ascendit super omnes Cœlos Christus Dominus, ne dum supra solem, ut ex communi confessione tenemus, si uero allegorice loquatur pro sole B. Virginem, uel Ecclesiam uerum est dictum, & est Origenis.

62 *Christũ Iudæi cognouerunt esse filiũ Dei naturalem.* Pugnat (ad aures D. Tho.) quod docet Ap̃lus, si. n. cognouissent, nunquã Dñm glĩæ crucifixissent. Quod uero dr̃. Ecce hæres venite, occidamus eũ, accipiunt nõ oẽs populi, sed colones, & rectores, q cognouerũt eũ esse Messiã p̃missũ in lege. Qđ ẽt dr̃. Filius meꝰ es tu, accipiebãt quasi esset nõ filius nãlis, sed p̃ excellẽtiam gr̃æ singularis.

63 *Christo nõ cõuenit iudicare.* HAER. De Xp̃o dictũ fuit. Hic est iudex uiuorũ, & mortuorũ. Act. 10. Ipse. n. est sapiẽtia patris, & ei oẽ iudicium dedit. Conuenit Christo iudicare ut homo est, quia filius hominis est, & quia caput omnium, & licet uideatur negare D. Chriso. Aug. tamen affirmat. Et

con-

conuenit iudiciaria potestas Christo, quo ad omnes. Quia pater omne iudicium dedit filio. Ioan.5. per ipsum facta sunt. Et ex morte meruit. Iudicabit uero iterũ in die uniuersalis iudicij, quia non est adhuc cõpletum uniuersum, & remanet in memoria hominũ, & etiam in effectu ut Arrius. Iudicabit Christus etiã Angelos, quia ex humilitate hoc meruit, & Apoc.7. dicit. Et omnes Angeli stabant in circuitu troni. Et D. Pau. An nescitis quoniam Angelos iudicabimus. Rursus, Angeli multa operantur circa hominem. Item. Angeli ministrabãt Christo, atque ideo illi, ut homo est, conuenit eos iudicare. D. Tho.3. par. q.59.6.

64 *Christus fuit mendicus, nec pecuniam habuit.* ERRON. Expresse scribit. D. Ioã. q̃ misit Discipulos ut panes emerent, dum ipse cũ Samaritana loquebatur. Et alibi dicit, q̃ Iudas erat loculos habens. Ioan.22. Decreto suo Auinioni euulgato hoc statuit. Habetur etiam.12.q.1. Exemplum Domini, & est D. Augu. quòd sermone de monte Domini, cõcludit quòd habuit loculos. D. Tho.2.2.q.55.7. tertium, & 187.5. Caie. Viguerius 228. Ver. 18. Verbo mendicatas inferius.

65 *Christi Corpus erat ne ullo modo incorruptibile?* Hoc certum discutere difficillimũ est. Verum ut illud enodare possim distinguẽdum est. Etenim fuit Christus uerus homo & ueram habuit naturam humanã. Hinc si bi derelicta in suo esse puro, ac naturali dicendum est, quòd illud corpus erat corruptibile & icinerari oportebat, facta separatione anima à corpore. Quod enim commune est naturæ humanæ, non est negandum à Christo ut homine. Si uero consideretur, ut unitum fuit suppositum, ac unicũ fuit esse, & ex gratia sic fidei non repugnat affirmare corpus illud esse incorruptibile. Nam authore Damasceno quòd semel assumpsit, nunquam dimisit, dimisisset uero, si in cinerem resolui, uel in terram debuisset corpus, nisi dicatur, quòd ei uerbũ unitum esset, quòd quam sit absurdum iudicet Thiresia. Rursum corruptio est ꝓgressio de esse ad non esse. At in uia D. Tho. semper fuit idem esse in Christo nempe diuinum, ergo ut sic & corpus incorruptibile dici potest. Demum per gratiam (ut docet D. Tho.) a i qua corpora possunt non resolui in Cineres, at si aliis hoc concedi potest, multo magis corpori Christo, cui uerbum fuit semper unitũ. Hoc ergo modo potest dici quòd eius corpus, sit incorruptibile. Aduertat hic nouitius, quòd dum affirmamus corpus Christi incorruptibile, non dicimus per hoc, quòd sit immortale, hoc .n. Hæreticum est. Nam mors est unitorum separatio, quæ uere fuit in Christo, quia anima fuit à corpore separata, & non communicat amplius esse, quod uero corpus positum in Sepulchro esset aliquo modo incorruptibile aliunde proueniebat. Hęc sub iudicio Ecclesiæ relinquo.

Chusai.

Cibus.

Cibus ex sua natura malus. HAER. Impugnat hoc D. Tho.3. cont. Gent. c. 127. Non q̃ intrat in os. Matth.15. & 1. ad Cor. 10. omne quòd

quòd in macello uenit manducate nihil interrogantes. Et 1. Tim. 4. omnis creatura Dei bona est. Et inferius idem abstinere à cibis.

2 *Cibos omnes, quouis tempore comedere possumus.* HAER. De ciborum delectu, cum Hæreticis est supra disputatum uerbo Caro & qui hoc cōtennit, Deum ultorem sentiet. Sicut Lutherus, & Erasmus modo experimento comprobant, qui tantorum criminum nouatores, pœnas modo sciunt tartareas. Vide D. Tho. loco citato.

Cinei.

Cineorum destructionē prædicit destructionem Baal, Num. 24. a.

Cinei soceri Moysi filij habitant cum Iuda, Iud. 1. b

Cinei misericordi pepercit Saul cum iret cōtra Amalechitas, 1. Reg. 15. a.

Cinis.

Cinis aspersa Thamar clamat post stuprū, 2. Reg. 13. d

Cinere caput aspergebantur ueteres in signū luctus, Iudic. 4. Est. lib. 42.

Circuncisio.

Circuncisionem præcipit Abrahæ, & semini eius Deus in signum, quod erat Deus eorum, Gen. 17. b

Qui circūncisus non esset, occidendus erat, Gen. 17. b

Circūcidit se Abraham, Ismahelē, & domesticos omnes, Gen. 17. b

Circuncidit Sephora filium suum, filium Moysi, timens sibi à Deo, Exod. 4. f

Circuncidendum præpetium cordis, Deut. 10. d. 30. d.

Circuncidit Iosue transmisso Iordane, qui per quadraginta annos erant in circuncisi, Ios. .. b

Circuncisio secunda sub Iosue facta qua de causa, Ios. 5. a

Circunciditur Christus, ac ei nomen imponitur, Luc. 2.

Circuncisio data patribus, in signum promissionis eis factæ, Ioan. 7. c

Circuncidi non oportere gentes, scribunt Apostoli. Act. 15. e

Circuncidit Timoteus Paulum, & quare, Act. 16 a.

Non circuncidit Titum Gentilem Paulus, & quare, Gal. 2. e

Circuncidi gentes cogebant Pseudoapostoli, & quare, Gal. 6. c

Circuncisio.

Circuncidendi sunt Christiani. Nazarei. Cherintus. Ebion. HAER. In primordijs Ecclesiæ nascentis pullulauit ista hæresis, ab eis qui pseudoapostoli dicebantur, qui ut refert. D. Paul. ad Gal. 5. uolebant eos circuncidere. Quam hæresim redarguit idē Apostolus. Si circuncidimini Christus nihil uobis proderit: Gal. 4. & c. 5. In Christo Iesu circūcisio nihil ualet. Et ut legitur Act. 15. in Concilio Apostolorum abolita fuit circuncisio. Lact. lib. de uera sapientia 4. c. 17. Testes huius rei profert Micheam. De Syō exibit lex, & uerbum Domini de Ierusalē. Et Moses dixit talem futurum Messiam Prophetam suscitabo eis, de fratribus eorum, sicut te, & dabo verbum meum in os eius, & loqueutr ad eos ea quæ præcepero, & quisquis non audierit ea, quæ loquetur Propheta ille in nomine meo ego vindicabo in eum. Item de circuncisione soluenda ait Isai. Renouate inter nos nouitatem, & ne seminaueritis in spinis. Item Moses. In nouissimis diebus circuncidet Dominus cor tuum ad Dominum Deum amandum. Hoc figurauit secunda circūcisio Iesus Naue, qui figura fuit saluatoris. Hæc lactātius. Direct. 2. par. q. 6. nu. 8. c. fin. 24. q. 3. 5. Antonin. 4. par. tit. 11. c. 7. Scholastici omnes. 4. d. 4. Nam baptismus circuncisioni succedit, q perfectius remedium, nam & feminæ baptizantur; at eo tempore per fidem saluabantur etiam adultæ, & paruulæ. Biel. 4. di. 4. 1. q. 4. 1. par. 2. 3. concl. 1.

2 *Circuncisio nihil profuit, nec gratiam conferebat.* Manichei. Pelagiani. HAER. Negabant illi, originale peccatum, ideo nullam attribuebant circuncisioni uirtutem. At D. Paul. ad Rom. 8. Abraham accepit signum circuncisionis signaculum iustitiæ fidei. Cōferebat ergo gratiam nō ex propria uirtute, vel ut Schola ex opere operato, sed ex fide passionis Christi, ac ex opere operante. D. Augu. ad Valerium lib. 2. cap. 11. de nuptijs.

nuptijs,& concup.ait(in fine.)Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei,quę erat tunc signaculum iustitiæ fidei,ad purgationem ualebat magnis, & paruulis,originalis, veterisque peccati, sicut baptismus ex illa ualere cœpit ad innouationem hominis,ex quo institutus est. Nō tamen cœlum aperiebat ut docet etiam Beda in Lucam, cap.2. Apud D.Tho.3.par.q.62.6. Et alios, id conferebat circuncisio quod modo baptismus excepto ingressio regni cœlestis. Et si Chrisost.dicat nihil eam contulisse,interprætandus est,quo ad se, & ex propria uirtute,nam erat ex fide passionis Christi, & signaculum fidei. Non ergo erat signum tantum, sed signum conferens gratiam. Non tamen auferebat impedimentum ex parte naturę ingrediendi Cœlum, quoniā fuit per Christi passionem allatum, non ergo ab omni reatu liberabantur, sicut per baptismum. Qui uero moriebantur incircuncisi eadem ratio erat de eis, sicut, qui ante circuncisionis institutionem. Populus etiam in Egipto circuncisionis mandatum prætermittens excusatur,quia nesciebant, quando castra mouenda erant. Nec opus erat signum habere,quia nec cum alijs habitabant,sed seorsum ab alijs,incurrebant tamen inobedientiam, qui ex contemptu prætermittebant. D.Tho.3.par. q.70. 1. A denotandum etiam,quòd ante circuncisionis institutionem,fides Christi futuri iustificabat,tam pueros,quam adultos. Nec exigebatur aliquòd signum fidei potestatiuū, quoniam homines, ne dum seorsum,& fideles ab infidelibus ceperant segregari ad cultum unius Dei. Et hanc fidem sacrificiorum protestatione, ac oblatione demōstrabant,ac profitebantur. D.Tho. ibi ad secundum. Rursus obs. Quod circuncisio non cōtinetur inter Mosaica sacramenta, quia nō est ex Moyse sed ex patribus. Palud.d. 1. q. 5.art.3.lib.4.Alex. Alens.4.par.q. 7. menb. 4.art.3.& q.7.memb.6.art.1.eadem ferme uerba D.Tho.dicit. Et Biel.d.1.q.4. art. 2. concl. 1.

3 *Circuncisio conferebat gratiam sicut baptismus.* HAERET. Circuncisio non remouebat omne impedimentum, nec omnem reatum unde Cœlum ingredi non poterant. Item, non ex opere operato; demum nec adeo copiosam gratiam dabat. Ideo propositio illa est hæretica, & ne dum ex locis adductis probatur, sed ex Concil. Trident. sess. septima de sacramentis Can. octauo. Namque nostra tantum ex opere operato conferunt gratiam.

4 *Christus circuncisus propter peccatum delendū.* HAERE. Si nullum fecit peccatum, si non ex uirili semine, sed ex Spiritu Sancto natus est,quomodo egebat circuncisione, nisi ad decētiā,& quia suscepit iniquitates nostras,& quia nō uenit soluere, sed adimplere legem,ut eos, qui sub lege erant redimeret. De præputio uero eius scribunt multi,quòd fuerit ab Angelo delatum Carolo magno(vt placet Comestori)& ab eo Aquisgrani positum,& à Carolo Caluo trāslatum Corrosium. Alij dicunt,quòd nō reliquit quia pertinebat ad integritatē humanæ naturæ. Alij quòd potuit Christus de alia materia aliud præparare, & unire. Palud. distinctione prima, quæstione quinta, conclu.tertia. Supra,uerbo. Adoratio.

5 *Circuncisio imprimebat characterem.* ERRON. Fides, & Ecclesia de nostris tantum sacramentis affirmat hoc,nō de alijs, nec ullam faciunt mentionem de ueterib. Nam character est signū fidei, & quòd sit aliquis membrum Christi. Illi uero ante aduentum habuerunt signum uēturi Christi. Soto. Et D.Tho.3.parte q.63.p.3.

6 *Circuncisio in adultis, non delebat actuale peccatum.* ERRON. Nullam aliam Augu. Beda. Diu. Thom. & alij inter circuncisionem, & baptismum agnoscunt differentiam nisi quòd baptismus aperit Cœlum, & tollit omnem reatum, circuncisio minime,non tollebat omnē reatum naturæ; licet personæ omnem etiam reatum,ac culpam remoueret. Vt D.Tho. ait, tertia parte,ubi supra. Et ex opere operato, illa ex opere operante,hic copiosiorem, illa non adeo. Probatur adhuc. Circuncisio conferebat gratiam. ergo & omne peccatum delebat,ac culpam. nam q̄uo stare semel pn̄t pc̄tm̄,& gratia q̄ uero doceat D. Th. de circuncisione hęc sunt. Primū, ꝙ erat Sacrum præparatoriū ad baptismū, magis quā Colūba, nec inter sacramēta ueteris legis, q̄a fuit ex patrib.& instituta fuit ad distinctionem,& significationem, protestatio fidei, debilitatio concupiscētiæ in illo membro. Nec fiebat nisi octauo die etiam morte imminente, nec reiterabatur. Data fuit soli populo Israel. Et qui ex Ismae-

Ismaele, & Esau, nati erant, non tenebantur circuncidi. Nec mulieribus conueniebat, quia peccatum originale magis ex patre quam ex matre contrahitur. Hęc conferebat gratiam, quo ad omnes effectus positiuos, ac priuatiuos, & reprimebat concupiscentiam, & ea poterat omne peccatum mortale uitari, & diminuebat fomité. Hæc impudiebatur per fictionem qua recedente sortiebatur effectum suum, quia aderat signum exterius. Non tamen tollebat omnem pœnalitatem, nec mundabat omninò naturam, sed personam, ideo circuncisi generabant circuncidendos. Et quia tollebat originale peccatum, per consequens & qđ libet aliud peccatum. Quomodo vero conferebat gratiam, licet videatur contrarius. D. Thom. tamen ea quæ diximus conciliāt omnia. Quod uero ait quarta sent. Quod ex opere operato conferebat gratiam, intelligendum dispositiue, non autem causando effectum, & uere effectiue sicut baptismus. Quod uero objiciebant, nos esse circuncidendos, exemplo. D. Paul. qui Timo. circuncidit. Soluitur. Namque nascente Ecclesia ne Hebræis esset scandalum erant legalia promissa, nec omninò sinagoga ad sepulturam conducta, ut ait. D. August. nec Iudæi, a fide recedent licitum fuit eo tempore, non tamē circuncidit Titum, qui fuit ex patre, ac matre gentilis, ut ad Gal. 2. Et Act. decimosexto, hæc legimus. Non discrepant Amb. August. Chris. & D. Tho. Et Vgo de Sancto Vict. lib. 2. alleg. in Bibliam. cap. 5.

Circunstantia.

Circunstantiæ, non sunt confitendæ. HAERE. Circūstātia authore D. Tho. Ricard. Bon. & alijs, est accidens actus humani, attingēs causa extrinsecę, & circunstantia, ut sic, & ut circunstantia, non uariat speciem, sed ut accipitur, uel ut specificatiua differentia. Circunstantię uero sunt septem. Quis, qd ubi, per quæ cur, quomodo quando. Principalior est secundum finem. D. Bon. uero sic collegit. Aggrauat ordo, locus, persona, scientia, tempus, ætas, conditio, numerus, mora, copia, causa. Est modus in culpa, status, altus, lucta pusilla. Quadam ex eis respiciunt personam, scientia ordo, ætas, conditio, persona, & status. Tres respiciunt crimen numerus, mora modus agendi. Tres respiciunt causam. Copia, causa, lucta pusilla, duæ adiacētes locus, & tempus. 4. dist. 16. in circa textum. Tractat Theologus, de circunstantijs, quatenus per actus humanos, homo ad beatitudinem ordinatur, secundo, quia in eis inuenitur locum, & malum, demum quia meritoriæ, uel demeritoriæ esse possunt. Circunstantiæ, quædam transferunt peccatum, de genere in genus, ut quæ est simplex fornicatio, erit aliquando adulterium, & furtum erit sacrilegium, si ecclesiasticam quis furabitur.

Quandoque uero non trahit, sed aggrauat tantum, sicut proicere, quæ non debet, & cui non debet, sic & maior est egritudo, quando plures partes inficit. Tertio aggrauat ut furori multum, uel parum. Obs. etiam quòd circunstantiæ quædam sunt species actuum mortalium habentes propria obiecta conuenientia, uel disconuenientia rationi, ut furtum facto in loco sacro. Quædam uero non habent propria obiecta, sed sunt magis conditiones ipsorum, primæ faciunt actum bonum, uel malum, non secundæ. D. Tho. par 2. q. 73. 3. Et Caiet. q. 88. 5. De eis Biel scribit 4. dist. 17. q. 1. 2. concl. 4. Quod quædam trahunt peccatum in aliud peccatum quædam aggrauant in eadem specie, sed non mutāt. Quædam sunt impertinentes, quæ nec mutant, nec excusant. Vt quòd in cubili uel non, uel in cellario, uel in stabula. Quędam sunt alleuiantes, ut ignorantia crassa, indeliberatio, tentationis magnitudo timor cadēs in constantem uirum, demum quia contrariorum idem est iudicium, sicut aliquando aggrauant, sic alleuiant. Biel. Circunstātia complicum adeo sunt explicandæ, ut persona, non reueletur, & cōfessor debet admonere confitentem ne reuelet. Vt ait Biel 4. dist. 15. q. 1. 2. concl. 5. Et Bon. 4. dist. 12. q. 3. articu. primo parte 2. In duobus casibus persona compeccans potest reuelari, ut quando mutatur species nec est alius confessor tunc debet potius confiteri, quia salus propria, alienę famæ ferenda est. Vt si quis commisit incestum, nec alius sacerdos, cui confiteri possit. Item quando confessor reuelando personam poterit prodesse eis, qui deteguntur. Nam si ad salutem Fratrum possunt occulta dici extra

confessionem; quando aliter peccata corrigi non possunt multo magis in confessione. His quæ docet D.Bon. cóformis est Caiet. in summula. Verbo. Confessio. Nec ualet dicere q infamatur, nam si hoc uerum esset, nemo debet confiteri, & si propria detego, ut saner, quare aliena dicere non potero, si quando uariant speciem, aduertent ergo hanc fugam, quoniam excusatio nulla est. Fateor, q satis est dicere in generali, puta cum religiosa. Et si tunc mutatur species, & aggrauant in infinitũ. Hęc ergo sunt confitendæ, ut est decretum Cóc. Trid. sess. 14.c.5. dicens. Colligitur præterea, etiam eas circunstantias in confessione esse explicandas, quæ speciem peccati mutant hæc ibi, circa medium, & Can.7. Circunstãtias tamen personę, si uergit in periculum, non est necesse confiteri, sed est uelut non habens copiam confessionis eo casu. Armilla. Verbo. Circunstantia. 11. infra nos uerbo. Confessio.

2 *Circunstantia diei festiui est nec necessario explicanda?* Sunt qui affirmatiue respondeãt, quod dicitur ex D.Amb. & D.Tho. E contra negant alij, namque præcipit Deus, ut ab opere exteriori cesset homo, & exteriorem sanctitatem non interiorem. Rursus Ecclesia tantum exteriora iudicat. Quibus addo, quòd si exigitur ad sanctificandum festa, hoc nemo est, uel pauci, qui obseruẽt sed erunt sacrilegi ferme omnes non tenemur ergo eam confiteri, & D.Tho. dicit, quòd circunstantia temporis festiui, non trahit ad aliam speciem peccati (ideo non potest aggrauare in infinitum. 4. dist. di. 32. art. 5. q. 2. Contra multi dicunt quòd circũstantia diei festiui est confitenda. Item ex D.Amb. habetur, quòd prohibemur dieb. festiuis peccatis grauari. Rursus D. Th. ait 2.2.q.122.4. tertium. Contra hoc præceptũ magis facit, qui peccat diei festo, quam q opera seruilia facit, & ex D.Augus. Confirmat, lib. de decem cordis. His omnibus simul satisfacio, quòd confiteri hanc circunstantiam laudabile est, non tamen aggrauat in infinitum, ad D. Amb. & alios etiam dico, quòd loquuntur de fine præcepti, nó de præcepto in se, nam finis præcepti est, ut quis se abstineat à peccatis, non loquuntur de præcepto secundum literalem sensum, & quia peccatum tollit meritum illius sanctificationis ideo repugnat sic festo magis uiolat qui peccat; quia bifariam de Deum offendit ex peccato, & ex circunstantia aggrauante aliquo modo, ut circunstantiæ non ut mutans speciem. Hæc est opinio Caiet. in quodlibetis. De hoc apud summistas. Circunstantiæ etiam mentales aggrauantes in infinitum sunt confitendæ. D.Th. 4.d.15.q.3.art.2.q la.5.4.

Citatio.

Citatio nulla exigitur antequam aliquis condemnetur. ERRON. Etsi prima facie nullam præ se ferre uideatur connexionem cum fide, quid enim de fide est, quod aliquis citetur nec ne? At si rem caute consideretur pendet ex sacra pagina, & communi expositione, & ad uniuersales fidelium mores apprime necessaria, ut quis iusta possit iudicare. Est enim citatio diuini, naturalis Canonici, ac ciuilis iuris. Diuini. Nam legimus. Gen.2. Deum prius uocasse Adam, antequam puniret, dicens Adã ubi es? Quod & obseruauit Caiet. in expositione illius loci. Ad Caynum etiam Cain, ubi est Abel frater tuus. Rursum cum clamor sodomorum ad Cœlos ascenderet dixit Deus descendam. Et uidebo, utrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint. Christus Dominus adulterã uocauit. Vbi sunt, qui te accusabant. In nouissimo etiam iudicij die uocabit omnes in ualle Iosaphat, & statuet alios à dextris alios uero à sinistris. Discant ergo iudices, & superiores, inaudita parte neminem condennare, etiam si uideatur ex testibus conuictus, nam sæpe ex odio, non raro ex ambitiosa radice falso probi docti, & ueri religiosi calumniantur. Et sciant tales ad omnium restitutionem teneri, & si confessores tacent, absolunt consentiunt, si illi tacuerint lapides clamabunt. Citatio ergo semper præcedat cõdennationem, uel priuationem. Quæ uero ad exactam, ac germanam citationem exiguntur, nouissime explicat iudiciale inquisitorum. Verbo. Citatio. Et Chrisost. Hom. secunda, epistola secunda ad Tim. Imitare Deum audi ipsum dicentem. Descendens uidebo si secundum clamorem suum. consumantur &c. Quod contra ædificatores turrim legimus à Domino obseruatum. Nam dixit Dominus. Venite descendamus. Gen.11.

Cla-

Clauis.

Claues non ſunt in Eccleſia. Nouatio Vuitcleff. Luth. HAER. Hæc hæreſis totam fœda uit Germaniam, hoc uenenum, quod euomit Lutherus Galliæ pars ebibit. Quos omnes confutare aggrediamur. Non noua eſt ſacerdotum poteſtas, ſed antiqua, erat enim etiam in Egypto, ut legitur Gen. 17. Inter Romanos etiam, ac alijs gentibus. Imo uero hæreditario iure ſuccedebant ſacerdotes, qui erant primogeniti. Hic Melchiſedech (qui & Noe apud aliquos tempore fuit) ſacerdos Dei erat. Iacob ab Eſau fratre ſuo emit. In lege Moyſi fuit Aaron ſacerdos inſtitutus ut ex tribu leui. Qui perpetuo eſſent ſacerdotes, & miniſtri templi, ut dicitur Exod. vigeſimooctauo. Ait non conferebant gratiam (excepta circunciſone) uel indulgentias, & alia quæ tantum noſtris conuenit ſacerdotibus. In lege noua Petro à Domino dictum fuit. Paſche oues meas, quibus uerbis, clauium poteſtas deſignatur. Et Ioan. uigeſimo. Dicitur. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo & in terra, & addit ſicut miſit me uiuẽs pater, & ego mitto uos. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Et Diu. Petro aperte dixit. Tibi dabo claues regno cœlorum Matth. 16. Et ne decipiatur quiſpiam, dũ ignorat, quid clauis Eccleſiæ importet manifeſto. Claues Eccleſiæ, nil aliud ſunt, niſi poteſtates, quas ei Dominus contulit. Claues dixit, plurali numero ſignificanter, quoniam nõ una tantum, ſed duplex eſt clauis Eccleſiæ. Vna ordinis, altera iuriſdictionis. Vtraque tamen a Deo. Et ex merito Chriſti, & aliorum qui ſunt de Eccleſia habent efficaciã. Clauis eſt ergo poteſtas ſpiritualis. De poteſtate, ſeu de claui ordinis, dictum fuit. Hoc facite in meam commemorationem, vbi gloſ. Luc. 22. dicit. Accipite, & date. De poteſtate iuriſdictionis dicitur. Quorum remiſeritis &c. Ioan. 20. In huius ſignum mondatos leproſos ad ſacerdotes mittit. Matth. 8. Et ſoluit iubet Apoſtolos Lazarũ ſuſcitatum. Ioan. 11. Et Aſina, quam aſcendit Dominus. Soluite (inquit) & adducite mihi. Has claues Deus habet per auctoritatem, Chriſtus per excellentiam, ſacerdos ꝑ miniſterium. D. Tho. 4. d. 18. q. 1. art. 1. q. 1.

2 *Claues Eccleſiæ, quilibet Chriſtianus habet.* Luth. HAER. Adeo inualuit hæc hæreſis, quòd Rex Angeliæ Epiſcopos, & Sacerdotes conſecrauit, & apud reges, hanc eſſe poteſtatem contendebat, quæ olim dormiebat inſania; & eam ſuſcitauit, & Euigilare fecerunt Lutherani. At recolant iſti, ꝙ tantum Apoſtolis dictum fuit. Quorum remiſeritis, & tantum Petro. Tibi dabo claues regni Cœlorum. Item nec ſacerdos ueteris legis habuit claues, ut aperte etiam docet. D. Tho. 4. d. 19. q. 1. art. 1. qla. 4. tertiũ. Quod uero nec omnis Chriſtianus habeat claues probatur. Non omnis Chriſtianus, habet Charaterem ergo nec clauem. Item poteſtas clauium datur per conſecrationẽ. Ergo non conſecrati non habent. Tertio, qui habet poteſtatem clauium mediator eſt inter Deum, & populum. Quarto. Non quilibet habet clauem Imperij, aut poteſtatem ſecularem, ut fatetur Hæretici, ſed tantum Principes, ut experientia cognoſcimus, quare ergo ſpiritualis poteſtas, cuilibet conuenire poterit. Has ergo claues eã ordinis, quam iuriſdictionis Petro primo date fuerunt. Et per ipſum ad alios deſcenderunt. Hinc patet, quòd mulier clauẽ habere non poteſt, imò nec prædicare in Eccleſia non permittit D. Paulus. Sancti, non Sacerdotes, non habent claues. Schiſmatici, Hæretici, ſuſpenſi, degradati, & excommunicati, non habent uſum clauium tertia parte quæſtione, ſexageſimaquarta quæſtione, ſecundum. Sacerdos malus habet uſum clauium, ſed peccat.

3 *Clauium poteſtas ac uſus non eſt neceſſarius in Eccleſia.* HAER. Cum non ſit homo, qui non peccat, & in conſpectu Dei nullus iuſtificetur homo, nec ſit iuſtus. Ex his deducimus eſſe claues neceſſarias in Eccleſia. Nam nemo ſine ſacramentis poteſt ſaluari. Nec eſt alind nomen, ſub Cœlo in quo nos ſaluari poſſimus, ut dicit Petrus actione quarta certe claues ſunt neceſſariæ. His culpa remittitur condonatur gratia, & ſoluitur pœna. Et Concil. Trident. ſeſſ. decimaquarta capitulo quinto. In principio dicit. Sacerdotes poteſtate clauiũ poſſunt retinere, aut remittere peccata, & hoc repetit Canon. decimoquinto eiuſdem ſeſſionis. Hæc pauca in genere de clauibus, & ꝗbus ſint datæ, & quid efficiãt diximus, quoniam proprijs locis fuſius de quauis pote-

state diferēdum erit. Hæc ex scholasticis in quarta distinctione 18. Bonauen. quæstione prima art. primo. Et Scotus. Et Biel ibidem Palud. quarta distinctione 19. quæstione secunda. D. Aug. li. 50. Hom. hom. quingentesimosexto capitulo decimo. Aut dubitat confugere ad claues Ecclesiæ &c. & inferius. Et audet sibi post hanc uitam, quia tātum Christianus dicitur, salutem aliquam pollicere?

Clericus.

Clericus omnem artem exercere potest. ERRON. Hæc sunt in sumulis petenda, & sciant Clerici quid eis conueniat, & quale sit munus, & onus, dicuntur enim clerici, à sorte, quia κλῆρος, Græce latine sors dicitur. Vnde hoc nomen Clericus ab Apostolis habemus, & sunt, qui habent Domini hæreditatem de qua Dauid Dominus pars hæreditatis meæ. Dicuntur etiam Clerici, quia sorte apud multos etiam gentiles eligebantur. Et Mattias. Cecidit sors super Mattiam act. primo. Igenus Papa composuit Clerum, & distinxit gradus, ut ration. Diuini offici lib. Clericus ille proprie est, q. habet officium in Ecclesia, siue hostiarij siue lectoris. Tonsura uero non facit Clericum. Præsbyteri etiam hoc est seniores dicuntur Clerici. Clericus itaque (ut cum Palud. loquar) non debent merari non debent interesse spectaculis uanis, & nuptiis, nec tabernas non nisi necessitate urgente intrare, non arma ferre, non uere, nec iocose pugnare, nec iudicium sanguinis ferre, ab illicitis quæstionibus abstinere, nec munera accipere pro medicina res Ecclesiæ proinde dispensare, non licet de rebus Ecclesiæ testari Clericis, non est iniungenda pœnitentia. Solennis. Possunt incorrigibiles incarcerari, degradari, ac iustitiæ seculari tradi. Hæc omnia Palud. Ex iure desumpsit, atque probat. Et Ioan. de Capistrano.

Clericorum unus est ordo. ERRON. Varia sunt in Ecclesia officia hinc ad eam uarietatem seruandam, uarii sunt Clericorum gradus, sicut & minores ordines plures sunt. Ex his Dei sapientiam, cum Regina Saba admiramur. 3. Reg. 10. Sic satisfit humanæ infirmitati hominum. Sicut ergo Deus in adiutorium Moysi elegit septuaginta senes, sic in Ecclesia. Hac de causa facilior salutis nostræ patet aditus, dum plures pluribus modis saluari possunt, ut Dei cooperatores. Rursus, Dei diuersitas donorum elucescit, ut 1. ad Cor. 12. dicitur. Diuisiones gratiarum sunt, idem aūt Deus. Cōpræhenditur etiam uarietas uitæ, dum aliqui actiuæ alii contemplatiuæ uitæ deseruiunt, ideo dixit Apostolus. Diuisiones operationum. Et de Marta, quòd optimā partē elegit, qua nō auferetur ex ea. De his Isid. li. 7. c. 12. Etimolog. Clerici gn̄ali nomine nūcupātur ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, Eps ordo Episcoporū quadripartitus est. Patriarcha, qui lingua Græca summus Patrū interpretatur. Primus. Archiepiscopus. Et Episcopus. Turr. Cre. li. 1. c. 85.

3 *Clericis licet armis se defendere.* Nō est etiam irregularis, qui suadet mortem, pro honore Dei, & Ecclesiæ iō inquisitores non sunt irregulares, quando tradunt brachio seculari. Possunt etiam Clericos se defendere. Nam iniuria fuit uel publica uel personalis. Si publica propulsanda est iussu principis, non enim, sine causa gladium portat ait Apostolus ad Rom. 13. Si autem iniuria est personalis, de ea dicitur Matt. 5. Dico autem uobis, nō malo resist. Iniuria uero personalis repelli potest uno modo impediendo, sicut Apostolus Act. 23. procurauit milites, ut redderetur illæsus sic licet oībus iniuriam repellere, nam hoc, nō est, pprie resistere. Alio modo uerbis arguendo, ut Dominus percussus alapa repræhendit percussoré. Et sic intelligitur illud. Si quis te percusserit in unam maxillam præbe ei, & alteram. Tertio sit repugnando, & hoc dupliciter. Vno modo compellente necessitate, vt cum læsio aliter uitari non potest, & hoc sine armis, & hoc permittitur clericis, cum moderamine inculpatæ tutelæ, & incontinenti & sic intelligitur Lex. Vim ui repellere licet, in instanti, quia nequaquā facto interuallo, aut cum armis & hoc non permittitur Clericis, sed Laicis tantum. Licebat uero Sacerdotib. ueteris legis, qa illi erant ministri timoris, nos uero amoris. Opus uero Ananiæ & Zaphiræ. Act. 5. Fuit opus spirituale non manuale inquit Chrisost. Et ex eo loco Rom. Ponti. authoritatem deducimus. Licuit etiam pro Domini defensione uti gladio, nec erat adhuc

Cle-

clericis prohibitum, quod modo nō licet. Alex. de Ales. 3. p. Ioan. de Capist. de Pont. Papę, & Concil. cap. vlt. p. p. ad nonū argu.

¶ *Clericis non licet diuitias retinere.* Luth.

HAER. Si ecclesia omnia bona sua quæ iure possidet, quoniam Domini est regnū, & suo sanguine omnia acquisita sunt, & Dominus omnium, & caput est, si inquam omnia hæreticis relinqueret, ac donaret forte quiescerēt, ut sic possent melius sfrenata libidine, quasi sus in uolutabro. Quòd vero Clericis diuitias liceat retinere probatur, Primo. Leuitæ in ueteri lege possidebant. Ergo & nostri possunt. Probatur antecedens. Nam Num. 20. dicitur, ꝙ Moyses mandauit filijs Israel, ut leuitis de possessionibus suis darentur urbes ad habitandum, & suburbana eorum per circuitū, & sic consignata fuerūt quadraginta octo oppida cum suburbanis suis, debebāt autem profugi exules manere, in prædictis oppidis durante uita magni sacerdotes, & Pontificis eius temporis. Num. 36. Sic ergo tribus leui partem obtinuit in possessionibus filiorum Israel. Leuit. ult. ꝙ ad iudicium sacerdotis æstimationem soluat, qui Deo spo spondèrit animam suam, si non potest soluere pretium ibi taxatum. Adhuc, & quomodo potest intelligi, ꝙ qui nouerit animal immundum, si immolari non potest, statuto pretio per sacerdotem, si is, qui offerre uoluerit. animal addet super ęstimationem quintam partē. Dicitur etiam, ibi. Quod possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum, & infra, si quis uoluerit redimere decimas suas addet quintam partē earum omnium decimarum. Num. etiam 35. dicitur. Ipsę quoque urbes, quę dabuntur ex possessionibus filiorum Israel ab iis, qui plus habent, plures auferentur, & qui minus pauciores, singuli iuxta mensuram hereditatis suę dabunt oppida leuitis. Leu. 25. Scribitur. Aedes Leuitarum, quę in urbibus sunt semper possūt redimi, si redempte non fuerint in Iubileo reuertentur ad Dominos, suburbana autem earum non ueniant, quia possessio sempiterna est. Rursus Esdre. 2. 10. scribitur. Sortes ergo misimus super oblationem lignorum inter Sacerdotes, & Leuitas, & populos, ut inferrentur in domum Dei nostri. Et infra. Et decimam partem terrę nostrę Leuitis. Pręterea. p. Paralip. 6. dicitur, ꝙ filijs leui, & Aaron consignatę fuerunt urbes, & suburbana, quę eis sorte contingerunt, dederūtque filij Israel, Leuitis, ciuitates, & suburbana eorum, dederuntque per sortem ex Tribu filiorum Iuda. Tempore Regis Ezechiæ, consignatæ sunt partes Leuitis, ut possent uacare legi Domini. Ezech. 45. consignatur terræ pars sacerdotibus. Machab. primo. cap. 10. Demetrius Rex iussit tributa dari sacerdotibus. Aliud ergo ultra decimas possidebant Leuitæ. Et nostri possunt; eo magis, quia ea quæ habent, nō sunt sua, sed ecclesiæ. Dominus, ac redemptor nr̄ erat loculos habens. Ioan. 12. D Paul. p. Corinth. 9. Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est si carnalia uestra metamus.

Obijciunt hæretici.

Primo, quia Dominus dixit. Num. 13. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ergo pars, & hæreditas tua in diuisione ergo terræ promissionis, non habebant partem leuitæ. Ergo clericis non licet retinere, quia est præceptum negatiuum, ꝙ obligat semper, & ad semper. Respondeo, ꝙ non omne præceptum negatiuum obligat semper, & ad semper, sed illa præcepta negatiua obligant semper, & ad semper, quæ pertinent ad naturales mores, siue circa Deum, siue circa proximum. Vt non habebis Deos alienos. Vel non occides. Rursus, ex diuina dispensatione potest aliud esse. Vt de eo præcepto non occides apparet, tamen multi occiduntur iuste ex diuina dispensatione, ut dicitur. 23. q. 5. pro totam. Quæ enim præcepta pertinent ad diuinitatem, sunt indispensabilia. Vt non assumes nomen Domini Dei tui in uanum. Non habebis Deos alienos, non enim Deus potest priuari diuinitate. Quæ ad homines pertinent possunt dispensari siue affirmatiua, siue negatiua sint. Vt D. Bern. docet in tract. de dispens. & Bon. 1. dist. 47. Tale est illud. In terra eorum nihil possidebitis, nam non pertinet ad diuinitatem, neque ad bonos mores. Secundo. Dominus dixit. Nolite possidere aurum. Ergo non licet clericis. Dicitur, ꝙ non prohibet Dn̄s usum, sed ne uerbū Dei pecunia uenderetur, ideo subdit. Dignus est operarius mercede sua. Et mit-

tens eos prædicare dixit. Gratis accepistis gratis datæ. Tertio. D. Hierony. ad Nepotianum de uita Clericorum, dicit exposito quid nomen cleri significat ex D. Pet. 1. ca. 5. A. ꝙ tres dicitur, reprobat eos, qui possident diuitias, quia pars eorũ Dñs est, & qa leuitæ non habebant partem in terra promissionis. Et concludit. Habes uictũ, & vestitum, his cõtẽtus ero, & nudam Crucem nudus sequar & Chris. Hom. 86. in Matth. Fusius dicit non licere bona tẽporalia possidere Clericis. Et dicit. Quia Sacerdotes, & Epi, nequeãt Chr̃m sequi, nisi relictis Ecclesiarũ possessionib. ab omni seculari cura liberemur. Et infra. Illud Euangelicũ. Vade, ac vende uniuersa quæ habes, & da pauperibus, oportune nunc ad Ecclesiæ præsides propter latas Ecclesiæ possessiones, & merito dici potest. Origenes Hom. 15. in Leuit. Hila. Psal. 118. (Quod notauit Erasmus) ait. Super ea uerba. Portio mea Dñe in terra uiuẽtiũ. Renũciãdũ est seculo, oĩbusq; reb. eius, vt nobis Deus portio sit, & adducit ꝙ diximus de leuitis. Et ꝙ D. Pet. vt legitur act. 18. nullam sibi possessionem reliquit. Cum dixit. Argentum, & aurum, non est mihi, ꝙ autem habeo, hoc tibi do. Quid est illud? Quid est illud Petre, quod possides? renunciaueras oĩbus Deo tuo dicens. Ecce nos reliquimus omnia. Hæc Hylarius. At D. Hiero. uerba D. Tho. 2. 2. quę. 85. Interpretatur dixisse non de Clericis, qui possessionibus recte utuntur, sed de illis, qui abutuntur rebus Ecclesiæ. Vel ad omnes has authoritates simul respondere possumus, quod loquuntur de diuitijs, quãdo sunt impedimento, & reuocant nos ab ipsa Euangelica prædicatione. Tunc enim nudi, nudam sequamur Crucem, & ne ab ipsarum desiderio trahamur, unde Diuo Chrisost. dixit. Nihil præter uictum, & uestitum habere oportere, ne ad ista trahantur desideria. Et sic exponi potest Hylarius, ac Origenes. Et hæc satis in præsentiarum. Quibus addit Luth. Christus fuit pauper. Dico ꝙ si uerum concludit ergo & Luth. & Dux Saxoniæ sit pauper. Vel si pauper dẽt esse clerius. Quare punitur Ananias, & Zaphira.

Cælum.

Cœlum est unum tantum. E R R O N. Cõis sententia est Theolog. oĩum & Phylosophorũ, ꝙ plura sunt. Et Cęlũ dr̃ a celando, quia est secretũ cõtẽtiuũ, & quietũ, ut scribit Bonau. 2. di. 2. par. 2. in dubijs literalib. Numerum Cœlorum assignat. D. Tho. 2. di. 14. 1. c. quòd sunt decem. Septẽ planetè, firmamentum Cœlum aqueum, & primum mobile. Cęlum etiam alij dicunt esse aereum pro inferiori aeris regione. Cęlum æthereum, suprema aeris regio, quæ mouetur ad motum primi mobilis ideo æthereum dicitur quasi semper currens. Cœlum Olympium, dicitur inferior regio ignis ab altitudine cuiusdam montis, qui dicitur Olympus. Cœlum igneum dicitur superior regio ignis. Cęlum stellatum dicitur aggregatum ex septem planetis, & firmamento. Cœlum Christallinum est primum mobile. Cœlos multos nominat Dauid. Laudate eum Cœli Cœlorum, Psal. 148. Et a quæ omnes, quæ super Cælos sunt laudent nomen Domini. Quod uero D. Chriso. uidetur dicere, unicum esse Cœlum, quia dr̃. In principio creauit Deus Cœlum. Exponendus est, quod loquatur contra eos Phylosophos, qui dixerunt supra Cœlos, esse alios Cœlos, & alterũ uniuersum. D. Tho. 1. par. q. 68. 4. Biel. 2. dist. 14. q. vnica. art. 4. Nam & Stephanus. Dixit. Video Cœlos apertos. Pater noster, qui es in Cœlis, scio ꝙ & pro iustis accipi potest.

2. *Cœlum Empyreum non est, nec ibi est beatorum sedes.* H AE R. Quoniam Dominus, ac Saluator noster in Cœlos ascendisse testantur sacrę literæ. Et D. Luc. Quid admiramini aspiciẽtes in Cœlum. Et symbolum hoc docet, cogimur de fide tenere Cœlum empyreum sedem esse beatorum, supra eum B. Virgo ascendit. Strabus ea uerba. In principio Creauit Deus Cœlum, de empyreo exponit. Basilius etiam, ac Beda eum ponunt. Dicitur uero empyreum, id est igneum, non à colore, sed a splendore. Hoc ratione cognosci nõ põt, nec subiacet censui nostro. Basil. Hom. 1. in Exameron ait. Sicut dannati in tenebras ultimas aliguntur, ita beati remunerationem, quæ pro dignis operibus restaurantur in ea luce, quæ est extra mundum quietis domiciliũ. Philo Iudeus, eũdẽ locũ explanãs dixit Cęlũ esse Deorũ domiciliũ, accipiẽdos Angelos p Deos. Hoc Amb. Chri. Aug. & Schola oĩs tenet. Quæ de Cęlo empyreo dicit, ꝙ ĩstit sine motu. Quod est uirtuosissimũ, ac maximũ corporũ oĩum qđ immobile incorruptibile, lucidũ, sed nõ emittit radios uisi-

uisibiles nobis. Hoc habuit in prima sui creatione complementũ, non aũt alij. Primum, ac suppremum omnium, & in oēs influit. D. Tho. 1. par. q. 66. 3. Et dicitur sedes magis hominum quam Angelorum, nō ad necessitatem sed congruitatem. Biel. ubi supra. Alensis. Brulif. 2. di. 2. q. 7. Hoc dicitur repletum Angelis (inquit Ale. par. 2. q. 19. art. 3. menb. 3.) quia ornatur. Non purgabitur igne in die nouissimo, quia caret corruptione, ut Pal. ait. 4. d. 47.

3 *Cælum non est Sphæricum.* ER. Qui hæc sentit non est catholicus inquit D. Aug. 1. & 2. super Gen. ad literam, nam contra nos deridentes instant Astrologi, & ipsa experientia probatur Cęlum esse rotundum, & nos errores nostros ex sacra scriptura non sane intellecta confirmamus. Lact. li. 3. Diuini. Insti. c. 24. dānat hāc opinionem at singulorum errorem percurrere, non exigit tempus, & ne caput in capite ponamus, & quæ scripsimus in libros de sfera, sat sint hæc testimonia. At si Procopius Gazeus, uel alius hoc tuetur, eorum authoritas in hoc reiciatur.

4 *Cælum est corruptibile.* Obstat omnium Sanctorum authoritas. Qui ex phylosophiæ principijs probant Cœlum non esse incorruptibile, sed expers omnis peregrinæ impræssionis, & alterius naturæ ab ijs rebus corruptibilibus, nec aliquam post tot secula senectutis indicium ostenderunt, aut tēpus corrumpit. D. Augu. 20. de ciuit. Dei c. 24. dicit eos esse incorruptibiles, nec igne purgandos. Hanc sententiam ceu ueriorē retinent Scholastici omnes. Cōtra primo. D. Petrus. 2. 3. ca. ait. Cœli qui nunc sunt, & terra reseruata sunt igni. Et D. Pau. 2. Cor. 7. Præterit figura huius mundi. Imo antea Esai. 14. Cœli sicut fumus liquescent. Clemens. 2. recognitionum uolumine dicit, ꝙ Cœlum inferius in consumatione seculi, ac omninò dissoluendum Hilar. Psal. 122. Hoc ipsum confirmat, præteribit inquit, & non erit. D. Amb. 1. Hexam. c. 6. refellit eorum opinionem qui Cœlum ponunt incorruptibile, ac quintam quandam naturam. Nam dicitur. Cœlum, & terra transibunt Chrisost. Hom. 14. ad Rom. super ea uerba ad Roman. 8. Vanitati enim creatura subiecta est, uidetur dicere quòd ob peccatum primi sint facti corruptibiles, & Hom. 10. ad popul. Antioch. idem dicit, & ꝙ post resurrectionem tunc, & Cœli corpus, & terræ, & mundi totius incorruptum erit & immarcescibile. Alij dicunt non esse corruptibiles, sed igne purgandos inter quos œcumenicus in collectaneis examinans dictũ D. Petri. Quem sequitur Gennadius lib. de Ecclesiasticis dogmaticis c. 70. Cœlum & terra, non abolenda per ignem, sed in melius commuttanda. His non obstantibus sequamur D. Augu. quem Schola sequitur. Et ad testimonium Diui Petri, dicit ꝙ non de Cœlo sydereo loquitur, sed de ea, quæ diluuij inundatione perierant. Nam dicitur. Cœli prius, & terra, per aquam perierant, unde aere loquitur. Ad illud D. Pauli, nam dicit præterit figura huius mūdi: Hoc & de motu intellexit Dominus. Cœli, & terra transibunt. Quod etiam dicitur, nos debere nouos Cęlos conspicere. Loquitur quo ad innouationem & ideo non dixit alios Cœlos, & aliam terram sed innouatos. Hæc magis consona uidentur, quæ iudicio Ecclesiæ (sicut ubique & semper dixisse uolo) relinquo.

5 *Cælum suo motu sonum uocalem causat.* Hoc quod multi aspernātur dictum Epiph. lib. 1. Panarij & Iren. lib. aduersus hereses, hoc pronunciatum inter damnata Marcosionũ dogmata collocāt. Et Basil. 1 Hexam. Hom. 2. Amb. in Hexam. cōtēnunt. Tamen Philo Iudæus in libro de somnijs asserit orbes cęlestes uocalem sonum emittere, atque suauem harmoniam causare, ac sic continuo laudare Deum. D. Amb. præfatione in Psalmos dicit. Ipsum quoque Axem Cœli fert expræssior sermo, cum quadam perpetui concentus suauitate uersari, ut sonus eius extremis terrarum partibus audiretur, ubi sunt quædam secreta naturæ. D. Ansel. libro 1. de imagine mundi dicit. Septem Cęlorum orbes cum dulcisona harmonia uoluuntur, ac suauissimi cōcentus eorum circuitione efficiuntur. Qui sonus ideo ad nostras aures non peruenit, quia ultra aerem fit, & eius magnitudo nostrum angustum auditum excedit, nullus enim à nobis sonus percipitur, nisi qui in aere efficitur, à terra autem usque ad firmamentum cęlestis musica mensuratur ad cuius exemplar nostra musica inuenta est. Hęc si uera sunt, alij damnant non sonum cęlestem, sed quędam figmenta poetarum, & uana imaginatione scripta.

6 *Cœli motus non cessabit vnquam*. HAERE. Aristoteles, ac sequaces, qui dixerunt mũdum esse æternum putabant, nec cœlum debere vnquam quiescere. Contra eos fides tenet ex verba Saluatoris, quòd cęlum & terra transibunt, & non erit amplius vlla generatio post iudicij diem.

7 *Cœlum est animatum*. An repugnat hoc fidei principijs affirmare non audeo, quoniam & Caiet. Psal. 135. dicant, quòd multi Philosophi rationabiliter dixerunt esse animatum. & idem in opusc. tract. de indulgentiis, ad secundum dicit, ꝙ quando Ecclesia cantat in præfatione. Cœli cœlorum quæ virtutes, vtitur communi opinione. Multa inferius verbo sydus adducuntur Patrum testimonia, quibus cœli animationem confirmant recentiores. Nec quid Arist. senserit est etiam facile explicare, adeo varius est, & expositores dubij. affirmatiuam tamen tuetur Ferrariensis, & Bernardinus, sed de hoc scripsimus 2. de anima.

Cogitatio.

Cogitatio de re illicita nunquam est peccatum. HAERETIC. Cogitatio multipliciter dicitur. Primo pro Inquisitione veritatis, vt dicit Ricard. de sancto Victore. Secundo pro actuali consideratione intellectus, pro eius discursu, & pro actu potentiæ cogitatiue. Cogitare est considerare rem secundum partes, & proprietates suas. Discernere est cognoscere rem per differentiam. sed intelligere est simplex intuitus intellectus in præsens. Rursus differt cogitatio à contemplatione, meditatione, & consideratione. Nam cogitatio est respectus animi ad euagationem pronus, contẽplatio est liber animi contuitus in re. Meditatio est intuitus occupatus in inquisitione veritatis, consideratio est omnis operatio intellectus, vel processus rationis ex principijs pertingentibus ad contemplationem veritatis, sicut meditatio Hęc D. Thom. secunda, secundæ, quæstione 180. 3. primum. Gerson. par. tertia, de mystica Theologia, par. quarta, consideratione 21. Quibus expositis probatur quòd sit peccatum. Anima, si ex se, non diligit Deum peccat, quia tenemur, ex toto corde cogitare. Adhuc Dominus dixit. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. De hoc in summulis, & quando fit veniale. & D. Thom. secunda, secundæ, quæst. 154. quintum, c. & adeo, quòd Clem. scribit epistola ad Iacobum fratrem Domini, quòd D. Petrus instruebat scire cogitationes malas, cordi suo aduenientes, mox ad Christum allidere, & Sacerdotibus Domini manifestare. Hæc Clemen.

Cognatio.

Cognatio spiritualis nulla est. HAER. Non mirum si aspernantur cognitionem contractam per susceptionem Sacramentorum ex statuto Ecclesiæ, cum nec venerentur sacramenta hæretici. & hæc contrahitur per duo tantum Sacramenta Baptismum, & Confirmationem, & quælibet impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. & si sequatur matrimonium impedit exigere debitum personam, quæ fuit causa, sine necessitate, etiã si ignoranter, non autem impedit reddere. D. Thom. 4. distinct. 42. quęst. prima, primũ. Non baptizatus vero, & per exorcismum non contrahitur matrimonium, nec per Cathechismum. Diuus Thomas ibi. Inter quos contrahatur cognitio habetur ex Conc. Trid. sess. 24. Decreto de reformatione. Vbi decreuit ꝙ sit unus, uel una leuans de fonte, inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem ac matrem, nec nõ inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Hæc concilium capit. 2.

Cognatio legalis non impedit matrimonium contrahendum. HAER. Ea nuncupatur legalis cognatio quæ est humana ꝓximitas, ex adoptione proueniens. Sed adoptio est alienæ personæ, in filium, uel nepotem, & deinceps legitima assumptio. Cognatio etiam legalis triplex est. Prima inter patrẽ adoptantem & filium adoptatum. Secunda inter prolem adoptatam, & naturalem prolem adoptãtis. Tertia est, quasi per modum affinitatis, inter uxorem filij adoptiui, & patrem adoptiuum, & inter filium adoptiuum, & uxorem patris adoptiui. Et istæ cognationes impediunt matrimoniũ, vt ibi demonstrabitur.

Coitus.

Coitus, ac promiscuus vsus fœminarum est licitus, & sine peccato quisq. quanult uti potest. Hęr. Simon

Simon Magus(vt fertur)brutorum hoc ꝓprium suos instruxit, qui belluarũ more, quilibet ut ei libuit copulabat. Huius falsitatẽ me pudet redarguere, cum ab ipsa natura quilibet fugiat, quod oib. est commune, & illa, quæ cũ plurib. cõiungitur. Quod uero matrimonium sit ad hoc institutum, & semper obseruatum, etiam apud Barbaros inferius exponam Direct.2.1.q.14.hæres 16. Prat.de sect.hęr.lib.14.c.13.

2 *Coitus, non est peccatum urente carnis libidine, sed osculum, quia natura ad hoc non inclinat.* Begninæ. H AE R. Insurgit Alfonsus contra hoc, & arguo. D. Pau. damnat opera carnis. Gal.5. dicens. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, quo loco accipitur omne concubitum. Item 1.Cor.6. Nolite neq; fornicari, neq; idolis seruiẽtes, neq; adult. neq; molles &c. Regnũ Dei non possidebunt. Quod uero osculum illud non sit peccatum, ex eo apparet, quoniam si finis bonus, ipsum quoque bonum atque osculum ad actum coniugij Sanctum ordinatur. ergo non erit malum. Et hoc doctores omnes probant.

3 *Coitus, si Adam non peccasset, non fuisset generatio per coitum.* T E M. Docent quidã uiri sãctissimi, ac doctissimi, inter quos Greg. Nissen. ꝙ si Adam nõ peccasset, non fuisset generatio per coitũ, sed humana natura multiplicata esset alio modo perfectiori, quo Angeli sunt multiplicati, dicit enim in lib. de Creat. hominis c.28. Nec nobis utique multiplicationem generis humani nuptię necessarię probarentur, sed per motum naturæ quicunque ille sit perfectissimus quidem, quo Angeli multiplicantur creatoris uoluntas humanum genus, usque ad prædestinatorum numerum multiplicasset. Dama. etiam lib.4. ortodox. fid. c.25. Poterat enim Deus, hoc genus, & alio modo multiplicari, si mandatum usq; in finem seruassent intemeratũ, nec omninò multiplicationẽ pronuptialem consociationem significat. D. Aug. in Gen. c.1. Chrisost. Procop. Gen. cap.4. Euthym. Psal.50. D. Th. & Scholastici e contra, cũ Diony. affirmant, quod eadem sit natura in Angelis, & hominibus ante, & post peccatũ, & ꝙ natura integra remansit, nec quo ad essentialia uariata est, sed quod modo infirma, & tunc erat sana. Sicut ergo homo infirmus & sanus non differunt nisi secundum quid, sic status iste à statu Innocentiæ. Rursus eadẽ vasa, ac instra erant in matrimonio contracto inter Adã, & Euã ante peccatũ, & post, qũo ergo per coitum non esset generatio. Itẽ de eo statu dictũ fuit. Relinquet homo patrẽ & matrem & adhærebit uxori suæ. Quod uero illi uiri præstantissimi dicunt, sic forte exponi posset, ꝙ non esset coitus eo modo, quo nũc, sed illecebroso ardore, ac stimulo, ac sine libidinis morbo, ut scribit D. Aug. 24. de Ciuit. Dei. Non caro rebellauerat rationi, ut modo experimur. D. Tho. 1. par. q.98.2. Ex professo discutit hoc quæsitum. Coitus namque debilitat corpus, unde sanguis quandoque emittitur, & æquus quidam propter immoderatum coitũ, sine cerebro fuisse testatur Ippocrates. Et in homine absorbetur usus rationis, unde & estasis, quæ in statu illo, si permansissent non contingerent. Indidit tamen natura delectationem in coitu, ne ab aliquibus negligeretur. D. Tho. 2. d.30. & 31. q.2. & q.1. art.2. & art.1. Sic & Felicianus Archiepiscopus Auinan. 1. par.

Coitus unde ex sacris litteris damnetur. Primo.

Coiens cum iumento moriatur. Exod.22.c

Coiens cum vxore patris, cum sorore, cum socru, aut cum iumento maledictus. Deute.27.c.d

Coitus illiciti morte puniendi. Leu.18.20.b

Columba.

Columba emittitur ex arca. Gen.8.b

Columbinum stercum comeditur in Samaria vrente fame. 4.Reg.16.f

Columbæ corporalis specie descendit Spiritus sanctus in baptizatum Iesum. Matt.3.d.

Columbas, & catredas ementium, & vendentium euertit Dominus. Matt.21.b.

Columba, quæ descendit in Christum dum baptizabatur, nũ fuerit uerum aĩal? Diuersi sunt Patres in expositione illius loci. Vidit Spiritum sanctum descendentem sicut columbam. Nam D. Aug. lib. de Agone Christiano. cap.22. putat verum animal fuisse. Spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominũ, sed ambo illa corpora (nempe de Christo, & Spiritu sancto loquitur) vere esse credimus. D. Thom. hoc tenet. 3. par. q.37. art.7. & supra Ioan. lect. 2. com. 2. & Scholastici peritiores. Reclamat Chrisost. hom. duodecima. in Matt. dicens.

cens. Quia ille quidem (nempe Christus) in nostra vtique natura, hic vero in specie sit uisus columbæ. D. Amb. de Sacrament. cap. 5. Non columba descendit, sed quasi columba. Procopius Gazeus in Gen. capit. 18. Nec tamen erat columba, quia non eam, quam columba habet proprietatem. Caiet. in Matt. cap. 3. His subscribit à Diu. Thom. recedens imo ab August. Assignat D. Thom. septem proprietates columbæ, quæ conueniunt Spiritus sancti donis. Prima, columba secus fluenta habitat. Meliora grana colligit, alienos pullos nutrit, non lacerat rostro, felle caret, in cauernis patre uidificat, & gemitum pro cantu habet. Quod vero negare videtur D. Thom. 1. dist. 16. 3. 3. non fuisse verum animal, intelligendum est, quo ad proprietates, non quo ad essentiam, quia sic fuit verum animal, vt ex suo simili colligitur. 1 par. q. 68. 4. c. & 2. 2. q. 7. 7. 2. primum. Cum Chrisos. est Nicol. de Lyr. Marc. cap. 1. Vgo Cardin. Matt. cap. 3. Dionys. Cart. Matt. capit. 3. Alphonsus Thostatus. Matt. cap. 3. quæst. 84. Et nisi esset reuerentia D. August. quod fuit in causa vt hoc diceret D. Tho. potest sententia Chrisost. tueri; nam omnes Euãgelistæ dicunt, vel sicut, vel tanquã, & connotant similitudinem. Sicut glossa dicit Matth. 3. & sicut fuit Pater in voce, sic Spiritus Sanctus in columba. Nec eadem est ratio de filio, & Spiritu sansto.

Concilium.

Concilium, non adest Spiritus sanctus in Concilijs authoritate Papæ congregatis, ac confirmatis. HAER. Exponunt, ac defendunt contra hæreticos hoc dictum, sed tamen absolutè probant, quòd Concilijs adsit Spiritus sanctus, multum tamen differt dicere. Spiritus Sanctus adest Concilijs, & dicere Cõcilijs congregatis authoritate Papæ. Primum enim falsum est, nam ne dum conciliabula, sed concilia errarunt, quo fit vt Spiritus Sanctus non interfuerit, nisi dicamus errorem illum esse participem. Spiritus sanctus, ergo adest Concilijs legitimè congregatis, & hoc debebat probare Cardillus, & hoc meum est institutum demonstrare. Et suppono prius, quid importet hoc nomen, quod quidem (vt Isid. scribit 6. Etymolog. & D. Anton. 3. par. titu. 24. cap. 29.) tractum, ac desumptum est, ex humano more, quia Respublica per conuentum tractabant, quæ sua erant, & ideo dictum est dictum Concilium à communi intentione, quasi consilium, & consiliũ, quasi considium. Græci vero synodus, id est comitatum, vel cętum appellant. Hoc ergo si authoritate. Rom. Pont. fuit vnitum, & vocatum est etiam à Spiritu sancto, qui ibi adest. Præsbyter, duobus, vel tribus congregatis in nomine Domini promissus est Spiritus sanctus. Matth. 18. Ergo & multò magis in Concilio, vbi tot Pastores conueniunt. Secundo, in Concilio Apostolorum dictum fuit. Visum est Spiritui sancto & nobis. Tertio, adest Spiritus sanctus, Rom. Pont. rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Ergo & Concilio, quod vniuersalem repræsentat Ecclesiam, ac Papam. Quartò Spiritus docebit vos omnia, inquit Dominus, & quando hoc erit, nisi quando res fidei tractatur. Damas. scribens ad Aurelium Aug. dicit, quòd violatores canonũ voluntarij grauiter à sanctis Patribus iudicantur, & à Spiritu sancto, cuius instinctu, atque dono dictati sunt, damnãtur. Quinto, quare D. Greg. dixit, vt habetur dist. 15. cap. sicut Sancti. recepit quatuor concilia, sicut quatuor Euangelia. Sexto, Concil. Calcedon. ait. Non dubium Spiritum sanctum Patribus in Nicea congregatis præcedisse, sicut manifestè præsedit. Hoc significant ea verba Magni Cõstantini post absolutam Nicenam synodum. Leges in ea latas perinde suscipere, venerarique ac si diuino fuissent ore æditæ, ac promulgatæ. Demum Concil. Matisconens. 2. cap. 15. dicit. Qui uero horum, quæ à Spiritu Sancto dictante Sancita sunt transgressor fuerit, ab Ecclesia quamdiu Episcopus illius voluerit suspendatur. Hæc sint satis animo catholico, quæ & hæreticum conuincunt. Alia, cum erit explicandum ea errare non posse, in medium proferam.

2 *Concilium est humanum inuentum.* HAER. Quę nam fuit unquam Respublica, quod Regnum, quod sua non consilio agat, quæ domus consilio non gubernat, Protestantes non conueniunt, & si conuentio sit Beleal, Centuriatores non cõsulunt sua, quare diuinum institutum aspernantur, desident, nec recipiunt. Hoc medio synagoga preuidens sui vltimum exterminium con-

concilium vocauit in Hierusalem, Hoc voluit Deus vt Moses Israelitum populum gubernaret, vocatis senioribus. Nostra ergo illa erit inferior? absit. Diuinum ergo est institutum Concilium, post Saluatoris ascensionem, simul vniti Apostoli, elegerunt alterũ (Christi vt creditur præcepto) loco Iudæ, Act. 1. Rursum, pro electione septem Diaconorum, Act. 6. in qua ex permissione Apostolorum fuerunt laici. Tertium Concilium fuit, quando Petrum, & Ioannem Samariam miserunt noviter conuersam. Act. 8. Quartum, quando symbolum instituerunt. De quo Clem. epist. 1. ad Fratrem Domini. Christo resurgente, & ascẽdente in Cœlum, misso sancto Spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi symbolum, quòd fidelis, nunc tenet Ecclesia, vnusquisque, quod sentit dicendo condiderunt. Hæc Clem. de quibus verbo, symbolum. Quintum Concilium Apostolorum, fuit pro obseruantia legalium. Act. 15. Sextum, pro eorum diuisione. Cum vnicuique propria sit assignata prouincia, a corbis pars, vt diuulgaretur vbique noua lex. Non igitur est humanum inuentum, sed ex Diuino statuto. Post mortem vero Apostolorũ alia congregata sunt Concilia contra hæreticos, & ad Ecclesiæ vnitatem. Ac post conuersionem Constantini Nicenum fuit celebratum, ac hæresis Arrij damnata, vbi conuenerunt 318. Patres Episcopi. Anno Domini 300. secundũ fuit Constantinopolim celebratum. Tempore Damasi Papæ ac Theodosij maioris, ubi interfuit Imperator, & 150. Patres, & damnata hæresis Macedonij, & Eunomi dicentium. Spiritum sanctum esse Patre, ac filio minorem. Tertium fuit Ephesinum tempore Celestini primi, ac Theodosij Imperatoris, vbi conuenerunt 200. Patres, & damnata fuit hæresis Nestorij, dicentis in Christo esse duas persona. Quartum fuit Calcedon. tempore Leonis Primi & Martini Imperatoris, vbi conuenerunt 360. Patres, & reprobata hæresis Euticetis Abbatis Constantinopol. & Dioscori cum suis sequacibus, qui dicebant in Christo Diuinã, & humanam naturam esse vnã. Quę quatuor Concilia, veluti quatuor Euangelia veneratur D. Grego. magnus. Alia fuerunt celebrata, & octo dicuntur generalia vsq; ad Later. tempore Innocentij. vbi venit imperator Græcorum. Alterum nonum fuit Florentinum, vbi facta est ecclesiarũ vnio Demum Tridentinum. Beda etiam testatur vsque ad sua tempora in diuersis mundi partibus fuisse 24. Alia ex tomis Conciliorum colligere quisq; poterit. & ex Gratiano. Turrecrem. lib. 3. de Ecclesia, cap. 4. D. Anton. 3. par. vbi supra. Hoc enim non est mei muneris, qui nec historias condo; sed sat est conuincisse hæreticos. quod nõ est humanum institutum. Cuius sit conuocare concilium aggrediamur explicare. Errat Turrecrem. lib. 3. ca. 28. ratione sexta. Qui dicit esse ex institutione humana.

3 *Conciliũ Imperator de se cõuocare.* Protestãtes HAER. Rationibus, ac authoritatibus hoc conuincere non est difficile. Nam. Partes Imperatoris sunt, vt pacem temporalem seruent Christiani, & ad uitam ęternam conducere per bonos mores Pontificum, ac Ecclesiasticæ potestatis est, ergo non eius erit munus congregare conciliũ. Secundo, iurisdictio spiritualis non pertinet ad Imperatorem, vt est ipsi admittunt ergo nec uocare ad concilium. Quarto, tribunal Papæ non debet Impedire. ergo nec vocare ad concilium. Quinto authoritatibus confirmatur. Nam pri. Mach. 4. dicitur. Quod conuentus sine Symone magno Sacerdote non fieret, in regione, multo magis hodie. Sexto, Athanas. & Episcopi Aegypti ad Liberium Papam scribunt. Fatentur Papam caput. synodus Alexandrina, in qua fuit Athanas. Fœlici Papæ scribit. Scimus in Nicena magna synodo, circa 318. Episcoporum, ab omnib. esse concorditer roboratum, non debere absque Romani Pont. licentia concilia celebrari, nec Episcopos condemnari. Item synodus octaua. Can. 18. ait contra hunc errorem. Cum nusquam sacri Canones conuenire Principes seculares in concilijs sanxerint. In Concilio Apostolorum, non abfuit, nec Imperator, nec Rex. Iulius ad Episcopos Orientales ait. Canonib. quippe in Nicena synodo iubentibus, non debere præter sententiam Romani Pontificis vllo modo concilia celebrari. Marcell. Episcopus epist. 1. Nulla synodus fieret, ꝑter Romanæ sedis authoritatem. Et epist. 2. ad Maximinum. Synodum absque sedis authoritate Episcoporum (quanquam quosdam Episcopos possit congregare) non potestis.

testis regulariter facere. Valentinianus Imperator ad Leonem Pontifi. de Concilio Calcedonensi scribit. Te auctore maxima pars circa omnes Episcopos fidei catholicæ fiat. Valentinianus cum de celebrādo concilio ab Episcopis esset requisitus, respondit. Mihi quidem cum vnus de populo sim, fas non est talia perscrutari. Pulchria Augusta ad Leonē Papam. & de his Episcopis, qui ante hac congregati sunt sicut fides, & Christiana pietas exigit, te auctore decernatur. Can. Apostolorum 38. dicit quibus intersit adesse concilijs. In synodo Calcedonensi, Act. primo. Accusatur Dioscorus, quòd sine authoritate Roma. Pont. tentauerit congregare Concilium. Superfluum est sacros Patres, ac alios in huius corroboratione afferre, quoniam ex his locis est manifestum his rationib. Turrecrem. li. 3. capit. 6. & Caiet. de potestate Papæ.

Obijciunt Hæretici.

Primo, Concilijs Generalibus interfuerunt Imperatores, ergo possunt congregare. Responsio, ex se deducitur, namque aliud est interesse, aliud posse sua authoritate vocare ad Concilium. Primum verum est. Nam tranquillitas & Rex sæpenumero sine eis haberi non potest, ipsi etiam alios sollicitant, neq; possunt etiam sine eorum consensu ex loco ad locum Episcopi conuenire, vt sic sine tumultu, & contentione res Ecclesiæ agantur. & hoc à tempore D. Syluestri vsque ad Tridētinum factum cernimus. Hoc testantur Imperatorum verba; & gesta. Nam Magnus Constantinus interfuit Niceno, sed post omnium est ingressus, neque sederat prius, quam qui præsentes aderant Episcopi annuissent, vbi sedit pauca de concordia, & pace dixit, vt omnia legitimè tractarētur, vt auctor est Eus eb. Cæsar, Socrates, Theodoretus. Euseb. lib. 3. de hist. Constantini, alter lib. 1. cap. 8. Theodor. lib. 1. cap. 7. In secunda Constantinopol. Theodosius nihil præstitit, nisi ꝙ dixit in ea religione subditi manerent, quā Damasus Papa amplecteretur. In tertia Ephesina misit oratorem Imperator, cui commisit ne se Ecclesiæ tractatibus immisceret, sed vt omnia sine tumultu, & seditione tractarentur, ut testis est Eugarius lib. 1. cap. 4. In quarta fuit Martianus Imperator, rogatus à legatis nomine Leonis Papæ. In quinta, quæ fuit secunda Constantinopolit. neque Imperatorem, neque oratorem adfuisse legitur. Sexta, quæ fuit tertia Constantinopolit. interfuit Constātinus Imperator, qui nil aliud perstitit, nisi vt omnia quiete tractarentur. Hoc etiam ex alijs apparet. tum Later. Florent. & Tridentino. Non ergo vt iudices adsunt Imperatores, neque eorum est munus ea, quę sunt fidei iudicare, sed vt fauorem, ac ad maiorem Ecclesiæ vnionem, dum vtraque potestas conuenit contra eius inimicos. Secundo Imperator subscribit Concilio, ergo & congregare poterit. Fateor quòd subscripserunt Imperatores; quod fuit in Florentino Concilio obseruatum, & Constantinus post centum septuaginta Episcopos subscripsit in hanc formam. Legimus, & consensimus. Ex quo apparet, ꝙ Episcoporum sententiam approbat, non Episcopi suam. Dixit namque Sanctus Imperator dicat sanctum Concilium, atque vniuersale, si consensu omnium Episcoporū promulgata est definitio, cumque sanctū Concilium exclamasset. Omnes ita credimus ædictum scribi fecit Imperator, vt quod fuit à Concilio definitum, id omnes firmiter obseruarent. sic ergo ad vnionem & tranquillitatem Ecclesię, vt populi nullam haberent excusationem Cæsar subscribit. Tertio, Act. 6. dicitur. Conuocantes autem duodecim multitudine discipulorū dixerunt. Non est æquum &c. Ecce ergo ꝙ non tantum Petrus, sed alij hoc ius habent. Concedo totum, quòd alij Apostoli conuocassent, sed iubente, ac authoritate Petri hoc fuit. Quarto, Imperatores congregarunt concilia, vt dicitur dist. 15. cap. canones. Dicitur quòd Imperatores conuocarunt ad certum locum ob populorum commoditatem non autem dederunt Episcopis, aut Concilijs authoritatem, vt diximus. Quinto casu occurrente in Ecclesia, quo tunc non uellet Pontifex conuocare, poterit Imperator. Dico quòd casu admisso, sed ei non concesso (quoniam Deus adest Papæ) tūc possent & debent Cardinales, non Imperator. Sexto, posito casu, ꝙ Papa sit de hæresi vehementer suspectus, & diffamatus tunc poterit. Eadem responsione satisfacio, ꝙ dato, quòd nullo alio modo Papa vere de iure esset in hęresim lapsus, nec uellet se purgare, tunc Cardinales

nale debent,&c. Si poſt terminum aſſignatum non reſpiceret. Septimo, ſi duo contenderet de Papatu, & eſſet ſchiſma tunc poterit conuocari concilium. Dicitur, ꝙ & hoc caſu poterit congregari, ſi electo canonice, alter Apoſtaticus non vult cedere. Oct. ſede vacante occurrat caſus pro beneficio Eccleſiæ, tunc poterit. Dico, quòd & hoc caſu, & ſi Cardinales nollent procedere ad electionem, aut Eccleſiæ neceſſitati nollent ſubuenire, nec Clerus Romanus poteſt, tunc Imperator congreget Concilium. Nono, ſi Papa ſit demens poterit tunc ſine eo, ad conſulendum Eccleſiæ neceſſitati congregari. Reſpondeo, quòd ſi Papa incidiſſet, ac eſſet dementia incurabilis, tunc Cardinales congregentur, an ſit alter eligendus. Decimo, ſi eſſet, quod eodem tempore moreretur Papa, & omnes Cardinales, remanet, quòd tunc imperator poſſet. Ex eadem reſponſione hoc ſoluitur, quòd omni clero deficiente ad Rempublicam pertinent electio, & conuocare Concilium. Vndecimo ſi ſit aliquid contra Papam, ſicut ſunt modo hæretici, tunc non erit in ſua poteſtate congregare, quoniam alias eſſet pars, & iudex, quòd non licet. ergo Imperator poterit tunc. Et hoc argumentum, quòd eſt proteſtantium Achilles, ſic ſoluitur. Quod ſi hæretici, vel alij habent contra ſummum Pontificem, veniant & ipſi, conuocent ſuos, dicant quæ contra producere poſſint, & quid in medium fuerit productum pro defenſione veritatis conſiderent. ſic enim & contra Arrium, cótra Neſtorium, & Dioſcorum fuit obſeruatum, hunc morem tradiderunt Apoſtoli de diſputatione legalium. Si ergo res ſit modo diſcutienda inter Proteſtantes, & Catholicos, inter contrariatores, & Papiſtas (vt cum eis loquor) nunquid Imperator, aut Dux Saxoniæ, vel Regina Angliæ, debent ferre iudicium pronunciare ſententiam, ò res hactenus inaudita, recolant quòd olim dictum fuit. Prima ſedes à nemine iudicatur, tu cauſam tuam uide. ſed eſto quòd Concilium ab Imperatore conuocetur, inulgat ædictum, quare nõ venerunt ad Tridentinam ſynodum, annuente imo Imperatore eos hortante. Duodecimo Leo Magnus in ſuis epiſtolis, ius conuocandi Concilium Imperatorib. tribuit. Reſpondeo, quòd nullum eſt verbum in eius epiſtolis, quod hoc probet. immo, nec modica coniectura, nec ipſi eius proferũt uerba. Tertiodecimo, Cuſanus, Aeneas, Syluius hoc dicunt. Videas Lector inconſtantiam hæreticorum, ſæpius nobis obijciunt, quod iurauimus in verbis Doctorũ, & ipſi modo duos abducunt, qui nullius ſunt auctoritatis. Nam Cuſanus adhuc iuuenis multa dixiſſet, quæ cum eſſet ſenex retractauit. Aeneas Syluius, quando erat Aeneas errauit, & contra Eugenium inſurrexit, qui & retractauit quando fuit Pontifex, vt apparet in Bulla, quam ad rectoré, & ſcholam Colonienſem miſit, quam typis uidi, & legi, & in manibus habeo dum hæc ſcribo. Quartodecimo Imperator, & populi habent ius in multis, quare non in hoc. Quam friuola ſit hæc, quiſque mediocriter eruditus agnoſcet; quam ea ratione à me adducta eſt, ut uideant omnes, quibus de cauſis recedat illi à fide, & eorũ arma quàm ſint infirma quilibet perſpiciat. Quæ conſequentia, poſſunt in multis, ergo in hoc, poſſunt proteſtantes comedere, ergo volare, poſſunt à fide apoſtatare ſed poſſunt reuerti, aſſignant ergo cauſam non vt cauſam. Decimoquinto fatemur inquiunt, quòd olim habuerunt ius conuocandi Concilium, at modo amiſerunt ius, quia ſtatutum fuit in Concilio Conſtantienſi, quòd ſingulis decem annis Oecumenicum Concilium teneatur. Sed & hoc eſt aduerſus eos, namque nõ recipiunt Cõciliorum authoritatem, quare ergo authoritate conciliabuli affirmãt perdidiſſe Romanis Pontifices eam authoritatem. Dico ſecundo, quòd nunquã fuit in eccleſia hoc obſeruatum, nam ab ipſo Concilio Hieroſolymitano Apoſtolorum tempore, vtque ad Concilium Nicenum interiecti ſunt 300. anni. Ab hoc ad Conſtantinopolitanum primum 54. ann. A Conſtantinopolitano primo ad Epheſinum 41. anno. Ab Epheſino ad Calcedonenſe. an. 30. A Calcedonenſi, ad Conſtantinopolitanum ſecũdum an. 102. A Conſtantinopolitano ſecũdo ad tertium. ann. 129. Ab iſto ad Nicenũ ſecundum, an. 109. A Niceno ſecundo ad Conſtantinop. iiij. ann. 120. Ab hoc a Lateranen. j. an. 266. A Later. j. ad primo ad ij. an. 55. Ab iſto ad Lugdunen. an. 31. Vſque ad Viennen. an. 59. Ab hoc ad Conſtantienſe. an. 90. Ab iſto, ad Florentinum, ann. 15.

Ab hoc ad Tridentinum, an. centum & septem. Vel si hoc eos manet, quare non postulabant Concilium, quare non protestabantur Romano Pontifici, quòd tempus exigebat, vt Concilium congregaretur, quod utique Pius Pontifex annuisset. sed hoc ab eis dicitur ad excusandas excusationes in peccatis, nemo ergo potest uocare ad Concilium nisi summus Pontifex.

4 *Concilium Generale, nec authoritate Papæ congregatum, nec ab eo confirmatum, non potest errare.* HAER. Experientia compertissimum est Concilium, nec à Papa collectũ, nec confirmatum errasse. Vt de Ariminensi, & Constantiensi est certum. Hoc demonstrat Gratianus dist. 17. capit. regula. & tria Concilia Aphricana in epist. ad Damasum Papam. Concilium enim sic vnitum non est ratum, sed conciliabolum, ut fuit & Pisanum. & probat sept. synodus. act. 6. tom. 1. & synod. 8. Act. 1. & 7. Hinc multa fuerunt à Romanis Pontificibus reuocata, ut a Iulio damnatio Athanasij. Vitalianus Papa in synodo Romana acta Episcopi Cretensis, coutra Ioannem Lampeõ Episcopum. & Pelagius, quæ ordinauerat synodus Cõstantinopolitana, à capite enim robur, ac uitam omnia membra habent, sic omnia, quę sunt in Ecclesia, a summo Pastore eius capite. Socrates li. 4. historiæ tripartitæ, c. 9. tradit. Regulam ecclesiasticam iubere, vt concilia eiusmodi, præter sententiã Romani Pontificis non celebrentur. Concilium Lateranẽ. sub Leone X. sess. vndecima, & quòd hoc fuit in synodo Alexandrina definita.

Obijcit Bucerus. Primo, quia ex historia tripartita habetur, quòd sine assensu Rom. Pontif. potest congregari Concilium. sed certè summa eius imprudentia apparet namque ex historia tripartita nihil habetur contra nos, imo multum fauet veritati propositæ. Secundò, est canon Apostolorũ, & Nicenum de Conciliis celebrandis. ergo possunt aliquid certum sine Papa statuere. Primo dico ꝙ loquitur canon de Prouincialibus concilijs, vt quisque Pastor ad sui populi instructione, ac institutione celebrent concilia. Dico secundo, ꝙ si fuerint congregata non habent authoritatem, si non sunt à Papa confirmata. Quæ omnia ex sequentibus magis elucescent. Nec aliquid valet Concil. Constant. sub Grego. 3. quia eo renitente fuit celebratum.

5 *Concilium Generale congregatum authoritate Papæ antequam ab eo confirmatur non potest in fide errare.* HAER. Si quis legit acta Concilij Ephesini secundi fatebitur esse verissimum. Nam reclamantibus legatis maior pars Episcoporum subscripsit Dioscori hæresi. Hoc probat Leo Papa. Et synodus octaua actio 7. & Nicholaus ad Michaelem Imperatorem. Eugenius in Decreto super vnione Iacobinorum, postquã damnauit secundam synodum Ephesinam sub Leone congregatam, quæ consensit Eutitio, Et ait Eugenius. suscipit sancta Romana Ecclomnes vniuersales synodos auctoritate Romani Pontificis legitimè congregatas, ac celebratas, & cõfirmatas; confirmatas addidit. Si ergo Legati, vel alij aliquid de fide pronunciant, qnòd non sit à Papa confirmatum errare poterit. Et eorum conciliorum errores colligam. Primum est Ariminense, vbi fuit maximũ Patrum concursus, tamen fautores fuere Arrij. Contra hoc scribit D. Hieron. quòd Papa viriliter insurrexit, & congregato cõcilio condemnans liberium, annullauit quòd Concilium decreuerat. Hoc Concilium B. August. vocat latrocinium. Hoc Concilium damnatur canone, c. sancta Romana Ecclesia, vbi Gelasius Papa. In primis Ariminens. synodum à Constantino Cęsare Constantini filio congregatam, mediante thauro Præfecto ex tunc, & in æternum, confitemur esse damnatam. Conciliũ Ephesiuum secundum, quòd congregatũ fuit legitimè, etiam præsentibus Legatis Papæ, nihilominus contra fidem agitatum est, & ad eius confutationem Leo Papa Calcedon. vocauit. Concilium Aquileiæ celebratum, quæ quintam vniuersalem synodum à Iustiniano Imperatore, & Vigilio Papa Constantinopolim, celebratam suscipere diffidit, quam Sergius Papa salubriter redarguit, & ad concordiam reduxit. Item synodus 330. Episcop. tpe Constantini, Constantinopolim celebrata in qua edictum fuit, vt imagines Dei, & Sanctorum tollerentur; contra quam Stephanus Papa Romæ synodum congregat, in qua omnia redarguit, & veneratione imaginum confirmat. Concilium etiã Aquisgrani celebratum errauit, circa materiam Sacramenti matrimonij, quòd raptor, non

possit

possit matrimonialiter cum rapta copulari, de quo 36.q.2. c.placuit. Basiliense etiã in multis à sanctorum Patribus vijs discessit. Quod vero Concilium tale, legitimè cõgregatum errare possit, si non fuerit confirmatum, probatur adhuc ex D.Aug. in epist. quadam contra Donat. dicit sic faciãt mille concilia Episcopi vestri, huic vni sententiæ respondeant, & ad id, quòd volueritis consentimus nobis. Hoc ex Isidoro habetur dist.50.c. Domino sancto. Hæc itaque veritas satis probata, ac roborata sit. Turrecrem. cano.

6 *Concilium Generale collectum, ac confirmatum à summo Pontifice potest errare*. Arriani, Nestoriani, Vs Luthærus, & sequaces. HAER. Qui non habet hoc exploratum ac certum, & quod illud dictum sit hæreticum, nihil. Et concilia fecerunt, dum contra hæreticos tot laboribus, ac sumptibus sunt vnita, & Spiritus sancto, qui Concilijs præsidet, vt probatũest, non certos nos reddit, in his, quæ fidei sunt. Nicenum erit dubium. Commune est hæreticus hunc locum negare, ex quo certam regulam habet Ecclesia, ad ea, quæ fidei sunt exponenda, ac declaranda. At contra eos arguo primo. Papa non potest errare. Luc.22. Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. ergo nec concilium ab eo approbatum. Secundo si Ecclesia tota, simul cum Papa potest errare. ergo non est certa fides nostra, quòd reprobat Diuus Augustinus epist. ad & Eleusium. Tertio tota Ecclesia non potest errare. ergo nec Concilium sic congregatum. At assumptum est clarum, quia pollitus est Dominus Spiritum sanctum in æternum in ea permansurum. Quarto, à Concilio tali, non potest appellari. ergo non potest errare. Antecedens est decretũ Concilii Calcedon. vbi dicitur. Ab electa synodo non appellatur. Quinto, contrariũ tenens, contra decreta in tali Concilio est hęreticus. ergo non potest errare. Authoritates hoc confirmant ex sacris litteris. Prima Deut.17. dicitur, si difficile, uel ambiguum apud te esse prospexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascẽde ad locum quẽ elegerit Dominus Deus tuus, veniensque ad Sacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem eligerit Dominus & docuerit te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, neque declinabis ad dexteram, neque ad sinistram secundo. Dominus promisit spiritum veritatis, cui porti inferi non præualebunt. Matt.16.& 18.& permanebit vsque ad cõsumationem seculi, profecto si spiritus veritatis est, non decipiet. Tertio, Act.15. dictum fuit. Visum est Spiritui sancto, & nobis. Concilij ergo sententia ipsissima Spiritus sancti est. Quartò, vbi est illud. Qui vos audit, me audit. Luc.10. Et etiam. Quæ dixerint uobis seruate, & facite. Mat. 23. Quid Apostolus. Obsecro vos, vt idipsum dicatis omnes, nec sint inter vos schisma. 1.Cor.1. Idem Apostolus & Matth.18. Qui Ecclesiam non audierit sit tibi tanquã Ethinicus, & Publicanus. Dic Ecclesiæ. Quid clarius? Quæstionem exortam de circuncisione, cum alijs Apostolis terminã dam duxit, Act. 15. Rursus Act.20. dicitur. Attendite uobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. D.Paul.1.Cor.12. Quodam posuit Deus in Ecclesia &c. tertio Doctores, &c. nunquid omnes Doctores? Et etiam cap.4. sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorũ Dei. Ad Eph.4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos &c. ad consumationem Sanctorum in opus ministerij in ædificationẽ corporis Christi. Et 1. ad Timot.3. Oportet Episcopum &c. Doctorem. & ad Hæb.13. Obedite præpositis vestris. Hæc ergo apertè demonstrant quæ Conciliorum authoritas. & quia verbum manet in æternum, vt Isa. dicit, capitu.40. & Dominus Luc.21. Cœlum, & terra transibunt verba autem mea non præteribunt, frustra distinguere opus erit de tempore Apostolorum & nostro. eo magis, quoniam Ecclesia est sponsa Domini, à qua nunquam recedit authoritatibus adhuc corroboretur. Canon. Apostolorum 30. vel iuxta aliam translationem 36. dicit. Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, & inter se inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoueant. Conci. Nicenum primum. Can.5. Hoc etiã repe-

repetit, quòd bis in anno concilia fiant; semel quidem ante dies Quadragesimæ, secundum circa tempora Autumni. Concil. tertio, Toiet. cano. primo. Permaneant in suo uigore conciliorum omnium constituta simul & Synodicæ Sanctorum præsulum Romanorum Epistola. D. Hierony. epistole 57. ad Dam. Nil aliud ambiunt quam ut auctoritate cõmunionis nostræ saulti tres hyppostases cum antiquo sensu prędicent. Item Conci. Calced. Act. 3. in edicto ualẽt. & Martiani Imperatorum ait. Nam iniuriam facit iudicio Religiosissimę Synodi, si quis semel iudicata, ac recte disposita reuoluere, ac publice disputare contendit. Leo magnus epistola 78. ad Leonem Augustũ. Nullum audemus inire tractatum, tanquã dubia, vel infirma sint, quæ tanta, per Spiritum sanctum fixit authoritas. D. Augu. lib. primo de baptismo contra Donat. cap. 18. Plenarij Concilij sententiam totius Ecclesiæ consensionem esse Gregorius Magnus. epistola decima ad Sauinum Subdiaconũ. Sic quatuor synodos, Sanctæ uniuersalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros Sancti Euangelij recipimus. Nicaphorus lib. Hist. Ecclesiasticæ 16. cap. 33. dicit, quòd Theodosius uoce magna dixit si quis quatuor synodos Euangelijs nõ exequat Anathema. D. Cyprian. epistola vnd. ad Pomponium. Hæc putent sibi uiam salutis constare rationem si Episcopis, & Sacerdotibus obtemperare noluerint. Et ex capit. decimoseptimo Deut. probat. Et epistola 3. ad Concilium dicit, quòd hæreses, & schismata, ex inobedientia ad Sacerdotes exorta est. Athanas. epistola ad solitariam uitam agentes ostendit iudicium Episcoporum supra omnes esse. Reddite inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, Ruffin. lib. 1. eccl. hist. cap. 5. Dixit quòd Constantinus Concilij sententiam, tanquam à Deo prolatam uenerabatur, cui si quis tentasset obniti uelut contra diuina statuta uenientẽ, in exilium, se protestatur acturum. Solomenus lib. 2. hist. ecclesiast. cap. 7. Dixit Valentinianus, quòd ecclesiasticæ curæ seorsum, ac per se Episcopi, ubicunque libitũ fuerit pertractent, & in unum conueniant. Theodosius Imperator ac Cyrillum Alexand. quæ quarta est inter epistolas Cyrilli, dicit de Concilio. Per eos in sentẽtia veritatis firmiores, & sumus, & posthac erimus. Basilius Imperator Act. 10. in fine Synodi octauæ, in oratione ad synodum ipsam, Quid amplius dicam non habeo, quã quo nullo modo nobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem habere, neque penitus resistere integritate Ecclesiæ, & uniuersali synodo aduersari. Lyrens. lib. aduers. proph. omuium hæres nouationes. Tunc omninò curabit, ut paucornm temeritati uel inscitiæ, si qua sunt uniuersaliter antiquitus vniuersalis Concilij decreta præponat. Ecce tot testimonia ex sacra pagina, ex Sanctis Pontificibus, Imperatoribus, Concilijs, & patribus quomodo audent Lutherani, contra hanc aciem ordinatam mouere pedem, ac extendere manum nisi temerario, ac diabolico ausu. Sed & eorum obiecta tollamus.

Obÿciunt Hæretici.

Primo. Nunquam legitur, quòd pars Ecclesię qualis est concilium non possit errare, sed quòd tota Ecclesia simul ergo Concilium poterit errare. Vt huic respondeam duo dicam. Primo, quod de Ecclesia particulari Romana dicitur rogaui pro te. Luc. uigesimosecundo. Et etiam quòd Concilium auctoritatiue est tota Ecclesia, & si nõ materialiter. Secundo arguunt. Quod uolũtate humana est congregatum ac dissolutum potest errare, tale est Concilium ergo errabit. Hoc totum negatur, nam semper in his, quæ fidei sunt adest Spiritus Sanctus. Tertio Episcopi, qui veniunt ad Concilium, dum sunt in suis sedibus possunt errare ergo & simul uniti. Respondeo quòd arguit à re ad modum rei. Nam licet de se solus errare, & etiam in Concilio, non tamen totum Concilium, quia plus multitudini tribuit Dominus, quam uni vbi fuerũt duo uel tres cõg. in nomine meo &c. Quarto si non errant, aut ex sapientia, & hoc nõ, quia extra Concilium multi remanent sapientes, & plures, aut ex sanctitate non errant, neque hoc, quia non semper sanctiores sunt in Concilio. Dicitur quòd ex nulla causa adducta, sed ex diuina promissione. Et quia porta inferi non præualebunt aduersus eam. Quinto. Multa concilia errauerunt. Dicitur quòd nullum congregatum, ac confirmatum à Papa. Sexto. Stephanus Papa sept. irritas fecit omnes ordinationes

nes factas per formosum Papam. Dicitur quòd error non fuit circa fidem. Sept. D. August. ait ad donat. lib. de baptismo. Sæpe plenaria concilia priora a superiorib. eme dari. Dicitur quòd hoc est, non quo ad ea, quæ sunt fidei, sed quo ad alia. Oct. Docet D. Paul. ad Gal. primo si Angelus de Cœlo aliud docuerit &c. Ergo qui cognoscit rem, sic se habere de fide, non tenetur concilio obedire. Dico, quòd loquitur de his, quæ sunt contra scripturam, non autem tale est concilium. Nono. Congregantur in Concilio auari, superbi, simoniaci, quibus credere non tenemur, nam dicit Apostolus. Rom. 15. Non enim ausim loqui quicquã eorum, quæ non effecit per me Christus. Hoc argumentum magis pugnat contra eos. Nam & ipsi sepius ebrii sunt superbi, qui nolunt obedire Sacerdotis Imperio, simoniaci, quia omnia bona Ecclesiæ deprædati sunt, & tamen in suis conuenticulis contra Ecclesiam audent definire. Dico secundo, quòd ad decisionem fidei non exigitur uitæ integritas necessario, nam & Cayphas cum esset Pontifex iniquus uera dixit, & Asina Balaam. Decimo. Aliqua concilia errauerunt, ut Cartaginense sub S. Cypriano, cum 80. Episcopis, ergo multo magis ea quæ sunt huius tpis. Dico ꝙ fuit particulare Concilium. Secundo, quòd nõ fuit confirmatum, & si quando particularia decepti sunt, per generalia fuere emẽdata, ut docet D. Aug. 2. cõtra Donat. de baptismo. Vndecimo in Conciliis doctrinæ hominum, atque earum traditiones docentur ergo fugienda sunt. Dicitur quòd imò in Cõciliis, quę sunt fidei, ac ad bonos mores pertinent discutiuntur, non traditiones hominum, sed Apostolorum, & Sãctorum, ut si legerent faterentur Hæretici. Duodecimo. Concilia debent omnia per scripturam probare, & non faciunt. Dicitur, quòd non exigitur hoc sed satis est, quòd nihil sit contra scripturam. Nam Apostoli ordinauerunt septem Diaconos, Act. 6. Et tamen non probarunt ex scriptura. ungebãt oleo præter sacræ scripturæ authoritatẽ. Marc. 6. Paulus uelat mulieres non affert scripturam. 1. Cor. 11. Mutarunt formam baptismi scriptam. Matth. 28. Et tantum baptizarũt in nomine Christi. Act. 2. baptizet vnusqsq; uestrũ ĩ noĩe Xpi. Non ergo semper exigitur scriptura nam nec omnia scripta sunt. Ad quod enim assistentia Spiritus Sãcti, & reuelatio, quæ docebit nos omnia, ut dixit Dominus. 16. Et alibi Dominus. Matth. 18. Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus. Tertiodecimo. Laici non interferunt Concilijs, & tamen & ipsi fideles sunt. Iam ex superioribus patet, & infra uberius explicabitur, ꝙ hoc tantum est Sacerdotum munus. Hoc dixit Dominus Deut. 17. Hoc Valentinianus Imperator dixit, ut testatur Sozomenus, lib. 6. Hist. eccl. cap. 7. Nam dixit Laico, non licere se eiusmodi negociis interponere. Theodosius Imperator in epistola ad Cyrill. Alex. quæ est quarta inter Epistolas Cyrilli. Cui diiudicandæ præfici opportet eos, qui circumquaque sacerdotio præsident. Basilius Imperator, Act. 10. In fine synodi octauæ generalis in oratione ad ipsã synodum. Hęc enim inuestigare quærere, Patriarcharum, Põtificum, & Sacerdotum est &c. & infra non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, uel à ligamento solui egemus. Imò Canoni 38. uel 36. Apostolorum, uocat Episcoporum Cõcilia. Cyprian. epistola 3. ad Corneliũ. Probat fusius, quòd Sacerdotes q debent iudicare, nec laicos eos debere condemnare. Et hoc magis aperte epistola ad uitam solitariam agentes recitat hoc responsum Hosij Cordubensis Episcopi ad Constantium Imperatorem. Desine quæso, & memineris te mortalem esse, reformida diem iudicij, serua te in illam diem purum, ne te misceearis Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea a nobis disce &c. Sed de his infra 14. Non sunt amplius Apostoli ergo isti successores errare possunt. Hoc arg. soluit D. Aug. in Psal. 44. Nõ ergo te putes desertam, quia non uides Petrum, quia non uides Paulum, quia non uides illos, per quos nata es de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis, nati sunt tibi filij. Et Paulo superius. Patres Missi sunt Apostoli, pro Apostolis filii nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, unde nati sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit. & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Hæc D. Aug. Quintodecimo. Errauit Concilium Synagogæ condẽnando Christum ergo & nostrum. Quę consequentia bone Deus, sed tenet. er

rauit Luth. ergo & Protestãtes. At Ecclesia non imitatur Synagogã, non est extra licet ei succedat. Dico secundo quòd fuit ex Dei concilio. Cum esset Pontifex prophetauit, ac uera dixit, licet iniusta quatenus ex sua malitia fuit. Decimoseptimo sunt numero pauciores Episcopi, & Cardinales, qui conueniunt, quam qui Epi, & Cardinales non adsunt, ergo non eis standum erit. Dicitur quòd in Republica, quòd faciunt Senatores totam Rempublicam fecisse fatemur. Vel dicam Protestantes sunt pauciores inter hæreticos, & etiam centuriatores, vel unus Luther, vnus Caluinus, unus Erasmus, quid ergo contra totam Ecclesiam statuere possunt, quare ergo miserrimi homunculi eorum uestigijs adhærere dignos vos iudicastis, militat itaque contra uos. Decimoseptimo. Non habetur in scripturis ꝙ Episcopi in Concilio, uel quòd concilium errare non possit. Hoc primo probatum à nobis, nec repetere grauabor, vt eis satisfaciam. Petro dictum fuit Matt. 16. Luc. 22. Et Apostolis, ac successoribus promisit Spiritum ueritatis, qui maneret nobiscum in æternum. Ioann. 15. 16. Rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis, qui maneat vobiscum in æternũ. & Concilij authoritas per Papam collecti eo loci habetur, ubi dicitur. Vbi fuerint duo uel tres. Quando vero concilia congregantur inuito Papa, ut Arimin. inuito Liberio. & Ephesinum secundum à fautoribus Dioscori, Constantinopol. repugnante Pontifice, ideo à Leone damnatur, & à synodo 367. Patrum, quæ fuit septima generalis, qui apud Niceum conuenerunt. Decimooctauo, in Concilio Constantinopolitano fuere 300. Patres cum Leone Imperatore, in primo vero fuerunt tantũ 150. Patres, hoc recipiunt Papistæ. at non illud sub Leone, vbi plures fuere Patres. Respõdeo, ꝙ concilium non trahit robur à multitudine, sed ab ipso summo Pastore & capite, facit certè ad maiorem Ecclesiæ vnionem maior Patrum multitudo, at non ad certitudinem fidei, sed pauci quando fuerint sub capite uniti, nempe Rom. Pontif. Decimonono, Papa non est semper præsens, ergo tunc errabit. Non requirit semper præsentiam Pont. Rom. concilium, vt explicabitur. Vigesimo, errauit, quãdo statuit, vt Corpus Christi detur ad examen erroris commissi, vt dicitur 2. q. quarta. Sæpe contingit. Respondetur, quòd fuit à Stephano Papa reuocatum, D. Tho. 3. par. q. 80. 6. tertiũ. Cai. vero ibi dicit, ꝙ fuit Cóciliũ Prouinciale, vel particulare, iõ errauit.

7 *Concilium Prouinciale non confirmatum à Papa non potest errare.* HÆR. Quod Concilium non confirmatum errare possit facillimum est probare. Nam si generale uti pbatum est, multo fortius Prouinciale. & ex facto hoc demonstratur. Namque Concilium Mediolanense, vt scribitur lib. 10. histo. Eccl. c. 20. & Antiochenum 90. Episcoporum, ut li. 4. hist. trip. c. 9. & Seleucianũ, lib. 1. trip. cap. 34. Cartaginense cũ Cypria. hi omnes errarunt. De Aquisgranensi etiã diximus. Elibertinũ errauit de abolendis imaginib. Marcellus Pont. epist. 1. ad Epos Antiochenæ prouinciæ. Simulq; ijdem, de Apostolis loquimur, inspirãte Domino cõstituerunt, ut nulla synodus fieret, præter eiusdem sedis auctoritatem. synodus Alexandrina ad Fœlicem I I. dicit, & Athan. scribit. Quod nequaquam vobis inconsultis, agere præsumimus canonibus quippe iubentibus absque Romano nos de maioribus causis, nihil debere decernere Pont.

8 *Concilium Prouinciale confirmatum à Papa, potest errare.* Oecolamp. HÆR. Si hoc nó est certum, ac pro inconstanti tueri à nobis posset, nec si quando hæretici sunt in illis damnati certum esset. Nam Priscillianus in Toletano primo. Eluidius in Concilio Thelensi. Pelagius in Mileuitano, & Carthaginensi. Nec cogitur summus Pontifex in confutandis hæreticis Generales synodos uocare. Canon etiam Apostolicus præcipit Episcopis, vt bis in annos celebrent synodos, & etiam Concil. primum Nicenum, si errant. ergo ad nos decipiendos coguntur, ac adunãtur Patres. Septima synodus Act. 3. Locales synodos nõ auersamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus. Octaua synodus, sessione postrema canon. 1. Quæ Ecclesiæ sanctæ, tam à Sanctis Apostolis, q̃ ab ortodoxorum vniuersalibus; necnon & localibus concilijs traditæ sunt, seruare, ac custodire profitemur, sed & omnes, qui Christiano censentur uocabulo, damnationibus, & iustificationib. quæ per illos probatę sunt, Canonice subijci decernimus. Hæc octaua synodus.

Concilium Prouinciale non confirmatum à Romano

mano Pontifice nullum facit argumentum in rebus fidei. Expositum est, quod non facit certum argumentum, si non fuerit confirmatum, tamen quod nullā faciat prorsus probationem, si non fuerit damnatum non video, nam si res, quas decreuit non sunt explosæ, sed potius hærent principijs fidei, saltem ut ex eis pendent, probabile faciunt argumentum. Et hoc Erasmo concedere, non est absurdum. Rursus inter tot locales synodos reperiuntur quinque, aut sex, quæ à fide declinauerint. Ergo, quæ uera disseruerunt sunt excipiēda, nec uerisimile est ecclesiam eorum errorem non cognouisse, nam si hæresim saperent, aut aliquid cōtra Ecclesiæ fidem contineret iam sicut aliæ, sic & istæ essent damnatę. At Toletana, Arelatensia, Hispalensia, Coloniense, & si non sint ab Ecclesia explicite confirmata, implicite tamen sunt, quoniam alias non essent diuulgatæ, nec in manibus fidelium permitterentur. Hoc etiam ex Innocentio colligitur. dis. 20. c. de quibus.

10 *Concilia Episcopalia confirmata, nullum faciunt argumentum.* HÆR. Non dubito hanc esse hæreticam propositionem, quoniam Romani Pontificis authoritatem infirmat. Cum ergo non possit Pontifex errare, certe, nec illa concilia. Rursus, si prouinciale uerum est, quare, & Episcopale sic confirmatum. Nam Complutense fuit confirmatum, sub Alphonso Carrillo Archiepiscopo Toletano, quando damnatus fuit quidam magister Oxomēsis, qui erronea de Ecclesiæ clauibus sentiebat.

11 *Concilium Episcopale non confirmatum nullā habet certitudinem.* TEME. Ea ratione, qua diximus de prouinciali, eadem & de Episcopali aliquo modo iudicamus. Nāque si ea Ecclesia non damnauit, & si de fide tractat, quæ apud nos sunt recepta, non est cur eius authoritas omnino despiciatur. Hoc ex canone Apostolorum robur obtinet ac trahit. Nam dicitur quòd bis in anno celebrent synodos. Lucius etiam Papa dixit, ut habetur de hæreticis, capit. ad abolendam, nam anathematis uinculo alligat eos, quos uel Romana Ecclesia, uel synodus prouincialis, aut etiam Episcopalis hæreticos iudicauerint, quamuis non sit hæresis omnibus. Manifesta. Licet ergo omnino certa non sint, tamen ut probabilia laudari, ac recipi possunt. Nam si Inquisitor in re de fide statuit, ac punit hæreticos, quare & Episcopus non poterit de se, & per synodum. Quando uero hæresis non fuerit omnino clara, & aperta, nec tunc debet sine consilio sedis Apostolicæ, Nam & si hæresis de fide sit atque communis causa, possunt tamen priuati iudices, qui diuino iure succedunt eam iudicare, sicut & causam læsæ Maiestatis cognoscūt, non quando est ambigua, tunc corporis erit. Adhuc in synodo uocat Episcopos peritiores Theologos, quare ergo credendū est omnes errare, uel si non errant ergo aliquam fidem faciunt.

12 *Concilium legitime congregatum ac celebratum per Legatos Rom. Pont. non eget alia confirmatione.* HÆR. Non ignoro aliquos uiros doctos hoc dictum probare, tamen qui rem exacte expendit nobiscum sentit, & multis testimonijs probo, quod Legatorū authoritas non sit satis. Primum testimonium est episto. Niceni Concilij ad Siluestrum. Quicquid (aiunt) constituimus præcamur, ut uestri oris consortio confirmetur. Cui Syluester respondit. Confirmo sigoque ad doctrinam uostram, reclamantes de unitate Trinitatis. & infra. Probo uera fuisse, quæ uestrum, nostrumque manauere misterium. Patres Concilij Calcedon. ad Leonem scribent. Omnem uobis gestorum uim insinuauimus ad comprobationem nostræ sinceritatis, & ad eorum, quæ nobis gesta sunt firmitatem, & consonantiam. Præsbyter etiam, quia Roman. Pontif. caput est totius Ecclesiæ. ergo eius est omnia confirmare.

Secundo Petre dictū fuit pasce oues meas Ioann. 21.

Tertio, quæ esset hierarchia Ecclesiastica remoto capite.

Quarto Legati, nec Concilium non habēt hanc authoritatem à Deo immediatè, nā esset monstrum in Ecclesia. ergo habent a Papa. Alijs testimonijs adhuc confirmo, nam Concilium Ephæsinum ab ipsis Legat. s Rom. Pont. eius authoritatem fuit roboratum, ut Aymanus lib. de synodis dicit. Hanc authoritatē agnouerunt Valētinian. nus, ac Martianus pro cōfirmatione synodi Calcedonens. Per quas (dicunt) in omnib. Eccl. & Episcopis notum sit uniuersa, quæ in sancta synodo gesta sunt, à tua Beatitudine confirmata. Item Tharasius Præ-

Præsul Constantinopolitanus totum processum synodi Niceni secũdi ad summum Pont. misit, vt mos erat confirmaret. Concilium Constantiense supplicat Martinũ, vt sua authoritate confirmet. Hoc & Basiliense petijt ab Eugenio licet errauerit in multis. Hoc etiam Florentinum, ac Tridẽtinum fecit, vt in fine legitur ꝙ legati peterent à Romano Pontifice authoritatem, non sat erat Legatorum præsentia, aut authoritas.

Obijciunt contra.

Primo, Dominus dixit Deuter. 17. Si difficile, aut ambiguum. ex quo elicitur ꝙ id, ꝙ in concilio fuerit statutum nulla alia egeat confirmatione. Respondeo, ꝙ hoc non est contra, imo potius corroborat dictum nostrum, nam non excluditur ab eo concilio authoritas summi Sacerdotis, sed dicitur, ꝙ qui noluerit obedire Sacerdotis Imperio moriatur. Secundo Christus dedit Apostolis auctoritatem ligandi, atque soluendi. Quæcunque ligaueritis &c. Matt. 18. ergo Episcopi eorum successores, nõ à Papa dependent. Dicitur primo, ꝙ loquitur de authoritate iurisdictionis, in qua non succedunt Ep̃i supra vniuersum orbem, licet in sua Dyocesi, ideo negatur cõsequentia, cui non placet hęc nostra responsio, ecce quòd Turr. dicit, nempe, ꝙ non excludit per hoc Petri authoritatem, sed omnia intelliguntur in ordine ad Petrum, quo mediante ad alias deuenit. Et propter Petrum ad alios potestas deriuata est ad cõseruandam vnitatem Ecclesiæ, vt docet D. Thom. 4. contra Gent. c. 76. Tertio, vbi fuerint duo, vel tres congregati ibi sum in medio eorum. Quid ergo eget alia cõfirmatione. Dicitur, quòd hoc non negat potestatẽ clauium, aliquin si duo, vel tres, aut plures viri, vel fœminæ fuerint simul congregatæ potuerunt quæ sunt fidei definire, quod affirmare est hæreticum. Non ergo vnitis tribuit authoritatem iurisdictionis, sed assistentiam suam, quæ alia est ab ipsa iurisdictione. Quarto, accipite Spiritum sanctũ. Io. 20. Tunc Apostoli, immediate acceperunt potestatem. ergo & Ep̃i habent immediate à Deo. Hoc soluitur ex responsione ad secũdum. Quinto, synodus octaua contra Focium dixit. Per datam nobis potestatem à Spiritu sancto, à primo, ac magno Pontif. nostro, ergo satis illa Christi. Dico, ꝙ non probat illam authoritatẽ esse à Christo immediate. sed ꝙ habeant à Christo, non enim illa potestas Concilij est potestas Papæ tantum, sed Christi principaliter, & hic est Patrum sensus. Sexto, Concilium Constantiense dicit immediate se habere authoritatẽ à Christo. Dico ꝙ sicut in alijs, sic etiam in hoc errauit. Septimo, si Papa mortuo Ecclesia nõ haberet potestatem, ergo non satis est ei prouisum à Deo. Dicitur, ꝙ Collegiũ Cardinalium dẽt Ecclesiæ necessarijs prouidere, & si concilium esset cõnuocandum, non permitteret tp̃s, & male sic esset Ecclesiæ consultum. Octauo, Esdræ ult. legitur, ꝙ vocauit ad Concil. oẽs, qui licet non esset summus sacerdos tamen dedit sñiam. Ibi ẽt puniuit, & dictum fuit sic fiat. ergo sine Pont. poterit conciliũ. Primo dico, ꝙ nõ fuit concilium illud. Secundo ꝙ Esdras dedit sentẽtiam noĩe Regis Artaxersis, cuius erat Vicarius. Nono ex Concilio Apost. Act. 15. habemus, ꝙ non tantum Petrus tractauit dissensionem, sed dixerũt, & nobis. Et subscripta est sñia noĩe totius multitudinis, nõ Petri tãtum. Fateor ꝙ oẽs Apostoli definerũt sicut & Ep̃i oẽs definiunt, & iudicant in cõcilio tñ principalis, & originalis authoritas est in Petro. Decimo, ex synodo octaua Cõstantinopolit. habetur ꝙ Conciliũ põt procedere sine legatis, & sine Papa ad definiẽdum. Dicitur ꝙ illa synodus fuit authoritate Papæ congregata, nempe Nicolai, & Patres de voluntate eius definiebant. Quod vero factum fuit, quia tarde veniebant Legati Pontificis, & qui legit rem gestã inueniet, ꝙ nihil est contra nos. Vndecimo, sñię in synodis leguntur nomine synodi. ergo. Dicitur ꝙ totum nomine Papæ statuitur. Duodecimo, oẽs Ep̃i eodem modo cũ Papa concilio subscribunt. Dico ꝙ non eodẽ modo. Nam Papa dicit Eugenius cathol. Ecclesiæ Ep̃s ita definiens subscripsi, alij p̃lati, tam Latini, q̃ Græci, dicunt subscripsi. Decimotertio si Papa sit vehementer suspectus de hęresi cum non possit esse iudex in propria causa, tũc concilium sine eo poterit. Verum in hoc casu, at non semper, & simpliciter. Decimoquarto, est dictum Cõcilij Toletani. Rñdeo, ꝙ nec prouincial● sine Papa habet authoritatem, & si cõtrarium statuit, non est recipiendum. Decimo quinto à fine res dẽt denominari. ergo ab Ecclesia Papa habet authoritatẽ, q̃ ad eã ordi-

ordinatur. Dicitur ꝙ Papa à Deo habet. Ego rogaui pro te Petre. Luc 22. His rationibus probant non esse expectandum à Papa confirmationem, quæ Deo duce sunt solutæ.

13 *Concilium. Episcopi in Concilio sunt consiliarij, & non iudices.* ERRON. Ex proxime disputatis conuincitur Episcopos non esse consultores, sed iudices, nam tales fuerunt Apostoli in suis concilijs. Experientia id probat, ꝙ iudicant. Rursus res fidei, cuius erit definire legatorum tantum, & ad quid congregare tantos Patres. Quid, qđ dicunt Anathematizamus.

14 *Concilium dum à Papa confirmatur tenetur amplecti, quod sentit maior pars.* HÆR. Cũ in concilijs, non numero, vel multitudine res probetur, sed veritatis testimonio, & paucissimi sint vere sapientes, & stultorũ infinitus sit numerus, illos sequi & nos debemus.

Hinc legitur 3. Regum 22. Quod quadringenti Prophetæ Acab mentiti sunt ex ore vero Micheæ solius, & contemptibilis veritas est adinuenta. Nonne maior pars Concilij Ephesini sequuta est Dioscorum, nec tamen legati subscripserunt. Papa etiã debet alios confirmare, non fauere multitudini. Tota etiam multitudine fauente in Concilio Arimi. Damasus Papa, solum vnum Vincentium, & alios paucos opposuit. Leo etiam epist. 51. ad Anatholiam. dicit. Nulla sibimet de multiplicatione cõgregationis concilia blandiantur, nec trecentis illis decem atque octo copiosior numerus Sacerdotum comparare se audeat, vel præferre. Cum tanto diuinitus priuilegio Nicena sit synodus congregata, vt siue per pauciores, siue per plures Ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus authoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum.

15 *Concilij decreta, inter Libros canonicos sacræ scripturæ sunt computanda.* HÆR. Non nego authoritatem sacrorum Conciliorũ, quæ fuerint ad Rom. Pontif. confirmata, nec tamen equo authoritati Diuinę, nec in ea colloco sede. Hanc enim opinionem quisque me tacente erronea diiudicabit. Primo ex eo, ꝙ sacræ scripturę minima ẽt, quæ scribuntur vera sunt. At concilia, si non in rebus fidei, saltem in paruis errare. Secundo, Non studio, arte disputatione humana sunt editę sacræ litteræ. At Concilium his modis celebratur, non tamen excludo Spiritus Sancti assistentiam. Sed post longas disputationes, graues vigilias precibus ad Deum fusis, re ante proposita (vt ex Conciliorum textu apparet, non illis oscitantibus, aut dormientibus hæc pertractantur. Vnde legitur quòd in Nicena Synodo, ut tradit Ruffinus, lib. 10. Hist. Eccl. cap. 2. Per singulos dies agitabatur conuentus, euocabatur frequenter Arrius, nec temere de re tanta, aliquid statuere audebant, sed assiduo tractatu, & longa deliberatione veritatem indagabant. Immo vero nec Summus Pontifex, re non librata potest iudicare, aut ut statim fuerit ei oblata, sed post Conciliũ, ac præueniens iudicium, ne decipi contingat. At dicet quispiam. Nunquid Hierosolymitana Synodus inter Sacræ scripturę libros, non computatur? Concedo, sed hoc euenit, quia autor sacer inter sacras historias contexuit. Nec tamen puto, quòd Concilij diligentia non sit maxima, & quod non faciant, quod in eis est, adeo quòd sicut nec deficit Fides Petri, sic etiam adsit Patribus Ecclesiæ, ut omnes non possint deficere. Rursus quòd dicunt aliqui, si Spiritus Sanctus adest Conciliis, si omnem curam adhibent Patres, quare non poterit inter Canonicos annumerari? Respondeo quòd hæc non satis sunt, ut Canonicus liber iudicetur, ac ascribatur, aliàs, ubi Spiritus Sanctus adest, Canonicus erit liber, ergo quicquid Papa decernit, ac pronunciat erit de Fide inter Canonicos conscribendum.

16 *Concilium quicquid determinat est de Fide tenendum.* ERRON. Multa ad mores decreuere Concilia (puta ut quis eleemosinas non colligat in nouis Missis, ut Tridentina sessione vigesimasecunda. Decreto. de euit. &c. & similia, quæ non sunt de Fide. Concilium Lateranense dixit. Deum simul creasse creaturam spiritualem & corporalem. At viri doctissimi, & D. Thom. Qui post illud Concilium scribit. Dicunt, Angelos ante mundum corporeum esse conditos, & hoc etiam Greg. Nazianz. Oratione de Natali Domini. Basil. in Exam. congresione pri. Damas. libro secundo, capitul. tertio.

Amb. in Exam. lib. 1. cap. 5. Hierony. p. ad Titum. Augu. 11. de Ciuit. Dei, cap. 32. D. Tho. p. p. q. 61. Et hanc opinionem non esse Fidei contrariam putauerunt. Rursus, si Concilium, aut historia martyrum, est de Fide tenenda, si scribit. Hoc etiam voluit Gelas. dist. 15. C. Sancta Romana Doctorum ecclesiasticorũ opera approbat; quæ non sunt de Fide.

17 *Concilia nihil de Fidei dogmatibus decreuerunt.* HAERE. Quæ Fidei sunt ex verborum Concilijs dignoscitur. Primo. Quando dicitur. Si quis contrariam partem tenuerit, sit hæreticus. Secundo, quando dicit. Anathema sit. Tertio, si excommunicationis sententia ipso iure feratur, in eos, qui aduersam partem affirmant, aut docent. Quarto, si expresse, à Fidelibus aliquid tanquam Fidei dogma credendum, præcipiat. sic igitur Fidei res internosci poterunt.

18 *Concilium in morum doctrina, qui ad salutem sunt necessarij, errat.* HAERE. Qui inimici sunt Ecclesiæ eam incultam, omni vrbanitate nudam faciunt; nos vero, qui eius lacte educati sumus, fatemur eam, non solum, quæ principia Fidei sunt nos instruere; sed quæ ciuem honestum, morigeratum faciunt; sic itaque Ecclesia admonet quæ cauenda sunt, quæ vt amplexanda. Hoc pastores, & Doctores, qui sunt in ecclesia nos docent, & talem pastorem cupiebat Paulus. Pollicitus est Dominus se daturum spiritum, qui doceat omnem veritatem, talis est datus ergo pedadogus. Concilium Constantiense hac re perspecta, condemnat vt hæreticum, qui dixerit Ecclesiam errare in consuetudine administrandi populo Eucharistiam sub vna specie. Ne ergo circumferamur omni vento doctrinę nos instruit Concilium de necessarijs.

19 *Concilium totum & legati, & omnes simul errare possunt.* Oecolamp. Luth. Erronea est, ne dicã hæretica propositio, quod omnes nemine excepto errent in Concilio, & quando vnquam fuit, quod vnus saltem non agnouerit veritatem, & sermo est, nõ de quocunque Concilio, sed de eo ꝙ est, à Papa congregatum, non de illis, quæ illo renitente, ut Arim. & Constantinopol. vt pluries dixi.

20 *Concilio intereße debent ne dum Episcopi, sed simplices sacerdotes, viri, ac mulieres.* Bucerus. HAER. Quid magis deridendũ, quàm viros simplices, sutores, & similes ad Cõcilium vocare. Deus. n. per Moysen cũcta administrauit. Exod. 19. & Deut. 17. dicitur. Venies ad Sacerdotes Leuitici Generis, sequeris sentẽtiam eorum. Malach. dixit. cap. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requiram &c. & Hier. 3. Dabo vobis pastores, qui pascẽt vos sciẽtia, ac doctrina. In Concilio Synagogæ conuenerunt Põtifices, & Pharisæi. Dominus de Apostolis dixit. Vos estis lux mundi. In Concilio Hierosolymitano, conuenerunt soli Apostoli, ac presbyteri non viri, ac mulieres. Rursus, claues Ecclesiæ non habẽt coqui, sutores, lanij, aut mulieres, sed Epi tm̃. In Conciliis solũ Epi nominantur interfuisse, tã in Niceno, quàm aliis. Adhuc, si inferiores prælati essent vocandi, sequit ꝙ cũ sint plures Epis, ꝙ si oriretur aliquod schisma, ꝙ tunc Epi tenerentur eos sequi, quod falsum. Itẽ, superiores Prælatj sunt velut Angeli superiores, qui inferiores illuminãt. Exemplo Reipublicæ, & domus cuiuscunque manifestatur, nã ea quæ sunt Reipublicæ non omnes tractant, sed præstantissimi senatores, nec ad administrationem domus, in manus mulierum confidimus, quare ergo ea quæ tanti ponderis homines ignari aggredi, ac tractare debent, ut Bucero placuit. Obiicit Bucerus. Primo. In Synodo Apostolorum act. 15. Legimus, non solum Apostolos, sed seniores interfuisse. Ergo non tantum Episcopi, qui Apostolis succedunt, sed & præsbiteri qui senioribus succedũt sunt vocandi. Dicitur ꝙ interfuerũt difiniẽdo, sed consultando tm̃ Apostoli vero soli definierũt, ac sanxerunt. Secũdo. Dicũt interfuisse Synodæ Nicenæ quidã Petrus p̃sbiter, & quidam Abbas tenẽtes locũ Adriani Papæ, ut dicitur. p. q. 7. Cap. Conniẽtib. Concedo, ꝙ quando mittit, at non de iure, sicut & in Conciliis post institutas religiones mendicantes, quàm plures ex eis interfuerunt, ut ex subscriptione Flor. & Trid. Concilij apparet, & hoc, ut Theologi, ac cõsultores, & missi à Rom. Pon. Tertio Legitur dist. 63. capi. Adrianus. Episcopis, Religiosis, & Abbatibus. Dicitur ꝙ isti priuilegio Summi Põtificis, Epi vero diuino iure debent adesse. Quarto. Synodo Romæ celebrato,

celebrato, legitur ꝙ interfuit totus clerus, & populus Romanus. eadem dist. & capit. sequenti. Dicitur, quòd non loquitur eos interfuisse definiendo, sed ad maiorem solemnitatem, vt cum maiori concursu Papa Leo daret Carolo Regi Patritiatus dignitatem. Quinto, Plebani, ac Curati habent curam animarum sicut Episcopi. ergo & illi sunt vocandi. Dicitur, quòd Epi sunt, qui principaliter habent curam animarũ, alij vero curati sunt gubernatores eorum, vnde eorum authoritas ab eis pendet, & Episcopus casus sibi reseruat, & eis quòd lubet præcipit. De hoc alibi. Sexto legitur etiam, quòd Imperator sacerdotes conuenire præcipit. Dicitur, quòd accipiũtur Sacerdotes pro Episcopis eo loco. Septimo Cardinales non sunt de numero maiorum Prælatorum, vt dicitur c. quanquã, 2.q.7. ergo non sunt vocandi. Responderunt, ꝙ licet ipsi non sint Episcopi sunt tamen de corpore Rom. Pont. ideo cum persona Papæ computantur, & habent vocẽ diffinitiuam, sicut Episcopi, & vestibus ijsdem Pontificalibus, ac mitris vestiuntur, & supra iam diximus, ꝙ loco Apostolorum succedunt in Apostolica dignitate. Octauo, quæ agitantur in Cõcilijs etiam ad minores Sacerdotes spectant. ergo non sunt exclusi. Nulla est consequentia, nam si Imperator vocaret ad dietam omnes Germanos, quis locus caperet. Nono, Concilium repræsentat totam Ecclesiam. ergo omnes sunt vocandi. Responsio eadem, hoc diluit obiectum. Decimo, in synodo sexta, & octaua fuerunt non solum Episcopi, sed Monachi, ac Presbyteri, & etiam laici subscripserũt. ergo & in nostris. Ex superiorib. deducitur rñsio, ꝙ non vt diffinirent interfuerũt sed consultando tantum. Nam & ipsa subscriptio indicat. Quia Episcopus dicit, iudicans subscripsi. Faustus Præsbyter dicit subscripsi tantum. At Imperatores non dicebant, se definire, vel iudicare, sed definita, ac iudicata suscipere. & ex ijs tolluntur omnia alia obiecta.

21 *Concilium nunquam contra Pontificis placitũ est congregandum.* TEM. Ponunt Theologi quasdam exceptiones, & tunc Ro. Põt. renitente, poterit congregari. Primus est casus. Si contingeret Papam in mentis alienationem perpetuam cadere, quod nulla spes superesset salutis. Secundo, si fuerit captus, & in carceribus vinctus, apud quẽ nõ esset securus accessus, neque spes vltra liberationis. Tertius, si Papa renuit, & viget Ecclesiæ necessitas. Quartus, si Papa fuerit de hæresi vehementer suspectus. Quintus, si dubium arduum est, apud probos, quòd sit per simoniam electus. Sextus, si plures essent, nec falso electus, nollet cedere locũ.

22 *Concilium est supra Papam.* ERRON. Non solum heretici hoc affirmant, sed alij viri pij, ac docti, qui aduersus hereticos gloriosissimè aliàs dimicarunt, at in hoc sunt eorum fautores. Inter hos est Panorm. de electione, c. significasti. Felynus, cap. de rescriptis. Alphonsus de Castro. Ioannes Echius, & alij. Quæ opinio hæreticorum omnium summum patrocinium est, & fenestram, vel maximam aperit ad obedientiæ Ecclesiasticæ iacturam, ac perniciem veræ pietatis. Quorsum hereticis fauorem præbere, & non dubito nunc grande piaculum esse illud tueri. Quare mordicus Concilij Basiliensis decreta defendere, ac tenere. Hoc Leo affirmat non fuisse legitime celebratum. & postea (ait) à Basiliensi Concilio seu potius conuenticula facta fuere, ac propterea nullum robur habere potuerũt Hoc ergo dictum maiori, qua potero fortitudine expugnabo, hic omnib. uirib. euertere nitar. Primo, Ecclesia vocat Pontificem omnium Pastorem. & Dominus. Fiet vnum ouile, & vnus Pastor. Secundo, Petro dictum fuit. Pasce oues meas. Io. vlt. & Matt. 16. Quodcunque ligaueris &c. Pro eo rogauit, ne fides deficiat, eius est confirmare fratres. Marc. vlt. Ei dictum fuit. Ex hoc iam eris homines capiens. Luc. quinto, & Luc. 22. Ingressus Dominus nauiculam Petri, dixit Petro, Duc in altum, alijs vero laxate retia vestra. Rursus. Conciliũ, vel est Pastor, vel ouile, non Pastor, quia monstruosa esset Ecclesia, ergo erit ouile. Quilibet Episcopus habet curam sui gregis. ergo Papa totius. Adhuc Papa est proximus, & immediatus Vicarius Christi. Addo, caput est superius non tantum situ, sed authoritate. Leo Decimus, dixit in Concilio Lateranen. sess. undecima. Cum etiam solum Romanum Pontificem tanquam authoritatem super omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorũ ac dissoluendorum plenum ius, ac potestatem habere, nedum ex sacræ scripturæ te-

stimonio, dictis sanctorum Patrum, ac alio rum Romanorum Pontificum decretis, sed propria etiam eorundem Conciliorũ confessione manifeste constet. Hactenus Leo. Hoc etiam Concil. Constantiense dixit. Item de electione, cap. significati dicitur, quòd omnia Concilia habent authoritatem à Papa. Concil. Florent. extra pen. & remiss. cap. cum ex eo. de confess. præbẽ. capit. proposuit. & multa alia adducit Capistranus. Doctores Scholastici fermè omnes, vt nominat etiam Piorum Clipeus. Quid enim tam nouum, & inusitatum, ac mirabile est, quam esse qui conetur efficere, ut miles Duci, filius Patri, Domino seruus imperet oues Pastori, denique pedes, & cætera membra capiti, longa etiam oratione Caiet. probat in Concilio Lateranẽ. sub Iulio Secundo. Turrecre. ante ipsum, lib. 3. de Ecclesia. cap. 44. Ferr. 4. cont. Gentil. cap. 25.

Obijciunt aduersarij.

Primo, Apostolis data est potestas omnia soluendi. ergo Ecclesia erit supra Papam. Nam Ecclesiæ dictum fuit. Quæcunque solueritis, ait Hieronym. & Hilar. Dicitur primo quòd non excluditur Papa, quin ei etiam non sit data ista auctoritas. Dico secundo datur Ecclesiæ auctoritas soluendi, sed subiecta, at Papa non est subiectus Ecclesiæ, nec sibi ipsi. Secundo Petrus in persona Ecclesiæ accepit claues, ait D. August. Dico quòd sensus est quòd eius officiũ erat semper duraturũ in Ecclesia, si non in persona eius propria ideo Ecclesia accepit claues eligendi. Tertio, Papa non est Dominus, sed Ecclesia est Domina rerum temporalium, quia potest ea dispensare, ergo supra Papam erit Ecclesia. Dicitur quod non est eadem ratio de Dominio temporali, & potestate spirituali, nã hanc à Christo habet, illam à donatoribus, ut apparet in Ecclesijs particularibus. Quarto, Ecclesia non potest errare, sed Papa potest, ergo Papa sub Ecclesia. Respondeo, ꝙ Papa in communi iudicio non potest errare, licet vt persona possit. In communi etiam iudicio magis potest errare Ecclesia, quàm Papa. Ego rogaui pro te Petre. & sic argumentum potius pugnat contra aduersarios. Quinto, claues sunt datæ propter Ecclesiam. ergo supra Papam erit. Hoc nihil probat. Sexto, pars est minor toto, ergo Papa minor erit Ecclesia. Dicitur primo, ꝙ Papa non est pars, quo ad iurisdictionem, sed tota apud eum est. Dico secũdo, ꝙ pars, qualis est caput influit in oẽs, & ab eo, omnis alia pendet. Septimo, si authoritas quæritur orbis, maior est orbe, ait D. Hieron. Dicitur ꝙ maior, quo ad consuetudines, non quo ad iurisdictionem, & loquitur D. Hier. de consuetudine, qua Dyaconi sub Presbyteris sedent. Nam sunt quædã consuetudines Romæ, quæ sunt toti Eccl. cões ex traditione Apostolorum. Aliæ sunt priuatæ consuetudines, quas à B. Petro accepit, non tamen sunt per vniuersum orbem diuulgatæ, & has nõ oportet priuatas Ecclesias sequi, in vna enim fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa. & sic est exponendus D. Hiero. D. Aug. Nico. dis. 12. c. scit. & Greg. eadem dist. ca. nouit idemq; traditur dis. 31. c. quoniam. c. aliter Nec Orientalis Ecclesia, quo ad diuersos ritus ab ipsa occidentali & Romana est ꝑ hoc damnanda. Octauo, Papa non põt mutare, inquit Zozimus, ergo non maior. Dr, ꝙ ea, quæ sunt diuini iuris non põt mutare, sed tantum exponere, at mutare poterit positiua. Nono, Act. 15. Iacob. dedit sententiam, non Petrus. Dicitur, ꝙ non fuit sententia, sed iudicium suum, sententia .n. in cõi fuit facta. Dico secundo ꝙ qõ fuit ꝓposita non Petro, sed omnib. Ideo Petrus simplici authoritate Apostolatus respond. non vt Pastor, nam nondum tempus aderat vtendi plenitudine potestatis, in statuto præcipue trãsitorio. Iacob. uero dixit. Ego iudico, hoc est iudiciũ meum do, aliud aũt est iudicium dare, aliud definire. Aduenit tempus, quando Petrus sua voluit potestate vti, vt in electione Matthiæ, in condemnatione Ananiæ, & Zaphiræ. Decimo, Paulus repræhendit Petrum. Gal. 2. Et in faciẽ ei restiti, quia repræhensibilis erat. Dicitur ꝙ ex hoc (ut docet D. Th.) habetur quomodo subditi possint superiorem arguere. Vt exponit ibi. Vndecimo, facta est disceptatio de circuncisione, act. 11. Et non cognoscunt Petrum superiorem. ergo nec Papa erit. Dicitur quòd disceptatio facta fuit à Iudæis nouiter conuersis, non mirum si nõ cognoscebant Petrum superiorem deroga ret autem Petri authoritati, quando inter

ter Apostolos facta fuisset, nec cognouisset Petrum superiorem. Duodecimo, Concilium Constantiense, & Basiliense tria dicunt, primum quod Concilium omnem authoritatem habet immediate à IESV Christo. secundum quòd Papa ei tenetur obedire. Tertium, Papa potest cogi à synodo, quia habet supra eum potestatem coactiuam. In solutione huius multa mihi dicenda essent, quæ tamen paucis colligo. Primum, quod ista sunt facta tẽpore schismatis. Secundo dico ꝙ non fuerunt confirmata ista, sed ea tantum, quæ sunt de fide à Martino V. hoc vero formaliter non est de fide, sed materialiter, hoc est, quia tractatur res pertinens ad fidem, sed non ut credenda, vel non credenda, & non ex professo tractauit de hoc. Quod uero dicitur concilium accepisse immediate authoritatem à Christo, intelligitur de cõcilio, simul cum Papa. Et quòd Papa tenetur obedire exponendum est de Papa non canonice, vel recte electo, & in his, quæ sunt positiui iuris, non Diuini. De Basiliensi vero Concilio affirmat Turrecremat. libro tertio, capit. 100.

Quod non fuit cum consensu Legatorum Domini Papæ, nec expectatis oratorib. Angliæ, & Castellæ, nec fuere auditi multi uiri sapientes, sed cum multitudine populi ex furore promulgata ea decreta fuerũt, & fuit præsens idem Turrecrem. Et fuit ẽt conciliabolum, quia contra certum Papã fuit vnitum. & per Concilium Florentinũ legitimè congregatum sunt reuocata.

Decimotertio, Dominus ordinem statuit. Nam Mat. 18. Si peccauerit &c. concludit. Dic Ecclesiæ. & per Ecclesiam intelligunt Concilium vniuersalem. Greg. in registro suo, epist. 265. & Nicolaus Papa 11. q. 3. c. præcipue. & Alb. Mag. sic exposuit. Dicitur quòd ly Ecclesia non significat Concilium vniuersalem, sed prælatum, cuiuscunque Ecclesiæ. Si uero Doctores exponunt pro Concilio intelligitur non excluso Papa.

Decimoquarto Petrus missus fuit cum Ioanne. Act. 8. ergo non erat supra alios Apostolos.

Dico primo, quòd non tenet consequentia, non enim qui mittit, est semper superior mittente. Dico secundo, ꝙ dicitur missus Petrus, quia ipse elegit socium esse Ioannis, & quia miserunt Ioannem, ideo dicitur etiam Petrus missus. Decimoquinto, Petrus in concilio surrexit, vt dicitur Act. 15. Surgens Petrus &c. ergo erat minor, quia dedit hoc reuerentiæ signum. Dicitur, quòd non surrexit ad dandum signũ reuerentiæ tanquam maioribus, vel subiectionem. sed ut melius ab alijs coram tanta multitudine audiretur. & sic etiam legimus surrexisse legatos Papæ, cum deberent loqui in concilio, ut fuit in sexto. Act. prima. Decimosexto, in synodo octaua Constantinopolitana dicitur. Quod cum conuenienti reuerentia aduersus Ro. Põt. posset proferre sententiam si fuerit incusatus. ergo non superior.

Dicitur, quòd sẽsus est, quòd si orta fuerit aliqua ambiguitas debet cum conueniẽti reuerentia sciscitari, hoc est perscutari de illa, quid ergo per hoc habent, quòd sit superior Papa. Decimoseptimo, Papa tenetur obedire statutis concilij, & illa obseruare, ut ait Grego. dis. 15. c. sicut. Dicitur ꝙ hoc intelligitur ratione materiæ, non de se quasi sit inferior, sed quia de fide erunt. Decimooctauo, D. Augus. epis. ad Glorium Eleusium, dicit. Ecce putemus illos Episcopos, qui Romæ iudicarunt, non bonos iudices fuisse, restat adhuc plenarium uniuersalis Ecclesiæ concilium, & c. Dicitur, quòd intelligitur, non quo ad iurisdictionem, & potestatem, sed quo ad examen, quia res melius discutietur. Decimonono, si concilium non est maioris authoritatis. ad quid uocatur. Dicitur, quòd non congregatur propter maiorem authoritatem, sed ad plenã omniũ satisfactionẽ, & examen sententiam sic Pontifex profert, & maior Ecclesia demonstratur vnitas, sic fecerunt Apostoli. Vigesimo, præfigitur ordo in solutione alicuius quæstionis (ut dicitur dis. 20. c. de quibus. Vt primo loco recurramus ad sacramenta scripturam. Secundo ad Canones Apostolorum, vel conciliorum. Tertio ad Decreta, ac Decretalia, non ergo Papa est superior. Dicitur, ꝙ hoc est, non quòd sit maior authoritas, sed pro maiori satisfactione ait Turrecrem. ad 25. capit. 46. ac ad maiorem solemnitatem, authoritas tamen eadem est, quando Papa solus decernit, & quando cum concilio definit, existimat tamen vulgus, eam ampliorem esse, sicut quando Papa cum Concistorio determinat, & quando solus.

Con-

23 *Concilium exigit necessario præsentiam Papę.* HAERE. Huius contrarium euenisse certo scimus, ex ipsis Concilijs octo uniuersalibus primis, quibus non interfuit, sed legatos misit. Hoc etiam designat ampliorẽ Romani Pont. potestatem, nam libere poterit legere quæ decreta sunt, sine alio iudice, ac consultore, ac confirmare, vel reuocare, quæ sibi uidebuntur. Rursus. Papa incumbit necessitatibus Ecclesiæ, quæ occurrunt, ne dum Romæ, sed per orbem, ideo loco certo permanet. Hoc scribit patribus in Concilio Calcedon. congregatis. Quod quidem nec necessitas temporis, nec ulla poterat consuetudo permittere. In Florentino tantum fuit Eugenius, in alijs uero legati Missi sunt, qui primi omnium subscripserunt. Hoc apparet ex 3. Conc. Act. 3. qui hoc dicit Paschasius & Act. 8. ita legimus, Missi Apostolici sunt ij, quos legatos Pontificios uocamus, semper in synodis primi loqui soliti sunt. Et synodus octaua, Act. prima dicit. Synodus exigit à legatis Romanæ sedis literas, quibus notam facerent potestatem suam, ut præsiderent in Synodo. Adrianus Papa ad Basilium Imperatorẽ scribit, & est in initio octauæ synodi. Nostri quoque Missi præsidentes. Hoc ergo teneamus, quòd tot annis obseruatum semper fuit, & diebus nostris in Concilio Tridentino.

24 *Concilia omni de causa sunt congreganda.* TEM. Non de facili, ac omni negocio exposito, sunt celebranda Cõcilia, sed ut quæ ad uniuersalem Ecclesiam pertinent, & ut illa maturius, ac sanius expediantur. Hac de causa Concilium Apostolorum actum est, ut quæstio de legalibus definiretur. Secundo ad solemniorem, ac abundatiorem authoritatem reprobationis Hæreticorũ. Ideo primum Nicenum cõtra Arrium est congregatum qui cum esset Pontifex, & multi eum sequerentur, ne dum Alexandriæ, cuius erat Episcopus sed etiam per orbem uniuersum, ut eius hæreses confutarẽtur, qui tres gradus posuit in Trinitate, patrem maiorem, filium minorem, spiritũ Sãctum creaturam, & 318. Patres aduersus eum uocati damnauerunt hanc hæresim. Secundum Constantinopolit. fuit unitum propter Macedonium, qui dicebat Spiritũ Sanctum non esse Deum, & conuenerunt, 150. Patres. Tertium fuit Ephesynum, contra Nestorium, qui dicebat, Beatam Matrẽ hominis tantum fuisse, non Dei. Quartum Calcedon. ubi fuerunt 330. patres contra Euticetem, qui tantum unam naturam in Christo posuit diuinam, non humanam. Quintum Const. aduersus eos, qui asserebant alium esse uerbum, & alium Christũ, & negabant beatam Virginem esse Matrẽ Dei. Sextum etiam fuit Constant. 150. patrum contra Macharium, Antiochenum Episcopum, qui unam tantum uoluntatẽ, & operationem dicebat esse in Christo. Septimum Nicenum, in quo 367. patres fuerunt. & hæresis execrãtium Imagines abrasa est. Octauum Constantinopol. propter schisma, & tractatũ est de depositione Ignatij, & ordinatione Phocij, & fuit Ignatius restitutus, ac Phocius depositus. Lateranense sub Innocentio fuit postea, & interfuit Imperator Græcorum.

Constantiæ in Germania etiã exorta schisma propter Gregorium, Ioannem, ac Benedictum. Basileæ postea propter reductionem Bohemorum, ubi data fuit Bohemis licentia disputandi, ac dicendi libere quòd sentirent, & assignatis quatuor Doctorib. Catholicis, & conuincti, tamen in obstinatione permanserunt. Florentiæ postea pro unione Græcorum, ubi uenit Patriarcha, ac Imperator Græcorũ, & facta fuit unio, licet eam postea non receperint. Tridenti. vltimo contra Lutheranos, Zuiglianos, & alios, quibus datus est saluus conductus, ut ibi conuenire possent, & libere eorum opiniones exponere, at renuerunt, causis infra exponendis. Adhuc congregantur Concilia propter Hostes Ecclesię, sic fecit Gregorius tertius, contra Leonem Imperatorẽ, qui uenerari Imagines noluit, sed Constãtinopolim ferme destruxit, ac combussit omnes, & Romæ uocatum Concilium, ubi fuere quasi mille patres, & anathematizarunt Imperatorem. Gregorius etiam septimus contra Imperatorem Henricum, qui Ecclesiæ unionem diuidere uolebat, Romæ celebrauit Concilium. Rursus congregatur aliqua de causa, eaque maxima ad Ecclesiæ oportunitatem conducente. Sic Apostoli in electione Matthiæ, Act. primo. Congregatur ad maiorem firmitatem, & pleniorem acceptationem, tale fuit Siluestri Concilium (post Nicenum) coactum Romæ. Congregantur, quando est uehe-

mens

mens suspitio, quòd Papa in hæresim sit lapsus, & hoc fuit tempore Symachi Papæ, & Marcellini, qui idolis sacrificauit. Congregatur, quando Papa uult se à crimine purgare, sicut de B. Damaso legitur 2.q.7. Nos circa finem. De Leone 4. habetur 2.q.5. oibus. Circa finem. De Sixto Papa cap. Mandatis. 2.q.7. Congregatur quando dubitatur de iure electionis Rom. Pontificis, qua de causa plura Cōcilia sunt celebrata. Cōgregantur ad reformationem Ecclesiæ, & unum fuit tempore Gregorii septimi, qui anathematizauit Symoniacos, Clericis uxorem habentibus interdixit diuina, ac eorum Missas audire prohibuit. Hæc Turre Crem. lib. 3. c. 9.

25 *Nullam affert Ecclesiæ utilitatem, congregatio Concilij.* HAER. Plures emanant Ecclesiæ utilitates si congregetur concilium, & ex proxima ꝓpositione deducere facillimum est. Sic ostenditur Ecclesiæ unitas, ueritas stabilitur fidei, conuincuntur Hæretici, confunduntur Tyranni, Pontifices non audent quærere per simoniam. Scandala remouentur, mores corrigūtur, & alia plura. Turræ Crem. c. 10.

26 *Concilia debent ne de omni causa, ac re tractare?* Respondet idem Cardinalis. capit. 38. lib. 3. Quod de illis tractare debet ob quas est congregatum, hoc scribit Leo Anatholio Episcopo Constantinapolit. repræhendens, quòd induxisset, ut prima sedes post Romanam, quæ prius Alexandrina constitueretur Constantinapolitana, & dicit. Vt Sanctam synodum, quæ ad extinguendam solum hæresim, & ad confirmationem fidei Catholicæ studio Christianissimi Principis congregatam in occasionem ambitus tui trahas. Secundo. Concilium à Papa cōgregatur. Ergo tantum ea quæ ab eo proposita fuerint, debet proponere. Tertio. Congregatur magnis de causis ergo de illis tantum tractare debet. Quarto. Si de singulis tractare debet. Ergo superfluæ sunt aliæ Ecclesiæ. Quinto. Soli Romano Pontifici conuenit de singulis iudicare, ut ait Beda 9.q.3. c. Episcopus. ergo nō consiliū. Sexto. Romano Pontifici sunt multa reseruata, ut dicitur 3.q.6. c. Dudū. Septimo. Si de singulis definiret esset occasio schismatis. Octauo. Hinc cognoscimus supremā Papæ potestatem, dum eius iudicio multa committuntur.

Obijciunt primo.

Concilium uniuersale habet suppremam potestatem immediate à Christo, supra omnes fideles. Ergo poterit iudicare omnia. Hoc negatum est in superioribus. Secundo. Quando Papa uocat Concilium, suam authoritatem confert Concilio. ergo poterit omnia ipsum Concilium. Dicitur, ꝙ Papa dat suam authoritatem Concilio, quo ad ea, quæ tractanda proponuntur, non amplam, sicut in se est, si quid aliud occurrit denunciandum ei erit. Tertio. Concilium Apostolorum elegit alium loco Iudæ. Ergo & Concilium poterit prælatos eligere. Dicitur quòd fuit ibi præsens B. Petrus, & eius uoce fuit facta electio, & ipse proposuit. Quarto. Concilium potest dānare Episcopos 5.q.4. c. Nullus. Ergo & eligere. Dicitur quòd intelligitur, quando habet authoritatem, uel potest audire, sed non definire. Quinto. Concilia aliqua deposuerunt Episcopos, & aliquos depositos restituerunt. Dicitur quòd factum est authoritate Papæ. Sexto. Habetur ex synodo Toletano 4. & 10.q. ult. oportuit quærimonias etiam Parochialium Præsbyterorum Galliæ Prouinciæ solertissime decernere. Item. 11.q. 1. c. si Clericus. Quod si Clericus habet cōtra suum Episcopum, uel alium causam, apud audientiam synodi prouinciæ cōquiratur. Dicitur quòd fuit Authoritas Rom. Pont. Septimo. Concilium dispensat cōtra Canones Apostolorum. dist. 82. ca. Præsbyter. Et cum Præsbyteris, qui imolauerunt Idolis, & pœnituerunt. Dicitur quòd dispēsatio facta fuit authoritate. Rom. Pontific. Octauo. Concilium Basiliense dedit indulgentias, & alia tractauit, unde apparet, ꝙ omnia iudicare possit. Dicit Cardinalis ad 9. Quod decreta illius Concilii essent delēda à pectoribus hominum, nec habent authoritatem. Nec poterat Rex Franciæ authoritatem illi tribuere. capitulo 39. Et quarto. idem Cardinalis ferme omnia hæc.

27 *Concilium. Primas sedes non debet Papa tenere, uel eius legatus.* ERRON. In Concilio Basiliensi, orta est controuersia de hoc, & duplex fuit error propositus, ac probatus à quibusdam Magistris, ut testatur Turre Crem. cap. 23. Quidam dixerunt, quod nullo modo deberent primum locum tenere.

nere. Alii, concedebant primum locum, at non authoritatem, sed tantum eminentiam, ne libertas Concilij tolleretur, & addiderunt, quòd Imperatores primum locum obtinuerunt. Contra vtrunque errorem ne dicam hæresim. Arguo. primo. In Concilio Apostolorum, quando Matthias fuit electus primum locum habuit Petrus, qui rem proposuit Exurgens Petrus in medio fratrum, ubi glos. Pastor pro ouibus loquitur. Et Act. 15. de quæstione legalium dicitur. Surgens Petrus. Hoc etiam obseruatum fuit in generalibus Conciliis, ut supra explicatum fuit. Ratione confirmatur si Christus adesset Concilio primum locũ haberet, ergo eo deficiente debetur Vicario. Secundo. Caput est supra omnia membra. Ergo & Christus. Tertio. Papa est excelsior aliis, ut dist. 69. capit. Constantinus. Quarto. Hierarchia exigit ordinem, at per hoc superioritatem & cui conuenit, nisi Rom. Pontifici?

Obijciunt Primo.

Nulla fit mentio, quòd B. Petrus in Concilio Apostolorum primum locum obtinuerit, ergo nec Papa debet. Dicitur primò, ꝙ hoc argumentum non concludit, nam arguere ab authoritate negatiuè nihil ualet, & multa obseruantur, quę nõ sunt scripta. Dico secundo. Ex Chriso. quòd Petrus omnia ex humilitate agebat, nec eum Dominum putarent. Tertio dico, quòd ex historia colligitur, quòd primas sedes ei dederint, nec aliquis uelut ipse loquitur. Secundo. Concilium Basilien. nullum habuit præsidentem. Dico, quòd argumentum interimit seipsum, & est gladium Goliath. Nam quia fuit sine capite, non Concilium, sed & Conciliabolũ fuit, & merito reprob.tũ in Florentino. Tertio. Spiritus sanctus præsidet Concilio, ergo fit ei iniuria, ut alius primum locum teneat. Dicitur, quòd locum uisibilem obtinet Papa, ut in Nicena synodo congregata decretum fuit, ubi Spiritum sanctum adesse nemo dubitare debet, qui tamen non interfuit Basilié. Quod uero dicitur. Vbi fuerint duo, uel tres. &c. Matth. 18. De quacunque Laicorum congregatione loquitur. Quarto. Concilium generale est supra Papam. Ergo non debet præsidere in eo. Ex superioribus soluitur, & negatur, quòd assumitur. Nam repugnat naturali, diuino, ac positiuo iuri. Naturali, quia caput supra omnes est. Diuino, quia diuina institutione Princeps factus est. Positiuo extra c. Significasti de electione. Ei enim dictum fuit. Pasce oues meas Ioan. ultimo, & non alteri. Quinto. Ergo non erit liberum Concilium, si authoritas Papæ supra eum. Dicitur quòd quisque liber est, ut ꝓferat, quòd sentit, dummodo sit consonans sacris literis, decretis summorum Pontificum, & Conciliorum generalium non amouet libertatem authoritas, sed cohibet immoderatam aliorum iactantiam, erroresq; emẽdat. Sexto. Quando non interfuit legimus (inquint) Imperatores, uel eorum iudices destinati, ꝙ primũ locum obtinuerũt. Non ergo Papa, uel eius legati. Respõdeo quòd falsum est quòd assumunt. Namque contrarium euenisse scimus in Act. 5. Cõc. Calced. Et habetur dist. 96. cap. Nos. Sed fatentur tantum Imperatores oratores protectionis causa interfuisse. Septimo. Legati Papæ authoritate Concilii, ac eius nomine proferunt sententiam. Ergo non Papa præsidet. Hoc etiam falsum est imò authoritate Pontificis hoc faciunt, alias non habet authoritatem certam ipsa synodus. Hoc iam demonstratum est, hoc fecit Florent. Concilium. Hoc etiam & Tridẽtinũ, vt certum, hunc ergo morem sequamur, & amplectamur. Turre Crem. li. 3. c. 22. 23. 24. 25.

28 *Concilium sede uacante omnẽ habet authoritatem, sicut uiuente Romano Pontifice.* ERR. Multa in superioribus dicta sunt, ex quibus huius rei veritas elucescit, at quoniã circa ipsam dupliciter errare contingit. Quidam quod supremam, ac omnem habet Concilium Papa mortuo, nel amoto authoritatem, alij vero ꝙ nullam hinc est, quod declaratione, & probatione eget. Nam affirmare, quod nullam habeat authoritatem, derogat Diuinæ prouidentiæ, ac amori erga suam sponsam, non enim prouisum fuisset ei pro omni tempore in necessariis. Omnem etiam tribuere, sicut habet præsente Rom. Pont. est error, namque ei soli (nempe Petro, ac successori) dedit omnem potestatem Deus. Mediam ergo uiam sequamur, & duplici propositione eam ostendo. Prima. Vacante Sede, Concilium habet authoritatem

in

in necessariis, quibus aliter subuenire non possumus. Namque non deficit Deus in necessariis, ergo si non possumus vrgente casu expectare, tunc Concilium poterit cõgregari. Secundo. Quilibet in casu necessitatis potest absoluere, & tamẽ de iure non potest. Ergo & Concilium poterit in necessariis statuere. Confirmatur auth. D. Ber. Quod constitutum est, pro charitate, contra Charitatem militare non debet. Hoc fecit Ecclesia, nam cum audisset Marcellinum timore Diocletiani Idolis sacrificasse, statim Episcopi ex diuersis Prouinciis, nullo eos vocante venerunt Romam cognoscentes eorum potestantem in tanto crimine. Demum, Propheta dixit. Ierem. 1. Quòd Vicarius Christi debet ædificare, &c. Ecce constitui te, super gentes, & regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Debet ergo ædificare. Ergo eo mortuo, eius authoritate relicta in necessariis Ecclesiæ debet ædificare. Poterit ergo (si prorogari non poterit) congregari Concilium. Secunda Propositio. Concilium illud nõ habet authoritatem aliquid decernere, vel definire, nisi pro eo casu. Namque Rom[illegible]us tantum Pontifex habet supremam, cui nemo succedit. Hoc ex superioribus est manifestum, & erit probandum infra. Verbo Papa. Corollarium. Concilium eo casu coactum, debet in electione Summi Põtificis petere confirmationem. Probatur exẽplo Concilij Constant. quod confirmari postulauit a Martino Quinto. Hoc etiam erit ad omnem scandalum ac scrupulum remoueudum salubre remedium.

Obÿciunt.

Ecclesiæ, & non Petro datæ sunt Claues, uel ut dicit. D. Aug. nomine Ecclesiæ datæ sunt Petro. Ergo poterit. Dicitur quòd sensus D. August. est, quòd Petro quia Ecclesiam significauit, q a non soli personæ Petri, alias alii Prælati non possent absoluere, hic ergo sensus. Secundo. Si potest aliqua ergo par ratio de omnibus. Dicitur quòd nulla est consequentia, nec par ratio, ut dixi. Tertio. Constantiense sedè uacante confirmauit Archiepiscopum, Lugdunense dedit indulgentias. Dicitur quòd non alia facta in eo Concilia sunt recipienda. De indulgentia dicitur, quòd non fuit plenaria, hoc. n Romano Pontifici reseruatur, ut docet. D. Tho. 4. dist. 20. Dico etiam quòd data fuit concurrentibus tribus illis, qui Papatum prætendebant, & concessa fuit spe ratificationis. Quarto. Concilium Senense dedit indulgentiam plenariam. Ergo. Dicitur ꝙ quicquid ibi fuit statutum erat ex uoluntate Romani Pont. Domini Martini. Quinto. Concilium Basil. dedit indulgentiam plenariam. Dicitur quòd errauit, nec poterat dispesare eas sic. Quod uero dicitur à quibusdam à Capistrino inter alios, quòd Cõcilium sede uacante posset, quòd Papa intellige pro eo casu, supra quem orta est dissensio. Turre Crem. lib. 3. ca. 41. 42. 43. Capist. de author. Papæ, & Concil. Quæsito 4. Quæ uero & quanta sit Authoritas in Ecclesia mortuo Papa. Alibi, verbo, Papa, & uerbo. Ecclesia.

29 *Concilium habet semper authoritatem supra Papam.* ERRON. Loquuntur illi de Concilio generali, & dicunt, non quòd sit superius Papa tãtum quo ad authoritatẽ, hoc est, quòd Papę authoritas est maior authoritate Concilii, sed Concilium est tantæ authoritatis, quòd potest Papam omni de causa corrigere, & contra ipsum procedere. Hæc opinio, ne dicam error decipit. Nã Papa, ut probauimus est superior Concilio, & tunc tantum habet Concilium iurisdictionem supra Papam, quando Papa fuerit uehementer de hęresi suspectus. Turre Crem. lib. 3. cap. 50. & inferius uerbo Papa fusius probabitur. Ex Caiet. & aliis, dum examinabitur quando Papa potest deponi.

30 *Concilium præfigit leges Romano Pontifici.* ERRON. Cum Papa sit supra totam Ecclesiam pet consequens non poterit Cõcilium condere leges Papæ. Inferior non ligat superiorem ergo nec Papa Conciliũ. Secundo. Lex non cogit principem coactiue, ergo nec Concilium Papam. Tertio. Ex §. his itaque respondetur 25. q. Gratianus dicit, quòd sacrosancta Romana Ecclesia, habet authoritatem condendi Canones, sed eis non alligatur. Quarto. Host. Glos. ea uerba de elect. cap. significasti. Quod nõ potest subijci Papa statutis Conciliorum, quę confirmat tanquam superior. Quinto. Innocent. de elect. cap. Innotuit. Aperte dicit ꝙ Canon Concilij à Papa confirmatus, non li-

gat

gat eum. Turre Crem. lib. 3. capit. si. Capist. arg. 3.

31 *Concilium non potest Papa interpraetari.* HAERE. Potest, ac debet summus Pontifex omnem dubietatem, quæ in Ecclesia insurgit declarare. Hoc probatur ex uerbis. D. Greg. quæ habentur dist. 17. c. Nec licuit. Secundo, Concilium est confirmatum à Papa ergo poterit etiam interpretari. Cõfirmatur ex cap. Ideo 25. q. 1. §. his. Rursus interpraetari potest, si quid est ambiguum in sacra scriptura ergo & Concilium. Demum D. Tho. pot. q. 10. art. 4. dicit, quòd sicut posterior synodus habet potestatem interpraetandi aliũ, sic & Papa multo fortius. Turrecr. c. 52.

32 *Conciliorum decreta nunquam potest Papa, cũ aliquo dispensare.* ERRON. Potest aliquis dici a lege immunis tripliciter. Primo per interpraetationem, quæ propriè non tollit obligationem aliquam, sed declarat intentionem præcipientis, & præcepti. Secundo dicitur, per dispensationem, quæ tollit obligationem, quo ad aliquos, uel aliquem solum, puta, ut non ieiunet in quadragesima. Tertio est per reuocationem immunis, ut si quis reuocaret legẽ, nõ obligat amplius, Papa ergo potest dispensare, in his, quæ à Concilio statuta sunt, & reuocare. Probatur. Primo idem qui potest condere, potest etiam destruere, Ergo Papa poterit destruere. Secundo, Par in parem non habet imperium ergo unus non poterit alterum ligare Pontificem. Tertio, Imperator potest Imperatoris legem reuocare ergo unus Papa legem alterius Papæ à simili. Quarto, virtus consistit in medio, & quędã alio tempore probantur, quòd non in alio. ergo poterit mutare. Quinto, hoc docet. D. Tho. In tract. cont. Impugnantes religionẽ omnia statuta, quæ sunt iuris positiui potest Papa reuocare. Sexto, Innoc. c. non debet. De consang. & affini. Hoc etiam exemplis roboratur. Nam Rex Ezechias confregit serpentem Eneum 4. reg. 14. quia populi adolebant incensum; qui tamen Dei iussu, qui eum respiciebat sanabat omnes Nũ. 21. non ergo eadem eodem tpe seruando. Artaxersis Rex reuocauit literas contra Iudæos scriptas ad requisitionem Principis Aman. Hest. 16. Rursus, de ætate ordinãdorum Canones uarie loquuntur, nec semper quo ad ętatem seruata est eadem. Nam & ego ipse ante Concil. Trid. ætate decimi septimi annorum ad Subdiaeonatum fui promotus, & postea Concilium aliud decreuit. Pius Quintus declarauit multa, quę continentur in Concilio Trid. quæ uidentur tollere priuilegia mendicantibus concessa. Grægorius præsens Roma. Pont. quæ in gratiam mendicantium concessa fuerũt à Pio V. reuocat omnia Gregorius.

Si etiam Papa reuocat ea quę sunt in Canonibus Apostolorum, quare non poterit etiã Concilium, Turrecr. c. 55. Capist. in fine libri.

Obijciunt.

Primo non licet iudici nisi secundum leges iudicare, ut dicitur c. in istis dist. 4. Respondeo, quòd non loquitur de iudice summo. Secundo, Ecclesia recipit quatuor Concilia, sicut quatuor Euangelia. Dicitur, quòd non loquitur de illis, ut Concilia sunt, sed quo ad materiam, quam continent. Dico secundo, quòd est similitudo non identitas. Tertio cap. Sancta octo. di. 16. dicitur quòd Rom. Pontif. vsque ad apicem immutilata seruet. Dico, quòd sermo est, quo ad materiam, nempe articulos fidei. Quartò, hoc dicit Gratianus di. 19. §. hoc autem. Dicitur, quòd id non approbatur ab Archid. Quinto, dicitur 25. q. 1. c. sunt quidam. Quod ubi Dñs, uel Apli, & patres aliquid deffinierũt, non licet mutare. Dicitur, ꝙ loquitur ut supra. Nam alias dispensat cum bigamo. Sexto, Leo dicit in oct. synodo, de Nicenis Canonibus. Nulla nouitate uiolari. Dicitur, quòd absoluté loquitur non in aliqua causa rationabili. Septimo, inferior non reuocat, quæ sunt à superiore. Ergo nec Papa, quæ sunt à Concilio, quia sunt à Spiritu Sãcto. Dicitur, quòd secundum temporum oportunitatem Spiritus sanctus gubernat Ecclesiam, sicut arogatã fuit circuncisio, & alia, sic multo magis, quæ sunt iuris positiui, suo instinctu Papa reuocat. Octauo, principia in speculabilibus non uariantur. Ergo nec quo ad practicam.

Dicitur, quod verum; quo ad principia, quæ diuini, uel naturalis iuris. Nono, non potest tollere expositiones Sanctorum in sacram scripturam. Ergo nec Concilium. Dicitur, quòd hoc erit, quia à diuino iure pendent.

Dico secundo, quòd si fuerit dubium circa ali-

aliquid in fide, magis ſtandum ſententiæ Papæ, quàm aliorum ſapientum. Et contra eum, nec Hierony. nec Auguſtini authoritas valet 2.2.q.2.3. Multo magis ſi fuerit excellens doctrina. Decimo, ergo potuit D. Petrus reuocare epiſtolas Pauli. Dicitur quòd non potuit, non quia Pauli, ſed quia à Spiritu ſancto, ſic nec Papa poteſt, non quia Pauli, ſed quia à Spiritu ſancto. Nam de illis dicitur. Lingua mea calamus ſcribe. Turrecre. libro, tertio, capitulo quinquageſimo ſexto, & quinquageſimo ſeptimo.

33 *Concilium poteſt reuocare ſtatuta Apoſtolica*. ERRON. Quàm ſtultum ſit hoc affirmare, ex ſuperioribus manifeſtum eſt. Nemo enim poteſt, ſupra ea quæ à ſuprema facultate pendent.

34 *Concilium non poteſt Papa damnare, uel corrigere*. ERRON. Ex ſuperioribus etiam probatur huius dicti falſitas, ac ex rebus geſtis. Ariminẽſe fuit damnatum. Epheſinum ſecundum. Petro namque data fuit authoritas. Quodcunque ligaueris ſuper terram. Quare cum Concilia omnia a Papa confirmentur eadem ratione, poterunt damnari, ſi errãt in fide. Hinc, & Eugenius, & Leo Decimus Baſil. non receperunt.

35 *Concilia generalia non ſunt præſtantiora, ac digniora prouincialibus*. TEM. Licet ſi fuerint confirmata à Romano Pontifice ſint æqualis authoritatis, tamen ſecundum hominum æſtimationem, ac quandam ſollennitatem, præcedunt Concilia generalia. Ob Patrum multitudinem, & aliis circunſtantijs.

36 *Concilia ſi diſſona, ac contra ſint, cui eorum erit credendum*. Hoc certe arduum, ſed ſic poteſt conciliari.

Ea quæ in ſacris Conciliis tractantur, ſunt in duplici differentia, quædam de fide. Alia ad bonos mores pertinent.

Si unquam appareret, vel eſſet controuerſia circa fidem; quam nullam reperi. Tunc fides erit potius primo, uel antiquiori adhibenda, quippe quod Concilium, ac ſtatuta tot annis fuerit receptum.

Hoc dicit Iſidorus, ut dicitur in capitulo Domino Sancto, diſtinctione quinquageſima, & ſi uero ſunt contraria circa fidei mores, uel conſuetudines, ſic poſteriori potius credendum, quia ſic exigunt uariæ hominum operationes.

Vnde, nec Canones Apoſtolorum ſeruantur, quòd Clericus fornicator deponatur; nam per Concil. Gangrenſe mitigatur, & habetur capitulo Presbyter, diſtinct. 82. Sic de ſedibus Patriarchalibus, Conc. ſextum retractat, ea quæ in Niceno ſtatuta fuere diſtinctione vigeſimoſecunda, capitulo renouantes. Hugo etiam dicit, quòd contrarietas inter Concilia eſt quo ad nos, qui ea non intelligimus, non tamen ſecundum ſe; Obſer. quod contrarietas de natura Angelorum, quoniam Nicenum ſecũdum dicit; ſecundum Fidem catholicam eos habere corpus, & etiam anima. Cõcilium uero Lateranenſe ſub Innocentio decreuit eſſe Spiritus, conciliatur ab ipſo Bartholomeo Caranza in ſumma Concilii Lateranenſis, & nos tetigimus. Verbo Angelus, verbo anima.

Quoniam loquitur Nicenum ꝑ comparationem ad Deum, & ſic dicuntur corporei.

37 *Concilium ſi ſit contra Papam cui potius adhibenda erit fides?* Iacta ſuperiore diſtinctione. Dicitur, quòd ſi controuerſia ſit circa Fidem, Papæ potius ſtandum erit.

Hoc probatur authoritate D. Hierony. cap. hæc Fides 24.q.1. & gloſſ. capitulo nemo 9. q. 3. ſi ſit uero quo ad mores, tunc iudicio, Patrum erit ſtandum.

Hoc dicit Gloſſ. c. Anaſtaſius diſt. 19. ſic Petrus Paulo acquieuit.

Obſeruandum etiam, quòd controuerſia poterit eſſe circa condendum ius nouum, & ſic ſi fuerit honeſtum & habeat alias requiſiats conditiones poterit Papa aliis præualere, quia eſt princeps, & caput, ut 2.q.7. decreto, & capitulo enim, diſtinctione decimonona.

Dicit Papa Stephanus Quintus, quòd Eccleſia Romana eſt data in ſpeculum, & exemplar aliis, & Hug. & Archid. dicunt, quòd poſſet ſubditos compellere, ſi nollẽt acceptare, capitulo in iſtis, diſtinctione quarta.

Quando uero lex Papæ non eſt honeſta neque iuſta potius Concilio, ac unitantum perito ſtare debemus, ſic dicit Gloſſ. cap. in iſtis diſtin. quarta. Si uero Concilium uult abolere antiquum ius, & Papa non uult, tunc potius præualet ſententia Papæ. Probatur Epiſcopi ſunt legati per uerũ ius, ergo non poſſunt reuocare di. 4. in iſtis. Tũ qa qđ ſemel probatum eſt, non pt reuocari

niſi

nisi assensu Rom. Pont. 8. q. 1. Dilectissimi. Si controuersia sit in dispensando. Tunc sententiæ magis adhærendum c. veniam. 35. q. 9. contra Concilium repræsentat totam Ecclesiam vniuersalem. Ergo Papa non erit supra, uel magis tenemur sequi. Respondeo; quòd Papa non est maior Ecclesia vniuersali si caput includatur, & sic non potest errare, nec sequi tenemur nisi ipsum. Si uero Ecclesia accipiatur secluso capite, sic nō est maior, quo ad iurisdictionem, aut scientiam, imo solus Papa plus habet authoritatis, quam Ecclesia, quia est Pastor, alia sunt oues. Nec Concilium, aut alia congregatio Papa remoto repræsentat Ecclesiam uniuersalem. Vel si repræsentat tamen non est sine capite. Vt inferius probabo. Verbo Ecclesia.

38 *Cui parti Concilij standum erit quando controuersia fuerit inter Patres?* In superioribus probatum fuit, quod Concilium non cogitur amplecti eam partem, quæ plures habet sequaces, hoc enim causa est erroris, ut patet ex Concilio Arimi. Et Ephesino Secūdo. Nā unus solus rationabili causa, & scientia si contradicat debet aliis præponi iuxta cap. Nicena. di. 31. Alia supra diximus. Turrecr. c. 65. lib. 3.

39 *Concilium Papa iubente, non potest transferri de loco ad locum.* ERRON. Tanta supremi Pontificis authoritas, quod omnia concilia confirmat, ac approbat, multo magis, si ei expediens uidebitur, poterit de loco ad locum mutare. Adhuc qui nam pastor non poterit ad uirentia prata gregem conducere? Hoc factam fuit de Concilio Florentino, quod fuit ibi mutatum. De Tridentino etiam legimus, quòd sepius ex una in aliam ciuitatem sit vocatum. Legitur etiam 2. Matth. 5. Quod non propter locum gentem, sed propter gentem locum, Dominus elegit. Quod uero obijcitur, statutum fuisse, in Concilio Constantiense, quòd nō potest de loco ad locum mutari, & hoc fuit à Martino approbatum. Dicitur, quòd intelligit nisi urgēs, uel rationabilis causa aliter facere cogat. Nam alias, nō potuit Martinus Papa, successores ligare capitulo 66. lib 3.

40 *Concilium non potest Papam dissoluere ex rationabili causa quando Concilium reclamat.* ERRON. Illa met potestas, quæ potest edificare, potest etiam destruere. At Papa, potest congregare ergo & destruere. Hoc uoluit Propheta dicere, vt euellas ędifices & plantes. Hoc cōcessum fuit Petro. Quodcunque ligaueris erit ligatum, & quodcunque solueris erit solutū. Rursus potest Papa damnare Concilia ex legitima causa ergo potest etiam dissoluere. Gelasius hoc docet, quòd habet ius dissoluendi inquit c. cūcta 9. q. 3. Addo, quòd si Papa non posset dissoluere. Ergo cogitur ab aliquo, quòd est error. Esset confusio in Ecclesia tyrannidis, Concilium forte fauere poterit schismati, ac hostibus Ecclesiæ. Quis affirmari audet, quòd dum Pastor uidet lupum rapientem, ac dispergentem oues, non possit aliò confugere? Poterit ergo etiam eo inuito (nempe Concilio) dissoluere Concilium.

Obijciunt.

Primo Constantiense Concilium id prohibet eo Concilio reclamante, quòd Papa non mutat locum ergo multo fortius, nec poterit dissoluere. Iam dixi, quòd intelligitur de se, non si causa aliqua aliter facere suadet. Secundo, causa indiscussa propter quam est congregatum, non potest Papa dissoluere. Verum est, nisi aliud oriatur, vnde Papa iudicet esse dissoluendum. Tertio, Tractatur contra Papam, qui de hæresi est diffamatus, tunc non poterit Papa dissoluere. Dicitur, quòd iste est alius casus, & quia tunc Papa in fraudem, & non rationabili causa dissolueret, ideo non potest. Quarto, si potest dissoluere ergo potest statuere ne vnquam celebretur. Dicitur quòd si causa expostulat, & sit de illis supra declaratis, tunc non se Papam esse ostenderet, sed fidei hostem, ideo negatur, quòd possit prohibere, ne congregetur. Quinto, si potest Papa aliquod Concilium dissoluere poterit eadem ratione etiam omnia. Dicitur, quòd non est eadem ratio, ante confirmationem Conciliorum, & post, quia eo tempore, non potest, nisi modo declarato, quo ad aliquas consuetudines, non tamen statuta, quæ ex fide pendent. Sexto, si hæretici petunt Concilium, quia ad gregem uolunt redire, poterit Papa dissoluere. Dicitur, quia non est causa legitima. Sic etiam quando ad communem utilitatem Ecclesiæ esset congregatum non potest tunc Papa, quia habet potestatem in ædificationem, non in de-

destructionem Ecclesiæ. cap. 67. 69. lib. 3.

41 *Concilium Tridentinum, ratione loci non est legitimum.* Montanus. HAER. Multi aduersus hunc hæreticum scripserunt, quæ omnia paucis colligo, ac ostendo locum Tridentinæ synodi fuisse congruum. Ille est legitimus locus concilij, quem Papa eligit, & consentiunt omnes Christiani Principes. Talis fuit Tridẽtina ciuitas. ergo est legitimus locus. Maior probatur, quia ex sacra scriptura, aut Diuino iure, nullus præfigitur locus, pro celebratione conciliorũ; ergo erit iuris positiui, non Imperatoris, quia ad iurisdictionẽ spiritualem spectat, ergo ius eligendi locum apud Pont. Rom. erit. Minor certa est, namq; annuente Imperatore, ac alijs Christianis Principibus est congregatum eo loci, vnde omnes legatos miserunt. Secundo probatur ex canone 39. Concilij Constantiensis, qui dat facultatem Pontifici Romano locum eligẽdi dicens. Concilia perpetuò celebrentur his locis, quæ summus Pontifex per mensem ante Concilij finem designauerit. Tertio, Reges eligunt locum pro Comitijs celebrandis. ergo & à simili, Papa eligere debet pro concilio. Quarto cœnobitæ eligunt ciuitates, & locum pro eorum comitijs celebrandis. ergo & Papa poterit multo magis &c. *Obijciunt.*

Primo, Concilium debet in Germania cogi, sic enim in comitijs Imperialibus est statutum. ergo Tridenti. Hæc instantia nihil à proposito nostro reuocat, namque non est iuris eorum, locum pro Concilio statuere, sicut nec Pontificis pro eorum comitijs. Secundo, Ecclesiæ controuersiæ, eo loci deriuantur vbi sunt ortę, docet Cyprianus, li. j. epis. 3. At controuersia in Germania est orta. ergo ibi celebrandum est conciliũ. Hoc facillimum est refellere loquitur enim de causis particularibus. Nam neque concilia generalia antiqua ibi sunt habita, vbi ortę sunt hæreses. Et conciliũ pro vnione Græcorum Florentię est actum. Vel si verũ est, ꝙ assumunt cũ tot hæreses sint in Gallijs, in Anglia, Scotia, Pollonia, & alijs nationibus, eodem iure contendere poterũt esse celebrãdum apud eos. Tertio, Germania est in medio orbis, & habet ciuitates locupletes. ergo apud eos erat celebrandũ. Dicitur, ꝙ non cogit id, quoniam Tridentũ est inter confinia Italię, ac eius ora positũ est, Gallia, Hyspania, ac insulæ alię sunt prope. Nec ẽt verum est, ꝙ sit in medio orbis, sed in plaga aquilonari, à qua oẽ malum prouenire prædictum est ab Aquilone pandetur oẽ malum. Quarto, nulla est regio, q̃ abundat reb. necessarijs, nec aere salubri fruitur, non libera. ergo non erat ibi celebrandum. Hæc oĩa neniæ certe sunt, at qa ab aduersarijs producuntur, opus est ea, non ut respondeamus tantum afferre, sed ad mendacia conuincenda ac detegenda. Quod ergo dicunt de copia rerum, nũquid aliquid defuit, non modo ad uitam necessarium, sed quod ad delicate uiuendum? fora uenalia perpetuo refecta sunt, neque magno prætio si cum Italia, ac alijs regionibus conferantur. salubri ẽt aura, & benigno cœlo Tridentum fruitur. adeo, vt ex quadringentis ferè Epis, & Præsbyteris, annis graues, ætate confecti, affectaque valetudine ex studiis, atq; negociis, vix vnus, atque alter interierit, & quasi temperamẽto duas hapet sæpe numero æstates, ac hyemes, & vitali, ac Cœlesti aura videntur recreati. Quã sit libera apparet ex eo, quod vnusquisque viuit, vt lubet. Quinto est parua ciuitas, ita vt vix capere possit hoĩes illos. Fatemur ꝙ paruũ est oppidum & uix habet mille domos, sed tam capaces illæ sunt tam aptæ ad excipiendam hominum multitudinem, vt nemo conqueri de habitatione possit. Sexto, lingua Tridentina est imperfecta, Nam recte Germanice loquũtur, nec Italice, nec intelligi, nec alios intelligere possunt. Imo vero si aliquid hoc argumentum concludit, magis contra eos. Nam sola est ciuitas, quæ vtraque lingua polleat Germanica, & Italica, & quisque quo ad necessaria capere potest, quæ loquuntur.

42 *Concilium Tridentinum non est liberũ.* HÆ. Adeò liberum fuit Concil. Triden. qđ oĩb. facultatem accedendi concessit, oẽs hortatus est, vt veniat hoc saluus cõductus adeo aperte dicit, ꝙ nemo, nisi stultus conficiari possit. Obijciunt, primo contra Papam hẽt multa Germania, quæ adducere possit. At Papa præsidet ibi, ergo non est libera, vt dicat, quæ voluerit. Respondeo ꝙ Lutherani possunt dicere, quæ voluerint dummodo probent, at si non probant, & Catholici eorum dicta soluunt, & eos à veritatis via aberrasse demonstrant; Quare

non corrigunt errata. Secundo, iter ex Germania ad Tridentum, non est tutum. Hoc purum est mendacium imo vero illis liber magis patet accessus, qui ea lingua pollent, eiusdem sunt nationis, moribus similes, atque commertio amici. Tertio Tridentum à Cardinali Madrutio gubernatur, quod impedit libertatem. Quid concludit hæc ratio? Nonne Imperator est eius ciuitatis Dominus, nonne publica fides est Germanis data, quando unquam pia mater Ecclesia suos decipit, promissis non stetit? Præter, si quando Cardin. Madrutius super hæc haberet potestatem, cũ esset uir optimus, ac nobilissimus, nunquã sic fidem maculasset, sicut nec infecit unq̃. Quartò Episcopi, qui ad concilium conuenerunt sunt omnes Pontifici Romano addicti, iuramento, dum assumuntur ad Episcopatum. Tum quia ex familia, uel ex beneuolis Rom. Pont. sunt assumpti, quæ omnia adimẽt facultatem Episcopis, aliter definiendi. Hæc ratio & si prima facie uideatur maximi ponderis, tamen facile est soluere. Namque si hoc verum est. Neque Christianus est liber, qui in Baptismo renunciauit diabolo, & pompis eius, neque Protestantes, aut Centuriatores sunt liberi, quippe qui nouum Prophetam, ac Euãgelistam Belial sequi iuramento, & conuentione polliciti sunt, nec eis standũ erit, qui sunt ex familia Saxonia, uel ex alijs sectis. si quid ergo concludit contra nos, multo magis contra eos. Tenentur ergo Episcopi ex fidei promissione seruare fidem, ac illam tueri, non enim ex passione, vel terreno amore, sunt Pontifici addicti, sed diuino iure, vt oues sequantur Pastorem, & eos, qui extra gregem uagantur adducant rationibus, suasionibus, ne eos perire contingat. Quale enim poterit esse membrorum officium, uel opus, si fuerit à corpore diuulsum, ac separatum, abhorret natura hoc uidere. Quinto, Episcopi qui conuenerunt Tridenti simul cum Rom. Pontifice sunt multorum criminum rei. Quomodo ergo erunt iudices. Hoc solutum fuit supra, & ad pleniorem, ac vberiorem Mineruam monstrabo, quanti sit ponderis. Demus Episcopos omnes esse criminis obnoxios, at quis ex eis, qui eos inculpant est sine peccato, & qui inuentus fuerit primus lapidem mittat, apud Germaniam est Ecclesia, sine vllo neo, illi tantum sunt prædestinati, quales erant Donatiste in Aphrica, qui contendebant apud eos tantum esse Ecclesiam. Immo vero quamplurimi erant inter Patres viri probi, honesti, ac morigerati, ex Lutheranis vero nullus. Quis enim ignorat Martinum Lutherum virum impium, sacrilegum, mendacem extitisse, & tales esse filios non sine pijssimæ matris dolore, ac sanctissimi Patris lachrymis, quotidie videmus, qui vt auram popularem captent, vt superbis suis principibus inseruiant, contra Põtifices insurgunt, Ecclesias, Altaria spoliãt, vt cum meretricibus luxuriose viuant. Sexto, mox in initio Concilij atrox bellum contra nos motum est, inquiunt illi, quomodo ergo liberum erat. Quid facit ad rem bellum cum Concilio, nonne post bellum, vt quiete, ac pacifice omnia tractarentur millies deprecatus fuit Inuictissimus Carolus? Imo vero ipsi arma contra Christianissimum Imperatorem, vt caperent hortati sunt, vt cursum Concilij impenderent, ac omnia perturbarent. Hoc Cæsar sua protestatione demonstrat, & iuste suscepit arma contra violatores Imperij, qui Rempublicam perturbant, ideo armis poterant eo tempore castigari. Septimo, Romanus Pontifex prohibuit, ne libri hæreticorum legerentur. ergo non erat liber. Ex hac ratione nihil habent contra libertatem concilij, vbi venire, ac proponere omnia libere poterant, de librorum vero prohibitione alibi erit sermo.

43 *Concilium Tridentinum non fuit Generale.*

ERRON. Conuenire Episcopi, toto orbe dispersi, & Legati Romani Pontificis, Oratores omnium principum Christianorum, confirmatum fuit à Pio Quarto, ac Senatu Cardinalium, ex quo deducitur fuisse generale, nam quid prouinciale, vel Episcopale forte fuit? minimè gentium.

Obijciunt. Primo, non sunt Episcopi, ex toto orbe terrarum. ergo nec erit vniuersale, quia illi tantũ interfuerunt, qui erant amici Rom. Pontif. Hoc dictum est ab eis, in odium Rom. Pont. ꝙ tamen falsum est. Nam indictio cõis est omnib. & conuenerunt ex omni regione, vbi fides, vel ad modicum viget, sed vt victoriam reportent hæ

retici

retici sæpe mentiuntur. Dico secundo, ꝙ si verum est, quod assumunt, nullum erit generale concil. quandoquidem nũquam omnes Episcopi conuenerunt, at si sunt vocati, & non veniunt eorum est culpa. Secũdo soli Episcopi habent ius ferendi suffragium, & non laici, quibus olim datum fuit. Duo continet mendacia. Primum, ꝙ soli Episcopi data sit facultas ferendi iudiciũ, namque & Abbatibus & Generalibus ordinum data fuit, & iudicare poterant de controuersiis concilij. Laici vero non debent admitti, vt in superioribus diximus. Tertio, fuerunt laici in concilio Apostolorum, Act. 15. & admiserunt multitudinem. Solutum ac expositum est, ꝙ seniores qui fuerunt in eo concilio fuerunt Præsbyteri qui admissi fuerant ad consilium, non ut definirent. Quarto, intentio fidei pertinet etiam ad multitudinem, quia dictum fuit. Ipsum audite. Sed ad quid hoc afferre, omnes Christiani tenentur, fidem tueri, ac Rempublicam. ergo omnia ex æquo tractare debent, nulla est consequentia. Quinto, Panormitanus, Gerson, & Cusanus dicunt competere, & laicis ius definiẽdi in concilio, Si verum est, quod sint huius opinionis labuntur, & errant, & alijs adhærere debemus, ac Papæ decisioni, quæ decipi non potest. Sexto, Paphunectius, & Athanasius, qui Philosophum conuertit non fuerunt Episcopi. Dictum est ꝙ Præsbyteris licet consulere, ac disputare, at non definire, nisi authoritate Papæ, sic & Theologi in concilio fuerunt. Septimò olim multi erãt Episcopi viri doctissimi, & sanctissimi. At hodie non sunt, ideo & laici poterunt admitti. Imo vero, maxima est Episcoporum multitudo, nec desunt Theologi alij docti.

44 *Concilium Tridentinum non fuit Christianum.*

HAER. Quod hæretici probant non fuisse Christianum, ijsdem medijs contra eos demonstratur Christianum fuisse. Ex præsidente, ex loco, ex libertate, sic probant illi non fuisse Christianum, demonstramus nos extitisse Christianum. Ex ipsa vtilitate, quam ex eo reportauit Ecclesia, hoc ẽt probatur. Arguunt illi modum definiendi. Ex scriptura tantum inquiunt, nõ aliũde petenda est veritas. At falsum est, nam non solum ex scriptura, sed etiam aliunde requirenda, ut diximus. Secundo olim in medio concilij cõstituebatur liber Euãgeliorum, quo probabatur ex ipso tantum haurienda erat veritas. Nulla est consequentia. Tertio, Patres tantum ex scriptura requirebant veritatem. Dicitur, ꝙ scriptura sacra vocatur, quæ in canone scripturæ sacræ, & decretis sanctorum Patrũ, ac concilijs continetur, vt ait D.Th. opusc. 73. cap. 5. Quarto, scripturæ apertæ sunt. ergo non egent alia expositione. Dicitur, ꝙ sacra scriptura eget expositione. Quinto Christus traditiones reprahendit. ergo. At non vident, quod traditiones sunt in duplici differentia, quædam pugnant cum Euangelio, quas Christus repræhendit, aliæ ex eo pendent, quę sunt tenendę. Sexto, multi non habent scripta Patrum, nec ex D.Tho. quomodo iudicare poterunt de fide. Dicitur, ꝙ si vnus non habet, quamplures habent, ex quibus Patrum mentem cognoscere poterunt. Septimo, scripta, ac interpretationes Patrum sunt infinitæ, at lex debet esse definita, & iudicium, & talis est scriptura. Fateor ꝙ verbis finita est sacra scriptura, at non sensũ, & interpretatione. Octauo, non sunt ædita miracula, vt olim in confirmatione doctrinæ Augustini Hierony. ergo non tãquam certo eis erit adhærendum, ac iudicandum per ea. Satis est ꝙ olim in confirmationem doctrinę edita miracula essent, & ab Ecclesia vniuersali semel fuerit approbata, ut in Calcedó. vt diximus. Nono, sola sacra scriptura est publicum quodam à summa authoritate confirmatum. Est sacra scriptura tale, at non ea tantum, sed alia, & quæ in concilijs geruntur. Decimo, doctores profitentur se ex sacris litteris sua habuisse. ergo ex illis solum. Acceperunt principia, atque initium ex sacris litteris, at non ex illis tantũ postea aliqua sint statuta. Vndecimo fuerunt Romani Pontifices multũ rudes. quo modo ergo Ecclesiam iuuare potuerunt. Pauci fuere tales Pontifices, qui tamen spiritus Sancti assistentia, prudentum hominum iudicio, vel consilio recte definierunt, nam quo quis minus ingenio, atque doctrina ualet, eo magis in arduis, aliorũ consilium requirit. Duodecimo, egerunt Patres, quæ illius temporis opportunitas exigebat, at non quod modo. Erunt ergo quo

P 2 tidie

tidie apud eos leges mutandæ etiam Imperatoris, quasi humanæ vitæ nulla sit certa regula morum. Decimotertio, Patres prudentiores à suis scriptis ad sacram scripturam nos ablegant. Fecerunt hoc Patres, vt quisque cognosceret eos nihil contra scripturam scripsisse, sed consonum. Decimoquarto, nullus Patrum sacram Bibliam totam explicauit; non fuerunt in linguarum cognitione eruditi. Plerique ad allegoricum sensum ueniunt, nec reddunt litteralem. Mentiuntur dum primo loco illud afferunt. Nam Hieronymus omnem, & Origenes exposuerunt. Dato etiam quòd vnus totam non sit interpræta tus, tamen ubi unus defecit, adest alter. Nec linguarum noticia fuit necessaria. Demum si allegorice interprætati sunt, sic sensum litteralem tamen, vt fundamentum supponunt. Decimoquinto, nõ fuere vnanimes in expositione sacrarum litterarum immo contrarij. Dicitur quòd in leuibus fuerunt, non in præcipuis, quæ fidei sunt fundamenta, & vt homines opiniones uarias de aliquo habuerunt. Decimosexto Si ex scriptura tantum iudicare non possumus, erimus Hæbreis longe inferiores, qui ex salmudicis comprehendunt omnia, adeo distincte, ut nihil addi, vel immutari possit. Hoc concedo, quòd semper aliquid noui occurrit, ideo datus est Spiritus Sanctus, qui suggerit omnia necessaria, & Pastores, ac Doctores, remanet certa regula prima, nempe sacra scriptura cui addi, nec subtrahi aliquid potest. Decimoseptimo, D. Augustin. dicit quòd Sacrarum scripturarum tantum testimonio uti debemus, & passus est ab heretico reici Nicenum synodum. Respondeo, quòd falsa assumit, immo vero D. Augustin. concilijs interfuit, & epistola ad Ianuarium. q. dicit, Illa, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ toto terrarum orbe seruantur. Ex quo habemus, quòd alia prater ea, quæ scripta in sacris litteris sunt tenenda. Et lib. 6. contra Donatistas de beato Cypriano loquens, dicit Ecclesiam illum damnasse, nec affert testimonia scripturarum. Concilium Nicenum, sine ullo sacrarum scripturarum testimonio, filium Homusion cum patre definiuit. Alia exempla sunt de hac re. Decimooctauo, concilia ex scripturis multa de religione scripta confirmat.

Non negamus, quod concilium, ubi sunt aperta testimonia scripturarum, ea adducere non possit, sed ubi desunt ad summorum Pontificum decreta, ac Conciliorum est recurrendum. Decimonono, plures faciunt Ecclesiam, quàm scriptura. Nos non pluri facimus ecclesiam scriptura, sed se habent sicut excedentia & excessa. vt verbo, Ecclesia, erit proprius sermo. Vigesimo, imponunt nobis hæretici, nos dicere non esse adeo sacras litteras excipiendas, quoniam eis utuntur hæretici, atque oriuntur ex illis hæresis. Dicitur, quòd decipiuntur, nec nos vnquam hoc diximus, immo sacras litteras excipimus, exosculamur, & primas sedes damus illis. Oriuntur ex mala intelligentia earum multa hæreses, quod non est in sacras litteras referendum. Vigesimoprimo Diu. Augustin. tractat. secundo in epistolam Ioannis ait. Scripturam fundamentum esse aduersus errores, nõ autem errorum originem, fontemque. Vtrunque dictum apprime probat intentum nostrum. Diximus, scripturam esse primam originem ad fidei principia, ubi desunt traditiones &c. Diximus, quòd scriptura de se est fons limpidus, & clarus, nec errorũ est causa, uitio tamen nostro, sæpe enascuntur errores, qui non sunt ex scriptura, ut sic. Catholicum itaque, atque uniuersale fuit Concilium.

45 *Concilium Tridentinum non veram, ac legitimam rationem seruauit.* HAERETI. Vt omnem adimant authoritatem sacro huic concilio, hanc etiam excogitarunt hæresim, qua reprahendunt, non seruatam fuisse veram, ac legitimam normam a Christo præscriptam, ac in alijs Concilijs obseruatam. Hoc vero quam sit falsum, me tacente, quisque conspiciet, ex superioribus. & magis elucescet ex sequentibus eorum obiectis, quibus satisfacio.

Obijciunt.

Primo, Papa non admonuit per litteras suas, priusquam conuenirent, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos omnes, vt prius in synodis prouincialib. fieret cõsultatio, & sic electos ex omni Ecclesia uiros Tridentum destinarent. Duo dicit obiectio.

Vnum

Vnum certum, quòd fuit obseruatum, alterum falsum, nec necessario prætermittēdum. Primū constitutū est, vt res, de qua erat disputandum prius etiam alijs innotescant, ut sic interim cogitent de remedijs libros euoluant hoc testantur Pontifices esse factum antequam Tridentum conuenirent, hoc faciendum esse admonet Diu. Aug. contra Donatistas. Alterum est incertum ac dubium, imo falsum, ꝙ prius in cōcilio prouinciali sit res discutienda, neque testem, aut exemplum ad hoc afferre possunt. Secundo, non est obseruata norma in discussione, sed omnia cōfuse tractata sunt. Qui leget concilium agnoscet, quomodo in quacunque sessione actum sit, & proposita quæstio discutienda adeo, vt nihil manifestius desiderari possit. Tertio, prius sūt Romæ omnia tractanda à quibusdam architectis disposita, quæ ergo norma, vt quisque illam tenentur sequi. Respondeo, ꝙ hoc nec ipsi arguere possunt, quandoquidem, hoc esse præmittendum iā ab eis probatum est. Quarto olim decreta non pendebant ab aliquo, vt modo. Dico ꝙ hoc falsum nam tot extant epistolæ Pontificiæ, ac Decreta & responsa, vt hoc falsum esse cognoscatur. Quinto olim præsidentes nullū habebant ius determinandi, sed erant custodes pacis. Dico ꝙ verum de Laicis, at non de Legatis, vt ex gestis antiquis probatum est supra. Sexto, olim Episcopi per se ipsos controuersias componebant, modo libros hæreticorum attingere prohibētur. Dico ꝙ hodie hoc obseruatur, ut quia lib. hæreticorum euoluere periculosum est, ideò & hoc vetitum est, quoniam qui tangit picem inquinatur ab ea. Septimo olim publicè omnia discutiebantur, hodie in angulis omnia tractantur. Hoc purum est mēdacium, & conuocatio, & indictio concilij hanc falsitatem ostendit. Octauo olim actores, & rei ad libitum suas causas agitabant, ac defendebant, at modo pro Legatorum libidine deliguntur. Soluitur hoc, negando, ꝙ rei non admittantur, & actores, imo potius ad hoc hæretici vocati fuerunt. Nono olim in primitiua Ecclesia, non tantum Decreta, sed & disputationes, & singulorum Episcoporum sententia datæ fuerunt in lucem, at modo tantum decreta. Hoc falsum est, nec vllo exēplo probare possunt, imo in Concilio Apostolorū fuit dictum. Visum est Spiritui sancto, & nobis, nec dissensiones, aut placita scripta sunt. Nec in conciliis vniuersalibus hoc factum legimus. Sententias etiam Episcoporum nec ita distincte scribit notarius, sed accipit ab his, quæ publicè dicuntur, sat enim est nosse veritatem. Vetus ergo consuetudo seruata est.

46 *Concilium Tridentinum potest in multis redargui.* HÆR. Post tot, ac tanta, quæ Montanus, ac Protestantes scribunt contra synodum, hęc etiam addunt, quibus eā mordent. Et primo ostendunt, quia non est seruata consuetudo, & decretum, vt conciliū in Germania celebraretur. Secundo eo tempore contra Lutheranos atrox bellum est exercitatum. Tertio, non poterant Episcopi propter tumultus bellicos venire. Quarto, fuerunt Episcopi viri flagitiosissimi. Hæc omnia sunt supra soluta. Quinto, concilium fuit in duas partes diuisum partem Bononiæ, altera pars in Tridentina ciuitate. Ad hoc dico, quòd fuit iustis de causis. Sexto, quidam Episcopus, qui paulo liberius loquutus est, Romam adire iussus est, quæ ergo fuit libertas. Respōdeo, quod hoc verum est, quia non fuit tā leuis culpa, quæ purgatione non indigeret. Nec sic tractatum fuit in concilio, quia paulo liberius fuisset loquutus, sed qa male cōtra fidem. Alij etiam fuere, qui in Romanum Pontificem debacchati sunt, & synodus tacuit, & eorum zelum non iniquo animo tulerunt Legati. Hęc sunt contra synodum Tridentinam dicta à Protestantibus.

47 *Concilium nullo modo est vniuersale, si non adsunt omnes Episcopi.* ERRON. In æquiuocis contingentes sapientes decipi. Ideo hęc vox vniuersale oportet exponere, quod vniuersale dicitur nonnunquam, quando adsunt omnes Episcopi, & Prælati. Secundo ab ipsa authoritate. Primo modo vniuersale concilium requirit præsentiam, vel saltem, quod vocentur omnes Prælati. At vt sit vniuersale quo ad authoritatem nequaquam, sed illud, & vniuersale concilium, quod à Papa per Legatos fuerit congregatum. Nam Apostoli celebrarunt concilium de cessatione legalium vbi tantum Petrus, Iacobus, Paulus, & Barnabas conuenerunt Hierosolymam, & cæt. Rursus. Tempore

Concilij Papæ hæresis orta est negans indulgentiam, & synodus Romæ celebrata est contra eum, nec omnes conuenerunt. In Concilio etiam Romæ Syluestr. non omnes fuerunt Episcopi. Tempore etiam Cœlestini aliud contra Nestorium est coactum. Alia etiam fuerunt sub Hilario Papa, sub Felice III. sub Gelasio, sub Symacho, sub Stephano III. sub Nicolao I. sub Gregorio VII. sub Calixto II. sub Innocentio II. sub Eugenio III. sub Alexandro III. sub Innocentio III. Clemente V. Leone X. ad quæ non omnes conuenerũt. Hoc ergo Concilium, quod & generale nũcupatur, non exigit ꝙ adsint, nec vocentur omnes. sed eius authoritas ab ipso summo Pontifice pendet; & vbi est nobilior pars, ibi etiam & totum corpus esse dicitur, hinc generale erit Concilium, & si non omnes Prælati fuerint vocati.

Obijciunt.

Primò, Concilium vniuersale constituit Papa, cum omnibus Episcopis. ergo saltem debent vocari. Dicitur ꝙ non tantum illud est concilium vniuersale, sed ꝙ authoritate Papæ fuerit congregatum cum aliquib. Episcopis. Alias pauca fuerunt vniuersalia vbi omnes Epi totius orbis fuerint vocati. Secundo Concilium est, quod repræsentat totam Ecclesiam, vt dicitur cap. confidimus. 15. q. 1. ergo exigitur vniuersitas Prælatorum. Hoc eodem modo soluitur. Tertio Rom. Pont non est dicendus vniuersalis, iuxta, cap. vbi. dist. 99. Ad hoc respondetur, ꝙ illud dictum propter humilitatem, sed reuera dicitur Icomenicus, sic enim appellant Patres synodi Calcedon. & B. Tho. contra Errores Græcorum. Quarto, si Papa, cum paucis Epis potest celebrare concilium. ergo res fidei tractare non est cõe omnibus. Respondeo, ꝙ non est in fidei præiudicium, nam solus Papa potest, quæ sunt fidei declarare, sine alijs. Cõfirma fratres tuos dictum fuit, & non quod alij ipsum cõfirment. Quinto si Papa potest, cum paucis quibusdam statuere, quæ sunt fidei. ergo frustra congregat concilium. Dicitur, ꝙ non est frustra, neque tamen congregatur ad pleniorem authoritatem, sed vnionem, & ad maiorem solemnitatem, ac alijs de causis. Sexto, si Prælati omnes non tenentur interesse cõcilio, quare reprehendũtur de contemptu, vt habetur, cap. quo d sicut de elect. Ad quod respondeo, quod si vocati renuunt venire, tunc arguuntur quasi contemptores.

48 *Qui ergo vocandi sunt Patres ad Concilium?* Quas exigat Prælatus conditiones, vt sine scandalo, concilio interesse possit, assignãt Doctores, & quatuor requiruntur. Sapientia, vitæ sanctitas, experientia, & zelus. Hoc dixit Constantinus Imperator scribẽs Agapitoni Papæ pro sexta synodo. Adhortamur vestram paternam beatitudinem, per præsentem nostram piam sacram dirigere viros vtiles, & modestos notitiam habentes &c. Debent ergo adeo sapientia resplendere, vt sint aliorum lumen, & splendor, vt ex Diony. dum 7. q. 1. Conuenientibus. Secundo, vitæ sanctitate debent pollere, & uere eorum congregatio dicere in consilio iustorum & congregatione. Tertio debent esse experti, ex qua prudentia gignitur; nam qui non est expertus pauca recognoscit. Eccl. 24. Quare debeat habere zelum Dei. & uere dicere zelus domus tuæ comedit me. De hoc zelo legimus, Iudi. 20. Congregati 400. milia, dixerunt, ꝙ non redirent domum, donec vlciscerentur scelus commissum in uxorem Leuitæ in Gabaa. Hæc ergo ad verum Pastorem, ac Concilij iudicem requiruntur. Obiiciunt. Primo, exemplo Apostolorũ in quo Concilio fuere omnes. Iam diximus, quòd nõ omnis ritus Apostolorum est omnino à nobis obseruandus, nam baptizabãt in nomine Christi, communicabant sub utraq; specie, & alia, Paulus circuncidit Timot. erat tunc Ecclesia incipiens. at nec eadem puer facit, quando factus est uir, sed euacuat, quæ erant paruuli. ait Apost. Quando tamen agitur contra aliquem tunc potest admitti. Turrecr. li. 3. c. 15. & 19.

49 *Trullana synodus est ne authoritatis?* Ambiguum semper mihi fuit, alteram partem condemnare, & consulenda esset sedes Apostolica de hoc, nam sunt ex utraque parte ualidissima argumenta. Quod enim nõ sit authoritatis probatur. Primo, quia dicit Synodus quinta nõ fecit canones, ideó nos facimus. Hoc autem non erat munus suũ. Secundo, quis conuocauit illam. Tertio, quis approbauit. Quarto ex eius nomine damnatur. Nam appellatur quinisexta, nã nec

nec sexta, nec septima, sed quasi monstrũ quoddam, quinisexta. Quinto, synodus vocatur ad hæresim tollendam, vel confutandam, hæc vero, tantum fuit ad condendos canones, & quid opus erat tot Patribus à proprijs sedibus Cypri ad condendos canones, non erant tot Apostolici . Niceni. Ancyrani? Imo vero nec sexta synodus uoluit Ecclesiam onustam discedere, nec aliquem, vel paucos edidit. Sexto, in canone secundo confirmat, & approbat can. Apostolorum, quod tamen adhuc pro explorato omnino non habet, quia nominat tertiũ librum Machabæorum, de his supra. Septimo, eodem canone, comprobat dictũ Cypriani de rebaptizandis hæreticis, ꝙ fuit olim ab vniuersa Ecclesia explosum 8. can. 3. dicunt esse multum rigoris in Eccle. Ro. non posse bigamum ordinari, & contrariũ decreuerunt. Octauo, can. 13. iubet, vt Hypodiaconi, Diaconi, Præsbyteri à suis legitimis uxoribus non separentur, ꝙ est contra Rom. Ecclesiæ statutum. Nono. can. 15. contra Eccles. Rom. insurgit de ieiunio, & ait. Quoniam intelleximus in Romanorũ ciuitate, in sanctis quadragesimæ diebus in eius Sabbatis ieiunare, præter Ecclesiasticam traditionem, sanctæ synodo visum est, ut in Romana Ecclesia si quis fuerit inuentus Sabbato ieiunans, clericus deponatur laicus segregetur. Hæc illi per totum canonem, & quis confirmauit hoc? Decimo, can. 62. Præcipit præter sabbatum, & Dominicam, nullas nouas Hostias consecrari, sed ut apud nos, in die Parasceues conseruari, ꝙ Romana Eccl. nõ approbat. Vndecimo, can. 67. Damnat, qui suffocata comedunt. At Latini Decretum Hierosolymitanum quo ad breue tempus seruari exponit, quandiu Iudæorum, & gentium Ecclesia coalesceret, & sinagoga cum honore sepeliretur. Non ergo sunt authoritatis. In hoc Gratianus deceptus est. dist. 16. ca. placuit. & c. quoniam. de consecr. c. Iacob. dis. 1. & dis. 2. de consecr. c. didicimus. & 27. q. 1. c. si quis Episcopus. Quibus locis attribuit canones Trullanos sextæ synodi. Turrecrem. itemque cõfisus est diligentia Gratiani errauit, de ætate, & qual. ordinandorum, cap. a multis, qui tribuit hos canones sextæ synodi. Hoc fecit D. Thom. sequendo Gratianum, & alij multi. Hos sequuntur mordicus Græci.

Hanc sententiam probat Anastius Apostolicæ sedis bibliothecarius, in proœmio 8. synodi, de quo dicitur dis. 63. cap. 2. Eiusdem opinionis est Theophanes Græcus Historicus. Humbertus Syluæ. Episcopus candidæ Apocrisarius Leonis Noni. Probantur etiam ex subscriptione. Vbi Iustinianus I. subscribit, postea, qui intersuerant sextæ synodi, nec numero pares, nec nominibus similes sunt. Beda etiam de natura rerum lib. cap. 67. Affirmat Sergium noluisse subscribere requisito à Iustiniano his Decretis. Platina in vita Sergij ait, noluit approbare hos canones. Vnde Iustinianus misit Romam Zachariam, ut uictum Sergium ad se traheret. Hæc Platina. Et idem in vita Ioannis VII. qui fuit tempore eiusdem Iustiniani ait. Quod misit duos Metropolitas Romam post mortẽ Sergij, vt adhortarentur Ioannem, ut quæ de Homusion credunt Orientales, idem Occidentales sentirent. At homines re infecta ad Imperatores misit. Ex his ergo probatur, ꝙ non sint authoritatis.

Qui hanc sententiam sequitur respondet obiectis alterius partis. Arguunt itaque primo, quòd sint authoritatis. Septima synodus recepit eos, & est Tharasius. Respondeo, quòd utitur uno Canone contra Græcos, quo imagines sint adorandæ, nec sequitur, quod omnes approbet. Nam & Diu. Paul. citat verba Menandri Arabi, & Epimenidis, nec per hoc omnia ædita ab eis approbat, sic Concil. septimũ. nec tempus erat ea confirmandi. Nam nec erat altercatio, an Trullana synodus, probanda esset, sed an essent Imagines venerandæ. Quæ ergo dicebantur in Concilio illo à priuatis hominibus, nè noua lites suborirentur illa dissimulata sunt sapiẽter à Patribus, quia non erat controuersia de eis. Imo si paganorum, ut licet exemplo, quanto magis illo. Secundo Concilium Florent. Act. quinto. Citat hos canones. Respondeo, quòd hoc non adeo clarum est, nam nominat, quæ in sexta synodo sub Constantino Patre Iustiniani sunt ædita, ut patet Act. 17. Quæ, quoniam apud Trullum Regium Palatium, celebrata est, quòd de ea dicitur, affirmari videtur, de ea, quæ apud Trullum fuit. Tertio Gratianus, Innoc. Adrianus. D. Tho. citat hos canones. Dixi iam, quòd Gratiani error

fuit erroris causa omnium. Quarto, Nicolaus primus scribens ad Michaelem Imperatorem, vtitur authoritate horum Canonum. Ex dictis patet solutio. Nam & aliorũ vtimur dictis ad rem nostram confirmandam dummodo modo non sint contra fidẽ. Quinto, Adrianus recipit disti. 16. cap. sext. De cons. distinctione tertia capitulo sextas. Hoc eadem uia soluitur. Dicitur secundo, quod uerba illa sunt Tharasij ad Adrianũ, & non Adriani ad Tharasium, ut Gratianus existimat. Tharasius ergo recipit, ut patet Act. 3. & 2. sept. synodi. Adrianus vtitur contra eos, vt proprio Mucrone confodiat. Et sensus est, si uos recipitis Canones illos, vt diuinos. Cum Canon 82. Imaginẽ Christi venerãdam esse velit, quare modo imaginem depugnatis. Hæc sunt quæ probãt, sic soluta.

Concubina.

Concubinam tenere, non est peccatum. HAER. Non est hæreticus, qui tenet concubinam, nisi aliud addatur, sed si quis sibi, uel alteri suadeat hoc sine lætali crimine posse fieri, erit hæreticus. Quantum uero peccet, & graue sit peccatum. Trid. synodus demonstrat sess. 24. capitulo octauo, & Chrisost. sepius inter alios inuehit in concubinarios. Concubinæ uero Patriarcharum erãt uxores, quo ad finem principalem matrimonij, ut prolem haberent, nõ autem quo ad secundarium, quòd est regimẽ familiæ. D. Tho. 4. dist. 33. q. 1. 3. c. Et hoc fuit ex dispensatione Dei. Pro conciliatione itaque animaduertendum est, quòd concubina dicitur dupliciter. Primo proprie, pro ea quæ ad usum uenereum illegitime tenetur. Et sic non licet. Secundo pro ea quòd non est principalis uxor, & sic Patriarchæ habebãt concubinas, erant enim matrimonio coniunctæ, sed quia non erant principales in regimine domus dicebantur concubinæ, eo quòd erant ancillę principalium vxorum. Sic Agar, & Cetura, in domo Abrahę, & Bala, & Zelpha ancillæ Rachel, & Liæ. Hinc peccauit Salomon, quia habebat plures concubinas ex aliena etiam natione. Quod nõ erat permissum nisi habere plures uxores. Nec tamen cum omnibus dispensabat Deus, sed cum illis, qui eis bene utebantur, & caste, & quando erat necessarium. Sic scribit Palud. quarto, distinctione trigesima tertia quæstione 1. tertio. Scot. distinctione trigesimanona. Bulifer. quarto distinctione trigesimasecunda, quæst. octaua, & communis est Theologorum opinio. Ferr. tertio cont. Gent. capitulo 125. Quod uero concubinam uocet vxorem scriptura elicitur, ex capitulo decimonono. Iud. & vigesimo, de uxore cuiusdam leuitæ.

Concupiscentia.

Concupiscentia per baptismum remouetur, & extinguitur. HAERE. Non solum, quòd in nobis est pugna quotidiana manifeste conuincit remanere concupiscentiam. Verum, & D. Paul. dixit. Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ &c. Et alibi. Caro concupiscit aduersus Spiritum. Et cum Dominum sepius rogasset, ut ab eo auferet stimulum carnis, ei fuit responsum, sufficit tibi gratia mea. Et ad Rom. sexto nos admonet dicẽs. Post concupiscentias tuas ne eas. D. Iacob primo. Vnusquisque tentetur à propria concupiscentia sua abstractus, & illectus. D. Augu. lib. 2. de peccatorum meritis, & remiss. capitulo 30.

2 *Concupiscentia nunquam est peccatum.* HAERET. Duo postrema præcepta decalogi uetant concupiscentiam, ne quis uxorem ac rem alienam desideret dicens. Non concupisces uxorem proximi tui, non domum, non agrum &c. Deut. quinto. Et Eccl. vigesimoquinto. Ne respicias in mulieris speciem & non concupiscas mulierem in specie. Matth. quinto. Ego autem dico uobis, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est eam, in corde suo. Ad Rom. decimotertio. Non concupisces. Iacobus primo. Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum, uero, cum cõsũmatum fuerit peccatũ generat mortem.

3 *Concupiscentia est ipsum originale peccatum.* HÆRET. Si per baptismum tollitur, ac deletur peccatum originale, & remaneat concupiscentia ut demonstratum est, certe unum non erit aliud, sed fateri opus est, ut distinguantur inter se.

Concupiscentia namque est appetitus delectabilis, uel delectationis in appetitu sensitiuo, & est in concupiscentia, quæ nec per gra-

gratiam remouetur, quia nec tunc sensus obedit rationi, sed tamen moderatur, quatenus homo plus excitatur in gratia, & aliquo modo est contraria; & aliquo modo non ipsi gratiæ, & ideo stāt simul. D. Thom. pri. secundæ quæst. trigesimatertia 1. Bona. secundo distinctione trigesimaseptima qu. prima.

Concupiscentia semper est uere peccatum, & illa quę remanet post baptismum. HAERET. Cū omne, quod uere ac proprie est peccatum per baptismum remoueatur, alioquin nec filios Dei non gigneret, profecto, nec illa concupiscentia est peccatum. Quod sic expono. Cōcupiscentia dicitur tripliciter. Primo pro appetitu uegetabili, quæ est à fomite, & inordinata, & est à corruptione originalis culpæ & talis non est peccatum, quando enim caro concupiscit, & ratio resistit non est peccatum, alias esset peccatum illud Diui Pauli. Caro concupiscit aduersus spiritum &c. Nec totaliter ligat rationem licet obnubilet.

De qua D. Augu. libro primo capitulo decimotertio contra Pelag. & libro primo de nupt. & concup. Modo uero loquendi dicitur peccatum, quod peccato facto est, cum iam in regeneratis non sit ipsa peccatum. Sicut lingua uocatur loquutio, quam facit lingua, & scriptura, manus uocatur, quam manus ipsa facit. Item uocatur peccatum, quia peccatum si uincit hactenus. D. Augustin.

Condormientes.

Condormientes dixerunt posse uiros, ac fœminas licite simul dormire. HAERET. Quis non uidet dum quispiam igni approquinquat, quòd eius calorem sentit, quis solis calore non calescit, si scandala, ac omnia, quæ ad malum inclinant, sunt à uiro probo remouenda (nam plus satis sunt proni sensus hominum ad malum) quomodo non etiam ea quæ aperte sunt ruine causæ.

Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Eccl. 3.

Quare Dauid uir Sanctissimus Dominum deprecatur. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem, & alius cōqueritur mors intrauit per finestras meas.

Puto ergo adeo licere condormire cum muliere, quod si Angelus de Cœlo hoc diceret, non obtemperarem, quia esset in Angelum lucis transformatus.

Confessio.

Confessio auricularis facta Sacerdoti, inuentum est humanum. Luth. HAERET. Erasmus etiam & si profiteatur dissentire a Luthero, tamen ei adhæret.

Confessio ergo diuino instituto, non hominis placito data est.

Antiqua enim, ne dum noua lex eam sepius nobis præcipit. Et Iudæis Sacerdotibus est præcepta. Leu. decimosexto c. Et exigit Deus peccatorum expiationem, & confessionem antequam expiari possit. Num. quinto. Et tandiu nos affligit, quandiu fuerint expiata peccata nostra. Leu. vigesimosexto f. Confessionem etiam inter gentem futuram post susceptum ab ipsis Euangelium prædicitur secundo Regum vigesimosecundo d. De confessione Dauid habetur secundo Regum decimosexto, & Psal. quinquagesimo. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. Tibi soli peccaui. Et Psalmo sexto. Confitebor tibi Domine, in toto corde meo, & si sciam de confessione laudi accipi posse.

In noua nero lege habemus à Chr̄o Domino Ioan. vigesimo dictum fuisse discipulis. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

Legitur etiam eos, qui à Domini præcursore baptizabantur confiteri peccata. Nam dicitur, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Et D. Ioan. capitulo primo si confiteamur peccata nostra fidelis est, & iustus Dominus, ut remittat nobis illa, & emundet nos ab omni iniquitate. Et D. Iacob. capitulo quinto. Confitemini alterutrum peccata vestra. Vel si hæc testimonia non sunt satis, huic saltem hæretici acquiescant, quod incredibile uidetur, hominium genus, tanto oneri ceruicem subiecisse, se humano Consilio constituta.

Concilium Flor. in doctrina de sacramentis.

Secunda est oris confessio. Triden. sess. decimaquarta capitulo quinto, & Can. quarto, & Can. 6. vetustissimus est modus sic confitendi, unde in hist. trip. libro nono capit. trigesimoquinto traditur antiquitus

fuisse

fuisse ut presbyter quidam honestę couersationis; per Pontificem constitueretur, qui celare deberet ea, quæ per confessionem à plebe, sibi clanculo detegerentur, inquit Sozomenus. De hac Leui. 5. dicitur. Agat pęnitentiam pro peccato. Hæbraicus Textus habet. Et confitebitur peccatum, quòd peccauit. Cyrillus ex eo loco deducit confessionem, quam D. Petr. 2. cap. 2. Comparat vomito. De confessione loquitur Clemens in Epistola, vt Turrianus citat. cap. 19. Diony. Areopag. de Eccl. ca. 5. Hier. cap. de pie defunctis. Epistola ad Demophilum. Cyprian. lib. 3. Epistola. 14. Ad Exomologensi veniant, & manus impositionem Episcopi, & Cleri ius communicationis accipiant. &c. & infra. Non dũ manu eius ab Episcopo, & Clero imposita Eucharistia illis datur, cum scriptum sit. Qui ederit panem, aut biberit calicem Domini indigne reus erit corporis, & sanguinis Domini. Hoc idem Epistola 3. ad Cornelium lib. 1. & li. 3. Epistola 18. & serm. 5. de lapsis. Confiteantur singuli quæso vos fratres delictum suum; dum adhuc, qui delinquit in seculo est, dum admitti eius confessio potest. Athan. in serm. super illud. Ite in Castellum. Basil. quæst. 288. in regulis breu. & q. 229. & Epistola 3. Canonicum ad Amphilochium. can. 73. dicit ergo primo loco. Necessarium videtur his, quibus dispensatio mysteriorum Dei commissa est, confitenda esse peccata. D. Augu. millies, & ex lib. 50. Homiliarum, Homil. 50. cap. 10. Implicatus ergo tam mortiferis vinculis peccatorum detrectat, ac differt, aut dubitat, confugere ad ipsas claues Ecclesiæ, quibus soluatur in terra, ut sit solutus in Cœlo &c. Leo Mag. Epistola 91. ad Theodorum Foroiuliensem Episcopum. Quod sacerdotale mynisterium implere non potuit, suæ iustitiæ reseruauerit. Multum enim vtile, ac necessariũ est ut peccatorum reatus, ante vltimum diem sacerdotali supplicatione soluatur. Petr. Dam. Epistola prima in fine. Licet ad dubitans auriculatoris subloquẽs, quindecim sibi annos pœnitentiæ indixit. Maximus. Centuria 4. cap. 62. Posterior (de confessione loquitur) autem fieri dicitur, ad arguenda, & examinanda, quæ perperam gesta sunt. Cyrillus lib. 3. super Leuit. Chrisost. Hom. 3. super Matt. Hoc etiã Amb. D. Hierony. & scholastici omnes sentiunt. Nisi quòd D. Bon. dicat quòd confessio fuit a Christo insinuata, ab Apostolis instituta, & à Iacobo Hierosol. Episcopo promulgata, quod Scot. reprobat. Nam sacramenta fuerunt a Christo instituta. Biel. 4. dist. 17. q. prima. art. 1.

Nituntur probare aduersarij, quod Confessio auricularis, non sit iuris Diuini. Nã Hectarius vir Sanctus Episcopus Constantin. eam abrogauit, ut dicitur in Hist. Zozomeni. Respondetur primo, quod historiã illã Ecclesia omnino non recipit; quia mẽtitur multoties, ut testatur D. Grego. Epistola. 195. Dicitur secundo quòd historia Zozomeni cum Socrate conferenda est, qui lib. 5. cap. 19. ãit. Visum est tempore Theodosij, & Siricij Papæ, quo Hectarius erat Episcopus Constantin. Presbiteros, qui erant pœnitentibus in Ecclesiã deputatis eos tollere. Hic ergo sensus historiæ, qui si omnino remouere voluisset, alij restitissent, & obiurgatus fuisset. Adhuc D. Chrisost. Hom. 2. in Ps. 50. & Hom. 4. de Lazaro, dicit non esse peccata confitenda. Respondeo, quòd D. Chrisost. non loquitur de Confessione sacerdotali, sed de ea, quam Nouatus introduxit, nempe, ut quilibet alicui peculiari tantum confiteretur Sacerdoti, & ille publicè enormia peccata in Ecclesia referebat, hanc ergo confessionem, quæ libertatem adimit Chrisost. damnat. & sic tolluntur obiecta Caluini.

2 *Confessio, nõ Sacerdoti, sed soli Deo est facienda.*

HAERE. Non sat fuit Luthero Confessionis incommoda recensere, quibus homines, a confessione remoueret, quàm etiam deterrere. Fugiunt enim mortales sponte molestias, qui falsa specie veritatis adducuntur ad rem grauem excutiendam, quàm ut sequantur patrum vestigia, ac eorum monitis pareant. Et si ergo sensus onus graue videatur, nihilominus pura mente seruanda, & cõstanti animo retinenda est. Quod vero sacerdotibus sint peccata oretenus explicanda, ex loco illo, quo Saluator dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. & D. Iacob. dixit alterutrum & potestas ad quid sacerdotibus data, nisi eis deberent homines exponere. Hoc Doctores omnes, sic interpretantur Cypr. ubi supra. Et remissio facta per sacerdotes

apud

apud Dominum grata est. Basil. etiam ibi. Inueniuntur apud Sanctos cōfessi esse peccata sua. D. Augu. sine causa dictum est.. Quę solueritis in terra, soluta erunt in cœlo. Stemus ergo, & adhæreamus firmissimo scopulo, sic hortatur Sancta Synodus Trid. contra hos nouatores. Quorum obiecta soluere superest, ut absoluta sit tractatio.

Obijciunt.

Primo. Confessio tantum, quæ Deo fit habetur in scriptura, & non auricularis. Dicitur, quòd Deo primo homo confitetur, & sacerdoti tanquam ministro, ideo dixit. Confitemini alterutrum. D. Iacob. prim. & decem leprosis dictum fuit, Ite ostendite vos sacerdotibus. Luc. 17. & Matt. 8. de leproso sanato. Hoc & in veteri Lege fuit figuratum. Leu. 13. Vt si quis in cute, aut carnes diuersos colores haberet, adduceretur ad Aaron Sacerdotem, uel ad vnum quemlibet aliorum eius. Quid illud. Quorum remiseritis peccata. Sic Apostoli tantum compunctos absoluebant. Act. 2.

Secundo. Est contra libertatem nostram, ut quis alteri sua secreta detegat. Dicitur quòd est contra libertatem carnis fatcor, sed secundum Spiritum.

Tertio. Caiet. super Ioan. cap. 20. scribit, quòd licet fuerit a Domino instituta Confessio, non tamen auricularis. Respondeo, quòd licet apertus non sit modus in sacris litteris, tamen cum dicant, quòd confiteri sit necesse, profecto non nisi ad aures erit ista confessio, cum sit alterutrum debeat esse, ideo deceptus est Caiet.

3 *Confessio est superflua, si adsit contritio.* Vuitclef. Vs. HAER. Hic error proprio mucrone moleiscitur, nam implicat ex terminis contradictionem. Quid (oro) aliud est contritio, quàm confessio in uoto, & quómodo subsistit contritio sine confessione cum illam necessario connotet, nec sine ea esse possit. Is enim contritus est, qui dolore gemit peccata, cū deliberato actu confitendi, & quis negat contritionem esse confessionis præuiam, immo sine confessione non est contritio. Ex manifestis terminis omnia sunt certa. Si ergo admittit quis contritionem, confessionem amplius negare non est tempus. Quod vero non sit superflua, ex eo probatur, quòd sine sacramentis nō est locus salutis tutus, & D. Aug. docuit in superioribus. Origen. Hom. D. Thom. 4. Cont. Gent. cap. 172. Impugnat Caluinus authorit. Chrisosto. Hom. 2. in Psalmum 50. Non dico, ut cōfitearis Cōseruo tuo, sed dicit Deo, qui curat ea, & alibi pluries, ut meminit Sixtus, Annat. 175. Hoc etiam dixit Ioan. Cassianus lib. 20. Collat. cap. 8. qui Chrisostomi discipulus fuit. Quod si verecundia retrahente, reuelare peccata tua coram hominibus erubescis, illi, quem latere non possunt, confiteri ei iugi confessione non desinas. Hæc Cassian. Magister Sent. 4. distin. 18. exponit, quòd est sensus, quòd ubi crimen est occultum soli Deo confessorē secreto dicere. Sixtus exponit, non de secreta confessione, sed de confessione illa theatrali, & publica quæ pars est publicæ pœnitentię, quam olim publice pro enormibus flagitiis facere solebant, coram Episcopo.

4 *Confiteri omnia, & singula peccata mortalia, non tenemur.* Luth. Eras. HAER. Quid aliud est, si omnia peccata confiteri non est necesse, quàm ficte ad sacramenta accedere. In hoc Luth. imitatus est Armenos asserentes, quod generalis confessio peccatorum, absque speciali sat erat. Quæ hæresis confutatur. Primo. Flor. Concil. dicit. Quorum memoriam habet. Concil. Triden. sess. 14. cap. 5. & Can. 8. Et de pœn. & remiss. omnis vtriusque sexus, & dicit quòd omnia sua peccata.

Obijciunt.

Primo. Tantum id, præcipitur, quòd est possibile. At omnia confiteri, non est possibile, quia non recordamur. Delicta quis intelliget dixit Dauid. Ergo non tenemur. Respondeo, quòd ueteres interpretantur illum locum Dauid, de leuibus peccatis, sic D. Hierony. Augu. Theodoretus, Cassiodorus. Dico secundo, quòd satis est, ꝙ faciat quod in se est, & suam adhibeat diligentiam. Nec hoc est impossibile, quia est de actionibus nostris, & debet certa, pro certis, dubia pro dubiis dicere, nec satisfacit confessioni, qui dubitat esse in sacrilegio, & non confitetur. Secundo. Si omnia confitemur, nihil relinquimur diuinæ

uinæ misericordiæ. Dicitur, quòd imo omnia in manu diuinæ misericordiæ præsentamus. Tertio omnia opera nostra sunt damnabilia, non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. & alibi. Omnis homo mendax. Respondeo, quòd loquitur de operibus, ut nostra sunt, non ex Dei gratia, qua merentur vitam æternam. Reposita est mihi corona iustitiæ. Totum ergo hominem saluum fecit in Sabbato.

5 *Confiteri omnia peccata venialia presumptuosum est.* HÆR. Non est necesse absolutè (vt cum schola loquar) confiteri venialia, at si quis ea assumit pro materia confessionis tenetur explicare. Et ne dum, est præsumptuosum, sed Religiosi, & qui timorem filialem præ oculis habent omnia confitentur. Nam & si non sit præceptum est tamen consilium, consilium vero est de actu licito. Rursus, qui minima negligit paulatim defluit, ideo ea confiteri saluberrimum est. Contra tantum mortalia, confiebantur in primitiua Ecclesia, vt dicitur 1.Corin.2. Si quis inter vos est fornicator, aut auarus. Obseruemus & nos eum morem. Respondeo quòd D.Paul. non loquitur de confessione. Caiet. in quodlib.

6 *Confessio informis est ne iteranda?* Confessio duplici causa poterit esse informis. Primo, quia aliquis tacet peccatum ex verecundia. & tunc iteranda est. Confessionis est informis ex defectu contritionis, puta, qa non dolet summopere, est ualida, probatur, quia habet omnia requisita ad Sacramentum hoc. Contra, non potest absolui impœnitens. Respondeo, quòd quia Sacramentum est fructuosum sortietur effectũ, ex diuina dispositione, quando erit dispositus sicut qui ficte ad baptismum accedit recedente fictione sortitur effectum suum. Hoc totum est ex diuina bonitate, licet artectur tempus ad confessionem. Secundo non adest contritio. ergo nec poterit esse confessio. Dicitur, quòd duo sunt in contritione velle compensare, & charitas informans illud velle, sufficit contritio primo modo in confessione, secunda vero cõtritio non est necessaria, nisi ad consequendum effectum nostrũ. & ista confessio erit integra ex intentione, sortietur suum effectum. At si fuerit tantum crassa, aut supina, discussio erit iteranda, vt sunt illi, qui tantum superficiali quadam velleitate accedunt ad Sacramentum. Tertio non coniungitur Christo, ergo non erit vera confessio. Dixi quòd tempore suo erit in gratia, & quando erit dispositus. Qui ergo non sic dolet de peccato, ut de summo odibili, non habet charitatem, ideo quando sic cõfitetur dicitur confessio informis, non tamen iteranda, quia habet alteram partem contritionis, quia dolet.

7 *Confiteri occulta non tenemur.* Iacobitæ. HAER. Non est ab hæreticis vniuersalis sermo restringendus. Cum ergo Dominus dixerit. Quæcunque solueritis, non debent ad publica tantum arctare orationem. Item in tantum est actus iudiciarius confessoris, quatenus, quis sponte se subijcit. Rursus Concil. Flor. & Trident. eodem loco. cano. 7. Etiam oculta inquit. Nec hoc est Ecclesiæ præceptum, sed Saluatoris, & sic ab Ecclesia declaratum.

8 *Confiteri priuatè, non est à Deo institutum, sed tantum publice, de publicis delictis.* HAER. Si occulta peccata sunt confessario exponenda profecto non publice, sed priuate. Nec tantum publicus peccator, sed priuatus eget solutione. & de vtroque peccato interp̃tatur Ecclesia preceptum Domini.

9 *Confessor non est iudex, sed purus minister.* HAER. Si eius est iudicare inter leprã, & lepram, quomodo non erit iudex. si Ecclesia habet claues authoritatiue, quomodo confessor non erit iudex. Hoc statutum est in Concil. Trid. sess. citata. cano. 9. Hinc Sacerdos quandoque iuste negat absolutionem.

10 *Confiteri possumus vnicuique iusso, tam viro, quàm mulieri.* HAER. Prima hæresis erat Valdensium, secunda Lutheri. Videas Lector quàm versute hæretici quærant homines à confessione reuocare. Valdenses in Concil. Auion. per Ioan. XII. sunt confutati, & in Constantien. per Martinum V. & vterque hæreticus per canonem Concilij Trid. reijcitur. can. 10.

11 *Confiteri semel in anno non tenentur omnes Christiani.* HAER. Qui Ecclesiæ inficiatur, nec obedire ei voluerit, sed contemnit, erit hæreticus, ut etiam ex sequentibus demonstrabo. Cum ergo statutũ ab ea sit, ut quisque semel in anno cõfiteatur omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss. q consulto alterã partem affirmauerit, ac docuerit, iuste puniri poterit. sunt tamen,

qui

qui contendant eum, qui caret mortali peccato, non teneri cófiteri, neque ad hoc præceptum. Sed illi præcipitur, qui est in mortali, huius sententiæ est Caie. Nam hoc tantũ instituit Dominus, & Ecclesia dicit omnia peccata sua, quod de uenialibus, nó potest intelligi. Et addit, quòd careat sepultura, quod non fit pro uenialibus. Et sensus extrauagantis est. Omnis utriusque sexus. teneatur confiteri, idest si indiget confessione. Et obligat (neminem excipiendo, qui sui sit iuris, a communione) omnes, at non ad confessionem. Hinc soluitur obiectum aduersariorum. Qui dicunt, quòd ex præcepto Ecclesiæ tenetur confiteri uenialia quando caret mortali. Hoc enim falsum est, neque ecclesia ad id nos obligat. De Religiosis tamen aliud est iudicium, quia ex statutis suis sunt obligati ad bona supererogationis etiam si non sint in mortali, ut de Monachis nigris habetur in Clem. Ne in agro Dominico. &c. Qui ergo teneatur, sic putat Caie. in quolib.

12 *Confiteri etiam pluries, ut fit in Confessionib. generalibus, superstitiosum est.* TEM. Sunt uiri doctissimi, inter quos Scot. 4. dist. 18. qui affirmat, quòd ex parte clauium, nullũ fructum consequitur, qui semel confessa, iterum confitetur. Tutius erit dicere, quòd si non apponat impedimentum, consequentur fructum. Nam causa non impedita semper producit effectum, at sacramenta sunt causæ. Ergo suum effectum producent. Si ergo non dant gratiam, causant saltem gratiæ augumentum. Argumenta uero Scoti, sunt. Primum, materia est eadem semel có fessario explicata ad quid ergo iterum repetere. Respondeo, quòd est eadem materia remota, quæ sunt peccata, at non est eadem propinqua, quæ sunt actus pœnitẽtis, ideo super hanc nouam materiam cadit absolutio. Secundo. Iam est absolutus ergo erit superstitiosum petere absolutioné. Dicitur, quòd si sacramentum hoc unicum tantum haberet effectum, tunc esset superstitiosum iterum quærere pro illo, at non tantum illum habet, sed alios, nempe gratiæ augumentum, & sanare ab imperfectionibus, sana me Domine, & sanabor, & sicut sacramentum extremæ unctionis peccatorum reliquias, quæ ex negligentia, uel ignorantia sunt, tollit, sic confessio corporem excutit, ac negligentias. Tertio, non est ligatus, quid ergo absoluit, quid iudicat confessor? Dicitur, quòd satis confessori, quod pœnitens suo iudicio se submittat, & dicat hoc uel illud commisisse. Quarto, centies ergo poterit repetere, & sic centies percipiet fructum, quòd est ridiculum. Dicitur, quòd si pio animo, & ob amorem erga Deum repetit suas iniquitates, non est ridiculũ, sed pii affectus fructus ergo Dominum non dico centies esset nimia sollicitudo, nec reperitur qui hoc centies fecerit. Atqui sæpius eadem confitetur, quia forte dubius est, de dispositione sua, non erit culpãdus, si ea iterum confiteatur. Quinto. sententia semel à confessore lata non reuocatur. Dicitur, ꝙ confessor, non absoluit reuocando pœnitẽtiam, sed quia ille pœnitens se submittit ac petit. Sexto, in iudicio non repetitur actus, ergo neque in confessione, quæ est iudicialis actus. Dico, quòd non est idem iudiciũ de utroque actu, est quidem similitudo de utraque, at non identitas, nam in iudicio fit repetitio cum damno, ac contra partis uoluntatem. In Confessione uero nemini fit iniuria, & pœnitens sponte accedit. Nec ẽt humanum iudiciũ eos fructus habet, quos confessio. Caiet. in quolib.

13 *Confessio non confert gratiam.* Luther. HAERET. Dubitandi locus amplius non est, quòd confessio non conferat gratiam, sicut & alia sacramenta, quandoquidem ex Decreto Tridentini Concilij, hoc certum est, & probatur ab omnibus Theologis.

Nam si quæcunque soluit confessor, sunt soluta in Cœlo, quomodo non confertur gratia? Diuus Thomas equat confessionem baptismo, quo ad aliqua, quòd sicut recedente fictione, consequitur effectum baptismi, qui ficte accedit, sic qui ad confessionem. Ferr. quarto contra Gentiles, capitulo 72.

14 *Confiteri raro melius est.* Sapit hæresim hoc assertum, & apud talia proferẽtem uilescunt sacramenta, & forte male sentit de eis, & quæ ex natura sua sunt laude digna, ille damnat. Quæ nostram cum Deo amicitiam seruant, ille aspernatur, quanto itaque frequentius, ad sacramenta, animæ medicamenta accedimus, tanto magis deuotio excitatur & meritum augetur.

Et sicut, quæ corporeæ uitæ proficua sunt, auide quærimus, quare quæ ad ui-

uitam æternam conducunt frequentius non sunt repetenda. Hoc sancti facere, hoc uiri probi obseruerunt, sed tepidi renuerunt.

15 *Confiteri possumus cuicunque Sacerdoti, nec aliquid aliud est expectandum*. Luth. HAER. Multos hac in re deceptos legi asserentes, quòd quam primum, quis fuerit sacris Sacerdotii initiatus, possit confessiones audire. Nec distinguunt inter potestatem ordinis, ac iurisdictionis, quod est erroneum. Potest summus Pontifex, possunt Pontifices omnes, possunt, qui ad curam animarũ admittuntur, nil ultra expectando confessiones audire, quia sequitur potestas iurisdictionis necessario potestatem ordinis, at in aliis minimæ, sed expectanda est, ut quisque à superioribus obtineat. Hoc exigit ordo Hierarchiæ Ecclecasticæ, ut inferior à superiore pendeat. Petro tantum data fuit potestas iurisdictionis in omnes. Tibi dabo claues, aliis uero mediate, uel immediate. Ei tantũ dictum fuit. Pasce oues meas. Non tamẽ loquor in casu necessitatis, tunc enim legi non est astrictus, ubi necessitas cogit. Hoc communi assensu scribunt Scholastici in 4. Ferr. ubi supra. Contra hunc errorẽ est Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. Quod uero requiratur iurisdictio ex eo probatur, quia est actus iudicii. Hinc est, quòd Papa & si nullum habeat superiorem, se subiicit iudicio confessoris. Hæc tamen iurisdictio non exigitur in uenialibus, nam potest ab eis simplex sacerdos absoluere. Nec per hoc potest ab excommunicatione minori absoluere, contracta per peccatum ueniale, quia requiritur iudicium. Nec uerum est, quòd Sacerdos, ut Sacerdos possit absoluere, uec hoc poterunt unquam probare, sed quando data est eis iurisdictio. Caiet. In quolib. Hæc ex Concil. Lat. cxp. 21. & Flor. & Tridentino.

16 *Confiteri sat est, in confuso non species peccatorum, numerum, uel circunstantias*. HAER. Sunt quidam tam rudis ingenii, qui affirmare audent, sat esse, quandam crassam, ac supinam diligentiam, & examen, nec opus esse numerum determinatum, uel indeterminatum exponere. Quorum temeritas ex eo arguitur, quoniam non poterit iudex iudicare incognita. De specie, uero affirmant Doctores omnes, quòd necesse est confiteri. Vt si fuit blasfemiæ, vel iræ peccatũ, uel Negromantiæ. Quæ ergo in iudicio faciunt differentiam, sunt explicanda, at quæ non inducunt, non opus est aliam speciem recẽsere, ut sunt omnia peccata gulæ, & diuinationis. Nam tunc sat est dicere, peccaui in Negromantia, quòd fuerit aqua uel igne, non uariat speciem. De numero etiam scribunt, quòd satis erit explicare promptitudinem, & in numero uerisimili, si plus non potest, nec recordatur. Reus etiam tenetur se accusare de omnibus, & sic falluntur cõfessores cæci, & etiam confitentes, dũ plus exigunt à pœnitente, quàm præstare possit, ut erit meretrix, uel alius, qui pluribus annis, sic uixit, nec numerum explicare potest. De circunstantiis, supra loquuti fuimus, & quando uertitur infamiam alterius, uel damnum, debet pœnitens facere, quòd potest, & omnem cautelam adhibere ne alterius peccatum reuelet. Quod si aliter facere non potest tunc si circunstantia est utilis confitenti, & alteri debet confiteri, at si damnum emergit minime. Nec alia persona est manifestanda. Quando uero reuelatur, persona ut puta quis commisit incestum, & non est, nisi Parochus, cui confiteri possim, nec alia est copia confessoris, tunc satis erit contritio, nec tenetur reuelare, quando uenit in cognitionem alterius, & cum aliena iactura sed quærat, & faciat quòd potest, ut alium habeat Confessorẽ, ut ocultare habitum, simulare se & similia. Ex his patet solutio eorum casuum. Vt si quis occidit nepotem Parochi, & res est oculta & pœnitens non potest alteri confiteri tacere tunc poterit, tanquam non habens copiam Confessoris. Similiter, si fuerit puella honesta, quæ amore capta sit ipsius Parochi, nec habet, quomodo alteri confiteatur, tunc sat erit explicare peccatum sine circunstantia. De his D. Tho. 4. di. 16. q. 3. Palud. dist. 21. Caiet. verbo, Confessione conditione tertia. Armilla verbo, Circunstantia. §. 11. & Soto in 4. sent. De circunstantiis etiam statutum fuit in Concil. Lat. sub Innoc. capitulo 21. Et peccatoris circunstantias, & peccati inquit.

17 *Confessio non est necessaria*. HAER. Eam esse diuini iuris probatum est, ac partem pœnitentiæ sacri. Necessitatem ipsius demõstrare nõ erit difficile. Hoc primo iacto fundamento ꝙ confessio triplex est. Mentalis ceremonialis & sacramẽtalis. Prima fuit

in lege naturę. Secūda in lege Mosaica. Tertia in nostra sic ergo semper fuit confessio. De prima dictum fuit. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. De secunda in leu. 4. & cap. 2. 3. & 13. De tertia. Quęcunque solueritis, & quorum remiseritis peccata, & iterum tibi dabo claues regni cœlorum si ergo diuino iure est introducta de qua D. Iacob. Confitemini alterutrum. Et D. Ioan. 1. cap. 2. si confessi fuerimus peccata nostra fidelis est Deus & c. & Act. 19. dicitur. Multi credentium ueniebāt Confitentes, & annunciantes actus suos. Erit ergo confessio necessaria in uoto, uel actu tempore suo. Et si in uoto, multo magis in actu. Hoc decretum fuit in Concilio Later. sub Innocentio tertio. capit. 21. omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua, solus peccata confiteatur. Vbi & sacerdotem proprium, & circunstantias explicandas demonstrat, ac confessionis sigillum Conc. Flo. doctrina de sacramentis. omnia peccata quorum memoriam habet suo Sacerdoti confiteatur. Trid. sess. 14. cap. 5. & omnib. post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere. Clem. epistola prima ad fratrem Domini. Non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic, qui præest & c. Diony. Areop. Epistola 8. ad Demophilum. Nescio quo pacto, contra disciplinę ordinem adstans calce abiecisti, ac repulisti. Cum ille quidem uerecunde (q. oportuit) fateretur se ad peccatorum remedia quærenda uenisse. Tertull. lib. de pęnitentia. Plerosque tamen hoc opus, ut publicationem sui aut suffugere aut de die, in diem differre præsumo, pudoris magis memores, quam salutis. Orig. Hom. 2. in Psal. 37. Vide ergo, quid edocet nos scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Cyprian. sermone de lapsis. Animi sui pondus exponunt salutarem medelam paruis licet, & modicis uulneribus exquirunt. Cyrillus Alexand. lib. 2. in Leuit. Cum erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum, & quęrere medicinam, secundum eum, qui ait. Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti iniquitatem cordis mei. Chrisost. Hom. 42. in Matth. Non est profecto, non est insufficiens ad emendandum uia; si cum omnia secundum speciem in unum peccata colligeris & c. Hierony. ca. 10. eccl. super ea uerba. Si morderit serpens & c. si tacuerit, qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, neç uulnus suum fratri, ac magistro uoluerit confiteri, magister, qui linguam habet ad curandum facile ei prodesse non poterit. D. Aug. lib. 2. de Ciuitate Dei, capitulo 9. Tren. lib. 3. cap. 4. & lib. 4. capitulo nono. His ergo testimonijs sacræ scripturæ ac Cōciliorum & Patrum quibus addo scholasticorum communem sententiam in 4. Confessionis necessitas probatur. Et ad hęretico. pertinatiā conuincendā, sanctorum gestis confirmo. De muliere peccatrice legitur in uita Diui Basilii Tom. secundo pagin. 289. Schol. 20. In uita B. Ioan. Eleemosinarii pag. 342. schol. 33. Item B. Adumani pagin. 463. Schol. secunda. Et de beato Francisco legitur. Qui militem suadebat ut confiteretur peccata sua omnia, nec quicquid esset, quòd non panderet. tomo quarto pa. 253. Schol. 43.

Obijciunt.

Primo accepit à Deo absolutionem nanque dictum fuit & tu remisisti iniquitatem ergo ad quid confessio. Respondeq, quòd qui confitetur Deo consequitur remissionem, ut respicit confessionem in actu reducendam, quam tūc tantum habuit in uoto, quam si non habuit, nec ueniam consequi potuit. De his supra.

18 *Nullus est casus, in quo actu homo non teneatur confiteri, sed semper satis est in uoto*. HAER.

Ad quid habere confessionem in uoto, quæ ad actum nunquā sit reducenda. Quatuor casus referunt Doctores, in quib. actu cōfiteri necesse est. Primus in articulo mortis. Vnde & Medici tenētur infirmos, priusque ministrent medicinam corporalem, monere, ut Medicos aduocent animarum, ut dicitur de pœn. & remiss. Cum infirmitas. Secundus casus, quando uult communicare. Tertius in administratione sacramentorum, uel ordinis, utilis est præmittere Cōfessionem uel contritio necessario, ne committatur sacrilegium. Quartus, quando qs uoto tenetur ad confessionem, quia uouit, tali tempore, ad confessorem accedere. De his Scot. Palud. Ricard. & Biel quarta distinctione 17. quæstione 1. artic. tertio dubio primo.

18 *A confessione potest adeo Papa dispensare, ut quis nunquam teneatur confiteri.* HAER. Suprema est totius orbis Rom. Pontificis authoritas, & reuocare & dispẽsare, & abolere pót, quæ sunt positiui iuris, at non quæ diuini, ut pinguiori minerua. Verbo Papa, probandum remanet. Cum ergo Papa nõ sit supra sacramenta, non poterit etiam reuocare. Potest tamen, quo ad tempus indulgere, quia habet claues Ecclesiæ. Ferr. 4. cont. Gent. cap. 72. Hinc deduco, ut nec præcipere possit confessori, ut reuelet.

19 *Demum tria scribit Card. Caiet. In Ioan. cæ. 20.* Quæ diebus nostris sunt dubia, ac hæreticis fauent, primum, quòd in ministro requiratur gratia. Nam dicit. Requirit in ministro Spiritum Sanctum dirigentem, & mouentem. Secundum, quòd confessio auricularis non est à Christo, quo ad modum. Nã sicut instituit Baptismum, & non modum. Sic instituit cõfessionem, sed modus est ab Ecclesia. Tertium, quod habetur institutio pœnitentiæ, at non præceptum. Primum dictum ex eo fauet hæreticis, quia dicunt, ꝙ quando quis est in peccato perdit ministerium. Secundum præbet anima eis, qui modum confessionis, & multo magis tertium ad quid enim instituere confessionem, & non præcipere saltem pro aliquo tẽpore

Confessor.

Confessor est quilibet Sacerdos. HAER. Hoc retroactis decisionibus reprobatum est, & ut adhuc magis conuincatur, sciant hãc hæresim confutatam in Cõcilio Later. sub Innoc. 3. cap. 21. ubi dicitur. Si quis autẽ alieno Sacerdoti, iusta de causa uoluerit sua cõfiteri peccata licentiam prius postulet & obtineat à proprio Sacerdote, cum aliter ille ipsum non posit absoluere, uel ligare. Hæc Concil Flor. Concil. ait. Minister huius sacramenti est Sacerdos habens authoritatem absoluendi, uel ordinariam, uel ex commissione superioris. Hoc & Tridentinum repetit.

2 *Confessor dum audit peccata, non tenetur attente iudicare & audire.* HAER. Quomodo poterit Sõniculosus iudex ferre sentẽtias, si testes non audiuit, si non interrogauit circũstantias, si omnia, quæ ad iuridicum actum necessaria non præstitit? Cum itaque cõfessor sit iudex ad hoc constitutus, ut ligat, & soluat, qui nodum non uidet, non tangit intrinsecus nec enodare poterit. Quomodo & medicus, si infirmitatem non agnoscit mederi poterit? Si ergo attentio unquam fuit necessaria, in hoc iudiciario actu, summopere exigitur, quod nec negarẽt hæretici, si confessionem admitterent. Etenim maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter.

3 *Confessor nullam pænitentiam iniungere potest.* HAER. Cum de satisfactione inciderit oratio, hoc demonstrabo, sat erit nosse, in presentiarum, quod testimonia omnia, quibus confessionis necessitas est probata, eadem hoc ostendunt. Hinc dixit Dominus. Vade ostende te Sacerdoti.

4 *Confessor potest ad libitum, quam uoluerit imponere pænitentiam.* ERRON. Quænam esset differentia inter delegatum iudicem ac superiorem, si hic non esset amplioris potestatis? Iudex enim non ut lubet, sed iuxta flagitia, ac crimina fert sententiam, sic animarum iudex, ac medicus non eandem omnibus sumendam instituit medicinam, sed quatenus morbus expostulat, sic animarum medicus. Et ex confessis ab omnibus hæc sunt manifesta

5 *Confessor potest ab omnibus peccatis absoluere, nec sunt aliqui casus reseruati.* HAER. Sæpius admonentur confessores, ut uideant a quibus absoluere possint, & summus Pontifex pro suppræma in uniuersum orbem potestate, ac alij Episcopi, reseruant casus. Vt ex sess. 14. c. 7. Concil. Trid. apparet. De casuum uero reseruatione aliàs.

6 *Confiteri nemo potest alteri, quam proprio Parocho, etiam authoritate Papæ. Ioan. de Polliato.* HAER. Disputat Soto in 4. contra hãc hæresim. Et dum hæc edimus, nunciatum fuit, per quemdam Episcopum, statutum fuisse, ut nemo sine authoritate, nedũ Episcopi, sed etiam post ubiquam ab Episcopo fuerit admissus, quod teneatur pœnitens, vel confessor adhuc petere licentiam ab ipso Parocho, quòd est hactenus inauditum. Sed utrunque errorem arguamus. Primum Ioan. de Polliaco confutatur, authoritate Concilij Lat. Ista enim & similia aperte ex sacris literis non habentur, sed ex expositione Ecclesiæ, sub innoc. cap. 21. dicit synodus. Licentiam prius postulet, ergo ex licentia poterit. Concil. Flor. dicit. Ex commissione superioris. Ergo tunc poterit.

terit. Concilium Trident. sess. 23. cap. 15. dicit. Quod nemo regularium, vel sacerdos possit cōfessiones audire, nisi idoneus iudicetur, poterit ergo tunc audire. Quid, quod priuilegio vetustissimo à Rom. Pon. concesso poterant confessiones audire, in ipsis exordiis religionis, quod & Gregorius Tertiusdecimus cōfirmat, in propria Bulla edita de re hac. Et hoc obseruatum fuit semper & vsque in hanc horam obseruatur. At qđ Episcopus ille, id statuerit, mihi nō est cordi tueri omnia ab ipsis gesta. Hoc vnum scio, quòd Episcopus est Iudex ac Pastor Diuino iure, & quod Curati ab eo pendent, atque ideo si Episcopus (qui superior est) idoneum reperit sacerdotem, non est cur alia licentia ab ipso Parocho sit petenda. Si vero statuit idem Episcopus, vt toties quoties ille sacerdos voluerit confessiones audire, adeat Parochum, hoc nouum est, ac nouum iugum ac onus imponere, quod excutere facillimum erit, si significatum fuerit Romano Pontifici. Nam qui in vinea Domini ad labores veniunt, & sunt ministri idonei, non sunt sic repellendi, sed ambabus vulnis excipiendi.

¶ *Confessor potest ne unquam reuelare confessionem?* Hoc quia de Fide est, ideo explicare nostrum est. Fingunt casum Doctores; puta scit confessor, quod de morte Pontificis tractatur, vel Regis, poteritne ista reuelare, vbi de re publica tractatur, ac communi vtilitate? Panor. post Innocen. tenet partem affirmatiuam, quòd potest reuelare. At D. Tho. Bon. Scot. docent, quòd nullo modo liceat confessionem reuelare, nec aliquo casu, etiam in fectionis hæresis. Cum Panorm. est Summa Angelica. cum D. Thom. est Caiet. in Opusc. Hanc sententiam veram esse probo, ac aliam omnino explodendam.

Primo. Concil. Lateranen. sub Innocen. cap. 21. dicit. Quoniam, qui peccatum in pœnitentiali iudicio, sibi detectum præsumpserit reuelare, non solū a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam, in arctum monasterium detrudendum. Scio quòd exponunt hoc communiter intelligendum, non in casu. At videant, quòd non est nostrum circa sacramenta statuere aliquid, quod non sit apertum vel ex aliis expositum. Si datur casus, & Concilium nullum admittit, vel nominat, quare poterit Panorm. excipere mortem Regis? si hoc admittatur; veniet Luther. & affirmabit, quod & in infamia poterit reuelare; & hoc est aperire fenestram, ac ansam præbere, vt quis non confiteatur, vel ficte ad confessionem accedat, quòd est sacrilegum. Probatur etiam sunt partes Sacramenti, quę in confessione tractantur ergo non potest homo disponere, ut lubet. Secundo, omnis circunstantia pertinet ad sigillum confessionis, quomodo ergo erit sigillata, si aperiatur? Tertio, si quis recedit à confessore obstinatus, circa mortem regis, & potest illa obstinatio reuelari, quare alia etiam obstinatio non poterit manifestari? Nec ualet, quòd dicunt. Est confessio immunda, ideo poterit reuelari. Hoc inquam parui ponderis est, nam & confessio etiam immunda uera est confessio, sicut qui baptizatur ioculatorie & immunde uerum suscipit baptismū. Et apud peritiores scholasticos tenetur celare confessor omnia iure naturæ, quia secretum seruare est de iure naturæ, ut Scot. dicit. Et Ricardus, & diuino, & Ecclesiæ, siue ergo pœniteat (confessor) siue non nihil potest reuelare, nec crimē nec aliquas circunstantias, tenetur etiam iure Ecclesiæ celare secretum. At si fuerit casus de furto faciendo, uel simili caueat pro posse ne perpetretur, ita tamen ut non prodat pœnitentem.

Et si à iudice sciscitetur confessor & cogatur iurare de dicenda ueritate sine errore respondeat negatiue, quia nescit ut homo. Vnde quod dicitur est hæresis crimen, quod nec confessio celat, est erroneum dictum apud Scotum. Conueniunt D. Tho. Alex. de Ales. parte quarta, quæstione septuagesima octaua. Scot. distinctione vigesima prima. Bonauent. distinctione uigesima prima, quæstione ultima. Ricard. eadem distinctione, quæstione prima articulo quarto. Palud. Biel. distinctione uigesima prima, quæstione unica, articulo primo.

Continentia.

Continentia non est uirtus. HAERET. Etsi mul-

multipliciter sumatur cōtinentia proprie tamen, & magis est circa delectationes venereas, & circa concupiscentiā tactus. Et continens ille est, qui persistit in recta ratione à prauis concupiscentiis abstinens, qui uero abstinet à bonis est obstinatus. Continentia adhuc est triplex, prima est refrenatio omnium concupiscentiarum, abstinentia ab omni delectatione veneris, tertia ab omni illicito actu, & continentia secunda est potior quàm temperantia, prima vero è conuerso. Continentia est necessaria omni eo, qui altari deseruit, vt Leo scribit Epistola 92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum. De qua D. Aug. lib. 6. conf. cap. 11. Neminem posse esse continētem, nisi tu dederis. Vtique dares, si gemitu interno pulsarem aures tuas, & fide solida in te iactarem curam meam. D. Thom. 2.2.q.55. De subiecto eius dicit D. Thom. ꝙ in ratione, vt in primo mouente, in voluntate, vt in proprio subiecto. Incontinentia vero in concupiscibili. Ricard. scribit 3.d.33.q.4.5. Brulifer. dist. 33. q.4. Et Aris. 7. Ethic. cap. 2. Theoph. Alex. lib. 3. pasch. in principio. sicut enim continentia in corporibus nostris obtinens principatum. & Orig. hom. 7. in Mat.

Contritio.

Contritio est peccatum. Luth. HAER. Quomodo erit peccatum, cum Dauidi post gemitus, ac suspiria dictum fuerit, & Dominus transtulit peccatum tuum à te, postquam dixit: Peccaui. 2. Reg. 12. Publicanus descendit iustificatus in domum suā, quia percutiebat pectus suum. Magdalenæ respōdit Dominus, remittūtur tibi peccata multa. Contritio ergo laudabilis est. quæ est dolor pro peccatis assūmptis, cum proposito confitendi, ac satisfaciendi, & habet uotum confessionis sibi annexum. Dolor vero ille, quem exigit contritio non tātum sensitiuus, sed intellectualis est.

2 *Contritio non reperitur in scripturis sacris.* HAER. Qui negat contritionem non esse ex sacris litteris, Meridianam lucem offendit. Nam de ea dicitur. Recogitabo tibi omnes annos meos. Psal. etiam 118. A iudicijs enim tuis timui, & Psal. 37. Afflictus sum, & humiliatus sum. Iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Et Apocal. 2. b. Charitatem tuam primam reliquisti, memor esto itaque unde excideris, & age pœnitentiā. Concil. Floren. dicit. Ad cordis contritionem pertinet, vt doleat pœnitens de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Trid. sess. 14. cap. 4. Contritio, quæ primum locum tenet inter dictos pœnitentiæ actus. Et commemorat eadem loca. Chrisost. in Psal. 50. Habeas codicem conscientiam tuam, & scribe quotidiana peccata. Quādo accubueris super stratum tuum &c. Et post pauca. Dicite in corde tuo, & in anima tua. Expendimus diem ò anima, quid boni fecimus, aut quid mali operati sumus. &c. D. Ambros. Psalm. 37. Orig. hom. 4. in Esaiam cap. 6. Qui pœnitentiam agit, offerre se debet ad pœnam, vt hic puniatur à Domino, non ad supplicia æterna seruetur. D. Aug. serm. 3. in Natali Domini, qui est septimus de tempore. Quando sic pœnites, vt tibi amarum sapiat in animo, ꝙ ante dulce fuit in vita. & hoc alibi repetit. Contritio à timore seruili habet initium apud quosdam exemplo Niniuitarum. Modum habendi contritionem docet Dauid Psal. 118. Feci iudicium & iustitiam non tradas me calumniantib. me. Iudicium facimus, quando recordamur peccatorum. Hæc ergo de contritione certa sunt.

Obijciunt Hęretici.

Hæc contritio fit extra charitatem. ergo potius est peccatum, ut dicit D. Paul. 1. Corinth. 13. Respondeo, ꝙ contritio est cum charitate, attritio vero, quæ ipsām præuenit est etiam utilis, quia ad contritionem disponit. Negatur etiam, quod omne, ꝙ est sine charitate sit peccatum. Nam remanent dona gratis data, &c. Secundo. Contritio, vel attritio non fit ex toto corde. ergo erit hypocrisis. Dicitur ꝙ omnis actio ab imperfecto ascendit ad perfectū, ideo non mirum si attritio est imperfecta, ex qua postea attritus fit contritus, & venit ad perfectam contritionem. Tertio, quod est in homine ante gratiam peccatum est. Hoc quam sit falsum iam tetigimus, si hoc enim verū esset prophetia in Caipha fuisset peccatum. Quarto, non debet Sacerdos interrogare, verum sit contritus, nam deli-

cta

cta quis intelligit? Dicitur, ꝙ Sacerdos iuste interrogat, an doleat, quia iudex est; & si peccator ignorat omnes suas cogitationes. Hic itaque dolor qui est de proprio peccato actuali, non originali, neque de alieno, exigitur ad pœnitentiæ sacramentum, de qua Scholastici. D.Th.4.dist.17.q.2.Ale.1.4.q.67.memb.1.art.1. Palud.d.17.q.1.Bon.ibi. Gerson par.2.Sacramento pœnitentiæ. Biel 4.d.16.q.1.ar.1.

3 *Contritio, num debeat esse singulorum peccatorum mortalium.* Ex doctrina Sanctorum arduum est respondere. Nam D.Tho.dicit ꝙ contritio debet esse de quolibet peccato actuali proprio, non de alienis, nec futuris, sic scribit 4.d.17.q.2.ar.2.q̃la 3.4. Caiet.in opusc.dicit, ꝙ non debent singulis peccatis secundum numerum respondere totidem contritiones. Quoniam non multiplicantur actus pœnitentiæ, ut patet in satisfactione, quæ unica satisfacit omnibus peccatis. Contritio ergo una respicit singula peccata. Et addit, ꝙ ad remissionem peccatorũ mortalium exigitur contritio adeo perfecta extensiue, ꝙ formaliter, aut uirtualiter attingat omnia, & singula mortalia, quorũ reus recordatur, nam dimidium dare authori naturæ iniquum est. At ad remissionem venialium nõ requiritur hæc extensiua perfectio, potest enim unum peccatum veniale, sine alio dimitti. Ideo D.Tho.ait. q̃o.87.3.part. ꝙ sufficientia vniuersalis, & virtualis non est satis ad remissionem peccati mortalis, hoc verum est, quando non occurrit aliud peccatũ in speciali, aliquin cum iustificatio fieret in instanti satis est illa uniuersalis, & ꝙ comprehendantur omnia mortalia. Caiet.hæc docet.cum Palud.

4 *Contritio, num sit necessaria, quando quisque recordatur peccati.* Hoc, quoniam utile est scire, ut ueritatem (quam non nisi post longa studia potest Nouitius cognoscere) facilius percipere possit, de his potissimum, quæ ad nos intimius pertinent, ac ex his, quæ fidei sunt pendent. Paucis sic manifesto, sed prius declaro. Peccatum tripliciter potest occurrere. Primo, vel consentiendo in detestationem, uel aspernando detestationem, uel non amplectendo, nec consentiendo, uel nullum actus uoluntatis exercẽdo, & esset neuter, uel habendo actum uelleitatis, puta uellem habere contritionem quamuis in ueritate non uelim, quia non intendo abstinere. Quando ergo occurrit memoriæ ut sic, non teneor dolere. Dixi vt sic, quia loquor de memoria secundum se, non secundum suum effectum, puta delectationem, aut approbationem. Ad aures ergo Caietani, vt nondum soluamus, dico, quòd non est necessaria contritio singulorum peccatorum. Probatur, quia sæpe recordamur, & si non dolemus esset nouum peccatum, quod non uidetur dicendum. Secundo, nullum reperitur præceptum de hoc, ut quando recordor tenear dolere. Tertio, præcepta affirmatiua non obligãt ad semper. Non ergo tenemur semper dolere. Caiet. in opuscul.

Obijciunt contra.

Primo, quando occurrit peccatum committendum semper teneor detestari. ergo & commissum. Respondeo, quòd satis est non consentisse. Secundo, nec per momentum licet stare in peccato. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Dicitur, quòd argumentum supponit, ꝙ ego pecem, dũ recordor, & non doleo, at non pecco quando recordor, & non detestor, sed quando sto in approbatione. Tertio homo tenetur ad contributionem, quando memoriæ occurrunt, ait D.Tho.4.dis.17.q.3.par.q.4. Dico, ꝙ loquitur in articulo mortis.

5 *Contritio si fuerit vehemens, ac ex intensa charitate, non remittit pœnam, & culpam.* ERRON. Error, imò hæresis est affirmare, quod contritio ex parte charitatis, quæ peccati displicentiam causat, non remittat culpam, & pœnam. Hoc manifeste probat exemplum latronis, cui dixerat Dominus. Hodie mecum eris in Paradiso. Alij dicunt quòd contritio non tollit pœnam, sed æternam in temporalem commutat. Quidam quod cum contritio remittat pœnam Inferni, ideo, & totam pœnam delet. Veritas ergo est, ꝙ contritio tanta esse poterit, ut remittat, ac tollat pœnam sensus, vel si modica fuerit, modicam tollet pœnã, ex merito Passionis, nam sicut baptismus ex merto passionis delet pœnam, & culpã, sic pœnitentia. Hoc autem non euenire qs putet ex uehemenai dolore sensitiuo, sed ex ipsa charitate, qua contritus coniũgitur passione Christi, & sic tollet omnem pœnam sensns. At dicet quispiam vbi est satis-

 factio.

factio. Duo dico pro responsione, alterum, ꝙ ibi dolor intensus, vel displicentia est satisfactio, secundo dico, quòd quādo ex charitate quis coniungitur Christo, non exigitur alia satisfactio. Quomodo etiam hoc stare potest, quandoquidem contritio ordinatur ad deletionem non pœnæ sed culpæ. Respondeo quòd de se verum est, at si dolor ille fuerit passioni Christi coniunctus, delet utrunque. Hic ergo est effectus contritionis, imo contritio quantuncunque parua delet omnem culpam, & omne ueniale peccatum. Hoc uero facit instrumētaliter ut est pars Sacramenti, ut uero est actus pœnitentiæ disponit. Ratione ergo doloris delet pœnam & ex charitate delet & doloris sensibilis delet pœnam, & culpam. D. Tho. etiam addit, ꝙ unus actus contritionis hēt quandam infinitatem, ex uirtute gratiæ, & merito Christi 4. d. 14. q. art. 4. q. 1. & 43. cōtra Gent. 158. & 4. c. 72. & Ferr. ac Caiet. in opuscul.

Contumelia.

Contumelia non est peccatum. HAER. Hoc esse peccatum probatur ex Saluatoris dicto. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehēnæ. Nam contumelia est dicere aliquid cōtra honorem alicuius in notitiam eius, & aliorum, quod committitur principaliter per uerba, secundo per alia, ut D. Tho. scribit 2. 2. q. 72. 1. & per hoc differt, contumelia à detractione quia contumelia fit palā, detractio uero in secreto, & contumeliam audimus, at minime detractiones. Oritur hoc peccatum ex ira principaliter, secundario ex stultitia, quia conuenit cum ira non autem ex superbia directe, sed dispositiue. D. Th. ubi supra. Basil. magnus Hom. de ira hortatur ad eas sufferendas. Nec tu maior es patre nostro Abraham, qui se eadem uocauit ignarum pauperem, ignobilem nominauit.

Corona.

Corona Clericalis est derisibile signum. TEM. Dupliciter circa hoc errare contingit. Primo, ut illi qui dicunt esse ordinem coronā portare. Alter ꝙ sit omninò derisibile quoddam. Primus error non eget alia confutatione, quoniam ex his, quæ de ordine dicemus confutabitur. Secūda etiam pars quoniam, per eā quis deputatur ad diuinum cultū, & est regia Corona, atque potestas spiritualis quæ Laicis non conuenit. Corona ergo clericalis est per primo quis transit ex statu Laicorum ad statum clericalē, uel Ecclesiasticum, non tñ imprimit characterem sed collocat in altiorem gradū, & D. Th. dicit, ꝙ debet fieri per Episcopum. Raduntur etiā Clerici in modum coronæ, triplici mysterio. Primo rōne figuræ, quia figura significat Regnū, & persequtionem cum sit circuliaris, non autem totaliter tollitur ne indecens uideatur, sed in parte superiori, ac inferiori, in signum contemptus diuitiarum ac rerum temporalium. Conuersi vero Religiosi non totaliter tondētur, quia non habent potestatem Ecclesiasticam, sed tondentur, sicut olim Nazarei. Clerici tātū Reges appellantur 1. Pet. 2. Vos autem genus electum gens Sancta, Regale Sacerdotium, & in signum regni coronam instituit Romana Ecclesia. D. Tho. 4. d. 24. q. 3. art. 1. q. 2. & Turrecr. lib. 1. c. 69. conclusione undecima Capist. in speculo Clericorum.

Corpus.

Corpora à Deo mala creata sunt non bona. Patricij. HAERET. Post corporum creationem dictum fuit.

Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona. Quis etiam hæreticorum affirmare unquam est ausus, quòd malum sit à Deo?

Quod uero adducitur ex Hom. trigesimasecunda operis imperfecti. Petrus Cretæ Episcopus interprætatur non esse corpus ex natura sua malum sed ex mundi malignitate.

3 *Corporis partes inferiores sunt à Dæmone.* Paterniani. HAERET. Directorium Inquisit. secunda parte, quæstione sexta, numero quinquagesimooctauo capitulo sina. vigesimaquarta quæstione tertia Patarniani quinto. S. Anton. 4. par. tit. vnd. ca. septimo.

3 *Corpora quæ suscitanda erunt, non erunt corpora, sed sicut uentus.* HAERE. Aperte Diuus Paulus scribit contra hoc, nam ait, quòd corpus corruptibile, resurget incorruptibile, simile corpori Saluatoris 1. Cor. 15. & ad Philip. 3. Iob etiam dixit. Ego ipse & non alius.

Hanc

Hanc dubitationem à Discipulorum animis remouet Dominus dicens. Palpate, & videte quia spiritus, carnem, & ossa non habet. Nec etiam esset vera resurrectio.

4 *Corpora superiora non agunt in inferiora.* TEMER. Quod vniuersa Phylosophia probat, non est à nobis negandum, quando cum fide non pugnat. Probant scholastici inter quos D. Tho. 3. cont. Gent. cap. 82. Quòd inferiora à superioribus gubernentur.

Primo. Substantiæ intellectuales inferiores reguntur à superioribus substantijs immaterialibus, vt sic ordo diuinæ Prouidentiæ seruetur. Ergo corpora inferiora etiam à superioribus reguntur.

Secundo. Corpora cœlestia sunt superiora. Ergo magis formalia. Ergo magis actiua, hoc ex ordine elementorum patet.

Tertio. Corpora cœlestia perficiuntur sine contrarietate, at inferiora cum contrarietate. Ergo ab illis reguntur.

Quarto. Corpora cœlestia sunt similiora substantiis separatis.

Quinto. Magis accedũt ad immobilitatẽ.

Sexto. Motus cœli est primus inter omnes alios motus, ergo causa aliorum. Et hic est sensus illorum verborum. Vt Sol præesset diei, Luna vero nocti.

5 *Corpora Cœlestia agunt immediate in intellectum.* ERRON. Multa in superioribus contra superstitiosos Astrologos, ac scrupulosos Theologos diximus, & ex regulis Triden. Concil. ac D. Thó. mediam viam probauimus. Quam 3. cont. Gent. cap. 84. explicat. Duo ergo sunt extrema in hac re, primum, ꝙ cęlum agat immediate, & per se, & directè in intellectum nostrum, alterum, ꝙ nullo modo, & utrunque impugnatur. Primus est error contra Fidem. Nam intellectus ordine naturæ omnia corpora ei cedit. Secundo. Sunt omnino sine motu actiones intellectus. Tertio. Intellectus nõ est corpus, neque virtus corporea. Quarto. Natura intellectus non subditur cœlo. Ergo nec eius operatio. Quinto. Noster intellectus intelligere de se potest cessante motu ergo non agit cęlum directe. Altera vero pars probatur, quòd aliquo modo dependeat indirecte, nam sine corporalibus, non potest cœlum intelligere, puta imaginatione, & phantasia, quæ dependent à Cœlo, vt patet in infirmis. D. Augu. dicit. 5. de Ciuit. cap. 6. & 7. Quod nõ vsque quaque absurde dici potest ad solas corporum differentias afflatus quosdam valere sydereos. Et Dam. dicit in 2. lib. ꝙ alij, & alij planetæ diuersas complexiones, & habitus, & dispositiones, in nobis constituunt. Quo sensu vera sunt, quæ dicit Ptolomæus in Centiloquio. Cum fuerit Mercurius in aliqua domorũ Saturni, in natiuitate alicuius, & ipse fortis in suo esse, dat bonitatem intelligentiæ medullitus in rebus. Hæc D. Tho.

6 *Corpora cœlestia agunt immediate, & per se in voluntatem nostram.* HAER. Hanc hæresim Priscilliani confutauimus supra. Et cõtra hoc sunt verba Hierem. 10. A signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Hic fuit error Stoicorum, & Pharisæorum, qui omnes nostras electiones pendere à cœlo affirmabant. Cum ergo non imprimant immediate in intellectum, nec poterunt in voluntatem. Quo ad inclinationes tamẽ verum est, quòd dicit Ptolomęus in Centiloquio, quòd anima sapiens adiuuat opus stellarum. Cor ergo Regis in manu Domini. Deus fecit hominem rectum, & reliquit eum, in manus consilij sui. Rursus. Adam peccatum retorquebat in Euam, Eua in serpentem nulla facta mentione de cœlo. Demum, si cœlum cogit, nullum remanet, nulla virtus, quia nõ nostro Marte dimicamus. Quod qui affirmant nil aliud faciunt, quàm quod vniuersam euertunt Phylosophiam, ac Theologiam, remoto namque vitio, sublata virtute, non est, cur de aliis disputemus. Hoc docuit Concilium Brac. Si quis dixerit Animas fatali signo astringi, sicut Pagani, & Priscillianus dixerunt. Anathema sit. tom. 2. pagi. 216. col. 2. cap. 9. Hoc docuit Leo, Episcopo Turbio. tom. 1. pag. 714.

7 *Corporea omnia sunt.* HAER. Confutata fuit. Verbo Angelus. & uerbo Anima. Quę vero contra hoc sunt, in comparatione ad Deum loquuntur. Sixt. tom. 2. 229. c.

Correptio.

Correpti Rubenitæ, quàm humiliter, & amice defendant innocentiam suã, in eo de-

quo accusantur. Ios. 22. d

Corripit Dominus iustos in bonum. Iob 28. b. 13. a

Correptio fraterna. Prou. 23. d

Corripit Dominus, quos diligit. 2. Mach. b. c.

Corripe eum, inter te, & ipsum solum. Mat. 2.

Ad correptionem nostram scripta sunt, quæ aduersa contingerũt Hæbreis. 2. Cor. 10. c

Quomodo corripiendus sit frater. Gal. 6. d

Corripiendi cum modestia ij, qui veritati resistunt. 2. Tim. 2. d

Correctio fraterna non præcipitur in sacris litteris. HAER. Nedum ex sacro Euangelio, verum & ex veteri testamento præcipitur correctio fraterna. sed prius declaratione est recolendum, quod correctio dicitur fraterna, quia ex charitate quærimus emendationem, ac per hoc salutem proximi. Correctio uero iudicis alia est, quæ ad punitionem tendit. Prima respicit denunciationem. Secunda vero accusationem. De correctione interna dicitur. Leuit. 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Esa. c. 33. Audiens ergo ex ore meo sermonem annunciabis eis ex me. & cap. 56. Canes muti, non ualentes latrare. & 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuã, annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Demum Prophetæ omnes hic tendunt. Hester 4. Mardocheus ait. Si nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudęi. Ex nouo testamento habemus, à Saluatore dictum. Si peccauerit in te frater tuus vade corripe eum, inter te, & ipsum solum. Matt. 2. & D. Paul. 1. ad Tim. 5. Peccantem coram omnib. argue. Et ad Titum primo. Quam ob causam increpa illos dure, vt sani sint in fide. Patres scribunt. Chrisost. homil. sexta in Epistolam ad Philippẽ. Melius est, ut sermonibus nostris exuramini modico tempore, quàm perpetua illa gehennæ flamma. D. Augustin. serm. 15. de verbis Domini. Quid ergo faciendum est, corripiamus uerbis, & si opus est, & verberibus. Diu. Hieronym. in capit. 33. Ezech. Speculator autem Ecclesiæ, vel Episcopus, vel Præsbyter, quia à populo electus est, & scripturarum lectione, cognoscens, & prouidens quæ futura sunt, annunciet populo, & corrigat delinquentem. D. Gregor. homil. 16. super Ezech. Quæ potuisset semper uiuere, si uerba correctionis protulisset. Prosper lib. primo de vita contempla. cap. 20. Et tamen perdite uiuentes arguere, aut erubescat, aut metuat. Adhuc Diu. Greg. 2. par. iure past. cap. quarto, Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce contremiscunt. Clauis quippe apertionis, sermo correptionis est. Isidor. lib. tertio, de summo bono. cap. 45. Peccantes non arguunt, & corripere pauperum oppressores verentur. Sanctus Hildeb. epistola 38 Porro ne quid mihi ad eius correptionem defuisse videatur. sub nostra inuitaui, & traxi audientia. Idem epist. 80. Nunquid enim, si in te peccassem, corripiendus prius singulariter non eram. S. Antiochus homil. 82. Quæ inscribitur de disciplina, seu correptione. Multis testimonijs probat eius vtilitatem. Hanc Scholastici omnes venerantur. & D. Thom. 2. 2. q. 33. primo.

2 *Correctio, si suo tempore prætermittitur, non est læthale crimen.* HAER. Doctores omnes Domini præceptum interpretantur, quod ad mortale obligat, licet non quouis tempore, sed pro temporis opportunitate, & cum ad medelam esse adiudicauerit. Cum enim sit præceptum affirmatiuum, obligat tantum congruo tempore. D. Augustinus serm. 16. de verbis Domini. Tu eum vides perire, & neglegis? peior es tacendo, quã ille conuiciando? D. Hieronym. vbi supra. Reus est sanguinis eius, qui liberari potuit, & de morte erui. D. Gregor. etiam eo loci. sed sanguinem eius Dominus de manu speculatoris requiret. Isido. capitu. 46. vbi supra. Sic Heli Sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus, &c. Sed tamen non ut oportuit redarguit, 1. Reg. quarto. Et Prosper ibidem. Si peccata tua non annunciaueris, si eum non argueris, ut ab impietate sua conuertatur, & uiuat, & te, qui non increpasti, & ipsum, qui te tacente peccauit flammis perennibus perdam. D. Gregor. ibid. Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur. D. Thom. & alij recentiores, vbi supra hoc idem sentiunt.

3 *Correptio nunquam debet esse publica.* HÆRET. Ex antiquis Prophetarum gestis, qui peccatores publicè arguerunt, publicè nos repræhendere posse docemur. & facto Ioann. Bapt. ad Herodem. Non licet tibi

tibi habere vxorem fratris tui. Diu. Paul. instruit Timot. 1. capit. Peccantem coram omnibus argue. D. August. serm. decimoquinto, de verbis Domini. Si peccatum puplicum est, & apertum, publice corripe, vt ille emendetur, & cæteri taceant. sic Paulus Petrum publice arguit. Hoc ergo voluit & ipse Dominus, vt si peccator spernit correctionem, tunc testes adhibeat, demum dicat Ecclesiæ.

4 *Superiores sunt corripiendi, veluti alij fratres.* ERRON. Diuersum arguendi modum habemus ex dicto, ac facto D. Pauli. Nam dicit, seniorem, ne increpaueris, sed obsecra, vt Patrem. Ex facto uero quia D. Petrum modeste reprehendit. Et in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Vnde inferiores habent exemplum, vt aduertit D. Thom. quomodo delinquentes Prælatos arguere posint. Hæc ex communi sententia Doctorum.

5 *Correctio semper est necessaria ante denunciationem, & accusationem.* TEMER. Ne dum communis Religiosorum vsus approbatus, sed & Doctores scribunt, quod non semper debet necessario correctio denunciationem præcedere. sed denuncians peccatum proximi prelato discreto, vt pio patri, ex Charitate, benefacit. sic scribit D. Thom. quodlib. 11. quæst. 13. o. Peccatum etiam infectiuum, aliorum, vt hæresis, fornicatio, vel cum damno aliorum, vt furtum, & homicidium debet denunciari. 2. 2. quæstio. 33. 2. c. Obseruent etiam Prælati claustrales, & instruant subditos, quod si peccatum est omnino occultum, & spes emendationis, debet præcedere correctio. si vero peccatum in aliorum notitiam deuenit, nec spes aliqua remansit emẽdationis, tunc potest denunciari. Nam ordo correctionis, quem præfixit Dominus est de præcepto. Qui quidem ordo talis est. Vt primo secretè admoneatur. Secundo debet dici Prælato secretè. Tertio testes adhibeat. Quarto publicari. Multi verò Prælati zelo non secundum scientiam, vel nonnunquam pasione, ac prauo affectu, dum sciũt aliquid secretè, in publicum deducant. Immo quosdam audiui, qui dum aliquid in confessione audiunt, post confessionem, quærunt iterum à pœnitente, vt peccata repetat, vt sic contra reum procedere ad punitionem possent, quod est impium, ac iniquum. Nam si Doctores affirmant, quod licet tacere circunstantiam personæ, quando vergit in damnum ipsius. & ne proximi honori, sic detrahatur, quomodo licebit, ac honestum erit post confessionem quærere, ac sciscitari à pœnitente, cum quo peccauerit, puta quinam eum osculatus fuerit. Præcedat ergo correctio denunciationem, & accusationem, & nolint ipsi sapere, plusquam oporteat. Et si Prælatus contra hunc ordinem agit, non est audiendus, si enim ille Dei præceptis obedire renuit, subditus iure etiam eius statuta despicere poterit. Nec vt plurimum valet, quòd putant non esse locum emendationis, nec fructum reportare sperant ex correctione. Namque D. Augustin. ait, lib. 50. homil. homilia 7. Sperabo tamen in Deum, quoniam adiuuantibus nobis in oratione pro nobis liberabit nos de laqueo venantium, & à verbo aspero. Et in regula. Si autem oculi petulantiam in aliquo vestrum aduerteritis, statim admonete, ne male cœpta progrediantur, sed ex proximo corrigantur. si autem (videas prelate) iterum vel aliquo quoque die ipsum eum facere videritis, iam uelut vulneratum sanandum, probat. Ecce ergo ordo à Beatisimo Patre institutus, hunc sequantur, non Pharisæorum traditiones, quæ animas illaquant homines perditisimi. Hæc & Palu. docet, quarto, dist. 19. q. 3. Biel lect 34. canon is. Ricar. 4. dist. 19. quæst. 2. articu. secundo. Soto de deteg. secretis.

Creatio.

Creatio hominis describitur. Genesis primo, d

Creatoris potentiam ex creaturis docet Iob. 12. a

Creator per creaturas cognoscendus. Sapien. 13. d

Creaturarum est Dei volũtati obtemperare. Isa. 45. b

Creaturis vtitur Dominus pro sua voluntate. Isa. 45. b

Ante creaturam omnem genitus est Christus. Coloss. 1. c

Creata sunt omnia Dei voluntate per Christum. Apoc. 4. c

Creatio non datur, nec res à Deo create sunt.

Auerroes. HAER. Non inter nos, & hereticos controuersia de hoc, nec ipsi negat creaturarum productionem. sed quibusdam Philosophis, quos doctissime Diuus Thom. arguit secundo contra Gent. capit. decimosexto. Aliqui etiam Theologi negant ex principijs Phylosophiæ creationem probari posse, contra quos octauo Physicæ auscultationis disputanimus.

Probatur ergo intentio nostra. Deus res ex nihilo produxit. ergo creauit. Probatur antecedens. Nam si Deus aliquid supponit pro materia. Illa materia à quo est, & quia non datur in infinitum est deuenire ad aliquam, quæ erit ex nihilo. Secundo, agés quòd requirit determinatam materiam est agens particulare, quia tale per formam ad illam materiam terminatur, quòd repugnat Diuinæ potentiæ. Tertio, Deus est vniuersale principium. ergo non agit transmutando materiam, ergo non exigitur materia. Quarto, nulla materia est proportionata Diuinæ actioni. ergo nō supponit aliquid. Dicamus ergo, In principio creauit Deus Cœlum, & terram. Et quia non est instituta disputatio cum infidelibus, hæc sint satis.

2 *Creaturæ malæ sunt creatæ à Deo*. HAER. Multi in hanc foueam inciderunt, & Manichei defendendi hoc onus susceperunt, quos, & supra confutauimus. Quoniam vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

3 *Creaturæ non sunt à Deo, sed ab Angelis creatæ*. Simon Magus. HAERE. Qui primum caput sacræ Genesis legit etiam superficietenus, omnia Deum condidisse reperiet. Quæ breuī epilogo dixit Diuus Ioann. Omnia per ipsum facta sunt. Concil. etiam Bracar. primum, capitul. vndecimo, & duodecimo damnatur, qui corporum creationem Diabolo ascribūt, ac negant Dei esse opificium. Ioan. secundo, pag. 216. col. 2.

4 *Creare aliam terram Deus non potest*. HAERET. Commune Theologorum est placitum, Deum posse aliam terram creare, extra istam, & conseruare. Nam licet mundus constet ex tota sua materia, potest tamen alteram similem creare. Ideo & Caiet. dicit, quòd mundus habet totam materiam possibilem physicè non tamen habet aliquam partem per Dei potentiam creabilem. Verum tamen est, quod secundum potentiam actiuam, vel passiuam naturalem potest esse alia terra.

Quod vero difficile videtur, quòd essent duo soles, nam vel eiusdem speciei, vel diuersæ.

Respondeo, quòd vtrunque potest tueri, nam si essent eiusdem speciei, non per hoc materia vnius appeteret formam alterius sed satiata esset tota sua forma, sicut vna pars Cœli alteram non appetit. Si vero essent diuersarum specierum, sicut sunt planetæ, nec materiam vnius appeteret formam alterius, sed esset sua sorte contenta. Quando etiam dicitur, quòd est impossibile esse aliam terram, non est accipiendum pro possibili logico, neq; quo ad actiuam Dei potentiam, sed pro possibili sumpto, ex potentia indita rebus creatis, sicut dicimus quòd est impossibile mortuum resurgere, non tamen quòd Deus possit perscrutamur. Caietan. prima par. quæst. 47. artic. tertio. Et idem Caietanus dicit, quòd mūdus est perfectus quo ad gradus (si tamen non est aliquid absconditum in sapientia diuina) & non potest perfectior esse, quo ad gradus, sed quo ad species prima par. quæstione 50. art. primo, primum dubium.

5 *Creatio non fuit in principio temporis*. HAERET. Philosophi omnes ex Academia Aristot. impugnant, ac derident hanc veritatem, quorum rationes longum esset exscribere, nec ego cum paganis, sed cum hæreticis disputo, ideo admoneo tantum, de fide sustinere nos debere, creationem factam in principio temporis, cum Moses apertè dicat. In principio creauit Deus Cœlum, & terram. Genes. primo. & Dominus. Ioann. decimoseptimo. Priusquam mundus fieret. Et hoc tenere nullam ponit mutationem in Deo, nec nouā relationem; nam actio Dei est ab æterno, vt aliquid ponit in agente, licet, vt infert ex se passum, vel in patiente sit noua. Et sic mundus fuit ab æterno in potentia actiua, & in actu, & non fuit in patientia. Hoc ratione demonstrari non potest, sed problema neutrum dicitur ab Aristote. & D. Thom.

Dato tamen, quòd ab æterno creatus esset, non tamen æquaretur Deo, quia Dei esse est sine successione, & independens. Nec essent infiniti dies, quia extrema non sunt actu.

Rur-

Rursus si homo ab æterno fuisset, esset per accidens infinitum, quia est ordo per accidens inter generantem, & genitum. Nam homo, vt homo generat, non ut filius, atque ideo non est ordo per se, ideo non repugnat dari infinitum in his, quæ sunt per accidens. Hinc Algazel concedit posse dari infinitas animas, quia est infinitum per accidens. Vel ut alii potest resdonderi, quòd hæc est ratio particularis, potuerit enim esse creatio ab æterno, non tamen homo, sed Angelus. Huius responsionis sensus est, quòd dato, quòd demonstretnr non esse hominem ab æterno remanet tamen uniuersitas rerum ad credendum. An sit æterna. Ideo, & concedi posset mundum esse æternum, quo ad quinque corpora simplicia, & quo ad motum Cœli, & quo ad generationes præter naturam humanam. Nam ridiculum est ponere hominem (vt non nullis placet) qui infinito tempore non generasset. Ex his tolluntur obiecta. Et supponimus Deum libere agere, ut suo loco probabo, ideo quando placuit res creauit, 1. par. quęs. 46. 1. & 2.

6 *Creare conuenit creaturæ instrumentaliter.* Hoc non est de fide, imo Magister D. Tho. & Scot. docent. At D. Thom. retractauit, & quæ dixit pri. secundę, distinctio. prima. hoc fuit, quia erat expositor, non auctor, vt in summa, quo loci probat, quòd neque instrumentaliter conueuit. Nam causa etiam instrumeotalis sua propria actione concurrit ad actionem. At non potest in creatione concurrere, quia uirtus infinita exigitur, & operatio supponit esse, quia ergo creaturarum esse est limitatum, ideo & virtus, vel operatio. Quod vero Scotus dicit. Creatura, quælibet attingit ad effectum Dei, uerum est, quia attingit ad esse, & hoc nulla creatura dat, nisi virtute principalis agentis. Quod uero dicit ad instrumentum attingit virtute principalis agentis, potest intelligi, quòd hoc sit per virtutem existentem in principali agente, & hoc falsum, quia instrumentum operatur etiam per uirtutem existentem in se. Vel virtute principalis agentis, id est ut stat sub principali agente, & hoc est verum. Nam principale agens utitur virtute instrumentali, & eleuat ipsum ad causandum aliquid altius. Caiet. 1. par. quæst. 45. artic. quinto.

7 *Creatio non potuit esse ab æterno, nec Deus res ab æterno potuit eas creare.* Post aliquos Scholasticos neotericos, aliqui, vt Philosophi discutiunt hanc rem, & negant Deũ potuisse ab ęterno res producere, inter quos Franciscus Toletan. octauo Physicorum. De hoc non est præsentis loci tractare.

Opinio vero hæc nedum peritioribus, & Arist. pugnat. Namque si Deus communicat creaturis suum esse, uestigium, & similitudinem, quod nam est, quòd possit impedire suam infinitam actionem, nam sic Deus, nec liber, nec infinitæ potentiæ esset, quod repugnat principiis phylosophiæ, & dicto Angelico, non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Quod vero mouet Tolet. (si rẽ recolo) est. Quia æternitas soli Deo conuenit. At si rem intimius perspexisset fateretur, quod creatio conuenit soli Deo, & æternitas in se, & independens, infinita & non participata, & æternitas participata, & limitata non repugnat, sicut Deus ad sui similitudinem nos condidit, & suum esse gratuitum elargitur per gratiam quo Filij Dei vere naminamur, & sumus, sic & æternitate participare possumus.

De fide ergo tenendum omnia à Deo esse creata, & Deus supponit pro tribus personis, non pro Patre tantum, sed toti Trinitati commune est, nec proprium alicuius personæ. Hoc solius Dei est. Et in principio temporis.

Non quòd primum instans fuerit creationis mensura, sed coexisteus, ac simul cum eo creatus, & ab ipso nunc incœpit tempus.

Creari vero suppositorum est, & in creaturis reperitur vestigium Trinitatis, vt docet Diuus Augustinus lib. sexto, de Trinit. Namque effectus repræsentat semper suã causam, vt fumus ignem. In creatura vero rõnali, vel intellectuali reperit̃ similitudo. Creatio demum est ex nihilo, hoc est post nihilum. & sic distinguitur ab operibus naturæ, & artis, quæ semper supponunt, ac exigunt materiam in suis actionibus. Hæc ex prima parte, quæstione quadragesima quinta.

8 *Creatura vna non est altera nobilior.* HAERETI. In huius confutatione diximus supra,

supra, dum à nobis animarum inæqualitas fuit demonstrata contra Fran. Tolet. 3. de anima quæstio. 18.

Credere.

Credere tenemur tantum, quæ in scripturis expresse continentur. Luth. HÆR. Quando de traditionibus contra Luth. erit scribẽdum, confutabitur hæc hæresis.

2 *Credere possumus quæcunque nobis uisa fuerint.* Luth. HÆR. Non solum Apostolorum tempore præscripta ac definita sunt credibilia, sed à summis Pontificibus, ac Concilijs semper fidei Symbolum est institutum. Quæ nam scientia non habet principia certa, ac constituta? solum fides nostra erit tantæ libertatis apud Lutheranos, ut nihil firmum, aut certum apud eos sit, decreuit synagoga credibilia, statuit Alcoranus, quæ eius fidei erunt, remanet tantum (ut Barbarorum more) quisque sentiat quodlibet. Sciant Lutherani Dominum dixisse, quòd Ecclesiam audiamus. Matth. 18. & D. Paul. admonet, ut captiuemus intellectum in obsequium Christi 2. Cor. 10. Et ad Heb. ca. 13. obedite præpositis uestris. Admonuit Dominus, ut à Pseudoprophetis caueamus. Matth. 7. & 24. Et qui Ecclesiam non audit sit tanquam etnicus, & publicanus & ad Tit. 3. Hæreticum hominem, post unam & alteram admonitionem deuita sciens quia subuersus est, & proprio iudicio condemnatus. Ecclesia est columna ueritatis primo Tim. tertio.

Obijciunt hæretici.

Primo. Prælati Ecclesiæ, Monachi, & alij sunt homines male uitæ, ac indocti. At Dominus soluit hanc rationem secũdum opera eorum, nolite facere, sed quæ dicunt, seruate, & facite. Quid ad reipublicæ administrationem attinet quòd senator sit homo iniquus, & res reipublicæ pro dignitate tractat. Quid officit infirmo quòd medicus non se abstineat ab iis, quæ ei præcepit. Quid militi nocet si Dux uiriliter præliatur, & de reliquo non afferat damnum. Sic Ecclesię Duces, medici, Senatores non sunt nobis impedimento si perdite uiuunt. Nã & Cayphas uera prædixit cum esset Pontifex. Secundo, nos putamus habere ueram intelligentiam scripturarum.

Respondeo, ꝙ decipiuntur. Nam Spiritus sanctus tantum est in Ecclesia, qui docet nos omnem ueritatem. Ioan. 14. Tertio, abusus taxamus. Bene habet, sed medice cura teipsum, nec nos uitia tuemur aut docemus, sed uiam uirtutis, ac ueritatis. Et quis præbet, ac fomitem subministrat uitiis, magis quam Lutherani, qui libere cuique credendi qđ lubet, facultatem admittunt qui sacrarum scripturarum omnibus mysteria inculcãt. Post hanc libertaté quot mala euenerunt. Antea nemo de sacramẽtis dubitabat. Fugitiuos Monachos, ac vxoratos, quis nam defensasset. Nemo in Trinitatis arcanum ausus fuit irrumpere. Nemo, nisi cum scrupulo conscientiæ negligebat Missas, uel horas Canonicas. Et ex hac libertate in maximam redacti sunt seruitutem, à qua, nisi per Ecclesiam liberari non possunt.

3 *Credibilia à Catholico Christiano sunt omnia eiusdem gradus.* TEM. De hoc in præcognoscendis scripsimus, & D. Aug. ad Hierony. dicit. Solum eis libris, qui Canonici appellantur, didici hũc honorem deferre, ut nullum authorum eorum scribendo errasse aliquid firmissime credam. Alios autem ita lego, ut licet sanctitate polleant nõ ideo uerum putem quia ipsi ita scripserunt. Credibilia ergo quædã sunt directe. Vt principia fidei, qualia sunt articuli, hæc sunt per se, ac directe credibilia a quouis. Alia sunt indirecte, quia qui negat ea, corrumpit principia unde emanant, & sequuntur, ut sunt, quæ à principijs atque articulis fidei pendent, uel ex sacra scriptura. Vt Abrahã habuit duos filios. Tertio quædam sunt credibilia, quæ nõ sunt articuli, nec in sacra scriptura sunt, sed per Ecclesiam ex illis, & istis sunt deducta & ab ea tanquam illis consona proponuntur credẽda. Vt quòd Spiritus Sanctus procedat à patre, & filio unica spiratione, & tanquam ab uno principio. Iud. Inquisit. Verbo. Credibilia, & Turrecrem. libro 4. par. 2. cap. 6.

Crux.

Crucis signum habemus ex traditione Apostolorum, ut D. Basili. lib. de Spiritu sancto 27. Caiet. 2. ad tess. cap. 2. Habemus nos signari signo Crucis ex traditionibus Apostolorum.

Cru-

Crucis signum ne ubique depingatur, & in pauimento, admonet Concil. Const. Can. 73. Alia uerbo Adoratio require. Et eius uirtutem verbo Diabolus. §. 25.

Curatus.

Curati accipiunt immediate potestatem à Christo non ab Episcopis. TEM. Ioannes de Polliaco eius fuit sententiæ, ut arbitraretur, quod curati, non sunt sub potestate Papę, & ęquales dixit esse Episcopis in cura parochiæ, ac plebis. Alij uero modestius loquuti sunt, & dixerunt, quòd curati sunt adiutores Episcoporum. Vtrunque impugnatur. Primũ quoniam Episcopis tota cura cõmissa est, unde in eorum ordinatione dicitur. Quãto fragiliores sumus, tanto magis his adiutoriis indigemus D. Tho. etiam lib. de perfectione uitæ spiritualis, comparat Regno. Nam sicut Rex eget ministris, sic regnum Ecclesiæ. Et sicut tota authoritas est in rege, sic tota in summo Pontifice. Rursus. Plebani non possunt, nisi id quòd ab Episcopo est eis commissum, unde sic legitur 10. q. 1. c. q̃cunq;. Quæcũq; res Ecclesiast. sunt cõuenit cum omni diligentia gubernari, & dispensari cum iudicio, & potestate Episcopi, cui totius plebis animæ uidentur esse cõmissæ. & iterum 16. q. 1. c. cunctis. Clemens Papa dicit. Cunctis uero fidelibus, & summopere omnibus Præsbyteris, & Dyaconibus, & reliquis Clericis attendendum est, ut nihil absque proprii Episcopi licentia agant, nõ utique missas sine eius iussu quispiam præsbyterorum in suis Parochijs agat, non baptizet, nec quicquam absque eius permissu faciat. Quæ si uera sunt (imo quia uerissima) profectò non habent immediate potestatem à Christo, cum sine licentia hoc administrare non possint. Hæc etiam est Ecclesiæ consuetudo, ut plebanus ab Episcopo pendeat, & casus etiam reseruantur.

Obijciunt.

Primo statui Apostolorum succedit Episcopus. Ergo & statui septuaginta Discipulorũ etiam succedet Curatus, quia non est maior ratio. Respondeo, quòd nec septuaginta duo habuerunt immediate authoritatem à Christo, sed à Petro. Cui tantum dictum fuit. Pasce oues meas, ut docet Palud. Rursus inter septuaginta duos fuerunt aliqui, qui non fuerunt, nec Episcopi, nec curati, alii Episcopi, alii Præsbyteri, alii Diaconi, quo fit ut non possint curati succedere. Vel succedũt sed mediante Episcopi authoritate. Secundo dicit gloss. Luc. 10. sicut in Apostolis forma & Episcoporũ, sic in 72. forma Præsbyterorum ergo uterque à Christo. Dicitur, quòd non omnes fuerunt Sacerdotes, imo B. Marcus præstantissimus omnium (ut ait D. Hierony.) pollicem sibi amputauit ut indignus Sacerdotio haberetur. Nec illi erant curati, quia non habebant plebem sibi commissam determinatam sicut Curati, nec poterant absoluere, ne ligare. Est tamen similitudo inter Discipulos, & Curatos, in potestate prædicandi, temporalia metendi, & in inferioritate, quo ad Apostolos. Et hoc uoluit Glo. Tertio, misit illos ad prædicandum. Dicitur, quòd non concludit, quòd habuerint potestatem iurisdictionis. Quarto, contra dictum fuit. Quorum remiseritis peccata &c. Ergo & potestatem iurisdictionis contulit. Dicitur, quòd non loquitur omnibus, nam multi non erant Sacerdotes. Quinto, sicut misit me pater, & ego mitto uos. Dicitur etiam, quòd non ex æquo potestas prædicandi omnibus collata est. Nam postquã Sacramentum ordinis fuit in Cœna institutum, tunc non nisi ordinatis in Dyaconum licuit prædicare. Nec etiam postquam Spiritus Sanctus est datus, nullus, nisi Dyaconus legitur prædicasse, & potestas prædicãdi, quam prius habuerant expirauit postquam uenit Sacramentum ordinis. Petrus etiam de Pal. lib. de potestate Ecclesiastica dicit, quòd potestas, quam ante passionem acceperũt defecit in passione, quia nõ emisit eos simpliciter ad prædicandũ in omnẽ locum, sed in omnẽ locum, & ciuitatem, quo ipse erat uenturus. Vnde post resurrectionem quasi contrariam potestatem acceperũt. Quia prius dictum fuerat, in uiam gentium, ne abieritis, postea. Docete omnes gentes. Nũquam etiam habetur quòd discipuli facti sint Curati. Sexto, potestas continuata est in Romano Pontifice ergo etiam in aliis. Dicitur quòd non eadem ratio. Quia Vicarius generalis est, alii sunt particulares. Et aliis de causis, quæ erunt assignandæ. Verbo Papa. Septimo, si omnes à Papa pendet ergo uacante sede perirent omnes.

omnes. Dicitur quòd hoc non sequitur, nã dignitas in Republica remanet mortuo Principe, pendet ergo secundum quòd instituta est authoritas, & non cum uita institutoris, ut patet in omni electione. Octauo Papa non potest auferre potestatẽ ab uno, ac alteri dare. Dico, quòd uerum est, quo ad ordinem, falsa, quo ad iurisdictionem, ut suo loco explicabo. Turrecrem. libro 2. c.59. & 63. Caiet. 2.2. q. 184. 8.

2 *Curati sunt in perfectiori statu Religiosorum claustralium.* TEM. Adeo superbiunt Curati nonnulli, ut excecati ueritatem nõ uideant. Quomodo sunt in perfectiori statui, cũ bona possideant tpalia, nõ sunt adeo astricti uotis, ieiunio, obedientię, silentio, ac aliis, quæ ad perfectionis statum conducunt Religiosus, ne dum pręcepta obseruare pollicetur, sed & cõsilia, non habet duas tunicas, nec supellectilem nec alia. Rursus conceditur Præsbyteris, ac Archidiaconis, quòd possint ad religionem transire. Nam quo ad ardua maiora sunt in ipsa religione. Sicut ergo sacrificiũ minus est holocausto, sic Curator Religioso. Licet ergo Curati habeant curam, tamen quia tanquã adiuuantes habent, non sunt nobilioris status, ideo qui est Curator principalis, nobilior est religioso. Curati etiam officium per se non est docere, sed per accidens. Licet ergo idem genus operis conueniat Episcopo & Curato, non tamen eodem modo, sed ille principalis, hic uero officialis dicitur à Caiet. 2.2. q. 184. art. 8. & D. Tho.

D

Damnati.



DAmnati non resurgent cum corpore. HÆRE. Corporum resurrectionem docent sæpius sacræ literæ. Et Iob cap. 19. inter alios. Rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum Saluatorem meum. Isa. 26. uiuent mortui tui, interfecti mei resurgent Ezech. 37. Et uidi, & ecce super ea nerui, & carne ascenderunt. Dan. 12. Et multi, qui dormiunt in puluere euigilabũt. Matt. 22. Soluitur quæstio Saduceorum. Quod in resurrectione non nubent neque nubentur. D. Paul. 1. ad Corinth. decimaquinta. Seminatur corpus animale, surget Spirituale. Et hoc fatetur Martha Ioan. Vndecimo scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Item D. Paul. ad Philipp. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Quem hæc testimonia non conuincunt, qd aliud expectandum aut requirendũ. Atha. in Symbolo hoc expresse dixit. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habẽt cum corporibus suis. D. Hieronym. epistola 61. ad Pammachium, aduersus errores Ioannis Hierosolymitani. Ego libere dicam, fidem Ecclesiæ apertissime confitebor. Resurrectionis ueritas catholicæ sine carne, & ossibus, sine sanguine, & membris intelligi non potest. D. Aug. in Enchirid. cap. 84. Resurrecturam carnem omnium quicunque nati sunt hominium, atque nascentur, & mortui sunt, atque moriuntur nullo modo dubitare debet Christianus. Idem D. Aug. 22. de Ciuit. Dei cap. 12. argumenta, & calumnias infidelium, cõtra resurrectionem proponit D. Greg. libro 14. Moral. in Iob. Quid enim quotidie, nisi resurrectionem nostram, in elementis suis mundus imitatur &c.

2 *Damnati aliquando in Cœlum euolabunt.* HAER. Origeni attribuunt hoc multi, & Ruffinus etiam D. Hierony. ascribit. Hanc hæresim idem D. Hierony. in Apologia aduersus Ruffinum confutat. Primo quia opinionem hanc de finiendis damnatorum suppliciis, nusquã diuina scriptura docet. Secundo, quia in Euangelio. Ignis æternus dicitur, & supplicium æternum. Et apud Esaiã. Vermis eorum non consumetur, & ignis eorum non extinguetur. Tertio, hæc opinio euertit pœnitus timorem Dei, dum facile homines labuntur ad uitia putantes impios post pœnas fore saluandos. Quarto. Si post longum sæculorum circuitum omnium rerum restitutio fiat, ut una dignitas animarum nulla distantia erit inter Virginem, & postribulum, inter Matrem Domini, & inter uictimas libidinum, idẽ erit Gabriel, & Diabolus, Apostoli, & Dæmones, idem Prophetę & Pseudoprophetæ, idem Martyres, & persequutores. Quinto, si finis omnium similis est, finge infinitas ætates cruciatuum, præteritum omne pro nihilo est, quia non quærimus, quod aliquando fuerimus, sed quod semper futuri sumus.

mus. Ex his ergo cognoscere possumus D. Hierony. esse apertum hostem huius hæresis. Plato hoc idem docet expresse. Quod uero de Traiano Imperatore ac aliis referunt ab inferno liberatis, soluitur §.9.

3 *Damnati nõ uidebunt corpus Christi gloriosum.* ERRON. Et si uiderint corpus Christi gloriosum ipsi damnati, hoc non erit ad gaudium ipsorum, sed ad confusionem, & pœnam, & uidebunt quem crucifixerunt gloriosum. Hoc Theologi in quarto distin. 47. Cum enim futurus sit iudex Christus Dominus, & omnes homines ad illud iudicium sint conuocandi, quomodo non uidebunt? Neque per hoc erunt beati, quia non ad gloriam, sed ad pœnam conspicient.

4 *Damnati sola pœna Ignis punientur.* HAER. Explicari damnatorum pœna non potest, quam tangit Dauid in Psalmo. Ignis, grando, nix, glacies, Spiritus procellarũ, & Iob. 13. Transibunt ab aquis niuium, ad calorẽ nimium. Et Esa. 66. Vermis eorum non cõsumetur. Erit namque in damnatis uarietas pœnarum non refrigerans, sed magis affligens. Nec aliquid erit in damnatis, ꝙ non sit eis materia tristitiæ, nec deerit aliquid pertinens ad tristitiam. Et quælibet pœna damni, uel sensus in damnatis, excedit omnem pœnam, & dolorem cuiuscunque uiatoris, etiam Christi. Per dæmones punientur, ac sentient pœnam ignis, & affligentur pęna sensibili à contrarietate ignis, & aliorum sensibilium. Rursus eorum pœna augetur usque ad diem iudicii. Tenebrę uero, quæ sunt in inferno secũdum aliquos causabũtur ex commassatione, & compressione corporum damnatorum, quæ propter multitudinem, ita replebunt locum, ꝙ nihil ibi de aere remanebit, nec dyaphanũ, nisi oculi damnatorum obtenebrati. Hæc D. Tho. in 4. diuersis locis. Et addo, ꝙ pœna damnatorum pro culpa remissa est temporalis, & diminuitur usque in diem iudicii 4. di. 22. q. 1. ar. j. quintum. Quæ tamen egẽt declaratione, ut sciamus, quomodo corpora damnatorum à sensibilibus lędi possunt. Obser. ergo quòd duplex actio à sensibilibus prouenire potest. Vna naturalis, quæ ab illis in passum imprimitur forma secundum suum esse materiale, sicut cum ignis sua caliditate calefacit lignum. Alia uero spiritualis, qua suam intentionem, & similitudinem in sensum imprimit, sicut cum calor suam similitudinem imprimit in sensu tactus, non possunt corpora damnatorũ à sensibilibus lædi agentibus naturali actione, quia ignis, & aqua, & alia sensibilia, non agent in corpora damnatorum actione naturæ, ideo actione spirituali agent, per sensus immutationem. Obser. 2. quòd ista læsio quæ fit per immutationem spiritualem dupliciter potest intelligi. Vno modo, ut abijciatur à corpore aliqua forma sibi secundum naturam conueniens, & talis non est in damnatis, quia anima perfecte dominatur materiæ, quantum ad esse naturale. Vnde licet qualitas ignis contrarietur qualitati complexionis, & Armoniæ, quæ est sẽ sui connaturalis, eam tamen soluere nõ potest. Alio modo causatur in sensu per ipsam immutationem forma intentionalis illi improportionata, & inconueniens. Vnde sicut proportionatum obiectum semper delectat, sic improportionatum affligit. Obs. 3. Quod animę damnatorum patiuntur ab igne corporeo per modum alligationis cuiusdam. Nam sicut alligatur aliquid, ut faciunt Negromantici, multo magis per diuinam uirtutem. Et uniuntur igni, non sicut motor mobili, uel anima materiæ, sed sicut locatum loco. Quæ quidem unio dicit non unionem solum Spiritus ad ignem, sed uiolentam unionem, & detentionem eius ab igne, quæ est contra spiritus uoluntatem & inclinationem, sicut carceri dicuntur alligati, qui contra eius uoluntatem detinentur. Dolor uero causatur ex duplici causa, vna remota, quæ est ipsa alligatio Spiritus ad ignem, quia sic detinetur, quòd alibi esse non potest, alia propinqua, quæ est ipsa cognitio alligationis. Obs. Quarto, quod uermis, qui est in damnatis, non est quasi eos pœniteat de his quæ commiserunt, ac mala sunt, sed quia continue dolent ratione pœnæ quã patiuntur. Obs. Quinto. Quod erit fletus, & stridor dentium, non per aliquam alterationem corporis a sua naturali, & conuenienti qualitate, sed erit talis cõturbatio, quædam dispositio corporis, qua corpus anima dolente disponetur, nam corpora damnatorum non solum ex exteriori affligentur, sed etiam ex interiori secundũ, quòd corpus immutatur ad passionem animę in bonum, uel malum. De lachrymis docet D. Tho. in quolib. quòd uirtute diuina illa lachrymarum deperditio restaurabitur.

tur. Et erit etiam talis immutatio capitis, & oculorum per motum localem, ex quo motu remanet humorum confusio. Hæc Ferr. 4. cont. Gent. c. 90.

5 *Damnati non semper Deum odio habent.* HÆR. Amor summa est beatorum delectatio, sic in damnatis odium. pœna hæc maxima est, & simul pœna, & culpa. Superbia eorum, qui te oderunt ascendet semper quia damnatorum & inimicorum hoc est ingenium. Animæ etiam à corpore separatæ immobiliter apprehendunt, at non dum est in corpore quia potest à diuersis passionibus agitari, ac moueri, ut patet in continentia. Neque hoc repugnat libero arbitrio. Nãque electio est eorum quæ sunt ad finem, sicut nec modo repugnat quòd appetat finẽ necessario. Posse enim mutari de bono in malum uel è conuerso, non est de natura liberi arbitrii ut sic, sed potentis deficere, ideo in Deo, & Angelis est liberum arbitrium, non tamen de bono ad malum, quia meritum non est animæ solius, sed cõpositi. Fer. 4. cont. Gent. c. 95.

6 *Voluntas damnatorum potest velle bonum.* HÆRE. Hoc licet ex apertis uerbis non confitetur in sacra pagina tamen implicite hr̄. Namque repugnat uolũtati damnatorum posse uelle bonum, quia non essent in perpetua pœna. Quoniam inordinatio uoluntatis quædam pœna est, & maxime afflictiua, quia displicent ei, quæ recto fiunt. Secundo. Damnati sunt æterno euo priuati diuina gratia, ergo non possunt uelle bonum, quia sine gratia nemo potest uelle bonum. Non est uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Tertio, boni omnia propter Deum appetunt ergo mali semper malum quia contrariorum eadem est regula. Hæc uero, sic accipias, quia loquimur de uoluntate, ut sic quatenus est deliberatiua, & nõ de uoluntate naturali. Et sic nec à Scoto dissentimus, qui dixit in Dæmonibus, atq; damnatis posse esse bonum actum uolendi ex eo quod ex puris naturalibus possunt bonum uelle; dico etiam, quòd nec actus ille est omnino bonus, quia deest circunstãtias finis, & sua ad malum finem ordinat actu, uel uirtute. Volunt enim damnati esse & uiuere sub peccato. Hinc D. Th. docet, quòd naturalis inclinatio, per eorum malitiam corrumpitur inquantum bonum, quòd naturaliter desiderant, sub quibusdam malis circunstantiis appetunt. Nihil ergo uolunt neque uoluntate naturali, quòd sit perfecte bonum. D. Tho. 1. par. q. 64. 2. primũ, & 4. cont. Gent. cap. 93. Nullus etiam erit in eis habitus infusus, & acquisitus si remanet erit ociosus, nec uti poterunt, quod erit ad maiorem pœnam. Disputant Theologi in 4. dist. 50.

7 *Damnati nesciunt gloriam beatorum.* HAER. Quis persuadere sibi poterit, damnatos nescire gloriam beatorum cum Apostolus dicat. omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, & referat unusquisque ꝓut gessit in corpore siue bonum siue malũ. Et Dominus dicturus sit bonis. Venite benedicti. Improbis uero. Ite maledicti quam uocem ad perpetuam eorum miseriam audient damnati. Hoc suadent illa uerba Epulonis, qui uidit Lazarum in sinu Abrahæ, & dixit. Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti in aquam. Quicquid uero sit quo ad hoc, an sit literalis sensus, & an sit sic interpretanda. Doctores omnes affirmant in quarto. Damnatos saltem in genere cognoscere beatorum gloriam. Et sciũt esse aliquos beatos esse, & sicut suam æternam experiuntur pœnam, sic & beatorum gloriam imaginari uel excogitare possunt.

8 *Damnati, non sunt in maiori numero, quam beati.* HAERET. Colligunt Doctores damnatos longo numero excedere beatos, ex ea similitudine, quòd inuitati ad nuptias recusarunt ferme omnes uenire. Rursum Dominus aperte dixit. Multi sunt uocati pauci uero electi. Maioris multitudinis sũt infideles ipsis fidelibus, ac longe plures sunt homines uitiis dediti, quàm qui sancte uiuant. Hoc ergo in uniuersum de natura humana affirmandum. An uero, si ad Christianos tãtum deueniamus plures sĩt damnãdi quàm saluandi, hoc tanquàm de fide alteram partem affirmare nõ audeo. Hoc unũ scio, Christianos quàm plurimos perdite uiuere, pauci sunt, qui suæ saluti consulant, quàm plurimi, qui rebus corporis occupati, negligunt, quæ præ oculis semper habere debent. De Religiosis etiam hoc dicere non uereor, quod non multi sunt qui stent promissis, qui ceruicem ab obedientia non excutiant, & qui obseruantiæ rigorẽ non recusent, qui religionis splendorem suis ꝑditissimis moribus non obscurent, quo fit, ut

utram opinionem probabiliorem existimem, quæ docet, damnatos impendio plures esse beatis.

9 *Damnatis non prosunt uiuorum suffragia diminuendo pœnam.* T E M. Non adeo clare potest hoc dictum argui, quoniam nihil ab Ecclesia desinitum. Et Doctores grauissimi, inter quos Chrisost. Hom. 33. In Matth. dicit. Nam si multæ Barbaræ gentes unà, cum defunctis res eorum cremare solent, quanto equius tu defuncto filio sua tradere potes, nō ut in cinerem redigant, sed ut gloriosum magis illum reddant, putas eum in maculis inquinatum abiisse da ipsi sua ut a maculis illis se abstergat. Et idem Hom. 3. ad Philip. sic ait. Iuuemus pro uirib. procuremus eis aliquod auxilium, modicum quidem attamen iuuemus eos. Et Ioa. Dama. in serm. pe mortuis adiuuandis uerba Chrisostomi confirmat, & adducit exempla defunctis infidelibus prodesse suffragia. Et inter alia exemplum Traiani liberati à penis orationibus D. Gregorii, qui depræcatus, est pro Traiano Imperatore, annos ferme quingentis defuncti, & uox diuinitus audita fuit dicens. Præces tuas audiui, & ueniā Traiano do, tu uero deinceps pro impio hostias mihi ne offeras. D. August. in Enchyridion ad Laur. cap. 110. dixit pro non ualde malis propitiationes sūnt & infra. Pœnas damnatorum certis interuallis temporum existiment, si hoc eis placet aliquatenus mitigari dummodo intelligatur in eis manere ira Dei, hoc est ipsa damnatio. Hæc Aug. ubi expresse permittit credi pœnarum mitigationem. Hoc etiam Aurelius Prudentius in hymno de nouo lumine Paschalis sabbati refert perditas noxiorū animas in peruigilio Paschæ, à tormentis quiescere. Marcent suppliciis tartara mitibus, exultat que sui carceris ocio umbrarum populus liber ab ignibus, nec feruent solito flumina susphure. Præpositiuus Leodiensis Præsbyter in compendio suę Theologiæ, scribit, ꝙ progressu temporis omnibus exuerentur pœnis non tamen in perpetuum, vt sensit Orig. sed vsque ad resurrectionem in qua die, de cætero non erit spes refrigerii. Gilbertus Pictauorum Episcopus in lib. Theolog. quæst. Existimauit fidelium pręcationibus, & oblationibus adimi reproborum pęnas sine earū absumptione eo modo, quo infinitæ proportionales partes demi solēt, à linea, à quā licet ipsa infinita non sit infinitæ tamen partes absque ulla eius consumptione subtrahi possūnt. Guilielmus Antisiodorensis Episcopus, in fine summæ Theologicæ, censet uiuentium suffragia adiuuari damnatis non ad imminutionem aut interpolationem tormenti, sed ad confortationem, & corroborationem patientis. Rupertus Linconiensis Episcopus, non longe à fine Theologicæ summæ tradidit nec auferri, nec interrumpi, nec diminui damnatorum supplicia subtrahi tamē illis aliquā grauioris miseriæ occasionē. Cæterum his non obstantibus D. Tho. 4. d. 45. q. 2. confutat hanc sententiam. Et interpretatur dictū D. Chriso. pro pœna purgatorii, nam & D. Greg. dicit. Quod eodem igne purgantur boni, quo reprobi puniuntur, accipitur ergo damnatio improprie, pro pœna & punitione ad quam aliquis est iudicatus, & sic sub ea uenit purgatorium de ea loquitur Aug. in Ench. quòd sit tollerabilior. Vel dico quòd dubitatiue loquitur non affirmando, sed liberum relinquit cuique iudicium D. Damas. dico ꝙ fuit ex priuilegio speciali ꝙ Traianus à Gregorio, & Falconella à Tecla fuerit liberata, & quæ ex lege communi pendent sūnt absolute docenda, non que ex aliquo priuilegio. Hoc etiam de Sanctissima Virgine Catherina Senēsi, quòd suis præcibus parentes ab inferno liberauit. Scio etiam quosdā ex nostris hāc D. Greg. historiam deridere. Hæc dicta Sanctorum sic exponit D. Tho. Et Magister 4. di. 45. c. 2. Palud. Ricard. 4. dist. 46. q. 4. 2. Biel lect. 56. Canonis.

Daniel.

Daniel Propheta, ex Tribu Iuda genere optimatum, Regiæ administrationis filius, adhuc infans è Iudæa in Babilonem perductus est in Bethebero superiore non procul ab Hierosolimis natus, in Babilone ergo abductus cum Ioachim Rege Iuda anno iij. regni eius factus est Eunuchus regis Chaldeorum. Vt impleretur, Esa. uaticinium D. quod protulit super Ezechiam cap. 39. Regem dicens. De filiis tuis, qui nascentur ex te tollent, & facient Eunuchos in domo Regis. Cum ergo de semine regio natus esset, Spiritu Dei plenus, ac Prophetiæ munere condonatus, quæ aliis hominibus erant in-

incognita, ipsi Deus demonstrabat. Fuit uir aspectu quidem aridissimus, ac squallore obsitus, in fauore autem & gratia Domini, per quam speciosus, uita continentissimus. Maximo in prætio est habitus à Balthasare Caldeorum Rege, & deinde apud Darium Medum gratiosissimus. Et nomen ei fuit immutatum, ex Daniele Balthasar fuit nuncupatus, quod nomen inditum fuit à Rege Nabuchodonosor uel ab Eunucho Regio, cui puerorum erat demandata cura. Ab Archangelo autem Gabriele, vir desideriorum, siue amabilis, & Dei amore dignus. Dan. 9. & ibi Hieronym. Quo nomine etiã in hodiernum diem apud Sanctos Patres appellari solet. Orig. epistola ad Rom. lib. 6. c. 8. Hic tempore captiuitatis prædicauit in Babylone, impiis, prædicit destructionem, piis uero certam promittit ac digito quasi demonstrat liberationẽ. Nullus Prophetarum tam aperte dixit de Christo. Nõ enim solum scribit eum esse uenturum, ꝙ commune est cum cæteris, sed etiam quo tempore uenturus sit, docet, & Reges per ordinem digerit, & annos annumerat, ac manifestissima signa prænunciat. Scripsit vsque ad capitulum octauum Caldaico, syriacoque sermone, at quę sequuntur usque ad finem uoluminis Hæbraice leguntur, & eius translationem ex Caldaico Idiomate vel non exactam ediderũt septuaginta, vel fuit ab aliis uitiata non satis Caldeam linguam scientibus, sic scribit D. Hierony. in prologo libri Danielis. Et idem D. Hieron. affirmat Ecclesias legere iuxta Theodotionem, non iuxta septuaginta translatores. Defunctus est in Babylone Cyri Persarum Regis temporibus ibique magnis honoribus sepultus circa annum ab orbe condito ꝑ 1400. Et humactus fuit in angusta cauerna, cuius monumẽtum extat usque ad hoc seculum nostrum in Babylone notissimũ, sic scribit Epiph. in uita Danielis. De uita, & interitu Prophetarum Isidorus censet vnà cum uolumine Ezechielis, à uiris sapiẽtibus Hebręorum, eius librum unà cũ Ezechiele fuisse conscriptum. Græci totum uolumen partiuntur in uisiones duodecim, quarum prima continet hystoriam Susannæ, ultima interitũ Draconis, & Abacuc raptum. Alii uero quatuor partibus hunc librum absolui affirmant. Quarum prima est ab initio usque ad ea uerba secundi capitis videlicet. Responderunt Caldei Regi Syriace, Hæbraico narratur sermone. Secunda, quæ inde progreditur vsque ad uisionem anni tertij Balthasar, hoc est usque ad finem septimi capituli Hebraicis quidẽ literis, sed lingua scripta est Syriaca, hoc est Caldaica. Tertia usque ad finem duodecimi capitis, iterum Hæbraico eloquio scribitur. Quarta ac postrema de Susanna, & Belo, Græce descripta est, ex editione Græca Theodotionis Ephesii, qui & orationẽ Azariæ, & hymnum trium puerorum a se Græce æditos inseruit, tertio eiusdem libri capitul. Principium libri idem est tã apud nos quam apud Hebræos. Anno tertio Regni Ioachim, Regis Iuda &c. At uulgata Græcorum editio, & Athanasii Syrupsis, principium libri idcirco sumunt ab ista historia Susannæ, quòd ea Daniel adhuc puero contigerit. Finis libri idem apud nos, & Græcos de historia Beli, & Draconis. Hebræi uero finiunt, in illis uerbis. Tu autem Daniel uade ad præfinitum, quæ apud nos sunt in calce duodecimi capitis. Hæc ex Epiphanio de uita & interitu Proph. D. Aug. De mirabilibus sacræ scripturæ lib. 2. c. 30. quæ desumpta uidentur ex antiquitatib. Iosephi lib. 10. c. 12. Chris. de incompræhensibili Dei natura Hom. 3. Greg. in moralib. lib. 1. c. 13. Origen. in Num. 31. c. Hom. 25. D. Hieron. in prologo. Hæc ex eius prophetia selegi.

An uero sit Canonica eius Prophetia dixi supra uerbo Biblia.

Daniel, Regis Iuda captiuitatem refert, capit. 1. a

Daniel non uult uesci cibis regiis, c. 1. b

Daniel, Regi Nabucdonosor somnium indicat, & interprætationem, c. 2. d

Daniel à Rege exaltatur, c. 2. g

Daniel prædicit Balthasar à Regno deturbãdum, c. 5. c

Daniel constituitur à Rege Princeps super satrapas, c. 6. a

Danielem accusant satrapæ tanquam uiolatorem edicti Regij, c. 6. c

Daniel mittitur in Lacum Leonum, capitulo 6. e

Daniel in Deum suum fidens liberatur, capit. 6. f

Danielis accusatores exponuntur Leonib. deuorandi, cap. 6. f

Danieli oñditur quatuor bestiarũ uisio, c. 7. a

Darius.

Dathan.

Dauid.

Decimæ.

niuant, utrunque affirmari potest, nec est contra fidem.

4 *Decimas soluere non tenentur Clerici.* E R R. Qui resistere conatur decretis Pontificum, in his, quæ diuinæ legi nō aduersantur, hic certè errat. Atqui statuit Paschalis Papa, decimas esse soluendas à Clericis. Nouum genus (ait) exactionis, ut Clerici à Clericis decimas exigant. Soluunt vero Clerici, non quatenus Clerici, sed ea ratione, qua seculari iure, uel hæreditario, uel emptione, uel alio modo terras possident. Vel soluunt etiam ut Clerici, quatenus subditi suo superiori suffragentur. Non tamen Laicis tenentur soluere, ut docuit Luth. licet Dominus soluerit, nam nec omnia quæ Christus egit, non agere debemus quę erant humilitatis signa.

5 *Decimas soluere tenentur ne infideles?* Sunt qui dicant debere etiam infideles decimas soluere. Nam si sunt de iure naturæ soluendæ, tenentur etiam illi, ut affirmat Panor. Vbi tamen non est consuetudo Ecclesia non recipit decimas, sicut nec Apostolus nihil recipiebat propter scandala D. Tho. 2. 2. q. 43. 8. quintum Alex. 3. par. Bon. 2. di. 3. pri. 2. art. 1. q. 1. Ricard. dist. 4. Gers. par. 2. in regulis Moralib. Capistranos lib. de Potest. Papæ pag. 43. hæreticos uocat, qui negat decimas esse soluendas.

Decretæ.

Decreta Romanorum Pontificum non sunt suscipienda. Vuitcl. Centuriatores. H AE R E T. Cum de pontificia potestate erit sermo. Hic tantum admoneo, quòd in decretis Pōtificum duo sunt, unum tanquam intentio, conclusioque decreti. Alterum quasi ratio, & causa à Pontifice reddita eius rei, quam constituit. Primum est semper suscipiendū nec in eo errare potest. At non secundum, quia non nunquam, non erunt probabiles, neque aptæ. Pro huius rei confirmatione est Isid. in prologo sui uoluminis. Secundo Igmarus c. 15. sui lib. 3. probat d. 19. cap. Si Romanorum. Gelasius etiam in decreto cum septuaginta Episcopis habito de Apochriphis scripturis hunc in modum habet. Item decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporib. ab urbe Romana pro diuersorum patrum consolatione dederunt uenerabiliter recipiendas decernimus. Isid. in suo prologo adducit testimonium 80. Episcoporum qui sic ait compellor à multis, tam Episcopis quā reliquis seruis Christi Canonum sententias colligere & Paulò post. Deinde quarundam epistolarum decreta uirorum Apostolicorum interserimus. Iam ergo ante annos nongentos cępit hoc studium, & alij ante Gratianū collegerunt, quos ille imitatus est, uiros Sāctitate, ac excellenti doctrina præditos Iuonem Episcopum Carnotensem ante quadringentos quinquaginta annos. Buncardum Episcopum Vormaciensem eo antiquiorem. Anselmū Lucensem ante annos prope quingentos, hi ut dixi ante Gratianum epistolarum decreta collegerunt, ut sic digesta ad usum Ecclesiæ omnibus in promptu essent. Leo etiam c. 10. suarum decretalium ait, se omnia decreta collegisse tā Innocentij, quam omnium prædecessorū. Pro epistola Clemētis est Phocius Patriarcha Constantinopol. ante annos septingentos. Ruffinus Toranus eo antiquior fatetur, hanc epistolam interpraetatam esse, & editam. Has Clem. epistolas 18. Episcopi receperunt ante annos mille centum in synodo Vasensi sub Theodosio Minore. Tribuense etiam Synodus Arnoldo Imperante ante annos amplius sexcentos fidem Epistolæ Clem. dederunt. Hoc fuit in Germania, quando religiosa erat. Ratio etiam suadet tot Pontifices, qui nos præcesserunt epistolas scripsisse. Hanc ergo antiquitatem ueneremur. Vt Plato etiam docet 7. de legibus. Turr. lib. 5. capit. 23. Turrecrem. lib. 4. cap. 108.

2 *Decreta omnia sunt fidei dogmata.* E R R O. Multa sunt in Decretis, quę primo & de se, non sunt de fide, nec omnino explorata, ac certa tanquam de fide, cui subesse falsum nullo modo possit, sed priuatæ quæstioni respondēt Pontifices. Vel ea scripserunt, quę ab aliis receperunt & utitur interdum Pontifex, si quicquam suadere capit receptis opinionibus, sententijs, rebusque uulgatis, at non continuo quæcunque in hunc usum attulerit, ea sedis Apostolicæ iudicio probat. Aliud quippe suadentis officium, aliud definientis. Qui pronunciāt res ueras afferunt, qui suadent non nunquam uerosimiles. Talis est quod scribitur de donatione Constantini, & alia, quæ uerbo Palea inscribuntur.

De-

Degradatus.

Degradati ſunt, qui perdunt Characterem. ERRON. Vt iam diximus, character eſt indelebilis poteſtas, nec unquam amitti poteſt, immo remanet in damnatis. De hoc ſupra.

2 *Degradatus ea omnia poteſt, quæ prius.* ERRON. Remanet quidem character, & poteſtas ordinis, nec enim egent alia ordinatione, ſunt tamen priuati adminiſtratione, ac iuriſdictione, & degradatio tollit ordinis exequutionem, quaſi in perpetuum, at excommunicatio tantum, vſque ad emendationem. Vt docet D. Thom. 3. par. q. 82. 8. tertium. & Scot. 4. diſtinct. 15. q. pri. Corteſ. lib. 4. diſt. 5. Degradatio eſt maxima pœna Canonica, & eſt amotio à ſtatu clericali inquit Scotus, non quod character ordinis ſibi tollatur, nec per cõſequẽs ordines ſuſcepti, ſed tollitur licentia exercendi actum cuiuslibet ordinis, & traditur Curiæ ſeculari, adeo tollitur exequutio ordinum. Forma autem ſecundum quam infligenda eſt, habetur extra de pęnis. hæreſis ſchiſma, reuelatio confeſſionis. De primo. ext. de hære. Abolendam. De ſecunda, ext. de ſchiſmaticis in ſexto. Abſcindendos. De tertia, ext. de pęn. & remiſ. omnis vtriuſque ſexus. Quæ pœna, non remittitur, niſi ab eo, qui infligere eam poteſt qualis eſt ſolus Papa. Peccat grauiſſimè ſi conſecrare uellet, uel exercere, quæ ſunt ſacramenti. Iud. Inquiſit. Verbo. Degradatio. & verbo Clericus.

Delectatio.

Delectatio nunquam eſt peccatum. HAERE. Ex ipſa definitione, vel deſcriptione ab Ariſt. aſſignata cognoſcimus delectationẽ non raro eſſe peccatum, nonnunquam vero eſt licita. Hinc illud Dauid. Delectaſti me Domine in factura tua. Definitur vero ab Ariſto. delectatio, quòd eſt quidam motus animæ, & conſtitutio ſimul tota, & ſenſibilis in natura exiſtente. Quæ definitio apud D. Thom. prima 2. q. 31. primũ. Eſt cauſalis, apud Biel. identica. pri. d. 1. q. 6. 3. Dicitur etiam delectatio, quòd eſt motus in appetitu animali conſequens apprehenſionem boni naturalis præſentis per ſenſum. Qui ergo conſtituit finem in delectatione uel carnali, uel ſenſuali, uel itellectiua, in his quæ ſunt contra Dei præcepta, hic grauiſsime peccat. Vnde D. Augu. 12. de Trin. cap. 12. ait. Quæ ſtatim, ut attigerunt animum, reſpui debuerunt, negandum nõ eſt eſſe peccatum, ſed longe minus quàm ſi opere ſtatuatur implendum. Idem lib. 1. de ſerm. Domini in monte. cap. 23. Verum tamen delectatio ante conſenſionem, uel nulla eſt, vel tenuis, ut prope nulla ſit. Cui conſentire magnum peccatum eſt, cum illicita eſt. Cum autem quiſque cõſenſerit, committit peccatum in corde ſuo. Hæc D. Augu. & hic eſt ſenſus illorum uerborum. Qui uiderit mulierem ad concupiſcendũ eam iam mechatus eſt eum in corde ſuo. ſcribit Bon. 4. diſt. 49. q. 1. ar. 3. Gerſon par. 2. tract. de delect. ſummiſtæ.

2 *Delectatio de quacunque re eſt peccatum.* ERRON. Vtrunque uitium eſt affirmare, ꝙ nulla delectatio ſit peccatum, & ꝙ omnis ſit peccatum. Sunt enim à natura ſic potẽtiæ ad operationes ac obiecta inſtituta, vt non ſolum ſit peccatum, ſed quando virtuoſum, ac laudabile, ut quãdo quis reportat delectationem ex opere bono, tunc licitum eſt.

Rurſus ſi à ſenſibus remoueantur delectationes, tarde opera exercebunt, ſentiũt ergo delectationem ipſi ſenſus in operibus ſuis, nec hoc eſt peccatum; niſi naturam vniuerſam deſtruere velimus. Delectatur intellectus in cognitione ueri, appetitus in aſſequutione boni, nõ ergo eſt ſemper peccatum. Conueniunt Doctores in hoc. Immo D. Thom. affirmat, quòd delectatio proprie dicta eſt in Deo prima 2. ubi ſup. 4. 2.

3 *Delectatio de actu licito conditionaliter eſt ne peccatum.* Et ſi non ſit de Fide, ac per hoc nec mei ſit numeris hanc rem excutere, tamen & quia in hoc deceptos legi aliquos, eam exponere decreui. Eſt qui delectatur in cogitatione. Si talis eſſet mea mulier. Peccat ne mortaliter. Cum delectatio ſit actualis, & non conditionalis, ſed in actu, ac cogitatione illa delectatur peccat mortaliter. Nã non eſt actu mulier, & actu delectatur in eo, ꝙ non eſt ſui iuris, ideo peccat mortaliter. Nec ualet ſi dicatur, actus eſt licitus ergo delectatio. Quo-

niam non est de illo cōditionaliter, sed est actu talis delectatio. Hinc dicunt, quòd uidua etiam si delectatur de actu matrimonij, cum periculo pollutionis, uel similis turpitudinis peccat, at non quando est de solo actu, secluso omni alio annexo. Caiet. in opuscul. Hoc idem iudicium faciunt de uisione pulchræ mulieris, quia si est cum periculo, uel ociosa delectatio, erit peccatum, at quia non ordinatur ad uenerea licita, ut oscula, & tactus, ideo non semper est peccatum, si de pulchritudine, ut sic delectatur.

Denunciatio.

Denunciatio non est in præcepto. HAERET. Aperte post correctionem fraternam præcepit Dominus denunciationem dicens. Dic Ecclesiæ. Et ea ratione qua dicitur correctionem fraternam esse sub præcepto, eadem, & denunciatio. Hæc ergo fit de peccatis occultis, præcedente secreta admonitione; nisi mora sit periculosa, sic docet D. Tho. secunda secundæ, quæstione trigesimatertia, articulo septimo. Nec requiritur scriptura, quia denuntians non obligat se ad probandum, nec punitur non probans.

2 *Denunciare prætermisso charitatis ordine nunquam est peccatum.* HAERET. Cum Dominus nobis clare insinuauerit charitatis ordinem, miror de quorundam tanta cæcitate, qui nulla admonitione, uel fraterna correctione præmissa denunciant, & pluris faciunt prælatorum præcepta, quàm Domini instituta, & abolere, ac penitus extinguere potius uolunt fraternam correctionem quam eam conseruare, quod pugnat expresse cum Euangelio. Prius ergo corrigendus est frater, postea denunciandus Ecclesiæ.

At si prælatus præcipiat, excommunicat, ut occultum crimen reueletur, non est audiēdus, nec obedire quispiam debet. Nam si ille à Diuinis legibus rebellat, non debet subditus illius iussionibus obtemperare. Si enim ille Deo non obedit, cuius est minister, cur potius nos debemus illius stare mandatis? Attendant ergo Prælati, qui non nunquam nesciunt quid iuris sit, uideant subditi, quale eorum sit obsequium, & obedientia.

De hoc iudic. Inquis. verbo denunciatio. Et summistæ. Armilla. Accusatio. 23.

Derisio.

Derisio nullum est peccatum. HAERET. Vt videamus huius propositionis errorem, quid sit derisio prius exponamus. Derisio est, qua aliquis alterius malum uel defectum in ludum, vel risum ponit, ut erubescat. Sic D. Thom. dicit secunda secundæ, quæstione septuagesimaquinta ar. primo. Quando ergo derisio fit uerbo, cachinis, uel aliis signis ad contemptum proximi, est peccatum mortale, & contra charitatem, eo magis si fiat ex odio. Quando uero fit ex ioco tunc erit ueniale. Tanto grauius erit hoc peccatum quanto persona, quæ deridetur, erit dignior, vt si Deus, & Sancti irriderentur, uel iusti, qua aliquando ab operibus uirtuosis retrahuntur. Et quando fit in Deum blasfemia nuncupatur.

Si uero nō esset peccatum nec Eliseus pueris irridentib. maledixisset 4. reg. c. 2. D. Th. 2. 2. q. 75. 2. c. Et hoc peccatum secundum rationem suam, est minus graue peccato detractionis, & contumeliæ, licet aliquando sit è conuerso 2. ad tertium. Summistæ. Verbo derisio.

Desperatio.

Desperatio non est peccatum. HAER. Exemplo Cayni conuincitur huius delicti grauitas. Qui dixit: Maior est iniquitas mea quā ut ueniam merear. Hinc à Doctoribus dicitur grauissimum peccatorum, & periculosissimum, quia spe relicta homo in uitia facile labitur, ac à bono retrahitur. Cum. n. quis existimat esse dānatū, vel qđ Deus non parcet sibi, uel putat se nō posse cōuerti ad Deum, grauissime peccat, quia omittit, quę debet. Et est peccatum in appetitu minus graue infidelitate, & odio Dei, sed periculosius. Quæ causatur principaliter ex Accidia, seu tristitia, & negligentia, secundo ex luxuria. Nemo ergo desperet dum est uiator. At in damnatis, non est culpa, sed pars damnationis. D. Tho. 2. 2. q. 20. Chris. Hom. in Psalmo quinquagesimo D. Augustin. Hom. 21. ex quinquaginta. Isid. de summo bono. cap. 14. Bern. serm. 5. Natalis Domini. Leo epistola 91.

2 *Desperatio, & nil aliud potest impedire ueniam peccatorum.* HAER. Hæc hæresis confutatur in direct. Inquisit. 2. par. q. 9. art. 57. & ex se apparet eius falsitas. Nam & obstinatio, & alia multa impediunt salutem. Ne uero desperare quis possit Concl. Trid. statuit, in articulo mortis quemlibet posse absoluere, sess. 17. cap. 7.

Detractio.

Detrahunt Moysi, Aarō & Maria, ob id à Deo corripiuntur, & Maria lepra percutitur, Nu. 12. a

Detractores audire uetat Dominus, Bonauent. 25. d

Detractor occultus sui similis, Eccl. 10. c

Detractio uitanda, Iacob 4. c

Detrahens fratri, detrahit legi, Iacob 2. a

Detractio non est peccatum. HAER. Confutat D. Bern. serm. 24. super cant. dicens. Nō ueniat anima mea in Consilio detrahentiū quoniam Deus odit eos, dicente Apostolo. Detractores Deo odibises. Rom. 1. Quam sententiam Deus ipse loquens in psalmo 100. audi quomodo affirmet. Detrahētem (inquit) secreto ꝓximo suo hūc persequebar. Hæc D. Bern. Est enim detractio occulta maledictio ad denigrationem famæ, per impositionem falsi, per adauctionem mali, ꝑ reuelationem mali occulti. Est mortale ex praua intentione emanans. Veniale uero ex leuitate. Hæc causatur ex ira uel odio, & contrariatur adulatori. Eius etiam species D. Bern. refert eadē loco, ac Diuus Tho. 2. 2. q. 73. Huius remedium Chris. docet. Hom. epistolæ 2. ad Tim. Habes Paulū, uerbis te, operibusque moderantem.

Deuotio.

Deuotio est hypocrisis actus. HAER. Encomia deuotionis referre longum esset, qua Saluator. Vnico uerbo. Complexus est dicens. Maria optimam partem elegit. Hanc Sancti omnes usque ad sydera tollunt, qa principalis actus est uoluntatis prompte tradendi se ad famulatum Dei. 2. 2. q. 82. 1. Hæc à Deo est, & ab exteriori signo, quæ illam excitant, & a feruore charitatis iuuatur. Magis est in simplicibus, ac mulieribus propter humilitatem scribit D. Th. & Sco. q. 29. quodlibet.

Deus.

Deum esse, est articulus fidei. Antequam hoc dictū exponatur prius, quid sibi uelit hæc vox Deus expendamus. Deus à dando dictus est, quia omnibus dat. Vel quia nihil ei desit Qui quidem diffinitione nec explicari, nec mente concipi potest. Itaque ut uideamus, quomodo sit articulus, uel principium fidei, hæc propositio Deus est. Obser. est, quòd de Deo dupliciter loqui possumus. Primo ut principium, finisque est naturæ, sane quando concipimus naturam aliquam perpetuam, ęternam, independētem, qui Cœlum, terramque mouet, Deū naturaliter intelligimus, segregatum ab omni concretione mortali. Quo sensu D. Tho. dixit, non esse articulum fidei, sed a fide supponi, nam sicut gratia supponit naturam, sic cognitio gratuita cognitionem naturalem. At si consideremus Deum potiore quodam lumine nobis ostēsum, quo apparet in una Deitate Trinus, in effectis supra naturam mirabilis, prima causa efficiens eorum omnium, & postremus finis, rationalis creaturæ summa fœlicitas, tunc est articulus Fidei. Quo sensu D. Paul. ait credere oportere docuit. Deum esse, & remuneratorem inquirentium se. Deum accipit, non ut oculis naturæ cernitur, sed ut illustratione superiori apparet, rerum supernaturalium primum principium, ultimusque finis, omnis gens cognoscit Deum nullus enim est tam fęrus populus (ait Cicero) qui etiam si ignoret qualē esse Deū habere deceat, tamen habendum sciat. Qui enim non cognouit Deum procuratorem rerum humanarum, atque hominū rectorem & iudicem, is longissime abest à nostra disciplina. Sic conciliantur quæ docet D. Tho. 2. 2. q. 1. art. 5. ad tertium. Quod Deum esse, & unum esse, cum aliis condtionibus, quas fides docet est articulus fidei.

2 *Deus habet corpus.* Tertullianus. Vadiani. HAER. Ex multis locis sacræ scripturæ colligitur, Deum esse incorporeum. Iob 22. Excelsior enim Cœlo est, & super stellarū uerticē collocatur. Et Dauid Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Et psal. 144. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius, non est finis, & Ioā. Spiritus est Deus. Et Luc. Spiritus car

nem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Contra hoc etiam D. Tho. 1. par. q. 3. 1. pluribus rationibus probat esse incorporeum. Direct. Inqui. par. 2. q. 6. nu. 32. Quod uero scribitur hoc scribere Melitum Asianum Episcopum decipiuntur ait. sext. tom. 2. lib. 5. annot. 18.

2 *Deum non rogamus, quia eius auxilio egeamus.* HAER. Quomodo egeat homo Dei auxilio, inferius cum gratiæ necessitas explicabitur apparebit. Et tantum recolant lectores, Dominum dixisse, sine me nihil potestis facere. Et D. Paul. Nõ est uolentis neque currentis, sed miserentis Dei. Hinc Dominus iterum. Petite, & accipietis. Quid iterum illud. Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie.

4 *Deus est mendax.* Armeni. Tam alienus est Deus ab iniquitate, quam à falsitate, adeo quòd sicut nec per alium iniquitatem committere potest, sic nec fallere. Vnde dicitur. Num. 23. Deus non est ut homo ut mẽtiatur, & Hiere. 10. Dominus autem Deus uerax. Et Ioan. 10 Ego sum uia, ueritas, & uita. D. Paul. 1. ad Titum. Fusius probat D. Aug. lib. de mendacio cap. 8. Nam non esset perfectus, & tamen dicitur. Estote perfecti, sicut pater vester celestis perfectus est.

Obijciunt.

Primo dictum fuit, quòd Caym à nullo homine occideretur. Gen. 4. Respondetur, quod prohibetur homicidium illis uerbis, nec unquam homicidium fuit licitum, nisi ad pœnam, & ex iustitia. Secundo, Abrahã mentitus est, dum dixit. Expectate hic, ego & puer, cũ adorauerimus, reuertemur ad vos. Gen. 22. & tamen illa fuit prophetia diuinæ reuelationis, ut ait D. Amb. lib. 1. de Abraham cap. 8. Tertio Iacob ẽt Patri suo mendacium dixit. Ego sum primogenitus tuus Esau Gen. 27. Quæ omnia fuerunt ex diuina reuelatione, ut tradit Innoc. de Diuor. c. gaudemus. Quarto, Ezechiæ dixerat Esai. morieris, & non uiues. Esa. 38. & tamẽ non est mortuus. Quinto, ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum 3. regu. 22. Sexto, Ioseph mendacium iuramento confirmauit. Per salutem Pharaonis exploratores uos estis. Ge. 24. Septimo, Micheas dixit. Vtinam vir essem non habens Spiritum, & mendacium potius loquerer. Octauo ironia mendaciũ est. At ironice loquuti sunt Sãcti Deo auctore ergo Deus per alios saltem mentitur. Vt ergo hæc argumenta diluamus. Ad secũdum dicitur, quòd Abraham non est mentitus quia filium credidit protinus, suscitandum vnde Apostolus ait. Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur & unigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones arbitrãs, qa & à mortuis suscitare potens est Deus ad Heb. 11. Alij dicũt esse mentitum, & hoc admittũt, sed dissimulãdi cã esse loquutũ, prophetasse aũt, quia dixit uerũ, ꝙ tunc ignorabat, & hoc suadent D. Amb. verba. Ad tertium dr̃ ex D. Tho. ꝙ non est mentitus Iacob, quia mystice dixit se esse Esau. Quartũ ex Esa. testimonio nullum continet mendacium, quia est prophetia comminatoria sicut & illa Niniuitarũ. Hinc ad tres dies Niniue subuertetur. Ad quintum respondetur, ꝙ intelligitur concedendo non iubendo, ut etiam illud & ne nos inducas in tentationẽ. Matth. 6. Sic & Deus dicitur tradidisse filiũ in manus impiorum Ad sextum dicitur, ꝙ Ioseph est mentitus, sed ioco tamem nec iurauit absolute, sed ex conditione. Ad septimum dicitur, quòd sermo Prophetæ est figuratus ad exprimendam rei maximam certitudinẽ uel ad desiderium uehemens explicandum, ut si fieri posset ea mala non euenirent. Ad octauum. Nego quòd ironia sit peccatum, nam non solum est absque uitio, sed cum laude fuit. Addit D. Tho. illud Abrahæ, quòd dixit Saram suam esse sororem, & tamen erat uxor. Dicit, quòd iuste ocultauit ueritatem, nam filia fratris erat, ideo dixit filia Patris mei, & non matris, qa erant ex Patre, non ex matre. Decimo, est factum obstetricum, quæ mentitæ sunt. Dicitur, quòd errauerunt, & non de mendacio, sed beneuolentia erga Deum mercedẽ receperũt. Vndecimo, Iudith nõ ne est mẽtita loquendo Holoferni. Dicitur, quòd nõ est mentita, quia dixit secundum mysticum intellectum, & etiam quia ex pio affectu loquuta est, sic Holoferni. Duodecimo Iob dixit capit. 12. & errare eos facit quasi ebrios. Et Ezech. 14. Ego Dominus decepi Prophetam illum. Esa. 63. Quare errare nos fecistis de vijs tuis. D. Paul. ad Rom. 1. Tradidit illos in reprobum sensum, ut faciant, ea quæ non cõueniunt. Et 2. ad Thes. 2. Mittit illis Deus operationem erroris. Et alte-

alterum. Et ne nos inducas in tentationem inducit ergo Deus. D. Aug. de gratia, & lib. arb. cap. 21. docet Deum in cordibus hominum operari, ad inclinandas eorum uoluntates in malum, ne dum mentes in falsum. Hæc omnia fuerunt in causa, ut non sane intellecta à Melant. diceret Deum esse causam peccati.

Quibus satisfacit D. Tho. quòd peccati vt pœna est, causa est Deus, ut culpa uero est à Satan. Et etiam ea omnia sunt exponenda, non causando deceptionem, sed quia eam permittit. Et sic excęcare, & obdurare dicitur, & illud, quòd facis, fac citius, & D. August. lib. de præd. & gratia capitulo docet, Non operatus Deus in homine ipsam duritiam cordis, sed indurare cum dicitur, quē molire noluerit. Sic etiam excecare quem illuminare noluerit, & repellere eum, quē noluerit uocare. Sic & D. Paul. ad Roma. capitulo nono permisit uasa iræ ad interitum.

Perditio tua Israel tantummodo in me auxilium tuum. Ose. decimotertio. Hæc ex August. & D. Tho. 2. 2. quæstione 110. articulo tertio.

5 *Deus non potuit facere res aliterquam fecerit.* Petrus Abail. Videat Abailardus, quid Moses scribat. Dixitque Deus fiat lux, & facta est lux iterum. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, quib. locis, & alijs apparet Deum libere omnia cōdidisse. Sicut ergo quando uoluit cuncta creauit, sic & quomodo uoluit, & non coacte. Hoc & D. Aug. de ciuit. Dei, & Theologi omnes docent.

6 *Deus non est vnus, & tres personæ.* HAERE. Contra Hebræos Maumeth, & Arrium verbo Persona ex professo erit sermo, satis sit testimonium Moysis dicentis. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. D. Basil. epistola 43. Gregorio fratri.

7 *Dij sunt tres.* Hoc uniuersa abhorret phylosophia, etenim (vt docet Arist. & alij) entia nolunt male disponi, vnus ergo Princeps. Et iterum ex sacris literis habemus. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et iterum.

In principio creauit Deus: Vnus est Pater vester. Basil. epistola scribit contra hunc errorem, & hęresim. Et lact. lib. 1. de falsa Relig. cap. 3. 4. & 5. ex testimonijs etiam Phylosophorum. Et Ath. in symbolo. Non tamen tres dij, sed unus est Deus.

8 *Deus est causa peccati, ut sic.* Melant. HAER. Adeo insanuit Melanthon ut dixerit, æqualiter esse opus Dei perditio Iudæ, & salutis Pauli quod iniquum est, ut cum de prædestinatione erit scribendum, demonstrabo. Nam quòd Deus causat inordinationem actus, atque priuationem ipsam, ex diametro pugnat cū diuina bonitate. Deus enim peccatum, non fecit, nec lętatur in perditione uiuentium.

Est tamen Deus causa peccati materialiter, uel ut ens est, & etiam ut pœna peccantis est, ut docet. D. Tho. pri. 2. q. 97. Iussisti Domine, & ita est, ut omnis immoderatus animus sibi pœna inquit D. Aug. eo loci. At peccati natura infra uerbo Peccatum explicabitur.

9 *Deus est acceptator personarum.* HAERET. Quid hoc nomen importet fuit in superioribus expositum, ex qua hæresis conuincitur. Nam quis prior dedit illi, & retribuetur ei. Illis etiam qui parum accepisse ex labore in uinea dixit Dominus. An non licet mihi, quòd uolo facere. Sua sunt omnia, accipiat ergo quisque quod datum est & uadat.

10 *Deus hominem cogit ad peccandum.* Luther. Melant. Bucerus. HAERET. Ne sim molestus, singula ex scribendo, quæ D. Augustin. tribus libris de libero arbitrio. edidit, quibus ostendit Deum non posse ad malum cogere. Sat erit dicta sacræ scripturæ referre.

Primum perditio tua ex te Israel. Quæ dictio ex te, licet apud quosdam non legatur, tamen eam habent septuaginta interprætes, & uulgata æditio. Rursus. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.

Nolite fieri, sicut equus, & mulus. Noli deficere à disciplina Domini.

Noli negligere legem. Deus intentator malorum non est ipse enim neminem tentat. Nec permittit nos tentari supra id, quòd possumus, sed facit cum tentatione prouentum. Demum Deus non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat.

Hoc clamant Prophetæ. Hoc tenet Ecclesia, hoc docent Doctores, & decreuit Concilium Trid. sess. 6. Can. 6. Si quis dixerit non esse in potestate hominis, uias suas ma-

las facere, sed quòd mala opera ita ut bona Deus operatur, non permissiue solum, sed proprie & per se, adeo ut eius sit proprium opus, non minus perditio Iudæ, quã uocatio Pauli. Anathema sit.

11 *Deus est forma informans.* HAER. Hoc confutare ex phylosophia facillimum esset, & ex sacris literis, nisi esset eius falsitas omnibus manifesta. Si enim Deus esset forma alicuius materię, esset pars, limitatus, restrictus, ac per hoc nec infinitus, quod affirmare stultissimum est. Nec enim Deus venire potest in compositionem aliorum. Adhuc si esset forma informans, ante vniuersi productionem erat imperfectus Deus, quia forma separata ab eo, cuius est forma remanet imperfecta. Si quãdo uero legitur apud Doctores Deum, vel verbum esse formam, exponenda sunt de forma exemplari, quia omnia per ipsum facta sunt.

12 *Deus ante conditam lucem in tenebris uersabatur.* HAER. Et si ab æterno hæc visibilis lux sit condita, tamen erat Deus in sua luce absolutissimus, & clarissimo lumine. De quo Saluator, Clarifica me pr̃, charitate, quam habui priusquã mundus fieret apud te. Item si ipse est lux mũdi, quomodo erat in tenebris, quomodo etiam hac luce orbatus latebat in tenebris. Demum, si est lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, quomodo tenebris obuolutus, & si hac luce esset destitutus. Non ergo deerat ante hanc lucem temporalem alia lux æterna, & inacessibilis, nec nostra tenui luce eget, nec bonorũ nostrorum, ut dixit Dauid.

13 *Sed quid faciebat Deus priusquam crearet mũdum, si erat in luce?* Huic quæstioni Diu. Aug. iocole respondet 11. Conf. c. 12. Alia scrutantibus gehennas parabat, aut si quæstionem risu indignam putasset, equidem respondere poterat, Dei naturam nunquã fuisse ociosam, neque unquam bonitatem, ac potentiam eius obtorpuisse cessando, semper enim æterna illa Deitas extra omnem locum in se ipsa manẽs intra se ipsam incessabili intellectus, ac uoluntatis actione operabatur, mundum videlicet quem mente gerebat animo conspiciens intelligentia pertractans, & uoluntate deliberãs, ac præcipiens, ne mundus ipse ab æterno fieret sed vna cum tempore, quando eum dinina prouidentia nouerat bonum, atque oportunum fore ut esset, neque enim quia mundum, sed quia Deus mundum fore uoluit, ideo mundum esse, bonum fuit.

14 *Dei essentia nullò modo à creatura uideri potest.* HAER. Quando beatitudinem nostram in superioribus demonstrauimus, Deum ab oculo intellectuali (suffulto lumine gloriæ) videri posse demonstraui. Hoc pollicitus fuerat Dominus dicens, vt cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quid Deus dixit. Ego ero merces tua magna nimis, & iterum uidebimus eum sicuti est, & D. Paul. sequor autem, si quo modo comprehendam. Et Saluator. Angeli eorum in Cęlis, uidẽt faciem Patris mei. Miror certe de q̃busdã, q̃ D. Chris. eliciunt quòd non uideant Angeli Dei essentiam in se, sed per similitudinem, hoc enim ex se falsum probatur. Etenim quæ similitudo poterit Deum repræsentare? Visio itaque cum sit tota merces, authore D. Augustino beati in Cœlis Dei essentiam in se uident. Nõ oculo corporali, nec intellectuali compræhendendo, quia compræhendi non potest, nec etiam uideri potest ab homine mortali. Non uidebit me homo & uiuet, & Moysi dictum fuit. Posteriora mea uidebis. Et iuxta hunc sensum exponi possunt dicta Theodoreti, Theophilacti, & Euthymij, ut si quo modo possint ad uerum sensum reducamus.

15 *Deus non potest odio haberi.* D. August. retractat, quod dixit. Nullius fere conscientia Deum odisse potest. Et lib. 22. & capit. 22. probat Deum posse odio haberi ex pluribus locis scripturæ. Et illo psal. 73. superbia eorum, qui te oderunt ascẽdit semper.

16 *Deus nemini maledixit.* HAER. Inuehit Luth. aduersus D. Hierony. qui uidetur dixisse Deum nemini unquam maledixisse. Sed nec mentem percepit Sanctissimi Doctoris, qui in Coment. epistolæ ad Gal. 3. super ea uerba. Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis. Non negat D. Hieron. Deum aliquando maledixisse, sed quod maledictio nunquam coniungatur cum hoc nomine Deus. Nam quòd maledixerit Deus habetur. Gen. 3. & 4. Maledicta terra in opere tuo, & ad Cayn Maledictus tu super terrã. Et alibi maledictus Chanaam puer. Nec non in alio loco maledictus furor eorum, quia audax.

Et

Et Dominus ficulneæ maledixit. Et demũ in nouissimo die Iudicij, his quæ à sinistris erunt, dicet. Ite maledicti in ignem æternũ. Et quoniam longum esset uniuersas maledictiones sacræ scripturæ enumerare, nec plura.

17 *Deus præcipit impossibilia.* Luth. H AE R. Iniquus esset iudex si impossibilia præcepisset, quæ à nobis seruari non possent, pugnat enim cum uniuersa natura, quod author naturæ det propensionem, & organa ad proprias operationes exequendas, & tamen homo non possit; frustra est desideriũ, in uanum tot contulit uires, ac facultates. Huic simile docuit Arist. quòd si Cęlum deberet moueri motu progressiuo, uique & organa dedisset.

Verum ergo est illud axioma D. Hierony. Si quis dixerit Deum impossibilia præcipisse. Anathema sit. Rationes uero quibus Luthe. suam sententiam iniquam confirmat sunt istæ.

Primo semper oramus dimitte nobis debita nostra. Respondeo quòd id petimus, quia non possumus propriis uiribus obseruare. Secundo, D. Paul. scribit.

Non quod uolo bonum hoc ago. Dicitur, quòd non negat nos posse seruare, qui dixit. Bonum certamen certaui, sed difficultatem in bonis operib. explicat, quòd est contra Pelagium. Tertio, D. Augu. contra Pelagium, & Bon. hanc repugnantiam repetit. Respondeo quòd Sanctus Doctor ad hominem Pelagium arguit, qui hominem gratia non egere docuit. Vel si homo non potest seruare diuina mandata, certè Christiana respublica est sine legibus. Vel leges illæ sunt rescindendæ, de quibus Dominus dixit. Iugum meum suaue est. Et alibi. Qui uos audit, me audit.

Demum Lutherani, quare leges seruãdas esse decernunt, & Euangelium. Sic confutatur Lutherus.

Deuteronomium.

Deuteronomij Liber, non est Canonicus, ac Sacer. H AE R. Nulla adhuc natio fuit, (quod sciam) quæ Deuteronomij authoritatem negare præsumpserit. Hic namque liber nedum apud Hæbreos semper est receptus, sed in ecclesia semper, ex Canone ultimo apostolorum. Scripsit hunc librum Moses, vt aperte dicitur ca. 31. B. & ad omnem populum Israel transiordanem, anno ab egressu filiorum Israel de Aegypto 40. die prima Mensis vndecimi, anno ab orbe condito bis millesimo quadrigẽtesimo, nonagesimo septimo. Apud Hæbreos dicitur. Mesue, idest repetita lectio, nam nil aliud habet, quam memoriam rerum ante dictarum, id quæ eorum causa factum est, qui leges traditas memoriæ non mandauerant. Nam multi cum pueri, & iuuenes essent, eo tpe, quo ex Aegypto egressi sunt, non satis eas intellexerant. Alij vero dum lex daretur, nondum nati, & in lucem proditi erant, ideo Deuteronomiũ, quæ Græca uox est.

Secunda lex latine, à Mose conscripta fuit non enim Moses tantum dictauit, & alius (Iosue siue alter scripsit) vel Esdras scripsit principium, & finem libri. Moyses vero reliqua, ut quidam putant. Hic liber fuit defossus ac pene deletus, & post multum temporis repertus. Nã & ante captiuitatem multa abolita sunt librorum volumina, cum Iudæi in ultimam prolapsi sunt impietatem, quod in calce 4. reg. manifeste depræhenditur. De hoc libro scribit Beda, quòd dicitur repetitio librorum præcedentium Genesim, Exodum, Leuiticum, ac Numeri, & quasi quoddam legis meditatorium, co φ quatuor proprias rerum gestarũ continẽt causas, iste uero omniũ. Additur ergo supe

rio-

rioribus velut Enchyridion, & compendiũ totius Phylosophiæ cœlestis, & quasi commentarius, & explanatio decalogi. etenim prætermissis illis, quæ ad Leuitas, ac Sacerdotes pertinent, tantum ea docentur, quæ vulgo, ac populo erant necessaria. Docet siquidem omnes ex decem præceptis bene viuere, instituitque internum conscientiæ regnum, tradit etiam cæremoniarum modum, atque omnia sapientissime dispo nit, & hac ratione voluit Deus à suis semper manibus tractari. Hæc ex D. Hierony. D. Aug. lib. 1. de mirabil. sacr. scrip. cap. 35. & quæst. 49. super Deut. Chrisost. hom. 9. in caput 2. D. Mat. & hom. 7. 1. Cor. 2. & ex Beda, & Glos. huius libri. Argumenta, quæ infirmum eum reddere conantur, soluentur inferius.

Diabolus.

Diabolo est sacrificandum. HAERET. Qui exhibet sacrificia, vel honorem Dæmoni, vt sunt aliquæ mulieres, & Lamiæ, tanquã hæretici omnes sunt iudicandi, hoc decreuit Ioan. XXII. in extrauaganti, quę incipit. Super Specula. Sic, & qui aliquem exhibet honorem latriæ, vel dulię. & ipsa inuocatio Dæmonum reddit hominem de hæresi suspectum, quia in omnibus his est apostasia à fide, propter pactum cum Dæmone initum, vel verbo, vel facto, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 89. Quando etiam inuocantur Dæmones ad id, quòd excedit eius facultatem, ad vt cognitionẽ futurorũ contingentium, vel ad resurrectionem mortuorum, quòd Saul petijt à Phitonissa, vel certificatio vitæ, vel mortis, quia à Dæmone petijt Ochozias. 4. Reg. 1. vel hominem cogere ad peccandum, & similia, ex his petitionibus hæretici iudicantur, quia protestantur se credere hominem esse Deum. Iud. Iuquisit. verbo, Apostata, in fine. Quã vero sit vanus Dæmonum cultus probat Lact. de falsa sapientia, li. 2. capit. decimooctauo.

2 *Diabolus ex sua natura malus est.* Manicheus, Priscillianus. HAER. Si Diabolus Dei creatura est, quia omnia à Deo sunt, quomodo ex natura sua est prauus, cum Moses, ac vniuersa fides dicat. Quod erant omnia valde bona, quæ Deus fecit. Ezech. itẽ c. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris. Concil. Brac. primum, cap. 7. Si quis dicit Diabolum non fuisse prius Angelum bonum, nec Dei opificium esse naturam, sed dicit eum è tenebris emersisse, nec aliquem sui habere auctorem, sed ipsum principium absque substantia mali, sicut Manicheus, & Priscillianus dixerunt. Anathema sit. Ioan. 2. pag. 216. col. prima, in fine.

3 *Diabolus est plasmator corporis humani.* Manichæus. Priscillianus. HAER. Damnatur in eodem loco capitulo 12. Si quis dixerit plasmationem humani corporis Diaboli figmentum esse, & conceptiones in vteris matrum operibus dicit Dæmonũ figurari, propter quòd resurrectionem carnis non credit, sicut Manicheus, & Priscillianus dixerunt. Anathema sit.

4 *Diabolus est plasmator vniuersæ carnis.* Manich. Priscil. HAER. Non tacuit eadem Sancta synodus huius hæresis confutationem. sed cap. 13. ait. Si quis dixerit opificium vniuersæ carnis non opificium Dei esse, sed malorum Angelorum sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt. Anathema sit.

5 *Diabolus aliquando à pœnis liberabitur.* Origenes. HÆRET. Dæmoniaci hæretici sic nuncupati Origenis heresim sunt sequuti. Ambrosium etiam hoc sentire affirmant aliqui, dum exponit verba Diui Pauli, ad Ephes. tertio. Vt innotescat principatibus, & potestatibus. Hanc hæresim damnat Ecclesia ex verbis Domini. Matth. 23. Ibunt in supplicium æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. q̃d & ver.

Dam-

Damnati ex Diu. Hieronymo rationibus confutauimus.

6 *Diabolus non est, sed ficte loquuntur scripturæ.* Georgius Dauidicus. HAERE. Quid magis repugnat sensui litterali sacræ scripturæ, quam hæc excogitare, si seduxit mulierem, si tentauit Dominum, quomodo non erit vere, sed fictitie, imo fictitium est, quod scribunt isti. Nam serpens erat calidior cunctis animantibus dixit Moses. Genes.3. Quot graues pugnas inter ipsum, ac Iob legimus, capit.16.20.& 41. & D. Petr. 1.cap.5.admonet, dicēs. Quia aduersarius uester Diabolus, tanquam Leo rugiens, & cæt.

7 *Diabolus habet corpus sibi naturaliter vnitum.* HAER. Quod de Angelis diximus supra hoc iudicium facimus de Diabolo, ex Concil.Later.sub Innoc. Caieta. etiam ad Eph.2.exponens ea verba.secundum principem potestatis aeris huius spiritus, dicit. Crediderim ego Dœmones esse spiritus aereos, & id consonare veræ Philosophiæ rationi. Et sint motiui secundum locum sine sensitiuo, atque ideo apud ipsum sunt intellectualis naturæ constantes etiam ex uirtute motiua secundum locum. At contra hoc sunt verba Domini.Matt.12. Cum immundus spiritus exierit ab homine. & item. Assumit alios spiritus nequiores se. Rursus erant in vno Dœmones, qui dicebantur legio. Matth. Quomodo ergo habet corpus. Pro opinione Caiet. quam arguit Catharinus lib.4. Annot.posset distingui, quòd aliud est de spiritu aereo, qui habet corpus, & aliud de Diabolo, qui in inferno est damnatus.

8 *Diaboli plures ceciderunt, quàm in Cælo remanserint.* ERRON. Scholastici, ac Doctores affirmant in maiori numero eos esse, qui remanserunt. Vnde Heliseus ait. 4. Reg.6. Plures enim nobiscum sunt. Et in Apocal.c.12. Draco traxit tertiam partem Stellarum.

9 *Diabolus non tentat homines.* HÆR. Vtinā quotidie eius insidias non experiremur, sed Deus faciet ut uirtus in infirmitate perficiatur, & cum tentatione prouentum. Ille Euam seduxit, de qua D.Paul. Mulier seducta in præuaricatione fuit. Ille Dominum in deserto est aggressus, ille est draco, qui quotidie illudit, & aduersarius superandus, vt docet Apostolus Petrus.

10 *Diabolus non tentat amplius, si fuerit semel superatus.* HÆR. Quid magis, ac clarius probat Dœmonem etiam victum, iterum redire, quàm Saluatoris exemplum, qui toties & gula, & superbia ab eo fuit tentatus. De hoc dicitur. Reuertar in domum meam vnde exiui. Matt.12.

11 *Diabolus cognoscit futura contingentia in se ipsis.* HAER. Communis est Doctorum consensus, ꝙ Dei proprium, ac peculiare sit cognoscere futura contingentia. & qui à Dœmone ea scire conatur est hæreticus vti diximus. Et mulierem quandam, quæ futura diminutione, ac ope diaboli scire tētabat, ut de hæresi suspectam ex sacro officio diiudicauimus, & uanis, & falsis supstitionibus illum inuocabat, ac venerabatur. Cognoscere tamen diabolus futura contingentia potest in suis causis, qui nobilissimi est intellectus, & perspicacioris hominibus, vnde ex pacto dœmonum multa sciuerint homines supra humanā notitiā de quibus D.Aug.sup.ciuit.Dei, cap.7.

12 *Diabolus cognoscit affectiones cordis.* HAE. Ea ratione, qua Dœmō futura in se cognoscere non potest si sunt contingentia eadē nec affectionis cordis in se. Hoc dixit Hierem.cap.8. Prauum est cor hominis & imperscrutabile, & quis cognoscet illud. Ego Dominus scrutans renes, & corda. Doctores omnes hoc idem sentiunt. Coniecturis tamen cognoscere potest.

13 *Diabolus nullo modo cognouit Christum.* ERRON. Non de re est controuersia, sed de modo. Quod enim cognouerit, apparet ex illis verbis. Quia tu es Christus, sic clamauerunt Dœmonia. & Luc.4. Quid nobis, & tibi IESV Nazarene? Venisti ante tempus perdere nos. & si tu es Christus. Dic, vt lapides isti panes fiant. Et si ergo eum esse Dei filium naturalem, dubitauit tamen ex tot signis.

14 *Diabolus naturaliter multa ignorat.* ERR. Commune est Doctorum placitum eum esse omni scientia præditum, tu Cherub plenus scientia, in delitijs Dei fuisti, ait Propheta. Bona enim naturalia integra remanserunt, sicut & ipsa natura, ideo nec nescientia, aut error uel deceptio, quo ad naturalia esse potest, & hoc testatur D. Augu.de ciuit. Dei 9. c.22.

15 *Diabolus potest miracula facere.* HAERET. Miraculum (vt suo loco explicabo natu-

naturæ vires excedit. At improprie mirabilia, quę humanas superant vires dicuntur miracula. De quo aliàs.

16 *Diabolus potest immediate transmutare materiam ad formam substantialem*. TEMER. Negant Doctores. 2. dist. 7. q. 4. Quoniam potest applicare actiua passiuis, at inducere formam immediate non potest, eget. n. forma substantialis, vt prius materia disponatur, actus namque actiuorum (Arist. authore cui subscribunt omnes) fiunt in patiẽte disposito. At ad formam accidentalem potest disponere immediate, & ad spiritualem hinc phantasiam commouet, & illustrat, & etiam intellectum.

17 *Diabolus non potest facere maleficium*. HÆ. Innocentius VIII. præcipit Inquisitori Alemaniæ. & Iulius II. Inquisitori Coloniensi. & in Clem. de hæret. cap. accusatus. Quod Inquisitor procedat contra tales, nõ nisi quia personæ istæ erant malignę, & per hæc opera, quæ facultatem excedunt humanam ostendunt se pactum habere cum Dœmone, ac à fide apostatasse, iuxta verbum D. August. 28. q. 7. ca. Non obseruatis. Quæ sapiunt hæresim. 2. 2. quæst. 12. 2. apud D. Thom.

18 *Diabolus non est incubus, & succubus*. Cornelius Agrippa. ERRON. Pluries D. Aug. lib. 3. de Ciuit. Dei. c. 2. & 5. & 15. c. 33. ait. Quoniam creberrima fama est, multique se expertos, vel ab eis, qui experti essent, de quorum fide dubitandum non esset audiuisse confirmat Syluanos, atq; Faunos (quos vulgo incubos vocat) improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum appetisse, ac peregisse concubitum, & quosdam Dœmones, quos Dusios Galli nuncupant, assidue hanc immunditiam, & tentare, & efficere plures, talesque asseuerant, vt hoc negare imprudentiæ videatur. Hæc D. August. D. Greg. exponens illud Esai. 34. Et pilosus clamat. alter ad alterum. Isido. lib. 8. c. vult. Glo. Esa. 13. ibi. Et pilosi ibi saltabunt. & Esa. 34. ibi. occurrent Dęmones. Et 1. ad Cor. 11. super illud. Propter Angelos. Est etiam Decretalis Innoc. VIII. (vt dixi) & à fide Catholica deuiantes. Cum dæmonibus incubis, & succubis abuti. & infra. Statuimus, vt Inquisitores per nos deputati debitum inquisitionis officium in huiusmodi personas exequantur. Hoc docet D. Thom. & Biel. 2. d. 8. q. 1. art. 3. & Scolastici. Obijcit Agrippa, in suo libro, quem scribit aduersus Lamiarum Inquisitores. Chrisost. Hom. 22. in Gen. exponens ea verba, Videntes filij Dei filias hominum, dicit esse impossibile, vt improbi Angeli cũ fœminis coitum exerceant, cuius sunt verba. Valde insanus esset, qui comprobaret talia verba dementiæ plena, quòd incorporea, & spiritualis natura, corporis complexum ferat. Cassianus etiam lib. 12. coll. ca. 8. sequens suum præceptorem. dicit. Nullo modo credendum est spirituales naturas coire cum fœminis naturaliter posse. Philastrius, cap. 108. sui Catalogi aduersus hæreses. Alia est hæresis quòd Angeli carnaliter se miscuerint cum fœminis ante diluuium. Cyrill. Alex li. 2. Allegoriarum, in Pentat. serm. 1. Concilium Ancy. detestatur hanc sententiam. quod habetur caus. 26. q. 5. Illud etiam. Sed his omnibus satisfacere non est difficile. Et ad Chrisost. & Phil. verba, dicitur, ꝙ loquuntur de Angelis beatis, quos relinquere Dei amorẽ, & ad venerea conuertantur est impossibile eos naturaliter talia facere, quasi semen ex corpore. Dœmonum decidatur. Ad dictum Concil. Ancy. Respondeo, ꝙ non loquitur de incubis, & succubis, sed de illis mulieribus, quæ falsis imaginationib. decipiũtur, ꝙ non nego, nam aliquando tales fęminæ immobiliter domi permanent, & tamen credunt se in remotis regionib. transportatas. Secundo, ergo Dęmon habet filios. Huic respondet D. Aug. 3. de Trinita. Generat quidem Demon ex accepto semine filios, quia dum succumbit accipit semẽ dum incubit, quia velocissime mouetur conseruando seminis caliditatem generat nõ tamen qui nascitur est filius Dœmonis, sed illius hominis à quo est semen acceptum. Hæc D. Aug. & huic determinationi assentit Ecclesia, & experientia probat.

19 *Diabolus sine semine potest alia generare*. ERRON. Si sine semine generat, quo ergo medio certe non est à natura aliud concessum quo generans alterum sibi similem gignere possit, vel si sine semine, vel aliquo ei proportionali, ergo ex nihilo, ꝙ est hæreticum.

20 *Diabolus non potest aliquid repræsentare sub specie hominis, aut alterius rei*. ERRON. Quod hæc virtute Dœmonis repræsẽtari possint, docuit D. Paul. Quod se transfigurat

rat in Angelum lucis; si in Angelum lucis, multo fortius in hominem, vel brutum. Hoc probatur ex caus.25, q.9. c. Episcopi. & D. Aug. 3. de Trinit. & in vitis sanctorum Patrum, de iuuencula, quæ omnibus, excepto Machario sub specie equæ apparebat. Multa enim sensibus externis apparẽt, quę non sunt ad extra in similitudine, sed ex parte videntis, sicut in febricitantibus, & dicitur præstigium. & Arist. scribit de som. & vig. Sunt etiam tales apparitiones imaginariæ, licet veræ nobis videantur. sic accidit his, qui se vngunt, & cuidam mulieri, quæ putauit, se ituram in domum cuiusdã sicut promiserat, at non fecit, sed inuenit se nudam in domo suo, & sic conuersa est. Alia fuit mulier, quæ amore capta voluit ire ad domum (sicut Diabolus ei promiserat) & vnxit se, at postquam fuit extra se multo tempore, & putaret se cum dilecto fuisse, inuenit se in eodem loco nudã adeo laxatam, quod eguit refocillatione. Portat etiam Dæmon de loco ad locum. D. Tho. de Mal. q.16. Caieta. 2.2. quæst. 95. articulo tertio.

21 *Diabolus non potest assumere corpus.* HAER. Longa concertatio, quę fuit inter ipsum, & Saluatorem probat Dæmonem posse corpora assumere, quandoque vero apparet, sed non assumit vere. Illud tamen corpus assumptum à Dæmone differt à nostro. Primo, quia non est sic perfectũ, sed quasi glacies, & ipse Dæmon respondit se melius facere non posse, non enim potest sic naturalia commiscere, vt homo sic perfectus nascatur, & carnem humanam efficiat. Nec potest semen humanum efficere, propter eandem rationem, & perfectionem, quæ requiritur ad huiusmodi, quæ exigunt naturalia perfecta. Hoc significauit Saluator. Palpate, & videte. Hinc non potest adeo delectari in obscenis, quia nõ habet corpus, & sic interpraetari possunt, quæ docuit Chrisost. & Cass. Caietan. 2.2. vbi supra.

22 *Diabolus non potest mouere de loco ad locum.* HAER. Hoc pugnat cum eo, quod legitur de Abacuc, qui fuit asportatus ab Angelo. Daniel 8. & dicunt Scholastici, quòd materia corporalis ad nutum obedit Dæmoni, quo ad motum localem.

23 *Diabolus non potest immutare sensus externos.* HAER. Non solum ex dictis, sed ex multorum experientia conuincitur, quod Dæmon immutat sensus exteriores. Nam Angeli, qui Sodomam combusserunt Aurisia eos percussit. Gen. 19. & 4. Reg. 6. Legitur. Quod Eliseus ducit in Samariam. Et apud D. Greg. legitur de Moniali, quæ credidit manducare lactucam, & erat corpus aereum. Hæc Siluester lib. de strigibus, & Spineus.

24 *Diabolus nos cogit ad peccandum.* HAER. Melat. Bucerus hoc docent. Confutat D. Aug. lib. de libero arbitrio. & probat quòd nec Deus, nec Dęmon nos cogit ad peccandum, sed vnusquisque propria voluntate peccat. Si enim Dæmon nos cogit ad peccatum, ad quid tam numerosus pręceptionum ordo, ne homicidium, ne furtum, ne adulterium faciamus, ne quis abeat post suas malas concupiscentias. Peccatum namque est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam. Rursus, vt Patres omnes conueniunt. Peccatum non est, nisi sit voluntarium. vt docet Tertull. lib. 25. aduersus Marchionem, & Diu. Amb. lib. de Iacob, & beata vita, capitu. 3. Aug. aduersus Fort. disputatione secunda, & de vera Religione, cap. 14. Est ergo contra naturam peccati, vt quis à quauis causa cogatur. Nec enim liberum arbitrium extinctum est, & si sit attenuatum, vt Trid. synodus docet. sess. 6. primo, & sunt vltima verba. Si quando vero apud Doctores reperiatur quòd Dæmon nos cogit, aduertant concionatores quod illud dicitur ad exprimendam vehementem Dæmonis tẽtationem, non ad remouendum liberum arbitrium, sed quia Dæmon adeo sagax, ac versutus, vt homo uix eius insidias refugere possit, ac vix, & egrè resistere.

25 *Diabolum nunquam homo vincere, ac superare potest.* HAER. Debilis est hostis, qui non vincit, nisi volentem, quid illud, resisti te Diabolo. Et cum ad omnia peccata nos inducat Dæmon, si nũquam uincimus, omnia peccata ergo erunt in vno homine, qđ quàm sit error affirmare, nemo est qui nõ fateatur. Signo Crucis superatur Dęmon, sic scribit Ephrem Syrus, in sermone de Sancta, & uiuifica Cruce. Crux ipsa Christi ueraciter sanctificauit orbem, fugauit tenebras, lucem reuexit. Hoc signo Crucis aduersariæ potestates conteritæ, tremantesque recedunt. Chrisost. hom. 55. in

in Matt. Diaboli neruos recidit. Hierony. in vita B. Hilarionis. & prouolutus genib. Christi Crucem signauit in fronte. Taliq; armatus cusside, & lorica fidei circundatus iacens fortius præliabatur. Ignatius epistola Philipp. Crucis signum tropheum est, contra Principis mundi virtutem, qđ videns expauescit, & audiens timet. De uiro iusto dixit Dauid. Cadent à latere tuo mille. D. Maximus in centuria secunda, de charitate ait, Num.22. Infirmi redduntur Dœmones, quando præceptorum obseruatione affectus, qui in nobis sunt immittuntur, pereunt vero, quando prorsus per affectuum carentiam obscurantur. D. Aug. 10. de ciuit. Dei. capit. 2. Vera pietate Dei, homines Dei aeream potestatem, inimicam, contrariamque pietati exorcizando eijciunt, quod negarunt Valdenses, & Vuitclef, vt diximus. Quid, quòd Dauid eijciebat à Saul spiritum malum cytharæ sono. Qui tamen dicitur spiritus Domini, quia à Deo est conditus, & quia Dei iussu vexabat eum. Angelus Raphael appræhendit Dœmonem, & religauit eum in superioribus Ægypti, Iob 8. Et uirtute fumi iecoris ipsum expellit. Hanc protestatē dedit Apostolis, vt Dœmonia eijcerent. Luc. 10. Et Marc. vlt. In nomine meo Dœmonia eijcient.

26 *Diabolus non ingreditur corpus hominum, sed nec homines dœmoniaci vere sunt.* HAER. Valdenses, & Vuitclef. Omnia quibus vtitur Ecclesia ad effugandos Dœmones, & eorum potestatem coercendam Negromantiam appellant. At videant quomodo Saul vexabatur, 1. Reg. 18. Quomodò virtute fumi iecoris sit ab Angelo Raphaele expulsus. Iob 8. Et in nouo testamento, quòd IESVS eiecit Dœmones, qui clamantes dixerunt. Quid nobis, & tibi IESV Nazarene. Dicent in nouissimo iudicio, in nomine tuo Dœmonia eijcimus. Iacobus, & Ioannes dixerunt. Pręceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem Dœmonia, & prohibuimus eū qui non sequitur nobiscum. Luc. nono. Frustra hanc potestatem contulisset Apostolis. Videmus quotidie Sacerdotes in Ecclesia Dœmones expellere à corporibus obsessis.

27 *Diabolus est à nobis diligendus.* HAERE. Manichæus ex illis Saluatoris uerbis. Diligite inimicos vestros. Matth. 5. Dixit Diabolum nos debere diligere, cuius placitū insania est manifesta. Nam Diabolus inimicus Dei est, iniquus, obstinatus, omniū malorum remota causa, & origo atque sicut Deus eum odio habet, ac à cœlestibus sedibus expulit, sic nos sub ijs conditionibus deberemus odio prosequi. Hoc docet D. Greg. super ea verba. Dicite inuitatis. Matth, 22. Vt uero Dei imago est, ac creatura, quia bona est, diligere debemus, sed hoc non est diligere Dœmonem, sed Dei imaginem, ac facturam.

28 *Diabolus non habet fidem.* Quo sensu sit vera hæc propositio, inferius exponam. verbo fides. Et illud dictum. Dœmones credunt, & contremiscunt.

29 *Diabolus non amat naturaliter.* ERRO. Sicut dona intellectus naturalia integra remanserunt, sic & voluntatis, quo fit, vt sicut scit omnia, quæ naturali cognitione cognosci possunt, sic & amat amore naturali, ac elicito, sed ad malū finem, & peccat, sicut & peccatores mutuo se diligunt, diligere vero non potest dilectione charitatis infusæ, & hoc ei repugnat. De hoc aliàs, verbo charitas.

30 *Diabolus omnium peccatorum est causa.* Vera, ac falsa etiam est hæc propositio, quam D. Thom. declarat. Indirecte quidem omnium peccatorum causa est, quia peccare fecit primum hominem, unde sequuta est in humana natura prunitas ad peccandū. Directe tamen non est omnium peccatorum causa, sed sunt ex libero arbitrio. pri. p. q. 114. 3.

31 *Diaboli non habent ordinem inter se.* TEMER. Probat D. Thom. ex verbis Apostoli. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem. &c. Ad Ephes. vlt. Sed aduersus principes, & potestates tenebrarum harum.

32 *Diaboli non habent prælationem vnus super alium.* TEMER. Maxima certe est confusio inter Dœmones, tamen quoniam Saluator dixit. Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, hinc deducunt Doctores, quòd sit prelatio super eos, & inter eos, sicut & mali ordinem ad se inuicem habēt ad mala operanda. Hoc docet Glos. 1. Corinthio. 15. Dœmones, Dœmonibus præsunt.

33 *Diabolus vnus illuminat alium.* TEMER.

Ex

Ex his, quæ de Angelis sanctis diximus supra, conuincitur, quòd Dæmon vnus non illuminat alium, nam illuminatio est cum perfectione, & purgatione. At Dæmones vnus non iuuat alium, sed decipit. & quam perfectionem in tenebris excogitare possumus. Hæc D. Tho. 1. par. quæstio. 109. per totam.

34 *Diabolus potuit peccare venialiter in primo suo peccato.* Negat D. Thom. Nam, sicut nec homo potuit primo peccare venialiter, quia in illo statu, nulla erat pœna. Sic nec Dæmon potuit, qui est homine perfectior. prima. secundæ, quæstione 89. articu. tertio.

35 *Diabolus potest peccare venialiter.* Hoc idem ad aures D. Thom. falsum est. Namque omnià ex peruerso fine, & malitia, ac superbia agit, ideo nec potest venialiter peccare. ibi art. 4.

Diaconus.

Diaconorum mores, quales esse debent admonet Apostolus. 1. Tim. 3. b

Diaconatus ordo non habetur ex sacris litteris. HAER. Locus proxime citatus D. Pauli confutat hanc hæresim Luthæranorum. & verum diceret Luthærus si affirmaret Ecclesiam Luthæranorum ignorare Sacramentum ordinis, quæ reijcit Dei dona, deridet Sacramenta, comburit Ecclesias. Nedum ex D. Paulo, sed ex Canone nono Apostolorum habetur, vbi dicitur. si quis Episcopus, aut Præsbyter, aut Diaconus, nel quilibet ex Sacerdotali Cathalogo facta oblatione non cõmunicauerit, &c. Concilium Romanum sub Syluestro, c. 1. Centum quadraginta Præsbyteri vrbis Romę, & Diaconi sex &c. Concil. quartum Carthag. can. 4. Diaconus quum ordinatur solus Episcopus, qui eum benedicit manum super caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium, sed ad mynisterium consecratur. Clemens Petri successor in Epist. ad Iacobum fratrem Domini. Cyp. lib. 3. Epistola nonæ. Diaconos, post ascensum Domini in Cœlos, Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui, & Ecclesiæ ministros. Ignat. ad Neronem Diaconum, epis. nona. Isid. lib. secundo de offic. Ecclesiasticis, capitu. 8. Diaconorum ordo à Leui tribu accepit exordium, præcepit eum Dominus Moysi, vt post ordinationem Aaron Sacerdotis, & filiorum eius, rursus Leui tribus in Diuini cultus mynisterij ordinarentur, & consecrarentur Domino pro omnibus primogenitis, & seruirent pro Israel coram Aaron, & filijs eius in tabernaculo Domini &c. Dyonis. Areopag. epistola ad Demoph. Vnde & sacrorum sanctus ordo, sacerque principatus, eos Diuina percipere sacræ instituit. Leo Magnus epist. 89. ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ. sicut Præsbyterorum, ac Diaconorum, aut Virginum consecratio. Epiph. Hæresi. 75. contra Aerium. Verum sine Diacono impossibile est esse Episcopum. D. Amb. in c. 4. epistola ad Ephes. Euangelistæ Diaconi sunt, sicut fuit Phylippus. Nam quamuis non sint Sacerdotes Euangelizare tamen possunt sine catreda, quemadmodũ, & Stephanus, & Philippus memoratus. Act. 7. Origen. lib. 3. in epistolam ad Rom. cap vndecimo. Diaconus (inquit) qui bene ministrauerit bonũ gradum sibi acquirit, & multam fiduciam in fide IESV Christi. Petr. Damian. epistola vndecima, cap. 4. Nicolaus quippe vnus ex his, quos Petrus Apostolus Diaconos consecrauerat dogmatizabat cunctos cuiuslibet ordinis, nuptialibus fœderandos esse coniugijs. Maximus centuriæ secunda de charitate. Num. 21. Diaconi, seu ministri rationem sustinet, qui ad sacra certamina mentem perungens cogitationes quoque affectibus plenas ab illa abigit. Hæc ergo Patrum testimonia confutant hæresim. & Scholastici omnes. Quo loci tacere non possum, quòd docet Caietan. Act. sexto. Quod illi septem viri, quos Apostoli ordinauerant, & mensis præfecerunt non fuere vere Diaconi, & ministri Altaris. Nam Chrisostom. Homil. decimaquarta ait. Nunquid eam quæ est Diaconatus? & profecto hoc in Ecclesijs non est.

Et est de mente Caietan. hoc etiam Oecum. in collectaneis explanationum in Actu 50. explicat ꝙ Chrisost. & Caiet. ait. Alij vero dicunt eos fuisse Diaconos, de quorum numero est Arator Diaconus. libro primo Apostolicæ historiæ carminibus eorum munus expressit. Beda eius sententiæ subscribit.

Per omnes Ecclesias septem Diaconi, qui sublimiori gradu essent cæteris, & proximi circa aram, quasi columnæ Altaris assisterent.

sisterent,& non sine aliquo septennarij numeri mysterio. Quæ nam verior sit opinio non curo, ut cũque sit, ex eis habemus Diaconorum ordinem. Theophil. in c. 19. Luc. scribit de eis.

2 *Diaconatus ordo non habet determinatam formam, ac materiam.* HAER. Si Apostoli, uel Petrus Diaconos ordinauit, quomodo hic ordo non habet determinatam formã, ac materiam. Et synodus Trident. sess. 23. capit. 3. dicit. Per sacram ordinationem, quæ uerbis, & signis exterioribus perficitur. Et antea in Concil. Flor. Forma est. Accipe potestatem legendi Euangelium, pro uiuis, & defunctis. At negat Caiet. in quolib. quia erant Diaconi antequam esset Euangelium scriptum.

3 *Diaconatus non est ordo distinctus ab alijs.* HAER. Ex proxime expositis exploditur hic error. Nam si ex Actibus Apostolorũ, si ex D. Paulo, ex canon. Apostolorum, ex tot Patribus habemus hunc ordinem, profecto erit & ab alijs distinctus, quod enim unum est, unum numero est. superuacaneũ ergo est hic amplius immorari.

4 *Diaconus potest, quæ Sacerdos.* HAER. Multa Diaconis in primitiua Ecclesia permissa sunt, quæ uon possunt ex officio, & Concil. Nicenum primum, can. 14. Loquendo de Diaconis dicit, hoc neque regula, neq; consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his, qui offerunt corpus Christi porrigant. Diaconorum officium est purgare per instructionem, & doctrinam. Namque tria uidemus in Ecclesia, purgationem, illuminationẽ, & perfectionem. Operationes enim illas, tres sortiti sunt ordines. Vides ordines cũ operationibus, & neque plures, neq; pauciores præsidentium ordines. Illis igitur seruis distribuit dona sua decem minus, quæ vnicuique data sunt in utilitatem. Præsbyteri illuminant per baptismum, Episcopi Sacerdotales ordines constituũt, & perficiunt, hoc est ordinant. Hæc ex Theophil. super capit. 19. Lucæ. Diaconus etiam non est proprius minister alicuius Sacramenti, sed tamen dispensat sanguinem Christi, non corpus, nisi de licentia Episcopi, uel Præsbyteri, vel Diaconi, uel in necessitate. Nec licet tangere corpus Christi, quia non habet manus consecratas. Sed eius munus est assistere, ac ministrare maioribus Sacerdotibus in omnib. agendis circa Sacramenta Ecclesiæ. Purgare, id est eijcere immundos, disponere fideles per admonitiones, & illuminare, id est tradere Sacramenta, ad Episcopos uero perficere. In nascente uero Ecclesia omnia inferiorum ordinum committebãtur Diaconis propter paucitatem ministrorum. Hæc D. Dhòm. 3. par. q. 64. & 4. di. 6. q. 2. art. 3. q. 3. 1.

Dies.

Dies uerbo Dei creatur. Gen. 1. a

Diem, ac noctem diuidunt luminaria. Genes. 1. b

Dies distinxit Deus, Sole, Luna, & Stellis. Gen. 1. b

Dies longa tempore Iosue. Ios. 10. c

Dies prolongatur à Deo custodientibus præcepta. 3. Reg. 3. b

Dies de se mali sunt. ERRON. Quidam non exacte sensum Apostoli percipientes in eum errorem impegerunt, ut affirmarent, dies ratione sui, esse malos. Quod est error manifestus, nam si mali sunt, omnibus ergo mali sunt, at hoc est falsum. Dies ergo dicuntur mali à D. Paulo, ad Eph. 5. c. Redimẽtes tẽpus quoniam dies mali sunt, quia dant occasionem peccandi, ac mali, & ruinæ, & quia est mensura actionis malæ. sicut dicitur benedictus, & sanctus, quia est mensura alicuius actionis, in qua est benedictio, & sanctificatio. Bon. 2. dis. 15. circa textum.

Dicere.

Dicere tripliciter conuenit personis Diuinis. Primo, prout idem est quòd intelligere, seù declarare. Secundo notionaliter pro generare, & pro expressione uerbi. Tertio pro creare. Vnde dicitur. Dixit Deus, & pertinet ad formationem rei. Primo modo non tantum Patri, sed cuilibet Diuinæ personæ conuenit, nam quælibet persona in diuinis potest dicere se, & essentiam suã. Hinc. D. Aug. 15. de Trinit. cap. 14. Proinde tanquam seipsum dicens, Pater genuit Filium sibi æqualem per omnia. Nihil ergo minus est in Filio, quàm in Patre. Secundo uero modo, quia importat principaliter respectum ad uerbum, secundario ad rem intellectam, ideo conuenit tantum Patri.

ut D.Tho.1.par.q.34.ar.1.tertium,& 3.par. q.39.8.secundum.Tertio etiam modo conuenit omnibus tribus diuinis personis. Nã est essentiale 1.dist.27.q.2. 2. c. & Ansel.in Monol.Dicere summó Spiritui, nihil aliud est,quam cogitando intueri, & unusquisq; se in Trinitate dicit Bon.3.dist.12.q.1. art. 2.Ricard.4. dist. 39.q.1. artic.3. Petrus de Aliaco.1. qõ.12.articu.3. Biel 1. distin. 27. quæst.3.

Diluuium.

Diluuium prædicit Deus ipsi Noe. Gen.6.b

Diluuij causa, Gen.6.a

Diluuii inundatio, Gen.7.c

Diluuium non erit amplius,Gen.8.d

Diluuium potuit Noe è Cœlo cognoscere. Hanc opinionem tanquam hæreticam confutat Hierony. Armellinus Dominicanus. Nam non fuit naturalis. Sed Berosus lib. 1.de tẽporibus ait.Ex improuiso exurdauit Oceanus, & omnia maria mediterranea,fluminaque,ac fontes ab imò ebullientes inundauerunt supra omnes montes,accedentibus quoque impetuosissime,& supra naturam, à Cœlo copiosissimis hymbribus, multisq; diebus corruẽtibus. Si tamen naturale fuisset diluuium, potuisset Noe ex Cœlo præcognoscere,& ad hunc sensum potest tueri opinio Petri de Aliaco Card.in quæ. super Gen. & Gigl.pariensi Episcopi, & Henrici Mechlini Magni Alberti Discipuli, qui affirmant Noethicum diluuium præcessisse quamdam coniunctionem,nimirum Iouis, & Saturni in fine cancri, è regione Argolicæ nauis, per quam arca Noe significatur, sed iste nimirum tribuit Cœlo. Quod uero diluuia, & quæ non pendent à libero arbitrio possint ex Cœlo cognoscere non negat Concil. Trident. regula nona. In cuius fine dicitur. Permittuntur autem indicia,& naturales obseruationes, quæ nauigationis, agriculturæ, siue medicinæ artis iuuandæ gratia conscriptæ sunt.Hæc ibi.Et quotidie Ecclesia id permittit Astrologis. Diluuii uero causam assignat Moses,quia omnis caro corruperat uiam suam. Gen.6. Nam pulchritudine filiarum Caym filii Seth uicti, patris præcepti obliti. (Nam præceperat eis ne terrenis voluptatibus macularẽtur, & præsertim ne aliquando cum filiabus Caym miscerentur, matrimoniaue contraherent) acceperunt eas in uxores, & in omni libidinis luxuriæque scelus prolapsi sunt sic scribit strabus, communem opinionem sequutus. Quod uidentes filii Dei (idest filii Seth Religiosi filias hominum) hoc est de stirpe Caym,quòd essent pulchræ, acceperunt eas in uxores, ad omnem uoluptatem explendam,nullo habito delectu.

Discordia.

Discordiarum seminatorem, detestatur Dominus, Prou.6.b

Discordiarum amatores, quærunt occasionẽ rixæ, Prou.18.a

Discordiæ occasionem in Iudæa se fuisse conquæritur Hieremias, Hier.15.a

Discordia seu dissensio tanta inter Paulum,& Barnabam, ut discederent abinuicem, Act.15.g

Non Dissensionis est Deus, sed pacis, primo Cor.14.f

Discordia nunquam est peccatum. HAERET. Non raro discordia uirtuosa est,de qua Dominus dixit. Non ueni mittere pacem, sed gladium, & alibi, qui non habet gladium, uendat tunicam,& emat. Rursum. Veni separare patrem a filio &c. Quando ergo est dissensio in malo, uel à malo dissentit, est actus uirtutis, si uero sit uoluntatum dissensio in bono est peccatum, & peccat qui consulit,& mortale, si erit contra charitatem, & inferat notabile damnum proximo,& Reipublice.Dissentire uero in consilijs,non est peccatum, quia ad ea non tenemur sub præcepto.Erit ueniale,si de re modica sit dissensio.Discordia (quæ importat disgregationem uoluntatum in diuersa) oritur principaliter ex inani gloria, & secundario ex inuidia.D.Tho.2.2.q.37. & Caiet. Hoc est hæreticorum grauissimum peccatum,qui ab Ecclesia dissentiunt. Et Dominus non respicit sacrificium,qui ex concordia non offertur. Hinc ad Caym munera non respexit Gen.4. Quia concordiam, & animi pacationem, cum fratre non habebat.Et Dominus dixit. Vade prius reconciliari fratri tuo. Matt.5.Quam pacem sibi pmittunt inimici Ecclesiæ,quæ sacrificia? celebrare se credunt ęmuli Sacerdotum? An secũ esse Christũ cũ collecti fuerint opinantur,qui extra Ecclesiã colliguntur? Tales.n. si occisi in confessione Christi nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & grauis culpa discordiæ,

S nec

nec passione purgatur, esse Martyr nõn potest, qui in Ecclesia non est. Vnde 1. Io. 4. Deus (inquit) dilectio est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo. Cum Deo igitur manere non possunt, qui in Ecclesia Dei vnanimes esse noluerũt. Ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestijs, animas suas ponant. Nõ erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ, nec religiose virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. occidi talis potest, coronari non potest. Ecce ergo quid vobis prosint somnia vestra ò hæretici, & si martyriũ nihil prodest extra Ecclesiam multo minus reliqua opera, seruent ergo vnitatem Ecclesiæ, non scindant Christi uestem, non dissipent ouile. sed nobiscum venerentur Pastorẽ. cui dictum fuit. Pasce oues meas. Recolant Core, Datan, & Abiron diuina animaduersione pũnitos ob suam temeritatem, qui contra Mosen, & Aaron sacrificandi licentiam vendicarunt. Num. 16. sic filij, Aaron, qui imposuerunt Altari ignem alienum, statim extincti sunt. Leu. 10. Sic & Ozias Rex, cum thuribulum ferens, & cõtra legem Dei sacrificium sibi uiolenter assumens, resistente sibi Azaria Sacerdote, obtemperare nollet & cedere, diuina indignatione confusus, & lepræ varietate in fronte maculatus, ea parte corporis notatus. 2. Par. 26. & 4. Reg. 15.

Discretio.

Discretio ad prudentiam pertinet, & est genitrix, custos, & moderatrix virtutum, vt docet D. Tho. 3. d. 33. q. 2. art. 5. c. Et Grego. hom. 11. super Ezech. si recte offeras, recte autem non diuidas peccasti. Leuit. 8. Recte autem offerimus, cum bono studio, bonũ opus agimus. Sed recte non diuidimus, si habere discretionẽ in bono opere postponamus. Isid. lib. 3. de summo bono, cap. 44. Non quidem per timorem, sed per discretionem, propter malorum incorrigibilem iniquitatem, nonnunquam electos oportet à Doctrina cessare. Hæc ille. Summopere est necessaria in omni opere, & sicut sal in sacrificio, sic ista in actione exigitur. Vnde Pithagoras, salem apponito, dicere consueuerat.

Dispensatio.

Dispensatores mynisteriorum Dei Apostoli fuerunt. 1. Cor. 4. a.

In Dispensatoribus fidelibus. ibi.

Dispensatio Euangelij Paulo credita. 1. Corinth. 4. c.

Dispensatores gratiarum, & donorum sunt fideles. 1. Pet. 4. b.

Dispensatio nulla est in Ecclesia. HAER. Cum dispẽsatio sit iuris relaxatio, & multa sint iuris positiui in Ecclesia, poterat Summus Pontifex dispensare. Dispensare rursus, non est ꝙ stante præcepto liceat contrariũ facere, sed declarare ꝙ præceptum eo casu teneat. Nam Christus reuocauit antiquam legem quo ad cœremonialia, dispensatio vero, vel iuris declaratio est, ꝙ in pro tunc noluerit illum obligare. Sic Deus dispensat in præceptis secundæ tabulæ, tollẽdo deformitatem actus, vt de Osea legitur. Dispensare vero in præceptis primæ tabulæ nec Deus potest. Papa vero dispensare non potest in his, quæ sunt diuini, vel naturalis iuris. Potest tamen quo ad statutá Apostolorum, quia par non ligat parem, dummodo non sint de iure naturali. Ideo cum Bigamis dispensat, ꝙ in Sabbato non ieiunemus, & in alijs. In vniuersum omnia, quæ sunt iuris positiui. & omniá statuta ab aliis Prælatis Papa dispensare potest. Nota, ꝙ Sacerdos non indutus sacris vestibus consecret corpus Domini. In gradib. matrimonij. Dispensare vero in matrimonio, ꝙ aliquis ducat in uxorem eam, cum qua commisit adulterium viuente marito, nõ potest, si tamen nõ fuit procurata mors. D. Th. 4. d. 35. l. & 1. 2. q. 97.

2 *Dispensare Papa in nullo casu potest.* HAER. Ex his, quæ ad dispensationem requiruntur, probatur multa posse per Papam dispensari, namque exigitur authoritas, & hæc est suprema tantum in Rom. Pont. & iusta de causa sit dispensatio, aliàs esset dissipatio, nec tamen nostrum hoc est iudicare. sic ergo, vt sit fidelis minister ex causa, vel necessit te dispenset. Sunt vero quædã. quæ solus Papa dispensat. dis. 17. c. Huic sedi. De translatione Episcopi. De dispositione Episcoporum. De acceptatione renunciationis Episcoporum. De restitutione depositorum ab ordine. De exemptione Episcoporum.

scoporum. De interpretatione priuilegiorum suorum. De mutatione sedis Episcopalis. De constitutione Sedis Episcopalis de nouo. De submissione unius Episcopi alteri. De commutatione uotorum Hierusalem, S. Iacobi, & non continentiæ. Quod quis veniat contra iuramentum licitum. De dispensatione irregularitatũ multarum. De bigamia. De Clerico non ordinato ministrante. De Clerico vitiato tali vitio, ꝙ impediat ordinis exequutionem. De homicidio, vel mutilatione membri. De excommunicato maiori recipiente ordines. De excommunicato, suspenso, recipiente ordines, & ministrante. De illegitimè natis, quo ad susceptiones ordinis. De pluralitate beneficiorum cum cura. De ætate Episcopi. De ætate ordinandorum. De celebratione Concilij Generalis. De priuatione personæ Ecclesiasticæ. De excommunicato à se nominatim, & à suo legato. De causis appellatione remota. De eo, quem Papa ordinauit Subdiaconum. De vsu pallii semper, & ibique. De dispensatione cum eo, qui non est in sacris. De confirmatione electi Imperatoris. De absolutione sententiarum, quas sibi reseruat. De pronunciatione electionis nondum factæ. De canonizatione Sanctorum. De facere valere, ꝙ non est. De abstractione Monachi à monasterio. De eius sententia, quę facit ius. eadem die ordinat, quo cõsacrat. De dispensatione in gradibus prohibitis. De ablatione legis, quo ad vtrumque forum. De concessione indulgentiarum plenarium. De legitimatione quarumcunq; personarum, quo ad spiritualia vbique. De solutione obligationis, quam homo homini tenetur. Solus Papa de nullo crimine potest accusari, nisi de hæresi. Solus Papa potest committere simplici Sacerdoti ut confirmet. Conferat ordines minores, Consecret Ecclesias. Virgines. De dispensatione contra Concilium Generale. Hæc ex Scholasticis collegi. D. Thom. Palud. 4. d. 38. q. 4. Ricard. d. 27. q. 4. artic. 4. & 83. q. 1. ar. 9. Biel 3. d. 37. q. vnica. art. 1. & 39 q. 1. ar. 2. concil. 9. lib. 3. Turrecr. lib. 3. c. 55. Tabiena. ver. dispensatio. §. 13. Armilla. 21.

3 *Dispensare Episcopus in nullo casu potest*. ERRON. Per hoc quod Papa est Episcopo superior, non tollitur quin Episcopus in sua Diecœsi in multis non possit dispensare, sed potest primo in Clerico venatore vel ludente ad aleas, vel ebrioso, uel faciẽte strepitum in synodo, in adulterio, in furto, sacrilegio, periurio, fraude cum dolo, incestu, uitio sodomitico. capit. clerici, de excess. Prælat. Potest dispensare in gradibus prohibitis contrahendi matrimonium, quando impedimentum est occultum, & ad Papam non potest habere recursus, & separatiò sine magno scandalo fieri non potest. Potest & in eo, qui emisit uotum simplex castitatis quando matrimonium consumauit, quia non est uerisimile, quòd Papa uelit animas in huiusmodi laqueis manere, cum nõ possint Romam ire, nec mittere pro tali negotio. Alia uerbo Episcopus, & Papa exponentur. De hoc Glos. 33. q. 16. c. cum duabus. D. Anton. Palud. Ang. Silu. Tab. Armil. verbo, Dispensatio. Nauarra cap. 22. num. 87.

Disputare.

Disputare cum Hæreticis semper tenemur. ERRON. Admonet D. Paul. scribens Tit. 3. Hæreticum hominem post vnam, & alteram admonitionẽ deuita, sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est habens in seipso damnationem. & 1. ad Timot. 6. O Timotæ, depositum custodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Et 2. ad eundem, cap. 2. Noli verbis contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Stultas, & sine disciplina quęstiones, deuita, sciens, quia generant lites. & idem ad Tit. 3. Stultas autem quæstiones, & contentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles, & uanę. Si ergo pugnas legis prohibet, quanto magis de reb. fidei. Adhuc hæretici non recipiunt iudicẽ aliquem, ad quid ergo disputare. Disputauit autem D. Paul. Act. 17. & 20. Iudice cõstituto. Hinc Gelasius Papa. 14. q. 1. c. maiores, statuit ne errores, ac hæreses semel per concilium, & Ecclesiam damnatæ renouentur, doceantur, ac disputentur. Hoc Io. XXII. in extrau. Quia quorundam dãnat, qui defendit, vel scribit damnatas hæreses. Martianus Imperator. c. de sum. Tri & fi. cath. l. nemo. Iniuriam facit Reueren. diss. synodo, si quis semel iudicata, ac recte

dispofita reuoluere, ac publice disputare contenderit. Et ex Conci. Calcedon. Act. 7. hoc etiam probatur. Policarpus, quoties aliquid contra fidem noui audiuit, solitus erat aures occludere suas. Tertullia. lib. de præscriptione hæreticorum. Et quidem nihil perdes nisi uocem in contentione, nihil que consequeris, nisi vilem de blasphemia laudem. Bern. super Cant. ser. 66. Hæretici rationib. non uincuntur, quia non intelligunt, nec authoritatibus corriguntur, quia non recipiunt, nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt. Probatur est, mori magis eligunt quàm conuerti, &c. Iud. Inquisit. uerbo, Disputatio.

Obijciunt.

Primo D. Petrus, 1. capit. 3. Parati semper ad satis faciendum omni poscẽti uos, rationẽ de ea, quæ in uobis est fide, & spe. Quare ergo non modo. Dicitur, ꝙ non de illis loquitur, quæ definita sunt, & quando esset spes conuersionis debemus. Secundo D. Stephanus disputabat cum synagogis. Act. 6. & Diu. Paul. disputabat in Synagogis Iudæorum. In foro, per omnes dies, ad eos, qui audierant. Act. 17. Quare ergo Papistę non debent disputare cũ viris Euangelicis. Dicitur, quòd erat spes salutis, & quotidie conuertebantur, & hoc faciunt nostri in Indijs, ut infideles sic suadendo instruant. sic & Saluator cum esset duodecim annorum fecit in templo.

Distinctio.

Distinctio nulla est in sanctissima Trinitate. HAERET. Ex sacris litteris certissimum est, esse tres personas de quibus Dominus. Baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti & D. Ioan. Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, quæ omnia suis locis uberius confirmabo. Si ergo datur numerus personarum ergo & distinctio realis. Vt uero compendio in usum scholę distinctiones colligam, & quot & quæ sint. Primo dico, quòd datur distinctio rationis, quæ fit per intellectum collatiuum præcise. Vt Sortes est Sortes. Nam Sortes in prædicato differt à se ipso posito in subiecto. Alia est distinctio in natura rei, quæ est inter duo extrema, de quibus uerificantur prædicata contradictoria, præter quos intellectus, & talis distinctio est inter totum, & partes, nam totum est constitutum, & nõ constituens, partes constituentes, non constitutæ. Tertia est distinctio formalis, cũ aliqua duo non sic se habent, quòd unum prædicatur de altero in primo modo per se, sic subiectum, & proprietas distinguuntur formaliter, quoniam proprietas prædicatur de subiecto non in primo, sed in secũdo modo per se. Quarta est distinctio realis, inter duo extrema, quorum unum potest ab altero separari, saltem per diuinam potentiam, ut subiectum, & accidens absolutum. Quinta distinctio dicitur essentialis, inter duas essentias, quarum una potest ab alia separari. Vt sortes, & albedo eius. Et hęc est alia à reali, nam in diuinis est distinctio realis non tamẽ essentialis. Sexta, distinctio est se totis subiectiue, cum duo extrema sunt distincta realiter, & actu existunt, nec possunt in uno cõuenire ut duo indiuidua eiusdem speciei, & quæcunque oppositionem habent, & hæc distinctio est alia à distinctione reali, quoniam in illa sufficit separatio potentialis, in hac requiritur actualis. Vnde anima & corpus distinguuntur realiter non se totis subiectiue, quia conueniunt in uno supposito. Septima distinctio est se totis obiectiue, vt cum duo extrema non conueniunt in uno conceptu quidditatiuo, ut duæ differentiæ specificæ, ens, & non ens, prædicamenta Deus, & creatura apud nos. Hæc de distinctionib. ꝗ scire necessariũ est ne dũ Phylosophis, sed Theologis. Videat lector Brulif. in tract. formal. & in uia nostra peregregium tractatum Manzolij Bonon. & Iauell. 1. par. q. 28. art. 2.

Diuinatio.

Diuinatores Aegyptiorum non possunt interpratari somnia Pharaonis. Ge. 41. b

Diuini moriantur. Leuit. 20. d

Diuinos ne consulamus Deut. 18. b

Diuinationibus inseruiunt Israelitæ. quarti Reg. 17. c

Diuinatio licita est. HAER. Hoc plurib. confutare non est opus, nam diuinatores cum sint fallaces, eorum falsitas ex se cõuincit. Rursus vsurpare, quòd suũ non est, quantũ sit illicitum, nemo est, qui non uideat. Diuinatio uero talis est, nempe indebita usurpatio pronunciandi futuros euentus. Vel diuinatio, uel diuini dicuntur, quasi Deo pleni. Diuinitate enim se plenos simulant, & astutia quadam fraudolentiæ hominibus futura coniectant.

Semper est peccatum, quia sp in malam par-

partem accipitur, ait D. Hiero. ſuper Matt. Diuinatio eſt quandoque ex reuelatione Dœmonum, uel ex pacto cum eis expræſſo uerbis, uel facto, & ſic eſt apoſtaſia a fide. Vel ergo fit diuinatio per aſtra, uel ſomnia, uel ſortibus eſt illicita, & ſuperſtitioſa. Diuinationis etiã plures ſunt ſpecies ex Iſid. 6. Etimol. Negromantia à nigron Græce, latine mortuus, & Manichiam diuinatio, & eſt, quando futura per homines mortuos diuinamus dicitur Negromantia. Quando uero per homines uiuos Phitones, dicti à Phitone Apollini, qui dicebatur author diuinandi. Futura etiam, ſi deuinamus per aliqua ſigna in rebus inanimatis, ſeu ligno, ferro, uel lapide, dicitur Geromantia. Hydromantia in aqua. Aeromantia in aere. Pyromantia in igne. Auriſpicium, in uiſceribus animalium imolatorum in aris Dæmoniorum. Augurium, per uoces auium. Spatuſamantia ex ſignis in ſpatulis. Geomãtia, in punctis. Qui ex ſignis manuum Chyromantia. Hi omnes dicuntur ſortilegi, ac diuinatores. Quidam uero non ſunt pure diuinatores, ſed ad hæreſim contracti, ut ſunt, qui Dœmoni honorem Latriæ, uel duliæ exhibent, uel puerum rebaptizantes.

Diuinatio etiam ad inueniẽdum furta, uel ad ſciendum aliqua ſecreta, quæ fit cum cãdela benedicta, ac aqua ſimiliter benedicta, ac puero, uel puella in phiala aſpiciente, & dicente hæc uerba, & ſimilia. Angel bianco, Angel Santo, per la tua Santità è ꝑ la mia virginità & c. Sapit hæreſim manifeſtè. Qu uero dat poculum amatoriũ, imagines facit, inuocat Dœmones magis eſt ſuperſtitioſus, quàm hæreticus, & tales ſunt, qui ſortilegijs utuntur ad amorem mulierum, uel aliorum. Quando uero dubitat inquiſitor, an ſit ſui iuris debet renunciare, nec ſe intromittere. Hæc ex 26. q. 4. Igitur Genus, & q. 5. Nec mirum & c. Epiſcopi, & q. 7. Non obſeruetis. Et D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 3. & iud. Inquiſ. diuinatio. Bruliſ. 2. diſtinct. 7. q. 9.

Diuinitas.

Diuinitas crucifixa eſt ac mortua. Eutices. Acephal. HAER. Quis horum dementiã ſine ſtomacho confutare poteſt? quis non miratur? quomodo Deus, ſi patitur, ſi moritur, ſi dolet? Si ergo Deus, & non mutor, quomodo crucifigitur. Dauid etiam de humanitate Chriſti loquens dixit. Foderunt manus meas, & pedes meos Pſal. 21. & Eſa. ca. 54. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Et 64. quare rubrũ eſt indumẽtum tuum. Ipſe Dominus ſignũ exigentibus dixit. Soluite templum. Damnatur hæc hæreſis ex Concil. Calcedon. & Epheſ. circa finem ſuorum decretorum, ſic illum dicimus paſſum eſſe, & reſurrexiſſe, non quia Deus, uerbum in ſua natura paſſus ſit & c. Et inferiſu Deus, qui pati non poterat. Iſpalẽſe ſecundum c. 13. dicit. Quod ſecundum naturam humanam erat paſſibilis, ſecũdum diuinam inuiolabilis. In iſta mori non potuit, in illa mortem ſuſcepit. Quid plura Eccleſia tota contra hanc hæreſim uenit.

Diuitiæ.

Diues fuit Abraham & Lot in pecoribus, argento, & auro, Gen. 13. a

Diues fuit Iacob, Gen. 30.

Diues efficitur Iſaac à Deo, Gen. 26. c

Diuitias Iſaac confitetur Ambimelech à Deo eſſe, Gen. 26. f

Diuitias ſuas uult acceptas referri Deo Abraham non hominibus, Gen. 14. d

Diuitias Laban tradidit Deus, ipſi Iacob, Gen. 31. b

Diuitias, ut acquiramus tradidit uires nobis Deus, Deut. 8. d

Diuitem venire ad cognitionem Euangelij poſſibile eſt, Matth. 19. c

Diues fuit Zacheus.

Diuitias poſſidere Chriſtianis non licet. HAER. Multa uerbo Clerici, diximus, quæ pugnãt contra hanc ueritatem.

Modo exempla adducta ex ſacris literis probant diuitias ex ſe non eſſe noxias, quòd ex vtroque teſtamento probatur & Dauid dixit.

Diuitiæ, ſi affluant nolite cor apponere, Pſalmo ſexageſimoprimo non dixit reicite.

Hoc probat Beda in Lucam cap. 16. Diues fuit Lazarus, tot reges Sanctiſsimi, & Imperator Conſtantinus & alij. Imo uero diuitiarũ maximus eſt fructus, ut dicit Lact. de uero cultu, lib. 6. capitu. 11. in fine & 12. Et Timot. Epiſcopus ad Eccleſiam cathol. ait. Qui cum ſint diuites in hoc ſeculo,

esse quoque diuites mercantur in Cœlo lib. & idem lib. 2. moderatum vsum diuitiarum approbat. Sanctus Hildebertus epistola 33. probat, quòd diuitiæ uirtuti ancillantur dicens. Cæterum diuitiæ potestates, & cætera in hunc modum quædam subsidia sunt quib. iuuamur ad bonum uirtutis, tanquam calamis, & atramento ad artem scribendi. Hæc ille.

Obijciunt.

Primo Christus fuit pauper, ergo sit & Christianus. Dico ꝙ ad maiorem perfectionem pertinet abdicatio diuitiarum, quæ fuit in Christo, tamen non est præceptum omnib. hoc, sed Consilium. Secũdo, si uis perfectus esse, uade, uende omnia, qua habes, dixerat adolescenti. Matt. 10. Eadem uia soluitur ꝙ fuit consilium non præceptum. Tertio, facilius est Camelum, per foramẽ acus transire, quã diuitem intrare in regnũ Dei. Dicitur, ꝙ ex uerbis elicitur responsio, nam non dixit impossibile, sed difficile, ꝙ fatemur. Nam & Dominus Matth. 10. ait filioli quàm difficile est, confidentes in præmijs in regnũ Dei introire. Et causam dixit Apostolus. Quia radix omnium malorum est cupiditas. Sic, & quæ doctores dicunt sunt exponenda nempe de abusu diuitiarum, ut Max. serm. 12. dicit. Et Alcuinus de Auaritia, & sic D. Basil. in concione de diuite, & D. Amb. serm. 81. exponens uerba lucæ. 12. Congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea &c. Sunt contra eos, qui egenis non distribuunt. Quod etiam affirmat nihil nos proprij possidere licet. Loquitur de ꝓprietate, quo ad usum, & quòd alijs est necessarium. D. Tho. 2. 2. q. 66. art. 1. & 2. Vel dicat Erasmus, qui hanc hæresim suscitauit, si Christianis non licet bona possidere, nec ei, qui tot redditus habet. Epiph. confutat hanc. D. Aug. lib. de hæres. c. 40. & alii, quos nominauimus, sic concludit. D. Th. 3. cont. Gen. c. 127. authoritate eiusdẽ D. Aug. & Theod. serm. 6 de Prouid. Dei scribit, ꝙ est blasfemia damnare diuitias.

3 *Diuitias Religiosi possidere non possunt.* Erasm. Viri illi Euangelij, ut refert D. Aug. loco citato, ac Epiph. ante ipsum, & D. Tho. dixerunt non esse licitum Christianis aliquid ꝓpriũ possidere. At Erasm. multis argumentis negat de Religiosis, qui uanitate sua ductus decipitur. Contra quem sunt quæ scribit D. Tho. cont. Gent. c. 133. Nã impedisit virtutis exercitium uirtutis nimia paupertas. Nec paupertas de se est laudabilis, sed quatenus ad uirtutes conducunt, vel remouet anxietatem rerum temporalium, ac earum sollicitudinem, nec quãto aliquis magis est pauper tanto perfectior, sed quanto magis charitatem, ac alias virtutes habet. Beati sunt pauperes Spiritu, non qui nihil possident. Quæ enim uirtus est paupertas? imo de se non est bona, uel si est uirtus, ergo qui nascitur virtuosus. In tantum ergo erit laudabilis, inquantum ancillatur alijs uirtutibus. Hinc Concil. Trid. permisit Religiosis possessiones, ac redditus habere. Vt supra diximus. Et sic tolluntur obiecta Lutheranorum.

Diuortium.

Diuortium est licitum. HAER. Pluribus locis ex sacro Euangelio vetitum habemus diuortium. Et primo Matt. 12. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Marci. 10. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Et quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam, & si uxor dimiserit uirũ suũ, & alio nupserit mœchatur. Luc. 16. omnis, qui dimiserit uxorem suam, & alteram ducit mœchatur, & qui dimissam à uiro ducit mæchatur. D. Paul. ad Rom. 7. Igitur uiuẽte uiro uocabitur adultera si fuerit cum alio uiro, si autem mortuus fuerit uir eius liberata est à lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio uiro 1. ad Cor. 7. B. Mulier alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit. Accedit Can. Apostolorum 48. Si quis Laicus uxorem propriam pellens, aliam, uel ab alio dimissam duxerit, communione priuetur. Conc. Mileuit. con. 17. Placuit, ut secundum Euangelicam, & Apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neq; dimissa à marito, alteri coniungantur, sed ita maneãt, aut sibimet recõcilietur. Quod si contempserint ad penitentiam redigantur. In qua causa legi legem Imperialem petendam promulgari. Conc. Flor. Tertiũ bonum matrimonij est indiuisibilitas, propter hoc quod significat indiuisibilem coniunctionem Christi, & Ecclesię. Quãuis aũt ex cã. fornicationis liceat tori separationẽ face-

facere, non tamen aliud matrimonium cõtrahere fas est. Cum matrimonij uinculũ legitime contracti perpetuum sit. Concil. Trid. Can. 7. sess. 24. Si quis dixerit Ecclesiã errare, cum docet iuxta Euangelicam, & Apostolicam doctrinam, propter adulteriũ alterius coniugum, matrimonij vinculum non posse dissolui, & utrunque uel etiam innocentem, qui causam adulterio nõ dedit, non posse altero coniuge uiuente aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam quę dimisso adultero, alio nupserit. Anathema sit. Patres hoc docuerũt. Origenes Tracta. 7. in Matth. scio quosdam, qui præsunt Ecclesijs extra scripturam permisisse, aliquam nubere uiro priore uiuente, & contra scripturam quidem fecerunt dicẽtem, ad Rom. 7. Mulier ligata est quanto tempore uiuit uir eius. Hæc orig. D. Amb. in capi. 16. Lucæ. Dimittis ergo uxorem, quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana nõ prohibet, sed diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris Deum uerere. Audi legem Domini, cui obsequuntur, qui leges ferunt. Quæ Deus cõiunxit homo nõ separet Matth. 19. D. Hierony. In Epitaph. Fabiolæ ad Oceanum epistola 30. Præcepit Dominus uxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis, & si dimissa fuerit manere inupta & c. Et inferius idem facit de hominibus adulteris dicens.

Apud nos, ꝙ non licet fœminis æque non licet uiris, & eadem seruitus pari conditione censetur. D. Aug. lib. de Adulterinis coniugijs, lib. 2. cap. 5. Remanet itaque, vt si sapere secundum Apostolum volumus, non dicamus uirum adulterum, pro mortuo deputandum, & ideo licere uxori eius alteri nubere, & cap. 9. Contemnitur Augustinus timeatur Christus, & probat, quòd uiuente adultera non liceat aliam ducere. Matt. 5. Ex his habemus repudium esse illicitum ut alteri coniungatur.

2 *Diuortium quo ad habitationem, & thorum nunquam est licitum.* HAER. Hæc propositio insinuat distinctionem quod aliud est repudiare omninò vxorẽ aliud dimittere quo ad habitationem. Nam prima separat uinculum matrimonij, ꝙ non licet ut probatum est. Secunda uerò admittitur. Hoc est decretum in Concil. Trid. sess. 24. Can. 8. si quis dixerit licere Ecclesiam errare, cũ ob multas causas separationem inter cõiugos quo ad torum, seu quo ad cohabitationem ad certum, in certum ue tempus fieri posse decernit. Anathema sit. Hoc loci est diligẽter considerandum, quòd patres, ac recentiores diuersimode sentiunt. Nam quidam dixerũt, ꝙ uiri adulteras uxores pręsertim incorrigibiles domo eiciant, ac repudient, sed non accipiant alteram, dirimunt matrimonium, quo ad concubitum, non à uinculo Sacramenti, nec à fœdere nuptiarum. Hoc docuit Chrisost. Hil. & Chromatius. Autor operis imperfecti. Euthy. Theophil. & D Aug. lib. de adult. coniugijs. Chrisost. Hom. 17. in Matt. Hil. Can. 4. Matt. Cromatius Aquileiæ Episcopus in Com. in Matth. c. 1. Autor operis imperf. Hom. 32. in Matt. c. 5. Theophil. in Luc. c. 18. D. Aug. lib. de fide, & operibus c. 19. Alij vtrunque repudiũ probabiliter ad mentem doctorum tuẽtur, vt Caie. in Matt. 19. & Catharinus in Com. 1. ad Cor. & lib. 5. Annot. videtur dura lex, ut uir innoxius interim ætate virẽs, & in uenerem procliuis, nullo suo delicto, imò ex aliena culpa, & in se ipsum illata iniuria cogatur mutare statum, & perpetuo cœlibẽ, ac luctuosam ducere uitam, libidinis incendio, & orbitatis molestiæ coniunctam, cum nec sit fas, cum adultera coniungi, nec appetere alteram, quo tamen non sunt hæretici iudicandi, quia relinquunt iudicio Ecclesiæ. Alij permisserunt huiusmodi repudia imò & iusserunt, ne longe peiora, turpioraque perpetrentur ab his, qui tam fœda coniugia tollerare non poterant, imò sãctiones, ac leges circa hoc promulgarunt, & si nõ perpetuas ad tempus. Talis fuit Zacharias Papa, qui decreuit, ut uxor marito relicto, qui ei Sororem construpauerat alteri uiro nuberet si cõtinere nolet, & refert Gratianus 32. q. 7. Concubuisti. Quædã cũ fratre uiri sui dormiuit, decretum est, ut alteri nunquam coniungio copuletur, illi uero cuius uxor stuprata est, licita coniugia non negentur. Hæc Zacharias. Et quidam Episcopi tempore Origenis, & patres, qui fuerunt in concilijs prouincialibus. Elibertina, Moguntiua, ac Triburina, quæ decreta fuerunt certis orationibus, ad tempus, ac ad maiora uitanda, ac incestus damnandos, ac eius occasiones remouendas. Amb. in c. 7. primæ ad Cor. (Magister 4. d. 35. putat hũc locũ deprauatũ, sic *Liranus*) & Ter-

ual.li. 4. aduersus Marchionem, permittūt isti duo uetustissimi Doct. repudium, quo ad utrunque. His omnib. aduersatur definitio Ecclesiæ in Concil. Trid. cui stare debemus. & idem Orige. docuit, qui factū illud Eporum non laudat, imo dicit (ut diximus sup.) eos fecisse contra preceptū diuinę scripturæ. Iustinus laudat fœminā, ꝙ diuortiū fecerat, sed non affirmat eam alteri nupsisse, priore marito superstite. Hieron. ét Fabiolę dicit, Fecisse cōtra legem Pauli, imo Christi, quia alteri nupsit. Hæc sunt Doct. sententiæ, quo ad diuortium, quæ fuerunt in causa, ut Concil. Trid. sic definiret.

3 *Diuortium tantum ob fornicationem, quo ad cohabitationem debet fieri.* HÆR. Multæ sunt causæ, quib. licitum est diuortium, quo ad thorum. unde Conc. Tri. can 8. dixit numero plurali. Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum ob multas causas. Non ergo una tātum est causa, puta fornicatio. sed aliæ, inter quas referunt herefim, aut de morte dubitat, aut ueneno, uel delectatur peccato contra naturam, uel laborat morbo contagioso, seu est frigidæ naturæ. uel alijs impedimentis, quæ sunt ante matrimonium, & non sunt cognita dissoluitur coniugium omnino, ut elapsis annis euenit, Serenifs. Principi Mantuæ, qui in uxorem acceperat filiam Ducis Parmæ, & facta est separatio quo ad uinculum matrimonij, & accepit alteram uxorē. Glos. super Mat. quinto. Si oculus tuus scandelizat te, dicit per dexterum oculum, dexteramque manū, uxorem, patrem, ac filios agnoscit. Et Scholastici in 4. dis. 36. De leproso quidam dicūt, ꝙ non debet fieri separatio.

4 *Diuortium publicum potest quisque propria authoritate facere.* TEM. Diuortium, cum dicat diuisionem uiri ab uxore, nemo pōt de se hoc facere, sine authoritate Ecclesiæ Vt ead em distinctione scribunt Doctores.

5 *Diuortium non est concessum uxoribus, sicut uiris, sed de solo uiro loquitur Dominus.* Mat. 19. Inter alios Doctissi. Caiet. super Mat. c. 19. dicit. Non tamen intelligas eodem modo, vxorem uirum posse dimittere, quia nec ēt in ueteri lege uxor uirum poterat repudiare, sicut uir uxorē. At D. Hier. ad Oceanū epis. 30. dicit. Quicqd uiris iubetur, hoc consequentur redundat in fœminas. Neq; uxor adultera dimittēda est, & uir mechus retinendus. & inferius apud nos, ꝙ nō licet fœminis, æque non licet uiris, & eadē seruitus pari conditione censetur. Hæc D. Hier. idem dicitur. 31. q. 1. Si quis. & 32. q. 5. Si Apostolus. Qui est Aug. & c. vxor à viro. q est Amb. & ex Concil. Mileuit. c. placuit. & Parisijs hoc idem fuit statutum. Armilla. verbo, Diuortium. §. 1.

6 *Diuortio facto, non possunt amplius habitare vxor, & vir.* TEM. Si resipiscat vxor, ita vt constet in melius mutatam, pōt reconciliari. Hoc docuit Apostolus 1. Cor. Maneat innupta, aut viro reconciliet. Hoc ex decreto Concil. Trid. 7. sess. 24. definitur.

Doctrina.

Doctrina Scholastica perniciosa est. Luth. Eras. Cornel. Agrippa. HAER. Non pudet Erasmum. Doctorum Scholasticorum dicta, ac scripta, humani generis pestes appellare, ac ab humano genere esse procu repellendas, & iurgiis, probris, & iniuriis eos persequitur, ut finis inueniri non possit, & omnem suam eloquentiam in illis detestandis effundit, sua illa moria. At Doct. defendere facillimum est, & quisque mediocriter eruditus, iniquum impium, ac iniustum diiudicabit eos damnare. Quis, nisi Erasmus Sanctifs. Doctoris Thome. dicta, ac ædita audeat blasphemari. Reiicienda sunt Alber. Magni Alensis, Scoti, Henrici, Paludani, Durandi scripta, atque exactissima opera? Absit à fideliū mentibus tanta malitia, ac stultitia, abiiciamus nos, explodamus, aspernemur Luth. versutias, ac errores. Alia verbo. Authoritas sunt exposita, & inferius.

Dominica dies.

Dominica dies non est obseruanda. HAER. Ex Apostolorum traditiene obseruant Catholici diem Dominicum, vt Ignat. scribit ad Philip. Origen. homil. 7. super Exodum rationem reddit. cur dies Dominica Sabbato Iudaico prelata sit. D. Aug. serm. 1. Dominicæ 26. rationem affert, quia eo die Christus resurrexit, dicens. Dñicum ergo diem Apostoli, & Apostolici viri ideo religiosa solemnitate habendum sanxerunt. D. Hie. scr. hanc esse sanctificandam, in c. 4. ad Gal. Leo Magnus epistola 81. ad Dioscorum, cap. primo. Dies resurrectionis Dominicę, tantis diuinarum dispositionum mysterijs est consecrata. Concilia post Patres hoc decre-

decreuerunt, Lugdu. apud Gratianum, de conſ. diſ. 3. c. pronunciandum, vbi feſta ponuntur. Omnem Dominicam à veſpera vſque ad veſperam, &c. Concil. Matiſconē ſe. cap. 1. Cuſtodite diem Dominicam, quæ nos denuo peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Concil. Triburienſe. can. 35. Diebus vero Dominicis, ac Sanctorum Feſtis, vigilijs, & orationibus inſiſtendum, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano &c. Et Io. Apoſ. Apocalyp. 1. ait. Ego Ioannes fui in ſpiritu Dei, die Dominica. Ecce ergo quòd tempore Apoſtolorum erat.

2 *Dominica licet ieiunare*. ERRON. Ex traditione etiam Apoſtolorum vetitum eſt die Dominico ieiunare, hoc ex cano. Apoſtolorum habemus, & Ignat. ſcribit vbi ſupra Quicunq; diem Dominicam, aut Sabbatum ieiunauerit præter vnum Sabbatū Paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector. & Tertull. de corona militis. Die Dominico ieiunare nefas dicimus, vel de geniculis adorare. Et fuit repetitum in Concilio Cæſar Auguſtano. De Sabbato vero aliter ſtatuit Eccleſia ob fidelium deuotionem, licet ſit dubium apud D. Aug. in epiſt. ad Caſulanum, & diſ. 12. c. illa.

Donum.

Donum non eſt proprium nomen Spiritus ſancti. HÆR. Apud Scholaſticos omnes, donum eſt nomen perſonale, & importatur proprietas originis Spiritus ſancti. Huius ſeptem ſunt dona, ſapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas, & timor Domini. Quæ ſunt neceſſaria ad finem ſupranaturalem, non naturalem. De his D. Thom. 1. par. q. 38. & 2. 2. q. 8.

Dubitatio.

Dubius in fide eſt ne infidelis? vel Hæreticus? Grauiſſima eſt inter Doctores altercatio. An dubius in fide ſit infidelis, & hæreticus. Cardinalis Turrecrem. li. 4. par. 2. cap. 12. in princip. dicit. Quod hæreticus vero modo dicitur ille, quicunque eſt dubius in fide. ext. de hæret. c. dubius. De fide enim nemo dubitare debet, ſed firmiter tenere ea, quæ ſibi credenda proponūtur, ext. de ſum. Trinit. & fid. Cath. in princ. firmiter credimus. Et in Symbolo Athan. Hæc eſt fides Catholica quam niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit ſaluus eſſe non poterit. Et D. Bern. dicit, quòd fides dubiū non habet, & ſi habet fides non eſt. Hoc autem intelligendum eſt de dubitatione, qua deliberato, ac animo determinato in dubietate perſiſtit æqualiter ſe habens ad utranque partem contradictionis, ſecus de illo, qui tentatur de fide cum dolore cordis, & anxietate. Hæc ille. Caiet. 2. 2. q. 11. ſecundo. Tenet, qui aſſentit dubio de certa propoſitione in fide, ſit hæreticus, nec videtur diſſentire à Turrecrem. Hoc etiam ſentit Adrian. quolib. 2. At ſi vacillat non eſt hæreticus. Biel 3. d. 23. q. 2. Alij è contra affirmant, quòd ſi dubitat tantum non ſit hæreticus, etiam ꝙ in dubio adſit pertinacia. Putant iſti, inter quos eſt Canon. de loca. Theol. lib. 12. cap. 9. ad quartum. Quod ſi alicui proponantur ea, quæ ſunt in ſcriptura, & ab Eccleſia definita & ſemper dubitat, & non aſſentit, merito Eccleſiaſtici iudices de hæreſi condemnabunt, quia ſi certa eſſent, quæ Eccleſia docet, omnem amonerent dubietatem. Fictione ergo iuris erit hæreticus, at non proprietate vocis, cum non ſit contrarie, & poſitiue infidelis ſed negatiue, & priuatiue. Hæc Cano, & ſi non ſit facile eius mentem percipere, quippe, qui ait doctrina igitur ea, quæ in dubiū uocat Catholicas ueritates, inimica eſt fidei Chriſtianæ, non conſumate, & abſolute, ſed imperfecte, & inchoate, nam & ſuo quodam modo colores medij albo inimici, ac contrarij ſunt, & non ſolum color ater extremus, qua ex re ſatis intelligitur hæſitationem meram ſine aſcenſu, atque diſſenſu, neque errorem proprie eſſe, neque fidei omni ex parte inimicam. & inferius, qui nō infirmitate, ſed pertinacia dubitant, fidei habitum amittere, mihi uehementer probabile eſt. Nam actum fidei omnis, uel pertinax, uel imbecilla dubitatio tollit, qui quidem ambiguum non habet, & ſi habet actus fidei non eſt. Fidem uero in baptiſmo ſuſceptam non niſi per hæreſim auctores huius opinionis facile negant. Colorem namque album non modo, ater expellit, ſed gilnus etiam, & glaucus, ac cæteri omnino intermedij. Hæc pro opinione illius. Iud. Inquiſit. dicit. Dubitatio ergo, quæ intermedia eſt, inter dogma hæreticum, & ueritatem Catholicam, non eſt hæreſis, licet illius ſit particeps, & uicina, maxime ſi pertinacia careat, nam

nec

nec opinionem falsam gignit, nec alterutram quæstionis partem eligit, nec firmã adhesionem, sed vacillat. Silu. verbo heres. pri. §. 3. & Alfonf. de Castro. de cathalogo hæret. li. 1. cap. 10. Qui dubitat, sed tamen est paratus corrigi ab Ecclesia, non uere est dubius. Caterinus, de hæret. num. 8. dicit, quòd qui dubitat ex primis motibus, & affirmat fidem Catholicam, non est hæreticus, quoniam primi motus, non sunt in potestate nostra. Secundo si dubitat paratus corrigi ab Ecclesia non est hæreticus. Tertio dubius per simplicitatem, ut qui putat Patrem maiorem filio, non est hæreticus. Quarto non est hæreticus, quando sunt uariæ opiniones Doctorum. Vt ergo rem claudamus. Duo dico. Primum, dubitans de definitis ab Ecclesia, & cum pertinacia est hæreticus. Probatur, quia habet habitum contrarium fidei, & pertinaciter habet certa pro incertis, & cum sit error in intellectu, ac uoluntate, quia pertinax est, profecto est hæreticus. Secundum dictum. Qui dubitat ex uacillatione, non est hæreticus. Modicæ fidei quare dubitasti? Hoc docet D. Thom. 1. ad Cor. cap. 2. lect. 4. Quia de ratione hæresis est pertinacia. Et D. Hieron. in cap. 5. ad Galat. & 3. ad Tit. Adrian. Caiet. Panor. Ioan. Andr. de hæret. cap. 1. Sic exponitur dictum Apost. 1. Cor. 10. Tentatio uos non appræhendat nisi humana, nostram exponens infirmitatem his verbis, & non pertinaciam. Pro qua obseruandum, quod infidelitas tripliciter dicitur. Primo negatiue, ut in his, qui nihil audierunt, & cum habet rationẽ pœnæ nõn culpæ. Secundo accipitur contrariè, ut quando aliquis resistit, & contẽnit, & tunc proprie est infidelitas. Tertio pro fluctuatione quadam inter duas partes, nec alteri assentiendo. Sic ergo tantum secundo modo proprie, & consũmate fidei est contraria. Obser. secundo. Quod qui tenet certa pro incertis, & incerta pro certis errat. Qui uero nihil affirmat, nec negat proprie non errat, sed improprie, quia finem non attingit, sicut qui iacit sagittam, & scopum non attingit. sic & omnes peccatores dicuntur errare. Obser. 3. Quod qui asserit, aut defendere præsumpserit animam rationalem esse mortalem, est hæreticus, & qui tãtum dubitat minime, hoc uoluit Concilium. Vel qui dubitat fictione iuris est hæreticus, & sic intelligitur dubius in fide est infidelis, quia fluctuat, nec qui fluctuat fidem amittit, nisi adsit pertinacia, amittit tamen fidem, sed inchoate & imperfecte, non consumate, quia ex uoluntate habet, quòd sit hæreticus, ideo error in Theologia cum pertinacia tollit fidem, quia dubitatio pertinax fidẽ destruit. Ex his obiecta utriusque partis soluuntur. & ueritas manifesta, & conciliantur Doctores.

Duellum.

Duellum est licitum. HAER. Concilium Trident. sess. 25. cap. 29. Non solum prohibet duellum, verum & consiliantes, & Patrinos excõmunicat, ac omnia bona præscribit, & eos priuat Ecclesiastica sepultura. Et idem D. Thom. 2. 2. q. 93. art. 8. & Caiet. docet ibi, quòd duellum, quasi duorũ bellũm, non est ex genere suo malum, ut adulterium, & mendacium, nam multa bella sunt iusta. Duellum tamen non est iustum, ut quis se purget ab infamia, & ueritas inueniatur. 2. q. 5. c. Monomachiam. & ext. de purgatione uulgari. sed tale duellũ est malum ex genere, ut mendacium officiosum, quia sine recta ratione. Duellum ad ostentationem uirium est malum, ut fuit Dauid contra Goliat, qui tamen excusatur, quia à Spiritu sancto, & diabolica sunt quæ permittunt principes quòd decem & decem. Duellum ut euitetur ignominia, puta, quia aliàs reputatur uilis, non licet (& si ignobiles aliter dicant) quia & hoc est contra rectam rationem. Duellum, ut lites dirimantur, & aliter non potest dirimi controuersia, nec etiam tunc est licitum, quia non est medium conueniens ad talem finem, nec indicatiuum, aut defensiuum duellum licitum est, sicut tamen est licitum bellũ, non tamen duellum. Duellum tunc est licitum quando accusator præualet, & calumniat innocentem ad mortem, uel mutilationẽ, tunc non habens aliquod refugium, habeo bellum iustum defensiuum, ideo si offert tunc bellũm cõsensu principis possum me tueri meliori uia, qua potero. Nam non est duellum secundum ueritatem, sed defensio. Duellum, ut parcatur multitudini, & consensu duarum patriarum, ut sic resoluantur lites, ut de Cosdroe filio, & Eraclio, ut dicitur in legenda Inuentionis sanctæ

ex Crucis non est licitum. Duellum est licitum, & potest prouocari, quando pars est læsa, & non est aliud, quo euadere possit. tunc bellum potest resolui in duellum, nã tollunt maius malum. Duelum, vt se defendat moderamine inculpatę tutelæ licet, sed tamen non est formaliter duellum, quia non sunt ex conducto. Peccant principes concedendo duellum. At si permittant minime, sicut nec permittendo vsuras, vel meretrices. Hucusque Caiet. 2.2. quib. consentiunt nostri.

Dulia.

Dulia Græca dictio est, & Latine seruitus, & δοῦλος seruus. Est autem dulia honor, & seruitus debita creaturæ. Latria vero est honor, & seruitus debita soli Deo. Duliæ nomen bifariam sumitur, vel tripliciter apud D. Bon. primo secundum quandam analogiam, alio modo secundum Antonomasiã. Tertio modo, secundum significationem propriam.

Primo modo importat cultum debitum naturæ superiori siue creaturæ, siue creatori secundum aliquam rationem, secundũ quam Creator communicat creaturæ, ut pote, secundum rationem Dominij. Secundo modo, dicit debitam reuerentiam creaturæ unitæ, vel assumptæ, & hæc dicitur hyperdulia, qua adoratur humanitas Christi. Tertio modo distinguitur a latria & est honor, & seruitus debita creaturę. Dulia etiam dicitur omnis honor & reuerentia facta omni homini. Proprie illa, quam serui exhibent Domino. D. Tho. 2.2. q. 103. art. 3. Bona. 3. d. 9. q. vlt. Biel lect. canon. 49.

Duodecim.

Duodecim Apostolorum nomina scribit. Matth. 10. a. & Mar. 3. b. Luc. 6. b. Quibus correspondet duodecim articuli fidei, vt scribit D. Hieronym. ad Pulcheriam Augustam, epist. 13. Ipsius Catholici Symboli, breuis, & perfecta confessio, duodecim Apostolorum totidem est signata sententijs, tanquam instructa monitione cœlesti, ut omnes hæreticorum opiniones, solo ipsius possint gladio detruncari. Hæc D. Hiero.

E

Ebrietas.



EBrius fuit Noe. Gen. 9. c.
Ebriam iudicat Annam Heli Sacerdos, quia ea orante in corde, non auditur eius uox. 1. Reg. 1. c.
Ebrius Nabal. 1. Reg. 25. f
Ebrius Amnon occiditur ab Absalon. 2. Regum 13. f
Ebrius Rex Israel occiditur à seruo suo Zãbri. 3. Reg. 16. c
Ebrius Benadab, fugatur à Deo per Acab. 3. Reg. 20. c
Ebrietas a Regibus fugienda. Prou. 31. a
Ebrietatis incommoda. Prou. 23. d
Ebrietas fugienda. Luc. 21. Edh. 5. d
Ebrij iudicabantur Apostoli post receptum Spiritum sanctum, quos Petrus tuetur. Act. 2. b
Ebriosi regnum Dei non possidebunt. 1. Co. sexto, b.

Ebrietas non est peccatum. HÆR. Ex dictis testimonijs ebrietatis vitium condemnatur. Quod ex eius descriptione assignata ab Isid. in Æthimol. apparet. Nam ebrietas est appetitus bibendi vltra mensuram, ex quo prouenit rationis priuatio. Vel ebrietas est priuatio vsus intellectus, facta ad aliquod tempus, ex immoderato potu vini, vel cuiuscunque alterius rei potabilis. Ebrietas est principium vitiorum. Et species gulę diuisa contra commessationem. Nec in sua causa excusatur totaliter à peccato, nec sequens excusat. Diminuit tamen peccatum sequẽs, quatenus aufert voluntarium. Et non tantum ebrietas est peccatum, sed etiam illud, quòd est ei contrarium, ut abstinere à vino in magnum periculum naturæ scienter. Nec ebrietas est grauissimum peccatorum. Chrisosto. hom. 58. in Matt. Non fecit vinum certe, sed incontinentia eorum, qui vino abusi sunt. Dicas vtinam non esset ebrietas, &c. & infra. Nolite pati peiores bestijs homines fieri. Hoc scribit D. Hieron. aduersus Iouinianum lib. 2. ex testimonio Hippocratis, & Galeni, & capit. 3. ad Gal. D. Basil. homil. 14. in ebrietatem. Ebrietas malitiæ mater est, virtutis inimica, fortem virum

reddit

redditignarum &c. D. Aug. sermon. 231. de tempore ebrietatis incomoda refert. Diu. Ambr. de Helia & ieiunio cap. 12. 13. & 14. 16. & 18. 5. Antiochus. Hom. 5. de ebrietate Gerson par. 4. serm. Dominicæ primæ aduentus. Dicunt tamen quidam, quòd inebrians ob sanitatem consequendam, & medicus hoc consulens cum debitis remedijs, non peccat mortaliter apud Caiet. quando sanitas aliter procurari non potest. Et eliciunt ex D. Tho. 2. 2. & D. Anton. 2. par. ti. 6. cap. 3. §. 2. Alens. 2. 1. q. 162. 2.

Obijciunt.

Viri Sancti sunt inebriati, ut Noe Gen. 9. & Lot Gen. 19. ergo non est peccatum. Respódeo quòd Noe ignorabat uini potentiam. Lot fuit à filiabus deceptus, & fecit incestum quia nesciebat. Vt suo loco dicam. Secundo, ad sanitatem tuendam, uel ad prouocandum uomitum licet, ergo non est peccatum. Dicitur ex superioribus quòd tunc non fit libidinis causa, sed purgationis. Tertio, vinum in iucunditatem est creatum, vt dicitur Eccl. 31. Dico quòd sequétia uerba soluunt, nam sequitur. Non in ebrietaté ab initio ergo moderate sumamus, non in ebrietatibus, & commessationibus, non in cubilibus, & impudicitijs, ait Apostolus. Et Caiet. docet. Quod nulla est consequentia: Licet ob sanitatem ergo absolute licet. Náque multa licét, quia materia ex suo genere m est licita ob bonum finem. sic Detractio est illicita ex sua ratione, tamen quandoque materialiter est licita, quando confitemur. Et item reuelare superiori sic ex infirmitate inebriari licet, nam tunc non nisi materialiter incurrit ebrietatem, quoniá non tendit ad delectabile, quòd est formale in speciebus temperantiæ. Hæc Caiet. 2. scribunt de ebrietate Scholastici. Ricard. 4. dist. 15. q. 7. art. 3. D. Tho. 2. 2. q. 150. Paul. Cortes 3. dist. 8. Scot. 4. dist. 6. q. 5. in fine. Bonau. 4. di. 5. circa textum. Biel. dist. 4. dist. 6. 1. articul. 2.

Ecclesia.

Ecclesia non determinare, quis liber sit Canonicus. HAER. Si uera esset hæc hæresis, tunc si sit quæstio, quis liber sit Canonicus, cuius erit illud determinare, nunquid ad laicos recurrendum, qui nesciunt, quæ sint huius generis de fide? Ecclesia ergo diuino lumine assistente poterit definire, qui liber sit Canonicus? Nam oportet iudicium uirorú in Ecclesia esse. Neque ex ipsa scriptura petenda est certitudo, quia est iudex mortuus & Malach. dixit c. 2. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam. Item Apostoli iudicarunt dicentes. Visum est Spiritu sancto & nobis & ad eos appellarunt Antiocheni nó ad scripturam. Nec potest probari ex priuata alicuius opinione, remanet ergo ut ad Ecclesiam hoc pertineat. Sic definit Conc. Tolet. primum, sic Florent. & Trid. sic scribit Ireneus aduersus Hæreses lib. 3. cap. 2. 3. & 4. D. Aug. de Doctrina Christiana ca. 8. Et contra epistolam Manichei c. 5. Euangelio non crederem, nisi Ecclesiæ me moueret authoritas. Et Apostoli Can. vltimo enumerant Canonicos libros.

2 *Ecclesia, quæ erat tempore Apostolorum, potuit definire, qui nam liber sit Canonicus, at non nostra.* TEM. Etsi uiri doctissimi dicant huiusmodi authoritatem libros sacros approbandi, uel confutádi ad Ecclesiam Apostolorum referant, huius opinionis fuit Gerson. de uita spirituali lect. 2. Corollario. 7. connumerant etiam Durádum. Tamen sanius est affirmare, quòd hæc authoritas referatur ad seriem patrum omnium, & fidelium Apostolis succedentium. Nam ad hoc permanet etiam in Ecclesia nostri temporis Spiritus Sanctus. Adsunt patres pastores, & Doctores. Nec tamen Ecclesia scribit librum Canonicum, sed definit an Liber sit Canonicus. Hoc etiam probatur, ná de Apocalypsi, tempore D. Ioa. licuit dubitare, an esset Canonica at nó modo. Licuit an Epistola ad Hebræos esset D. Pauli, at non hodie. De Abacuc, & libris Machabeorum, & tamen sunt omnia definita. Nec à Laicis hoc expectandum, sed ad Ecclesiam reuerendum, quæ errare non potest. Hoc docet Ioannes Driedonis lib. 1. de Eccles. script. & dogmat. Tho. Vualdensis lib. 2. Doctrinal. fidei Antiq. c. 19. & 20. Iren. lib. 4. aduersus hæreses, cap. 3. & lib. 4. c. 63. Tertull. lib. 4. aduersus Marchioné. D. Augu. lib. 33. contra faustum & 2. cont. Iul. c. 6. & 2. de doctri. Christiana c. 8. & epistola 63.

3 *Ecclesia potest mutare scripturam.* ERRO. Dedit Dominus ea præcepta atque legem, quæ sunt ad Ecclesiam necessaria, & in his non

non est ad Ecclesiæ authoritatem quasi ad Aram confugiendum, quòd ex sequenti erit magis clarum.

Obijciunt.

Primo sabbatum non obseruatur. Ergo mutat Ecclesia. Secundo, suffocata & similia concedimus, ergo mutat. Tertio, baptizat in nomine explicito trinitatis, & non Christi, ergo mutat. Quarto, nō dat Eucharistiā ieiunis, & tamen Dominus post Cœnam cō municauit. Quinto non communicat sub vtraque specie. Vt Christus communicauit. Sexto, non circūcidit, & tamen Paulus circuncidit. Septimo, bigamos ordinat, & dispensat. Octauo, ieiunat sabbato & tamē contrarium præcipitur Canone Apostolico. His omnibus respondent aliqui, & concedunt Ecclesiæ authoritatem tantum esse, ut quædam etiam de scripturis immutare possit. Et sic tuetur ampla Ecclesiæ authoritas. Alij distinguunt quòd præcepta sunt in duplici differentia, quædam æterna, qualia sunt præcepta legis naturæ, & quæ sunt in nouo testamento, ut illud. Nisi quis renatus fuerit. Baptizate omnes gētes. Alia sunt temporalia uel ad tempus, ex loci temperis, & personarum conditione. Eius generis est sabbatum, & reliqua quæ ad legem ueterem pertinebant. Lex de immolatis, sanguine, & suffocato. Baptismus in nomine Christi. Item Apostolorum præcepta sunt in duplici differentia, quæ explicite à Christo acceperunt gentibus inuulganda. Vt illud. Baptizate omnes gentes. Alia à Christo acceperunt sed tamen dicuntur Apostolica præcepta humana atque Ecclesiastica atque ab ipsis Ecclesiam gubernantibus adita. Priora illa tradita à Domino Apostolis Ecclesia nec soluere, nec remittere potest, quia sunt ad salutem necessaria posteriora uero in his, licet sint in sacris literis scripta potest summus Pontifex dispensare, ex parte, uel omnino, ut in illis nominatis, & de non ordinando Episcopo Bigamo, sed non possunt omnes Episcopi, sed summus tantum Pontifex. Et sic soluuntur omnia obiecta, & alia ex superiorib. dictis.

4 *Ecclesia non est antiquior scriptura.* HAER. Vetustissimi illi patres in lege naturæ ante Moysem sacrificiorum ritum nō legib. scriptis, sed aïo sculptis, ac maiorū traditione obseruabāt. Lex ēt de circūcisione, nō erat lapidibus scripta sed aīs. Dn̄s nihil scripsit, sed dixit, Eūtes docete oēs gētes, & Apostoli prius uiua uoce, postea scripserunt, sic ergo Ecclesia antiquior est scriptura. Prior ergo & notior est authoritas scripturę, & ista per illā regulāda est. Quia fuit prior Ecclesia in Adamo, & usq; ad Moysen, & nihil fuit scriptū. Secundo Christus nihil scripsit. Tertio, Euangeliū nō est scriptū, quia prædicate dictū fuit. Quarto, in hoc noua lex differt à ueteri, q̄a illa in lapidib. nostra in cordib. est scripta, inquit Hier. & Chrís. Hactenus Mirāda. Si dicas quę nā superior. R̄ńdeo, quòd proprie loquendo, neutra est altera prior, uel superior, quia una non sumit authoritatem ab alia, sed utraq; à Christo. Prior tamē est Ecclesia. Latior quia ad plura se extendit. Rursus in rebus fidei, magis efficax, quia est iudex uiuus, at scriptuta mortua, & scripturæ frequenter obscuritatem habent. Idem miranda, & Cano. 3. c. 3

5 *Ecclesia non fuit ante aduentū Christi.* HAE. Fuerunt quidā, qui affirmare ausi sunt non esse Ecclesia nisi post diuulgationem Euangelij, quos Turrecr. hæreticos nominat lib. 1. cap. 22. D. Aug. pluribus in locis explicat antiquitatem Ecclesiæ ps. 118. initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea. Et idem ps. 128. Et cum sit eadem fides, ut ait Apostolus. Habētes eundem spiritū fidei 2. Cor. 4. ideo & Ecclesia semper fuit. Idē D. Aug. in serm. de Iacob, & Esau. Ecclesia non accipienda est in his solū, qui post Domini aduentum, & natiuitatem esse cęperūt Sancti, sed omnes quotquot fuerunt sancti, ad ipsam Ecclesiam pertinent. Rursus Aug. psal. 36. Iunior fui &c. ait illū esse uenturum crediderunt, quem nos uenisse iam credimus. Hoc demum probat illa distinctio ætatum Ecclesiæ, infantiæ, pueritiæ &c.

Obijciunt contra hoc.

Primo lex pedagogus noster fuit in Christo ait D. Pau. ad Gal. 3. ergo ante Christum non erat fides ergo neq; Ecclesia. Secūdo, D. Paul. ad Hæb. 11. ait. Iuxta fidē defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionib. Ergo antiqui Patres fidem non habuerūt. Tertio, ex uerbis Domini. Matt. 16. Tu es Petrus, & super hanc petrā ędificabo Eccle. ergo ante nō fuit. Quarto, Gl. sup illud ps. 9. Vt annunciet oēs laudationes tuas in

portis

portis filiæ sion. Quia ubi natus est, inde fides incepit. Quinto Cœpit Ecclesia à Hierusalē & it per oēs nationes ait D. Aug. ex illo Psal. 147. Sexto idē Aug. tract. super Canonicam Ioānis. Ibi inchoata est Ecclesia, ubi venit de Cœlo Spiritus Sanctus, & impleuit in uno loco &c. Septimo Gloss. super psal. 40. tractans illud. Nūquid qui dormit &c. Sicut de latere dormientis Adæ, qui erat forma futuri Christi, assumpta est costa de qua formata est Eua, ita dormiuit Christus somno mortis, &c. formetur sponsa Ecclesia.

His non obstantibus, sequamur expositam veritatem, quod Ecclesia pro fidelium congregatione in fide Christi incepit ab initio hominum, ac Christi nati post eius natiuitem, & quòd nos explicite credimus, illi implicite credebant. At nos explicite sacramenta, quæ illi non habuerunt, & Ecclesia de Christo nato, post aduentum incepit, & sic soluuntur omnia argumenta. Quæ probant, quòd ante natum Dominum, non sic esset Ecclesia non autē nullo modo. Et hoc significauit Dauid quādo dixit, super senes intellexi. Si super & plus intellexit ergo & illi aliquo modo intellexerunt.

6 *Ecclesia fideles eximere potest à traditionum uinculo.* HÆR. Reiciunt Lutherani traditiones, quas Ecclesia post Apostolos semper retinuit, nec enim illæ temporariæ sūt, sed perpetuæ ad fidem. Hinc Ecclesia non potest abolere, nec mutare. Nam si à Domino Apostoli, alij ab ipsis in his diuinis institutis nullam habet Ecclesia authoritatem imo uero si quæ sunt contrariæ consuetudines sunt abrogandę. Illæ uero, quas docuerunt Apostoli, ut Pastores Ecclesiā, ut trina immersionem in baptismo, eas pōt immutare sicut & alia est de pœnis pro criminib. &c. Quæ continentur in Canon. apostolorum.

Dogmata ergo fidei, siue Christus ipse per se Apostolis reuelauerit, siue Spiritus Sanctus post Domini ascensionem antiquari, nec mutari possunt, sed firma manent, vt quæ Christus proprio ore tradidit, & ad ipsa, tanquam ad aram confugimus. Vt uerbo Traditions exponam.

7 *Ecclesia non est, vbi non est vitæ puritas, & integritas.* Cathar. Donatistæ. Vuitcl. Caluin. HAER. Vetustissimi illi hæretici, contra quos scribit D. Aug. hanc vanam, ac absurdā seminarunt hæresim, quòd Ecclesia tantum ex prædestinatis constat, & isti tantum sunt de græmio Ecclesiæ. Contra quos est dictum D. Ioan. 1. cap. 1. si dixerimus, quòd peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Secundo, Dominus orare docuit. Dimitte nobis debita nostra. Matth. 6. Tertio, D. Iacob. cap. 3. in multis offendimus omnes. Et Dauid Psal. 142, Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine &c. Quarto 3. reg. 8. Nō est hō, qui nō peccet. Quinto, Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum. Sexto regnum Cœlorum simile sagenæ missæ in mari, ubi pisces boni, & mali concluduntur. Septimo, simile est decē virginibus, & quinque ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Octauo, semē aliud cecidit inter spinas, & aliud supra petram, aliud in terram bonam. Nono, In Christi familia seruus nequam inuenitur. Decimo, in agro Domini co, inter nitentia culta, lappæque & tribuli, & steriles dominantur auenę. 12. In magna domo sunt uasa aurea, lignea, & fistilia. Habet ergo Ecclesia carnales homines. 14. Frater est corrigendus, ac eius peccatà dimittenda dixit Dominus Petro. Vsque septuagies septies Matth. 17. Ergo Donatus Apher deceptus est tempore D. Augustini, qui dicebat apud ipsum tantum Ecclesiam esse, & eos tantum esse in Ecclesia, qui erant in charitate, & gratia. Hus dicebat, eos esse, qui sunt prædestinati. Lutherani, qui credūt. At Ecclesia docet, iustos, ac pecatores esse de Ecclesia, & D. Aug. 7. contra Donatistas probat. Idem D. Aug. de fide ad Petrum c. 44. Firmissime tene, & nullatenus dubites arcam Dei esse Ecclesiam Chatholicam, & intra eam, vsque in finem eaculi, frumenti paleas contineri &c. esse bonos, simul, & malos. Hæc per arcam Noe figurata fuit, ubi omnia erant animalia munda, & immunda & arca continet coruum & columbam, ita Ecclesia bonos, & malos, ait Gloss. ibi Genes. 8. Rursum magis concordia, ac pax Ecclesiæ saluatur, dum credimus omnes esse fratres. Demum si soli prædestinati sunt, & nemo id scire possit, quis nam erit de Ecclesia. Prædestinatus ne fuit Donatus. Hus, Caluinus, oh infelix conuentio. Adomonere etiam Lectores uolo, ut errorem uitent summæ Armillæ. Quæ statim in principio uerbo Ecclesia dicit quòd est

con

congregatio tãtum bonorum, & miror de tanto viro, & abradenda ſunt me arbitro, nos enim nullius accepta perſona noſtrorũ etiam errores (ſi qui ſunt) arguere non ueremur.

Obijciunt.

Primo D. Aug. 5. contra Donatiſtas exponens illud. Cant. 4. Hortus concluſus &c. dicit. Nõ audeo intelligere niſi in ſanctis, & iuſtis, non auaris, nec in fraudolentis, raptoribus, & ebrioſis, ergo tantum Sancti ſunt de Eccleſia. Secundo, tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te. cap. 5. & Chriſtus loquitur ad Eccleſiam ergo Sancti tantum. Tertio D. Paulus ad Eph. 5. Vt exhiberet eam, non habentem maculam, ergo tantum Sancti ſunt de Eccleſiæ græmio. Quarto, Arca Domini de lignis Sethim, quæ ſunt incorruptibilia, & albæ ſpineæ ſimilia facta eſt, ergo tantum Sancti &c. Quinto, in ſymbolo dicitur Eccleſia Sancta. Sexto, D. Hieron. ad Epheſ. Non habens maculã, neque rugam, nec quid iſtiuſmodi, qui ergo peccator eſt, & aliqua ſorde maculatus, de Eccleſia Chriſti, nõ poteſt appellari, nec Xpo ſubiectus dici. de pen. diſt 1. §. Eccleſia. Septimo, probat non eſſe de Eccleſia, contra Donat. 4. ex illis uerbis, non habentem rugam, neque maculam. Octauo. Quæ conuentio lucis ad tenebras. 2. Cor. 6. Mali ſunt tenebræ, boni uero lux, ergo illi non ſunt de Eccleſia.

Pro ſolutione iſtorũ obiectorũ. Suppono, q aliquis dupliciter dicitur eſſe in Eccleſia, primo, quia habet fidem, ſecundo, quia ſpẽ fidem, & charitatem, quę maiorem efficiũt unitatem. Suppono ſecundo, quòd qui ſunt in charitate, non habent maculam neque rugam, ſed fides tantum non reicit maculam. Suppono tertio, quòd unitas charitatis eſt unitas perfecta, unitas uero fidei dicitur imperfecta. Vnde D. Iacob. Fides ſine operibus mortua eſt, & D. Paul. 1. Cor. 13. Si habuero fidem ita, ut montes transferã &c. nihil mihi prodeſt. Qui ergo ſunt in Eccleſia per ſolam fidem, dicuntur eſſe numero tantum in Eccleſia. Qui uero per fidem, & charitatem ſunt numero, & merito. Ad primum ergo reſpondeo. Quod tantum Sãcti, & iuſti ſunt de Eccleſia, numero, & merito, & ſic exponitur dictum D. Aug. Ad ſecũdum eodem modo reſpondetur. Quod tota pulchra eſt, quo ad illos, qui numero, ac merito ſunt in Eccleſia. Ad tertium ex D. Auguſtino lib. 2. retract. dico. Vbicunque autem in libris cõmemoraui Eccleſiã non habentem maculam neque rugam, non ſic accipiendum eſt, quaſi ea ſic ſit, ſed quæ pręparatur, ut ſic ſit, quãdo apparebit glorioſa. Nunc autem propter quaſdam ignorãtias, & infirmitates membrorum, habet, unde quotidie tota dicat. Dimitte nobis debita noſtra. Hæc D. Aug. Ad quartum dicitur, q loquitur comparando, quo ad eos qui ſunt numero, & merito de Eccleſia. Ad quintũ etiam ſimili modo reſpondetur, quòd eſt ſancta, quo ad eos, qui numero & merito ſunt de Eccleſia. Sic etiam ad ſextum loquitur D. Hieron. Ad ſeptimum dicitur, quod ſic & uerba D. Auguſtini ſunt accipienda. Ad octauum fatemur, quod peccatores nõ peruenerunt ad eam unitatem, quæ eſt per charitatem, ſed ad eam quæ per fidẽ, & ſic eſt cõuenientia lucis ad tenebras, quia una fides omnium, unũ baptiſma, ac unus Deus. Turrecr. lib. 1. c. 3. 4. & 5.

8 *Quæ tradit Eccleſia non ſunt de fide tenenda.*

H AE R. Cum ad fidem requiratur ſupernaturale lumen, & hoc lumen tantum ſit in Eccleſia. Vos eſtis lux mundi, & Doctores, profecto, quæ docet Eccleſia eſſe fidei dogma illud eſt à fidelibus recipiendum. Secundo, Eccleſia eſt fons ſignatus, ergo a qua ſapientiæ ſalutaris inde haurire debẽt fideles. Tertio, Dominus nobiſcum permãſurũ pollicitus eſt. Matt. 28. Quarto D. Paul. 1. ad Tim. 3. Appellat fundamentum ueritatis. Quinto. Ioan. 14. Ego rogabo patrem & alium Paraclytum dabit uobis, qui maneat uobiſcum in æternum. Sexto Ioan. 17. Non tantum pro eis rogo, ſed pro his, qui credituri ſunt per eos. Septimo, Rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua &c. Octauo, ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiã meam. Nono. Hoc demõſtrat Leo primus ad Auguſtam epiſtola 14. & ad Theodorũ epiſtola 69. Decimo, & Iulius primus in ſuis decretis ex pſal. 47. circũdate Syon &c. Vndecimo ſymbolum Nicenũ hoc decreuit. Miranda.

9 *Eccleſiæ fides, & Eccleſia ipſa deficere poteſt.*

H AE R. Sponſa Chriſti Sancta Eccleſia, deſponſabo te mihi in fidem; non ergo matrimonium dirimi poteſt. Dominus dixit.

Ecce

Ecce ego uobiscum sum, usque ad consumationem seculi. Matth ult. Christi regnũ est perpetuum, ergo non deficiet. Esai. hoc prædixit cap. 59. Non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui. Et Dauid psal. 88. Vaticinatus est. Vsque in æternum præparabo semen tuum. Præterea ædificauit Dominus, domum suam supra petram quomodo ergo non stabit, quomodo corruet? Hãc Ecclesiæ firmitatem expressit, Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Matth. 16. Infernus ergo imo nec hæreticus eius fidẽ, ac eam adimere poterit. Item in persona Ecclesiæ dictum fuit. Tenui eam, nec dimittam. Cant. 3. D. Paul. hoc docuit Eph. 4. Vsque ad consumationem seculi, Deum dedisse pastores, & Doctores. Hæc sacra testimonia, sic Doctores, interprætantur. Quibus addo, quòd D. Paul ad Hæb. 7. ex Sacerdotio Christi perpetuo comẽdat Ecclesiam, ac nouam legem,

Obijciunt.

Primo Hierem. cap. 5. Circuite uias Hierusalem, & aspicite, & considerate, quærite in plateis eius. An inuenietis uirum facientẽ iudicium & quærentem fidem, quasi dicat neminem, ergo deficiet &c. Secundo, periit fides, & ablata est de ore eorum cap. 7. ergo aliquando periit. Tertio, Dan. cap. 9. ait. Deficiet hostia, & sacrificium. Quarto, Matt. 24. Refrigescet charitas multorum, ergo Ecclesia deficiet. &c. Quinto D. Luc. cap. 18. Putas inueniet fidem in terra. Sexto, Fides istius potest deficere, & illius, ergo & omnium. Septimo, in nostrá est potestate credere, & non credere ergo poterit nemo credere. Octauo, tota synagoga periit, ergo & Ecclesia deficiet. Hæc argumẽta facillime soluuntur. Et ad primum, & Secũdũ simul dicitur, quòd uerba Prophetæ intelligenda sũt propter raritatem fidelium, non quòd omninò deficiet. Ad tertium Daniel prædicit ruinã ciuitatis Hierusalem sub Tito & Vespasiano. Ad quartum concedo quòd Charitas multorum refrigescet, non tamen omnino deficiet. Ad quintum concedo quòd in die iudicii quãdo ueniet Dominus pauci fideles reperientur, ut pote ab Antichristo seducti. Ad sextum. Verum est quòd potest deficere in hoc ac illo, non tamen in omni homine, & collectiue non est uerum, sed distributiue. Ad septimum. In nostra est potestate credere & non credere, scit tamen Deus semper esse aliquos fideles. Ad octauum dico, quòd nec Ecclesia Iudæorum unquam defecit, sed tantum ad aduentum Domini, quia lex & Prophetæ usque ad Christũ, & ad Ioan. ut dicitur Matth. 11. Nono, arguitur. In passione uidentur omnes à fide defecisse, ut ait D. Augu. psal 114. Quod ait ps. 7. Ego confirmaui columnas eius, qui ait singulariter sum ego donec transeam, & hoc nondum factum erat priusquam asceenderet ad patrem. Hæc Aug. Respondetur ex illis, quæ diximus supra quòd defecit uiua fides. Vel quòd Ecclesia saluata est in beata Virgine tantum. Vt Alex. de Ales docet, & rationale diuinorum officiorum affirmat, quòd hoc significat candela, quę nũquam extinguitur. Turrecr. lib. 1. ca. 18. 19. & 20. Decimo Plures sunt praui, quam boni ergo Ecclesia praua erit, à pluribus fit denominatio. Dicitur ex D. Aug. 3. de Doctr. Christiana cap. 32. Quod plus possunt pauci boni, quàm multi mali sic & Concil. Constantiense.

10 *Ecclesia in credendo errare potest.* HAER. Caput Ecclesiæ Christus est, ut dicitur ad Eph. 5. Qui & eam regit, ac gubernat ideo si errat, in caput, quod corpus sustinet, erit error referendus. Alteram habet Ecclesia promissionem. Rogabo patrem, & alium paraclytum dabit uobis. Ioan. 14. Rursus. Cum uenerit ille docebit omnem ueritatem. Hoc voluit probare Esa. Non recedet de ore tuo, & de ore seminis tui, quæ omnia spectant non solum ad Apostolos, sed ad eorũ successores. Hoc & Dauid præuidit psal. 108. Ne auferas de ore meo, uerbum ueritatis usque quaque. Et Dominus Petro Matth. 16. Porte inferi non præualebũt aduersus eam D. Augustin. super psalmo eodem. Et D. Tho. 4. dist. 6. Hinc tenet baptismus hæreticorum collatus secundum formam Ecclesiæ, quia ea totaliter deficere non potest. Turrecrem. li. secundo, capitulo 91.

11 *Ecclesiæ pastores omnes in fide errare possunt.* HAER. Quoniam Ecclesia est ipsa fidelium collectio, & pro ipsis pastoribus potissimum usurpetur, dicimus Ecclesiam sic errare non posse. Hoc significauit Apostolus ad Ephes. 4. Dedit quosdam Pastores, & Do-

& Doctores &c. ad conſumationem ſancto rum, in opus myniſterij, & ędificationem corporis Chriſti &c. Dati ergo ſunt Doctores, ne circumferamur omni vento Doctrinæ, ne huc atq; illuc à recto tramite fidei diſcedamus. Præterea, quomodo ſal, ſi euanuerit ſalietur, ſi lux obtenebreſcit, nonne corpus omne tenebroſum erit? Hinc dicitur. Quæcunque dixerint uobis ſeruate, & facite. Matth. 23. Et iterum. Qui vos audit me audit. Supra etiam demonſtratum fuit omne Concilium Generale errare non poſſe. Nec me fugit, peculiare donum eſſe Apoſtolis collatum, ut in fide errare nullus eorum poſſet, quòd ad ſucceſſores non trãsfertur, niſi ad Papam, atque Epiſcopi omnes in Concilio congregati habent etiam hoc priuilegium ex aſſiſtentia Spiritus ſancti. De quo ibi ſatis dictum eſt. Cano.

12 *Eccleſia mortuo Papa non habet amplius Veritatem.* HAER. Nunquam eſt acephala Eccleſia neque deeſt Spiritus Sancti aſſiſtẽtia, quòd diximus ſupra, eam pro rei, ac tẽporũ oportunitate poſſe Concilium uocare. Si itaque mortuo Papa aliqua ſit controuerſia fidei, ac Religionis poterit Concilium congregatum, atque Cardinalium collegium definire, & ſi ſine capite Eccleſia non habeat certa iudicia, non tamẽ per hoc corruit fides, nec Spiritus abeſt. De his verbo Papa mortuo &c. Caiet. de auth. Papæ, & Concil. cap. 11. ad primam rationem Nullam habet (ait) authoritatem ſine capite licet merita multa. Hæc Caiet. 16.

13 *Eccleſia in morum doctriua, quæ ad ſalutem ſunt neceſſarÿ errare poteſt.* HÆR. Tantus eſt Hæreticus error, & Cæca pertinacia, ut omnem prorſus doctrinam adimat, intelligentiæ lumen extinguat, & uniuerſam ingenij aciem retundat. Hinc errores hæreticorum, qui tamen in Eccleſia ſi quãdo oriuntur, interemit ſtatim ſummus Paſtor. Et cum Deus non deficiat in neceſſarijs, ut tritum eſt Phyloſophorum adagiũ, ergo nec errores in moribus Eccleſiæ eſſe poterunt. Quare Deus commiſit Petro paſce oues meas, ſi eas paſcere non poteſt. Quare promiſit ſpiritum ueritatis, & D. Paul. Tim. ſcribit. Hæc ſcribo tibi, ut ſcias, quomodo te oporteat in domo Dei conuerſari, quæ eſt columna, ac firmamentum veritatis. Hoc definit Conciliũ Conſt. ſeſſ. 13. Hoc docuit Iul. diſt. 11. c. Nolite. Innoc. eadem diſt. c. Quis neſciat. Et Calixtus d. 12. c. Non decet, & Greg. eadem diſtinct. c. Pręceptis docuerunt. Quæ ſunt accipiẽda, quo ad cõmunes leges toti populo inuulgatas, non de priuatis hominibus datis, nam nec Theologi approbant vniuerſas pœnas, cenſuras, ſuſpenſiones, irregularitates, poteſt enim quo ad hæc particularia errare Eccleſia. Non tamen in communibus, quia tunc approbaret turpè, condemnaret uirtutem, nec contra turpe, ſed honeſtum ageret.

Hinc ſolẽnis illa proceſſio Euchariſtiæ eſt retinenda. Vt docet Concil. Triden. ſeſſ. 13. Can. 6.

14 *Eccleſia in moribus, qui ad priuatos homines pertinent, errare non poteſt.* TEM. Quod dixi eſſe temerarium eſt Innocentij dictũ de ſententia excom. A nobis. Qui reddit cauſam, quare tunc erret Eccleſia, iudiciũ, vt Dei veritati, quæ non fallitur, nec fallit, ſemper innititur, iudicium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpe contingit, & falli, per quod contingit interdum, vt qui ligatus eſt apud Deum, apud Eccleſiam ſit ſolutus, & qui liber eſt apud Deum, Eccleſiaſtica ſit ſentẽtia innodatus. Hactenus Innoc. Proficiſcuntur enim huiuſmodi iudicia, ab incertis hominum teſtimonijs atque ideo infirma ſunt ad certam exploratamque fidem faciendam. Temeritatis tamen iudicium eſt ea decreta in dubium reuocare, nec nos in Cœlum ponere os debemus. Qui tamen omne iudicium Eccleſiæ, omni de re ſine delectu defendunt, hãc ſedis Apoſtolicæ authoritatem labefactare, non fouere, euertere, non firmare conantur. Non eget Petrus noſtro mendacio, nec noſtra adulatione, omnia ergo probare, quoniam non è ſcientia, ſed è prudentia pendent, non opus eſt, nam in his Eccleſia errare poteſt.

Vnde Conciliũ Lugdun. quoſdam ordines per ſedem Apoſtolicam approbatos, tanquàm Eccleſiæ noxios, abolendos eſſe decernit. Quod & multa huius generis ex Cõcil. Later. habentur.

15 *Eccleſia errat in Canonizatione Sanctorum.* TEM. Vulgare eſt illud dictum, iniuriam facit Martyri qui orat pro Martyre, & multo magis, qui Martyrum Cathalogo aſcriptum, è ſancto numero tollit & iure ab Eccleſia puniretur. Etenim ſi hoc liceret

in dubium reuocare, certe Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Dominici, Francisci, Thomę Aquinatis, ac aliorum sanctitatem sine crimine in quæstionem uocare poterimus. Rursus, si in Diuorum examine errat Ecclesia, Sanctorum omnium cultum explodere poterit atque etiam maledictis, & conuitijs uexari poterimus, quæ oĩa aures fidelium perhorrescunt. Nec differt Diabolum colas, an hominem damnatum. Piè ergo credendum est, Deum peculiariter prouidere, ne Ecclesia quęlibet hoĩum testimonia sequatur, atq; ideo nec errare. Huius prouidentiæ illud certum est inditiũ, ꝙ nunquã infirmata est fides ab huiusmodi testib. suscepta, ꝙ in alijs causis ciuilib. euenire non rarò solet. Nec tamen asserimus eã errare non posse, quia innititur testimonio hoĩs, sed quod errat negamus, à posse tamen ad esse nec nulla est consequentia.

Obijciunt tamen hæretici, & probant Ecclesiam errare. Primo, ꝙ si Aaron errauit adhuc non erat Sacerdos, ut ex c. 8. Leu. apparet. Dico secundo, ꝙ nõ errauit Moyses, nec Iosue, qui populum gubernabant. Dico tertio, quod matu erra uit Aaron, ut accidit Petro, & Marcellino Papæ, at nõ errauit ex infidelitate. secundo tempore Esa. & Hier. Ecclesia tota in seruitio Dei lapsa est. Dicit D. Aug. li. de vnit. Eccl. c. 12. Quod stat pro populo, non pro maiorib. Dico secundo, ꝙ loquitur tpe Antichristi, ubi & si omnino non deficiet fides, modica tamen erit. Tertio, legitur 3. Reg. c. 19. quod cum populus esset dispersus, fuit sine Sacerdotio, sine Templo, sine Sceptro, ac Dijs alienis seruiebat. Dicitur primo, ꝙ in maioribus semper (saltem in aliquo) remansit fides. Dico secũdo, quod dato, ꝙ totus populus uacillauerit, non sequitur, ergo & qui sunt de Ecclesia. Quarto, D. Hilarius suo tẽpore latentem agnoscebat Ecclesiam. Dicitur, ꝙ tunc fuit iactata hæc nauis, & non submersa, & in paucissimis emicuit fides, ut ait D. Hier. ad Luciferianum. tunc Athanasiũ Ægyptus recepit. Tunc Hilarium de prælio reuertentem Galliarum Eccle. cõplexa est. Tunc ad reditum Eusebij lugubres uestes Italia mutauit. Hæc Hie. Quinto, fuit sæpius schisma. Dico ꝙ per hoc non extincta, sed occulta est fides. Sexto, dissidium est inter Græcam, ac Latinam. Dicitur, quòd hoc non tollit ueritatem fidei, & si apostatauerint, namque uerum est regnum cœlorum, & si Lucifer ceciderit. Septimo, Ecclesia tota errauit, quando in Concilio Basil. Depositus est Eugenius, & Amadeus factus est Papa. Diximus in superioribus, ꝙ Concilium illud errauit. Octauo, Papa errauit. ergo & alij. Dicitur quòd nunquam errauit Papa, ut Papa, ut suo loco explicabitur. Cano. lib. 4.

16 *Ecclesia non habet veram intelligentiam scripturarum*. HAER. Ex superioribus hæc hæresis exploditur. Nam eo modo, quo Ecclesia habet ius decernẽdi canonicam, ab apocripham, ut Apostoli fecerunt, can. vlt. Geles. & Concil. Flor. & Trid. Sic in uerbis ipsis Germanum sensum accipere poterit. Vtrumque enim est in Ecclesia uerbum, & spiritus, quo loca subobscura interpretari possit. Vnde & illud. Verba, quæ posui in ore tuo, & in ore seminis, non recedunt de ore in sempiternum. De spiritu dixit. Quod spiritus erit in Ecclesia in æternum, & hoc ex scripturis probatum est. Christus Dominus aperuit sensum Apostolis, ut intelligerent scripturas, ut legitur, Luc. 24. Quod non propter tantum fecit, sed propter Ecclesiam, quæ habebat librum signatum. Canon. Lirensis adu. proph. nouat. in principio docet ad Ecclesiam recurrendum.

17 *Ecclesia innititur coniecturis umanis*. HAER. Adeo connexa est Ecclesiæ authoritas sacris litteris, quod una per alteram probatur, nec aliquam Catholicus negare potest. Nam per internum lumen infusum à Spiritu sancto credimus Ecclesiam errare non posse, nec sumus Saraceni, aut Pagani, qui tantum suis præceptoribus inhærent. Sed Spiritu sancto inspirata proponit Ecclesia, quæ certo, ac firmo iudicio tenenda sunt, nec nisi uera proponere potest, nec authoritatem libris canonicis tribuit, sed proponit tantum illos, & non alios esse canonicos, nec est Ecclesiæ authoritas ratio per se mouens ad credendum. & hoc significauit D. Aug. Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ moneret authoritas. & rursum. Per Cath. Euangelio credideram. Et hoc Dei, in Ecclesia iudiciũ non ex traditione humana, sed Spirtu sancto inspirante prouenit, quo assistẽte loquuti sunt Sancti Dei hoĩes. Fides ergo Ecclesiæ in Diuinã authorit. referẽda est. can.

18 *Ecclesiam non posse errare nunqu am fuit reue latum.* HAE. Huius hæresis confutatio ex superiorib. pendet. & ex dicto Dñi. Rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua.

19 *Ecclesia præcepit quædam, quæ salutem impediunt.* H AE R. Si errare non potest in his, quæ ad fidem sunt necessaria, nec etiam potest saluti esse impedimento. Hæc ex dictis manifesta sunt.

20 *Ecclesia non habet veram doctrinam de Sacramentis.* HAE. Quoniam Concilia authoritate Papæ confirmata errare non pñt, ut probatum est. Et de Sacramentis in Florētino, & Trid. abunde satis sint oĩa definita, nō erūt erron. sed certa de fide recipiēda.

21 *Ecclesia Romana non est aliarum caput.* HÆ. Hoc dictum quod principalissimum, circa quod cardo oĩum quæstionū inter nos, & Græcos, inter Catholicos & Luth. diligentissime, atq; exactiss. est exponendū, atque probandū. Ecclesiæ.n. Romæ præest ille, q oĩb. aliis præcipit, qui est caput oĩum Ecclesiarū. Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo Eccl. meā. Et tm̃ dictū fuit. Pasce oues meas. Et dixit Dñs. Si peccauerit &c. dic Ecclesiæ, i. his, qui Eccles. præsident, ait Chrisost. & sicut dicit Anacletus, adhibita est ēt societas in eadē Rom. Vrbe, Beatiss. Pauli Apost. Vas electionis, quia ibi martyrium suscepit, & ambo inquit sanctā Eccl. consecrarunt, alijsq; oĩb. Vrbib. in vniuerso mundo eā sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Hoc etiam dixit Pelagius Papa, vt legitur dis. 2. Quamuis tamen Sancta Romana Eccl. Catholica, & Apostolica nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesijs prælata est, sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri IESV Christi primatum obtinuit. Tu es (inquit Dominus Petro) &c. & subdit. Est ergo prima Apostoli Petri sedes Ro. Eccl. non habens maculam, nec rugam, nec aliquid huiusmodi, ut dicit Apost. ad Eph. 5. Vincentius Lirens. aduersus Porph. Nouationes. Fermè in principio, ait. Cum ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaqua versum Sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur, tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus Apostolicæ sedis Antistes, cum cæteris quidem collegijs suis, sed tamen præ cæteris restitit, dignū (ut opinor) existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci authoritate superabat. Hucusque Lirensis. Hoc testatur appellatio Rothaldi Episcopi Suession. ad Nicolaum Papam. dicens. Vt in præiudicio Sanctæ Rom. Ecclesiæ omnium Ecclesiarum Matris, &c. Alia de primatu Petri.

22 *Ecclesia Romana à Papa est instituta.* H AE. Meminerint hæretici eorum, quæ Dominus dixit Petro. Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. & D. Paul. Fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. De quibus, verb. Papa.

23 *Ecclesia Larensis non est superior alijs.* HAE. Hæc propositio ea ratione est hæretica, quatenus superioritatem Ecclesiæ Rom. adimit, ac tollit. Inter omnes tamen Eccl. Romæ constitutas Lateranensis superior est. Vnde Melchiades Papa in c. futuram. 22. q. 1. loquens de Constantino Imperat. dicit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa contulit, & fabricam primæ sedis Beati Petri instituit. Lateran. Patriarchij exponit Vgo, ac Turre Crem. li. 2. c. 36. in fi. Hanc olim incoluerunt Romani Pont. cuius ruinæ cernuntur hodie, nemo ergo dubitare debet etiam Concistorium fuisse. Et Platina in vita Ioan. V. ita scribit. Ioannes itaque vir singularis Religionis, & mansuetudinis, vno omnium consensu Pontifex creatus in Ecclesia saluat. quæ Constantinianus appellatur ad Lateranum. Iulius Roseus in Scholia, libri de Iubileo Iacobi Cardinalis.

24 *Ecclesia falsò dicitur regnum.* ERR. Sicut vere Christus Dominus est Rex. vt Esa. dixit. c. 9. Super solium Dauid sedebit, &c. Et Angelus ad Virginem. Luc. 1. Regni eius non erit finis. Iure & Ecclesia dicitur Regnum, vt in Apocalyps. dicitur. Fecisti nos Deo nostro regnum. & D. Pet. 1. cap. 2. Vos estis genus electum regale Sacerdotium, gens sancta. Sic Doct. oēs. & D. Greg. hom. de virginib. Sæpe in sacro eloquio Regnū Cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur, de quo & alio loco Dñs dicit. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala &c.

25 *Ecclesia non est vna.* HAER. Ecclesię unitatem ex Symbolo habemus. Credo dicit Symbolum Apostolorum. Sanctam Eccl. Cath. numero singulari. Hoc docuit Dñs Io. x. Et fiet vnum ouile, & vnus Pastor. Et Ioā. 11. Prophetauit Cayphas, sed ut filios

T 2 Dei,

Dei, qui erant dispersi congregaret in vnũ. & Io.17. Pater sancte, serua eos, in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. Hoc cant.6. dixit. Vna est colũba mea perfecta mea, & semper sponsus numero singulari alloquitur sponsam. Et D. Pau.1. ad Cor.1. vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Et eadem epis.c.12. Etenim in vno spiritu oẽs nos in unũ corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & oẽs in uno spiritu potati sumus. Et ad Eph. cap.4. Solliciti seruare vnitatem spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus, & unus spiritus, sicut estis in una spe vocationis vestræ. Patres hanc unitatem docent. Cyprian. de simpl. prælat. seu potius de vnitate Eccles. Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia, & Cathedra una monstretur, & Pastores sunt omnes, sed grex unus ostẽditur, qui ab Apostolis oĩb. unanimi consensione pascatur. Quam unam Eccl. etiam in cant. cant. Spiritus sanctus ex persona Dñi designat, & dicit. Vna est columba mea. Iren. li.1. aduersus hæreses. c.3. Quasi unam domum habitans, & similiter creditijs, uidelicet quasi unam aĩam habens, & unũ cor, & cõsonanter hæc prædicat & docet, & tradit, quasi unũ possidens cor, & consonãter hæc prædicat, & docet, quasi unũ possidens os. Nam & si in mundo loquellæ dissimiles sint, sunt tñ vna uirtus traditionis, una & eadẽ est. Et neq; hæ, quæ in Germania sunt fundatæ Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradũt, neque hę, quæ in Hiberis sunt, neq; hæ, quæ in Celtis, neque hæ, quæ in Oriente, neq; hæ, quæ in Aegypto, neque hæ, quæ in Lybia, neque hæ, quæ in medio mundi sunt constitutæ, sed sicut Sol creatura Dei in uniuerso mundo unus, & idem est, sic & lumen prædicatio ueritatis ubique lucet, & illuminat oẽs homines, qui uolũt ad cognitionem ueritatis uenire. Chrisost. ho.1. in priorem ad Corin. Ecclesiam Dei appellat Apostolus, ut ostendat in unum eam redigi oportere. Nam si Dei est, una est, Non Corinthi solũ, sed uniuersi orbis. Nam Ecclesię nomen non separationem, sed unionẽ, ac consonantiam significat. D. Hiero. ad Ageruchiam, siue Geronsiam de Monogamia. epist.11. Erunt duo in carnem unam, non in duas, nec in tres. Propter quod relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, certè non uxoribus. Quod testimonium Paulus edisserens ad Christũ refert, & ad Ecclesiam, ut primus Adam, in carne, secundus in spiritu monogamus sit. Hier. Ecclesia ergo plurib. rationib. dicitur una ratione capitis, quod est Christus. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiã quæ est corpus eius, ad Eph.5. Secundo ex unitate fidei. Oẽs uos unũ estis in Christo IESV. Io.17. Gl. id est in fide Christi. Tertio, ex unitate baptismi. Vnus Dñs, una fides, unum baptisma. ad Ephes.4. Vocati estis in unam spẽ uocationis uestræ. Quinto unitate charitatis. Sic multitudinis credentium, erat anima una, & cor unum in Domino. Act.4. Sexto, unitate spiritus uiuificantis. Solliciti seruare unitatem spiritus, ad Eph.4. Septimo, unitate ultimi finis, unde singuli receperunt denarium. Matt.20. Octauo, unitate gubernãtis, nam Christus ego sum Pastor bonus, & fiet unum ouile, & unus Pastor, Io. x. & Cypr. de unit. Eccl. Exordium ab unitate proficiscitur, & probat unum esse Pastorem Papam in Eccl. Et Ful. ad Monimũ, li.3. illud dictum ad Eph. 4. Seruare unitatem spiritus, ait. Hunc spiritum discedendo amittunt, si qui aut perfidia deprauati, aut superbia inflati ab unitate corporis Ecclesiæ segregantur, quo Iudas Apost. sine hoc spiritu, &c. Hanc unitatem Eccl. scri. Petrus Damianus, epi.x. c.5. Ostendit, ꝙ est una in multis, & tota in singulis, & c.6. probat esse unam unitate uniuersalitatis. & 7.c. ex unitate Eucharistiæ, & hoc sequitur ostendere ẽt c.8. Non ergò noĩe Pauli, aut Petri baptizati sumus, sed Dñi atque ideo una est Ecclesia. Hanc unitatem Theophilus Patriarcha Alexandrinus, ex uerbis, D. Pau. Act.30. significauit, dicens. Attẽdite igitur uobis, & uniuerso gregi, in quo posuit uos Spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine. Obijciunt j. Dauid ait. In Ecclesijs benedicite Dño. Ps.66. & Io. in Apoc.1. scrib. Ecclesijs. ergo nõ una erit. Secũdo, alia est Ecclesia ex ꝑputio, alia ex baptis. Tertio, Eccl. est constituta ex Angelis, & hoĩb. quorũ nõ est eadẽ fides, & spes. Quarto, fides, spes, charitas sunt accidẽtia, ergo in diuersis subiectis erunt diuersa. Quinto Artic. fidei sunt xij. Sexto, non eadẽ fides antiquorum, & nostra, namque illi futura

ctra credebant, nos uero præterita. Septimo sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, ergo ille ad aliā Ecclesiam pertinebit. Octauo, multi non habent charitatem ergo sunt ab alijs diuisi. Nono, Cathecumeni nō sunt de Ecclesia, & tamen habent fidem formatam. Decimo, ante baptismum non erant de Ecclesia, ergo non vna semper. Vndecimo, nō est vnus baptismus, sed tria. Duodecimo, Dæmones, & damnati habent eadē fidem ergo erunt de Ecclesia. Tertiodecimo Ecclesia non semper habuit eundem rectorem, Quartodecimo, Papa mortuo, non minus est Ecclesia, quam ante ergo vnitas nō pendet à capite. Quintodecimo, habet duo capita Christum, ac Papā ergo duplex erit ac monstruosa.

Singula modo diluamus argumēta. Et primū enodare non est difficile. Quod probat tm̄ diuersas esse peculiares Ecclesias, cum qua stat vnitas. Ad secundū dr̄, ꝙ eadem sp̄ fuit, & est Ecclesia, sed quo ad modum diuersa. Ad tertium dr̄, ꝙ loquimur de Ecclesia militanti, non triūphanti. Dico scd̄o, quod pōt dici eadem cum Angelis, quo ad beatitudinem, & uisionē, quia erit eadē oīum. Athā. Synaita, in Cōmēt. in Exameron in fine ait. Quid ergo inquit Ecclesia est ne ēt mater Angelorū. Nequaquā, sed qm̄ vir eius est eorū creator adoptione ēt dr̄. eorū mater. Hæc ille, & soluit obiectionē. Ad quartū fatemur, ꝙ sunt diuersa accidētia numero, sicut & hoīes, at sicut hoīes participatione spē plures sūt unus homo, sic & fides diuersorū ex obiecto est diuersa &c. Ad quintū, dico, ꝙ illa omnia reducuntur ad unū primum obiectū, quòd est veritas prima. Ad sextū, dico ꝙ eadē est fides antiquorū & nostra. Et præteritum, ac futurum, non faciūt rei diuersitatem, sed modi. Ad septimum, dico ꝙ excommunicatio non tollit fidem, sed communionem fidelium, ac conuersationem, ideo est extra. Ad octauum dicitur, ꝙ qui nō habent charitatem sunt de Ecclesia, ut membra mortua, ut supra dixi. Ad nonum. Respōdetur, ꝙ Cathecumini sunt de Ecclesia per actus mentales, per fidem spem & charitatem non tamē per uisibile Sacramētū, merito ergo sunt & si nō numero. Ad decimū dicit, ꝙ & si nō esset eadē fides quo ad protestationem ac signa, erat tn̄ eadē quo ad obiectū. Ad vndecimū, dico ꝙ est vnū baptisma in aqua & alia sunt in ordine ad istū. Dico secundo, quod baptisma dr̄ vnū, q̄a nō pōt iterari. Ad duodecimum dicit. D. Tho. 2. 2. q. 5. 2. Quod credunt nō in ordine ad bonum Dęmones, sed quia conuincitur eorum intellectus, quæ fides sic nō est laudabilis. Ad tertiūdecimū dico, ꝙ ordo ille, iam remotus, non variāt vnitatē Ecclesiæ. Vt dicā inferius. Ad quartūdecimū dico, ꝙ Papa mortuo, non moritur nec sedes, nec fides. Et talis ordo ad caput remanet semper in habitu, & in electione, remanet ergo una fides, & collectio fideliū. Ad quintumdecimū ex D. Paul. satisfacio. Nec mōstruosum est Ecclesiā hēre duo capita, nam dixit. Mulieris caput est vir, uiri caput est Christus, & Christi Deus, uides ergo schismatice, quomodo Ecclesia habet duo capita, unum inuisibile, visibile alterum, & sic satisfecimus obiectis. Turrecr. lib. 1. cap. 6. 7. & 8.

26 *Ecclesia non est sancta.* HAER. Qm̄ Sancti Apostoli, sic in symbolo nominarūt nephas atq; iniquū est id negare. De cuius sanctitate in Cant. Cant. c. 4. dicitur. Tota pulchra es amica mea. Et prima Pet. c. 2. Regale Sacerdotiū gēs sancta &c. D. Aug. Ps. 85. Quotquot in Xp̄o baptizati estis Chr̄m induistis si mēbra sunt facta corporis eius, & dicūt se sāctos nō esse, capiti ipsi faciūt iniuriā cuius mēbra facta sunt sancta. Et superius dicat Vnusquisq; fideliū Sāctus sum. D. Greg. lib. 35. moral. cap. 6. Sola est, in qua opus bonū fructuose peragitur, unde & mercedē denarij, non nisi qui intra uineam laborauerant acceperunt. Ireneus adu. hæres. li. 3. c. 40. Vbi Ecclesia ibi & Spiritus, & ubi Spiritus Dei illic Ecclesia, & omnis gratia, Spiritus autē ueritas. Bern. serm. 3. Vigilia Nat. Domini Ecclesia inquam illa, quæ secū hēt Cōsilium, & Spiritum sponsi, & Dei sui, cui dilectus inter vbera cōmoratur, ipsam cordis sui sedem principaliter possidens, & cōseruans. Fulg. Ad Monimum lib. 2. Per hūc Spiritum Sanctum est vnitas Christi & Ecclesię. Petr. Dam. vbi supra. Est ergo sancta, quia caput sanctissimum est. Est sancta, q̄a à Spiritu sancto ducitur. Est sancta ratione eorum, qui numero, & merito sunt de Ecclesia, vt qui habent charitatem. Est Sancta ratione Sacramentorum, & potissimum Eucharistiæ.

Alias rationes adducit Turrecrem. lib. 1. capitulo 9.

Obijciunt.

Primo, solus Christus est Sanctus, atque ideo Deus. non ergo Ecclesia. Secundo, sanctus est ab omni immunditia alienus, vt docet Dyon. ꝙ non potest affirmari de Ecclesia. Tertio, dicunt omnes, Dimitte nobis debita nostra. non ergo sancta erit. Quarto, omnis hō mendax. ait Dauid, & Pau. ad Ro. 3. Quinto, non est sine macula Ecclesia ꝓ hoc statu. Sexto, sunt boni, & mali permixti. Septimo, Origenes, vt dicitur. c. & hoc diximus. 16. q. 7. Quod carnaliter viuentes domum orationis, ex lapidibus viuis constructam faciunt speluncam latronum. Octauo, in Ecclesia multi præsciti continētur. Nono, nemo scit, vtrum odio, vel amore dignus sit, ergo neque dicere se esse sanctum. Decimo, Fideles non sunt confirmati in gratia. ergo nec sunt sancti. Vndecimo, D. Hier. Ps. 20. Obliuiscere domum patris tui, de Ecclesia dicit, i. diabolū, qui te prius genuerat. sic ergo probant Ecclesiam non esse sanctam.

Quibus nō obstantibus respondeo, ad primum, ꝙ solus Christus dicitur sanctus ex se, & naturaliter. Ad secundum dicitur, ꝙ Ecclesia, quatenus est spōsa Christi est sancta. Ad tertium dico, ꝙ oramus quotidie, non tamen peccamus peccato, ꝙ sanctitati repugnet. Ad quartum dicitur, quòd omnis homo est mendax, quia labilis, atque instabilis, non quia mendax semper aliàs enim dixerat de se. 2. ad Cor. 12. Deus scit, quia non mentior. Ad quintum dicitur ꝙ multi sunt sine macula mortalis, non tamē venialis, quæ non repugnat sanctitati Ecclesiæ. Ad sextum. Quod & si boni, ac mali sint permixti, non tamen remouetur sanctitas ab Ecclesia. Ad septimum, ex dictis patet responsio, ꝙ in aliquib. est spelunca latronum, non tamē Eccl sia est talis in se. Ad octauum concedo, ꝙ & præsciti habentes mortale peccatum sunt de Ecclesia. Ad nonum, nemo scit se esse sanctum fateor, multi imo & omnes scimus Ecclesiam esse sanctam. Ad decimum, nemo affirmat esse Christianos, in gratia confirmatos, sed scit eos aliquos esse in gratia & hoc sat est. Ad vndecimum, loquitur D. Hiero. de his, qui ex gentilitate ad Christum conuertabantur. Sancta itaque est Ecclesia. Non tātum quia fides est sancta, sed quia sunt in ea, & fuerunt, & erunt homines Sancti. Sic enim exponere debemus Symbolum Nicenum. & Dominus sancti estote, quoniam ego Sanctus sum. Leuit. 19. & Saluator. Perfecti estote, sicut pater vester cœlestis perfectus est.

27 *Ecclesia non est Catholica.* HÆR. Hoc sequitur vt ex sacris litteris ostendamus, ꝙ & in art. ix. Symboli Apos. ac Niceno ꝓfitemur. Ecclesiam sanctam, & Catholicam. Est. n. Ecclesia Catholica. Hoc dixit Dñs Abrahę Gen. 2. Et benedicentur in semino tuo oēs gentes terræ, quia obedisti uoci meę. Et Dauid, Ps. 118. Particeps ego sum oīum timētium te. Et Mat. 16. Super hanc petrā ædificabo Eccl. meam. Et c. 28. Docete oēs gentes. & Luc. c. 24. Et remissionem peccatorum in oēs gentes, incipientib. ab Hierosolyma. Et Mar. 16. Prædicate Euang. omni creaturæ ex Concilijs habemus eam esse Catholicā, in quib. ex oī parte conuenerūt. Et D. Aug. epist. contra Manichęum quam uocant fundamenti. c. 4. vt omittam sincerissimam sapientiam, multa sunt alia, quæ in Catholicæ Eccl. græmio me iustissime teneant. Et epi. 170. ad Seuerinum cōsanguineum suum. Ipsa est. n. Ecclesia Cath. & c. Quod per orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet, ideo secundum verbum D. N. IESV Christi abscondi non pōt. Et epis. 166. ad Donatistas ex multis locis probat sacræ scripturæ. & ex Sophoniæ 2. c. Adorabunt eū uiri de loco suo, oēs insulæ gentiū. Hæc D. Aug. Et ēt lib. de vera relig. c. 7. Tenenda est nobis Christiana Religio, & eius Ecclesiæ cōicatio, quæ Catholica nominatur, non solū à suis, verū ēt ab oib. inimicis &c. & inferius hæretici nil aliud quam Catholicam uocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eā noīe discernant, quo ab uniuerso orbe nuncupat̃. Et Vincētius. Lirens. aduer. Porph. Nouat. in prin. Triplici capite eam noīat Catholicam: Antiquitate, uniuersitate, & consensu. D. Hier. in dialogo aduersus Lucif. In illa Eccl. esse permanendū, quæ ab Apost. fundata, usque ad diem hanc durat. Beda in 6. c. cant. cant. Ita vna Catholica electorum oīum multitudo per oīa, & mundi loca, & tpa seculi, eidem vni Deo, & Patri subiecta. Lact. li. 4. de uera sapien. c. 30. prope fi. Sola igitur Catholica Ecclesia est, quæ uerum cultum retinet. Hæc ille. Athanasius

Synaita,

Synesta, in Examer. Vna, & indiuidua congregatio aquæ recta, in qua non cadit repræhensio, & Ecclesiæ Catholicæ in Deũ pietas, ac Religio. Aquæ autem congregationes sunt Ecclesiæ, quæ sunt in loco regionum gẽtium, quomodo docet Paulus &c. Hoc idem exponet inferius Athan. Iure itaque Catholica appellatur. Quia toto tempore, quam modo tenet, tenuit, ac conseruabit fidem. Secundo, quia eius doctrina omnia complectitur, & cœlestia, & terrestria. Hoc Turre Crem. lib. primo, capit. 13.

Duo impugnant aduersarij. Primum, quod fides Christiana non sit Catholica nominanda. Secundum, quod nec Ecclesia Catholica sit dicenda. Primum probant. Fides nostra est de Deo, qui nõ est nec vniuersalis, nec particularis, ergo nec fides. Dicitur, ꝙ Deus est prima causa vniuersalis efficiens omnium & finis etiam. Secundo, de fide, quæ singularia facta credimus, ut de Christo, &c. Dicitur, quòd ista credimus, ut uniuersalia remedia salutis nřę. Tertio Christiana fides est quædam secta, ergo non uniuersalis dicenda. Dicitur, ꝙ conuenit cum hoc ꝙ est particularis nomẽ uniuersalis rationibus dictis. Octauo fides nõ peruenit ad partes omnes, ut Idolatria, ergo ista erit uniuersalis. Dico ꝙ hæc non est religio, rursus non apud omnes erat eadem idolatria, sed diuersi diuersa colebũt. Quinto, nõ omnes obediunt Euangelio ait D. Paul. Rom. x. Respondeo, ꝙ non est uniuersalis, quia omnes sint fideles, sed quia ex omni natione aliqui obediunt.

Contra alteram partem instant adhuc, ꝙ non sit dicenda Catholica. Primo. Quando Apostoli condiderunt Symbolum non erat ubique. Dicitur, ꝙ lex de Baptismo, & fide erat ubique diuulganda &c. Secundo, Synagoga non dicebatur Catholica. ergo neque nostra. Dicitur, ꝙ non est eadem ratio, nam tunc tantum Abrahæ, & semini eius data fuit circuncisio. At Euangelium omnibus, & omni creaturę. Tertio, Romana Eccl. dř catholica, & tñ particularis est. Respondeo ꝙ utrunque Rom. Eccl. conuenit, & ꝙ sit particularis, & uniuersalis, sicut caput est pars, & uniuersalis pars, quia influit, & continet omnia membra. Quarto, omnes Ecclesiæ dispersæ per orbem dicuntur Catholicæ, ut patet. c. quamuis. d. 21. Dicit ꝙ illæ dicuntur Catholicę ratione fidei sicut & codex noster, in titulo, ac inscriptione libri, nominatur Catholicæ fidei, &c. Quinto, ergo & Pastor dici potest uniuersalis. & tamen prohibetur. d. 99. c. nullus, & c. ecce. Respondeo, ꝙ Pontifices quidam, ut Gregorius ob humilitatem noluit noĩari uniuersalis. Vel quia non præest, ut particularis Pastor cuilibet Ecclesiæ, ut ait D. Tho. contra impugnantes Relig. Tamen aliqui sic nominarunt se uniuersales, & tota Synodus Calcedonense acclamauit Leoni Papæ, Sanctissimus, & Apostolicus, & Icomenicus fuit nominatus. & de hoc proprio loco erit oratio.

28 *Ecclesia falso dicitur Apostolica*. HAER. Huius dicti fides, ex ijsdem fundamentis pendet, nam & Symbolum Nicenũ, ꝙ expresse non dixit Apostolicum, explicauit. Et hoc docuit Anacletus, cuius dictum impugnant Centuriatores, & tuetur à Turriano, li. 2. c. 6. Et fuit Apostolica ab ipso nominata, quia super sedem Apost. fundata est. Et Dñs dixit. Tu es Petrus &c. & Petrus à petra, ut exponit D. Mar. c. 3. Et sicut Abraham pater multarum gentium est noĩatus sic Petrus petra, uel colũna, quę ante conspectũ oĩum gentium collocata, fundamẽtum esset Ecclesiæ. & super hanc petrã ædificabo Eccl. meam. Hoc est, non erit mea Ecclesia, nec ego ero Deus eius, nisi sit Petri Ecclesia, secundum fidem, & obedientiam. Apostoli fuerunt primi. Elegit nos primitias, ait D. Pau. 2. ad Tess. c. 2. Apostoli post Dñi Ascensionem diuulgarunt eam. Item, quia retinet Apostolorum doctrinã, fidem, prædicationem, & documẽta, eamque authoritatem retinet semper, ideo & Apostolica dicitur. Rursus Apostolica nominatur, quia obseruationes retinet ex eorũ traditione. Adhuc quia Petrus, & Paul. ac alij suo martyrio decorarunt sic nuncupatur. Nominatur Apostolica, quia est desuper missa. Turrecre. li. 1. cap. 18.

Obijciunt.

Primo, fundamentum aliud nemo potest ponere. 1. Cor. 3. Præter id, quod positũ est, ꝙ est Christus Iesus. ergo Christiana non erit dicenda. Huic non occurrit aliter rñdere, nisi concedere, ꝙ & Christiana uere dici potest. Secundo, idem Apostolus dicit

Prophetas fuisse fundamentum, ergo erit prophetica. Respondeo, ꝙ prophetæ fuerunt fundaméta, sed proximiora fuere Apostoli, ideo magis Apostolica dicitur. Tertio, Ecclesia fundata est super Euang. ergo erit Euangelica. Dicitur, ꝙ vtique verum est, atq; quia Apostoli docuerunt, & scripserunt Euangelium, hinc Apostolica, & quia à Domino vocati sunt, &c.

29 *Extra Ecclesiam homo potest saluari*. HAE. Et si hæreticum sit dictum, eget tamen dilucidatione. Qui ergo sunt extra Ecclesiam sunt in duplici differentia, quidam non habent fidem negatiue, quia non audierunt vnquam aliquid de fide, vt fuerunt in Indijs populi tot annis retroactis. Alij non habent fidem Ecclesiæ contrariè, quæ licet sit eis manifesta, tamen resistunt. Primi si faciunt ꝙ in se est, & viuunt secundum lumē naturale, saluantur, quia infidelitas negatiue neminē dānat. Vnde dixit Dn̄s. Si non venissem, & loquutus eis non fuissem peccatum non habuerunt. Nunc autem ueni, & oderunt me, & Patrem meum. At qui sunt extra Ecclesiam, quia resistunt, repugnant, non cohærent, sed diffident non possunt saluari. Et qui hoc affirmaret, hæreticā pronunciaret propositionem. Et sic probo. Fides est primum fundamentum, ad salutem consequendam, & sine ea impossibile est placere Deo, vt docet D. Paul. ad Heb. 11. Secundo, salus ascribitur fidei, vt de Abrahamo dicit D. Paul. & Luc. 8. Mulieri, quæ tetigit fimbriam vestimenti Domini, dictum fuit. Fides tua te saluam fecit. Et Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. & D. Paul. ad Epes. 2. Gratia saluati estis per fidem. Et ad Ro. 1. Iustus ex fide viuit. Ad Gal. 2. Ex fide viuo filij Dei. Rursus, filiatio Diuina fidei attribuitur. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Io. 1. & ad Gal. 3. Omnes filij Dei estis per fidem. Demum fides est hostium. Ego sum ostium per me, si quis introierit saluabitur. Io. 3. Hoc docuit D. Pet. 4. Act. Nō est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat, nos saluos fieri. Hoc idem D. Pau. affirmat fuisse perditionis causam. ad Ro. 1. Qui cum cognouissent, non sicut Deum glorificauerūt. &c. Patres luce clarius hoc docent. Athan. in Symbolo. Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit saluus esse nō poterit. D. Aug. & habetur 23. q. 4. Si quis, &c. Si q̄s à Catholica Ecclesia fuerit separatus, quā tumcunque laudabiliter viuere se existimat, hoc solo scelere, ꝙ à Christianitate disiunctus est, non habebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Idem dicit, & scribitur 24. q. 1. c. Vbi fides non est, non potest esse iustitia, quia iustus ex fide uiuit. Cypria. vt dicitur 24. q. 1. c. alienus. Habere non potest Deum patrem, qui uniuersalis Ecclesiæ non tenet vnitatem &c.

30 *Ecclesia non cœpit in Abel*. Hoc est commune dictum, Ecclesiam exordium sumpsisse ab Abelo, licet quidem dicant, ꝙ ab Angelis, alij ab Adamo, alij ꝙ ab Apostolis, & vt omnia concilientur, ac ad verum sensum exponamus, nec earū dicta hoc loci redarguamus. Suppono ꝙ Ecclesia multifariam expendi potest. Primo, vt importat quandam communitatem cum Angelis & hominibus, ac horum omnium societatem. Namque & Angeli fuerunt viatores, & cū gratia, ac naturæ suæ operibus adepti sunt beatitudinem. Et accedentem ad Deum oportet credere, ait Apos. ad Hæb. 11. Et sic in Angelis cœpit Ecclesia. Secundo potest considerari pro collectione omnium hominum viatorum sub vna fide, & sic sicut humana natura fuit in Adam, vt in primo principio, sic & ecclesia, vnde dictum fuit. Hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & subiungens Apostolus. Sacramentum hoc magnum est in Christo, & in Ecclesia. Tertio potest considerari Ecclesia, quo ad eos, qui numero, & merito sunt in Ecclesia, sic incœpit ab Abelo, & hoc probatur. Primo, De eo legitur, ꝙ primus, qui obtulit sacrificia, & sensibili exteriori signo protestatus est fidem. Secundo ratione Sāctitatis, pulchra es amica mea. cantic. 4. At Abel primus Iustus fuit, parētes vero eius Deo rebelles fuerunt. Tertio, Abel primus typum gessit Ecclesiæ, quo ad uirginitatē, & innocentiam, & hæc ad sponsam Christi requiruntur. Despondi uos vni viro, Virginem castam exhibere Christo. 2. Corin. 11. Quarto, Abel fuit primus martyr, qui suo sanguine consecrauit Ecclesiam. Quinto, primus iustus fuit comendatus à Christo. Mat. 23. A sanguine Abel Iusti &c. Sexto, Abel, ut docet D. Aug. fuit martyr, virgo, & doctor, quib. tres status Ecclesiæ significātur. Pastores, martyres, & virgines.

Septimo,

Septimo, fuerunt duæ ciuitates ab initio, ait D.Aug.15.de ciui.vna Dei, alia diaboli, prima ab Abelo, secunda uero à Caino originem sumpsit. Octauo, omnes iusti ad primum iustum, si referamus, non erit nisi Abel, ergo ab eo auspicat principium Ecclesia, ut à nobiliori. Quarto, si cõsideretur Ecclesia pro collectione fidelium, quo ad ea, quæ credenda sunt explicita, & quo ad noua Sacramenta, & alia, quæ non habuit Synagoga, nec alia natio. Sic Ecclesia ab Apostolis exordium habet, qui post Dñi Passionem Sacrã receperunt à latere Christi pendentis in Cruce, & post Resurrectionem instituit Dñs, vt prædicarent Euang. oĩ creaturæ, nã ipse in persona propria venit tantum pro ouib. quę perierunt domus Israel. & sic ab Apostolis cępit Eccl. nostra, vnde & Apostolica nominatur. Et D.Pau.2 ad Thess.2. Elegit nos Deus primitias.

Obiectiones.

Obijciunt, & probant, ꝙ ab Abelo non incœperit Ecclesia. Primo, Adam fuit primus fidelis, nam dixit, Os ex ossibus meis &c. Dicitur, ꝙ vtique sensu exposito, possumus cõcedere, ꝙ tunc incœperit Ecclesia, at quia non legimus Adamum aliquod sacrificiũ obtulisse, neque tunc facta fuit aliqua distinctio, sicut postea inter Caynũ, & Abel, hinc affirmamus Abel, non Adã fuisse primum fidelem, qui signo exteriori demonstrauit. Secundo, Adam docuit filios suos offerre primitias, & decimas. ut scr. Magis. hist. Tertio vera sacrificia initium sumpserunt ab Adamo, qui medicina egebat, ait Vgo de S.Victore. Quarto, magis tenebatur offerre sacrificia Adam quam Abel, qa ille peccator, hic iustus, ergo obtulit. Quinto, Adam fuit membrum Christi. ergo de Ecclesia. Ad secundum dico, ꝙ non legitur in sacris litteris, ꝙ Adam obtulerit sacrificium, quia, vt ait D.Th.2.2.q.85.1. Ex eo, ex quo fuit culpa, demonstraretur fuisse sanctificationis origo &c. Ad tertium dico, ꝙ incœpit ab Adamo medicina, nempe cõtritio cordis, non aũt signum exterius. Ad quartum, concedo ꝙ adam magis egebat medicina Abel, sed tñ non accepit eã hoc modo, cuius ratio ait D.Greg. quia sacrificia sunt propter peccatum originale, at in Adam idem fuit peccatum originale, & actuale, in filiis uero fuit originale, ut sic, qđ erat sacrificijs redimendum. Ad quintum, dato ꝙ Adam fuerit membrũ Christi, non sequitur. ergo tũc incœpit Ecclesia, quo ad sacrificia, & oblatiões. Sexto, mortuo Abel stetit in Adamo, & Eua, non in Cayno. ergo ab Adamo est primo Ecclesia. Septimo Abel non habuit filios. ergo non incępit in eo Eccles. Octauo ex ꝑte malorũ designat principiũ, nẽpe Caym q habuit filios. Nono fidei signum magis resplenduit in Enos, de quo dicitur, ꝙ cœperit inuocare nomen Domini. Ge.4. Decimo, Abraham accepit signum circũcisionis, signaculum fidei, ait Apost. ad Rom.4. Ergo ab eo incœpit. Vndecimo. Glo.70.Psal. Vineam de Aegypto transtulisti, &c. id est Ecclesiam, quæ incępit à Iudæis. ergo non ab Abel. Duodecimo, elegit nos, ut essemus primitiæ gentiũ, ait D.Pau.2.Tess.2. ergo ab Apostolis. Tertiodecimo, in solo Abelo Ecclesia esse non potuit, ergo non incœpit ab Abelo. Sequamur respondere. Ad sextum dico, ꝙ Ecclesia remansit in Adamo post mortem Abelis, sed tamen Adam non fuit principium. Ad septimum, nego consequentiam, non enim requiritur, ꝙ ille à quo Ecclesia sumpsit initium, sit principium actiuũ aliorũ. Ad octauũ, dico, ꝙ ex ꝑte malorũ designat esse aliorũ caput quo ad generationẽ, quia malũ est ab hoĩe, at ex parte bonorũ, qa bonũ est à Deo, sic non noĩatur, nec verè habuit filios. Ad nonũ, cõcedo, ꝙ Enos, & Noe fuerunt posteris exemplũ sacrificandi, sed tñ non fuerunt primi. Ad x. fateor, ꝙ Abraham ẽt accepit signũ, quo ab Idolatris distingueretur, non tñ fuit primus. Ad xj. Dicit Gl. quod incœpit à Iudæis, quo ad Apostolos. Ad xij. Nõ nego Apostolos fuisse fundamenta Ecclesiæ, sed tñ non fuerũt primi fideles. Ad xiij. plura mihi dicẽnda essent, tñ rñdeo, ꝙ Ecclesia potuit in vno solo saluari, sicut & in Passione, fides remansit (vt multi affirmant) tm̃ in Beata Virgine. Et sicut ius vniuersitatis manet in vno solo, sic & fides in illa remansit. Non ergo falsum, ꝙ in Abel incœperit Ecclesia.

31 *Ecclesia non est corpus Christi mistycum.* ER. Inter multa noĩa, quæ Ecclesia sortita est. Hoc est vnũ potissimũ ꝙ est corpus mysticũ, & mysticũ Latine dr̃ secretũ. Quo fit ut Ecclesia sit sic corpus, 1. ratione sanctitatis. Templum Dei sanctum est. Et in Symbolo dicitur

dicitur Sancta. Tum quia facti summus diuinæ consortes naturæ 2. Pet. c. 1. Tum quia occulta sunt fidei nostræ mysteria & quis potest dicere. Ego sum de electis. Et Apostolus ad Eph. 1. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, & c. 4. vnus spiritus, & unũ corpus multi sumus.

Dubitant nonnulli, qua ratione Dominus potius dicatur caput quam cor. Nam cor est, qui uiuificat ergo erit potius cor. Vitam æternam do eis. Ergo vita. Secundo, aut est caput, ut Deus, aut ut homo non primum, nec secundum, quia Aug. dicit, quòd Christus dedit spiritum ut Deus. Tertio, gratia non traducitur ex uno in alium. Ergo hac ratione non est caput. Quarto, qui habent charitatem habent motum de se ergo non influit in illis. Quinto, capitis non est aliud caput, sed caput Christi est Deus 1. Cor. 12. ergo non est Christus. Sexto, unum corpus vnicum habet caput, sed secundum diuinitatem est caput ergo non erit alio modo. Septimo, Christus non habuit omnes sensus, nempe fidem, & spem ergo non est caput, quia in capite omnes sensus relucunt. Octauo, caput est membrum, & pars particularis, at Christus est principium vniuersale ergo non est caput.

Priusquam ad singula argumenta ueniamus, est obseruandum, quòd Christus dicitur caput, secundum similitudinem ad hominem, caput uero in corpore habet quatuor conditiones. Prima, excellit dignitate quo ad situm, quia altius. Secundo, quia habet nobiliores sensus, imaginatiuã, ac omnes internos, & externos. Sunt etiam à capite omnes uires corporis, rursus dirigit alia membra. Demum est conforme in membris. Sic ergo Christus tam secundum diuinam, quàm secundum humanam naturam est caput, secundum diuinam ratione excellentiæ, dignitatis, & perfectionis. Quatenus homo etiam est caput, ratione altitudinis, ratione motus, quia ab eo fidem, & charitatem. Gratia, & ueritas per Iesum Christũ facta est. Ioan. 1. ipse etiam est Rex. Demũ ipse habet omnem perfectionem humanã. Ad primum itaque respondet D. Th. quòd potius dicitur caput, quia caput habet eminentiam manifestam. Secundo, caput est principium, quo ad sensum, & motum, cor uero est principium quo ad esse. Ad secundum dicitur, quòd tam secundum diuinam quàm secundum humanam naturam est caput. Ad tertium dicitur, quòd nos omnes de plenitudine Christi accepimus, & idem Spiritus numero est in capite, & alijs membris. Ad quartum, fateor, quòd influit in omnia membra diuersimode, & non eodem modo. Ad quintum dico, quòd in metaphoricis loqutionibus, nõ debemus quo ad omnia saluare similitudinem. Ad sextũ patet solutio ex dictis, & quòd falsum assumit. Ad septimum, non sequitur, quòd habeat duo capita, quia unus est Christus, secundum diuinam, & humanam naturam. Ad octauum concedo, quòd quicquid perfectionis importat fides, & spes, sũt in Christo, ut supra diximus, uerbo Christus.

32 *Ecclesia non habet diuersa officia.* HÆRET. Explicauimus caput, ac membra Ecclesiæ, uideamus eorum munera, quæ confundere aliqui conantur. Consurgit Ecclesia ex duplici parte, nempe ex laicis, & ex Clericis. Laici sunt sinistra pars corporis, quia terrena tractant. Clerici, quia diuina dispẽsant, sunt ex parte dextera. Corpus exigit membrorum diuersitatem, nec omnia mẽbra eundem actum habent, ut ait D. Paul. 1. Cor. 12. Rursus Ecclesia militans est ad similitudinem triumphantis, ut in illa, sunt diuersi gradus, ergo & in nostra. Demum Apostolus ad Eph. 4. dicit. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad cõsummationem sanctorum, & opus ministerij in ædificationem corporis Christi idest Ecclesiæ. Hæc membrorum diuersitas est ad Ecclesiæ ornamentum, quòd videns de Salomone Regina Saba exclamauit. 3. Reg. 10. Et in magna domo sunt uasa aurea, & argentea 2. ad Tim. 2. superius etiam Clericorum varia officia expræssimus.

Contra hæc uero insurgunt aliqui. Primo, diuersitas vnitati repugnat. At fideles sũt una collectio, ergo non diuersa. Secundo, non debet fieri per plura, quòd potest per pauciora, ergo non tot membra exiguntur. Tertio, tanta diuersitas impedit pacem. Quarto, vna est uia, quæ ad Cœlos conducit, ego sum uia, ad quid ergo tanta varietas etiam religiosorum. Quinto, differt quàm plurimum uita Monachorum à mendicantibus, ergo vna erit reprobanda & alia eligenda. Sexto, in primitiua Ecclesia fuerunt tantũ Epi-

Epiſcopi, Præsbyteri, ac Diaconi, ad quid ergo tot alij miniſtri? Septimo, non fuerunt Cardinales, & Patriarchæ, in primitiua Ecclesia, ergo ſunt ſuperflui modo.

Qui uero rem nobiſcum fuerit intimius contemplatus, fatebitur hunc miniſtrorũ decorem, de quo Dauid. Aſtitit Regina à dextris tuis circundata uarietate. Et ad primũ dico, quòd omnia membra in corpore ad vnum vnita uirtutem, ac vnionem non pariunt diſſenſionem, ſicut plures trahentes trabem. Ad ſecundum dico, quòd nec natura facit per pauciora, nam ſi totum corpus oculum, vbi auditus? 2. Cor. 12. Ad tertium dicitur, quòd vnimur in vinculo pacis, vt ait Apoſtolus ad Eph. 4. ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Ad quartum concedo, quòd una eſt uia mandatorum, multiplex quo ad conſilia. Vias tuas Domini demonſtra mihi. Ad quintum dico, quòd Religioſorum varietas non impedit vnitatem, quæ & fuit in primitiua Ecclesia, quo ad abdicationem rerum temporalium, & obedientiam. Ad ſextum dico, ꝙ propter paucitatem miniſtrorum multa Diaconis committebãtur, quæ adaucta Ecclesia in proprios ordines diſtribuit, ait Magiſter. Ad ſeptimum, iam ſupra diximus, ꝙ fuerunt in primitiua Eccleſia ſub alio nomine, quod non impedit unitatem, & ſicut poteſt Eccleſia conferre ordines, ſic nouis nominibus appellare. Turrecrem. capitulo 71.

33 *Eccleſia non habet poteſtatem ſpiritualem, & temporalem.* HAER. Quemadmodum ſunt in duplici ordine membra Eccleſię, nẽpe Laici, & Clerici, ſic duplex poteſtas exigitur. Laicis præeſt temporalis poteſtas, Clericis ſpiritualis. Horũ figura fuit, quòd legitur 3. Reg. 7. de Salomone, qui duas columnas æreas in porticu templi ſtatuit, & dexteram uocauit nomine Ioachim, & alteram nomine Boom. Atrium repræſentabat Eccleſiam militantem, quia ſicut per illud in templum ingrediebatur, ſic & per atrium in templum, columnæ uero utranque poteſtatem, ſpiritualem dextera, temporalem ſignificabat ſiniſtra. De vtraque hac poteſtate ad Rom. dixit Apoſtolus 13. omnis anima poteſtatibus ſublimiorib. ſubdita ſit, & D. Pet. 1. cap. 2. ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. De ſpirituali. Paſce oues meas. De temporali, ac ſpirituali ſimul. Ecce duo gladij hic.

Aduerſus has poteſtates commouent multitudinem hæretici, & arguunt primo. Nõ eſt bona pluralitas poteſtatum, docet Ariſ. 12. Diuin. Secundo, poteſtas temporalis ſtatuit pœnas, ergo illa ſatis. Tertio, Filij Dei ſunt liberi, ſi filius uos liberauit uere liberi eſtis. Quarto, Gl. dicit, in illud Deut. 15. Cũ dixeris conſtituam ſuper me &c. Conſtituunt ſibi Regem, contra Domini uoluntatem.

Reſpondeo his obiectis, & Primo, quòd non eſt bona pluralitas, quando eſt ſine ordine, & ubi ſunt ordinatæ poteſtates, non impediunt, hinc in Republica tot miniſtri. Ad ſecundum dico, quòd nõ eſt ſatis, quòd Chriſtianus uirtuoſe viuat, quo ad politicas uirtutes ſed exigitur, quòd etiã, quo ad Theologicas. Rurſum non tantum Laici, ſed & Dei miniſtri, quos temporalis poteſtas, iudicare non poteſt. Ad tertium, fateor, ꝙ ſumus liberi à ſeruitute Demonis, à peccato originali, à veteri lege, non tamen ideo vt nulli legi colla ſubmittere debeamus, nã quid lex Euangelica, & Eccleſiæ inſtituta. Ad quartum, dico, quòd contra Domini uoluntatem conſtituere ſibi Regem iniquum eſt, at ſi fuerit à Domino, & Moſes, Ioſue, Dauid, & alii, noſtrum eſt eis obedire ac eorum leges ſeruare, & non reſcindere.

34 *Eccleſia eſt mater Romani Pontificis, ac per hoc eo ſuperior, ac maior.* Duplicem complectitur partem hæc propoſitio. Prima, quòd Eccleſia ſit mater Romani Põtificis, quod nec nos negamus, namque baptiſmo, fide lacte, ac ſacramentis Eccleſiæ genitus, nutrituſque eſt Papa. Altera uero pars, falſa eſt, quòd Papa ſit inferior Eccleſia. Nam poteſt eſſe filius maior matre ſic Dominus filius fuit ſynagogę ut ait Gloſſ. ſuper illud Iob 1. Nudus egreſſus ſum &c. non tamen ſynagoga eſt Chriſto maior. Item dicitur Chriſtus filius Eccleſiæ, ut Gloſſ. ait, Marci. 3. Ecce mater mea, & fratres mei, & D. Auguſt. Pſal. 127. Quomodo mater eius eſt Eccleſia niſi, quia ipſe Chriſtus eſt in Chriſtianis, quos per baptiſmum continue parit Eccleſia. Rurſus eſt filius Marię, non tamẽ minor, neque inferior. Sic & Romanus Pontifex eſt filius Eccleſiæ, ſed tamen pater Eccleſiæ, & pater patrum. Et ad Eccleſiam dicit. Audi filia uide, & inclina aurem tuam. Fuit enim filius, & modo eſt pater. Fuit filius.

lius ut ille homo est pater, ut Papa. At si qs dicat nemo potest dici pater matris suæ. Respondeo, quòd uerum est, secundum unam, & eandem rationem, non tamen secũdum diuersas. Nam & Dominus dicitur filius, & pater gloriosissimæ Matris suę &c. Secundo dixit Dominus Petro, si peccauerit in te frater tuus dic Ecclesiæ, ergo Ecclesia maior Petro. Hoc argumẽtum est Achilles, & Goliat Lutheranorum. Cui respondeo primo quòd sensus est, quòd Dominus condens pręceptum de correctione fraterna, non tantum Petro, sed omnibus loquitur, & Petro tanquam capiti, & est præcepti sensus, non ad personam Petri tantũ cohartandus, sed ad omnes diuersimode. In alijs si peccauerit frater, dic Ecclesiæ, tu qui scis, idest reuela prælato. Petro uero sciente, si peccauerit quispiam, non debet Ecclesiæ dicere, nam cui Ecclesiæ, cum nullam habeat superiorem, uel si de Concilio generali exponatur nunquid Ecclesia, ac Concilium Generale congregare debet, ad vnius hominis correctionem, quid.n. impudentius dici potest? Ergo tunc Petrus dicat Ecclesiæ, idest coram multitudine argue si fuerit publicum, vel tu, vt ipsam Ecclesiam repręsentans, ipsum argue. Caie. vero dicit, quòd non infertur, quòd Ecclesia sit minor Petrus. At de hoc uerbo Papa fusius. Turrecrem. multa scribit in huius expositione libro secundo capitu. 92.

Eclipsis.

Eclipsis, quæ fuit tempore passionis Saluatoris nostri, non fuit miraculosa. TEM. Hoc exponere, etsi Astronomi sit munus, & longa digressione disputatum fuerit à nobis in libros de sphera, hic tamẽ repetere ex D. Th. non grauabor, sed non omnia, nec caput mittamus in capite, sed tantum quæ D. Th. scribit 3. par. q. 44. 2. secundum & 3. dist. 13. 4. terium, & 4. d. 33. q. 2. art. 2. q. 1. c. Fuit ergo miraculosa, quia nulla fuit interpositio inter Solem, & Lunam. Secundo, quia hora 6. fuit in medio Cœli cum Sole, & in vesperis apparuit in oriente Soli opposita. Tertio, tunc Luna pertransiuit Solem, & distabat, quasi per medietatem circuli in oppositione existens. Quarto, tunc Luna miraculosè ab oriente uersus occidẽtem rediẽs non pertransiuit Solem, ut esset eo occidentalior, sed postquam peruenit ad terminũ Solis, reuersa est in orientem. Quinta ratio est, quia secundum Chrisostomum, tribus horis, tunc tenebræ remanserunt, & tamen eclipsis solis non tandiu perseuerat. Hactenus. D. Tho.

Ecclesiastes.

Ecclesiastes non est Salomonis, nec inter Canonicos referendus. HÆR. Philastrius connumerat hanc hæresim inter alias innominatas c. 132. Vgo uero sequutus Hieronymũ dicit à Iudæis emanasse. Prima ergo pars, quòd non sit Salomonis oppugnatur authoritati Athanasij, & D. Augustini lib. 17. de Ciuit. Dei c. 20. & Catholici eos sequuntur. Nomen dicitur (vt hinc exordiar) Ecclesiastes, qui proprie dicitur concionator. Nam in hoc libro Salomon, quasi tumultuantis turbæ suscepit sensum, ut ea per inquisitionem dicat, quæ fortasse per tentationem mens imperita sentiat, ait Greg. 4. Dialog. c. 4. Scopus libri est, ut instituat uirum maturæ ætatis, ne quidquam in mundo putet esse perpetuum, sed quòd sunt omnia caduca, quæ cernimus, & postquàm eorũ vanitatem cognouerimus contemnere discamus, ut D. Hieron. ait in principio eius, & Origenes in proemio. Et agit de contemptu mundi, ut D. Bas. admonet in principio prouerbiorum. Hinc aliqui uocant solliloquium Salomonis, in quo non nunquam loquitur, in persona sapientis, ut eo dicto. Cogitaui à vino abstrahere animam meam, vt transferrem animum meum ad sapientiam, interdum uero loquitur in persona stulti. Vadam & affluam diuitijs, & fruar bonis. Hæc itaque spernẽda testatur studium scientiarum ca. 1. Qui addit scientiam, addit, & laborem. Appetitum delitiarum ca. 2. Desiderium longioris uitę c. 3. Ambitionem authoritatis. c. 4. Cupiditatem Diuitiarum. cap. 5. & 6. Artem diuinandi, seu præscientiam futurorum. cap. 7. Venationem laudis, & famæ. c. 8. Sectationem fortunæ. cap. 9. Robur uirium corporis. c. 10. Speciẽ floridæ iuuentutis. c. 11. & 12. Vbi sic cõcludit. Memento Creatoris tui, Deum time, & mandata eius serua, hoc est omnis homo. Quod etiã sit Canonicus ex Canone Apostolorum vltimo & ex communi consensu Doctorum, & decreto Concilij Tridẽtini.

Im-

Impugnāt vero hunc librum. Primo, quia dicit omnia esse vana præter bibere, & lætari. Dicitur, quòd omnia in ordine ad Deū, & si ei comparentur sunt vanitates, licet creaturæ ex sua natura bonæ sint, tamen q̄a homines fruuntur vtendis, hinc dixit Salomon omnia esse uana, vt sic refutarent ea hoīes. Secūdo, dicitur solum bibere, & letari, quia loquitur ex persona stulti, ut diximus supra. Tertio, arguunt. Vnus interitus (ait) hominum, & iumentorum. Respondeo eadem modo, quòd loquitur more insipientium. Dico secundo, quod loquitur quo ad mortem corporis, namque illi, & nos morimur. Quarto, caruit Salomon Spiritus illustratione, quia cor eius in senectute à mulieribus fuit depravatum, ergo ad quid credere ei? Respondeo, quòd falsum est, quòd dicit. Nam. 3. Reg. 3. legitur. Ecce tibi cor sapiens, & intelligens. Vel si cecidit, dona inspicienda sunt, & non minister, & non quis, sed quid dicatur inspicere.

[illegible] *Ecclesiasticus.*

Ecclesiasticus liber non est inter Canonicos computandus. HAER. Non modica est altercatio de authore huius libri, & an sit insertus inter Canonicos. Quæ vt dilucidemus à nomine exordiamur. Nominatur Ecclesiasticus, qui congregator, uel collector dicitur, sicut enim Ecclesiastes concionator, hic Ecclesiasticus collector. At Ecclesiastes ad Christum refertur, Ecclesiasticus vero ad quemlibet concionatorem, vt scribit Raban. in prologo. Author fuit IESVS filius Syrach Hierosolymitanus, quem Hæbraica lingua scripsit, & Hebraicè scriptum se reperisse testatur Hierony. Damasc. vero ait lib. 4. cap. 18. Quod Iesus Pater Syrach composuit Hæbraice librum istum. Nepos eius uocatus Iesus filius Syrach eumdem traduxit in Græcam linguam, qué dicunt fuisse nepotem Iesu Sacerdotis magni, uiuentis Aggei, & Zachariæ temporibus. Hoc tamen nonnullis uidetur absurdum, quia inter hunc, & illum intercesserunt anni trecenti. Vixit præsentis operis interpræs nepos Iesu regnante Ptolomeo Euergete Rege Egypti anno ab orbe condito ter millesimo septingentesimo. Quod fuit ante Natiuitatem Domini Saluatoris nostri annos ferme ducentos, Paulò ante tempora Iudæ Machabei, & fratrum eius, quòd ex præfatione quam is, per quem sermo libri compositus est, eidem libro præscripsit. Hoc tempore fuit Simon Pontifex Oniæ filius. Vt Ioan. Dried. de script. Ecclesiastic. libro primo, capitulo tertio. Euseb. Hieronym. August. hoc dicunt. An vero sit authenticus perquiramus. Hebræi non receperunt, quia de passione Domini expræssè loquitur. At quicquid sit de Hebræis, Ecclesia inter Canonicos refert. Et Concilium Cartag. tertium ca. 43. recepit. Quod & si fuerit prouinciale, tamen illud confirmauit Leo IIII. vt habetur, Di. 20. cap. de libellis. Et à synodo in trullo celebrata, & apud Græcos vnica est synodus Cartaginensis. Hoc in Concil Floren. fuit repetitum, & demum in Tridentino, sub Paulo Tertio. A Sanctis Pontificibus fuit receptus à Gelasio, cum Concilio 70. Episcoporum. Patres receperunt D. Augusti. libro secundo de Doctrina Christiana, capitulo quinto. Vbi sacrarum scripturarum Cathalogum texit. Isid. sexto. Etimol. capitulo primo. Ecclesia inter diuinos honorat, ac prædicat libros. Et Innocen. Papa Primus in epistola ad Exuperium Tholosanum Episcopum, cap. vltimo, quo loco sacrarum scripturarum libros inseruit. Ecclesiasticum vt diuinū citat Clem. Alex. 7. libr. Strom. Diuus Amb. serm. 31. & li. 4. de fide ca. 4. Euaristus Papa epistola prima ad Episcopos Aphricanos. Sixtus II. epistola secunda ad Gratum Episcopum.

Hunc tanquam de fide recipiendum affirmat Epiph. Hæres. septuagesi. sex. Anomeorum. Et vt D. August. authoritate magis conuincantur Hæretici, videant lidecimumseptimum, de Ciuit. Dei, capitulo octauo, & ad Horosium contra Priscillianum. c. 11. & lib. de cura pro mortis gerenda cap. 17.

Impugnant Hæretici primo. D. Hieronym. in prologo Galeato, qui præmittitur libris Regum, & in epistola ad Chromatium, & Heliodorum, quę Prouerbiorum proemiū est, sex libros a Canone reicit, quos autem Hiero. reicit, & Ecclesia reicit, ait Gelasius di. 15. c. Sancta Romana. Secundo, Cypri. in expositione Symboli eosdem sex libros patrum authoritate reicit. Hoc fecit Melito, ut testatur Euseb. quarto Ecclesi. Hist. cap.

cap.26. Origenes etiam in Psalmum primum, ut refert Euseb.lib.6.ca.18. Et idem Euseb.lib.6.cap.11.Dam.videtur etiam assentire. li.4. ca.18.Epiph. in libello de ponderibus, & mensuris, Ecclesiasticum à Canone reicit.D.Aug.lib.de cura pro mortuis gerenda.D.Tho.1.par.q.89. 8. ad secũdum est dubius.D.Anton.3 .par.tit.18.Caiet.in fine commentariorum, super libros historicos veteris testaméti inficiatur esse librum sacrum. Tertio, in Concil. Laodiceno cap. vltimo enumerantur tantum, quos Hieronymus numerat.Quarto, Canon Apostolorum (qui recipiuntur in synodo Trullana) non nominat Can.84.Ecclesiasticum.Quinto, synagoga in fide errare non potuit. At Hebræi non recipiunt, ut ait D. Hierony.& Iosephus li.1. aduersus Apionem ergo nec Ecclesia recipere debuit.Sexto, Gregorius, Theologus, Isid.lib.6.Ethim.c.2. ecclesiasticum, ut Canonicum refutat, nec aliquis ueterũ inter diuinos recipit.Septimo, Author est incertus, qũo certo erit liber sacer.

Hæc sunt aduersariorum argumenta quæ diluere opus est. Ad primum quidem dico, ꝙ D.Hier.non est in sequendus, quoniam He breos est immutatus, & iõ D.Aug.adhærendum.Gel. uero dicit, quòd authores, quos D.Hieron.Zelo, & fidei Religione condẽnauit, Ecclesia condemnat, non loquitur de iudicio in sacris libris constituendis, ut falsò probant.Ad secundum dico, quòd ille liber, non est Cypria. quandoquidem Cypr. in episto. ad Rogatianum, Ecclesiasticum, ut diuinum citat. Nec Rufinus ex patrũ traditione, quoniam in Concil.Cartag.est receptus, sed ex sua opinione recusat. Patres vero illi non recipiunt, quia res suo tempore non erat explorata.D.Augustin. certum est ex locis adductis, quòd recipit. D.Tho. etiam dubitare non licet, ut patet 1.part.q. 1.art.3.& c.4. de diuin.nominibus. Ad tertium, de Conc.Laodiceno fateor quòd res non erat adeo explorata, nec omnes simul libri Canonici ab Ecclesia sunt communi sensu recepti. Ad quartum, de authoritate Canon.Apostolorum multa diximus, & si obijciunt, quòd nõ recipiunt Ecclesiasticum, nũquid & librum tertium Machabeorum recipere debemus? Quando ergo Clemens collegit illos Canones, non omnes libros Canonicos, quos oretenus ab Apostolis audiuit, ibi scripsit. Vel dico tertio non illos omnes Canones à Clemente æditos, sed à Græcis non nulli adiecti fuerunt. Ad quintum, respondeo quòd admisso, quòd synagoga errare non potuerit dico, quòd non reicit hunc librum, aliud est enim non recipere, aliud reicere. Fateor, quòd nõ cõputatur inter Canonicos libros, apud Hebræos sicut nec in Ecclesia quando non tamen per hoc, quòd non recipiunt sequitur ergo reiciunt. D. Tho. 1.par.q.89.8.secundum. Vel quid ad nos de synagoga sequamur Catholicos non Hebræos, nec iudiciũ in libris Canonicis pendet a synagoga. Ad sextum sicut diximus supra Patres illi rem hanc non habebant certam, sicut est hodie. De Caiet.uero deceptus est, nec Erasmi nouitates, sed Ecclesiæ, ac Conciliorum statuta imitari debebat. Ad septimũ, quicquid sit de authore licet sentire debeamus cũ authoribus illis, tamen eum Ecclesia tãquam sacrum recipit, quisquis ediderit. Nam ut annotauit D. Aug. de Ciuit.Dei obtinuit, ut Salomonis appellatione uocaretur, uel ꝙ ipsum uolumen aut ex Salomonis sententijs collectum esset, aut saltem Salomone non indignum.

Editio vulgata.

Editio vulgata sacræ scripturæ non est recipienda HÆR. Editio hæc vetus, siue Hiero. sit uel alterius summa uirorum doctissimorum consensione est recepta. Et Concilium Tridentinum, sub Paulo tertio, considerãs, non parum utilitatis accedere, si ex multis latinis æditionibus, quæ circunferuntur sacrorum librorum, quæ nam pro authentica habenda sit innotescat, statuit, & decreuit, ut hæc ipsa uetus, & vulgata editio, quæ longo tot seculorum vsu in Ecclesia probata est, in lectionibus, concionibus, ac disputationibus, pro certa habeatur, & nemo reicere audeat, quouis prætextu. sess.4. Namque vel verum vel falsum nobis proponit, si primum ergo recipienda, si secundum, & quomodo Ecclesia tot annis in errorum tenebris circunuoluta fuit? Vbi Dei prouidẽtia erga suos? Vbi Dei spiritus assistentia in Ecclesia? Et quæ scientia, quæ Respublica, quæue domus non habet sua principia à quibus omnia alia pendent? Vetus ergo editio iam recepta fuit. Et latini eam receperunt pro constanti. Hanc Ecclesiasti ci,

ci, & Scholastici Doctores annis ab hinc fe rè quadringentis in hæresibus confutandis & in omni dogmate Theologico tenuerunt, qui linguę, nec Hebreæ, nec Græce peritiam habuerunt, ergo ista erit à fidelibus retinenda. Hanc Hæreticis confutandis tenent Inquisitores, & Doctores prisci caruerunt peritia linguarum præter Hieronymū & Clementem, & ex Græcis, Dorothęum, Origenem, ac Eusebiū, oportuit ergo eos hallucinari. Adhuc, si nostra ęditio, non est certa semper animus erit anceps, & uacillabit legentium fides, nec unquam poterit firma consistere, quo nihil perniciosius dici potest. Rursus multis particulis carent codices Græci, & Hebræi, ut historiam de Susanna, & de adultera, & illo. Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo. Pater, verbum, & Spiritus sanctus. Non ergo ad Hebræos, uel Græcos recurrendum erit. In Psalmo etiam 13. Nos habemus octo versus, quos Hæbraicus textus minime habet, & nos authoritate Apostoli habemus. Alter est locus deprauatus. Nam Gen. 8. legimus coruum egredi & non reuerti, sic Latini, ac Græci Doctores legunt cum septuaginta. At Iudæi habent, quòd egrediebatur, & reuertebatur, quos Lutherani sequūtur. Pellicanus, ac Musterus. Quibus ergo adhærebimus? inimicis nostræ fidei? Præterea, nec Græcorum codices conueniunt, nec Lutheranorum, nā & Lutherus in sua Germanica versione plures locos mutauit & triginta, & amplius legerūt immutatos. Nec etiam nouis interpretibus est fidendū. Nam & locum ad Rom. 12. Vbi nostra ędítio habet, Domino seruientes, legunt tempori seruientes, at secundum Græcam veritatem legendum est Domino seruientes. Alterum locum deprauarunt 1. ad Cor. 7. Qui cum vxore est sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est, isti ex Gręco fonte sic uertunt. Qui cum vxore est cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat, diuisa est vxor, & virgo, & hanc versionem non esse secundum Apostoli veritatem admonet D. Hieron. lib. 1. aduers. Iouinianum. Quod vero obijciunt codices ante annos trecentos, vel sexcentos aureis literis descriptos. Hieron. in proemio super Iob respondet. Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos, vel vncialibus vt vulgo (aiunt) literis, onera magis exarata quàm codices, dummodo mihi, meisq; permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices, quàm emendatos. Qui ergo hæc exempla sequuntur, nil aliud agunt quā ex non correctis emendata corrigunt. Falluntur ergo, qui nouas uersiones moliuntur, & Caie. inter omnes, qui psalmorum uersionem reddit inutilem. Nec refert, qui huius editionis fuerit author, nam de nouo testamento D. Hierony. negare videtur se fuisse. Nam in Catalogo Illustrium virorum ait se nouum testamentum Græce fidei reddidisse, vetus vero iuxta Hæbraicam veritatem transtulisse. Quę verba indicant, ipsum posuisse discrimen, inter transferre iuxta Hæbraicam fidem & reddere Græce fidei, atque ideo correxisse nouum testamentum non trāstulisse. Quod repetit in præfatione Euangeliorum ad Damas. dicens. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur, quatuor Euangelia Codicum Græcorum emendata collatione &c. Et in præfatione septem Canonicarum ad Eustochium, Euangelistas, ait, dudum ad Græce veritatis lineam correximus. Veritas ergo vulgatæ ęditionis à fidelibus est retinenda.

Multa nobis obijciunt Hæretici, sed singula refellenda duximus in proprijs locis, ubi ex ordine à nobis statu o probatur vnicuiusque codicis fides, & authoritas, & inibi secundum ordinem alfabeti requirant lectores, puta, quæ impugnant Euangelia. Verbo Euangelium, quæ Genesim, uerbo Genesis, quæ 1. Iob, uerbo Iob. Hic tantum modicam, & friuolam exscribo argumentationem. Arguunt ęditio ista multos continet errores, solecismos, barbarismos, hyperbata, & alia minus latine, imò obscure expressa, aliqua omissa alia superaddita, alia immutata alia transposita, non ergo digna, ut fides adhibeatur. At huic obiectioni satisfacio, & si ea contineat, hæc nostra ędítio, ut D. Hierony. se consulto reliquisse testatur, & annotauit Sanctus Pagninus, Thomas, Caiet. Franciscus Forerius, & Hierony. Oleustrius Dominicam, tamen ea Ecclesia iustis de causis dissimulat. Primo, quæ cognouit ex his leuibus nullum imminere Ecclesiæ periculum. Rursus ne infideles ex noua translatione offenderentur. Demum, vt uetustam illam ęditionem venerarentur,

tur, quæ nascentis Ecclesiæ fidem educauerat, & crescentis roborauerat, & sic exciperet sanctam, ac puram illā simplicitatē. Ne ergo vagari contingat; & quilibet nouas excogitet versiones, stemus decreto Concilij Tridentini. Et hæc satis.

Elatio.

Elatio non est peccatum. HAER. Quoniam D.Paul. elationem redarguit 1.Cor.4.b. pfecto graue erit peccatū. Huius mala Chrisost. Hom.43. ad populum Antioch. refert. Elatus (ait) etiam nec à maioribus, ne dum ab inferioribus contumeliam pati sustinet qui uero contumeliam non tollerat affici, neque male pati sustinebit &c. Et inferius. Elatus semper in doloribus uiuit, semper indignatur, semper mæret &c. Alia vero superbia referam.

Elcana.

Elcana leuites Ephrateus, duas vxores habet, 1.Reg.1.a

Elcanæ benignitas erga vxorem, primi Reg.1.d

Eleazar.

Eleazar filij Aaron vxor, & filij, Exod.6.d

Eleazarus substituitur Aaron patri suo. Nume.20.d

Eleazar filius Aaron moritur, Ios.24.g

Eleazar filius Abinadab sanctificatur, ut custodiat arcam Dei, 1.Reg.7.a

Eleazar percutit Philisteos, 2.Reg.23.b

Eleazar filius Saura occidit Elephantem singulari certamine, 1.Macch.6.c

Eleazari passio, 2.Macch.6.c

Electi.

Elegit Deus Iudæos, vt essent ei in populum peculiarem. Deut.14.a

Elegit Deus Iudæos, quia eos dilexit, & quia promiserat, & non propter aliquid aliud. Deut.7.b.& 10.c

Electus Saul.1.Reg.9.a

Electus Dauid in Regem Israel à Deo, 2. Reg.6.d

Ab electis Deus iudicatur quicquid agat, 2. Reg.22.c

Electi pauci, multi uero uocati, Matth. 20.b

Electi sumus ante mundi constitutionem, vt bona opera faceremus, Ioan.15.c

Electos nemo potest accusare, cum Deus sit, qui iustificet, Rom.8.f

Electio nostra ex Dei gratia est, non ex operibus iustitiæ, Rom.9.c

Per electionem Dei consequutus est Israel salutem, quam non potuit per opera, Rom.11.a

Elegimur à Deo Patre, pro sua uoluntate, 1. Pet.1.a

Electio est ex meritis. HAER. Quid de prædestinatione sit dicendum, inferius Verbo Prædestinatio explicabo.

Electio Papæ non debet, nec potest fieri à Cardinalibus. HAER. Ex summorum Pontificū, ac Conciliorum decretis scimus acquisitū Cardinalibus esse ius ad Pontificem eligendum, & est determinatio Ecclesiæ. dist. 23 c. In nomine, Et de elect. capitu. ubi periculum.

2 *Electionis Papæ formam, Cardinalis immutare possunt.* HAER. Et quando vnquam inferior reuocare potuit superiorum decreta si par, in parem, non habet actionem, quomodo inferior in superiorem? Debent ergo Cardinales seruare statuta facta à Romano Pontifice, uel si reuocare possunt, ergo non erit superior Papa. Et ut habetur forma à Gregorio decimo in Concilio Lugd. innouata, & habetur de electio. in 6. ca. Vbi periculum. Erant ergo contrarium scribentes.

3 *Electio non ideo valida, quia seruata sit forma Ecclesiæ, sed tantum quia bonus est electus.* ERRON. Non inficior deberi eligi secundum & loci conditionem, sed tamen Ecclesiæ contemnere leges, iniquum est. Ideo electio tunc erit roboris quando quis secundum ius, fuerit electus. Et hoc commune est Doctorum omnium pronunciatum. Seruentur ergo debitæ circunstantiæ.

4 *Electio Canonica, quouis modo & tempore celebrari potest.* TEM. Cum vnusquisque cōmunes Ecclesiæ leges seruare teneatur, q̄ certe sunt, profecto nulla erit electio nisi cōformiter ad eas fiat. Præscriptam ergo consuetudinem, ac tēpus obseruemus. De qua summistæ omnes.

5 *Electio non debet esse libera.* ERRON. Et si ad hæresim, uel ad fidem primo ac per se, hæc propositio non pertineat ut tamen Ec

clesiæ

cleſiæ mores communes, ac receptos deſtruit, ac impugnat, ſapit hæreſim, & contra omnem Eccleſiæ definitionem pugnat, ac Doctoribus imò vero naturæ rei aduerſat. Nam electio, vt hinc exordium mihi ſumã, debet eſſe libera, & qui hoc negant, propriam uocem ignorant, eſt enim actus uoluntatis, & actus electionis eſt actus liberi arbitrij, in ordine ad intellectum, & inquiſitionem ſequitur, & eſt non de fine, ſed de his, quæ ad finem conducunt. Et eſt tantum poſſibilium, licet voluntas pro actu aliquo imperfecto, uel uelleitate, ſit impoſſibiliũ, vt 3. Ethic. docet Ariſt. & exponit D. Thom. pri. 2. q. 8. pri. tertium. Quo loci dicitur ẽt non entium. Quia in appræhenſione ſunt entia. Mutuo ergo ſe cõſequuntur electio, & libertas. Hinc eorum conuincitur error, qui in electione vnum tantum eligibilem proponunt, nam tunc non cadit vera electio, ex parte completa obiecti, licet actus uoluntatis poſſit uelle, vel reſpuere tale eligibile tamen ad exactam libertatem in electione, debent duo proponi. At ſi unum tantummodo (vt interdum euenire proſpexi) ꝓponat, ſunt electores, vel tacite, vel expſſe compellẽdi ad electionem talem alioquĩn non erit Canonica electio. Videãt Sil. Tab. Ang. D. Tho. pluries ſcribentem & 1. parte q. 83. 3. cor. & pri. 2. q. 13. 1. Scot. 2. diſtinct. 6. Biel. 2. diſtinct. 6. quæſt. vnica artic. 3. dub. 2. l. ſecunda.

6 *Electus vi, ac timore cadente in conſtantem virum, eſt verus Prælatus.* ERRON. Veritas unius propoſitionis ex altera pendet, ſi enim timor talis fuerit, qui libertatem demat, non erit uera electio, nec certa quia non ex uero fuit principio, ſemota enim libertate non eſt uera electio, illæ etiam electiones, quibus tot, ac tãta adhibentur, uel munuſcula, vel promiſſiones, uel ſuperiorũ terrores, non repræſentãt veræ electionis imaginem. De electione, quomodo ſit faciẽda eſt ſtatutum Alexandri III. in Concil. Lateranen. capitu. decimoſexto tom. 2. pag. 840. colu. 2. Et eodem tomo pag. 313. Et Rurſus in Concilio Lateranen. ſub Innocent. III. capitulo uigeſimoquarto, & vigeſimoquinto, & vigeſimoſexto. Tim. 2. pag. 956. De electione uero Papæ legas eundem tomum ſecundum pag. 837. cap. 1. Concilio Lateran. ſub Alexand. III. De eadem habetur in Concil. Cartag. 3. & Agaten. capitulo decimonono, ac demum in Triden. ſeſſ. 25. cap. decimoſeptimo de Regularibus, ac monialibus, quæ omnia ſeruari debent, nec ſuperiores grauare debent inferiorum ac ſubditornm poteſtatem, ac libertatem (niſi ea abutantur) alioquin effigiem expreſſam tyrannidis repræſentant. Nec ad ſuperiorum quæcunque uota cogi poſſunt electores, ut eligant, ſed eorum libertate uti, at ſi contrarium euenerit, quòd ſuperior ira excandeſcat, ac calore iracundiæ agat, ac irarum ſtimuli ad aliquod facimus impellant, Deus uidet, & iudicat.

Eleęmoſina.

Eleęmoſina quomodo facienda ſit. Eccl. 18. B. Matth. 6.

Eleęmoſinam faciẽdam hortatur Phariſeos. Luc. 11. f

Eleęmoſinam, ut faciamus, & vendamus quæ poſſidemus, hortatur Deus, Luc. 12. d

Eleęmoſinam dare fratribus mendicantibus non licet Vuitclef. Luth. HÆR. Non mirum ſi hæretici ſummo odio nos perſequuntur, & odio apud omnes neutiquam obſcuro laboramus, quoniam omnia prorſus ut in quamdam cęnoſam latrinam in eorum animos cõſlugere flagitia, nec enim minutam labeculam contraxerunt, ſed maximam labem, & quidem illuibilem. (Nec tacere poſſum qua de illis cerno, ac lego, & quæ de illis debeant dici, in quibus ueluti ſingula vitia reperiuntur.) Religioſi uero, eximia ſunt uirtute prædıti, ac omnium virtutum luce clareſcunt atque ornantur, hinc tantum commouent contra nos bellum, hinc tanta diſſenſio, tanta hinc pugna enaſcitur, vt piaculum illi iudicent (orbis, monſtruoſa progenies, qui gigantium, more cum Dijs bellum gerere non verecundantur, nec uerentur) eleemoſinas nobis elargiri.

Quaſi Dominus non talem duxerit uitam, quaſi non ſit dignus operarius mercede ſua, quaſi qui altari deſeruit, de eo uiuere non debeat. Quis unquam militauit ſtipendijs propriis? Quid illud D. Pauli, omnes eccleſias expoliaui. 2. Corin. 12. &c. & Dominus Luc. 10. In eadem domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt.

Laborantibus operarijs, datum fuit dena-

 rium.

rium. In Concil. Vien. sub Clem. V. approbatur regula, ac norma viuendi Fratrum Minorum, imo, & meritorium nuncupatur. In Constantiensi etiam damnatus fuit Vuitclef, qui dicebat mendicitatem Fratribus non licere. Demum vetat Concil. Trid. posse Fratres de Obseruantia D. Frácisci, ac eius Religionis Capuccinos posse aliquid immobile conseruare, ac retinere. Qua ergo via victum quærere debemus?

2 *Eleæmosina sola liberat à peccato.* HAER. Hæretici quidam adeo clementiam extulerunt, vt eam solã satis esse arbitrati sunt. Aduersus quos est, primo, quia fides necessaria est, sine qua impossibile est placere Deo. Charitas etiam de qua D. Pau. 1. Corin. 13. Charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Spes adhuc Christiano admodum necessaria est, de qua spe salui facti estis, non sat ergo eleæmosina.

3 *Eleæmosina nullius est meriti.* HAERET. Eleæmosina, quod Græcum est nomen, & dicitur ab elois, q̃ est misereri, & Moys, q̃d est aqua, quæ aqua miserationis. Vel, vt alij, dicta est ab Eli, quod est Deus, & Moys aqua, quasi aqua Diuinæ. Et sic ex nominis interpretatione probamus eleæmosinam esse opus pietatis, nam aqua pietatem importat, vnde dicitur. Quis dabit capiti meo aquam. Hierem. 9. Hæc est, quæ præmium accipiet in die iudicij. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Et alibi peccata tua eleæmosinis redime. Et rursus. Beati misericordes, quoniam misericordiam cõsequentur. Diu. Cyprianus, tractatu de opere, & eleæmosinis. Monet vt peccata nostra eleæmosinis redimamus. Et D. Aug. in Enchyridion ad Laurentium. cap. 72. Multa genera eleæmosinarum, quæ cum facimus adiuuamur, ut dimittantur nobis nostra peccata. S. Eligius sermone in die Cœnæ Domini. Nam quamlibet largas eleæmosinas aliquis tribuat &c. & infrà. Eleæmosina quotidiana redimere. Et S. Maximus cent. prima, de charitate, nu. 79. Eleęmosina quidem rationalem animæ partẽ sanat; at ieiunium sedat concupiscentiam. Hoc est Doctorum commune placitum. Verumtamen est hoc dictum de hæreticis. Nam sola Ecclesia est, in qua opus bonum fructuose peragitur. vt docet D. Augus. 181. de tempore.

4 *Eleæmosina nullius est meriti si fuerit facta in peccato mortali.* Pro huius dicti dilucidatione sustine modicum Lector, nam quanti sint ponderis, ac momenti opera facta in peccato mortali inferius explicabo in proprio loco.

5 *Eleæmosina, num cadat in præcepto?* Hoc expendere dubium non est de fide, tamen quia res admodum difficilis est, summis labijs exponere decreui. Est itaque dubium. An dare eleæmosinam patienti egeno de superfluo cadat sub præcepto, adeo vt trásgrediens peccet ne mortaliter. Et in huius expositione, est obseruandum. Quod superfluum duplex est, naturæ, & personæ. Puta vnicam habere vestem, quo ad naturam satis est, at non quo ad personam si fuerit Rex, vel alius in dignitate constitutus. Hoc etiam superfluum, non est indiuisibiliter considerandum, sed quod superest statui, & conditioni suæ, iuxta bonorũ cõsuetudinem, nec oportet esse nimis scrupulosũ in hoc. Obser. secundo, quod aliquis eget quo ad naturam, quia nullam habet uestem, & indiget quo ad personam, quia non habet, quæ suo statui competunt. Ex his fundamentis, struo modo ædificiũ. Qui habet superflua naturæ, & personæ tenetur dare eleæmosinam. Secundum dictum. Qui habet superflua necessitate naturæ, tenetur dare eleæmosinam patienti necessaria personæ, & est sub præcepto si non pauisti occidisti, inquit Ambr. dist. 86. c. pasce. & Basil. super illud Luc. 3. Qui habet duas tunicas. Hic autem docemur, q̃ ex omni eo, quòd affluit supra proprium victũ necessitatẽ, tenemur erogare illi, qui non habet propter Deum, quia quæcunq; possidemus largitus est ille. Greg. in homil. & 4. Dialog. ait, quòd quidam, quę sibi erát superflua pauperibus erogabant ea, quæ mendicabant. Monachi in Aegypto, proprijs manibus laborabant, & quòd superauerat dabant pauperibus. Palud. Ricc. Dura. Aegid. idem dicunt. Tertium dictũ. Qui habet superflua personæ, & naturæ tenetur dare eleæmosinam, etiam q̃ non sit in extrema inopia. Probat Caiet. quia illa iniustè possidet, docet D. Aug. ad Macedonium. & D. Hieronym. distinct. 42. cap. hospitalem. Aliena rapere conuincitur, qui sibi ultra necessaria tenere probatur. Theoph. super Luc. capit. 18. Damnat reseruantes superflua. Beda super illud Lu-

et vndecimo, scribit, quòd Dominus iubet substentationem inopum post necessaria nobis, & idem dicunt Scholastici nominati. Hæc ex Caiet. in opuscul. quæst. propria de hac re. Quartum dictum, qui habet superflua naturæ, patienti extremam necessitatem, tenetur dare, etiam quod non sit superfluum personæ. Hoc docet D. Thom. 4. dist. 15. De mente ergo Caiet. dicendum est, quòd qui habet superflua naturę, & personæ tenetur dare eleæmosinam, ratione superfluitatis, licet pauper non sit in extrema necessitate. Hoc tenet contra Panorm. D. Anton. Rosellam. Imo Scholastici fermè omnes docent, quòd tantum eo casu sit præceptum, quando est pauper in extrema necessitaté, alioquin non est præceptũ, sed consilium. Alex. 4. par. q. penul. memb. primo. Palud. 4. d st. 15. & Dur. ibidẽ. Biel dist. 16. quæst. 4. art. 2. conclusione quarta. Confirmat tamen Caiet. suam opinionem dictis D. Thom. Qui 2. 2. q. 66. art. 7. cor. ait. Res quas aliqui superabundanter habent, ex naturali iure debentur pauperum substentationi. idem. q. 87. 1. quartum. Omnia superflua pauper iubet exhiberi, secũdum illud Luc. Quod superest date eleæmosinam. Item 113. 4. secundum. Retinere sua inordinate peccatum est, non ergo retractauit, quæ dixit 4. senten. Vbi expresse dicit. dist. 15. Quod est præceptum legis dare egeno, potiusquam subuenire propriæ necessitati conditionatæ. Rationibus corroborat. Debemus diligere non verbo, neque lingua, sed opere, ac veritate. Io. 3. Et hæc sunt in præcepto. Secundo, charitas non saluatur, nisi actus exerceantur. Tertio charitatis ordo est in præcepto. Ergo plus tenemur diligere uitam proximi, quàm bona nostra externa. Quarto, contraria unum corrumpit alterum. Superabundantia est contraria charitati, ergo corrumpit. Quinto, iure naturali sunt omnia communia. ergo ius gentium, quòd est appropriare sibi, non debet esse contra ius naturæ. Tum maxime in Egeno. Superfluum ergo personæ, & naturæ obligat dare eleæmosinam. Et huic sententiæ uidentur suffragari, quæ Doctissimus Sauonarola docet lib. de simpl. vitæ Christianæ, lib. quarto. conclusione sexta. Quilibet debet fugere pericula peccatorum. Quasi à facie colubri, fuge peccatum. At isti non fugiunt, ergo peccant. Septimo, quilibet nostrum in baptismo pollicetur renunciare Diabolo. ergo obseruare debet. Octauo, bonum est suiipsius diffusiuum. vt de Deo, ac omni natura probatur. ergo & contra naturam agit, qui superflua non communicat. Nono, generatio est de superfluo alimenti. ergo qui non dat, agit contra naturam. Decimo, in natura si qui sunt, qui habeant membra superflua sunt monstra. ergo & qui in moralib. habent. Vndecimo, non satis est largiri medietatem, sed omne superfluum. D. Ambr. ait. Non rapio aliena, sed seruo mea. O stulte, quid est tuum, quid in mundum portasti, & concludit, quòd omnia superflua, quæ quisque retinet sunt pauperis. Iniustum est ergo, sic inæqualiter possidere. Tu abundas, ille mendicat. Spoliator es, quia omnia vsurpas. Est panis pauperis, quem tu tenes, nudi tunica, quas tinea demolitur, descalceati calceas, quem pulueri exposuisti, indigentis argentum, quod tu possides, i eo tot iniuriaris, quot dispensare posses, dicit D. Basil. & D. Amb. ut scribitur, distinctio. quadragesimaseptima. capitulo. sicut, &c. Hæc ergo opinio Caietan. ac Sauonarolæ securior est. Licet dicta, quæ pro sua opinione affert, possint exponi, quòd sint comminatoria, non quòd obligent ad pręceptum, nisi in necessitate.

6 *Eleæmosinas elargiri pro defunctis frustratorium est.* HAERET. Quomodo defunctorum animæ, pijs uiuorum suffragijs, à pœnis liberentur demonstratum est supra. Hoc tantum de eleęmosina uerbum addo, quod sicut alia opera animas illas à miserijs subleuant, qua ratione eleæmosina, non poterit hunc effectum habere? Ideo Diuus Chrisostom. homil. tertia, in epistolam ad Philippen. & homil. sexagesimanona, ad Populum Antiochen. dicit. Attamen iuuemus eos, quomodo, qua ratione? pręcantes adhortemur, & alios, ut pro illis orent. pauperibusque indesinenter pro illis eleæmosinas demus. Habet res ista non nihil consolationis. Beda in caput vndecimum Prouerbiorum. Cum quibus obligati defuncti, post mortem possum absolui, vel pœnis, uidelicet castigati, vel suorum præcibus eleæmosinis Missarum celebrationibus absoluti, sed hæc,

quibuscunque fiunt, & ante iudicium, de leuioribus fiunt erratis. Paulinus, epist. 31. Laudat eleæmosinas datas pro defuncta coniuge, ab Alethæo, dicens. Lachrymas corpori fundens, eleæmosinam animæ infundens uere conscius ueritatis, & filius lucis, ubi mortem sciebas esse fleuisti, &c. Hic usus uetustiss. Ecclesiæ, & Sanctorum. Rem ergo totam de eleæmosina, compendio colligo. Et his dictis. Primo, quid illa sit. Secundo, quis teneatur facere. Tertio, cui nam. Quarto qualis, & quantus sit eius effectus. Quo ad primum. Eleęmosina est actus misericordię propriè sed charitatis ex consequenti, & mediate, latriæ uero imperatiue, more vero vulgi dicitur actus pietatis, quia apud eum misericordia dicitur pietas. Est etiam actus liberalitatis, in quantum aufert impedimentum eius, nempe superfluum amorem diuitiarum. est actus iustitiæ ratione suæ partis, scilicet liberalitatis. Hæc de primo. Quis tenatur elargiri explicemus modo. Eleemosina quandoque est de præcepto, & hoc in extrema necessitate, uel quando quis habet de superfluo naturæ, & personæ. Quandoque de consilio, his duabus conditionibus remotis. vt docet D. Thom. secunda secundæ. quæst. 32. articulo quinto, sexto, & quæst. 66. 7. cor. 1. quæst. 87. pri. quartum. & quæst. 118. quarto, secundum. At eleæmosinas dare supra uires dantis, est actus immoderatus. Nec facienda est de necessarijs sibi familiæ, & statui, nisi necessitas proximi adsit, uel Ecclesiæ, uel Reipublicæ, uel ille uelit mutare statum. Nec tamen semper expectanda est extrema necessitas, nec futuram prætendere, nisi probabilem. Ille tenetur dare eleæmosinam, qui habet per simoniam. Quilibet potest facere cum uoluntate, & in extrema necessitate, aliàs ille tantum, qui habet dominium rei. Hinc filii familias, uxor, seruus nō potest, nisi habeant de suo, ille ex proprio labore acquisita, illa aliquid supra dotem, alius de eo, quòd lucratur. Religiosus etiam non potest facere, nisi de paruis, & sub ratihabitione. Hæc D. Thom. secunda secundæ, quæstione 32. Quilibet etiam Eleæmosinarum distributor si indigeat, potest facere eleæmosinas sibi. Cui uero danda. Illis sunt eleæmosinæ distribuendæ, qui cæteris paribus magis indigent, sunt meliores, propinquiores, benefaciant, ac spiritualia dant, ac dispensant. & dantur clericis non indigentibus, ut ministris pauperum, & dispensatoribus eleæmosinarum. & constituunt eos debitores, ad orandum, ieiunandum, & ad alia bona. Effectum eleæmosinarum etiam tetigimus, quòd liberat à peccato uiuentes, defunctos à purgatorio, at moriens in peccato mortali, nec suis, nec aliorum eleęmosinis potest liberari ab inferno. Eleæmosinæ etiam ratione charitatis habent effectus spirituales, & corporales secundū suam substantiam. Hæc melior est quam oratio, & ieiunium, & magis satisfactoria, & meritoria, at oratio magis quam ieiunium. Eleæmosinę etiam spirituales sunt nobiliores corporalibus. Possunt recipi à peccatoribus, ut à meretritijs, & alijs dum modo, non sint obnoxię restitutioni ad peccandum. Hęc ex D. Thom. secunda, secunda. & quarto sententia, quę certa sunt etiā apud alias scholas.

Enoch.

Enoch filius Cain. Gen. 4. c

Enoch transfertur ad Deum. Gen. 5. d

Enoch laus. Ecclesiast. 44. c. & quadragesimonono. d

Enoch fides. Hebr. 11. a

Enoch prophetia de impijs. Iud.

Enoch non est translatus ex hoc mundo, nec viuit. TEME. Adeo uarij sunt nonnulli de hac re, ut aliquid certi ex eis colligere difficillimum sit. Diuus Chrisostomus, & Theodor. dicunt non esse curiosius inuestigandum quo translatus sit, & num usque ad præsens viuat, & quomodo, & quid nū agat, sed hoc satis esse, vt credamus, & ꝙ Deus eum transtulerit, & ꝙ mortem non sit expertus. sicut & Paul. ad Hæbr. testatur dicēns. capit. vndecimo. Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. Alij, vero dicunt inter quos Auen Ezra, & alij Iudæi, quòd mortuus est, & sic interpretātur. Transtulit illum Deus. Genesis. quinto. Quoniam hic est mos loquendi scripturæ, vt Helias dixit. Tolle animam meam. Et Iob post modicum tollet me. Philo Iudæus, affirmat Deum illum transtulisse nō per mortē, sed per separationē à consortio

&

& frequentia improborum hominum ad uirtutis ſeceſſum vulgo ignotũ, & vix paucis, iisque præſtantiſsimis cognitum. Procopius Sophiſta in Gene. innuere uidetur. Enoch translationem fuiſſe, non mortem, ſed immutationem quandam ex immortali, ad immortale corpus. D. Hieron. dicit hanc translationẽ fuiſſe Enos, cuius Enoch fuit abnepos, ſed in hoc nemo eum ſequitur. Hoc certum eſt apud omnes Enoch, non Enos fuiſſe translatum, de quo Chriſoſt. lib. contra Gentiles, de uita ſancti Babilæ Antiocheni Epiſcopi. Athan. Synaitæ, lib. 7. in Hexam. in princip. dicit, Milleſimo autem quingenteſimo anno ad Veſperam tendente meridie ſeculi translatus eſt Enoch, qui fuit primitia, ac figura hominũ ad melius translationis, & reformationis: & inferius. Enoch, qui primus tanquam Deo placens prius deſcripſit, & figurauit reſurrectionem immortalis effectus, & à Deo translatus. Hactenus Athanaſius. D. Aug. li. 9. in Gen. & de pecc. meritis, negat Enoch immutatum eſſe in illam ſpiritualem qualitatem corporis, quæ in reſurrectione promittitur, putatque iterum eſſe rediturum ad hanc uitam, & moriturum, ut corpus animale in ſpirituale mutetur. īterim uero aut ſine cibo à Deo ſuſtẽtari, ſicut Elias quadraginta dies uixit, aut ſi cibo opus habet, in Paradiſo fortaſſe paſci, ſicut Adam de ligno uitæ, & inde contra uetuſtatem uitæ ſtabilitatem accipere. Ireneus li. 5. aduerſus hæres. Valentini. aſſerit una cum Helia uiuere, in eodem Paradiſo, in quo primus homo à Deo poſitus fuit. Gregorius Theologus, li. 2. de Theolog. Enoch (ait) quanquam hinc translatus eſt, nondũ tamen conſtat, compræhenderit ne Dei naturam, an adhuc ſit comprehenſurus. D. Thom. ad Heb. 11. Com. 8. fin. ſequitur D. Aug. Eccleſię ergo traditio eſt Enoch, & Heliam adhuc uiuos ibi habitari, uſque ad tempora Antichriſti. De Enoch aperte Eccleſiaſtic. 44. ait. Enoch placuit Deo, & translatus eſt in Paradiſo. Et gloſ. ordina. ibi. Hic creditur uenturus in fine mundi, vt de concilium pœnitendi. Hoc idem ſcribit Liran. eodem loco. Et Fœlicianus Capitonus ſeruita. explicatione 5. nume. 11. Vixit Enoch in hac mortali vita, annis trecentis, & ſexaginta quinque, hoc eſt vſque ad annum orbis conditi, milleſimum decimumquintum, quibus expletis, tulit eum Deus, ſic Moſes, ait. Gen. 5. Hæc Doctores de Enoch

2 *Enoch liber eſt Canonicus*. HAER. Repudiauit Eccleſia illum librum, non quia fuerit Enoch viri ſanctiſſimi, ſed quia Eccleſia non credit illius eſſe, vt admonet D. Aug. 18. de ciuit. Dei, c. 38. & hoc tenet Eccleſia. At ſi quis dicat meminit Iudas de hoc libro in ſua Canonica. Vel ergo nõ eſt recipienda eius authoritas, vel erit liber Enoch Canonicus. Reſpondeo, ꝙ neutrũ horum cogimur dicere. Nam & D. Pau. non ex apocriphis ſolum, ſed gẽtilium quoque poetarum teſtimonia in confirmationem ſuæ doctrinę produxit. Vt illud Arati poetæ, Act. 13. Ipſius enim, & genus ſumus. Et 1. ad Cor. 15. Teſtimonium, ex Menandri comœdia. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. & 1. ad Tit. Ex Epimenide Cretenſi, vel Callycamo Cretenſi in his quæ de Iouis laudibus ceciuit. Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri, ut ſic ad ſuorum librorum ſtudia excitaret. Nihil authoritatis deperiit epiſtola canonica ex dicto libri Enoch, nec liber ex hoc teſtimonio dicendus eſt ſacer. & de hoc inferius.

Epiſcopus.

crepare. 1.Timot.quinto.a.

Episcopi munus, ne cito alicui committat admonet D.Paul.Timotheum. 1.Tim.5.d.

Episcopus non est gradus supra Sacerdotem. Valdenses.Vuitclef. LVTH. Commune est hæreticis Ecclesiasticam Hierarchiā amouere, & quod draco antiquus in cœlo egit, hoc hæretici agere conantur in Ecclesia. Contra quos ex sacris litteris arguere non est difficile. Namque in synagoga diceban tur aliqui maiores, alij minores Sacerdotes, & hodie obseruant Iudæi, ex c.29.Exo. Et Aaron dicitur Sacerdos magnus, filij eius minores Sacerdotes. Leuit.etiam, capit.16.legitur, q̄ summus Sacerdos ingrediebatur Sancta Sanctorum, quod aliis nō erat licitum. & D.Pau.ad Heb.9. testatur, q̄ Sacerdos magnus tantum ingrediebatur Sancta Sanctorum. Adhuc ea, quæ fuerunt in væteri lege fuere figura nouæ, at tunc summus Sacerdos, siue Episcopus ex diuina ordinatione consecrabatur speciali consecratione, & ad specialem actum vltra simplices Sacerdotes. Summus namq; Sacerdos, ut legitur Leu.8.alios in suis officijs ordinabat, & ei soli datum erat, semel in anno ingredi Sancta Sanctorum, & vngebatur oleo sacræ unctionis. Sic ergo & nostri Episcopi erunt Sacerdotes superiores. Hoc ex Patribus confirmo, Anacletus ait. Ordinem Sacerdotum, à Domino bipartitum, in duasq; partes constitum fuisse, vt Episcopi locum tenerent Apostolorum: Præsbyteri vero septuaginta Discipulorum, & Anacleti uerba hæc sunt. Sacerdotum tres ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari, scitis autem à Domino Apostolos esse electos, & constitutos, & postea per diuersas Prouincias ad prædicandum dispersos. Cum vero messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios ad eorum adiumentum alios septuaginta elegi præcipit Discipulos. Episcopi uero Domini Apostolorum, Præsbyteri quoque septuaginta Discipulorum locum tenent. Hæc Anacl. ex epist. de Patriarchis, ac primatibus, ac reliquis Episcopis. Hoc Nicolaus Pontif. scribit in epist. de Rothaldi Episcopi causa, & restitutione. Concil.Trid. sess.23.canone 7. Si quis dixerit Episcopos non esse Præsbyteris superiores &c. D.Hie. epis.ad Euagrum sic scrib. Quod Aarō, & filij eius atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, Præsbyteri, atque Diaconi in Ecclesia uindicent. Atque inter illos fuit diuersa dignitas, ergo & modo. Idem docet in epist. ad Nepotianum. Idem in commētarijs epistolæ ad Titum. Quid facit inquit Episcopus, quod non faciat Præsbyter excepta ordinatione, ergo ad aures D.Hiero. est differentia. D.Amb.in c.4.epist.ad Heb. ait. Primo fuisse Ecclesiæ tempore morē, eosdem esse Presbyteros, qui & Episcopos. Sed prospiciente concilio immutatam esse rationem, vt melior, supra cæteros Præsbyteros constitueretur Episcopus. Isido. li.2.de offic.Ecclesiast.c.7.Sed sola propter authoritatem, summo Sacerdoti Clericarum ordinatio, & cōsecratio reseruata est, ne à multis Ecclesiæ disciplina uendicata, concordiam solueret, scandala generaret. Petrus Dam.epist.15.c.Similitudinem corporis proponit, q̄ sicut vnum membrū alteri præstat, sic in Ecclesia, unus est altero dignior. Ratione corroboratur. Si Episcopus, & Sacerdos sunt eiusdem authoritatis, ergo Sacerdos poterit Episcopum cōsecrare. His addo Dam, authoritas, epist. 3.de corepiscopis, ubi ait. Quod non licet eis officium Episcopi exercere, qui sunt Episcopis inferiores, docetque tota illa epistola esse differentiam ratione ordinationis inter Episcopos, & Præsbyteros. ergo Sacerdotibus non conuenit nomen Episcopi, nec officium. Nam non possunt Sacerdotes conferre ordines, non confirmare, & multa alia, quæ respiciunt corpus mysticū Ecclesiæ. Hoc etiam docet Beda super Lucam, c.16.Concil.Trid.sess.23.c.4. Dicebātur tamen idem Episcopi, & Præsbyteri, quo ad nomen, at non quo ad officium, quia soli Episcopi confirmabant, ut dicitur Act.8. D.Thom.2.2.q.184.6. ad 1. D. Ant.3.par.tit.21.c.1.

Obijciunt contra hoc.

Primo, ex dictis D. Pau. ad Philipp. 1. ubi scribit. Paulus, & Timotheus serui IESV Christi omnib. Sanctis in Christo IESV, cum Episcopis, & Diaconis gratia vobis, & pax, uel ergo Philippis erant plures Episcopi, q̄ est absurdum in vna ciuitate fuisse plures Episcopos uel idem est Sacerdos, & Episcopus apud D. Paul. Secundo, ad

Tit.1.ait. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates Præsbyteros, sicut & ego constitui tibi. ergo idem Episcopus, & Præsbyter. Tertio D. Hieron. hæc uerba exponés dicit. Nullam esse differentiam inter Episcopum, & Sacerdotem, nisi quo ad nomé. & omnes Presbyteri erant Episcopi in primitiua Ecclesia, ait idem D. Hieron. His ergo de causis aliqui in hanc hæresim prolapsi sunt. ut affirmarent eiusdem esse authoritatis. Vt uero omnis remoueatur dubitatio. Obseruandum est. Quod in primitiua Ecclesia, pauci erant Sacerdotes, atq; ideo omnes ex instituto Apostolorum conferebant ordines, ideo Præsbyteri dicebantur Episcopi. Obseruandum secundo, ꝙ non dixit D. Hieron. idem esse, esse Episcopum, & esse Præsbyterum, sed eundem esse Episcopum, & Præsbyterum, quia idem exercebat munera Episcopi, ac Sacerdotis penuria ministrorum, & pauci etiam erant fideles, & postea crescente multitudine fidelium distincti sunt. & sic exponitur authoritas D. Pauli. Sotus, de ius. & iu. li.x. q.1.art.2.

2 *Episcopatus est ordo supra Sacerdotes*. HAE. Controuersia, quæ est inter Canonistas, & Theologos conciliari potest. Illi namque (& si non eorum munus de Sacramentis tractare) arbitrantur, Episcopatum esse ordinem supra Sacerdotes. & Vgo dicit, ꝙ de hoc nullus dubitat nisi cęcus, & innordinatus, cum specialis ordinatio in Episcopum habeatur post Sacerdotium. Glossa etiam in Proœmio Decretalium ponit nouem ordines. & probat ex dis.21.c. Cleros. & dis.32.c.episcopus. Theologi vero tantum septem annumerant ordines, ut suo loco referam. & docent, quod Episcopatus non est ordo, sicut neq; Psalmistatus, quia nec certum habet officium circa consecrationem Eucharistiæ. Vt ergo conciliemus, distinguendum est, ꝙ ordo duo designare potest. primo actionem circa Eucharistiæ Sacramentum. Secundo, circa corpus Mysticum Ecclesiæ, & quo ad collationem ordinis, & confirmationis. primo modo si intelligant Canonistæ decipiuntur, nam tantum sunt septem ordines, & hoc de fide tenendum est. Si accipiant ordinem secundo modo, & quo ad iurisdictionem sic Epatus est ordo, quia multam, & maiorem habet Eps iurisdictioné ipso Præsbytero, sed hæc loquutio impropria est. Capist. li. de auth. Papæ, & Concil. Fœlicianus capit. seruita, explicat.88. num.5. D. Tho.2.2.q.184.6.1. Quod est ordo in ordine ad corpus mysticum. Sotus, li.x.q.1.art.3. de iust. & iu.

3 *Episcopi non sunt Diuino iure instituti, nec Diuino iure Sacerdotibus superiores*. HAER. Multi sunt circa hanc propositionem decepti. Aerius, ut scrib. D. Aug. li. de hæres. c.55 dixit Epm, non esse simplici Sacerdote superiorem, ut habetur dis.95.c.olim. Alij dicunt ꝙ Apostoli erāt simplices Sacerdotes, & tamen & consecrare poterant, nā Moyses simplex Sacerdos erat, & tamen consecrauit Aaron, nec tunc erat distinctio inter Sacerdotem, & Episcopum, distinc.21.§.1. Alij dixerunt. Esse Episcopos à Domino institutos, at non habent aliquam potestatem Diuino iure, sed ab homine, idest Roman. Pontif. sic scribit Luth. in libro, quem uocat ipse, resolutionem supra Propositionib.13. de potestate Papæ, tom.1.fol.332. Vbi clare dicit. Re ipsa Episcopi, & Sacerdotes sunt æquales. Caluinus in lib. Christianæ Institutionis. c.8.nu.86. Idem dicit. Nonnulli, é contra arbitrantur, nempe, ꝙ Episcopi, tam quo ad ordinem, quàm quo ad iurisdictionem sunt à Deo instituti, & nullo modo dependent à Papa. Et hæc est hæretica, quia destruit Hierarchiam ab Ecclesia. Item, uouent obedientiam Episcopi Romano Pontifici; & appellant eidem. Aliqui putant. Episcopos omnem authoritatem, tam quo ad ordinem quàm iurisdictioné esse à Diuino iure, & ex Christi institutione, quantum ad originem habere, sed mediate à Christo, vt Apostoli, sed à R. Pont. & eo mediante. His præmissis confutatur assumpta propositio, quo ad vtramque partem. Prima Apostoli fuerunt à Domino instituti. Misit illos in omnem ciuitatem, & locum. Item dixit. Prædicate Euangelium omni creaturæ. & alibi millies. Si ergo Apostoli sunt Deo instituēte. ergo & Epi, qui sunt eorum successores. Quod sint Diuino iure supra Sacerdotes probat. Pastor Diuino iure est supra oues, ergo & Eps supra Sacerdotes. Secundo Aaron præerat Leuitis, & alijs. ergo & Eps. Tertio fundamentum duodecim Apostolorum à Christo prius iactum. Quarto successores Apostolorum sunt Epi, non

Sacerdotes. Quinto Episcopi sunt Vicarij Christi, vt dicit Dionys. de Cœlesti Hierar. & D. Thom. 2. 2. q. 184. 6. 1. dicit esse hæreticum affirmare Episcopum esse æqualem Sacerdoti. & Caiet. ibi dicit, ꝙ fuit semper distinctio inter eos.

Impugnant aliqui ex Doctorum dictis. Qđ Eps sit maior Sacerdote. Ambros. in epist. ad Eph. c. 4. Chrisost. 1. ad Tim. 15. hom. Sedulius in collectaneis, epist. ad Tit. Ansel. Cantuariensis Eps in Com. ad Titum, dicunt omnes cum D. Hiero. Episcopum non esse Præsbytero maiorē. Secundo, D. Aug. li. 1. aduersus Iul. c. 2. Quanquam secundum honorum vocabula, quæ iam in Eccl. usus obtinuit. Episcopatus Præsbyterio maior sit, tamen in multis reb. Augus. Hieronymo minor est. Ex quo habetur, ꝙ non Diuino iure, sed ex Ecclesia sit Episcopus maior. Thomas Valdensis respondet, ut diximus, ꝙ Doctores isti cum D. Hier. dicunt, ꝙ Epi sunt Præsbyteri, non autem ꝙ non sit inter eos distinctio, & ꝙ unus non sit alio maior, neq; ex eorum intentione demonstrari potest. At Alfon. de Cast. li. 6. aduer. hæres. concedit Hier. errasse. Sed quid responderet alijs, si eos legisset non video, forte sua, qua solet aliquando temeritate cōtenderet omnes esse deceptos. Nos vero educati lacte Thomistico, qui semper Doctores summo honore, ac reuerentia exponere, ac venerari solemus, dicimus vt supra, cum Turre Crem. Quod ordo Præsbyteri duo importat, authoritatem circa corpus Christi in se, secundo authoritatem circa corpus mysticum. Quoad primum Episcopus, nō est Sacerdote inferior, sed quo ad secundum. & primo modo loquuntur Sancti, nam in ordinatione Sacerdotis, & Epi, quando ordinatur Sacerdos eadem obseruantur. Qđ uero Eps ordinatur alia requiruntur, non vt ad Sacerdotē, & quatenus respicit Christi verum, sed mysticum, nempe Ecclesiā. Sic & D. Aug. exponitur, ut supra explicatum est, ꝙ in primitiua Ecclesia, idem erat nomen, sed deinde ad multiplicationem Sacerdotum opus erat distinguere, & aperire, quis nam eorū esset superior. Stemus ergo decisioni Concil. Trid. sess. 24. can. 4.

4 *Episcopatus imprimit characterem nouum à Sacerdotio.* HAER. Pendet huius confutatio ex proxime dictis. Nam si non est alius ordo, nec characterem imprimere poterit. Si tamen non imprimat characterem extenditur Sacerdotalis character ad noua Sacramēta dispensanda, ut puta Sacramentum ordinis, & Chrismotis, atque iō suscipit indelebilē potestatem. & ad ecclesias consecrandas, extenditur ergo character ad noua conficienda, nec alius imprimitur D. Antoninus. 3. par. de episcopis.

5 *Episcopus emens episcopatum, cum intentione non soluendi num sit simoniacus?* Disputat Caiet. & tenet quòd non sit simoniacus, si eam intentionem non habeat. Nam peccatum est studiosa uoluntas, ibi non est. ergo neque simonia erit. Secundo non sequitur pecuniæ enumeratio. ergo non erit simonia. & non erit simoniacus, sed peccator publicus. Fatetur tamen, ꝙ qui sic emit peccat mortaliter. Quoniam participat cū simonia mentali. Secundo infamat se. Tertio, dat occasionem scandali. Quarto, mendacium perniciosum dicit. Hactenus Caiet. in opuscul.

6 *Episcopatum appetere sit ne, ex genere suo mortale peccatum?* Adeo sunt hæc dubia inter se connexa, ut velim ea exponere cogar. Caiet. quatuor assertis suam mentem aperit. Primum appetere episcopatum ex suo genere non est mortale. Secundum appetere propter honores non est mortale. Tertium, appetere propter gradum non est mortale. Quartum, appetere licet, vt sit propensior ad animarum salutem. Hæc ex Caiet. Spineus. è contra quatuor dictis repugnat huic opin. Primum, appetere Episcopatum, propter celsitudinem, ex genere suo est mortale. Secundum, appetere, vt alijs possit ꝓdesse, nisi in necessitate mortale est. Tertium appetere propter affluentiam diuitiarum, mortale est, & auaritia. Quartum, appetere propter honores mortale, & ambitio. Primum dictum probatur, quòd ex diametro pugnat cum secundo Caiet. Appetit, quòd suam facultatem excedit, nam Dei proprium est instituere Sacerdotes, tam in væteri, quàm noua lege. & de uæteri legitur Exod. 28. Quòd ipse solus summum Sacerdotem instituit, & filios suos, & ideo Core, Datan, & Abiron, qui his restitere uoluerunt, Num. 16. Exterminati sunt. In noua etiam lege D. Pau. docet ad Hæb. cap. nono. Nemo assumit sibi honorem, sed qui uocatus fuit tanquā Aaron. Dominus, Petrum, & Andræam, Paulum,

Paulum, ac alios elegit, vt Ioan. XX. dicitur. Et Anacl. distinct. 70. capitu. vlt. Quod Summorum Pontificum electionem, sibi reseruauit, pertinet etiam ad bonos Sacerdotes, sic eligi. De diaconis hoc affirmamus, & prælati, sic sunt eligendi, dist. 8. q. 1. cap. Episcopo. Probatur secundo, hic sibi usurpat, quòd proprium est aliorum eligentium, dum se sic præfert. Tertio, ipse se omnibus aliis proponit, dum talem se iudicat, quòd est iniuriæ vitium, quoniam cũ dignior sit eligendus, & talis se esse arbitretur præsumptuosum est. Quarto, talis iudicat se esse perfectum. Quinto, Episcopus habere debet eas conditiones, quas Diuus Paul. refert, vt sit irrepræhensibilis, & testimonium habeat ab his, qui foris sunt. Sexto, qui rogat, ut obtineat, nõ meretur, quia saltem venialiter peccat, & veniale peccatum reddit indignum. 2. 2. q. 100. 5. ad vlt. D. Hierony. hoc tenet, vt habetur, 8. qõ. 1. capit. licet, illum posse iudicare populum, cui Dominus oranti, & petenti iudicauerit D. Augus. (Authore D. Thom. quodlib. 11.) dicit lib. de Ciuit. Dei. Locus superior sine quo populus regi non potest, & si administretur, ut decet, tamen indecenter appetitur. Hæc D. Thom. Quod verò non liceat propter diuitias, ut tertia propositione est explicatum probatur. Ille, qui sic appetit Episcopatum, coniungit actui indigno. Secundo, non licet appetere diuitias, ut faciat eleemosinam, nec uxorem alterius, vt habeat filios. ergo nec Episcopatum sub tali fine. Antecedens ex eodem Caiet. habetur, quia delectatio de actu cõditionali, ut diximus supra, non est licita. Tertio iste ordinat Episcopatum ad finem non intentum à Deo. ergo peccat. Quarto, qui sic appetit Deum excludit. ergo & peccat. D. Thom. ait, qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat, nempe utilitatem plebis, non tamen bonum desiderium habet. 2. 2. q. 185. 1. primum.

Rationes vero Caietani sunt. Prima ex uerbis Apostoli, qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat. ergo aliquid est, in Episcopatu, quod possumus desiderare? Respondet D. Tho. loco dicto. ꝙ vtilitatem animarum bene desiderat, non autem gradum. Dico secundo, quòd olim erant Martyres Episcopi, in primitiua Ecclesia. ideo, qui Episcopatum desiderabat, bonũ opus optabat. Secundo, si appetere est peccatũ ergo & acceptare est peccatum. Dico, ꝙ non esto eadem ratio. est quidem peccatum ante electionem, at quando aliquo modo acquisiuit ius licet recipere, quis horum actuum non uidit discrimen. Tertio, est finis bonus. ergo licet appetere. Dicitur, quòd si finis erit propter martyrium, uel ad utilitatem plebis, licite potest appeti, at non alia de causa. Quarto, satis est, ꝙ cognoscat se dignum more humano, & aliqui habent conditiones D. Pauli, nec reuelatio expectanda est. Dico quòd nec satis sunt omnia ista, sed oportet uocari à Deo tanquam Aaron, & si cognoscat se eas conditiones habere, non tamen potest appetere. Quinto, quisque minus cognoscit alienum quàm se. ergo poterit se ipsum proponere. Respondeo, ꝙ & si quo ad interiora melius quisque se ipsum iudicet, tñ multitudo aliter sentit ex exteriori signo. Dato etiam ꝙ cognoscat, non tamen licet appetere. Sexto, auaritia non est mortale, nisi ex iniustitia. ergo nec ambitio. 2. 2. q. 131. primum. Dicitur, quòd argumentum hoc, se ipsum destruit. si auaritia ex iniustitia est peccatum. ergo & hic erit peccatum, quia interuenit iniustitia, sic & ambitio est uitiosa. &c. Septimo appetere in casu licet, quando apparet manifesta necessitas, ergo de se, non est malum. Dico, ꝙ de se est malum, in casu uero quòd liceat, hoc est per accidens ex circunstantiis. Dico secundo, quòd de se appetere licet modo exposito ad primum, nempe ad utilitatem & martyrium, non tamen semper. Nono, non est peccatum sperare, ut dr̃ distin. 59. capit. olim. quo loci scribitur, quòd post ordines licet. Respondeo, ꝙ textus ille contra laicos militat, qui sic appetebãt Episcopatum, quasi dicat ordinatis magis licet, & est comparatio. Sanior ergo ea est sententia, quæ negat alio casu, quàm propter martyrium, ut in insulis hodie euenit, uel ad utilitatem appetere liceat. vide hoc eodem verbo. Num. 13.

7 *Episcopus malus, non est amplius Episcopus.* Vuitcl. Hus. Eras. HAER. Cũ de Sacerdote inferius erit oratio confutabo plurib. hanc hæresim. Recolat Eras. quod Dominus dixerit de simoniacis, & perfidis ministris. Quecunque dixerint seruate, & facite, non ergo non sunt amplius ministri.

Basil.

Basil. Imperator actione 10. in fine synodi octauæ Generalis, in oratione in finem Cōcilij ait. Rursus Episcopus quantacunque sit irreuerentia plenus, & omni virtute nudus, donec Antistes est, & veritatis verbum recte prædicauerit Pastoris, vocationis, & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo nobis ratio est, in ordine ouium constitutis? Pastores verborum subtilitate discutiendi, & ea quæ super nos sunt, quærendi, & ambiendi habent. Hæc Imperator. Et Cayphæ iniquissimo Concilio stetit synagoga. Benedictione Heli Anna peperit 1. Reg. 1. Sanson, & si meritricio fędatus, tamen Dei Spiritus fortitudine tot necauit homines. Iud. 14. Non ne mali ministri Dęmonia eiciunt, ut Luc. 11. legitur. Petrus Dam. epistola 15. c. 18.

8 *Episcopi ordinatio vana est.* HAER. Quoniam Episcopus suam habet iurisdictionē in Ecclesia, quam habet summus Pontifex in omnes Christianos, exigitur vt aliquando conferatur ei, hæc authoritas, & hoc nō nisi in consecratione, quo fit, vt hæc consecratio, non sit superflua. De hac affirmat Anacletus esse ex institutione Apostolorū, vt legitur d. 66. c. porro. Porro, & Hierosolymitanus primus Archiepiscopus Beatus Iacobus, qui Iustus dicebatur & secundū carnem frater Domini nuncupatus est à beato Petro, Iacobo, & Ioannes Apostolis est ordinatus, successoribus suis formam dantibus, vt minus quàm à tribus Episcopis, reliquisque omnibus ascensum præbentibus nullatenus Episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. Idem dicitur in decretis Annitij Papæ. Hoc etiam statuit. Marcellus Pontifex in epistola prima ad Episcopos Antiochenæ prouinciæ. Episcopi, qui uoluerunt, vel quibus necesse fuerit suffugere, eumque appellare debent, vt inde accipiant tuitionem, & liberationem, vnde acceperunt informationem, atque consecrationem. Hinc ergo emanauit Episcopi ordinatio, ac consecratio. De hac in sess. 7. cap. 9. & sess. 23. de refor. cap. 2. infra quantum temporis sit consecrandus. Et Canon Apostolorum primus. Non tamen semper à tribus Episcopis debet ordinari, quia solus Paul. Titum ordinauit. D. Antonin.

9 *Episcopi non sunt successores Apostolorum.* HAER. Hoc non semel, sed pluries scribit Concil. Triden. sess. 23. c. 4. Patres docue runt Dion. Areopag. epistola ad Demoph. ait. Tu ergo decerne cupiditati, & iræ quę decent tibi Diaconi, Diaconis Præsbyteri, Præsbyteros Episcopi, Episcopos Apostoli, & Apostolorum successores, quem locum S. Maximus sic notatum reliquit. Pulcher (inquit) ordo Ecclesiasticus, Monachos, qualis erat Demophilus Diaconi, Diaconos Præsbyteri, Præsbyteros Episcopi, Episcopos Apostoli, & successores Apostolorū increpant. Hæc ille. Hoc etiam habetur 12. q. 1. cap. videntes. D. Greg. Hom. 26. in Euang. Apostolorum profecto, nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent, ligandi atq; soluendi authoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Hæc D. Gregor. Isid. libro secundo de Eccl. officijs. c. 5. Quibusque decedentibus successerunt Episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in sedibus Apostolorum &c. Vel si non succedunt eis, quę erit Ecclesiæ hierarchia, & cui succedunt. D. Tho. 2. 2. q. 18. 4. 6. primū Anacl. epistola 2. ad episcopos Italiæ cap. 2. Cyp. lib. 4. epistola 9. Hieron. epistola 54. ad Marcellam aduersus Montanum. Augu. Ps. 44. Leo epistola 88. ad Episcopos Germaniæ & Gallię. Innoc. Tertius, li. 1. de Mysterio altaris, c. 6. D.

10 *Episcopi titulares non sunt uerè Episcopi.* HAER. Hic inter alia, nos impugnat Protestantes, quòd summus Pōtifex quosdam creauerit Episcopos Aphricæ, Greciæ, & Asię, qui nomine tantum sunt, & nullam habent iurisdictionem, & ob eam causam aliquos olim creauit Papa, vt Concilio ad sua uota propungnanda adessent. At vana sunt, ac comenticia, quæ ab illis dicuntur. Fuerunt pauci quidem Concilio Titulares Episcopi, nec ea de causa vt fingunt, nec nouū est hoc in Ecclesia, vt patet ex historijs Eusebij, & Nicephori. Clemens etiam prius Romanus Pontifex est creatus, quam eo munere Linus, & Cletus defuncti essent, nā cum talem creauit D. Petrus, nec tamē Ecclesiam gubernauit, nisi post eorum obitum. Et hodie, nō sine magna ratione creātur, ut alios, qui uel morbo, vel negotijs, vel ętate confecti sunt, adiuuent, & Ecclesijs ab infidelib. recuperatis Episcopi sint. Qui & si eam mētem eis inspiraret Deus, vt Ecclesias, quarum Episcopi appellantur adirent, Euangelium prędicaturi, id facerent

rēt ex officio ſimiliterque reliqua munera Epiſcoporum exequi, atque exercere poſſent. Nam & ſi Eccleſias illi habeant occupatas, reuera perinde atque cæteri, veri Epiſcopi ſunt, & Præsbyteris ordine præſtãtiores facultateque præditi ordinandi, & cõfirmandi, non ergo tantum, ut Concilio intereſſent ſunt creati. Vel ſi non vere ſunt Epiſcopi errant dum conferunt ſacros ordines, quam facultatem eis conceſſit Concilium Tolet. & Iſpal. Quomodo poterunt Concilijs veluti Eccleſiæ iudices intereſſe? Quare conſecrantur. Demum, ſi Epiſcopus Nazaret non eſt verus Epiſcopus, ſi Deo dãte redirent infideles ad Eccleſiam. Quæro an tunc eſſet alius Epiſcopus eligendus, & conſecrandus, an vero qui antea eſſet Germanus Epiſcopus. Certè idem admittitur, ſine noua cõſecratione, ergo vere erat Epiſcopus. Fuſius Hierony. Vuiel. Epiſcopus, ſcribit in proprio tractatu. Et deceptus eſt Piorum Clypeus. q.34.3. ſcribit Caiet. 2.2. quæſtione. 185. articul. 5. Vide numer. vigeſimumquartum.

11 *Epiſcopi non ſunt à Deo inſtituti*. HAER. Aliqua contra Proteſtãtes ſupra dicta ſunt, atq a pauca fuere, pinguiori minerua ſcribendum eſſe decreui. Nam Luc. 6. legitur, quòd poſtquam orauit per totam noctem, cum dies factus eſſet, vocauit Diſcipulos ſuos, & ex illis elegit duodecim quos Apoſtolos nominauit, & Mar. 3. habetur, quòd fecit duodecim, ut eſſent ſecum, & mitteret ad prædicandum. Matth. 10. Cum enumeraſſet duodecim Apoſtolos &c. Ioan. 6. Nõ ego uos duodecim elegi. Quomodo illi à Chriſto ſic & ipſi elegerunt, ac inſtituerunt ſucceſſores & non populus. ſic D. Pau. Titũ & Timot. Et ad Tit. 1. ſcribens ait. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per Ciuitates Præsbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Sotus de Iuſt. & iure libro 10. q. 1. articulo 4. fuſius.

12 *Epiſcopi ſunt à populo eligendi*. HAERE. Ex proxime expoſitis confutatur hæc hæreſis. Namque D. Paul. ſic inſtruit Titum, ut eligat, qui ſint Prȩsbyteri, hoc eſt Epiſcopi, & Act. 14. legitur, quòd D. Paul. & Barnabas, in communitatibus inſtituerint Sacerdotes. Adhuc eorum eſt mittere operarios in vineam, qui ſunt vineæ patroni, non autem populus in Eccleſiam habet authoritatem. Nemo etiam ſibi hunc honorem vſurpat niſi uocatus à Deo, vt ad Heb. 5. ca. dicitur. D. Matthias poſt Apoſtolorum præces fuit electus. Act. 1. Apoſtoli à Spiritu ſancto iuſſi elegerunt, ac ſeggregauerunt Barnabam, & Paulum, ut dicitur Act. 13. Qui & à Spiritu Sancto ſunt miſſi. Ex veteri lege hunc morem legimus obſeruatum. Nam Aaron non fuit à populo electus, ſed Deus ipſum elegit cum filiis ſuis. Exod. 29. Quæ commiſit etiam Apoſtolis, nempe authoritas conficiendi corpus Chriſti, & abſoluendi non omnibus competit, non ergo à populo ſunt eligendi, quia nemo dat, quòd non habet. Statuit etiã Anacl. epiſtola 3. Quod Epiſcopus eligatur à Sacerdotibus, & Clericis populi, & habetur di. 79. c. electionem. Et Concil. Laodic. Can. 12. Non fiat niſi à Metrapolitano, & vnã cum Epiſcopis prouincialibus, uel ſacerdotum collegio.

Confutant Hæretici hanc miniſtrorum inſtitutionem. Primo. Quia Sacerdos ad hoc inſtitutus eſt, ut pro populo oret. At quilibet Chriſtianus poteſt hoc facere, ergo ſuperflui ſunt miniſtri. Dicitur ad minorem quòd quilibet poteſt orare, ſed non in perſona Eccleſiæ, & ea authoritate. Secundo, non poſſunt oſtendere Papiſtæ aliquem locum, ex quo deducatur eos eſſe ſic à Deo ordinati, ergo erit blasfemiæ, & Auaritiæ tantum. Tertio, ſunt omnes Sacerdotes Chriſtiani authore D. Petro, Regale Sacerdotium, gens Sancta &c. 1. 2. ergo non aliqui ſpecialiter ad hunc gradum eligendi. Ad ſecundum diximus, quòd non ex uno loco tantum, ſed pluribus habemus aliquos ſpecialiter electos, & non omnium hominum equa conditio, ut etiam inferius probabo litera S. Ad tertium dico, quòd D. Petrus loquitur communiter de Sacerdotibus, ſicut ex D. Paul. dixit nos debere offerre hoſtiam uiuentem Sanctam Deo placentem, & ſic omnes Chriſtiani ſunt Sacerdotes. At proprie illi tantum ſunt, qui ſacram Hoſtiam offerre poſſunt, ac miniſtrare Sacramenta. Quarto, Orige. Hom. 6. in Leuit. ait. Requiritur tamen in ordinando Sacerdote præſentia populi, ut ſciant omnes, & certi ſint. verum uerba Origenis non hunc ſenſum habent, ſed, quòd populo præſente comprobentur, ne poſt ordinationem retractandi occaſionem habeant. Quinto D. Cypria. in epiſtola 5. ad Clerum

&

& plebem, dicit in ordinandis Clericis fratres Carissimi solemus vos ante consulere, & mores, & merita singulorum communi Consilio ponderare. Dicitur, quòd intentio D. Cypri. illa eadem est, quæ Origenis. Sexto, D. Matthias, non ab Apostolis solum sed ab omni Christianorum cętu electus fuit. Respondeo, quòd multa eo tempore fidelium multitudine erant permissa, quæ hodie sunt reuocata. Hoc vnum est, quia populi erant deuoti, moderati, & Ecclesiæ tantum vtilitati consulebant, hodie vero contrarium euenit, sed tantum auaritiæ, simoniæ, & seditionibus est deditus, ideo nō est permissum. Septimò, temporibus Leonis populus eligebat, ergo & modo, hoc retinuit ius. Respondeo, eadem via, quòd tunc fecerunt authoritate illis concessa, & non propria.

33 *Episcopus non refert à quo confirmetur.* HÆRE. Qui omnia confundere conantur in Ecclesia, id etiam tueri est eis fixum, ac animo sculptum, vt Romanæ Ecclesiæ authoritatem inficiari conentur. Et electos Episcopos à quo confirmetur non est opus attendere apud illos. Quod dictum ea ratione est hæreticum, quia Papæ dignitatem amouet, ac destruit. Contra quos sic arguo. Et prius suppono. Quod in Ecclesia tota potestas aliorum prælatorum de lege communi sit à Papa. Probatur primo. Apostoli alij receperunt authoritatem à Petro, ergo nunc prælati Ecclesię accipiunt à Romano Pont. Antecedēs est Anacleti dist. 22. cap. Sacrosancta. Petro à Domino concessum est, vt reliquis alijs Apostolis praeesset. Secundo, Petro tantum datæ sunt claues, ꝙ non saluaretur, nisi ab eo aliqua esset dependentia. Multæ sunt aliæ authoritates cōfirmantes, hoc quæ inferius explicabuntur. Confirmatur rationibus. In omni principatu potestas ab vno, ergo & in ecclesia ab vno, ergo à successoribus Petri. Secundo, inter ea quæ sunt ordinata, & quæ influunt omnia ab vno dependent, ergo alij Episcopi à Papa. Tertio, de ratione hierarchiæ est actio, ergo superiores agent in inferioribus. Quarto, omnia dependent à fundamento, quæ sunt domus, ergo omnia à Petro. Quinto, vna est ecclesia, ergo vnum caput. Sexto, Papa mutat Episcopatus auget, & minuit curam, ergo ab eo etiam habent authoritatem. Septimo, Papa prouidet ecclesia Episcopum, ergo ab eo dependet. Octauo, Papa deponit Episcopum, ergo ab eo dependet. Nono, si inferiores prelati habent à Christo potestatem, ergo nō egent ab eo confirmari. Decimo, si habent immediate à Christo, & non egent à Papa confirmari. ergo non oportet, vt mittat Legatos. Authoritatibus hoc confirmo. Photius Patriarcha Constantinapol. Ad Nicolaum I. scribit, & petijt, vt ordinationes episcoporum à Pontifice Romano peterētur, cui tanquam capiti ecclesiæ Catholicæ debeantur. Anacl. epistola 3. ait, quòd potestas clauium, quæ data est Sanctis Apostolis à Christo fuit per Petrum à quo Sacerdotalis ordo cępit. Leo I. Non nisi per Petrum dedit, quicquid aliis non negauit. Marcellus Papa in epistola ad episcopos Antiochenę prouinciæ. De Romano Pontifi. Vt inde accipiant tuitionem, & liberationem, vnde acceperunt informationem, atque consecrationem. D. Antonin. 3. parte tit. 22. cap. de forma elect. Papæ, & de auth. collegij Papa mortuo. Ait, quòd à Petro data fuit authoritas ad Apostolos. Caie. etsi videatur dubius, tamen. cap. 3. de Auth. Papæ dicit. Quod Petrus erat superior, quia authoritate sibi concessa via ordinaria debebat alijs conferre authoritatem, cum fuerit omnium caput. Sed præuenti gratia speciali à Domino fuerunt. Ex quo elicitur, ꝙ via ordinaria Petrus authoritatem conferre debuerat. Cyrill. Alex. lib. Thesaurorū dicit, quòd riuuli à fonte, rami ab arbore, ac radice pendent, sic & Concil. Ephes. statuit. D. Tho. 4. cont. Gent. Tibi dabo claues vt ostendatur potestas Clauium per eum, ad alios deriuandā, ac conseruandam ecclesiæ unitatem, & 4. d. 24. q. Quamuis omnibus Apostolis sit communiter potestas data ligandi, atque soluēdi, tum in hac parte, ut ordo aliquis seruareī. Primo soli Petro data est, ut ostendatur, quòd ab eo debeat ista potestas descendere.

Argumenta uero aduersariorum sunt. Primum. D. Cyprian. vt refertur 24. q. 1. Loquitur contra hoc. Respondeo, quòd dictum Cypri. est intelligendum de potestate ordinis, non iurisdictionis, & hæc, non illa à Papa dependet. Secundo. D. Amb. 2. q. 7. Paulum equat Petro. Dicitur, quòd verum merito, & Sanctitate non iurisdictione. Tertio, Paulus Petrum repræhendit. Respondet

det Gratianus, quòd non reprehendit de iurisdictione, sed de vitæ conuersatione, nõ de Ecclesiastica authoritate. Quartò, D. Aug. eadem q. ca. Puto. Cyprianum Petro æquat. Dicitur quòd comparat quo ad martyrij Coronam, non quo ad iurisdictionem. Quinto, D. Ber. ad Eug. dicit. Non ista tua potestas est à Deo sola. Soluitur eadem responsione, quòd de potestate ordinis. Sexto Petrus fuit missus, ergo nec alij debēt alios Episcopos confirmare. Respondeo, quòd non tanquam à superioribus fuit missus, sed tanquam à consultoribus non ut Baliuus à Rege. Nam & consiliarij mittunt regem, quando eorum Consilio alicubi pergit, sic Petrum miserunt Apostoli consulendo, & suadendo. Septimò, Iacobus tulit sententiam de quæstione legalium Act. 15. Respondeo primo, quòd Petrus uoluit ei hunc honorem deferre, tanquam pastori illius loci. Dico secundo, quòd ly iudico, non stat pro sententia definitiua, sed iudico idest sentio. Octauo, Apostoli uoluerunt Principem suum esse Petrum, ait Clemens non ergo à Domino potestatem accepit, ergo nec alij possunt confirmare. Respondeo, quòd Apostoli uoluerunt uoluntate consequenti, & acceptante non uoluntate causante ipsam authoritatem. Nono, Petrus non uocauit, nec instituit, nec confirmauit Apostolos, ergo nec Papa debet alios. Dicitur, quòd neutrum horum Apostoli à Petro acceperunt, sed authoritatem iurisdictionis. Decimo, Apostoli acceperunt à Domino iurisdictionem. Quia dictum fuit eis. Matth. 18. Quodcunque ligaueritis super terram. Et Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata. Turrecrem. capitulo 61. lib. 2. Dupliciter respondet primo, ꝙ non valet consequentia. Apostoli omnes immediate authoritatē a Christo, ergo & alij, nā Episcopi succedunt Apostolis in sollicitudine potestatis non in modo recipiendi. Dico secūdo, ꝙ ex illis verbis non habetꝰ ꝙ aliqua authoritas sit data actu ipsis Apostolis tunc, sed promissa, vel insinuata dari in futurum, nam ante passionem non dedit potestatem iurisdictionis Apostolis. Nam tunc non poterant exercere. Rursus Christus, per se regebat ecclesiam, non per Apostolos. Promissa ergo & insinuata fuit eis authoritas in posterum, & si dicant aliqui Doctores, ꝙ tribuit, exponendum est, ꝙ tribui promisit. Ad uerba uero D. Ioan. Rñdeo, ꝙ tunc non loquitur de potestate iurisdictionis, sed ordinis, sic & D. Tho. 4. d. 19. interpretatur. Vndecimo, Leo dicit. Matt. 16. Tibi dabo claues regni cœlorū. Transiuit in alios Apostolos ius ipsius potestatis, & ad oēs Ecclesiæ principes decreti huius constitutio cōmeauit. Rñdeo, ꝙ hoc non est contra nos, non. n. est dubium, ꝙ habuerint oēs eam potestatem, sed à quo an mediate, an immediate à Christo. Hoc est. n. ꝙ vertitur in dubium. Duodecimo, misit illos prædicare. Luc. 9. Ergo à Christo immediate acceperunt. Rñdeo, ꝙ non concludit, ꝙ habuerint à Domino potestatem immediate. Decimotertio, non legitur ꝙ Matthiæ Petrus contulerit potestatem, sed tantum Act. 1. dicitur. Ostende quem elegeris. Dicitur, ꝙ & si fuerit à Domino electus, sicut & alij Apostoli, nō tamen ab eo habuit immediate potestatē. Decimoquarto, D. Paul. fuit à Deo vocatus, & vt ipse scribit Gal. 2. Iacob. Cephas, & Ioānes nihil mihi cōtulerunt. Huic triplicem assigno respōsionē, prima ꝙ admisso, ꝙ Paulo aliquid cōtulerit immediatē nō sequitur, ergo omnib. alijs Apostolis. secunda est, ꝙ loquitur D. Paul. de potestate prædicationis, non iurisdictionis. Tertio, quod Paul. etiam si à Domino accepit potestatem non tamē negatur ꝙ à Petro postea authoritate D. Petri Paulus, & Barnabas ꝑ inspirationem Spiritus sancti missi sunt ad prædicandum. Act. 13. Sicut tangit Glo. decreti. c. Quis d. 11. Decimoquinto, Anacl. vt habetur d. 21. c. In nouo. Et Cyprian. 24. q. 1. c. Loquitur. Dicūt ꝙ fuerunt pares Apostoli. His, & similib. respondetur, ꝙ loquuntur de potestate ordinis, non iurisdictionis. Hæc ex D. Antonino ubi supra, & Turrecr. & Turriano. Hæc discutienda erunt. Verbo Papa.

14 *Episcopus non tenetur de iure diuino personaliter residere.* E R. Multi decepti sunt, circa hoc, quod uidebatur eis hactenus indiscussum, ac indeterminatum quæsitum, ad quem errorem conuincendum. Primo proferam testimonia ex sacris literis. Pasce oues meas dictū fuit Petro, & D. Paul. Act. 20. dixit. Attendite uobis, & vniuerso gregi. Et ad Titum. Reliqui te Cretæ. Et Ezech. capitulo tertio. Sanguinem eius requiram de manu tua. Et capitulo 34. Vè pastoribus Israel &c. Euaristus Papa epistola 2.

non licet abesse, nisi per tres ebdomadas. Dam. epistola 4. Concil. Nicenum Can. 15. Nulli Episcopo liceat suam Ecclesiam desererere. Concil. Antioch. Can. 17. Conc. Agat, ut legitur 7. q. 1. si quis Clero. Cordic. Can. 9. 10. & 14. Concil. Sextum Generale. Can. 19. Concil. Generale Calced. Can. 7. Conc. Romæ celebratum tempore D. Siluestri. Can. 17. Concil. Generale 7. Tempore Zachariæ Papæ. Concil. Cartag. Can. 7. & 8. & Concil. Cartag. 4. Can. 1. & 14. Concil. Tolet. Concil. Sardic. c. 15. Concil. Trid. sess. 6. Decreto reformat. capitulo primo, sessione vigesimatertia. Vt etiam ista obseruentur, præcipit Pius IIII. in Bulla super hoc ædita. Quæ omnia & si interpretari possint, quòd nõ loquantur de iure diuino. Videat hic an ad mentem summorum Pontificum & Conciliorum loquatur. Namque & toto libro decimo, de Iust. & iure quæst. 31. Probat esse de iure naturali prælatorum residẽtia, si fuerit cura animarum annexa, de his enim loquimur. Nacl. scribit doctissime de hoc. Vide hoc eodem verbo, numero vigesimoquarto.

15 *Episcopus non potest aliquos casus reseruare à quibus Parochus non possit absoluere.* HÆR. Ex eo, quod Episcopus est supra Sacerdotẽ quo ad iurisdictionem hinc reseruat sibi casus, à quibus, nec Curatus potest absoluere, vt statutum, ac innouatum fuit in Concilio Tridentino. sess. 14. capitulo 7. & Can. vndecimo.

16 *Episcopus nulla de causa potest à residentia excusari.* TEM. Admonet Sanctissimus Pius IIII. In Bulla, & Concil. Trid. locis citatis, quod licet aliquando Episcopo abesse à cura, & casus aliquos scribit Nacl. Primus, quod debet Generali Concilio interesse. Secundus, quòd si fuerit munus ad totius Christianæ Reipublicæ beneficium, & hoc expressè ponit Concil. sess. 23. Tertius si fuerit persequutio personalis, si tamen gregi non noceat eius absentia recedere poterit. Quartus causa infirmitatis, vel cogatur ire ab balnea. Quintus si Papa eum in legationem mittat. Sextus, si iubet Papa vt ei semper assistat ad commoditatem fidelium. Septimus, si fiat Cardinalis & tantum remaneat commendatarius, tunc potest Romæ manere. Decernit tamen Sancta synodus, ꝙ si charitas vrgens necessitas, debita obediẽtia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas aliquos abesse non nunquam exiget, hæ tamen causæ debent à beatissimo Roma. Pontif. aut à Metrapolitano, vel eo absente suffraganeo Episcopo antiquiori residente approbari. Hæc Concil. Trid. loco dicto. Eorum etiam absentia sit tantum ad summum per tres menses, & sit ex legitima causa, & absque detrimento. Nec tamẽ absint tempore aduentus. Quadragesimæ. Natiuitatis, Resurrectionis Domini. Pentecostes, item & corporis Christi diebus, quibus refici debent oues. Vel saltem per alios Episcopalia munia exerceant. Hucusque Concilium.

17 *Episcopus non potest ditionem secularem gerere.* Erasmus. HÆR. Vox certe digna Erasmo, qui vt sæpe solet noua excogitat, vel euigilare facit, ad Ecclesiæ blasfemias concitandas, sed videamus, quomodo fedissime erret Erasmus. Primo ex lege naturæ. Nam Melchisedech Sacerdos, ac Rex fuit, quid respondes Erasme. Moyses, fuit summus Sacerdos, Moyses inquit & Aaron in Sacerdotibus eius, Psal. 98. Nam nec tantum obtulit sacrificia, sed & Aaron & filios eius cõsecrauit, quẽ locum adducit Anacl. Papa epistola sua tertia tom. 1. pag. 64. Sacerdos igitur fuit (vt suo loco repetam) & rebus populi moderabatur duxque erat in rebus bellicis, iudex in omni Republica ad ministranda. Samuel Propheta & Sacerdos, & populi dux fuit. Apud Paganos ægyptios non nisi Reges Sacerdotes erant. Christus Dominus & si non exercuit Regiam humanam potestatem tamen se Regem esse ostendit in ingressu Hierosolymis. Et alibi dixit omnia mihi tradita sunt à patre meo, & Pilato interroganti. Regem se esse profitetur, & summi Sacerdotes admirantes dixerunt. In qua potestate hoc facis. Voluit & hanc regiam potestatem ab ipsis incunabulis ostendere, quando Reges procidentes adorauerunt eum. Et si ergo pauperes essent Apostoli in Ecclesiæ infantia, & aliis Prophanis subiecti, Deo tamen aspirante, vt in filios sui regni æternitas demonstraretur, vt Angelus pollicitus fuerat, Regum, imo Imperatorum, & Principum, religione, ac pietate restitutum fuit, ꝙ tirannice occupauerant, & sese Sacerdotali ditioni dederunt, ac bona multa contulerunt. Hinc Benedictus, ne dum Episcopi, multas retinuit possessiones, vir tamen San-

Sanctiss. & regionis nostræ Monachorum pater, & institutor, hoc & ante ipsum fecit Basilius in Oriente. Ecce itaque ex lege naturæ, scriptæ, & Euangelicæ exempla quomodo Sacerdos temporalem administrationem retinere potest.

18 *Ad Episcopatum statim quispiam ac subito potest promoueri.* Scandal. Non restringo summis Pontificis potestatem, sed id tantum dico non modicum scandalum Ecclesiæ afferre, si quispiam ex laicis subito promoueatur, nihil enim est tam contrarium Ecclesiasticæ disciplinæ, nihil tam ab eius legib. alienum quàm è laicis ad episcopatū per saltum assumere, cum maxime parasytos, Adulatores, Curiales omni scientia orbatos, ac morum venustate. In Concilio Aurelian. Can. 9. sic definitum est. Nullus ex laicis absque annua conuersatione præmissa Episcopus ordinetur, ita ut intra anni vnius spacium à doctis, & probatis uiris disciplinis, & regulis spiritualibus plenius instruatur. Concil. Sadicen. cap. 3. Ne quis ex laico Episcopus efficiatur, sed per gradus potius promoueatur diffinitum est his verbis. Ossius Episcopus dixit, & hoc necessarium est, ut diligentissime tractetis, si forte, aut diues, aut Scholasticus de foro, aut ex administratore Episcopus fuerit postulatus, vt non prius ordinetur, nisi ante lectoris munere, & officio Diaconi, ac præsbyteris fuerit functus, & ita per singulos gradus si dignus fuerit ascendat ad culmen episcopatus & inferius, sed ij, quorum per longū tempus examinata sit vita, & merita comprobata, omnes dixerunt placere sibi. Synodus Generalis octaua, Can. 5. Tempus necessarium explicatur scrupulose his verbis. Nullus de senatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine nuper tonsus eligatur, uel suscipiatur Patriarcha, nisi secundum definitionem, quæ prolata est ab hac Sancta, & magna synodo, scilicet. Si omnē gradum ecclesiasticum transigens per definita nunc tempora irrepræhensibilis inuentus extiterit, & probatus, ita ut in gradu lectorum annum compleat, in subdiaconatu duos, sitque diaconus tribus, & præsbyter quatuor. Neque semel est hoc definitum, sed & Concil. Bracaren. Can. 38. & cap. 5. Decretorum Innocentij epistola 4. ad Feli cem Nucerianum episcopum. cap. 3. & epistola 3. Syritij ad vniuersos ortodoxos. Celest. Papa in decreto suæ sanctionis cap. 33. & Leo Papa in suis decret libus cap. 33. iubent, ne quis ex laico episcopus ordinetur. Nicolaus etiam Papa ad Michaelem Imperatorem, qui inserta est actioni Quartæ synodi Generalis octauæ. Rursus Adrianus I. In epistola, quam Constantinopolim destinauit pro venerandis imaginibus, & quoniam Photius, qui cum laicus esset Patriarchatum vsurpauerat, excusare se apud Nicolaum volebat, exemplo antiquorum patrum, Nectarij atque Ambrosij in epistola 2. ad Photium hanc excusationis ansam infringit, dicens, eos patres, à Deo vitæ suæ testimonium habuisse, quo caret Photius. Non licet ergo sic per saltum, & illico ad tā tam dignitatē promoueri. Et si Concilium Trident. decreuit. sess. 23. cap. 9. de Reforma. Quod episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium fuerit secum commoratus, & beneficium, quacunque fraude cessante statim re ipsa illi conferat, quanto magis de eo, qui ad apicem dignitatum uocatur, & in Apostolorum successione.

19 *Episcopatus, ac Ecclesiarum bona Laicis est cōcedenda.* HÆR. Quidam Hæretici hoc dixerunt, ut testatur Mediceus. Verbo inuestitura. Contra quos est ratio. Quia Laicorum est ecclesias tueri non vsurpare, sic statuit Paschalis Papa in epistola 2. ad Anselmum. Nicol. Sand. lib. 7. nu. 139. Hactenus ille. Impugnatur etim, quia dāda sunt quæ Dei Deo, & qui non seruit altari, nec de eius fructibus debet viuere.

29 *Episcopus non est in statu perfectionis.* TEM. Qui se obligat perpetuo uiuere, & obseruare, quæ sunt perfectionis certe est in statu perfectionis. Quia promittunt animam ponere pro ouium salute. Hoc etiam ex Diuo Paul. 1. ad Timot. vltimo colligitur, nam ei præcipitur certū certamen bonæ fidei, appræhende vitam æternam in qua uocatus es, & confessus bonam confessionem corā multis testibus. Et idem epistola 2. capit. 1. Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Et ex illis, quæ ad episcopum exiguntur conuincitur hoc idem. Rursum. Nemo mittens manum suam ad aratrum debet retro respicere, ut Luc. 9. Admonet Dominus. Hoc uero tantum episcopis est concessum. Demū actio ad quam episcopus est à Deo institutus

tus hoc probat, quòd est administrare sacra, purgare illuminare, docere, & alia, que ad populorum salutem exiguntur. De hoc D.Tho.2.2.q.185.6.
Contra hoc est primo. Qui est in statu perfectionis debet omnibus diuitijs renunciare. Si vis perfectus esse, &c. Matth.19. At Episcopi retinent bona temporalia. Secundo, status prælationis de se non est appetendus. At status perfectionis potest appeti, ergo illi non sunt in statu perfectionis. At respondeo, & ad primum quidem. Dico, quod sensus verborum est non quòd actu renuncietur diuitijs, sed in animi præparatione; sic & illud intelligitur, si quis te percusserit in vnam maxillam præbe ei & alteram; & tamen Dominus à seruo percussus dixit. Cur me percutis? sic diuitiæ non sunt sic renunciandæ, nam & Abraham retinuit, sed satis est secundum animi præparationem; vt ait D.Aug. & habetur d.41.c.Quod dicit. Dico secundo, quod quæ possidet Episcopus non sunt sua sed ecclesiæ bona, vnde nō potest testari, nec alienare. Dictum vero Domini est de adolescente, qui propria appropriata retinebat, quibus post terga relictis habet instrumentum ad perfectionem magis promptum. Ad secundum, dico vt ex superioribus deduxi. Appetere epatū ratione celsitudinis, & perfectionis alia, & alia ratione consideranda sunt. Namque primo modo præsumptuosum est. Ideo redarguit matrem filiorum Zebedei. Potestis bibere calicem. Et Matth.2. Alios Discipulos primatum quærentibus. Principes gentium dominantur eorum. At statum illum pro salute plebis, ac ecclesię, vt bonum opus est, licet appetere, vt dixit D.Paul. Bonum opus desiderat. Tertio, dixit Dominus. Nolite possidere neque aurum, neq; &c. At Episcopi retinent. Hanc Domini sententiam in sequenti exponemus.§.

21 *Episcopo non licet aliquid proprium possidere.* T E M. Non solum, quæ suæ sunt Ecclesiæ potest Episcopus retinere, sed etiam propria, quæ ei paterna hæreditate proueniūt. Nam non tenetur aliquis actu ad bona superogationis, sed satis est secundum animi præparationē. Beati pauperes Spiritu &c. & sat est, ut homo sit paratus si opus fuerit omnia dimittere, vel distribuere, vel facere, quæ alijs sunt necessaria. Nec enim perfectio Christiana consistit in paupertate, sed est via ad illam, & magis per earum abdicationem homo consequitur beatitudinem. Nec enim mihi ipsi persuadere vnq̄ potui, nec possum, vt tot Sancti bona recepissent, si iniquum est. Et D.Siluester à Constantino, imò D. Thomas Cantuarien. requirebat bona suæ ecclesiæ. Et quia multa verbo Clerici diximus, & verbo Apostoli. Satis erit hoc loci eam sententiam iterū exponere quā Dominus præcipit Apostolis dicens. Nolite possidere aurum &c. Quā exponit D.Hieronym. mystice idest p̄dicatores non immitantur principaliter sapientiæ, & eloquentiæ humanæ D. Aug. vero ait, quòd non iubendo dixit, sed permittendo, permittit enim ire sine baculo. D. Chris. interpr.ætatur, quo ad illos, qui missi sunt ad prædicandum Iudæis, vt alij incitarentur per hoc. Non tamen sequi tenentur Episcopi. nam D.Paulus accepit ab alijs ecclesijs stipendium, quando prædicabat. secundo. Corint.11. Licebit ergo propria possidere.

22 *Episcopatum quilibet recusare potest.* T E M. Si quilibet pro sua libertate Episcopatum uellet, ac posset renuere, tunc nec alijs seruire vellet. Rursus posset quispiam nolle suo superiori obedire. Quando ergo non subsunt legitima impedimenta, recusare non potest, & si illa sunt indispensabilia licite non tenetur parere. Hinc apparet, quo modo teneat votum de non suscipere Episcopatum, nam si hoc emisit, quia est indignus potest uouere, at non potest, ut sic refutet obedire superiori, & quando imminet necessitas. D.Tho.2.2.artic.2. & summistæ.

23 *Episcopatus nunquam licite potest renunciari.* T E M. Quemadmodum non licet anteaquam quispiam fiat Episcopus recusare, sed iustis de causis non inconuenit refutare, sic nec absolute aliquis potest renunciare, sed in aliquibus casibus. Primo si simoniacè acquisiuit, si sit homicida, si senex, si infirmus, ignorans, bigamus, uel irregularis. Ex parte subditorum refutare poterit, quando non potest ille proficere, & quando sine causa scandalizantur. Tunc.n. vt cæci dimittendi sunt. Sinite illos cæci sunt. Soli tamen Papæ hæc reseruatur facultas dispensandi, in his, qui sunt obligati. Aduertit etiam Caiet. quod ratione scādali non debet semper cedere, ut de Diuo

Tho.

Tho. Cantuariensi legitur art. 4.

24 *Episcopo ob persequutionem personalem, non licet fugere ex vna ciuitate in aliam, quauis de causa.* Decipiuntur, qui hoc tueri conantur. Nam & Apostoli fugerunt, & Dominus dixit. Fugite in aliam. Matt. 10. Hæc tamen sunt grano salis exponenda, nempè, quando est cum detrimento populi non licet, qa tenetur ad spiritualem animarum salutem potius quam propriam uitam saluare. Tenetur etiam prouidere, aliàs si lupus rapit, & dispergit oues, suæ erit culpæ, & qui fugit tyrannum, Mercennarius est. Hic etiam Caiet. docet, quod cum quilibet Pastor teneatur de iure diuino residere, quia à Dño est cura imposita, & quia sine sacramentis, & doctrina fidei nemo potest saluari, hinc Episcopus tenetur residere. Nec satis est, ꝙ per alios faciat. Nam Dominus dixit. Pasce non fac pascere. Per accidens etiam est de Episcopis titularibus, quia in manibus infidelium est Ecclesia, & nauis est destructa. Addit etiam, ꝙ hoc pręceptum affirmatiuũ ad residendum obligat ad semper gratia materię, quia potest quolibet tempore euenire, vt populus egeat ideo paratus sit. Qui præest, in solicitudine. Excusatur ergo à residentia ob persequutionem, quando non est cum damno Ecclesiæ, si vero vita pastoris, ac gregis salus tueri potest, fugiat. Excusatur quando cogitur ob infirmitatem mutare aerem, vel ire ad balnea, nisi Ecclesia patiatur periculum, tunc enim sustinenda est ęgritudo vsque ad mortem inclusiuè. Bonus Pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Excusatur ex negocio, quando illud pertinet ad totam Ecclesiam, uel est in Ecclesiæ beneficium. Nam pars est propter totum, & negocia proprię Ecclesiæ tractare munus est Episcopi. Quo ad negotia, vero (vt res sit magis euidens) obseruãdũ, ꝙ qñ negocium non exigit necessario personam Episcopi, puta ut sit secretarius Rom. Pont. aut Auditor Cameræ, non excusatur à residẽtia, sed excusatur si synodo oportet interesse. Nec excusatur si dicat resideo Romæ, & sic dicor vbique residere. Excusantur si sunt legati pro re spirituali, at non si pro re temporali. Nam nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus. Excusari nõ possunt Cardinales à residẽtia, si sũt Episcopi, imò apud Caiet. sunt incõpatibiles, q cq d sit de consuetudine, seu abusione hoc etiam dicit Panorm. Excusari non potest, qui abest, propter temporale alterius Ecclesiæ, quia spirituale proponitur temporali bono. Excusantur quando melius, vel æquè bene pascitur populus à persona absente tunc potest abesse, tales sunt Cardinales sex, qui sunt Romæ residentes. Tunc etiam vnus posset plures Ecclesias habere, quando deficit idoneus, hoc enim est per accidens, ideo tunc potest per Epm titularem gubernari. Tñ per se non excusatur à residentia ẽt ꝙ commode possit per alium gubernari, quia res personalis est; nã nec alius põt soluere horas Canonicas, pro alio. De hoc scripsimus sup. Caie. ar. 5.

25 *Episcopus non peccat si male dispensat bona Ecclesiæ.* TEM. Ille fidelis seruus, & prudẽs, qui non dissipat, nec male dispensat bona Ecclesiæ, nec peccat etiam si pro fabrica Ecclesiæ dispensat, & non largitur pauperibus, sic Salomon fecit, vt dicitur 12. q. 2. Bona etiam Ecclesiæ in quatuor partes debent diuidi, pro fabrica, pro pauperibus, pro se, & pro clericis, & si alijs donat tenetur restituere. Hæc tamen accipienda sunt pro rebus Ecclesię, non de suis, quarum est Dominus. Auertit etiam Caiet. ꝙ quando mensa, & Ecclesia tenuis est, non tenetur, sed quando est diues, item quando fabrica non multum eget, debet pauperibus elargiri, si sit necessitas, nec illa iura sunt per cõsuetudinem abrogata, ea enim D. Aug. obseruabat, consuetudo. n. quam hodie obseruant est potius abusus q̃ consuetudo, ideo nec excusantur, nisi à quota. & dicit Caiet. & illud ius tenebat pro antiqua consuetudine, qñ clerici viuebant simul. Si ẽt Eps dissipat partes pauperum tenetur restituere, sicut & domini temporales. Tenetur ẽt dare pauperibus non ut ditiores fiant, sed ut non indigeant. Nec tñ potest augere redditus Ecclesiæ, ita vt puellæ nobiles indigeant, ac patiantur. Ex art. 7. D. Antoninus. 3. par. titu. 21. scribit, ꝙ peccat mortaliter, si non diuidit in quatuor illas partes. Vna sit Episcopi. Alia clericorum seruientium. Tertia, pro fabrica Ecclesiæ. Quarta, detur pauperibus.

26 *Episcopus ex religione assumptus, tenetur nè ad illas regulares obseruantias, sicut prius?* Doctores & si in aliquibus conueniunt differunt tamen. Conueniunt, quòd non tenetur Episcopus ad illas, quæ impediunt

Pontificale officium. Rursum, quædam sunt custodientes Pontificiam dignitatem, quædam repugnant, quædam sunt neutra. Primi generis sunt silentium, solitudo, & alia, quæ dissonant, sunt habere socium ex ordine tanquam socium, bibere cum duabus manibus, & sedendo. Quædam non impediunt, vt comedere carnes &c. Potest in casu comedere, nam fouent episcopalem dignitatem. At quando non, vt in die Natiuitatis Domini si in die Veneris venerit. De hoc tamen Caieta. quolib. 6. q. 16. contrarium tenet ꝙ potest comedere. Quo ad censuras vero non est amplius subditus, sed supior. Scribit & Viguerius.

27 *Episcopus potest ducere vxorem.* HAERE. Non tantum contendunt hæretici, ꝙ Eps potest ducere vxorem, sed quod debet. & probant ex verbis Apostoli ad Timot. 1. c. 3. a. Oportet Epm vnius vxoris virum. sed grauissima aberrant, & elapsis fuerunt in causa, ut Archieps Coloniēsis duxerat vxorem à fide Catholica apostatando, qui merito à Religissimis suis canonicis eiecto alium constituerunt, ac elegerunt ingenti gaudio, & lætitia totius Christianæ Reipublicę. Mentiuntur vero affirmantes nemini, nisi vxorato licere esse Epm. Hoc vero euenit eis, quia tantum litteræ corticem attendunt, & non percipiunt sensum. Nam si uoluisset Apostolus Episcopos esse uxoratos, vtique prius ipse uxorem duxisset, nec cæteros ad virginitatem adhortaretur. Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum. 1. Cor. 7. Rursum, sicut Timothæum circumcidit, ut faceret Episcopum sic & uxorem accipere iussisset. D. Ioann. Euangelista esset redarguendus, qui vxorem reliquit. Sensus ergo D. Pauli est, quē assignant Chrisost. & Ambros. hic. vt si necessitas cogit eligendum esse Episcopum vxoratum, ille tantum assumatur, qui vnicam habuit uxorem, & non qui ad secundas nuptias transiuit, quia talis non caret signo incontinentiæ. D. Hieronym. etiam addit, ꝙ si cogit necessitas, vt vxoratus eligatur in posterum relinquat vxorem, ac domum patris remittat exemplo Moysis, qui ingressurus ad Pharaonem, secū quā habebat uxorem domum patris reliquit. sic etiam scribit D. Hieronym. in Apologia pro libris aduersus Iouin. Epi, præsbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post Sacerdotium in æternū pudici. hic etiam Germanus sensus verborū D. Pauli. 1. Cor. 7. Qui habent vxores, sint tanquam non habentes. At de his verbo, Castitas satis scripsimus.

28 *Episcoporū dignitas non est supra omnes alios.* Centuriatores. HÆR. O miseros Germanię populos, q deteriores sunt post baptismum, ac Christi fide exorta, ac ab eis recepta, quàm fuerint populi infideles, & Gentilium. Nam Gentiles, qui tantopere suos falsos Sacerdotes venerantur, simulatā sanctitatem, ac Religionem repræsentātes, & quanto iustius est, nos, quorum fides clarissima est, & spes vera, qui promissum sempiternum expectamus per eos, qui nobis præsunt honorem Deo deferre, ita ut Epos os Dñi arbitremur. Hæc Clem. li. 2. constit. c. 28. Præcepit Apost. ad Hęb, c. 13. Obedite prępositis vestris, & subiacete eis. ipsi. n. peruigilant, quasi rationem reddituri pro aīab. vestris. Nec dixit de magistratib. seculi, de quib. scripsit in epi. ad Ro. 13. Omnis aīa potestatib. sublimiorib. suddita sit, quo loco principes uocat potestates. Spirituales uero uocauit præpositos, ipsi. n. exemplo debent pręesse. Ideo D. Paul. ad Timoth. Esto tu exemplum in verbo, & cōuersatione in charitate, & fide, & castitate. 1. Timo. 4. Sic & B. Petrus ait. Facti forma gregis, nempe faciendo prius, ꝙ à subditis requirunt ut faciant. 2. Pet. c. 5. Et debent cum Gedeone dicere. Iud. 7. Quod me uidebitis facere, hæc agite. Epi sunt, qui Sacramenta administrant, quæ oīa D. Pau. 2. Tim. 1. vocat depositum. Ipsi sunt fideles dispensatores, quos Dñs constituit super familiam suam. Hoc uoluit Dñs, quando dixit. Quæ dicunt seruate, & facite, quia sedent super cathedram Moysi, Epi. n. sunt nostri Moyses, & Aaron, sicut enim in ueteri hierarchia erant primi & summi in Sacerdotibus; ita sunt primi, ac summi in noua. Clem. scr. D. Petrum dixisse in ordinatione Zachæi. Audite (inquit) Epm vestrū, & ne pigeat omnem honorem ei deferre, non ignaros, quod eis præstatis Christo p̄stari. Idem Clem. lib. 2. const. c. 34. dicit. Si de parente secundum carnem, ait Diuina scriptura. Honora patrem tuum, & matrē vt bene sit tibi, & q maledixerit patri, aut matri morte moriatur, quanto magis de patribus spiritualib, verbi Dei moneamur honore,

honore, & charitate eos prosequi, ut beneficos, & nostros ad Deum legatos, &c. Hæc Clem. Qui etiam dicit. Docuisse B. Petrũ: Cunctorum Sacerdotum vitam superiorẽ, Sanctioremque, atque discretam, à secularibus, & laicis omnibus esse, & spirituales quosque, ac Sacerdotes super carnales, atque laicos semper constituendos docebat. Hunc sequutus est Anacl. episto. 1. Omnis inquit oppressus, liberum Sacerdotum, si uoluerit appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Potestas ergo spiritualis superior sit temporali, vtraque tamen est in Ecclesia, vt Nicolaus I. scribit Michaeli Imperatori. Si ergo Gentiles suos, Iudæi ei, quare nos illis digniores, non debemus omni honore prosequi. Centuriatores vero peiores longè sunt, Core Datani, & Abiron, qui Nu. 16. dixerunt. Sufficiat uobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dñs, cur eleuamini super populum Dñi. At vos Coritæ superbi, impij, seditiosi accusatis Sacerdotes. illi dixerunt. Omnis multitudo Sanctorum est, & in ipsis est Dñus. vos vero dicitis, non est distinctio laicorum & Sacerdotum in sanctitate, quia omnes pij in scriptura dicũtur Sancti. Illi dixerunt, Cur eleuamini super populum Dñi? Vos dicitis. Epi, & Sacerdotes nõ sunt super Principes & magistratus. Oculos ergo iam aperire tempus est Germani, & Sacerdotum dignitatem venerari. Quæ temporalem, ac Regiam superat, veluti aurum argẽtum. Turrian. li. 2. 5. c. 9. Concil. Tri. sess. 24. de refor. c. 1. in prin. & sess. 25. de refor. c. 17.

Quæ de Episcopis sancita fuerint.

Episcopus à duobus, vel tribus Episcopis ordinetur. Canon 1. Apostolorum. & Anacl. Papa, epist. 2. & hr̃ dist. 75. c. ordinationes.

Episcopus non potest vxorem propriam eijcere. Can. 6. Apost. & Concil. Arelat. c. 21.

Episcopus ad commune beneficium, ex vna transfertur in aliam ciuitatem. Can. Apostolorum 14. & Anthemus Papa. & habetur. caus. 7. q. 1. Mutationes Episcopi.

Episcopus latro, periurus, fornicator deponitur. Can. Apost. 25.

Episcopus non potest percutere, quia nec Dominus percussit. Can. Apost. 28.

Episcopus, non potest in aliena Prouincia ordinare. Can. Apostolorum 36. Concil. Ant. Can. 13.

Episcopum, qui non receperint Clerici communione priuentur. Can. Apost. 37. Conc. Ant. c. 18.

Episcopis non licet parentibus bona Ecclesiæ dare. Cano. Apostol. 39. & Can. 75. sed si sunt pauperes, administret illis.

Episcopus possidere potest bona Ecclesiæ Can. Apostol. 41. & habetur 12. quæstione Præcipimus.

Episcopus deseruiens ebrietati, si nõ desinit, communione priuetur. Can. Apost. 42. Similiter præsbyter, diaconus, subdiaconus, lector. & cantor. Can. Apost. 43.

Episcopus vsurarius deponatur. Can. Apostolorum 434.

Episcopus non potest cum hæreticis orare. Can. Apost. 45.

Episcopus, qui non alit alios, deponitur. Can. Apost. 57.

Episcopus ab Episcopo, & Synodo puniendus, si est accusatus. Can. Apost. 73. Anacl. epist. 2.

Episcopus esse potest oculo defectus, & optuso cruore. Can. Apost. 78.

Episcopus publicis administrationibus, non se intromittat. Can. Apost. 81.

Episcopus vacans militiæ deponitur, item præsbyter, & diaconus. Canon Apostolorum 82.

Episcopus potest eligi à Sacerdotibus, & clericis populi. Anacl epist. 2. & dist. 79. c. electionem.

Episcopi à Domino instituti. Anacl. epis. 3.

Episcopus residere tenetur. Euaristus epist. 2. Nec licet abesse, nisi per tres ebdomadas, Concil. Sandic. cap. 15. Dam. Papa epistola quarta.

Episcopus à Domino habet potestatem. Vrbanus epist. 1. & habetur caus. 11. c. Quib. Episcopi.

Episcopi sententia etiam iniusta timenda est. Vrbanus Papa.

Episcopus sine licentia Metropolitani ordinari non potest. Concil. Arelat. c. 6. Conc. Antioch. can. 9. & habetur dist. 65. cap. Episcopus non est. Concil. Cartag. secundum. capit. 12. & Hilarius Papa.

Episcopus non potest eligere successorem. Concil. Antioch. Cano. 23. & habetur octauo, quæstio. prima. Episcopum non liceat. Hilarius Papa. Episcopus non potest ex

vna in aliam ciuitatem mutari. Concil. Antioch. cano. 22. & Concil Sardic. cau. 1. & 2. & habetur 7. q. 1. Episcopum. & 9. q. 2. Episcopum non debere. & dist. 8. mala consuetudo. Concil. Cartagin. Tertium. cap. 38. & habetur de cons. distin. 4. Non licet fieri. Concil. Cartag. quartum. c. 27. & habetur 7. q. prima. Episcopus de loco. Hilarius Papa. Pelagius II. epist. 2.

Episcopus uigilans sit contra hæreticos. Concil. Miluit. vigesimoquarto, & vigesimoquinto.

Episcopus an testari possit. Concil. Agat. cap. 34. & habetur. caus. 12. quæst. 5. cap. si episcopus.

Hæc de Episcopis ex antiquis Decretis, ac Conciliis collegimus. De quibus alia in Tridentino.

29 *Episcopatum licet nè quærere pro se?* Diximus, qua ratione sine crimine quisque possit appetere. Nunc ex Caiet. hoc alterum dilucidemus, quomodo possit iuste quæri pro se. ex præmissis firmum principium proposui. Quod quærere curam animarum regulariter, & simpliciter est præsumptuosum. Secundum dictum. In casu Ecclesiæ licet petere. Quod erit, quando euidentissimè constat, quod si ego non obtineo, res Ecclesiæ male se habebunt. Hinc Esaias purgatum se uidens dixit. Ecce ego mitte me. Tertium dictum. Quando talia Ecclesiæ beneficia, Episcopatus, Archiepiscopatus, non dantur, nisi petentibus, non est præsumptuosum petere, si dignum se iudicat, & saluti prodesse erit animus. Quando uero D. Aug. Greg. D. Tho. & alii damnant qui Episcopatum quærit, quid simpliciter, ac secundum se eueniat attendunt, & non loquuntur in casu. Hæc Caiet. sententia confirmatur ex consuetudine. Nam multi quærunt beneficia curata, & post examinationes admittuntur, & quisque sine hoc, quod ad examen vocetur, examinari petit. Hæc ad mentem Caietani in quodlibetis. Quæ tamen oppugnantur à Spineo. At quia res non est de fide, sat sit hoc dixisse.

Epistola.

Epistola ad Hæbreos non est Canonica. Marcio. Tatianus. Aerius. Arrius. Arriomantius. Anabatistæ. HAER. Non verentur hæretici affirmare, Ecclesiam per annos mille & quingentos esse in hunc errorem versatam, & tamen D. Hieron. ad Dardanum scribens existimauit esse authoritatis, quia longus Ecclesiæ usus recepit. Est ergo canonica hæc epistola, ut Innocentius Primus. Gelasius, & Eugenius Quartus suis Decretis confirmarunt. Est canonica, quia hanc sacra Concilia Nicenum, ut Author est D. Thomas in suis com. Cartag. tertiũ. cap. 47. Laodic. can. 59. Arausicanum, Florent. & Tridentinum, approbarunt ut canonicam. Est canonica, quia tam Græci patres quàm Latini vno solo Hierony. excepto, qui dubius est. hoc affirmant. Origenes, ut refert Euseb. lib. 6. Eccle. hist. ca. 13. Ego dico (ait) quòd ipsa est manifestissimè Pauli Apostoli, & semper omnes antiqui maiores nostri eam, ut Pauli Apostoli susceperunt, & opinio usque ad nos peruenit, quòd sermo eius est Græco sermone compositus, uel per Clementem Romanæ Vrbis Episcopum, uel per Lucam. Clem. Alexand. apud Euseb. li. 5. cap. 11. Manifestè est Pauli, scripta quidem in Hebręo sermone tanquam Hebræis, sed à Luca in Græcum interpretata. Eusebius quoque, lib. 3. Eccles. hist. cap. 38. dicit Clem. Rom. Pont. Vsum esse testimoniis huius epistolę, & cap. 3. eiusdem libri Pauli manifestè 14. sunt epistolæ. Athan. in Epist. ad Episcopos Aphricanos. & lib. 11. de fide Trinitatis. Cyrill. 12. libro Thesaurorum, cap. 9. Chrisost. infinitis prope locis. Latini Patres etiã eam receperunt. D. Amb. super Beati immaculati in uia serm. octauo. & cap. octauo de ijs, qui mysteriis initiantur. D. August. 2. de Doctr. Christ. cap. octauo. D. Gregor. quinto moral. capit. tertio. D. Thom. & alii Catholici. Quid moror mille quingentos ab hinc annos Ecclesia legit hanc nomine D. Pauli Apostoli, & audemus modo in dubium uertere, quod Patres sua authoritate proponunt, & negare, quòd est tot Conciliis disputatum, & statutum.

2 *Epistola ad Hæbreos non est Diui Pauli.* Lutherus. Erasmus. Caluinus. Hæreticum est, non tantum temerarium, Epistolam ad Hæbreos ne dum excludere, sed dubitare de eius authore, quam Pauli fuisse ex superioribus testimoniis comprobatur. & Conc. Ephes. & oẽs Græci scriptores

cum

eum esse D. Pauli scribit D. Hieronym. ad Dardanum. Et Gelasius cum Concilio septuaginta Episcoporum, ut dicit D. Greg. quinto lib. moral, capitu. tertio, Innocent. Eugen. Concilia D. Pauli esse statuerunt. Miror de Caietano viro peritissimo, qui nouitates sequens pro certo arbitratur nō esse D. Pauli, & innititur authoritati Diui Hieronymi, qui dubius est hac in re. Hoc etiam testimonio Diu. Petri corroboratur, qui 2. ad Hæbreos, & ipse scribens, dicit capitu. tertio, Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis. Rursus dicit, capitulo 13. Vt pro illo orent, vt reuerti ad eos possit. & dicit. Amplius deprecor uos hoc facere, quo celerius uobis restituar. Quæ de Clem. accipi non possunt, qui nunquam fuit inter Hebræos. Meminit etiam de uinculis, iuxtà Græcam ęditionem, capitu. decimo. Adhuc ex fine conuincitur. Nam claudit eo modo, quo Diuus Paulus uti solet. Gratia Domini Nostri IESV Christi, cum omnibus uobis. Amen.

Huncuero esse Diui Pauli morem testatur scribens. secun. Thessalo. ultimo. Salutatio (inquiens) mea manu Pauli, quòd signum in omni Epistola scribo. Domini Nostri IESV Christi, cum omnib. vobis. Amen. Demum, si ardens tantus est amor Diui Pauli pro salute animarum, ita ut optaret Anathema esse pro fratribus, ut scribit Romanis, cap. nono. Et conabatur, vt aliquos saluos faceret ex illis, ut cap. vndecimo, ad Rom. dicit, quomodo nunquam scripsit, & si scripsit, quare non deuenit ad manus nostras, sicut aliæ episto. & si peruenit, quare non erit ista, quam recipit Ecclesia? Diuus Dyonis. eius discipulus, eam nomine Pauli citat. & Clemēs Corinthijs scribens. Orig. Psalm. primo, de hac epistola dicit. Quamuis nonnulli de ea quę ad Hæbreos scripta est dubitauerint, pro eo, ꝙ non uideatur in ea seruari illa eius sententia, quam de se ipso pronunciat dicens, se imperium esse sermone, sed ego dico, sicut mihi à maioribus meis traditum est, quia manifestissime Pauli est, & semper omnes antiqui maiores nostri, ita eam, ut Pauli Apostoli receperunt. Et cui non sufficiunt ista patrum testimonia est totius Ecclesię constitutum, in Concilio Trid. innouatum.

Obiectiones Hæreticorum quod non sit Canonica.

Primo, hæc Epistola fauet Arrianis, quia dicit filium minorem patre, quia est figura substantię eius, & etiam, ꝙ non sit genitus, sed factus, quia tanto melior Angelis effectus. uel factus. Si ergo factus, non est genitus. & sic nec Deus. Secundo fauet heresi Nouatianorum. dicens, cap. 10. Non posse peccatores per pœnitentiam renouari. ꝙ est crudele dictum, ac ad desperationem conducens. Hęc ex Philastro, quæ sunt antiquorum hæreticorum obiecta. Tertio, detorquet Christum esse filium Dei. ex illo testimonio 2. Reg. 7. Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium. Quarto, dicit fuisse in arca mannam, quæ pluit in deserto, & virgam Aaron, quæ fundauerat, & tamen non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moses in Oreb, quando pepigit fœdus cum in filiis Israel, cum egrederetur de terra Ægypti. Quintò, antiqui Doctores Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, nunquam eius testimonio usi sunt. Imò D. Hieronym. dicit, Quod Latina consuetudo, non recepit. super Esa. cap. 6. & in fi. c. 8.

Solutio obiectorum.

Doctores alij ante nos omnes has dubietates remouent. Et primam quidem. ex eodem soluitur. Nam inferius dicit. Christum esse à Deo patre genitum, ut tertia obiectio tāgit, hinc deduco, ꝙ illis uerbis non negat Christum esse filium æqualē, sed per splendorem ostendit essentiæ unitatem, quia filius est patri coęternus, non secus splēdor luci. & per figuram naturæ æqualitatem, quia neque suppositum figura excedit, neque ab eo exceditur. sic nec pater filium, nec filius Patrem. Ad secundum dico, ꝙ nō tollit pœnitentiam. sed dignitatem gloriosius enim est, ac fęlicius non cadere, iō ad illum gradum renouari dicit impossibile, sicut & ille, qui perdidit decorem virginitatis, impossibile est amplius in corpore renouari, sic amissa pristinæ iustitię dignitate renouari non potest, ut cum de pœnitentia erit sermo demonstrabo: Ad tertiū dico, ꝙ multa, quæ secundum litteram de antiquis dicta sunt, secundum spiritum, & perfectam ueritatem cōueniunt Christo.

Ad tertium dico cum Theophilacto, quòd à Gamaliele instructus sciebat D. Paulus, longo post tempore fuisse ea omnia in arca clausa, tum tempore Hierem. Ad quartum dico, ꝙ falsum est. Nam patres, nedũ illi verum, & concilia receperunt. Clemés epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini assumit ea verba, quæ habentur, 11. capit. Sine fide impossibile est placere Deo. Euaristus Primus, epist. 2. ex 4. cap. citat. Non est ulla creatura inuisibilis respectu eius, omnia nuda &c. Ignatius Pontifex, epis. 1. ad omnes Fideles vsurpat ex 2. ca. In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, &c. Sed quid demens in re manifestissima moror? Quorsũ alia testimonia afferre. De D. Hieronym. vero dicto, non curamus, nam quid detrimenti nobis enascitur, quòd eo tempore multitudo plebis pro Canonica non reciperet, quando Doctores & Ecclesia pro authentica venerabatur.

Obiectiones, quod non sit D. Pauli.

Secundi erroris Authores, sic ostendunt, non esse D. Pauli epistolam, sed Lucæ, vel Barnabæ, vel cuiuscunque alterius. Primo, ex Philastro, sic arguitur. Stilus non est similis ei, quo vtitur D. Pau. nam ipse de se loquitur. Non ueni ad uos in sublimitate sermonis 2. Corint. pri. ergo non erit D. Pauli. quia fauenda est. Secundo Melchisedech interpretatur Rex Iustitiæ, si Hæbreis scribit. cap. 7. ad quid sic exponere, eo magis, ꝙ est nugatio. Tertio, non proponit suum nomen, ut facit in aliis epistolis. ergo non erit sua. Quarto, cap. secundo, Dicit illum esse, qui audiernnt à Domino, & tamen Galat. primo, dicit, se neque per hominem, neque per Angelum, sed per reuelationẽ IESV Christi, nihil Apostolis conferentibus. Quinto, in vlt cap. D. scribit se cito reuersurum, at si appellauerat, quomodo promittit se cito reuersurum, unde paulò ante timore mortis fugeret. Sexto, illud testimonium, ex Psal. secundo. Quod scribitur, cap. 2. Filius meus es tu. D. Pau. exponit ad probãdam Christi resurrectionem. Act. 13. ergo non sibi constat. Septimo, Gaius Doctor celeberrimus inter Græcos, ut testatur Euseb. li. 6. cap. 16. reiicit ab epist. D. Pauli. D. Hierony. etiam. ergo non erit. Nam Gelasius dicit, quæ D. Hier. refellit, Ecclesia reprobat. Octauo, cuius sit non refert ut D. Hieron. ad Dardanum dicit. ergo ad quid tam diligenter perscrutari. Nono, confundit pactum cum testamento, & dicit esse uetus testamentum sanguine confirmatum. capit. 9. Confundit pactum, cum testamento, & dicit esse vetus testamentum sanguine confirmatum, cap. 9. & adducit uerba Moysis. Exod. 24. vbi non de testamento, sed de pacto loquitur.

Hæc ergo nostrum est soluere. Et primum quidem. Negatur ex stylo probari posse, imo vero ex eius facundia demonstratur esse D. Pauli. Nam quis vnquam natorum fuit, qui eleganti ori oratione non scribat, ac loquatur proprio, quàm externo, sic & D. Pau. quia Hæbreis Hebraice scripsit, est se ipso elegantior, & ea omnia in Græcum sermonem eloquentius traducta fuere, vt dicit Origenes Psalm. secundo. Ad secundum dico, quòd quæ annotauit aliquis in imagine, librarius posuit in textu, vel quòd erant forte verba Caldaica, vel Siriaca, iõ Apostolus apposuit eorum interpratationem. vt Golgota, & Epheta. Dicitur tertio, quia fuit ab alio interprete insertum, sicut in Genesi, & Exodo legitur, quod Benoni, & Beniamin, & Phasæ, quorum primum septuaginta verterunt filium doloris mei. Secundum filium dexteræ. Tertium transitum Domini. sic & de Melchisedech. Ad tertium, quod taceat nomen prudentissimè factum ab eo puto. Primo, quia erat odiosum, quòd ille qui erat ex circuncisione se nominaret gentium Apostolum. Et etiam ob humilitatem, quia nimis superbiebant Iudæi, ideo non vult se vocare Apostolum, nec alio nomine, hoc enim omnes obseruant, quòd non eodem ordine omnibus, scribunt. Vt ergo libentius, quæ in epistola dicebantur expenderent subticuit proprium nomen. Quod & D. Ioann. obseruauit in sua episto. Ad quartum. Qđ idem Apostolus dicit Galatis, ca. secundo, Se cum Apostolis contulisse Euangelium, quòd gentibus prædicauerat, ne forte in vacuum curreret &c. Ad quintum dicitur primo, ꝙ Dei spiritu monitus citò reuerti cupiebat, eo maxime quod biennium cõpleuerat Romæ. Dico secundo iam sedata erat Iudæorum inuidia, vel si non erat sperabat à Cæsare tute posse reuerti. Ad sextum dicitur, ꝙ illius Psalmi expositio

non

non pertinet ad Christi resurrectionem, sed vtramque eius natiuitatem, de qua in eadem concione loquutus fuerat, & à Ioã. tanquam Messiam ostensum. Ad septimũ dicitur, ꝙ D. Hier. loquitur ex cõmuni uulgi opin. Licet etiam aliqui dubitauerint eo tempore, tamen hodie res discussa est. Gelasius vero loquitur, non de approbatione librorum canonicorum, quandoquidem recipit, quos reijcit Hier. sed loquitur, quo ad ea, quæ Hier. scr. contra hæreticos, & illos damnat Gelasius, quos Hiero. confutauerat. Ad octauum dicitur, ꝙ multum refert nomen authoris, nam multi Codices ab ipsa Ecclesia reiecti sunt, quia non creditur illorum Authorum fuisse, quorũ nomine feruntur, & qui fallit in vno, in alio fallere posse creditur. Ad nonum dicitur, ꝙ apud Latinos significat interdum pactũ, & promissionem. Vt illud noui & æterni testamenti. & D. Pau. noui testamenti mediator, ad Hæb. 9. Dictum vero Exodi testamẽtum etiam significat, ut c. 24. & Hier. 31. & sic ad testamentum significãdum ponitur. Imò vero 70. Interprætes Berit Hebraicũ pro testamento interpretantur, & D. Hier. Malach. 7. ca. Et hæc pro defensione huius epis. dicta sint, &c. De quib. apud Patres locis citatis. & Canum, li. 2. c. 5. & c. 71. & Michael. de Medina, de recta in Deum fide. li. 6. c. 25. & Oeconomium li. 4. partitionum Theologicarum. & Six. Bibl. sanct. lib. 7. hæresi. 8.

Equalitas.

Equales non sunt diuinæ personæ. Arrius. HAE. Natura vna, & eadem est, in Diuiniss. ac Sanctissima Trinitate, ac per hoc nihil erit perfectionis in vna, quæ alteri non conueniat. Hoc dixit Athan. in Symbolo. Totæ tres personæ, coeternæ sibi sunt, & coæquales. Equalitas etiam (ne in æquiuocum incidamus) dicitur multifariam. Primo, qñ sunt æquè perfectè. Secundo sicut numeri tres, & tres sunt ęquales, quia nihil est in vno, ꝙ non sit in alio. Tertio duæ albedines æque extense sunt æquales, quamuis vna sit in maiori subiecto quàm alia secundum extensionem. Quarto, quando unum extensum non excedit, neque ab alio exceditur. Inæquale etiam tot modis dicitur. Primo modo æqualitatis Diuinæ personæ sunt æquales, quia æque perfectè, neq; vna est alia perfectior. sunt æquales etiam secũdum potentiam, nam quicquid factibile est ab vna persona ad extra, & ab alia est factibile. & omnem potestatem ęqualé oĩbus personis tribuunt Sancti. Alijs uero modis Diuinæ personæ non sunt æquales, quia nec extensæ. D. Thõ. 1. par. q. 2. 2. Bon. 1. dist. 9. q. 3. Cardi. Camer. 1. q. 10. art. 1. & Biel 1. dis. 19. q. 1. De his verbo Personæ.

Error.

Error est iudicium falsum qui esse poterit in intellectu practico, & speculatiuo, & error circa principia speculatiua, & practicabilia grauissimus est. & in applicatione ad particulare, & propter passionem, contingit errare, & circa finem in prosequendo. Vel ut ait D. Aug. errare, est verum pro falso putare. Et error dupliciter fugi potest. primo ne consensum præbeamus. Secũdo, ne ei pertinaciter adhæreamus. De quo D. Th. 2. 2. q. 154. 12. c. Biel 3. dist. 25. q. vnica, art. 2. Errores circa fidem in principio annumerauimus.

Esaias.

Ad Esaiam mittit Ezechias nuntios ob Sennacherib. 4. Reg. 19. a

Esaias promittit Ezechiæ victoriam. 4. Reg. 19. b

Esaias Ezechiam increpat ob ostentatos thesauros legatis Regis Babyloniorum. 4. Regum 20. c

Esaias, quo tempore prophetauerit. Esa. 1. a

Esaias uidit gloriam Dei. Esa. 6. a

Esaias mittitur ad Iudæos. Esa. 6. c.

Esaiam legit populo Christus. Luc. 3. b

Esaias non fuit Propheta Sanctus. HAE. Esaias, seu Isaias, uel Iesaias, maior fuit omnium Prophetarum iuxta numerum uersuum, fuit filius Amos Ciuis Hierosolymitani, nõ ille, qui inter duodecim Prophetas connumeratur, sed alius. fuit Esaias vir nobilis, & eloquẽs. Fuit nedũ propheta sed fermè Euangelista nuncupari potest, tam apertè Ecclesiæ mysteria explicauit, ut uideatur præsentia texere, non futura prenũciatio, de quo affirmat D. Aug. 9. confessio. c. 5. qđ fuit Euangelij, vocationisque gentiũ prænunciator omnib. alijs apertior. Prophetauit autem in Hierusalem sub quatuor re-

gibus, sub Ozia, Ioathan, Acaz, & Ezechia Regibus Iuda, cœpit autem tẽpore Oziæ. Licet etiam prophetauerit tempore Ezechiæ, nullam tamen de illius tempore facit mentionem, quia fuit pessimus in cultu Idolorum, & in occisione Innocentium. suo tempore prophetauit Oseas, Ioel, & Amos, ut cognoscimus ex Regum nominibus, quæ proponuntur in titulo. Prophetauit pręcipue contra Hierusalem, et etiã contra Babylonias Philisteas, Damascenas, Aegyptias, Idumeas, ac Tirias, & contra has gentes uisiones vidit. Hic corporis castigatione, superauit multos, & nudus, & discalciatus ad tertium annum incessit. Moritur sub Manasse Rege Iuda, ut Iudæi ferunt, serra lignea serratus, ac in duas partes dissectus est. Sepultusque est sub quercu Rogel, iuxta transitum aquarum in Beniamin Tribu, circa Annum ab orbe cõdito, ter millesimum ducentesimum quadragesimum, & ante Christi Natiuitatem septingentesimum vigesimum octauum. Huius prophetiam pręcæteris Dominus legit, quia de eo explicatius prophetauit. Hæc ex Athan. in Synopsi, D. Hieronym. in prologo. D. Aug. lib. 18. de ciuit. Dei, ca. 29. Origen. lib. 7. contra Celsum. & super Esa. hom. 1. Io. Lud. Viues, de ciuit. Dei, lib. 18. c. 24. Eius vero prophetia nedum à Iudęis, sed ab Ecclesia fuit recepta. Est tamen quidam liber Apocriphus Esaiæ, qui dicitur Anauasis, id est ascensus, de quo Epiph. li. 1. & 2. Panarij. Et D. Hier. c. 64. in Esaiam, super ea uerba. A sęculo non audierunt, neque acceperunt. ait. Ascensio Esaiæ, & Apocalypsis Heliæ hoc habent testimonium, & per hanc occasionem Lusitaniæ deceptę sunt mulierculæ oneratę peccatis. Orig. in c. 13. Matth. citat Esaię Apochryphum, &c.

Esau.

De Esau, & Iacob, quid responderit Deus cõsulenti ipsum Rebeccę. Gen. 25. c

Esau nascitur quem diligit Isaac. Gen. vigesimoquinto, d.

Esau vendit primogenituram fratri suo Iacob. Gen. 25. d

Esau gnarus venandi, & homo agricola. Genes. 25. d

Esau ducit vxores irritantes spiritum Isaac, & Rebeccę. Gen. 26. g

Esau iussu patris it venatum. Gen. 27. a

Esau benedictionem præripit ipse Iacob. Genes. 27. d

Esau seruus Iacob fratris sui constituitur. Gen. 27. f

Esau filio suo benedicit Isaac. Gen. 27. f

Esau odit fratrem suum Iacob, eique mortem minatur. Gen. 27. f

Esau contra uoluntatem patris, & matris accipit uxorem de filiabus Ismaelis. Genesis 28. b

Esau cum quadringentis uiris proficiscitur in occursum fratris sui Iacob. Gen. 32. b

Esau placatur ipsi Iacob. Gen. 93. a

Esau offert se comitem itineris fratris sui Iacob. Gen. 33. c

Esau suscipit munus à fratre Iacob. Genesis 33. c

Esau reuertitur in Seir. Gen. 33. d

Esau generationes. Gen. 36. a

Esau ditissimus. Gen. 36. a

Nè simus fornicatores, & prophani, vt Esau hortatur Apostolus. Hebr. 12. d

Esau saluus, ac iustus fuit. HAER. Apertum est testimonium D. Pauli. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. ad Rom. cap. 9.

Esdras.

Esdras edicto Regis Artaxersis sumptis comitibus ascendit Hierosolymam. primi Esrd. 7. a

Qui cum Esdra ascenderint Hierosolymam. 1. Esd. 8. a

Esdræ libri duo non sunt Canonici. HAER. De Esdra scribit Iosephus lib. vndecimo, capitu. quinto. Erat autem in Babylone uir iustus, & gloria magna positus apud multitudinem, primus populi Sacerdos, nomine Esdras, qui cum legum Moysi integram haberet experientiam. Xersi Regi amicus factus est. Quem in literis suis, Lectorem nominat legis Dei, deditque ei plenam uitę, ac uerę Religionis instituendi facultatem, sic ei scribens inter cętera. sed etiam tu Esdra, secundum Dei scientiam censores ordina, qui Syriæ, & Pheniciæ, tuam legem scientibus indicent, eamque discendam ignorantibus trade. Et si quis ex gente tua, Dei legem, vel Imperatoris transgressus fuerit, puniatur, vel morte condemnetur,

netur, aut pecunijs, &c. Atque hunc Esdrã contigit post gloriam, quam apud Deum habuerat, in senectute veneranda finire vitam, & in Hierosolyma multa sepelliri liberalitate. Hactenus Iosephus. Esdras fuit filius Saraiæ ab Aaron Sacerdote magno duodecimi, Scriba legis Domini ingeniosus, & velox, librum edidit suo nomine prænotatum, in quo reditum populi ex captiuitate Babylonica refert, & Hierosolymæ instaurationem, ac templi erectionẽ. Primus & secundus est authenticus, apud nos. Græci uero tertiũ, quem ut Apochryphum reiicimus, illi primo loco ponunt, & primum librum appellant. Secundum vero librum Neemias scripsit filius Helchiæ, Sacerdos, & in captiuitate Pincerna Regis Artaxersis, & unà cum Esdra claruit, Anno ab orbe condito ter millesimo quadrigentesimo uigesimoprimo, qui fuit Iudaicę liberationis tertius, & ante Christum quingentesimus quadragesimus primus. Concilium Tridentinum recipit tantum duos primos, nec tamen tertius, & quartus sunt omnino reiiciendi. Nam disputatio illa, quid nam sit fortior, & quòd veritas sit mystice de Christo exponi potest, ut ait D. August lib. decimoocta, de ciuit. Dei, capit. 36. D. Ambros. etiam quartum librum recipit. Non ergo omnino sunt refellendi tertius, & quartus, licet nec tanquam Canonicos receperit Ecclesia, quia, vt ait D. Hieronym. uana, meraque somnia continent. Isidorus etiam libro sexto, Ethymolog. capitu. vigesimo. reijcit tanquam apocriphos tertium, & secundum. At loquitur secundum diuisionem Gręcorum, non secundùm nostram, apud eos tertius, nec canonicus est apud nos, & secundus recipitur, quia pro uno uolumine computatur apud Hębreos.

Esther.

Esther ad Regem Assuerum introducitur, quę prę cęteris illi placens, Regina efficitur. Est. 2. c

Esther petit à Mardocheo per Eunuchum, quare lugeat. Esth. 4. b

Esther ad Regem ingressura iubet, pro se orare. Esth. 4. d

Esther intrans ad Regem, petit, ut ipse, & Aman ad conuiuium ueniant. Esther, quinto, a.

Esther in conuiuio pro se, & pro populo Regem Assuerum rogat. Esth. 7. a

Esther oratio ad Deum pro liberatione populi sui. Esth. 14. a

Esther liber non est canonicus. Anabatistę. HAERET. Dubitarunt de eo antiqui patres, sed tamen Iudei eum semper receperunt, & concilia inter canonicos computarunt, ut omne dissidium, ac anceps opinio tolleretur. Licet ergo Melito Sardensis Episcopus, Gregorius Theologus, & Athanas. de cathalogo eiecerint; tamen post diutinam discussionem fuit inter sacros ascriptus. De eius Authore etiam quis nam ediderit, dubij sunt Doctores. Aliqui affirmant ab Esdra fuisse editum, inter quos Isid. lib. 6. Ethimolog. Alij existimant fuisse Iochim summum Iudæorum Pontificem, inter quos Philo Iudęus. Plerique Latinorum putant à Mardocheo æditum, cui opinioni fauere uidentur uerba noni capitu. huius libri. scripsit itaque Mardochæus omnia, & litteris comprehensa misit ad Iudæos. Scripsit autem Mardochæus omnia, quæ habentur à principio libri, vsque ad ea verba, quæ in principio decimi capitis ponuntur. Cætera vero sex capitula, vsque ad finem libri ab incerto Græco scriptore addita sunt ex diuersis historijs, præcipue vero ex vndecimo libro Antiquit. Ioseph. Claruit Mardochæus vnà cum Ioachim Iesu Sacerdotis magni filio, sub Artaxerse Rege Persarum, & Medorum, ac mortuus anno 198. vitæ suæ, circa annum ab orbe condito ter 1600. Quod uero mouet Anabatistas librum esse Apocripsum ex verbis D. Hieronym. Certè eius sensum non perceperunt: Qui fatetur se ad Hebraicam veritatem emendasse. Sex uero vltima capitula, Ecclesia Catholica tanquam Asciticia, & Apocrypha negligit, quòd concedimus, quia inserta ab alio fuere.

Essentia.

Essentia Diuina non communicatur equè perfectè tribus personis. HAERET. Primo loco expono, quid nomine essentię significetur.

cetur. Secundo confuto errorem. Nomine essentiæ intelligimus diuinam naturam, quæ communis est tribus personis. Vt scribit Magister primo sent. dist. 5. Et quæ tota in singulis. significat enim vnam naturam simplicissimam infinitam, summe perfectam, summè bonam in tribus existentem personis ait Scot. & Giugl. primo dist. 5. est ergo vna res summa extra Trinitatem. Biel vero ait essentia est in omnibus personis, non sic relatio. Et Rursus, essentia diuina identificat sibi omnia. Et apud Dam. est Pelagus quoddam infinitæ substantiæ. Essentia est omnibus modis eadem intellectui, & uoluntati, & quibuscunque absolutis, nec ab aliquo distinguitur realiter, sed tantum formaliter. Ideo non tantum est intellectus, & uoluntas, sed intellectio, & uolitio. Hæc etiam est speculum repræsentatiuum omnium creaturarum ipsi intellectui creato. Hæc de essentia diuina. Confutatur hæresis. Nam Dominus dixit, Ego & pater vnum sumus. Item. Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & ij tres vnum sunt. Hoc idem ex symbolo Athan. & communi Doctorum sententia. Biel 1. dist. 2. quæst. prima & dist. 10. q. prima, & dist. 28. q. prima. Scot. 1. distinct. 5.

2 *Essentia diuina generat.* Ioachin. HAER. In Concilio Lateran. generali tempore Innocentij III. fuit error Ioachin damnatus, & statutum, quòd essentia non generat, nec generatur. Nam generans, & genitum realiter distinguuntur, quare si essentia gignit essentiam, ipsa distingueretur à se ipsa vel non esset vna omnium personarum, quod est hæreticum, quia nec esset vnus Deus tantum. Scot. etiam primo di. 5. ait. Nos sacro approbante Concilio, credimus, & confitemur cum Petro, scilicet quòd una summa res est essentia, vel natura diuina, quæ nec generat, nec generatur D. Tho. 1. par. q. 39. art. 5. Impugnat etiam ex nomine. Quia essentia non supponit pro persona, sicut hoc nomen Deus, ideo quæ personarum sunt non debent attribui essentiæ. Falsa ergo est propositio si stat Deus, pro essentia in abstracto, vera in cócreto, Deus generat Deũ. Caiet. ibi.

3 *Essentia diuina participatur à tribus personis.* Scandalosa. Non satis est concedere, quòd vna sit diuina essentia indiuisa in tribus personis, sed saluare, ac pronunciare, uel exprimere debemus illum modum identitatis, qui scandalum parere non possit, nec aures offendere debeat, nam ex verbis inordinatè prolatis, ut author est D. Hierony. incurritur hæresis. Qui ergo hanc præassumptam propositionem probare, ac tueri uolunt, certè scandalosè loquuntur. Nam illa vox participare, significat partem capere. At diuina essentia est tota ut diximus, ac indiuisibilis in una quaque persona, ergo nõ bene dicitur, quòd participatur, nec unquam apud Doctores inuenitur hic loquẽdi modus.

4 *Essentia est Pater, est nè uera propositio?* Affirmat D. Tho. quòd personæ possunt prædicari de nominibus essentialibus: Nam dicimus essentia est pater. Quæ propositio, nõ sicut inferior de superiori, quia non est vniuersale, nec particulare in Deo, sed est vera propter identitatem. Caiet. annotat, quòd D. Tho. de poten. q. 8. arti. 2. sextum dicit. Quod hæc propositio non est per se, quando paternitas prædicatur de essentia, imo accidẽtalis, ac sophisma committitur. obseruandum ergo, quòd propositio per se duplex est. Quædam identica, alia formalis. Identica per se non uocatur per se absolute, sed cum determinatione, scilicet identica per se. Illa vero dicitur per se absolute. Quia ergo hæc propositio non est per se formalis, ideo nec per se simpliciter, sed est identica, quia non accidit Deo esse patrem, ideo nec est per accidens, interuenit tamen fallacia accidentis, quo ad identitatem formalem. D. Tho. 1. par. q. 39. 6. & Caiet. ibi. Hic etiam ex Bon. annoto, quòd essentiale dicitur multipliciter primo, pro eo, quòd dicit essentiam rei tantum, sicut species dicitur essentiale indiuidui. Secundo pro eo, quòd est de essentia, & constitutione rei, ut materia, & forma. Tertio pro eo, sine quo res non potest esse, nec intelligi, vt vnitas, veritas, bonitas. Quarto, pro eo sine quo res non potest cogitari habere perfectum esse, vt sunt potentiæ animæ. Hæc Bon. 1. d. 3. q. 3. Brulifer. 1. d. 3. q. 3. in fine.

Eternitas.

Eternitas non conuenit Deo. HAER. Non discrepãt Philosophi, in hac re à Theologis, nam & illi affirmant Deum semper fuisse, &

& eſſe æternum, quòd D. Tho. probat. 1. cō-tra Gent. cap. 15. Nam Deus eſt omnino immutabilis, ergo fuit ſemper. Rurſum, Deus habet eſſe totum ſimul, ergo non mutatur ergo æternus. Tertio, ſi Deus non ſemper fuit, ergo incepit eſſe, ergo non eſt Deus. Videamus modo, quid ſit æternitas. Boet. libro 5. de conſol. ait. Eternitas eſt interminabilis vitæ, tota ſimul, ac perfecta poſſeſſio, quam exponit D. Thom. 1. par. q. 10. 1. Et obſeruandum, quòd tunc intellectus format conceptum æternitatis, quando appræhendit informitatem rei omnino immobilis. Obſ. ſecundò. Quod ſicut eſſe temporis conſiſtit in numeratione, & ſucceſſione, ſic eſſe æternitatis in eſſe ſimul. Nam diuinum eſſe, eſt totum ſimul realiter extra intellectum. Et ſicut ratione temporis eſt cō-pletiue ab anima, ita eſſe æternitatis eſt ab anima in appræhenſione vniformitatis, nō tamen completiue ſicut tempus, ſed in appræhenſione tantum vniformitatis, quo loci errat Ferr. qui arbitratur rationem æternitatis eſſe ab anima completiue, melius eſt ſequi Caiet. Nam conſiderat, vel non cōſiderat ꝙ intellectus æternitas habet ſuā completam rationem. Ratio ergo æternitatis eſt uniformitas, ſicut temporis diſformitas. Obſ. tertio. Quod æternum multipliciter ſumitur, vt ſcribit Alex. Alen. parte 2. ſummæ. Primo pro eo, quòd non habet principium neque finem. Quomodo ſolus Deus eſt æternus, & hoc docet articulus ēt Pariſienſis. Secundo, pro eo, quòd habet principium, ſed non finem, de quo Ioan. 7. Hæc eſt vita æterna. Et in ignem æternum. Tertio, pro eo, quòd non habet finem humana acceptione, ſicut dicitur, Viuat Rex in æternum 3. Reg. 1. Quarto, pro eo, quòd non habet finem ſignificatiue, ſic circuncisio dicitur fędus æternum, quia figurabat æternum, & Sacerdotium Aaron dicitur æternū, quia ſignificabat æternum Chriſti Sacerdotium. Et ſic multa dicta ſacræ ſcripturæ, & Sanctorum conciliantur. Hæc ex Alenſi, ac D. Thoma.

Eua.

Eua non propriè eſt formata ex coſta Adæ, ſed myſticè loquitur Moyſes. HÆR. Eorum ſententia, qui interprætantur uerba Gen. 2. D. Immiſit Deus ſoporē iu Adam &c. Quod non ſecundum hiſtoriam accipienda ſint, ut litera ſonat, ſed ſecundum myſterium nō allegoriæ, ſed parabolæ, hæreſis eſt, quoniam contraria eſt expoſitioni omnium Sāctorum, qui ſecundum literalem interprætationem contendunt, ex coſta Adæ Euam eſſe formatam, & Concilio Trid. ſtatuit, ut nemini liceat, exponere contra Sanctorum mentem. Argumentum, vero eorum, nempe, quod coſta eſſet ſuperflua in Adamo, uel eſſet monſtrum. Soluitur ab Vgone Victorino in libro Annotationum in Geneſim Friuolum eſt ait, quia nec dētes puerorum, qui poſtea mutantur dicuntur ſuperflui nec ipſimet, quamuis nondum habeāt naturæ augumentum diminuti iudicantur. Hæc Vgo Victorinus. D. Chryſoſt. quem in ſui fauorem citant, dicit, quòd uerba Moyſis, non craſſo, & humano more cum Antropomorphitis accipiamus, uel cum Arrianis inter Deum, ac Dominum diſtinctionē ponamus, quia utriuſque eſt una eſſentia. D. Thom. 1. par. q. 92. artic. 3. Docet, quòd coſta illa fuit in Adamo, ut in principio naturæ atque ideo nec ſuperflua, nec diminutus fuit Adam poſt formationem Euæ, ſic nec ſuperfluus eſt homo retinens ſemē, nec diminutus quando fuerit ab eo deciſum. Formatio uero Euæ ſignificauit matrimonium inter ipſam & Adam, inter Chriſtū, & Eccleſiam, & quod ſacramenta à latere Chriſti dormientis in Cruce fluxerunt, & ꝙ ex eo fuit tūc Eccleſia formata, ſicut Eua ex Adamo.

Euangelium.

Euangelium D. Matthei eſt reſcindendum. Ebiō. HAER. Fuit hæc hæreſis non multo poſt Apoſtolorum tempora ſeminata. Ebionis vero Diſcipuli, ſicut diuerſas de Chriſti natiuitate habuerunt opiniones, ſic & de Euāgelio Diui Matthei. Quas Anabatiſtę, ac Seruetani, hanc hæreſim extinctam, ad auras reuocarunt. Contra quos eſt Eccleſiæ Catholicæ authoritas, ac Conciliorum, quæ afferre in re manifeſtiſſima ſuperuacaneū, eſt. Ratione id demonſtrat D. Aug. lib, 33. contra Fauſtum. cap. 6. Si illi Hipocrati Platonis, Ariſtotelis, Varronis, ac aliorū libros recipiunt, quare non recipiemus eos, qui ex Apoſtolis ad omnes Eccleſias deuenerunt. Secundo, quomodo tot Sancti fuere dece-

decepti, Origen. Tertulli. Ireneus, Cyprianus, & alij sic argumentãtur de vtilitate credendi. ca. 3. Tertio, ex eodem libro contra Faustum. Pollicitus est vsque ad consummationem seculi nobiscum permansurus Dominus, ergo veritas est in Ecclesia. Quarto, si aliquid mẽdacium admittatur in Euãgelio profectò peribunt omnia. Quinto, si Euangelium non est authoritatis, qui nam codex erit? Alcoranus? Sexto, si vnicuiquę pro vt lubet poterit aliud Euangelium producere, quæ erit fides vniuersalis?

Obiectiones Hæreticorum contra Euangelium D. Matthei.

Manichei, atque Anabaptistæ. Primo impugnãt Euangelium D. Matth. Quod ipse non scripserit autumant. Quia. cap. 9. dicit. Vidit hominem nomine Mattheum sedẽtem in Teloneo &c. Quis non dixisset vidit me, & sequutus sum, & vocauit me. Secundo. D. Matth. fuit Hebræus, ergo Hæbraica lingua debuisset scribere. At lingua Græca fuit scriptum, quia dicitur. ca. 1. Vocabitur nomen eius Emanuel, quòd interprætatur nobiscũ Deus. Et cap. 28. Heli, Heli &c. Et Epiph. lib. 1. her. 30. dicit è lingua Gręca in Hæbraicam fuisse translatum. Tertio, augetur dubitatio, quia quando scripserit D. Matth. non conueniunt Doctores. Nam Euseb. Cæsari. in Canonicis refert illud scripsisse, dum Petrus Antiochenam regeret ecclesiam. Ireneus vero, ꝙ quando Petrus, ac Paulus Romæ euangelizabant. Quarto, Euangelium est ipsa prædicatio Saluatoris, ad quid ergo eius genealogiam intexere. Quinto, prima duo capitula potius Genisidium quàm Euangelium debet appellari, nam & dicitur liber generationis &c. Sexto D. Marcus, qui est D. Matt. abbreuiator prætermisit hanc genealogiam, & exorditur ab Euangelij prædicatione. Septimo, varij sunt Euangelistæ. Nam Ioannes, & Marcus Deum ex homine natum non scribunt, nec Mariam nec Ioseph Christi genitores. Octauo D. Lucas, & Matth. non conueniunt in genealogia. Nam Matt. facit Ioseph filium Iacob nepotem Mathan, pronepotem Eleazari ex stirpe Dauid per Salomonem deducta. Lucas vero facit filium Heli, nepotẽ Matath, pronepotem leui ex stirpe Dauidis nõ per Salomonem sed per Natan. Nec soluit dictum D. Augustini, ꝙ quidem homo habuerit diuersa nomina. Nono, Euangelium hoc à generatione vsq; ad baptismum, nunquam dicit Christum esse filium Dei, sed tãtum Dauidis, quasi ꝑ baptismum sit factus filius Dei, vt dicunt Ebionitæ. Decimo, Christus non est filius Dauidis, quia nec Ioseph, sed tantum Virginis, quæ non fuit eiusdem tribu cum Dauid ex qua Reges sunt, sed fuit ex tribu leui, vnde Sacerdotes sunt. Hinc & Luc. ca. 1. dicit esse cognatam Elisabeth de filiabus Aaron quomodo ergo hæc genealogia pertinet ad stirpem Dauid? Vndecimo, qui scripsit Euangelium non vidit IESVM ergo non facit testimonium, quia nec vidit. Hęc sũt Fausti argumenta. Decimosecundo, addunt Anabaptistæ, Ieconias in captiuitate Babylonica mortuus est sine filijs extincta fuit in eo regia stirps, vt Hierem. dicit. cap. 22. Hæc dicit Dominus scribe virum istum sterilem, & orbum, non ergo habuit filium Salatielem, neque alium. Tertiodecimo, Mattheus à Luca in genealogia dissentit. Nam hic à Dauide vsque ad Christum viginti octo, vel viginti septem numerat. Imò discrepat à semetipso, quia cũ ab Abraham ad Christum tres generationum tesseradecades esse dicat, in vltima tesseradecade non quatuordecim, sed tredecim generationes captauit. Lucas etiam à Dauide vsque ad Christum quadraginta tres generationes enumerat. Quartodecimo, Dominus dixit. Non veni soluere, sed adimplere, quem testem producit, de hoc, cum Ioannes, qui fuit in monte non dicat. Quintodecimo, quod habetur Matth. 8. Multi venient ab oriente, & occidente, & recumbẽt cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cęlorum. Lucas non meminit, qui pariter historiam Centurionis scribit. Sextodecimo, historiam Magorum nemo, nisi Matth. scribit, nec Iosephus, qui exactissime scribit historiam Herodis, nec etiam puerorum cędem. Decimoseptimo, c. 2. dicitur, ꝙ Nazareus uocabitur, ꝙ in veteri testamento nõ reperitur scriptum. Decimo octauo, illud etiã. ca. 8. Ex Ægypto uocaui filium meum nullibi reperitur. Decimonono, quòd etiã adducitur de occisione infantium aliud dictum. Vox in rama audita est, de Rachele Filios in captiuitate intelligitur, ꝙ suadent verba protinus subiuncta. Hæc aduersus

Mat-

Matthei Euangelium producunt hæretici Anabaptistæ. Adduntalij. Vigesimo, Matt. c.27. pro Zacharia, Hieremiam scribit, ergo falsus. Vigesimoprimo, D. Matth. ait. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es. At textus dicit. Et tu Betleem effrata, paruulus es, in millibus Iudæ, ex te mihi egredietur. Vigesimosecundo, Matth. c. 24. Fulgur pro fulgore, qui ab oriente pertingit ad occidens accipit, at non sic fulgur ergo errauit.

Diluuntur obiecta.

Ad primum quidem est Theologorum respõsio, quòd cum aliquis sua narrat, tanquam de alio suam texit narrationem. Hoc obseruauit D. Ioan. c. 21. de se loquens. Conuersus Petrus vidit illum discipulum, & cætera. Imo Deus de se ipso loquens ait. Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidẽ in terra? Matth. 11. D. Ioannis. c. 5. Quando mortui audient uocem Filij Dei. Et iterum Venit filius hominis manducans, & bibens. Et alibi. Cum venerit filius hominis in sede maiestatis suę &c. Ad secundum Dico cum Origene. Et Ireneo lib. 3. c. 1. Et Eusebio lib. 3. Hist. Eccl. Et ex Pantheno li. 5. & 6. Quod Mattheus Hæbraicè scripsit, nec aliquid concludunt illę interpretationes, quæ ab interprætę additæ sunt. Vnde Gen. 31. nomen Galaad exponitur. Hoc est Tumulus testis, & cap. 35. Benoni, hoc est filius doloris mei. Et Exod. 12. Pesach. idest transitus Domini. Hoc ipsum fecerunt alij, ad secundum ergo sic responsum esto. Ad tertium facile respondetur, nec authores illi pugnant de tempore, quandoquidem testatur Euseb. li. 3. hist. Eccl. c. 24. Quod Matth. prius in iudea proprio idiomate scripserit, & postea iuxta Ireneum euulgauerit, cum è Iudæa ad gentes commigrasset. Hæc quarto argumento confutando, dicta sint. Ad quartum ita respondeo, quòd omnia illa pertinent ad Euangelium, hoc est bonã nunciationem. Argumentationi quoque quintæ ex hoc respõdetur, quòd generatio illa pertinet ad Euangelium, sicut & Ioannes, qui ab æterna generatione exorditur. Sextum vero refellitur, dicendo, quòd non prætermisit genealogiam D. Marcus, vt superfluam, sed quia satis descripta fuit à Mattheo. Cum septimo loco obijcitur, dico, quòd Filius Dei dicitur, & hominis, secundum diuersas naturas. Octauo respondet D. Aug. lib. 2. de cons. Euang. c. 3. Quod Ioseph habuit duos patres, atq; auos, unũ naturalem alium adoptiuũ, ꝙ fuit antiquis consuetum. Nam legimus fœminas adoptasse sibi filios, non ex utero natos sicut Sara, & Agar, & Lya ex ancilla sua, & filia Pharaonis Moysen adoptauit. Ipse autem Iacob nepotes suos filios Ioseph adoptauit. Hæc D. Aug. Affricanus uero lib. 3. hist. Eccl. c. 3. Dicit Ioseph aliũ patrem habuisse secundum legem, qui fuit Heli, cuius historia scribit Lucas, alium secundum naturam de quo D. Mattheus, Hanc expositionẽ Damas. lib. 4. ca. 6. & Hieron. in commentarijs sequuti sunt, & de octauo nimis, multa que dicta sunt. Nonum breuissimè refutabitur. Et dico, ꝙ Faustus mentitur, ꝙ Matt. nõ dixit Christum esse Filium Dei, nisi post baptismum. Nam describendo parentes Saluatoris dixit de Spiritu Sancto fuisse cõceptum. Ad decimum vero respondeo, ꝙ Christus secundum carnem est de semine Dauid ex parte Ioseph, cui Angelus dixit. Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Matt. 1. Et ex parte Mariæ, quæ fuit ex semine Dauid, & etiã Leui saltem, quia adoptata fuit, & sic ex sacerdotali, ac regali progenie natus est, ut affirmat. D. Aug. lib. 1. de cons. Euang. c. 2. Vndecimum sic soluo. Quare ergo credit Ecclesia D. Ioanni dicenti. In principio erat verbum. Vbi vidit hoc? Non ergo exigitur, vt uiderint, quæ scribunt Euangelistę. Ad decimumsecundum, sic respondeo. Salatielem filium fuisse Ieconiæ, quem in Babylone eductus de carcere genuit, ut scribit Philo Iudæus. Hieremias non de sterilitate prolis, sed regni loquit, quia Ioachim non reliquit filium successorem in regno. Ad decimumtertium dico, quòd numerus diuersus est in genealogia apud Lucam, & Mattheum, quia ex diuersis eam exordiuntur. Et D. Hieron. dicit, ꝙ duo fuere Ioachim frater & filius, & sic genealogia quorum uterque Ieconias cognominatus est: Ad decimumquartum respondeo, ꝙ nõ est inconueniens, ut ea uerba aliquis tacuerit, & alius dixerit. Hoc eodem modo soluitur & decimumquintum argumentum. Ad decimumsextum, respondeo, ꝙ neganda sunt, quæ scribuntur ab uno tantum negemus

mus generationem verbis primi capitis D. Ioannis, nec scribunt alij Euangelistæ aduentum Magorum, & infantium cędem, quia satis hæc refert D. Mattheus. At ꝙ Iosephus nõ meminerit nihil ad nos, nam & multa alia non scribit, vel incuria, vel malitia obcęcatus, scribit hanc cędem Philo Iudæus lib. 3. Suæ Cronographiæ scribit Macrobius. lib. 2. Saturnalium. De stella etiam scribit Calcidius. li. 2. in Thimeũ Platonis. Ad decimumseptimum dico, ex D. Hiero. Quod illud dictum Nazareus uocabitur, non ex aliquo Propheta adducit, sed indefinitè, apud Esa. etiam c. 2. dicitur. Exiet uirga de radice iesse, & Nazareus de radice eius ascendet. Ad decimumoctauum dico ꝙ apud Oseam habetur capi. 11. Ad decimumnonum respondeo, ꝙ illa verba, quæ iuxta literalem sensum de Rachele dicuntur iuxta mysticum de cęde infantium dicuntur, vt docet D. Hiero. Hæc pro defensione Euangelij D. Matthei dicta sine modo. Ad vigesimum, respondeo, quòd fuit aliorum malitia, aut librariorum, ut Euseb. lib. 10. de Demon. Euang. ait. Et Orig. D. Hieron. & Caiet. D. August. de consensu Euag. 3. c. 7. ait, eodem spiritu esse scripta, & non refert, vt vnius sententiam alteri tribuas. Ad vigesimumprimum respondeo, ꝙ cum Hæbraica lectio non habeat coniunctionem potest tota oratio accipi, ut secundum membrum sit causa primi. Ad vigesimumsecundum, dicitur ꝙ forte fuit in curia Librariorum, quoniam uoces sunt similes. Aduentum ergo suum similem fulgori dixit, quia subito erit. Nec fulgor statim, sed sicut Sol paulatim oritur, nec statim apparet, ita fulgor. Sic ergo tolluntur obiecta.

Euangelium D. Marci, quod Ecclesia legit, falsa continet. Anabaptistæ. HÆR. Receperũt, Ebion Cherinthus, & Marcion Euangeliũ D. Marci, sed Anabatistæ aliqua in eo repudiant, eo quòd ab alijs fuerit deprauatum. At cum Ecclesia sic tot seculis illud approbauerit, & Concilia legendum fidelib. proponuerint, & tot Sãcti interprætati sunt, nõ remanet nisi cauillandi locus, & dubitationem omnem amouere purgamus.

Obiectiones contra Euangelium D. Marci.

Dubitant Anabaptistę, quia Euangelista in ipso exordio citat illud dictum. Ecce ego mitto Angelum meum &c. Ex Esaia, quod tamen est Malachię 4. c. Vnde D. Hiero. super Matth. dicit hunc locum ab alijs deprauatum. Vel dato, quòd non curauit Euangelista cuius fuerit dictũ tamen Propheta loquitur de Helia non de Ioanne Baptista. Secũdo, postremum caput non esse ab ipso Euãgelista conscriptum, sic probant. Quia contraria de resurrectione, & apparitione Christ. scribit, quæ non conueniunt cũ alijs Euangelistis. Tertio, illud c. in multis codicibus græcis non reperitur, ut D. Hieron. q. 3. ad Hedibiam tradit. Quarto, D. Hiero. & alij non nulli testimonia ex hoc capite adducta, non recipiunt. Quinto, quę D. Matth. scribit fuisse vno tempore testatur, hic multo ante euenisse scribit. Sexto, idem est author Euangelij D. Matthei, & Marci ait Erasmus, & malitia quorundam sic distincte legitur. Septimo, dicit hora tertia crucifixum, & tamen fuit hora tertia condennatum.

Vt obiectionibus satisfaciam à primo exordiamur, quod olim perfidus Porphyrius nobis obiecit. Dico ergo primo, quòd textus, nullum ex nomine citat Prophetam, sed dicit sicut scriptum est in Porphetis. Dico secundo, quòd ab Esaia sunt scripta secundum sensum si non secundũ uerba. Dico tertio. Quod quia statim citauit uerba Esa. quæ habentur. c. 40. Parate uiam Domini &c. sub eodem authore ista duo retulit. Dico quarto, uitio scriptorum additũ fuisse nomen Esaiæ, nec sequitur totum Euangelium esse corruptum, quia unum uerbum modici momenti, non uitiat codicem. Prima tamen responsio ponitur ab Epiph. lib. 2. aduersus hæreses, Hær. 2. & eo modo legitur in Bibliothecha Vaticana. Quod vero addunt non loqui de Ioãne Baptista, sed Elia decipiuntur. Ad secundum dico, quòd licet olim non fuerit postremũ illud caput receptum, hodie tamen sine cõtrouersia legitur, sed non sine Corodine, quia ex Apochripho fuit collectum. Dicebatur enim. Quia illis, qui uiderant eum resurrexisse, non crediderant, & illi satisfaciebant dicentes. Seculum istud iniquitatis, & incredulitatis substantiæ est, qui non sinit per immundos spiritus ueram Dei appræhendi uirtutem. Idcirco iam nunc reuela iustitiam tuam &c. Quę omnia deleta sunt.

Et de his loquitur D. Hierony. non de toto capite, quòd de Græco traduxerat, ac exposuerat. Contrarietatem vero resurrectionis soluit D. Hieron. Quod D. Matth. loquitur quando Dominus surrexit uespere sabbati. Marcus uero quando eum uidit Maria Magdalena. Quod demonstrat D. Ioannes mane alterius diei uisum esse. Ad tertium dicitur, quòd capitulum etiam apud Græcos reperitur, sed non illa apochripha. Ad quartum respondeo ꝙ D. Hieron. loquitur de Apochriphis, quæ non sunt recepta, sed abrasa. Ad quintum dicitur, quòd D. Marcus scripsit Euangelium Hæbraice, vt à Petro audiuit. Nec curauit ordinem temporis, sed narrationis tantum. Non ergo peccauit, quia scripsit, quæ sparsim audiuit. Ad sextum eadem facilitate contemnitur, quo probantur eius dicta. Ad septimum, respondeo primo, quòd dies seccatur sicut & nox in quatuor uigilias. Prima à diluculo usque ad tertiam. Secunda à tertia usque ad sextam. Tertia à sexta vsque ad nonam. Quarta à nona usque ad occasum, & sic omnia conciliantur. Dico secũdo, ꝙ fuit scriptorum incuria, qui loco S, in Y, verterunt, & quòd Marcus posuit 6. alij scripserunt 3. Sic Theoph. in Cat. aurea apud D. Tho. in Ioan. 15. & Caiet. Friuola ergo ea sunt, quibus probare nituntur falsum esse Euangelium D. Marci.

Euangelium Diui Lucæ adeo est vitiatum, vt refutari iure possit. Cerdon. Marcion. Anabaptistæ.

HAER. Multa loca deprauauit Marcion & Anabaptistæ, Vt Epiph. annumerat li. 1. aduers. Hær. hæresi 41. Pro heresis huius cõfutatione nil aliud afferre possum, nisi concors Ecclesiæ definitio.

Obiectiones contra Euangelium D. Lucæ.

Recentiores vltra ea, quæ Marcion olim confutauerat. Obijciunt. Quod D. Luc. in 3. c. Vndecim generationes à Cayno vsque ad diluuium refert. Moyses uero. c. 11. Gen. tãtum decẽ annumerat. Secundo, c. 20. Quod quædam bis in codicibus Ecclesiæ referuntur, nempe illa de resurrectione ait Epiph. & tamen in uulgata editione latina, & Græca semel tantum leguntur. Tertio, c. 19. ea uerba. Videns ciuitatem fleuit super eam, tradit Epiph. fleuit super eam à Catholicis de textu fuisse sublata, veluti dubia nec bene conuenientia. Quarto, historia apparitionis Angeli Dominum confortantis, quæ legitur. capi. 22. in quibusdam codicibus legi, non in omnibus ait D. Hier. Quinto, historia Angeli consolantis, & Christi sanguinem fundentis Nil. 10. de Trinit. non approbat. Sexto, c. 3. Dicit Caynum filium fuisse Arphaxath. Salech filiũ fuisse Caynam. At Gen. 11. patet Salec non Alphaxath nepotẽ fuisse, sed filium, & nulla inter eos generatio intercessit.

Solutio obiectorum.

Vt nullam habeant tergiuersandi occasionẽ Hæretici soluamus, quæ ab illis obijciuntur ordine proposito. Et primum quidem, concedimus Euangelistam illam generationẽ ex septuaginta addidisse, licet apud Hæbreos non legatur, quæ prætermisit Moyses, vt Lipp. Cat. Aurea super Gen. dicit. Ad secundum dico, ꝙ non est curãdum q̃d alij codices legant, vel refutent. Ad tertiũ, etiam dico, quòd si illud non esset in omnibus codicibus, satis est, ut sit in correctis exẽplaribus legi. Ad quartũ dicitur, quòd etsi de illa historia fuerit aliquando dubitatum tamen hodie est recepta. Sic & quintũ soluitur. Ad sextum, respondeo, quòd quidam concedunt septuaginta interpætes deceptos esse. Alij, ꝙ legendum est. Qui fuit Sale, & Cayna. Alij dicunt ꝙ more uulgi vocat fratres, sicut & Ioseph Patrem, qui fuit putatiuus. Non nulli dicunt, ꝙ additur illa generatio à septuaginta, quam tacuit Moyses, & sic non est superflua genealogia &c.

Loca à Martione, in Lucam deprauata, & vitiata.

Primus locus est in proemio, reicit illud vna cum his, quæ habentur toto primo, ac secũdo capitulo, de Zacharia, & Elisabet, de cõptione Ioannis Baptistæ, de Natiuitate Mariæ, de Christi natiuitate in Bethleem, de Circuncisione Christi, de præsentatione in templum, De inuentione eius in medio Doctorum. Et exorditur suum Euangeliũ à tertio capite.

II. In 8. capit. Non habet. Venerunt autem ad illum mater, & fratres eius. Et mater mea, & fratres mei sunt, qui uerbum Dei audiunt, & faciunt.

III. In

III. In 10.c. Vbi dicitur. Confiteor tibi Domine pater Cœli, & terræ. Non habet, nec Pater, nec terræ.

IIII. In vndecimo, capit. Reicit historiam de Iona, Niniue, Regina Saba, & Salomone.

V. De eodē. Præteritis iudicium Dei. Habet vocationem Dei.

VI. Ibidem. Non habet. Propterea dixit sapientia Dei, mittam ad ipsos Prophetas. Nec de sanguine Zachariæ, & Prophetarum.

VII. In duodecimo. Nō habet. Nōne quinque passerculi, duobus assibus venerunt, & vnus ex ipsis, nō est in obliuione positus coram Deo.

VIII. Ibidē. Pro cōfitebor ipsum, coram Angelis Dei, legit coram Deo.

VIIII. Ibidē. Non habet, Deus vestit sicut fenum, quod in clibanum mittitur.

X. Ibidem. Pater vester, legit Pater, abiecto vester.

XI. Ibidem. Pro secunda & tertia vigilia, habet vigiliam Vespertinam.

XII. De tertiodecimo capite, tollit illud. Venerunt quidam nūciantes ipsi de Galileis, quorum sanguinem commiscuit Pilatus, cum sacrificijs ipsorum. Vsque quo dicit, de decem, & octo super quos cecidit turris in Siloè.

XIII. Item ex eodem cap. rescindit. Cum videritis Abrahaam, Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in Regno Dei, vos autem expelli foras, fecit detineri foras. Illic erit fletus, & stridor dentium.

XIIII. Item rescidit. Venient ab oriente & occidente, & ꝙ reliquum est eius capitis, vsque ad finem.

XV. De quintodecimo, ca. Parabolam desecuit, totam filij prodigi.

XVI. In sextodecimo, amputauit. Dicite serui inutiles sumus.

XVII. In decimooctauo. Vbi dicitur. Nemo bonus, nisi solus Deus, adiecit. Pater, & pro mandata nostra fecit, noui.

XVIII. Item deleuit. Cum assumpsisset Iesus Duodecim. Dixit. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim & occidetur, & tertia die resurget.

IXX. In decimo nono capitulo resecuit historiā de Asino, & Bethphage, & de destructione ciuitatis, & templi, vsque in finem capituli.

XX. De vigesimo, c. remouet Parabolam de vinea locata colonis.

XXI. Ibidem amputauit hoc. Quod autem resurgent mortui, etiam Moyses ostendit dicens Deus Abrahaam, Deus Isaac, & Deus Iacob.

XXII. A vigesimo primo, capitul. rescindit. Tunc qui sunt in Iudæa fugiant ad montes, & cętera vsque, ut impleatur, quæ dicta sunt.

XXIII. De vigesimo secūdo, c. demit. Dico enim uobis. nō edam ipsum, posthac donec impleatur in regno Dei.

XXIIII. Item illud. Quando misi vos, sine sacculo, & pera & calceamētis, nūquid aliquid defuit uobis? Et hoc, ꝙ scriptū est. Oportet perfici, nempe, & cum iniquis reputatus est.

XXV. Item delet. Factum Petri amputantis aurem serui.

XXVI. De vigesimo tertio, c. ad id quod dicit. Hunc depræhendimus peruertētem gētem, adiecit, & destruentem legem, ac Prophetas. Et post illud. Vetātem tributa dari Cęsari apposuit, & auertentem mulieres, & liberos.

XXVII. Item illud. Hodie mecum eris in Paradiso.

XXVIII. De vigesimoquarto, c. remouet, quod dictum est ad discipulos. O stulti, & tardi corde ad credendum omnibus, quæ loquuti sunt Prophetæ. Nonne oportuit pati Christum? Et pro eo, quòd dicit. Quæ loquuti sunt Prophetæ fecit. Quæ loquutus sum vobis. Hæc sunt, quæ Marcion ex Euāgelio. D. Lucæ aboleuit, quæ ex Epiphanio ideo annotauimus, ne nouitii decipiantur.

4 *Euangelium D. Ioannis non fuit abscriptum, & continet falsa* Alogi. Faustus. HAERE. Refert Philastrus hanc hæresim. Et prima quidem pars, qua affirmatur, ab alio esse scriptum nempe à Cherintho falsum est, ut ostendit Epiph. lib. 2. Hęr. 51. Nam Cherinthus, purum hominem affirmabat esse Christum. Ioannis uero Euangelium dicit esse Deum. Rursum, qua causa Cherinthus Euangelium à se scriptnm, sub alio nomine euulgauit, ac se honore priuauit, præsertim Ioannem acerbum hostem suum. Demum quomodo Euangelium Diuo Ioanni ascri-

ascribit, qui eum negat. Ex his Alogi conuincuntur. & quis dixit antiquorum Euãgelium illud esse Cherinthi. Si enim Ecclesia rennit, ac reprobat Euangelia aliorum nec Cherinthi vnquam Euangelium legeret, nostræ fidei aduersarij.

Obiectiones contra Euangelium D. Ioannis.

Impugnant vero Alogi, hoc nostrum Euangelium. Primo, post enarrationem æternæ generationis verbi, statim dicit, quòd Ioannes Baptista in deserto clamans dixit. Hic est de quo dicebã uobis. Ecce Agnus Dei, &c. & præter mittit D. Io. Bapt. conceptionem, ortum. Christi, Annunciationem Natiuitatem, Circuncisionem, Magorum aduentum, Purificationem B. Mariæ, fugã in Aegypto, cędem infantium, pueri exercitium sub parentibus, Baptisma Ioannis, Christi ieiunium, tentationem, & alia similia. Secundo dicit signum, vel miraculum primum fuisse illud nuptiarum. Tamen Lucas refert aliud ante illud, npe disputationem inter Doctores. Tertio, D. Ioann. dicit secundum miraculum fuisse Centurionis sanitatem. Lucas vero multa alia ante hoc facta testatur. Quarto, quando dixerunt ei. Tu de te ipso testimonium perhibes, exigebatur, ut Moysis testimoniũ proferet, & tamen tacuit, & uelut alienus, respondit. In lege uestra scriptum, ꝙ duorum, uel trium testimonium verum est. Io. 8. & Deut. 17. Cum ergo testimonium Moysis prætermiserit, non est authoritatis. Quinto, produxit testimonium Moysis, nec verosimile est, tunc eos potuisse tacere. unde eorum taciturnitas, Dominum nihil dixisse demonstrat. Sexto, nullum in Moyse inuenitur testimonium de Christo. & illud, Prophetam suscitabo eis, de medio fratrũ suorum similem tibi. Deute. 18. Non pertinet ad Christum. Nam nec fuit Moysi similis, quia fuit Deus, Moyses uero fuit homo, ille peccator, hic sanctus, &c. Septimo historia adulteræ non fuit ab antiquis recepta, nec Græci eam exposuerunt. ergo falsa erit. Octauo, historia de laguido suspitione non caret, quia non describit D. Ioãnes locum, de quo nulla fit mentio in vætere testamento de hac piscina. Et Iosephus nihil scribit, qui tamen constructionẽ sub Zarobabelæ, & Herode exactissimè commemorat, nec verbum facit de piscina, neque aqua, neque rem tam memorabilem alius scribit. Augetur dubitatio, quia quidam circa templum fuisse contendunt, alij vero circa urbis menia. Adhuc quidam inter quos author historiæ Scholasticæ affirmat uirtutem habuisse à ligno Dominicæ Passionis &c. Alij dicunt virtutem habuisse à sacris hostijs, & uictimis, quæ priusquã in ara cremerentur inibi lauabantur. Tanta ergo varietas historiam reddit suspectam. &c.

Dilutio obiectorum.

Primo ergo argumento, quòd contra nos adduxerunt Alogiani, respondetur, quòd D. Ioannes iam senex octogenarius, & qui vltimo Euangelium scripsit, non curauit repetere, quæ ab alijs diffusè scripta fuere, libere enim ea prætermisit. Ad secundum dico, quòd nulla est contradictio inter Lucam, & Ioannem, nam nec affirmat Diuus Ioannes miraculum Nuptiarum primum fuisse omnium Christi miraculorum, sed primum signum quòd fecit IESVS post baptismum, ac discipulorum assumptionẽ nec negat alia esse facta. Ad tertium eadẽ uia respondetur, quòd Ioannes non dicit miraculum Centurionis fuisse secundum Christi, post vocationem Discipulorum, sed secundum postquam è Iudæa in Galileam migrauit. Hoc enim sonant verba Euangelistæ dicentis. Hoc iterum secundum fuit signum, cum uenisset è Iudæa in Galileam. Ad quartum respondeo, quòd testimonium Moysis pro se Dominus adduxit, quando ex lege sufficientiam testium probauit. Ad quintum dico, ꝙ & si Dominus testimonia pro se ex Moyse adduxerit, tamen tacuerunt Iudæi timentes ne ab eo cõuincerentur. Ad sextum, concedo quòd Moyses est dissimilis, sed tamen est etiam similis, & nulla sunt adeo dissimilia, quæ in aliquo non conueniant. Multa sunt in lege Moysi, quę Christum respiciũt, nedum illud adductum. Ad septimum de historia adulteræ, dicitur, quòd fuit semper in antiquis Græcorum Codicibus, ut Ambros. Hieronym. Augustin. Chrisostom. & Theophyl. testantur, licet non esset in omnibus,

ut scribit D. Hieron. 2. contra Pelagianos; quia ergo eam approbauit Ecclesia in ad ædificationem fidelium non est cur Anabaptistæ sint molesti hac in re, nec sequitur historia hæc apud multos non legitur, ergo non est authentica. De Græcis enim nec mirum est, quorum pauci totam historiam Euangelij exposuerunt & si quando fuit et à Chrisost. exposita, fuit ab alijs forte abrasa. Ad octauum responsio facilis est, quid enim credimus miracula Christi, quia Iosephus scripsit, non credimus, quia tacuit, minime, quid ad Ecclesiam de circuncisorum testimonijs, quorum scripta inter sacra non computantur. Concedo etiam, quod illa non sit scripta in veteri testamento, sed nec omnino negata. Imo (vt multis placet) quæ referuntur 2. Paralipo. cap. 4. Suadent fuisse hāc piscinam, seu aquarum receptaculum Hierosolymis, in regione, quæ à Ioanne probatica nominatur, quæ fortè extructa erat ad radices montis, qui templum sustinebat, vt in eam influeret omnis aquarum vis. De aquarum etiam receptaculis Aristeus scriptor vetustissimus meminit, in libro de septuaginta interpretib. ad Philocratem. Nec mirari debent Anabaptistæ, quod in veteri historia de ea nulla sit mentio, quia is locus eo tempore non erat adeo celebris, sicut fuit quando miracula facere cœpit. Vnde vero fuerit illa virtus, vel ex ligno Crucis, vt ex alijs, historia scholastica dicit, vel aliunde, nō refert, scribit enim ille, quòd fama dicebatur. Ad rem tamen nostram satis est, quod historiam languidi habent omnes codices tā Latini, quàm Græci, & tot annis in Ecclesia recepta. sic soluta sunt eorum obiecta.

5 *Euangelium non est semper verum.* Manichæi. HAER. Eadem Ecclesiæ, ac conciliorum authoritate confutatur, quod ab illis dicitur. Et si concedamus aliquando falsum continere, via, ac aditus patebit ad alia etiam falsa, atque erroneas dijudicanda. Quod uero falsa scribi ab Euangelistis non possit ex eo probatur, quòd Spiritu sancto inspirati loquuti sunt. Nonne cum Diuina natura pugnat mēdacium, & sicut facere malum non potest, sic nec dicere. Hoc Dauid. Fidelis in omnib. verbis suis, sic ergo est longe à falsitate Deus, sicut ab iniquitate, quòd si quispiam Deo authore falleretur, iam à fonte veritatis mendaciū emanaret, quòd est blasphemia. Nō enim Deus est ut homo, ut mentiatur, mendacium namque uolubilem supponit naturam, ac libertatem. Deus vero cum sapientissimus sit nec fallere, nec decipi potest, nec per se, nec per alium, hoc est per ministros. & si detur, quod mentiri possit, dubitare licitum esset, an fuerit aliquando mētitus. sic ergo repugnat, ut sui ministri nos decipere possint. De quo alibi.

6 *Euangelium fuit ab Apostolis prędicatum tantum secundum sensum litteralem, non spiritualem.* Abbas Ioachin. HAER. De sensu sacrarum scripturarum, & quotuplex ille sit, suo loco demonstrabitur. Hic sat erit probare, quòd non tantum secundum litteram, sed moraliter exposuerint Euangelium. Apostolus D. Paulus dixit. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Et alibi. Quæ omnia sunt per allegoriam dicta.

7 *Euangelium non tenemur amplius obseruare.* Flagellantes. HÆR. Adeo sunt aperta Saluatoris testimonia contra hoc, ut si ego fusius referre uoluero demens sim. Quid illud. Non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. & apex non præteribit à lege. Hoc D. Pau. dicit, c. 11. ad Hæbr. & 13. Idē docuit antea Salomon, Eccl. 17. Testamentum æternum constituit cū illis. & Baruch. 2. Statuam illis testamentum sempiternū. & psal. 110. Mandauit in æternum testamētum suum. Alia apud Alphonsum videre poterit vnusquisque.

8 *Euangelium quodnam sit Canonicum, non est ecclesiæ munus iudicare.* HAER. Si inter tot discordias, quando tāta Euangelia proponebantur iudex non esset, qui vera à falsis discernere possit, maxima confusio in Ecclesia enasceretur. Quo fit, ut detur, qui ea iudicare debeat, & quę canonica, & quę apocripha sint. Hoc autem, nisi authoritate Ecclesiæ, non potest diiudicari. Namq; ex ipsa scriptura non potest hoc cognosci. Quomodo enim ex scriptura probari potest, quod Ruth, Ester, Iob sit canonicus. certè ex scriptura haberi non potest. Rursus, si quæratur ex veteri testamento testimonium quomodo Euangelium sit canonicum, frustra tempus teritur, nam suaderi ex quadam Armenia poterit, at non demonstrari, de toto uolumine. Adhuc scriptura

ptura est iudex mortuus; opus est ergo iudice uiuo. Item Deut.27. Non ad scripturam, sed ad homines referuntur. Et Malachia, 2. capit. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requiram de ore eius. Demum, Antiocheni non appellarunt ad scripturam, sed ad seniores, qui erant Hierosolymis, & ad Apostolos. Visum est spiritui sancto, & nobis. & sanctus Spiritus nō habitat in litteris, sed in spiritu, non in syllabis, sed corde. Nec etiam iudicium pertinet ad priuatos homines, quorum sit iudicare libros canonicos. Quia nemo habet, nec habuit hanc potestatem. Sic docet Origenes. hom.7. in Ezech. Greg. Nazi. in Apolog. & D. Hieron. cap.23. Hier. & 13. in Ezech. Sufficienti hac diuisione remanet necessario, quod iudicium sit Ecclesiæ; sic definit Concil. Tolet. primum, sic Florent. ac Tridentinum, sic Ireneus, lib.3. aduer. hær. cap.2.3.&4. D. Augus. 13. contra Faustum, cap.4. & 28. cap.2. & de doctr. Christiana, capit.8. cont. epistolam Manichæi, cap.5. Vbi dicit Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ moneret authoritas. & alibi per Catholicos Euangelio credidi. Si ergo ueniat controuersia, non ex scriptura, nō ex priuata opinione, potest ergo ex Ecclesiæ authoritate. & non accipio hic Ecclesiam eam tantum, quæ fuit tempore Apostolorum, sed & quæ nunc est. Quia eadem est Ecclesia, ac eius authoritas. & sic Dur. 3. dist.24. q.1. Et Gerson de uita Spirit. animæ. lect.2. corol.7. Qui ad Ecclesiam tantum Apostolorum referunt.

9 *Euangelium an sit canonicum, Concilium legitimè congregatum, ac confirmatum, definire non potest.* HÆR. Fuerunt aliqui, qui negarūt hoc axioma, inter quos Thomas Vual. lib.2. de doct. fid. Antiq. ca.19. At errauit, nam Pastores debent gregi paschua dare, ut dicitur Hier.3. Et qui erunt iudices controuersiæ, an liber sit canonicus. Concil. ēt est proponere quæ sunt fidei. Sic de legaliū quæstione determinatum fuit. Act.15. Et si Concilium non potest, quomodo remanet Spiritus sanctus in Ecclesia, & authoritas in his, quæ fidelibus sunt necessaria. Confirmatur exemplo Apostolorum, qui difinierunt, qui nam libri essent canonici. canon, 84. & Concil. Laodien. ca.59. Concil. Cartag.3. cap.47. & distinc. quintadecima. capitu. sancta Romana. Concil. Florent. ad finem. & Trident. sess.4. decreto de canonicis scripturis.

10 *Euangelium, an sit canonicum Papa determinare non potest.* HAERET. Protestantes, qui Pontificiam authoritatem derident, hoc etiam affirmant. Contra eos sic arguitur.

Primo, quæ sunt fidei, Papa potest determinare. Hoc enim suadent verba Saluatoris. Rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Hoc in Concilio Apostolum fuit à Petro dictum. Visum est Spiritui sancto. Istæ sunt Ecclesiæ claues. ergo poterit Papa. Secundo Papa non potest errare, ut ex eodem fundamento probatur. ergo certè porit determinare, quisnam liber sit Canonicus. Tertio, Nicolaus (vt habetur dist. decimanona, capit. si Romanorum.) dicit. Quod sedes Apostolica probauit, hodie tenetur. Quarto, Innocentius Primus, epistola tertia, capit. septimo. Gelasius Primus, in fin. epistol. referunt libros canonicos. Quinto Tertulia. Hieronym. Augustin. dicunt. Non fuisset receptum Euangelium Diu. Pauli, nisi authoritate Petri firmatum esset. & D. Hieronym. de viris Illustribus Euangelium Diui Marci probauit Diuus Petrus legendum esse. Euseb. lib. secundo Historię Ecclesiast. capitu. quintodecimo. exemplo Papiæ confirmat, ac eius testimonio hoc dictum corroborat. Vltimo. Hoc erat Iudæorum statutū, quòd omnes quæstiones dirimerent Sacerdotes, ut dicitur Deute.17. Hæc eadem probantur, quoniā non satis consultum esset authoritati, nec necessitati Ecclesiæ.

Obiectiones contra determinata, vltimo loco.

Dubitandi occasionem sumpserunt aliqui. Ex verbis Domini. Qui Ioannis 5. c. dicit, Ego non ab homine testimonium accipio. At isti omnes sunt homines. ergo probare non poterunt. Respondeo, quòd sensus illorum verborum est. Quod non quærit testimonium hominum Dominus secundum se, nec eo eget, accipit tamen propter nos. Vnde dixit, ut testimonium perhiberet de homine, loquendo de Ioanni. Baptis. Qui testificatus fuit dicēs. Ecce Agnus Dei. Et Ioan.15. Vos testimonium perhibebitis de me, qui ab initio mecum estis. Secun-

do D. Ioan. 1. cap. 2. dicit. Non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus verum. ergo non eget testimonio Ecclesiæ, sed quisque de se credere poterit. Dicitur ꝙ D. Ioan. loquitur peritis, & re iam aperta. Alioquin quare Apostolus Paul. ab Anania fuit edoctus, & Cornelius D. Petro traditur imbuẽdus. Act. 10. Tertio, argumentum ex uerbis Domini. Io. 7. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscet ex doctrina, vtrum ex Deo sit. Et Io. 10. Oues meæ uocem audiunt, alienum autem non sequuntur. Respondeo, ꝙ hęc non pugnant contra nos. Fatemur, ꝙ ex doctrina, & sequela cognoscuntur, sed quæ doctrina, & quæ sequela, nisi quando pastorum uocem sequimur, nõ sparsim ad omni uento circumferimur, ut hęretici. Quinto, qui credit in filiũ Dei, habet testimonium Dei in se. ergo non ad externa testimonia recurrendum erit. Pro huius solutione obseruandum, quod ad fidem nostram sunt necessaria humana incitamenta, unde dicitur, quomodo audient sine prædicante. Quæ tamen non sunt satis sed requiritur interior causa efficiens, quæ est Deus, qui speciali auxilio ad credendũ mouet. 2. 2. docet D. Thom. & capit. 20. ad Rom. lect. 2. & D. Aug. li. 1. Retract. cap. 21. Nam nemo potest ad Deum accedere, nisi prius ille traxerit. & dictum fuit D. Petro. Simon Bariona, caro, & sanguis non reuelauit tibi. Quod etiam credamus, vel fidei nostræ formalis ratio, non est Ecclesiæ authoritas, sed diuina. & huic articulo. Christus est filius Dei, assentio per fidem infusam, non ꝙ Ioann. vel alius homo dixerit, sed quia Deus per fidem reuelauit. Hinc vero, ꝙ Deus reuelauerit, credo per specialem Dei motum immediatè. Ratio ergo formalis mouens ex parte obiecti est diuina veritas reuelans, & interius mouens per specialem concursum, vt docet D. Th. 2. 2. q. 2. art. 9. tertium. Requiruntur tamẽ externa mouentia, sed non per se. Nam sicut se hẽt habitus principiorum respũ conclusionum, sic lumen fidei ad alia applicando. Credo etiam Euangelio, non quia Ecclesia dicat illud esse verum, sed quia Deus reuelauit. Ecclesia tamen est proponens causa, sine qua non admitterem, non quia authoritatem libris canonicis tribuat, sed quia illos, & non alios dicit esse canonicos.

Hic etiam est sensus verborum Dini Augustini, Euangelio nõ crederem, &c. & illius. Per Catholicos Euangelio credideram, & sic omnia conciliantur, quæ sunt digna ęterna memoria. Quinto D. Ioan. primę, capit. quarto admonet dicens. Nolite omni spiritui credere, sed ꝓbate spiritus, si ex Deo sint, quoniam nulli Pseudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoscitur Spiritus Dei, &c. Hæ verba sunt contra Lutheranos, qui omni spiritui credunt. Nos vero spiritui Sancto credimus, qui Ecclesię præest. Sexto, D. Paul. prima Corinthio. secundo c. dicit. Animalis homo non percepit ea, quæ sunt spiritus Dei, spiritualis autem iudicat omnia, ergo non requiritur alia causa. Dicitur, quòd verba antecedentia subsequentium sensum demonstrant. Nam spiritualis per internum Dei lumen iudicat, quæ Dei sunt, at non refugit exterius iudicium, imo approbat superiorum iudicium. Septimò, non licet iudici de legibus iudicare, sed secundum ipsas ait D. August. & legitur capit. in istis, distinctio. quarta.

Respondeo, quòd sicut suppremus iudex condit leges, & rescindit, sic & Papa, tamquam causa proponens. non tamen iudicat primo & per se, nec facit eas esse canonicas, sed proponit Dei lumine excitatus. Octauo, Caluinus arguit capitu. primo. Institut. Veritas Apostolorum prima est, & ecclesia prædicatione fundata est. ergo scriptura, non ab Ecclesia, sed Ecclesia à scriptura dependet. Respondeo, quòd concludit, quòd ratio formalis credendi, non sit Ecclesiæ authoritas, quod fateor: respectu tamen huius; & illius sacras litteras reijcientis prior est Ecclesiæ authoritas. Nono si ab Ecclesia Euangelium pendet. ergo ultima resolutio fit in Ecclesia totius fidei nostræ. Hoc ex superioribus soluitur, nam Ecclesia est tantum declarans, prima est speciale Dei auxilium. Decimo ex Arist. primo Post. scimus. Quod propter quod vnumquodque tale, & illud magis. si ergo propter Ecclesiæ authoritatem Euangelio credimus, ergo maior est Ecclesiæ authoritas Euangelio.

Respondeo, quòd propositio Arist. tenet in vere causis, at Ecclesia est proponens, non vere causa, ut ego credam.

Eucharistia.

Eucharistiæ Sacramentum, quomodo à Deo institutum. 1. Cor. 11.c

Ob Eucharistiæ sumptionem indignam infirmi multi sunt inter Christianos, & moriūtur. 1.Cor.11.g

Eucharistia non continet vere corpus Christi, sed significatiuè. Berengarius. HAER. Anteaquam hæresis confutetur, prius pro Nouitiis expono, quid hoc nomen importat. Eucharistia, quæ Græca dictio est, idem significat, ꝙ bona gratia, vt docet D.Aug.ser. de Sacramẽto Altaris. Eucharistia est oblatio benedicta, per quam omnes in Cœlo ascribimur, rata, per quam in viscerib. Christi censemur, rationalis, per quam à bestiali sensu exuimur, acceptibilis, ut qui nobis displicemus, per eam acceptabiles eius unico filio simus. Hoc est Sacramentum dignissimum, & plusquam Sacramentũ, quo nutrimur, & in bono confirmamur. Eucharistia definitur à Scholasticis. Quod est species pani, uel uini, corpus Christi, & sanguinem uirtute Sacerdotalis consecrationis, uere, & realiter continens. Dicitur species propter accidentia sensibilia, color, sapor, odor, humor, calor, pondus, & similia. Dicitur, quòd continet realiter corpus Christi, & hoc est, quod probare intendo. Dicitur panis, uel uini disiunctim non copulatim, quia tam species panis sine speciebus uini, quàm uinum sine speciebus panis sunt Eucharistia, quia utræque continent totum Christum etiam coniũctim, & non plus continent, quàm altera sola. Obseruandum etiam quòd in hoc Sacramento sunt tres actus.

Primus est consecratio. Secundus ipsum Sacramentum. Tertius ipsius perceptio. Palud.4.dist.octaua, quæst. prima. Scot.ibidem. & Biel. ac Brulifer cum alijs Scholasticis eodem loco.

Primum ergo à nobis propositum sic probatur ex sacris litteris. Dominus dixit. Math. uigesimosexto, Hoc est corpus meũ. Hic est sanguis meus. ergo uere est. De hoc cap. uigesimooctauo dixit. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus. Et Ioan. sexto. Caro mea vere est cibus, & sanguinis meus uere est potus, litigabant ergo Iudæi dicẽtes, quõ pt hic nobis carnẽ suã dare ad manducandum? Ego sum panis viuus, qui de Cœlo descendi. Et panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Hoc idem D.Paul. primæ ad Cor.c.10. ostendit. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Et paulo post. Non potestis calicem Domini bibere, & Demoniorum. Non potestis mensæ Domini participes esse, & Demoniorum.

Concilia hoc sic exposuerunt. Synodus Nicena Act.6. ait. Nemo unquam Sanctorum Apostolorum, qui tubæ sunt Spiritus Sancti aut gloriosorum patrum nostrorũ incruentũ nostrum sacrificium in memoriam passionis Christi Domini Dei nostri, & totius suæ dispensationis factum imaginem corporis illius dixerit. Nam is, qui accepit à Domino, sic non dicit aut confitetur, sed audiunt eum sic dicentem. Euangelicæ. Nisi commederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non intrabitis &c. Et qui manducat &c. Et paulo infra. Sic & imaginem asserere corpus, & cruorem Domini eiusdem est dementiæ. Synodus Ephesina prima, in epistola Synodica ad Nestorium. Non ut communem carnem percipientes (quod absit) nec ut uiri sanctificati, & verbo coniuncti, secũdum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed ut uere uiuificatricem, & ipsius uerbi propriam factam.

Concilium Generale Viennense, dicit. IESVS CHRISTVS præsens, sub alia quidem forma, in propria uero substãtia est nobiscũ. Conc. Later. sub Innoc. III. c.1. Cuius, & corpus, & sanguis in Sacramẽto altaris sub speciebus panis, & uini ueraciter continentur, transubstantiatis, pane in corpus, & uino in sanguine potestate diuina. Conc. Constantiense sess. octaua damnat articulus Vuitcl. tres. primus.

Substantia panis materialis, & similiter substantia uini materialiter, manet in Sacramento altaris. secundus. Accidentia panis, non manent sine subiecto. Tertius, Christus non est in eodem Sacramento idẽtice, & realiter in propria præsentia corporali. Concil. Florent. De Sacramento Eucharistię. Post multa ait. Nam ipsorum uerborum uirtute substantia panis in corpus Christi, & sub͂a uini in sanguinẽ cõuertunt.

Concil. Trid. sess. 13. cap. 1. & can. 1. Si quis negauerit in Sanctissimæ Eucharistię Sacramento, contineri uere, realiter, & substatialiter corpus, & sanguinem, unà cum anima, & Diuinitate Domini nostri IESV Christi, ac proinde totum Christum. sed dixerit tantummodo esse, vt in signo, vel figura, aut virtute. Anathema sit. Patres vnanimi consensu, sic interpretantur. Dyonis. Areopag. de Eccl. Hierar. cap. 2. In fine autem omnium, Pontifex, ita perfectum ad sacratissimam Eucharistiam vocat, atque consummantium illi Sacramentorũ Communionem Deificum tradit. & capit. 3. ait. Est. n. iuxta inclytum Præceptorem nostrũ Sacramentorum consummatio. & vocat sacrosancta, & augustissima mysteria. Ignatus epistola ad Smyrnenses. teste Theodoreto in dialogo tertio, ait. Eucharistias, & oblationes non admittunt, eo quòd non confiteãtur Eucharistiam esse carnem Seruatoris Nostri IESV Christi, &c. Iustinus Martyr in Apolog. secunda pro Christianis, ad Antoninum Pium Imperatorẽ. Sic etiam cibus, qui per præces sermonis, quem ab eo accepimus consecratus est, & quo sanguis carnesq; nostræ Communione alunt, IESV Christi, eius qui homo factus est, & carnem, & sanguinem esse accepimus. Ireneus, li. 4. aduers. hæreses, ca. 34. Quomodo autem constabit eum Panem in quo gratiæ factæ sint, corpus esse Domini sui, & calicem Sanguinis eius, si non ipsum fabricatorem mũdi dicant, id est Verbum eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, & dat primum quidem fœnum, post deinde spicam, deinde plenum in spica triticum. Quomodo autem rursus dicunt, carnem in corruptionem deuonire &c. Vbi confutat alia sacrificia præter Eucharistiam, quam esse uerum sacrificium demonstrauit, cap. 32. Damasc. li. 4. ortodox. fidei, cap. 14. Sed quod ipse panis & vinum transmutatur in corpus, & sanguinem Dei. & Doctissimè probat. Quoniam efficax est verbũ Dei. & omnia quæ uoluit suo verbo fecit. Ambro. lib. 4. de Sacramentis, cap. 4. Vbi accesserit consecratio de pane fit Caro Christi. Hoc & cap. 5. probat. Cyrill. Alexã. epist. ad Calorysium Epm Arsinoitem. Nec dubites, an hoc uerum sit, eo manifestè dicente. Hoc est corpus meum. Chrisost. homil. 83. in Matth. & 60. ad Popul. Antioch. Credamus itaque ubique Deo, nec repugnemus ei, etiam si sensui, & cogitationi nostræ absurdum esse uideatur, quòd dicit, & inferius. Quoniam ergo ille dixit Hoc est Corpus meũ, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus id perspiciamus, &c. D. Aug. in Psal. 98. Et in ipsa carne, hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. & paulò post. ipsi erant duri, non sermo. & alibi pluries. Greg. Nyssenus in oratione Cathetica de transubstantiatione Dominici corporis, & sanguinis; teste Euthymio i Panoplia, ti. 21. ait. sed statim per uerbum in corpus mutatur, vt dictum est à Verbo, quoniam hoc est corpus meum: Hoc alij patres, & Scholastici omnes docent. ut inferius, an fiat transubstantiatio, conuincam.

Obiectiones Caluini, & aliorum.

Hanc Ecclesiæ Catholicam veritatem. Bertramus Præsbyter, Berengarius, Caluinus c. 7. suarum institutionũ. impugnauit olim & sacramentarij hæretici tuentur. Primo authoritate D. Aug. ex tract. 7. in Ioannem. Qui post multa dicit. Petra autem Christus, petra Christus in signo, verus Christus in verbo, et in carne. & superius nos antiquis Patribus comparans ait, aliud illi, aliud nos, sed specie uisibili ꝙ tamẽ hoc idẽ significaret virtute spirituali, Secundo idẽ D. Aug. 3. de Doctr. Christiana, c. 16. figurata est, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem. Tertio in epistola ad Bonifacium Episcopum. 23. Videtur innuere, ꝙ sacramentum Eucharistiæ appelletur corpus Christi, non quia sit, sed quia significat, iuxta vulgatam loquendi formam. & dicit. Sicut ergo secundum quẽdam modum Sacramentum corporis Christi, Sacramentũ sanguinis Christi, sanguis Christi est, ita Sacramentum fidei fides est. Quarto probat, ꝙ in Sacramẽto nil aliud sit, quàm panis, uinique substãtia, & mystici corporis repræsentatio. & colligit ex sermone D. Aug. de Sacramento ad infantes ad Altare. & dicit. Quomodo ergo panis corpus eius, & calix, uel ꝙ habet calix quomodo est corpus eius? Ista fratres

ideo

ideo dicuntur Sacramēta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod uidetur speciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet spiritualem. Corpus ergo Christi si uis intelligere, Apostolum audi dicentem fidelib. Vos estis corpus Christi, & membra, mysterium vestrum in mensa positum est, mysterium Dei accipitis &c. Quinto, Berengarius ex D. Aug. in Psal. 3. probat Christū Iudam adhibuisse ad conuiuium, in quo corporis, & sanguinis sui figuram, Discipulis comendauit, & tradidit. Sexto, idem in psal. 98. Caro non prodest quicquam. Verba, quæ loquutus hunc uobis spiritus, & vita sunt, spiritualiter intelligite, quæ loquutus sum. Non hoc corpus, quod uidetis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. & inferius. Et si necesse est illud uisibiliter celebrare, oportet tamen illud inuisibiliter intelligi. Septimo, tractatu 25. in Ioannem. Vt quid paras dentē, aut uentrem, crede, & mādūcasti. Octauo, probat etiam, quia impossibile est quod corpus Christi sit simul in cœlo, & in Altari. Nam D. Aug. epist. 57. ad Dardanum ait. Secundum hanc formam, non est putandus ubique diffusus. Cauendum est enim, ne ita Diuinitatem astruamus hominis, ut ei ueritatem corporis auferamus. Vna enim persona Deus, & homo est, & vtrunque est vnus Christus IESVS, vbique per id, quod Deus est, in Cœlo, autem, per id, quòd homo est. Nono, D. Amb. lib. ad eos, qui mysterijs initiantur, c. 8. & 10. dicit. Non ergo corporalis esca, sed spiritualis Vnde Apostolus de typo eius, ait. Quia patres nostri Escam spiritualem manducauerunt, & potum spiritualem biberunt. Decimo, Ioannes fuit figura Christi, sic panis, & uinum figura sunt Christi. Vndecimo, Tropicè loquitur Apostolus, 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus, sic & Dominus. Hoc est corpus meum. Duodecimo, manet verus panis, & vinum, nam Dominus semper dicit. Accepit panem. Matth. 26. & alibi. Qui mā ducat hunc panem. non ergo ex Thomistica illa Theologia, licet nouum cudere articulum de transubstantiatione. Hinc Aposto. 1. Cor. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, & cæt.

Solutiones obiectionum.

Vt magis huius veritatis decisio. Præmitto pro argumentorum solutione. Quod tria sunt consideranda in Eucharistia. Vnum quod est Sacramentum tantum. Secūdum quod est Sacramentum, seu signum, & res. Tertium, quod res est, & non signum, siue Sacramentum. Sacramentum tantum, non res, est panis, ac vini species, formaque visibilis, quæ duo significant nempe corpus & sanguinem Christi, verum animæ cibū, ac potum in Eucharistiæ latentem, & vnitatem Ecclesiastici corporis, quod ex multis fidelibus non aliter, quàm panis vnus ex multis granis, & idem vinum ex multis acinis colligitur. Sacramentum & res, est caro Christi propria, & sanguis. Res quidem est, quia illud idem corpus est, quod natum mortuum, ac re Diuinum sedet ad dexteram Patris. Sacramentum vero, & signum est, quia sicut hoc ipsum ex multis mēbris purissimis, & immaculatis constat, ita mysticum Ecclesiæ gloriosæ corpus ex multis fidelibus, à criminum sorde liberis consistit. Res, & non Sacramentum, neq; signū est vnitas Ecclesiæ in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Obs. 2. Quod Eucharistia dupliciter sumi potest. Primo, Sacramentaliter. Secundo spiritualiter. Sacramentaliter non quod commedamus sicut alios cibos, sed Sacramentali ritu, & Dominicum corpus non in forma visibili, sed pro animæ alimento inuisibiliter sub specie panis, & vini integrum, impassibile, viuens, ac Diuinum edimus. At spiritualiter sumimus, quando virtutem, ac fructus eius consequimur, nempe gratiam. Qui quidem modus non hominib. iustis tā tum conuenit, uerum ēt priscis Patribus, ac Angelis; nam panem Angelorum manducauit homo. & de antiquis dicitur. Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, atque eundem potum biberunt. Obs. 3. Quod Christus dicitur esse in aliquo dupliciter. Primo, secundum præsentiam visibilem, ac localem. Secundum se inuisibilem, & Sacramentalem. Primo modo tot annis nobiscum conuersatus est. Secundo modo est in Sacramento Eucharistiæ. Primo modo est visibilis, ac diuisibilis secundum locū. Secundo modo est indiuisibilis, ac inuisibilis. His positis fundamen-

tis, facile erit eludere argumenta hęretic. Ad primum ergo & authoritate D.Aug. dico, ꝙ loquitur de spirituali manducatione, sed non excludit Sacramentalem. Sic loquitur de Sacramento, ac signo, quod non excludit rem, & uirtutem Sacramenti, imo simul utraque coniungens ait. Nam & hodie accepimus visibilē cibum, sed aliud est Sacramentum, aliud uirtus Sacramenti. Petra Christus in signo, verus in uerbo, & veritate. Ad secundum, dico, ꝙ nec sensus D. Aug. est excludere sacramentalem manducationem, sed contra errorem Capernaitarum loquitur, qui putabāt edēdam esse carnem Christi, in frustra dissectam, ac dentibus diuisam, quasi humana carne uescentes. Hanc inhumanā interpraetationē amouet D. Aug. Et ꝙ sacramentaliter, & spiritualiter Caro illa sumenda est. Ad tertiū dico, ꝙ intentio Patris Sanctissimi est docere, ꝙ Christus est uere, & essentialiter, & ipsum quoque secūdum quemdam modum sacramentum, & signum est corporis Christi, nempe mystici. Quod quidem corpus mysticum, Christi corpus appellatur secundum quamdam similitudinem, quae res significatae, nomine rerum significantium nominari solent. Sic & ipse species Sacramentales, modo quodā improprio Christi corpus dicuntur, sub eis ocultatur, ac continetur. Ad quartum dicitur, ꝙ loquitur de corpore mystico, quod significatur non solum per Christi uerum corpus, sed per eius species, quae uulgato quodam loquendi modo, panis, & uinum nuncupantur, relinquendo rebus nomina, quae aliquando erant. Vnde & homo mortuus dicitur homo. Ad quintum, dicitur, quòd & si nominet Sacramentum Eucharistiae, figuram corporis Domini, nō excludit, quin sit etiam uerū corpus. Ad sextum, est interpraetandum, illud dictum. Non edetis hoc corpus in forma visibili, & passibili, eo modo, quo pecudum carnes, sed inuisibiliter sub forma panis, & vini, gloriosum, & impassibile corpus relinquam, & hoc edetis in mensa altaris Ad septimum, Respondeo ex dictis. Quod loquitur de commestione corporali, nam & qui non manducat sacramentaliter, si contritus fuerit recipit gratiam, ideo dicitur crede, & manducasti. Ad octauum. Respondeo, ꝙ non intelligit Bereng. ꝙ Christus non est in sacramento vt in loco, sed sacramentaliter, quo modo potest esse in pluribus locis, non tamen vt in loco. Ad nonum, D. Ambr. dico, ꝙ vocat spiritualem escam, quia non est de numero corporalium ciborum, quos quotidie ꝓ corporis alimento sumimus, sed est spiritualis in qua sine diminutione Christum sumimus. Obs. etiam, quòd alia citantur ab eodem Amb. in lib. de Sacramentis nempe Post consecrationem altaris fiunt panis, & vinum &c. Quae non sunt apud Amb. Ad decimum, iam diximus, quòd verba Domini, non significant figuratiue, sed uere, ac realiter. Nā si est, pro significare accipitur. Nec Christus verus est Deus, & homo, & Virgo Maria, non est Mater Christi. Ad vndecimum. Dico, ꝙ & Christus fuit vere Petra, nam dicit Apostolus 2. Cor. 10. Consequente eos petra, & non loquitur de materiali, quae eos consequebatur, sed spirituali, quae futura erat petra idest Christus, & fuit illa in quem futurum Iudaei crediderunt, & sic nobiscum manducauerunt & biberunt per fidem. Sic & hic est uere corpus Christi. Ad duodecimum, dico, ꝙ ante cōsecrationem panis, ac facta cōsecratione non dicitur panis, sed corpus Christi, nec ullus Euangelista post consecrationem uocat panem. Eccum iam facta sit transubstantiatio non dēt panis denominari, quia à nobiliori fit denominatio, & non ab accidentibus.

2 *Eucharistia. Non fit transubstantiatio panis in corpus, & vini in sanguinem.* Vald. Lut. Annas. HAER. Quod non modicam ingerunt difficultatem sunt variae Scholasticorū opiniones, non tantum hęreticorum blasfemiae. Referre vero eorum opiniones potius confusionem pareret, quàm haeresis confutationem. Contra hanc haeresim est Canon vel caput primum Conci. Later. sub Innocentio III. dicentis. IESV Christi corpus, & sanguis in Sacramēto altaris sub speciebus panis, & uini ueraciter continetur transubstantiatis pane in corpus, & uino in sanguine potestate diuina &c. Concil. Romanum sub Gregorio septimo in cōfessione Berengarij. Panis, & vinum substantialiter conuertuntur in ueram, & propriā ac uiuificatricem carnem, & sanguinē Domini nostri IESV Christi. Concil. Constantiense, ut supra diximus condemnat errores Vuitclef. Concil. Floren. ait. Nam virtute ipsorum uerborum substantia panis in

corpus

corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur. Concil. Trid. sess. 13. ca. 4. & Can. 2. Negaueritque mirabilem illã, & singularem conuersionem totius substãtiæ panis in corpus, & totius substantiæ uini in sanguinem &c. Vt vero cognoscant hæretici, ꝙ non est Thomistarum inuentũ, hoc nomen transubstantiatio, percurramus uolumina Patrum. Ireneus lib. 5. aduer. hær. ait. Quomodo ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit uerbum Dei fit Eucharistia corporis, & sanguinis Christi, ex quib. augetur, & consistit nostræ salutis substãtia. D. Cypria. serm. de Cęna Domini ait. Panis iste quem Dominus Discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus omnipotẽtia uerbi factus est caro, & sicut in persona Christi humanitas uidebatur & latebat diuinitas, ita in Sacramẽto visibili ineffabiliter diuina se infudit essentia. Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem ait. Hoc est corpus meum dicendo, idest figura corporis mei, figura autem non esset nisi veritatis esset corpus. Cyrill. Hierosol. Cathechesi Mystagogica prima. Peracta vero inuocatione panis quidem fit corpus Christi, vinum autem sanguis Christi, & Cathe. 3. & 4. Cyrill. Alex. epistola ad Calorysium. Conuertens ea in proprietatẽ carnis propriæ. D. Ambr. lib. 4. de sacris, c. 4. Panis iste panis est ante verba sacrorũ, vbi ãt accesserit cõsecratio, de pane, fit Caro Christi. Hoc & c. 5. docet. Et lib. 4. de fide ad Gratianum Augustum c. 5. Nos autem quotiescunque Sacramẽta sumimus, quæ per sacræ orationis mysterium in carnem transfigurantur, & sanguinem, mortem Domini annunciamus. Chrisost. in Missa. Emitte Spiritum tuum Sanctũ super nos, & super proposita dona. Amẽ. Et fac panẽ quidẽ hunc ꝑtiosum corpus Christi tui Amen. In calice vero, hoc pretiosum sanguinem Christi tui transmutãs Spiritu tuo Sancto. Hæc est Missa sua. Et Hom. 83. in Matth. Qui vero hæc sanctificat, & transmutat ipse est. Et serm. de Euch. in Encenijs. Num uides panem? Num uinum? num sicut reliqui cibi in secessum uadunt? Absit, ne sic cogites. Quemadmodũ. n. si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfluit, sic & hic, puta mysteria consumi corporis substantia. Damas. lib. 4. ortodoxæ fidei. ca. 14. Panis, & vinum transmutantur in corpus, & sanguinem Dei. & c. Et supernaturaliter transmutatur in corpus, & sanguinem Christi. Gregorius Nyssenus in sermone Cathechetico de transmutatione Dominici corporis & sanguinis apud Euthymium in Panoplia titulo uigesimoprimo. Quammobrem recte nunc etiam Dei uerbo sanctificatum panem in Dei verbi corpus credimus immutari. D. Aug. lib. sententiarum Prosperi. Et de consec. d. 2. c. Nos autem. Nec similiter pendimus has duas species panis, & uini, sicut ante consecrationem pendebamus.

Cum fideliter fateamur ante consecrationem panem & vinum esse, quod natura firmauit, post consecrationem uero carnem Christi, & sanguinem, ꝙ benedictio consecrauit. Theophil. in Matt. cap. 26. inter Græcos celeberrimus. Trãsformatur enim arcanis uerbis panis ille, per mysticam benedictionem, & accessionem Sancti Spiritus, in carnem Domini. Vgo de Sancto Victore. lib. 2. De Sacramentis. cap. 9. Per hæc verba sanctificationis, uerus panis, & vera vini substantia in uerum corpus Christi, & verum sanguinem Christi conuertuntur. Sola specie panis, & vini remanẽte. Ansel. lib. 2. de corpore, & sanguine Domini. In illis speciebus panis, & vini, aut nulla est, aut Dominici corporis, & sanguinis substantia, vel fides nostra irrita est. Lanfrancus libro de Sacramento Eucharistiæ doctissime digladiatur. Et concludit. Hanc fidem tenuit, à priscis temporibus, & nunc tenet Ecclesia, quæ per totum orbem diffusa Catholica nominatur. Bessarion Cardinalis in libro de sacramento Eucharistiæ, & verbis, quibus consecratio peragitur. Enimuero nemo est, quem lateat, quemadmodum panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi in instanti facta, transubstantialitas humanam omnem facultatem excedit. Eusebius Emisenus Hom. 5. de Paschate. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui author est muneris, ipse ẽt testis est veritatis. Nã inuisibilis Sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo suo, secreta potestate conuertit dicens. Accipite & ędite. Hoc est enim corpus meum &c. Et si ista non conuincunt hæreticum, superflua eruntalia.

Rationes contra hæreticos.

Si quando vero contingeret cum hæreticis disputatio. Vt cognoscant, quod non solum authoritatib. pugnamus cōtra eos, sed & rationibus, ideo & rationibus eorum heresim conuincamus. Si non fit transubstantiatio dicendum erat à Domino. Hic est corpus meum, idest sub his speciebus, vel in hoc loco, vel sub hac figura. At ly hoc demōstrat substantiam, & non locum, aut Tropicam significationem. Secundo, si remanet substantia panis, ergo committitur idolatria, nam multi nesciunt distinguere, inter substantiam panis, & corporis Domini. Tertio, Homini ieiuno licet unam post aliam sumere Hostiam, non liceret si remaneret panis substantia. Quarto, omne, quod est alicubi de nouo, oportet ut sit ibi per aliquam mutationem, quia ad relationem tā tum non est motus vt docet Arist. 5. de Phy. auditu tex. 7. Aut ergo corpus Christi mutatur, aut panis, non primum, ergo secundum. Quinto, hoc supponit, pro suppositione singulari, non indefinita, nisi uocabulis abuti uelimus. Sexto, magis absurdum est ponere duas substantias simul, sub eodē situ, qua una conuertatur in aliam. Ergo magis dicendum erit, quod panis transubstantiatur in corpus, quàm ibi ponere substantiam panis, & corporis Domini.

Obiectiones Hæreticorum.

Probare coguntur hæretici, quòd Christus non sit in Eucharistia secundum realē præsentiam. Primo, corporalis præsentia est impedimento spirituali, ideo dicitur Ioan. 16. Nisi abiero Paraclytus non ueniet ad uos. Respondeo, quòd Dominus ibi loquitur de uisibili presentia, vt ex contenxtu apparet. Secundo, Christum secundum carnem iam non nouimus, ait. D. Paul. 1. Cor. 5. Respondeo eadem responsione. Tertio, indignè tulit Dominus, quòd regulus requisierit corporalem præsentiam, nam fides satis, ergo & de nobis eadem est ratio. Respōdeo, quòd in Regulo redarguitur fides imperfecta. Quarto, sicut dixit. Hoc est corpus meum, ita dixit. Ego sum uitis. Ecce agnus, & D. Paul. Petra autem erat Christus. At ista non erat propriè, ergo neque panis. Respondeo, quòd ex circunstantijs scripturarum apparet sensus, & quod non semper loquitur de tropo, nam non proponit parabolam, sed historiam Cenæ, & dicit. Hoc est corpus meum, ut exponit D. Augu. lib. 83. q. Et si omnia sunt ad tropum interprætanda nihil expræssum erit in scripturis. Nam eodē modo Christus est & agnus, & Petrus, & vitis, & homo, quòd neque aduersarij admittunt. Quinto. D. Augu. uocat sepius figuram corporis, vt Psal 3. in Præfat. & lib. 3. de Doct. Christiana. ca. 16. Tertulli lib. 4. Aduersus Marcionem. Hoc est corpus meum, idest corporis mei figura. Rursus, D. Aug. Psal. 98. Spiritualiter intelligite, quæ loquutus sum uobis. Non hoc corpus, ꝙ uidetis, estis manducaturi, nec bibituri illum sanguinem, quem effusuri sūt, qui me crucifigent. Sacramētum quòd comendaui uobis spiritualiter intellectum uiuificabit uos, caro autem non prodest quicquam. Respondeo, quod hæc omnia, eo sensu sunt accipienda, quia non tantum in Eucharistia est caro, sed est signum memoriale eiusdem corporis in Cruce pro nobis immolati, sicut Agnus Paschalis, uerus erat Agnus, & in mensa uere, & realiter mā ducabatur, & tamen erat figura Christi, sic Eucharistia erat rememoratiuū corporis in cruce oblati, & sic loquit Tertullianus. Sexto, eundem panem patres manducauerunt, ac potum biberunt inquit D. Paul. 1. Cor. 10. Ergo nos non verum sumimus, si idem ꝙ illi sumimus. Respondeo ꝙ ly eundem, non refertur ad nos, quasi eundem, quem nos mādu cauerimus, sed ad patres inter se, qui simul idem manducauerunt. Vt Chrisost. ac Theophil. dicunt. Septimo. D. Aug. 26. super Ioan. & 45. exponens verba Apostoli. dicit quòd spiritualem quam nos patres manducauerunt. Dicitur, quòd eandem, sed nō eodem modo, nam illi sub vmbra, & manna, nos vero carnem vere. Item nostra est efficacior, & abundantior. Hæc ex Caluino.

3 *Eucharistia non potest confici ex pane, & vino.* Cathari. HAERET. Sequebantur Manicheorū errorem, qui dixerunt res à principio fuisse malas, atque ideo non poterat confici ex eis Sacramentum. Contra quos sunt, quæ in sequenti propositione adducentur.

4 *Eucharistia non potest confici in Azimo. Græci,* HÆ-

HAER. Hanc, quam & hodie tueri conātur hæresim ipsi Græci, ex Euangelistis confutatur, & decreto vnionis in Concil. Flor. Nam Matth. 26. dicit. Quod IESVS accepit panem &c. Et hoc fuit die Azimorū, quo non licebat fermentatum commedere, & quo tempore Iudæi Paschæ festiuitatē auspicabantur. Huic quæ scribit D. Marcus, c. 14. cōcordant. Primo die Azimorum ait. Et D. Luc. cap. 22. Venit dies Azimorū, cum ergo hac die nihil fermētati domi possent conseruare, ut præcipitur Exod. 12. Sequitur vt in Azimo confecerit Dominus. Concil. Flor. tom. 3. pag. 106. ait. Sacerdotes debere conficere iuxta suæ Ecclesię consuetudiuem. Ritus vero consecrandi in Azimo rationabilior est. Alij etiā panes, ut ordeaceus, castaneus, non sunt absolute panes, sed cum additione, vnde dicitur panis ordeaceus, sic & de uino malogranatorum. Caiet. 3. par. q. 74. art. 3.

5 *Eucharistiæ formę sunt septem, Pater noster, benedicendo, panem, & vinum.* Valdenses.

HAER. Adeo insana, ac imprudens est hęc opinio, ut pudeat eam referre, quam tamē ea tantum ratione ex scripsi, ut uideant Catholici, in quot errores incidant, qui ab Ecclesia recedunt. Aperta est forma consecrationis. Matth. 26. Marci. 14. Luc. 22. & D. Ioan. ac Paul. 1. Cor. 10. Hoc est enim corpus meum. Quæ verba sunt necessaria excepto ly enim quod si quispiam omitteret uolens, cōficeret quidem, sed peccaret peruertendo, quæ Dominus statuit. Hanc forma nemo negare audet hæreticorum, qui Sacramenta admittunt.

6 *Quæ nam est forma consecrationis sanguinis?*

Varij sunt Doctores de hac re. Nam scotus 4. d. 8. q. 1. art. 2. dicit. Nobis esse ignotam formam consecrationis tam corporis, quā sauguinis, & quòd multorum sacramentorum formas ignoramus. At ista affirmare hæreticum est. Nam nedum Eucharistiæ formā ex Euāgelistis expressam habemus, verum etiam, & baptismi, & confessionis. Ex Concilio etiam Floren. & Trid. sunt Sacramentorum formæ præfixæ. Durandus vero dicit, quòd est illa tantum. Hic est calix sanguinis mei. Et alia uerba, non pertinent ad substantiam sed adducuntur ad excitandam deuotionem. At contra hoc est, ꝙ nunquam adoratur, nisi post eorum exactam prolationem. Gręci etiam, hac forma vtuntur. Hic est sanguis meus, noui testamenti, qui pro uobis, & pro multis effundetur. At sicut errant in alijs, ita hac in re. Caiet. affirmat, quod forma sit hæc. Hic est sanguis meus. Soto dicit. Quod ea uerba. Hic est calix sanguinis mei, siue. Hic est sanguis meus sunt de essentia, reliqua uero sunt de substantia siue integritate. Neque hoc mirum est. Namque digitus est de substantia non tamen de essentia hominis, & trina immersio est de substantia, non de essentia baptismi. Spineus uero in quodlib. questione propria arbitratur. Quod omnia verba sint de substantia excepto, enim & ꝙ si aliquod verbum prætermittatur non conficitur Sacramentum. Namque omnia sunt expressa tanquam ad integritatem & vnitatem. Rursus Ecclesia semper his uerbis cōsecrauit. Demum. D. Thom. 3. p. q. 78. 3. sic probat. Verum nimis dura est hæc spinea sententia, ac nimium urget. Tutior Caiet. & Soti est expositio. Quod sit necessaria omnia uerba quidem, at non tanquam de essentia, quibus omissis non cōficiatur Sacramentum, sed sunt tanquam de substantia, non de essentia & integritate. Verba vero ea sunt. Hic est calix sanguinis mei &c. Vsque ad remissionem peccatorum. Et sic Ecclesia, ac Concilia definierunt. Quæ & si nō reperiatur in aliquo Euangelista, eam tamen habemus ex Apostolorum traditione, vt scribit Innoc. & Euangelistarum erat animus, historiam texere Saluatoris, non Sacramentorum, formas referre, quas Ecclesia etiam ex diuersis locis collegit. Fit ergo mentio sanguinis, quia consecratur ut fidelium potus. Mysterium non excludit rem significatam. Fidei idest obiectum fidei. Pro vobis, & pro multis vtrunque dicit Ecclesia, quia vnum Lucas, alterū Mattheus scribit. Hæc ergo est vera forma sanguinis consecrandi.

7 *Non est apponendum vinum in calicæ.* Aquarij.

HAERE. Ex forma iam exposita, & vsu Domini, qui calicem accepit, vt testatur D. Matth. ac Paul. Apostolus, quantum errent isti, me tacente fatebuntur. Nam & Dominus dixit. Matth. 26. Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum. At qui non tenēt antiquam Ecclesiæ consuetudinem fedissime aberrant. Et Concil. Later. sub Innoc. III. & alia supra enumerata Concilia, ex ipsa sacra pagina consu-

putant hanc hæresim.

8 *Aqua non est in calice ponenda.* HAER. Græci, & Armeni, non obseruant statutum Ecclesiæ ordinem, quos ideo sub hæresis nomine appellaui, non quia aquam vino non misceant, sed quia derident nos, qui eam infundimus, & quasi erroneum diiudicāt, & hoc est hæreticum. Quod vero mouet Ecclesiam Romanam, vt aquam cum vino consecret, est quoniam à latere Christi in cruce pendentis emanauit aqua & sanguis, vt scribit Euangelista. Nostrum vero Missæ sacrificium est memoria passionis Domini, & docet D. Paul. 1. Cor. 11. Quotiescunque manducabitis panem hanc &c. Conc. Cartag. 3. cap. 24. Decretorum. Brach. tertium. Trid. sess. 22. ca. Et sic Dominum fecisse pie credendum est. Nec purum vinum dedisse. Imo Rabanus dicit, vt aqua in misceatur docuerunt Apostoli, commixtio aquæ unionem populi significat. Et quia de petra in eremo exiuit aqua. D. Thom. 3. par. q. 74. artic. 6.

9 *Eucharistia non prodest quicquam.* Armeni. HAER. Si manna tantæ fuit virtutis, si corporales cibi, quos Deus Adamo concesserat in paradiso voluptatis, si lignum vitæ senectutem amouebat, & alia, quare Saluatoris Caro, & sanguis, non erunt maioris virtutis. Fructus huius subolfecit author. sapientiæ, ca. decimosexto. Angelorum Esca nutriuisti populum tuum, & paratum panē de Cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Et D. Ioan. ca. 6. refert si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum, & panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt &c. D. Paul. 1. ad Cor. 10. Quoniā vnus panis vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Concil. Flore. Huius Sacramenti dicit esse effectum, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Huius effectus scribit Concil. Trid. sess. 13. cap. 2. D. Amb. in Psal. 118. Cyrill. Alex. cap. 6. In Ioannem. Chris. Hom. 45. in Ioannem. Leo serm. 14. de Passione Domini. Theophil. cap. 6. In Ioannem. Et Scholastici in 4. d. 8.

10 *Eucharistia maioris est virtutis, quæ consecrata fuerit die Cęnæ Domini. Græci. Valdenses.* HAER. Græci ut experientia perspeximus, & experti sumus seruant panem die Cœnę Domini consecratum, & superstiosè arbitrantur maioris virtutis esse eo, qui indies consecratur, & offertur. At cum eadē sint verba, quæ pro forma proferimus, idem Deus, eadem erit etiam virtus, cū idē sit etiam Sacerdotium, quare hac in re Græci insaniunt.

11 *Eucharistia solam exigit fidem in suscipiēte, & non præparationem aliquam.* Luth. HAER. Qua fronte quispiam maculata facie, manibus sordibus, & dum male olet, audebit ante Regis, vel cuiuscunque superioris cōspectum accedere. Hunc morem Gentiliū Sacerdotes obseruabant, qui antequam sacrificium offerrent confitebantur peccata sua, vt diligentissimus Modognotus scribit, in libro 4. c. 31. Quem inscribit. Orologiū principium. Quanto magis nos, si ante totius vniuersi Rectorem, ac Creatorem accedere debemus, prius exactissime intimo corde debemus, ne quid sit vigeat in nobis, quod oculos diuinæ maiestatis displicere possit, sed quia purum est conuiuium, pura debet esse etiam conscientia. Hoc docuit. D. Paul. Corinthios 1. cap. 11. Probet autem se ipsum homo. Hinc Dominus Discipulorum pedes lauit. D. Basil. lib. 1. de baptismo, cap. 3. Non solum purum esse à quouis inquinamento carnis, ac Spiritus, ne ad iudicium edat, & bibat, sed euidenter ostendere, & exprimere memoriam eius, qui ꝑ nobis mortuus est, ac resurrexit. D. Cypria. serm. 5. de lapsis. Ante expiata delicta, ante exomologesim factam, criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio, ac manu Sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Domini, & minantis pacem putant esse, quam quidem verbis fallacibus vendicāt. D. Aug. serm. primo de tempore. Quantum possumus cum Dei adiutorio laboramus, vt cum sincera, & pura conscientia, & mundo corde, & casto corpore ad altare Domini possimus accedere, & corpus, & sanguinem eius non ad iudicium, sed ad remediū animæ nostræ mereamur accipere. Theophil. 1. ad Cor. cap. 11. Iudica igitur, & explora conscientiam tuam, & sic accede, nō

quan-

quando fuerint feriæ sed quando teipsum purum dignum inueneris. Origen. Psal. 37. Hoc docet. Greg. Magnus. 2. Reg. cap. 1. in primum librum. Quid enim est hoc loco probare nisi euacuata peccatorum nequitia se probatum ad Dominicam mensam, & purum exhibere. D. Hieron. Leuit. c. 26. Qualem probationem dicit? idest, ut in cor de mundo, at conscientia pœnitentiam eorum, quæ olim deliquit intendenti parti cipetur Sanctis ad ablutionem peccatorũ suorum. Chrisost. Hom. 10. in Matth. Tempus quidem confessionis equæ, & lotis baptismate, & illotis, prophanisqne incumbit &c. & post. His vero, ut ablutis in baptismo maculis ad Dominicam mensam munda iam conscientia accedant. Theodoretus, c. 11. 1. ad Cor. Ita eum ignominia, & dedeco re afficiunt qui Sanctissimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum, & incestum os immittunt. Cassianus collat. 22. c. 5. Leo sermon. 2. Paschali.

Obijciunt.

Primo, q̃ satis sit fides. Nam oportet acceden tem ad Deum credere, ait. D. Paul. ad Hæb. 11. & D. Iacob. c. 1. postulet in fide nihil hæ sitans. Respondeo, quòd non negamus fidẽ, sed non satis est, sed oportet probare se atque ideo non ociosa fides, sed operosa exigitur. Secundo, isti nihil Christo relinquũt sed fãsum eius sanguinem derident. Respõ deo, quòd multa relinquimus Deo, nã quis potest dicere mundum est cor meum? & Dominus docet Luc. 17. Cum hæc omnia feceritis dicite, quia serui inutiles sumus. Faciamus ergo, quod nostrum est, & præparemus corda nostra, ut Dauid hortatur. Tertio, qui Caiet. opinioni subscripserunt arguebant. Nullo iure tenemur præmittere cõfessionem. Dico, quòd est falsum, imo diuino iure tenemur. Quarto, non exigitur confessio ante alia Sacramenta, ergo neq; in hoc. Respondeo, q̃ non est eadem ratio, quia hoc dignius est, & est res, & Sacramen tum. Dico secundo, quod ante ordines exigitur confessio, ante confirmationem, ut di cit d. 4. c. Ieiuni, & in suscipientib. extremã vnctionẽ, ut docet D. Tho. 1. quodlibet. art. 11. Quinto Ecclesia orat, ut sit absolutio scelerũ, ergo nõ p̃uenit cõfessio. Dico, q̃ de oblitis ĩtelligit, uel venialib. alias accedat ẽs nõ cõtritus. Sexto, D. Th. 3. par. q. 80. ar. 4. dicit, q̃ peccator accedens ad Sacramentum peccat, & non quod debeat confiteri. Rñdeo, q̃ non erat proprius locus discutiendi, an necessario debeat præmitti confessio. Dico secundo, q̃ cum dicat, q̃ peccat, & non liceat peccare, sic & dicit implicite, q̃ peccator prius se discutiat. Quidam probant, q̃ de iure naturali, diuino, & Canonico cõfessio debet præcedere. Accipio hic ius naturale non pro eo, quòd nuncupatur ius gentiũ, q̃ idem est apud omnes, sed pro naturali inclinatione, ut obedire superioribus, quod ius emanat, ex naturali instinctu, sicut in speculatiuis conclusiones ex principijs pen dent. Probatur uero, quia dispositiones formam præcedere debent. Secundo, continet in se omnem sanctitatem. Tertio, alia omnia Sacramenta ad hoc ordinantur. Probatur. Secundo, quod sit de iure diuino, idest à Deo reuelatum. Et primo. Quia nullus nisi mundus poterat commedere sancta, ut dicitur Leuit. 22. & 21. Non accedat ad alta re nisi mũdus. De iure Canonico, quia hoc præcipitur de consecr. dist. 2. c. In Cœna. D. Tho, 4. dist. 9. articu. 4. ad Annibaldum, hoc quæsitum disputat. Et concludit necessariã discussionem, & prius debeat reconciliari. Spineus in quodlib. Scot. dist. q. 4. in fine. Demum Conciliũ Tridentinũ hoc decreuit, sess. 13. c. 7. & Can. 11. Caietani tamen sententia non fuit ut hæretica dãnata, sed propter periculum, sic à Concilio statutũ fuit, vt Canus author est, qui Cõcilio interfuit, lib. 5. de locis Theol. c. 5.

12 *Eucharistiam non recipit, qui cum peccato ad altare accedit.* Annas. HÆRET. Quid est, quod Iudam accepit? Quid quod D. Paul. ait. Iudicium sibi manducat, & bibit? D. August. lib. 5. De baptismo contra Dona tistas. capitulo octauo loquendo de Iuda, sic ait. Sic indigne quisque sumens Domini cum Sacramentum non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini, & sanguinis Domini nihilominus erat etiam illis, quibus dicebat Apo stolus. Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Et D. Gregorius, vt Felicianus testatur cõtra Annam ait. Est quidem in peccatoribus, & indigne sumen tibus uera Christi Caro, & verus sanguis, sed essentia non salubri efficientia.

13 *Eucharistia sub vtraque specie etiam Laicis est necessariò danda.* Græci. Bohemi. HAERE. Nullum est statutum humanum, quod pro temporum varietate mutari nō possit, sic & diuinæ leges antiquæ in nouam commutatæ sunt. Quare non erit absurdum, licet Dominus sub utraque specie communicauerit Apostolos, & talis fuerit Ecclesię nascentis consuetudo, quod modo sit reuocata. Imo Dominus Discipulis euntibus in Emaus sub una tantum specie porrexit. Et in scriptura legimus, quòd non nunquam tantum de pane meminit, quando vero de vtroque si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Panis, quem ego dabo caro mea est. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Et Act. 2. Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationib. Et cap. 20. Vna autem subbati, cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis. Concilium Constantiense sess. 13. Redarguit hunc errorem. Et Concil. Basil. sess. 30. Tertullianus lib. 2. ad vxorem. Non sciat maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes, & sic scierit panem, non illum credit esse, qui dicitur. Cypria. serm. 5. de lapsis, refert miraculum circa corpus Domini, in arca communionis causa reseruatum. Orig. Hom. 13. in Exod. admonet, ut sit diligens minister, ad conseruandum corpus. Basil. epistola ad Cæsariam dicit, quod tempore persequutionis fideles domum referebant corpus Domini, & illic communicabant. Hierony. Apologia ad Pammachium, pro libris aduersus Iouinianum, ait Scio Romę hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiant. Euseb. 6. Hist. Eccl. cap. 36. Dicit, quòd Serapion sub una specie communicatur. Amb. in oratione funebri de excessu fratris sui satyri dicit, quod nauigantes debent portare corpus Domini. D. Amb. vt Paulinus in eius vita scribit. sumpsit pro viatico corpus Domini. Theodoretus Cyri Episcopus in historia Sanctorum patrum in vita 26. Quæ est Simonis, dicit quòd communicatur sub una specie tantum moriēs, Symeon. Guielmus Abbas, hoc fuisse tempore D. Bernardi testatur in uita D. Bern. li. 1. c. 11. D. Greg. 3. Dialogorum. Aug. lib. 3. De consensu Euang. Chriso. Hom. 17. Ignatius ante omnes, qui fuit Apostolorum contemporaneus in epistola ad Ephes. Ait sub specie panis Eucharistiam accepisse, nulla interim calicis facta mentione. Id tamen obseruandum, quòd ad perfectionē sacramēti, ac completam nostram refectionem sub vtraq; specie debet sumi, ac ad mortis Domini repręsentationem. At ad reuerentiam Sacramenti satis est, quòd sub una specie tantum detur, & sic soluuntur obiecta.

Rationib. hoc ipsum suadetur. Primo Dominus tantum Apostolos utraque specie communicauit, qui erant Sacerdotes, ergo tantum Sacerdotibus licet sic sumere. Secundo, ex D. Paulo ille de calice debet bibere, qui conficit. At solus Sacerdos conficit, ergo ille tantum. Nam dixit. Hoc facite, significanter ergo loquitur his, qui faciunt. Tertio, post panis consecrationem dixit Dominus. Hoc facite in meam commemorationem, at post calicem addidit. Quotiescunque bibetis, ergo differentia est, quod illi tantum, qui bibunt possunt conficere. Quarto, D. Paul. quando fuit baptizatus per Ananiam, cum accepisset cibum confortatus est Act. 9. Quæ de sacramento intelligi possunt. Quinto, Act. 27. Paul. in naui sumēs panem gratias agit Deo in conspectu omnium, & cum fregisset, cępit manducare animæquiores facti omnes & ipsi cęperunt cibum, nempe de manu Pauli, quæ exponit Chrisost. Hom. 17. Operis imperfecti, de corpore Christi. Sexto, quando Dominus refecit turbam, ut dicitur Ioannis VI. non nisi panem, ac pisces dedit, quòd significat, sat esse laicis corpus tantum. Sanctorum gesta hoc confirmant, qui tantum sub vna specie dederūt, vt est videre tom. 2. 4. & 5. apud Lippom. Ex his error Nestorij cōuincitur, qui dixit, quod sub specie panis, tantum panis continetur, & sanguinis sanguis.

Obiectiones Hæreticorum.

Longo tempore Christiani tātum vna specie contenti erant. Hispani, Galli, Itali, Germani, quæ consuetudo durauit usque ad Vuitclefum Pragensem, & Ioannem Vssum, quo tempore, vt Clocheus narrat in historia vssitarum, quidam Magister, aut puerorum institutor clamare cępit, alterā partem Sacramenti Eucharistiæ Laicis pręreptam esse, cum Christus præcipiat, ut omnes vtranque speciem sumamus. Tunc

Bo-

Bohemi vtranque expetere cœperunt, quã cum non facile concéderetur, non ſpectata Eccleſiæ authoritate arripuerunt. Et eorũ motiua ſunt, quæ in Concilio Conſtantienſi ad hoc coacto ſoluta fuere. Arguunt itaq; Primo, omnibus præcipitur ſub vtraq; ſpecie, vt ſumant, ergo omnes tenentur. Reſpondeo primo, quòd de Sacerdotibus conficientibus intelligitur. Dico ſecundo, ꝙ ſicut Eccleſia multa mutauit, ita potuit hoc. Nam habemus formam baptiſmi, & tamẽ Petrum tantum in nomine Chriſti baptizaſſe, Act.2. Aperte dicitur. Item dies ſabbati ſanctificanda erat, ut Exod.20. præcipitur, & tamen in Dominicam commutata fuit. Erat decretum de non manducando ſuffocato. Act.15. Et tamen commedimus, & Bohemi commedunt. Erat præceptum ex conſtitutionibus Apoſtolicis, ne ſabbato ieiunemus, & tamen ieiunamus ſub præcepto in quadrageſima, & quatuor temporibus, ſicut ergo hæc præcepta commutata ſunt, ita & hoc, de communione ſub vtraq; ſpecie multo magis, ꝙ Dominus non ſemper ſic communicauit. Secundo, Ioan. VI. dicit, Dominus. Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, ergo non poteſt Papa aliter declarare. Tertio, ſi poteſt vna pars Sacramẽti Euchariſtiæ ꝑmitti, ergo & aliorum Sacramentorum, ergo baptizare vna parte tantum obſeruata, & etiam pœnitentiæ partes non erunt neceſſariæ. Quarto. D. Paul. 1. Cor. 11. Docet utranque ſpeciem ſumendam. Ad ſecundum reſpondeo, ut ad primum. Ad tertium dico, quòd non eſt eadem ratio, nam ſub vna ſpecie Euchariſtiæ continetur perfecte alia, at nõ in baptiſmo, & pœnitentia, ſed illę ſunt partes eſſentiales Sacramentorum. Ad quartũ ex reſponſione ad primum patet ſolutio. Quinto, nemo poteſt mutare Domini præceptum, vt dicitur de conſecr. d.2. ca. Comperimus, ubi iubet Gelaſyus, vt Sacramentum nõ diuidatur, vt uel totum recipiatur, uel non recipiatur. Dico, quòd ſenſus Gelaſij eſt, contra Sacerdotes, quorum aliqui vnam ſpeciem ſumebant, vel aliqui nullã, quos repræhendit. Sexto, quod Dñs poſt reſurrectionem Apoſtolos ſub vna ſpecie communicauerit eſt inuentum Papiſtarũ, & ſimiliter quòd fractio ſignificet communionem, nam & populum communicaſſet. Ioan. VI. Dicitur, quòd non eſt noſtrum inuentum Dominum Apoſtolos, vel diſcipulos, qui ibant in Emaus communicaſſe, ſed D. Auguſtini, Chriſoſt. Theophil. Theophili, & Bedæ, qui ex eodem ordine à Domino hic obſeruato, quem in Cęna, colligunt eos communicaſſe. Non tamen eadẽ ratio de populo quoniam non ea fecit, nec frangere panem eſt communicare. Septimo, ſi pro Laicis inſtituit ſub vna ſpecie ergo oportet adhuc Chriſtum ſemel mori. Nam teſtamentum non ualet, niſi morte teſtatoris confirmetur, ut D. Paul. ad Heb. 9. dicit. Reſpondeo, quòd Dominus non inſtituit nouum, aut ſpeciale Sacramentum, pro Laicis, ſed modum ſumendi declarauit Eccleſia ex geſtis Domini, nõ ergo opus eſt mori. Cal. c. 18. Inſtituit, ex dicto Chriſ. Hom. 18. In poſteriorem ad Corinthios. Qui dicit, omnibus vnum corpus proponitur, & populum unum. Idem dicit D. Hieron. Malachiæ. ca. 2. Sacerdotes, qui Euchariſtiam conficiunt, & ſanguinem Domini populo diſtribuunt. Reſpondeo eo, quòd iſti ex indulgentia, ac benigna diſpenſatione loquuntur, & non præcipiunt, nec hodie obſeruatur.

Arguunt nono. Alius eſt effectus panis, alius vini, nam panis famem, uinum ſitim extinguit, ergo vtraque ſpecies eſt ſumenda. Reſpondeo, quòd effectus principalis, qui eſt gratia ab vtraque ſpecie confertur. Decimo, non eſt minus efficax, ſub ſpecie vini quam panis, ergo ſub utraque ſpecie debet ſumi. Reſpondeo, quòd eſt etiam contra aduerſarios hoc, quòd aſſumunt. Si.n. non eſt minus efficax ſub vna ſpecie, quam ſub alia, ſatis erit ſub vna tantum. Vndecimo, vinum aliquid confert, nec fruſtra ſumit eum Sacerdos. Reſpondeo, quòd gratia eadem confertur, & contritio principaliter exigitur, nam poteſt eſſe, quòd Laicus ſumens ſub vna ſpecie tãtum copioſiorem gratiam Sacerdote conſequatur. Duodecimo, mors Chriſti magis repræſentatur. Dicitur, quòd per hoc non conuincitur eſſe neceſſarium, quòd ſub vtraque ſpecie ſumatur. Tertiodecimo, maior gratia datur ſi vtraque ſumatur. Dicitur, quòd ſatis eſt, quòd gratia conferatur, nam ſi quis in triduo ſuſcepiſſet gratiã adeptus fuiſſet, etiã quòd ſanguinem non ſũpſerit. Quartodecimo, hoc facite in meam commemorationem,

nem, sed ille dedit sub utraque specie, ergo & nos. Respondeo, quòd assistentibus Apostolis loquitur, nec ad omnes Laicos extenditur. Vel hoc facite dedit potestatẽ Apostolis, sicut quando dixit. Germinet terra herbam virentem. Vel quòd ad Sacerdotes refertur, qui diuino iure tenentur sumere sub vtraque specie, vt docet D. Tho. ex Can. 5. Concil. Tolet. 12. Licet Alexã. de Ales. Alb. Mag. Adria. Biel. lect. 53. & Caiet. 3. par. q. 80. Dicunt, quòd nec Sacerdos ad neutram speciem tenetur. Quintodecimo, qđ Christus instituit, quis nã poterit reuocare? Respondeo, quòd non fuit institutũ. Vel si fuit, pro tempore aliquo, non ut perpetuo duraret. Nam & serpens ęneus fuit confractus ab Ezechia, in quem licebat respicere. Agnus Paschalis, & multa Moysi sunt reuocata. Quatuor Iacob habuit vxores, quòd nunc est impium, erat connubia inter consobrinos, quæ modo sunt prohibita, vt ait. D. Aug. lib. 15. de Ciuit. Dei, ca. 16. Sextodecimo, Ecclesia Græca, & Indica sic dispensat, & fuit hic mos seruatus ante mille annos, & hoc docent patres. Tertulli. Chrisost. Theodosi. Hieronym. Respondeo, quòd hoc mutari potuit exigente reuerentia, ac Scandalo. Decimoseptimo, diuisio ista à quo est inuenta, cum utraque species sit pro omnibus instituta. Dicitur, ꝙ pro Laicis non sunt institutæ, ut necessario sumant, sed pro eorum salute, & beneficio. Decimooctauo, quomodo profitentur latini veteres Ecclesiæ sequi consuetudines? Respondeo, quòd aliqua pro temporum conditione mutantur, at dogmata immobilia permanent, nec variantur, vt docet D. Aug. lib. 1. de lib. arbitrio, capitulo sexto. Sic ergo statuta Romanæ Ecclesiæ sunt in suo robore.

24 *Eucharistiã, vt sub vna tantum specie Laicis detur, non potuit Ecclesia instituere*. Bohemi. Græci. HAER. Qui intimius sacræ historiæ gesta contemplatur perspiciet differentiam quomodo Dominus solos Apostolos in Cęna sub vtraque specie communicauit, alios uere minime, nec quòd concessit Apostolis, Laicis debet esse commune. In Cęna enim Saluatoris tantum Apostoli fuerunt, sic dicit. D. Luc. ca. 22. & Discipuli discumbebant cum eo, & omnia, quę in Cęna illa facta fuerunt, ad Apostolos referuntur, nec ulla fit mentio de Laicis. Et modũ in Cęna statutum cum discipulis euntibus in Emaus obseruauit. Hoc ergo pro certo nos habemus, quòd Dominus extra Cœnã sub vna tantum specie Discipulos communicauit. At non habent hæretici, quod Dominus Laicos sub utraque specie communicauerit. Docet D. Aug. & Theophil. non sine inquit mysterio sumentibus sacrum panem aperiuntur oculi, ut eum cognoscant. D. Hieron. scribit, in Euangelio secũdum Hebræos scriptum esse, de Iacobo, ꝙ iurauerat panem non gustaturum, priusquam ex mortuis uideret Dominum resurgentem. Illi ob id Christus apparuit, acceptumque panem benedixit, ac fregit, & porrexit eis dicens. Comede frater, quia iã filius hominis à morte resurrexit, & nulla fit mentio de uino. Potest ergo Ecclesia sic statuere, vnde dicitur Act. 20. Attendite vni verso gregi, in quo uos spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Si ergo illi immutare quædam potuerunt, ui de baptismi forma diximus, cum idem sit Spiritus, qui in Ecclesia manet in æternum, ut dicitur Ioan. XIIII. poterit & Ecclesia. Iustis enim de causis hoc facit, quoniam multi putabant, non totum Christum sub vna specie. Aliqui etiam putabant plus esse in hostia, ac magis quã in calice, & ideo ad hos errores confutandos sanctè institutum est, vt sub una specie sumatur à Laicis. Adhuc multi in grauissima infirmitate positi, non possunt sanguinem bibere, ideo satis est ut panem tantum sumant. At dices ubi apparet hoc institutum à Christo. Respondeo, ubi apparet Christum Laicos, vel infirmos communicasse, nec omnia, quæ obseruat Ecclesia fuere à Christo, sic explicite exposita, sed implicite in sacris literis, vel traditionibus Apostolorum habetur, quæ Ecclesiæ est iudicare, quæ est columna & firmamentum veritatis, ut ait Apostolus.

25 *Eucharistiam dare Laicis sub vna specie tantũ, humana est traditio*. HÆR. Quæ statuta sunt in Concilijs & à summo Pontifice confirmata non sunt humana sed diuina instituta, quia si ubi fuerunt duo, uel tres congregati est Dominus in medio eorum, ut dicitur Matth. 18. Ergo & in Concilio erit, & sic inibi definita sunt de fide, ea quæ fidei sunt decreta tenenda, & non erunt humana statuta, quia in Concilijs præsidet Spiri-

tus Sanctus, vt ſupra probatum eſt. Secundo, conſuetudo communicãdi Laicos, ſub vna ſpecie antiquiſſima eſt, ita ut oſtendere Laici non poſſint, quando incęperit. Euſeb. enim lib. 6. Eccl. hiſt. cap. 33. meminit epiſtola Dyoniſij vetuſtiſſimi Epiſcopi, in qua notatur, quomodo Sacramentum Euchariſtiæ fuit datum infirmis. Tertio, ſi res adeo neceſſaria eſt, ergo Eccleſia tanto tẽpore errauit, quod eſt falſum. Quarto, eſt Dominus ſub qualibet ſpecie totus, ut demonſtrabo, ergo qui unam ſumit alteram etiam.

16 *Euchariſtia ſub vna ſpecie tantum eſt minus utilis.* HAER. Si totus Chriſtus eſt ſub vtraque ſpecie vt modo probandum erit. Non minus vtile erit, ſi unam, uel ambas ſpecies ſumamus. Secundo fructus, qui calici attribuuntur, conueniunt etiam hoſtię. Hoc etiam probatur facto Diſcipulorum, qui dixerunt. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis &c. Pendet veritas, ac probatio huius dicti ex ſuperioribus. Caie. 3. par. q. 80. 12.

17 *Euchariſtia, vt laicis detur ſub vna tantum ſpecie non expedit.* HAER. Eccleſiæ eſt munus ea uitare, quæ ſcandali ſunt, ac ruinæ cauſa, ac irreuerentiæ, modo ſcimus multa indecentia parere, ſi ſumatur Euchariſtia ſub utraque ſpecie. Vitatur ſic ſacrilegium in effuſione ſanguinis, & irreuerentia. Sacerdos die paraſceues non ſumit sãguinem, nõ ergo eſt neceſſarius, & melius eſt obedire Eccleſiæ, quam ſchiſma ſequi. Sicut ergo Eccleſia cognoſcendo imperfectionem laicorum, nõ præcipit, ut quotidie ſumamus Euchariſtiã, ut conſuetudo erat primitiuæ Eccleſiæ, ſic potuit & hoc de cõmunione ſub utraque ſpecie reuocare. Rurſus ſub utraque ſpecie communicare ex parte noſtri ſunt multæ difficultates. Nec magis conſonat præcepto Chriſti ut quis utraque ſpeciem ſumat, quam ſi unã, ſed tamen eſt magis ſimilis qui utranque, quod parui eſt momenti in hoc, & eius intentionem, non externam ſimilitudinẽ reſpicere debemus. Caiet. ubi ſupra.

18 *Euchariſtia pueris, ac infantibus vſu rationis orbatis, licite datur.* Græci. Eraſ. HAER. Græcorum mos eſt, infantibus Euchariſtiã dare, vt Cretæ uidimus, & pluries de hac re inter nos concertatum fuit, qui ut parũ ſacrarum literarum, ac Doctorum doctrina verſati, id ea ratione, fatebantur ſeruare, vt prædeceſſorum conſuetudinem retinerent, & ad ſalutem pueorum (dicebant ex eis non nulli) eſſe Euchariſtiam neceſſariam. Contra quos. Primo arguitur. Baptiſmus delet peccatum originale, vt eſt doctrina Eccleſiæ vniuerſalis, ergo non eſt neceſſaria Euchariſtia. Secũdo, qui ſumit Euchariſtiam debet comedere, vt dicit Dominus. Et Apoſtolus, atqui infantes comedere non poſſunt. Tertio, datur ad alimentũ, at pueri augumentum uitæ ſpiritualis non habent. Quarto, debet qui accipit habere deuotionem, vt Dominũ ſuſcipiat, at pueri non habẽt. Quinto, ſubit periculum uomiti, puer, ergo vitare illud debemus. Eſt decretum Conc. Trid. his de cauſis. Obſeruandum tamen, quod & ſi adulti in graui infirmitate poſiti non cognoſcant exacte, tamen antea habuerunt deuotionem, & agnouerunt, quod de pueris, non poteſt dici. Pueris etiã ſatis eſt fides Eccleſiæ ad baptiſmum ſuſcipiendum, at non pro Euchariſtia, nec eadem eſt ratio, quia in baptiſmo infans generatur, & qui generatur non habet actionem. In Euchariſtia uero nutritur, & qui nutrit agit & ipſe. Sic ergo pueris non eſt danda. Caiet. Vbi ſupra. Et fuit Pelagij hæreſis, ut infantib. detur, Euchariſtia, ait, Caietanus. Pueris iudicio confeſſorũ ac parentũ detur. 3. par. q. 80. q. D. Th.

19 *In vna ſpecie tantum non continetur totus Chriſtus.* Neſtorius. HAER. Hac de cã dixerunt laicis dari ſub vtraque ſpẽ, quia integer Chriſtus ſub vna ſpẽ tm̃ ſaluari non põt. Aduerſus quos sũt quę ſupra diximus, ꝙ Dñs Diſcipulos euntes in Emaus tm̃ pane cõicauit, & tot Sanctorum authoritates ad hoc confirmandum adductæ fuere. Et Cõc. Conſt. Baſil. & Trid. quod ſeſſ. 13. c. 3. & Can. 2. ait. Si quis negauerit totum, & integrũ Chriſtum, omnium gratiarũ fontẽ, & auctorem, ſub vna ſpẽ panis ſumi, quia vt quidam falſo aſſerunt, non ſecundum ipſius Cſtriſti conſtitutionem, ſub utraq; ſpẽ non ſumatur. Anathema ſit. Hic tamen obſeruandũ ex Scholaſticis, ꝙ totũ Chriſtũ eſſe in quauis ſpẽ dupliciter poteſt intelligi, primo ex ui Sacramenti. Secundo per concomitantiam. Corpus Chriſti ex vi Sacramenti totum eſt in Euchariſtia, & ea omnia, quæ ſunt de veritate humani corporis, caro, oſſa, nerui, pellis,

partes Homogeneæ, & Ethergeneæ omnes, & singulæ, non autem sanguis, qui & si forte pertineat ad ueritatem corporis, cũ sit in eo post Resurrectionem, tamẽ in hoc Sacramento repræsentare CHRISTI passionem, in qua fuit à carne separatus, seorsum etiam consecratur, ac conficitur. Ideo sicut sanguis non continet corpus, sic nec corpus sanguinem ex ui consecrationis, concomitanter tamen est. Obseruãdum secũdo, quòd per corpus accipio substantiam & materiam cum forma corporeitatis. sic ergo licet in corpus tale panis transubstantietur. tamen ex concomitantia est ibi anima, ut forma dans esse, siue uegetatiuum, siue sensitiuum, siue intellectiuum, anima uero ut dans esse corporeũ est ibi ex ui Sacramenti. Obser. tertio, qđ ex ui Sacramenti, vel cõcomitantis potest sumi, uel per se, vel per accidens, quòd sit terminus conuersionis. Nam Mutius ambulat est per accidẽs, ita hic, quia ista sunt coniuncta termino per se, qui per uerba exprimitur. Hoc est corpus meum. Hinc est, quod ea quæ à Christi corpore separãtur, non sunt, nec per se, nec per accidẽs in hoc Sacramento. Dubium tamen de quantitate corporis Christi, an in Eucharistia contineatur & an tota. De qua affirmamus, ꝙ tota quantitas corporis Christi est tota in tota hostia, & tota in singulis partib. & sic demonstro. Non tantum enim substantia purè generatur, sed quæ illam necessario comitantur, talia sunt accidentia ex intentione naturæ, tanquam substantiæ proprietates illi naturaliter conuenientes. At differunt, quia substantia per se primo, est terminus ad quem, accidentia uero per se secundo, quoniam & in corruptione substantia est per se primo terminus à quo, accidẽtia sunt per se secundo. Vnde totum in totum per se conuertitur. & sicut quod conuertitur est substantia panis, & non accidentia, ita terminus ad quem primo est substantia accidentia uero per accidens corpus sequuntur, & sic talia accidentia sunt in Sacramento per accidens. Hinc oritur, quòd cum quantitas corporis Christi non reperiatur nisi per substantiam, habet & leges substantiæ, & sicut ea est in toto tota, & in qualibet parte tota non quantitate, sed essentialiter, sic & erit quantitas, quia saluatur in Eucharistia ratione substantiæ. Obser. 4. Quod caute loquendum, non enim meus est animus dicere, ꝙ tota illa quãtitas, sit in qualibet parte corporis Christi, tunc enim quæ esset distinctio, sed quòd in qualibet parte Hostiæ est ibi sacramentaliter, & per accidens. Habet enim illa quantitas ordinem partium in toto (cũ sit uera quantitas) & positionem, quę est in genere quantitatis, non autem habet ordinem partium in loco, quæ est situs, uel positio prædicamentum. Licet ergo quantitas in se prout computatur ad corpus ubi est per se, sit diuisibilis, imo causa formalis, quæ quantitas sit diuisibilis; tamen in re nostra est per accidens, i. per substantiam est indiuisibilis, & est in sacramento indiuisibiliter. Vnde sicut substantia est tota in qualibet parte, ita quantitas. Habes ergo candide Lector, quomodo Eucharistia in una quaq; specie totũ Christum continet.

20 *Eucharistia. Corpus Christi est ibi mobiliter.*

HAER. Pendent hæc ex Phylosophiæ naturalis principijs, ideo ex eis declaro, & confuto propositam propositionem. Motus multiplex est. Localis, generationis, corruptionis, & augumenti. Primus, quando corpus mutat locum. Secundus, quando generatur, alter quando corrumpitur, ultimus est præexistentis quantitatis maioramentum. Primo modo corpus Christi, nõ potest moueri, quia non est in loco, nec quantitas illa dicit ordinem partium in loco, ut diximus. Nec alijs motibus potest moueri, quia eius corpus est gloriosum. Ratione tamen specierum potest dici, ꝙ moueatur, sicut, & diuiditur, ac frangitur, sed hoc est per accidens. Moueri uero per accidens multifariam contingit. Primo, quia est in loco per se, & per se potest moueri in loco, tamen mouetur ad motum alterius ut nauta in naui, & hoc modo non mouetur corpus Christi in speciebus. secũdo illud moueri per accidens, quod nullo modo secundum se potest moueri, sed tantum ad motum alterius, ut forma, & accidentia, ut quo, non ut quod sunt mobilia, vel mouentia, sicut & sic dicuntur generabilia, & corruptibilia, nec isto modo corpus Christi potest moueri. Tertio illud, qđ est in aliquo definitiue, ut Angelus in corpore assumpto, nec sic corpus Christi mouetur, quid nõ est in loco diffinitiue. Quarto illud mouetur per accidens, quod moue-

tur

tur per partes, vt in motu circulari, quod non competit Sacro. Quinto, quod mouetur per motum eius, in quo non est diffinitiue, nec potest esse, sed tantum formaliter ut mota manu mouetur anima. Sexto, qđ mouetur ad motum eius, in quo non est diffinitiue, sed esse pōt, ut Angelus ad motum sui orbis, cui non est affixus. Septimo, quòd mouetur in eo, in quo nullo modo est, sed pure per accidens, ut moto visibili, mouetur uidens. Octauo, quod mouetur, ut quod in eo, in quo est realiter quocunque motu determinate, uel non localiter, sed diffinitiue. Nono, quod mouetur, ut quo moto eo, in quo est existēte in aliquo modo dicto. Corpus ergo Domini mouetur per accidens in Sacramēto octauo modo, quantitas uero sua, & alia omnia sibi realiter coniuncta mouentur per accidens nono modo, quæ uero extrinsece sunt in eis coniuncta, ut locus cœli mouetur per accidens septimo modo. Ratio est, quia sic unumquodque mouetur in loco, eo modo quo est. Hæc ex communi schola.

21 *Eucharistiam sumere possunt, non Ieiuni*. HAER. Et si quando Dominus hoc Sacramentum instituit Apostolis post Cœnā distribuerit. Tamen disposuit D. Paulus, vt docet D. Aug. epist. 118. ad Ianuarium, ut Ieiuni sumerent Eucharistiam, cuius uerba referuntur de conse. dis. 2. c. liquido. sic itaque ex D. Aug. colligo traditionem Apostolicam esse, ut ieiuni sumamus hoc sacramentum. Synodus etiam Constantiensis, sess. 13. Hoc renouauit dicens. Etiam post Cęnam, uel alias non ieiuni, & communicandum esse pertinaciter asseuerat, contra laudabilem Ecclesię consuetudinem ratio nabiliter approbatam, &c. Si quis vero nobis obijciat, decretum Concilij tertij Cartag. c. 29. Vbi dicitur. Non nisi à Ieiunis hominibus celebretur, excepto vno die, quo Cœna Domini celebratur. ergo licebit aliquando post cibum sumere. D. Thom. respondet, quòd loquitur secundum consuetudinem aliquam, apud aliquos obseruatam, ad repræsentandam Dominicam Cœnam. Hoc etiam fatetur D. Aug. vt ait D. Thom. 3. par. q. 80. art. 8.

22 *Eucharistia non saluatur in qualibet particula totus Christus*. Nestorius. HAER. Qui tantum corporali oculo diuinissima hæc mysteria repræsentare uoluerit, vel percipere, in inextricabiles laberintos incidet. Sancti uero, qui Diuino lumine fuerunt afflati aliter senserunt, hinc in Conc. Flo. dicit. Sub qualibet quoque parte Hostiæ consecratæ, & vini consecrati, separatione facta totus Christus est. Euseb. Emisenus homil. quinta de Paschate. Quod corpus Sacerdote dispensato, tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto. Hoc Conciliū Trident. (quod prius referre debuerā) sess. 13. capitu. tertio. & canon. tertio. si quis negauerit, in venerabili Sacramento Eucharistiæ, sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusq; speciei partibus separatione facta totum Christum cōtineri anathema sit. Basil. Mag. in epist. ad Cæsariam patritiam ait. Idem igitur uirtute, siue vnā partem accipiat quisquam à Sacerdote, siue plures partes simul. Huic Scholastici subscribunt. Cyrill. Ale. li. 4. in Ioannem, c. 17. sicut parum (vt Paulus ait) fermenti totam massam fermentat, &c.

23 *Eucharistia non est adoranda*. Lutherani. HAER. Qui negat, sub illis accidentibus Diuinam naturam contineri, negabit etiam eius generationem. Nos vero, ut religiosum exposcit officium, quam adesse credimus, culto quoque debito veneramur, vt creaturæ Creatorem, serui Dominum, atque beneficium redemptorem. De quo Dauid. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum. & addidit. Adorabunt in cōspectu eius uniuersæ familiæ gentium. Item. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ. Concilium Triden. sess. eadem. capit. 5. & canon. sexto. Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ sacramento Christum unigenitum Dei filium, non esse cultu latriæ etiam externo adorandum, &c. Origenes etiam homil. quinta, in diuersos Euangelij locos. Et tu humilians te ipsum. incitare hunc Centurionem, & dicito, Dn̄e non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Greg. Nazianz. in oratione funebri sororis suæ Gorgoniæ. Ante altare cum fide procubuit, ac illum, quem uenerabatur, magna uoce, ac omni innouatis conanime &c. Chrisost. ho. 24. in Priorem ad Corinthios. Hoc corpus in præsepe reueriti sunt Magi, & uiri pij, & barbari longo itinere confecto, cum timore, & tremore plurimo adorauerunt. idem dicit hom.

61. ad populum Antioch. & lib. 6. de Sacerdotio. D. Aug. Psal. 88. Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. & in psal. 21. & epist. 120. ad Honoratum, ca. 27. D. Amb. li. 3. de Spiritu sancto, c. 12. Itaque per scabellum terra intelligitur, per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, quam Apostoli, in Domino IESV (vt supra diximus) adorarunt. Hæc itaque Ecclesiæ Orientalis etiam fides. Erasmus arguit. Apostoli sedētes acceperunt, nec legimus prostratos. Dicitur, ꝙ animo adorauerunt. Dico secundo, ꝙ alia est Ecclesiæ consuetudo modo.

34 *Eucharistia non debet reseruari.* HAER. Hoc etiam addunt hæretici, contra quos concilia & Tridentinum diebus nostris loco citato decreuit esse reseruandam. Qđ vero sit D. Cypr. serm. 5. de lapsis refert miraculum circa Dñi in arca seruatum. Origen. hom. 13. in Exo. ait. Quod si circa corpus eius conseruandum tanta vtimini cautela, & merito vtimini, quomodo putatis minoris esse piaculi verbum Dei neglexisse, quàm corpus eius? D. Basil. in epist. ad Cæsariam Patritiam. Omnes enim in heremis solitariam uitam agentes, vbi non est Sacerdos, cōionem domi seruantes à seipsis communicant, &c. Diu. Ambros. in oratione funebri de excessu fratris sui Satyri, refert, quod corpus Christi nauigātes Christiani secum habebant. etenim ligari, de Eucharistia loquitur) fecit in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita se deiecit in mare &c. Amphilochius Episco. Iconensis, in vita Basilij Magni. Diuidens (Basilius cum sacris operaretur) panem in tres partes, vnam quidem cōicauit timore multo, alteram aūt reseruauit cōsepelire secū, tertia uero imponens columbe aureæ, quę pependit super Altare. Græci ēt conseruāt panem consecratum, ut experientia vidi Cretæ, ac Corcyræ. si manna colligitur, & seruatur, vt legitur Exo. 16. quare non hoc sacramentum?

35 *Eucharistia non est infirmis deferenda.* HÆR. Ex eodem statuto Concil. Trid. refutatur hic error. Atque etiam ex patrum Doctrina. Euseb. Cæsar. lib. 6. hist. Eccl. c. 36. narrat historiam ex epi. Dionys. Ale. ad Fabiū Antiochenū, ꝙ Serapioni seni defertur Eucharis. Paulinus in vita D. Amb. dicit, ꝙ D. Ambr. moriturus corpus Dñi tanꝗ viaticū sumpsit, dicēs. Qui discendēs obtulit S. Ambros. Dñi corpus. D. Basi. ēt sumpsit dū morti propinquū se cerneret. Beda li. 4. Anglic. hist. c. 14. testatur hoc idē de puero ægrotāte, & ait. simul & infirmanti puero de eodē sacrificio Dñicæ oblationis particulā deferri mandauit. & c. 24. idem refert. Theo. in Philocteto, seu in hist. SS. Patrū, vita 26. Quæ est Symeonis, Moysis & Heliæ dicit. Mox Diuinorū mysteriorū symbola imposuit. Hunc morem seruat fidelium mater. D. Hieronym. vbi infra.

26 *Eucharistiam annis singulis sumere, nec adulti tenentur.* HAER. Vetus Eccl. cōsuetudo fuit, ut qualibet die sumerent fideles sacram cōionem, sed refrigescente charitate statutū est, ut tm̄ per singulos annos adulti cōicent, quod & si ex sacra scriptura nō sit præceptū, hoc, tn̄ est ab Eccl. ex traditione fortè Apost. vt oīs vtriusq; sexus accipiat in Paschate resurrectionis Dñi. Ex ca. vero x. Apost. præcipitur ut sumatur in solēnitatib. Fabianus uero Papa, ep. 3. & Cōcil. Eliber. c. 81. & hr̄ de consec. dist. 2. c. oīs hō decreuit, ut sumatur ter in anno. & idē Concil. admonet, ut qui uult sumere Eucharistiam abstineat per tres, aut quatuor, aut septem dies. Concil. uero Trid. hunc rigorem non repetit, sed qđ singulis annis satis sit eam sumere. Quod fuit ante statutū in Later. Concil. sub Innoc. III. can. 21. & de consf. d. 2. refertur. Cypr. in ser. de oratione Dñica. Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus, & viuimus, à sanctificatione eius non recedamus. D. Amb. li. 5. de Sacra. c. 4. si quotidianus est panis, cur post annū illū sumis. Diu. Aug. li. 2. de ser. Dñi in mōte, c. 12. Aut pro Sacro corporis Christi, quod quotidie accipimus, pro spiritali cibo, de quo Dñs dicit. Io. 6. Operamini escam, quæ non corrūpit. &c. D. Hierony. in Apolog. ad Pammachium pro libris aduersus Iouin. ait. Scio Romæ hanc esse cōsuetudinem, ut fideles semper Christi corpus accipiant, qđ nec rephendo, nec probo. Vnusquisq;. n. in suo sensu abundat. sed ipsorū conscientiā cōuenio, qui eodē die post coitū cōicāt. Hęc ille.

27 *Eucharistiam sumere non tenetur Sacerdos celebrans.* HAER. Decreto x. eiusdem sess. dānat Concil. Trid. hanc hæresim. Hoc decreuit Gelas. ut hr̄ de cōs. d. 2. c. cōperim. & hic

hic sensus Dominici sermonis. Hoc facite in meam commemorationem, licet primo præcipiatur consecratio, & instituatur ordo. Demum perfectus vsus Sacramenti Eucharistitię, quo ad vtranque speciem est in Sacerdote. Caiet.3.par. quæst.80.artic.12. Confirmat D.Tho. ex Concil. Tolet. ut dicitur. de cons.dist. 2. c.relatum. Nam Eucharistia non solum est Sacramentum, sed sacrificium, cuius offerens debet esse particeps. alia uero sacramenta non sunt sacrificia, ideo non sumunt, nec aliquis baptizat se. At si appareat sub specie carnis, non tenetur sumere, sed consecret iterum art.4. q.82.3.par.

28 *Eucharistiam frequentare non licet.* HÆR. Aduersus prophanam hanc nouitatem, sunt petitiones Dominicæ orationis. Panē nostrum quotidianum da nobis hodie, quę de Eucharistia, Cypri. Hieron. Amb. & D. Aug. exponunt, & in huius probatione est Concil. Trid. sess.13.c.8. in fine. Vt pure illum supersubstantialem frequenter suscipere possint, & is uere eis sit animæ vita, & perpetua sanitas mentis. Authoritates Doctorum supra numero 26. adductæ confirmant. Scholastici etiam hoc approbant. D.Thom. 3.par. q.82.10. Quia de Eccles. dogm. ait D.Aug. nec laudo, nec uitupero. Bon.4.dis.12.q.penult. Ricard. eadem dist. q.1.art. 6. Pal. eadem dist.q.1.art.4. Biel.d. 12.q.2.art.2.conclus.4. Basil. ad Cæsaream Patritiam cōmunicare per singulos dies, pulchrum est, & valde utile. Cyrill. serm.6. de oratione Dominica. Hunc panem dari nobis quotidie postulamus, Hieron.ep.28. ad Lucinium.

29 *Eucharistia vnicuique domi est asportanda.* Erasm. HAER. Putat Erasmus D. Hierony. huius fuisse sententiæ, sed quomodo sit deceptus legamus D.Hierony. in Apologia ad Pammachium pro libris aduersus Iouinianum. Qui ait, repræhendendo domesticam communionem, quæ Romæ in domo celebrabatur, & ait. Quare non ingrediuntur Ecclesias? alius in domo Christus est? Quod in Ecclesia non licet, nec domi licet. D.Pau. non laudat conuentum in Ecclesia ad conuiuandum dicens. In hoc laudo uos, quòd conueniatis ad conuiuandum, multo magis ad Eucharistiam sumēdam. Damnat vero abusum, quod satius esset non conuenire, & comedere in domib. propriis, q̄ in publico Ecclesiæ cętu. Ideo dixit. An domos non habetis ad manducādum, & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis, aut confunditis eos, qui non habent, non s̄p uoluit D. Paul. morem Erasmi approbare, aut instituere, eo magis, quo soli erant Christiani conuenire ad Eccles. ad alia munera longe minima peragenda, multo magis ad communicandum.

30 *Eucharistia non debet in processionibus circumferri.* HAER. Statuit concilium Tridē. sess.13.c.5. ad maiorem, huius Sacramenti venerationem, vt in processionib. circumferatur. & can.6.

31 *Eucharistiam sumere non potest, qui est in peccato veniali.* ERR. Cum nemo sit, qui sine crimine uiuat, nullus erit, qui eam sumere possit, quoniam septies in die cadit iustus, in multis offendimus omnes, & quis potest dicere mundum est cor meum. Quisque ergo dicat. Non intres in iudiciū cum seruo tuo Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nemo ergo sumere posset hoc Sacramentum, atque ideo frustra se nobis reliquisset Dominus. Demum cum peccata uenialia nō sint contra Deū, licite qui in peccato tantum ueniali erit, poterit cōicare. Non tamen nego, q̄ peccata uenialia tollant quemdam gustum spiritualis dulcedinis, quem exacte purgati sentiunt, ac experiuntur, & sic interpretatur à D.Thom. dictum D.Augu. tract.26. in Ioannem explicans ea verba. ca.6. Patres vestri manducauerunt manna, ubi ait, Innocentiam ad Altare portate. 3. par. q.79. artic. 8.

32 *Eucharistiam non sumit qui est in peccato mortali. Nec sumit corporali ore.* HAE. Primā partem supra confutanimus, sequitur, ut alteram explodamus. Dixit nāq; Annas, & nonnulli alij hæretici q̄ hō sumit ore exteriore panē, & uinū, at interiori spiritu Eucharistiā, posuit .n. iste hō substantiā panis vnā, cū corpore Christi subsistere in Sacr̄o, & qđ primā ore, secundā uero interiori homine. At Catholici ex verbis D.Pau. colligunt, q̄ ēt manducamus Sacr̄m sacr̄aliter, ideo D.Pau.1.Co.11. Quicunq; mādu caue rit panē & biberit calicē Dn̄i indigne reus erit corporis & sanguinis Dn̄i. Super quib. uerbis, ait. D.Aug. Multi indigne accipiunt corpus Christi. & super Io.6. Patres uestri manducauerunt manna, & cæt. Multi de

Altari accipiunt, & accipiendo moriũtur. Et tract.27.in Ioan. Omnes Christi fideles, ne ore corporis tantum, Verum & spiritu corpus Christi assumant hortatur. Cyrillus lib.11.in Ioan.cap.27. Qui uero aliter accedunt Sacramentum tantummodo (Hoc corpus Christi cum uero ipsius sanguine, sub speciebus panis, & vini) absque ipsius uirtute, & ipsorum iudicium, id est condẽnationem recipiunt. D. August. adhuc 3. de Trinit. c.4. Chrisost. ut author est D. Tho. docet, ꝙ Iudas verum Christi corpus accepit. quicquid dicat Hil. super Matth. 3.par. q.81.art.2.& q.80.art.3. docet quòd etiam peccator accipit Sacramentum sub illis speciebus.

33 *Eucharistia potest dari peccatori publico.*
HAER. Habemus Domini dictum, quo impugnatur hæc hæresis. Non licet Sanctum dare canibus. Matth.7. Nec eis danda est Hostia non consecrata, quia committeret idolatriam. Nec etiam danda est alicui ad examinationem, ideo summorum Pontificum decreta sunt abrogata per Stephanum Papam. D. Th 3.par.q.80.artic.6. Alex.4.par.q.39.primo. Riccar. Dur. Biel. 4.dis.9.q.2.art.3. Palud. dist.9. quæst.4.art. primo. D. Antonin.3.par.tit.14.cap.12.§2. Nemini ergo infami, ut Diuinatori, mago, sortilego, & similibus est danda.

34 *Eucharistia potest ne dari peccatori occulto?* Sunt qui dicant, quod non curatus potest negare. Alij, quòd sicut Dominus Iudæ dispẽsauit, sic occulto peccatori, quilibet potest Eucharistiam distribuere. At si ille, qui communicat potest sine scandalo negare, tunc non debet dare. Scholastici illi ubi supra, & Caiet.3.par.q.80.art.6. De polluto vero in nocte, dicunt quòd potest percipere, quando non dedit causam uoluntariã. Quando etiam est dies festus, & non adest alius Sacerdos potest celebrare. Nam potest illa pollutio prouenire ex Dæmone, ex superfluitate naturæ, vel ex alia naturali causa, nullo modo uoluntaria, quo casu potest sumere. D. Thom. ubi supra, artic.7.

35 *Eucharistiæ consecrationis terminus quisnam est?* Superioribus diebus contigit disputare ex tempore cũ quodam Doctore Theologo Hispano hac de re, & quia quæsitum arduum, ac nouum est decreui ea, quæ ei scripsi, hic inserrere, & scribere. Declaro primo, quid sit, quod quæritur, secũdo eius opinionem reprobo. Tertio nostram probo opinionem. Quarto eius obiecta diluo. Primo itaque dico, quòd sensus quæsiti est: Substãtia panis, & uini post uerborũ platione, in quod transmutatur, uel transubstãtiatur ex ui Sacramenti, in corpus Christi cum his, quæ sunt ei intrinseca, vel in aliquid aliud, puta in formam corporeitatis. Hoc est, de quo disputamus. Vir ille doctissimus, arbitrabatur terminum ex ui sacramenti esse formam corporeitatis. Hoc ut saluaret eandem esse Hostiam, si consecrata fuisset, & remansisset in triduo. Nam corporeitatis forma semper eadem est, et in triduo mortis, at corpus, & caro Christi, non est idem. Hac ratione affirmabat terminum esse formam corporeitatis. At anima, & esse uiuum est terminus per concomitantiam. Hæc erat eius opinio. Contra quam sic instabam. Primo, forma corporeitatis non est uere cibus. At Eucharistia est uere cibus, ergo terminus non est forma corporeitatis. Probatur maior, quoniã corporeitas, ut sic, dicit tantum esse corporis denudati ab omni accidente. Minor et probatur, quia Dominus dixit. Caro mea vere est cibus. Secundo quæro an sit totus Christus sub forma corporeitatis, si est: ergo anima, & caro non sunt partes essentiales ipsius. si non est totus. ergo nec uere est Eucharistia, nam ut superius dictum fuit. [Eucharistia continet totum Christũ, & tota substantia panis transubstantiatur in totum, & hoc est de fide. Tertio, de forma corporeitatis non saluantur uerba Saluatoris. Qui manducat meam carnem. nec D. Pauli. ergo nec illa est terminus ex ui Sacramenti. Quarto, nec de corporeitate uerum est affirmare. Quod de uitam, ergo non ille erit terminus. Quinto nec ille potest tueri, quod eadem semper sit Eucharistia, nam nec Christus fuit semper idem, & uiuus, & mortuus, quæ duo differunt essentialiter, quia uita est prædicatum essentiale. Sexto, Christus de suo corpore dixit. Hoc est corpus meum, & de seipso, at corporeitas, non est Christus. ergo nec terminus consecrationis. Septimo sanguis separatur à corpore, in morte, hac enim de causa (inter alias) feorsum consecratur sanguis. ergo non est eadem Eucharistia. Nec unquam Scotus dixit, quòd forma corporeitatis sanguinis manet.

Octauo,

Octauo; si terminus consecrationis est forma corporeitatis, quid de sanguine dicendum erit, quę nam erit terminus. Nam sanguis est pars, nec aliquis ponit formã corporeitatis ipsius. Demum contra eū sunt verba Concilij Later. generalis sub Inno. Tertio dicentis. Transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguine potestate Diuina. Hic ergo est terminus transubstantiationis, cui nedum D. Tho. verum & omnes consentiunt. Nec satis est dicere, quòd caro, & sanguis sunt termini secundarij. Nam Concilium huc tendit contra hæreticos, ut assignet in quod fiat transubstantiatio primo, & ex ui Sacramenti. Mea ergo erat opinio, quòd terminus transubstantiationis est corpus Christi, ex vi Sacramēti, quod quidem corpus includit carnē & ossa ex vi Sacramenti, & ea quæ sunt de veritate humani corporis, nerui, pellis, & partes Eterogeneę, & Homogeneæ, vel q̃d etiam transmutetur in formam corporeitatis distinctam, vel non distinctam, non.n. arctare volo rem de fide naturalib. obscuritatibus. Nec tamen adeo durum ei videri debet, quod Eucharistia non sit omnino eadem, namque authore D. Tho. si Eucharistia seruaretur in triduo mortis moreretur. Nam idem est Christus quo ad substātialia in Sacramento, qui in Cruce, ideo quicquid conuenit Christo, quo ad essentialia conuenit Eucharistię pro tempore illo, & si Christus (dato casu) esset annihilatus, & Eucharistia. Obseruandum quòd consulto dixi, quo ad substantialia, nã quo ad dimensiones, & esse in loco, non erat eadem modo, hinc dicit D. Thom. ꝙ poterat mori, non tamē illudi, irrideri, cõspui, aut crucifigi, quia non erat in propria specie, sed sacramentaliter. At mori poterat, Et addit D. Thom. ꝙ si fuisset conseruata hostia consecrata, quæ Apostolis dedit, ibi caro tantum sub carne fuisset, & sanguis sub sanguine, non tamen sanguis, & caro essent simul, quia in morte facta esset separatio, ac per hoc etiam in Eucharistia, sic, & anima esset separata. Quæ negare nemo auderet, vt puto, 3. par. q. 81. artic. quarto. Ex quibus dictis habemus terminum transubstantiationis, & quod concedere non fuisse eandem hostiam (si ante mortem fuisset consecrata, & in triduo seruata) non est absurdum imo necessarium. Fuit tamē eadem hostia, quo ad aliqua, & ex Caieta. præcepto suadeo, qui dicit eodem loco: Quod vniuersaliter, quicquid potest conuenire Christi corpori, illud idem attribuitur Sacramento pro illo tēpore, ex qua regula, deduco, quòd sicut fuit idem Dominus, quo ad esse hypostasis, & materiam primam, ad quam fit resolutio, ut cadauer generetur. sic & hostia, quo ad hæc remansit idem. si consecrasset in triduo terminus illius ista essent. & quo ad hoc saluatur identitas consecrationis. si uero remanet illa eadem forma corporeitatis concedo quòd & in illam facta etiam esset transmutatio. Decipiuntur ergo illi, qui dicunt terminum primum ex ui Sacramenti esse formam corporeitatis, & multo magis allucinantur, qui contendunt esse solam materiam primam, vel materiam sub esse accidentali. Verba enim Domini, de corpore intelliguntur, non de materia, vel alio accidente. Vltimo loco, obiecta ipsius remanet soluere. Primo instabat, non saluatur semper vnitas termini, sicut si dicatur, quòd terminus transubstantiationis est corporeitatis forma. Respondeo. Primo, quod non oportet quòd saluetur ista vnitas, nam sicut alius est Dominus viuus, & mortuus, ita, & Eucharistia. Dico secundo, quòd est idem terminus, sed non primus nempe esse hypostasticum, & materia, non autem alio modo, quia in triduo, nec sanguis, nec ossa, nec caro essent termini, imo nec anima est, quia nec ex cõcomitantia, nec ex ui Sacramenti, ut docet D. Tho. 3. par. q. 75. 1. primum. Sicut ergo corpus Christi difformiter se habuit, sic & ipsa hostia. Secundo ergo Sacramenta non semper eodem modo se habent. Huic satisfacio, ex uerbis ipsius, qui fatetur, quod nec Christus semper eodem mõ se habuit, & quid absurdius quod nec Eucharistia. Sicut ergo nec caro eadem erat, sed diuersa specie in Christo uiuo, & mortuo, & Christus, sic nec Eucharistia. Hæc sunt, quę pro hac ueritate tuenda occurrũt dicenda. Et quisque cognoscet, qui sit terminus consecrationis.

36 *Eucharistia mortuis danda est.* HAERE. Quid absurdius excogitari potest? Quam mortuis Sacramenta administrare? Et de Eucharistia dominus dixit. accipite, & edite. Matthæ. 26. Marci 14. Quomodo ede-

re possunt mortui. Concil. Cartag. Tertiũ, cap. 6. sic ait. Placuit, vt corporibus defunctorum Eucharistia non detur. At ne in re manifesta tempus teramus, hęc sint satis in præsentiarum.

37 *Eucharistia non remanet post vsum.* Centuriatores. HAER. Doctissimus Turrian. lib. 4. cap. 19. Ex sacro Euangelio, ac Patribus demonstrat remanere post vsum. Nam Dominus dixit. Accipite, & bibite, consequens ergo, cum ex Luc. 22. Expressius habeamus Dominum dixisse. Accipite, & diuidite, ꝙ extra vsum bibitionis remaneat, si quidem prius est diuidere, postea bibere, sicut prius est dare, quàm accipere quod datur. Concil. Trid. sess. qua supra decreto 4. Constitutio Apostolica hoc dicit, ut testatur Clem. lib. 8. Sic enim ait. Postquam omnes communicauerint inferant diaconi reliquias, quæ supersunt in Pastophorion, nunc vocatur tabernaculũ in quo asseruantur reliquiæ istæ. Synodus Nicena et ait. Vt credamus positum esse in illa sacra mensa agnum Dei, qui tollit peccata mundi, qui sine mactatione à Sacerdotibus imolatur, at cum est super Altare nõ dum sumitur, est ergo corpus Christi extra vsum. S. Nilus Chrisostomi discipulus ait. Post inuocationem illam tremendam, & aduentum Spiritus sancti viuifici, non iam nudum panem, & commune vinum sancta illa mensæ imposita credimus esse, sed corpus, & sanguinem prætiosum Christi, quæ eos purgant, & hæredes vitæ sempiternę faciunt, qui cum tremore, & desiderio communicant. Dionys. Areopag. ad Titum ait. Et erit sicut hodie, sic & cras. Cyrill. episto, ad Calorysium. Insaniunt, qui aiunt mysticam benedictionem non ualere ad conseerationem, ut remaneant reliquiæ eius benedictionis in alterum diem, non enim alteratur Christus &c. D. Aug. in Psal. 98. Nemo illam carnem manducet, nisi prius adorauerit. In Conciliis etiam Vormaciẽsi, Aurelianensi, Matisconensi Secundo renouata est hæc de reliquiis corpus Domini diligenter custodiendis constitutio, cum ergo tam sacra scriptura, quàm cõstitutiones Apostolicæ, & Patres, & mos Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis id suadeat, nõ est cur Magdeburgenses eum confutare conentur, Hæc ex Turriano.

38 *Sacerdos vucharistiam consecrare non potest.* HAER. Sicut Dominus Apostolos in cęna Sacerdotes ordinauit, sic & ipsi alios, & sicut illis hanc contulit potestatem, sic & aliis. Non enim in verbis tantum est uirtus, sed etiam in ministro, ac instrumento, qđ laico non conuenit, quia non est tantæ necessitatis sicut baptismus. Differunt uero Sacerdos, & Episcopus, quia Episcopus habet potestatem supra corpus mysticum, quod non conuenit Sacerdoti, sed solũ supra corpus Domini habet potestatem. Hic etiam tantum est, qui dispensat, nam & Christus consecrauit, ac dispensauit. Sacerdos etiam est medium inter Deum, & populum. esset etiam irreuerentia, ꝙ ab alijs dispensetur. Quod vero dicitur diaconos aliquod dispensasse, de sanguine est intelligendum, uel in casu necessitatis. D. Thom. 3. par. q. 82. 1. & 3. & alij omnes.

39 *Eucharistiam malus Sacerdos non potest consecrare.* Vuitclef. HAER. Hoc alibi erit confutandnm de qualitate ministri. D. Th. contra hanc hæresim adducit verba Domini. Matth. 24. Si autem dixerit malus in corde suo, &c. Et D. Pau. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum. Quis ergo ille dignus minister. Cum ergo ex persona Christi consecret, quid nocere poterit malus minister? Ad dignitatem tamen Domini pertinet, quod non tantum boni, sed mali conficere possint, nam & in artifice hoc uidemus, ꝙ est suæ excellentiæ inditium ꝙ malo utatur instrumẽto. Quod uero affertur ex sententia D. Hieron. in Soph. c. 3. Sacerdotes eius polluent sanctum. Necessariam esse (ait) tantum solẽnem orationem, & non Sacerdotum merita, isti impie agunt. Hæc Hieron. Interprætatur à D. Thom. ꝙ tales non accedant, at non dicit ꝙ si accedant ad altare non consecrent. Maledictio etiam mali Sacerdotis nocet, & benedictio boni Sacerdotis adiuuat, & ꝙ à Gel. dicitur. 1. q. 1. c. sacrosancta, ꝙ benedictio mali Sacerdotis est maledictione digna, ut eius est intelligitur, non ut Domini, nam dicitur Malach. 2. Maledicam maled. vobis.

40 *Eucharistiam consecrare non potest Sacerdos hæreticus, schismaticus, & degradatus.* HAE. Vt tetigimus Sacerdos consecrat ex persona Christi, ideo potest semper consecrare, quia remanet ptās, ac character, ut docet D. Aug. ad Parmen. & si ad Ecc. illi redirẽt, non essent iterum consecrandi. Peccant

tamen, quia excommunicatis ad tempus aufertur, degradatis vero in perpetuum. Obserua tamen, quod qui sic separati ordinantur, nec recte habēt potestatem, nec recte utuntur. Videant ergo Græci, quales sint eorum Sacerdotes. Qui vero sunt extra Ecclesiam, & si habeant sacrificium, quia sunt baptizati, non tamen habent quo ad fructum, quia extra eam non est salus, nec eius orationes priuatæ valent. Hactenus D. Thom. 3. par. quę. 82. articulo septimo, & 8.

41 *Eucharistiæ continet carnem & etiam panem.* Caluinus. HAER. Probat Calu. nouam hanc fantasiam. Primo, quia dicitur. Accepit panem. Quicunque manducauerit panem. Et D. Paul. Quotiescunque manducabitis panem hunc. Et Act. 2. Fractione panis. Et de vino. Non bibam de genimine vitis. Dicitur, quòd panis non accipitur eodem modo in scripturis, sed nonnunquam pro pane vero, aliquando pro eo, quòd ex pane conficitur. Vel quia formam, vel similitudinem panis retinet, vel quia reficit. Aduersus Calu. sunt ipsa verba scripturæ, & ratio non suadet, quòd sit simul caro, & panis, & vinum, & sanguis.

Eunuchus.

Eunuchi, quibus erant attriti vel amputati testiculi, non admittebantur ad Ecclesiam, siuè congregationem Israelitarum, Deuteron. 25. a

Eunuchi, Regum serui, 1. Reg. 8. c

Eunuchi Fides Christum esse Filium Dei, Act. 8. g

Eunuchi, qui seipsis castrant absque uxorib. viuentes, veri sunt Eunuchi, Matth. 19. b

Eunuchum esse oportet eum, qui Deo digne famulari cupit. Valdenses. HAER. Me pudet tantam confutare temeritatem, & hunc errorem conuincere. Valdenses enim, nō solum seipsos uerum, & quos hospitio recipiebant putantes, sic Deo digne seruire. At ex Euangelio Matth. 5. Habemus, quod nō tantum occisio, sed omnia quæ ad illā quoque pertinent prohibetur. Secundo, si omnes debent castrari, ergo res vxoraria nō licet, ergo malum est matrimonium. Et tamen Dominus approbat. Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo nō separet. Tertio, est præceptum ab ipsā prima conditione hominis Gen. 1. Crescite, & multiplicate. Quod uero Dominus ait. Matth. 19. Non est, sic accipiendum, quod oporteat membra virilia resecare sed concupiscentiam reprimere, quod non intellexerunt Valdēses. Alioquin, si Eunuchi sunt Deo grati, quare nō laudat eos, qui sic nascuntur, sed qui voluntarie sibi venereas delectationes remouent. Abeant Valdenses, & castrētur si non resipiscunt. Animaduertendum tamen, quod Eunuchus, qui talis est per insidias ordinari potest, vt ex Can. 21. Apostolorum habetur.

Euum.

Euum est quædam æternitas participata, cui conuenit habere prius, & posterius ratione temporis concomitantis, licet ęuiterno tātum esse attribuatur ratione sui, sed fuisse, vel futurum esse ratione temporis. Euū adhuc est mensura esse creati vniformiter se habentis ad rationem relatam, qua mediāte esse, cuius est passio potest intellectus mensurare omnem existentiam creatam vniformiter se habentem. Vel vt ait Nico. de Lyra, Eccle. 1. Euum est quasi medium inter ęternitatem & tempus, propter quod aliquando in scriptura ponitur pro æternitate, eo q medium participat naturā vtriusque extremi. Tres enim sunt mensuræ, sicut rerum est triplex esse. Eternitas Dei. Euum rerum incorruptibilium. Tempus rerum corruptibilium. Eternitas caret principio, & fine. Tempus habet principiū & finem. Euum vt medium habet principium, sed caret fine. Vnde à Dyon. ca. 5. de Diuin. Nomin. Dicitur. Euum quieta, & tota simul vita. Euum est in primo æuiterno sicut in subiecto, atque ideo est vnum, sicut ęuiternum est vnum. Et negatiuè dicitur infinitum non priuatiue. Cuius vnum est nunc, sicut etiam in toto tempore unum est. Hæc ex D. Tho. 1. par. q. 10. art. 5. Ricar. 2. d. 2. art. 1. Lyr. super Eccl. c. 1.

Excommunicatio.

Excommunicandi modus, quo vtitur D. Paulus, 1. Cor. 5. b

Excommunicat Paulus Himenęum, & quare, 1. Tim. 2. d

Excommunicabantur apud Iudæos, qui confitebantur Christum, idest extra Synagogam fiebant, Ioan. 9. e

Ex-

Excommunicatio non est de iure diuino, sed Papistarum inuentum. Luth. Eras. & alij. HAERE. Vt pro suo arbitratu uiuant hæretici, peculiare est ipsis Ecclesiasticam ne dũ abolere, sed euertere authoritatem. At si rem attentius perspicere uoluerint, uidebunt (velint, nolint) quod excommunicatio, quæ censura est Ecclesiastica iure diuino est in Ecclesia, quam præfigurarunt in veteri lege leprosi, qui excludebantur extra castra, & etiam à synagoga, vt de cęco nato narrat D. Ioan. 6. Non tamen velut nostra ea erat comminatio, & excommunicatio, quoniam nec claues sic erant in synagoga, nec Sacerdotes tantæ authoritatis.

Nostra vero Ecclesiæ excommunicatio uera est, & ex Euangelio ac D. Paul. aperte habetur. Et sicut Dominus largitus est potestatem Sacerdotibus eijciendi Dęmonia sic & homines tradendi Dœmonib. Quam ob rem cum res postulat, vt graui supercilio peragatur, vel continendos, aut coercẽdos in officio subditos illo vtendum est. Oderunt enim peccare mali formidine pœnæ, oderunt peccare boni virtutis amore. Nec aduersatur mansuetudini præcipere, minari, excommunicationibus, & anathematibus vti, cum suasiones, obiurgationes, repræhensiones non valent reuocare transgressores ab impijs cęptis, vel dum commissa scelera, pœnam, ac flagella requirũt. Nam & Dominus omnium mitissimus eiecit vendentes, & ementes de templo. Moyses perbenignus, seuerus tamen nonnunquam fuit, vt in seditione Coræ, Datam, & Abiron, in sabbati uiolatores, & quosdam alios. Omitto Eliæ Prophetæ acrimoniam in Pseudo Prophetas Baal, omitto factum Eleazari Sacerdotis filij Aaron. Rursus, in veteri lege, qui Sacerdotibus rebellis erat, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum, expiabat cruore. Princips etiam Apostolorum, in Ananiam, & Zaphiram fraudatores pretii agri venditi, atque in Simonem petentem sibi vendi potestatem dandi Spiritum Sanctum acer admodum videri potuit. Audiant Lutherani quanto atrocitate inuehitur in Corinthios, ait.n. Tradere huiusmodi hominẽ Sathanæ, in interitum carnis, vt Spiritus saluus fiat in die aduentus Domini 1. ad Cor. 5. ca. Et ad Titum 3. Hæreticum hominem post unã, & secundam correptionem deuita. 1. cap. par. 5. Et D. Ioan. I. est peccatum ad mortem, non dico pro eo, vt roget quis. Si quis venit ad uos, & hãc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis, qui enim dicit Aue, communicat eius operibus malignis. Cupiant ne Cẽturiatores magis aperta testimonia audire. Recolant eius, quòd dictum est. Matth. 18 Sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus. Et D. Paul. 1. Cor. 6. Quæ pars fidelis cum infideli. Et 1. Tim. 1. Quos tradidi Sathanæ, ut discant non blasfemare. Et 2. Tess. 3. Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hanc, notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundatur. Leo I. epistola ad Episcopos 67. Hac Nicena Synodus aduersus Arrium, & Calcedon. vsa est, c. 2. & 15. Antherus Papa, epistola ad Episcopos prouinciæ Bethicæ. Calixtus Papa, & Martyr, epistola ad omnes Galliæ Episcopos. Cõcil. Cartag. 4. c. 73. Concil. Constantien. ses. 8. Bracar. primum, c. 33. Trident. sess. 25. de reform. c. 3. Et antea Canon Apostolorum 11. Dicit. Excommonicatos nos alloqui nõ posse. Et Can. 13. Non posse recipi. Et Patres na vnimi consensu. Cyprian. lib. 1. epistola vndecima ad Pomponium. Spirituali gladio superbi, & contumaces, necantur, dum de Ecclesia eiciuntur. D. Augu. lib. 1. Contra aduersarium legis & Prophetarũ, c. 17. Sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus, grauius est, quàm si gladio feriretur, si flãmis absumeretur, si ferris subigeretur. D. Hieron. in Matth. c. 18. Potestatem tribuit Apostolis, vt sciant, qui à talibus condemnantur, humanam sententiam, diuina sententia roborari, & quodcunque ligatũ fuerit in terra, ligari pariter, & in Cœlo. Et iterum D. Aug. lib. de fide, & operibus c. 3. Potestatem excommunicandi esse in Ecclesia probat ex c. 18. D. Matth. Qui & in lib. de corrupt. & gratia, c. 15. Dicit hanc esse pœnarum omnium acerbissimam. Qua (inquit) nulla maior in Ecclesia est. D. Ambros. libro 2. capitulo vigesimoseptimo. Orig. Hom. 2. Super librum Iud. c. Audiuimus, q. 3. c. 11.

Audisti Erasme graue supercilium, frontẽ rugosum, seueras increpationes, minas, prę cepta, imperia, Anathemata, excommunicationes, quibus si Papa, vel Episcopi pro tempore vtũtur, nihil est, quod illos taxes.

Non

Non enim cedenti atque obtemperanti vulnus infligitur, sed resistenti, vt docet, D.Amb. Et nihil est in Ecclesia antiquius nec firmius, quam excommunicandi authoritas. Vt legitur lib.69. Hist. Tripart. c. 30. Scholastici etiam hoc tenent, & damnatur vana hæc, ac vafra irrisio Centuriarorũ ab omnibus. D.Thom. in 4.d.18.q.2.arti.1. qla.1. Soto 4.dist.19. Palud.4.dist.19. Palud. 4.d.18.q.1.art.2. Alex. de Ales. par.4.q.81. memb.2. D.Bon.4.dist.18. Ricard. dist. 18. q.5.art.11. Biel.4.d.18.q.2.art.1. & 3.

Obiectiones Hæreticorum.

Primo hanc confutant authoritatem Hæretici. Quia fides, & opera sunt, qui nos saluant. Ergo quantuncunque excommunicetur, si credit, & operatur non nocet. Respondeo, & concedo quod qui operatur, & credit, est saluus, at excommunicatus, si nõ resurgit, non credit, nec operatur. Non credit, quia non agnoscit nec veneratur Ecclesiæ potestatem, non operatur, quia est extra Ecclesiam, extra quam non est saluus, vt diximus, & decreuit Concil. Later. sub Innoc. III. Can.1. Vna est vniuersalis Ecclesia extra quam nullus omninò saluatur. Secundo, peccator peccans se ab Ecclesia separat. Quid ergo excõmunicatione opus erit. Dicitur, quòd qui peccat se subijcit potestati Demonis, sed tamen si perseuerat, vel quædã grauiora committit, adhuc gladio excommunicationis feritur, sic fecit D.Paul. 1.Cor.5. Dico secundo, quod per peccatum non est extra Ecclesiam, sed per excommunicationem, qua de membro Ecclesiæ, fit Babyloniæ. Plus ergo importat excommunicatio, quam esse sub Demonis potestate. Tertio, D.Chrisost. in Hom. quã de Anath. scribit, explanans illud Apostoli 1.Cor.16. Si quis non amat Dominum nostrum IESVM Christum, Anathema sit, docet, quòd neque viui, neque mortui sunt excommunicandi. Respondeo quòd D.Chrisost. mens est repræhẽdere eos, qui cum non habeant authoritatem excommunicandi facultatem usurpant, secundo eos, qui odio, vel passione, ac leui de causa excommunicant, exercentes potestatem à Christo traditam in pernitiem, non salutẽ animarum, & utrosque summo odio nos prosequi debemus. Hij ergo taxantur à Chrisostomo.

2 *Excommunicatio pro temporali damno, non est ferenda.* HAER. Suppono quid sit excommunicatio. Nempe communionis priuatio, & excommunicare est communione priuare. Ac veluti in rebus ciuilibus exulans, & relegatus à patria liberis, amicis, & patriæ honoribus caret, sic excommunicatus Christi merito, Ecclesiæ communione, fidelium vnione, ac suffragijs priuatur, & est tanquam Ethnicus, & Publicanus. & quando crimen erit graue, vt in sequentibus dicam, ac in aliorum damnum, poterit & pro re temporali excommunicari. sic Act.5. legitur, quòd Petrus pro defraudatione prætij, vita mulctauit Ananiã, & Zaphiram, sic & Ecclesia potest, sess.25. capit. 3. de refor. innouat Tridentina synodus. & 11. q.3. c. Episcopi. c. nemo Episcoporum. & c. nullus Sacerdotum. & Concil. Aureli. 5. cap.2. At dicunt hæretici. Anima plus est quam esca. Matth.6. Ergo non est, pro re temporali ferenda excommunicatio. Respondeo, ꝙ si anima plus est, quam esca, q aliena rapiunt, & retinent restituant. At si non restituunt plus erit esca apud eos, quã anima, & ut errorem cognoscant, excommunicantur, vt restituant. Ecce quomodo sit contra eos suum argumentum.

3 *Excommunicari potest homo, pro veniali peccato.* HAER. Quod vero non nisi propter grauiora crimina, non proferatur sententia, ex sacra scriptura deducitur. Et quod semper supponat mortale peccatum, sic ꝓbo exemplis. Primum peccatum ob quod pronunciatur excõmunicatio est publicum delictum scandalizans Ecclesiam, veluti Corinthius ille, quem D.Paul. excommunicauit, quia cum Ecclesiæ publico scãdalo concubuerat cum nouerca, & ideo dicit. D.Paul. 1.Corin.5. Ita vt vxorem patris sui, aliquis habeat. Quando peccator est causa alterius ruinæ potest excommunicari. Vt si est fornicator, Auarus, Idolis seruiens, aut maledicus, aut Ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi, nec cibum sumite. Secundum peccatorum genus est eorum, qui schismatice, & seditiose pacem perturbant Ecclesiæ, de quibus Apostolus. Si quis non obedierit uerbo nostro per epistolam, hũc notate, & non commisceamini cum eo. Tertium genus, est eorum, qui fidem abnegarunt, proprioque sensu subuersi, Deum, aut

aut Christum, aut Ecclesiam audent blasfemari, vt sunt hæretici, & tales, uel eos, q defendunt possunt excommunicari. Sic D. Paul. ad Gal. 1. dixit. Si quis vobis Euangelizauerit, præter id, quod accepistis Anathema sit. Et ad Titum. cap. 3. Hæreticum hominem &c. Et 2. ad Tim. 3. Excommunicat Alexandrum, & Hymeneum. Grauissimis ergo de causis vsus est D. Paulus excõmunicatione. Primo, in fornicatores. Corinthienses, in apostatantes à fide, ac in prędicantes falsam doctrinam. Et si quãdo ergo manus tua, vel per tuus scandalizat te abscide eum. Ascide à corpore, ac familia tua, à domo, à charis tuis. Non tamen quouis peccato mortali excommunicatio ferẽda est, sed grauioribus, ut Concil. Triden. admonet sess. 25. c. 3. in principio de refor. supponit certe excommunicatio peccatũ mortale, sed non quoduis, sed grauiora. Et D. Aug. vt sit discreta docet de fide, & operibus, c. 5. Corripe eum, & ipsum. Vtrunque enim faciendum est, sicut & infirmitatis diuersitas admonet eorum, quos vtique non perdendos, sed corrigendos, curandosque suscepimus, & alius sic, alius sic sanandus est, ita etiam est ratio dissimulandi, & tollerandi malos in Ecclesia, & est rursus ratio castigandi, & corrigendi, non admittendi, nec à communione remouẽdi. Hæc D. Augu. Qui & lib. 3. contra epistolam Parmeniani, cap. 2. docet. Quando fieri non debet excommunicatio. Cum quisque fratrum, idest Christianorum intus in Ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit depræhensus, ut Anathemate dignus habeatur, fiat hoc, vbi periculũ schismatis nullum, atque id cum ea dilectione, de qua ipse alibi præcipit dicens, vt inimicum, non eum existimetis, sed corripite, vt Fratrem. Hactenus, D. Aug. ex quo habemus modum feriendi tanto gladio. Huic peritiores subscribunt. Et cui ista non sunt satis legat Concil. Agat. c. 2. Vbi præcipitur, quòd pro minimis non pronuncietur excommunicatio & habetur 11. q. 3. c. Episcopi si. Et Tribu. Concil. vt eadem causa 11. q. 3. c. Certum est. Et D. Tho. ait, quòd non nisi pro mortali debet quis excommunicari, quando fuerit contumax, quia pœna est grauissima 4. d. 18. q. 2. ar. 1. qla. 3. corpore. Sic Scotus, quarta distinctione decimanona. Ostendit, quòd Apostoli raro, ac pro grauissimis criminibus hoc gladio vtebantur.

4 *Excommunicationem, nulla debet præcedere admonitio.* HAER. Multi sunt superiores (ebriosorum more) qui euaginato ense hũc, illumue, ferire fratrem, re non inspecta admonitione nulla præmeditata, sed repẽtino quodam impulsu, velut fulgur de Cœlo cadens, excommunicant, præcipiunt minantur, ad ruinam, non ad fratrum correctionem ac salutem. Qui talia agentes sibi ipsis nocent, quoniam contra Domini præceptum agunt, dicentis, corripe eum, & postea dic Ecclesiæ, & sit Ethnicus, & publicanus. Corripe ergo, ecce prima admonitio, adhibe duos testes Ecce secunda, dic Ecclesiæ, ecce tertia postquam succedit excommunicatio, hanc ueritatem habemus à Concilio Rothomagensi, & refertur 16. c. omnes decimæ. q. 7. Si tamen non prætermitteret quispiam trinam illam admonitionem, uera esset excommunicatio, ut multis placet. At de iure tempus reo est computandum, vel modicum interuallũ, vt resipiscere possit, vel pro tribus una saltem præcedat admonitio. An uero debeat in scriptis semper fieri excommunicatio, dicunt quidam quod Episcopi, & superiores non incurrunt pœnam irregularitatis, si in scriptis non formant, Religiosi quoq; non incurrunt quia continue debent corrigere subditos, & non possunt semper habere notariũ, & excusantur, quia habent aliũ modum ex regula, uel ex cõstitutione, uel ex ignorantia iuris excusantur secundum lapum, nec incurrunt irregularitatem, uel suspensionem, alias illi, qui excommunicant, & non pronunciat in scriptis cum sigillo authentico excõmunicator est suspensus per mensem ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs. Et si se ingerit efficitur irregularis, & non absoluitur nisi à Papa, & similiter seruetur in suspensionis, & interdicti sententia. Sic docet Gemin. in c. Cum medicinalis in sexto, de sententia excommunicationis. Quando ergo seruãdo eã, periculum non est in mora, seruari debet, si uero periculum est in mora non tenetur seruare superior, ut limitat Siluestrina. Excommunicatio. 5. & Armilla. Excommunicatio. 1. §. 14. Quæ ergo ad excommunicationem exigantur diximus.

5 *Excommunicatio iniusta lata non est timenda.*

TEM.

TEM. Est locus tristissimus D.Gregorij, ut habetur vndecimo quæst.tertia.Sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est. Verba D.Gregor.hæc sunt, quæ ab eo scribuntur homil.6.in Euangelia.Tunc enim uera est absolutio præsidentis, cum æterni arbitrium sequitur iudicis, & post pauca. Sed utrum iuste,uel iniuste obliget Pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is,qui subest, & cum iniustè forsitam ligatur,ipsam obligationis suę sẽtentiam,ex alia culpa mereatur. Hæc Diu. Gregorius. Nam etiam si excommunicatio à Pastore lata,odio, vel ira, aut alio uitio,& corrupta intentione,uera est excommunicatio. Nec tamen excommunicatio iniusta priuat excommunicatum feruore proprię deuotionis, imo si sic excommunicatus humiliter sustinet, recompensat huius excommunicationis damnum, ut docet D. Thom.quarto, dist.18.quæst.quarta. Qui exponit verba Diu. Hieronym. in Matth.lib.3.exponens ea uerba. Tibi dabo claues &c. Quæ contrarium sonant.sed loquitur, quo ad culpam, non quo ad pœnam, nullus enim innocens potest à Sacerdotibus in peccatis ligari, nec ullus in peccatis, de industria perseuerans ab illis absolui. In pœnis uero Ecclesiasticis possunt peccatores,& ab iniustis pastoribus, ex ira etiam, & odio excommunicationibus ligari. Timenda ergo est,quia non est inferioris iudicare, sed potius appellandum, uel recurrendum ad superiorem, quam eam contemnere. Qui tamen est sic iniuste excommunicatus poterit secrete Diuinis interesse,& celebrare sine scandalo,sic & illi, qui sciunt certò esse iniustam,possunt cum illo secrete communicare,& sic paremus, & saluatur Innocens. ut dicit Caietan.2.2. quæst.70.quartum. Tutius forte esset omnino obedire,& humiliter sufferre (ut puto) cōtremiscere enim debet omnis Christianus,cum audit uerbum excommunicationis, quippe ultimus est gladius, quo ferit, ultimumque supplicium,ad quod sontes,& pertinaces adigit Ecclesia. in foro ergo iudiciali, & quo ad Ecclesiam ligat, nō quo ad Deum, & in foro interiori Rlingius, & Caiet.in opusc.

6 *Excommunicatio non separat à consortio fidelium.* HAER. Vt fructus, ac effectus excommunicationis cognoscamus, & suam ipsi sciant infelicitatem, paucis ex sacra pagina deducamus. Excommunicatio in primis separat excommunicatum à Christi capite, & tanquam palmes à vite decisus arescit.Secundo à participatione bonorū, quæ fiunt in Ecclesia, segregatur, de quib. Dauid. Particeps ego sum omnium quærẽtium te,& sic à ciuitate, ac fratrib. exulat. Et est tanquam Ethnicus,& Publicanus. Hinc præcipitur,ne Aue illi dicamus,ne cibum cum eis sumamus ait, D. Ioan. & D. Paul.1.Cor.5. Et Apostoli Can. 13. præcipiunt,ne excōicatus recipiatur. Hoc idem Calixtus Papa epistola 2.Fabianus epistola prima.Concil.Cartag.secundum.c.7.& Conc.Arausic.c.10.Imo excommunicatos alloqui non possumus,ut Can.Apostolorū. 11.statuit.Conc.Antioch.Can.2.Conc.Cartag.4.c.73.Conc.Bracar.primum Can.33. Caiet.vero in quodlib. Vbi disputat de effectu excommunicationis annotat, ꝙ communio fidelium est triplex.Vna extrinseca simul orando,ad missas. Secunda, quæ fit per charitatem nos Christo unientem.Tertia est per communia suffragia,quę fiunt in Ecclesia,ut oratione,& Missis. Et quidam arbitrantur eam, tantum communionem extrinseca tollere. Alia quod omnem communionem.Nonnulli uero,ꝙ tollit cōionẽ intrinsecam,& extrinsecam, quo ad communia suffragia, & supponit ablatam communionem Sāctorum per charitatem. Obseruandum secundo,ꝙ in Ecclesia sunt operationes in duplici differentia. Prima orat quis pro alio, ut Sanctus, & alteri obtinet gratiam secundo orat ex institutione Ecclesiæ in missis.Prima participatur, ab his, qui sunt in charitate tantum, secunda ab omnibus peccatoribus, quia pro omnibus orat Ecclesia.Atque ex his colligitur,ꝙ excommunicatio separat à cōmunione fidelium,& participatione eorum,quę fiunt in Ecclesia.Rationib.hoc probatur. Primo, pro omnib. orat in Parasceues, & non pro excommunicatis.Secundo,orat pro fratribus,at illi non sunt fratres.Tertio,Ecclesia eicit extra,ac per hoc non participat, neq; augumentum gratiæ, neque habet gratiā aut consequitur ex illis.Quarto,omnis excommunicatus diabolo traditur,& à Christo separatur vt diximus. Sic ergo ueritas satis confirmata est ex communibus principijs ab omnibus concessis.

Obie-

Obiectiones Hæreticorum.

Quod uero excommunicationis non sint isti effectus. Probatur. Primo. Ista participatio non dat fidem, spem, nec charitatem, ergo nec tollit, ergo nec participationem bonorum remouet, uel impedit. Respondeo, quod bona sunt à priuatis, & talia non tolluntur, per excõmunicationem, quia ille, non est amplius in charitate, sed per peccatum amittit. At bona, quæ fiunt per cõmunem Ecclesiam, & in persona Ecclesiæ tolluntur. Dico ergo, quòd excommunicatio præsuppositiue tollit communionem charitatis, sed directe communionem suffragiorum, & per hoc interna bona, quæ ꝑ illa ueniunt. Secundo, excommunicatio iniusta nihil tollit. Dico, quòd illa non est absolute, & simpliciter excommunicatio, sed secundum quid in foro iudiciali, ideo non impedit, quia est iniustum iudicium. Tertio, ex sacra scriptura non habetur, ꝙ priuat extrinseca communione, ut patet, 1. Cor. 5. Sed Spiritus saluus fiat. Respondeo quòd ex sacra scriptura habemus eos priuatos esse regno Cœlorum, sit tanquã Ethnicus &c. Quod uero dicitur. Vt Spiritus Saluus fiat, sensus est ut resipiscat, nõ quod sit particeps bonorum. Vnde in primitiua Ecclesia, sensibiliter excommunicati potestati Dœmonum tradebantur. Hæc consonant, cum his, quæ in Concilio Turonensi. Can. 16. Dicuntur. Vbi fit separatio excommunicati à consortio. Quid enim Dœmonibus cum Christo commune, inquit Concilium. Scholastici. D. Thom. Vbi supra. Scot. 4. distin 19. D. Bon. & alio loco citato. Biel. distinctione, decimaoctaua q. 2. ar. 3. dub. 1.

7 *Excommunicatio nulla contrahitur, cum excommunicato communicando.* ERRON. Qui hoc affirmat, negat leges Ecclesiasticas, q̃bus statuitur, quod qui conuersatur cum excommunicato maiori excommunicatione minorem incurrit. Hac enim de causa prohibet Dominus, ne cum excommunicato participet, sed tãquam Ethnicus fugiatur. Et Apostoli Can. 11. Ne eos alloquamur prohibent. Et 13. Can. Quod non recipiantur. Concil. Antioch. Can. 2. Cartag. Quartum, capit. 73. Brac. primum Can. 33. Calixtus Papa epistola 2. Fabianus Papa epistola prima Concil. Cartag. secundum, cap. 7. Concil. Araus. c. 10. Sunt tamen certe personæ, ac casus in quibus licet conuersari. Primus est utilitas spiritualis, & corporalis, ei consulendo, & petendo Consiliũ ab eo debitum, & repetendo, uel conueniẽdo eum coram iudice. Item, lex matrimonij excusat. Item filij serui, ancillæ, rustici seruientes, & in vniuersó illos omnes, qui ante excommunicationem, erant excommunicato astritti, per excommunicationẽ, à debito non soluuntur. Ignorantia etiam excusat, ut si ignorat aliquem esse excommunicatum, qui si non fuerit denunciatus, non est uitandus, iuxta decretum Concilij Constantien. excepto eo, qui inicit manus violentas in Clericum. Item necessitas excusat, vt si excommunicatus fame labbraret. Peccat tamen cum excommunicatis participando in diuinis, quando persona excommunicata est nominata, hinc nec interesse diuinis cum eis possumus. Imo si Sacerdos celebrat, & excommunicatus non uult discedere debet cessare à Missa, si fuerit ante sacrificij consecrationem. Potest tamen concioni, & lectioni Theologiæ interesse, & Magister Discipulo excommunicato respondere potest. Palud. & Ricar. 4. d. 18. q. 5. art. 11. Ponit alios casus, & Biel. q. 3. art. 3. dub. 1. eiusdem distinctionis. Caiet. uero in Matth. cap. 18. Sit tibi tanquam Ethnicus libenter inquit uiderem hoc obseruare, & non innocentes loquentes, peccatum incurrerent, quibus uerbis uidetur redarguere Ecclesiæ sanciones, & verbis Domini repugnare, quid. n. aliud est habere aliquem tanquam Ethnicum, quam non posse ei alloqui, ex his itaque uerbis habet Ecclesia hanc legem. Hoc idem uetitum est in Conci. Tolet. 1. c. 15. Et Antisiod. Can. 37.

8 *Excommunicare potest quilibet Sacerdos.* ERRON. Potestas duplex Petro collata est. Vna ordinis, alia prælationis. Quia dictum fuit, tu es Petrus. Matt. 16. & Ioan. 21. Pasce oues meas. Quę potestas ad alios prælatos diffunditur. Quia ergo non omnis Sacerdos est prælatus, ideo nec potest excommunicare. Hoc est commune dictũ omnium doctorum. Qui ergo possint excommunicare, sic colligo ex D. Thom. Soli Episcopi, & supra authoritate excommunicare possunt. Suspensus ab ordine potest excommunicare, non autem suspensus iu-

Iurisdictione, vel ab utroque, vel excommunicatus. Excommunicatio pertinet tantum ad forum cōtentiosum. Parochianus potest excommunicare, in furto, ac rapina ac huiusmodi, quia à iure est eis concessū. Quisque etiam habens iurisdictionem potest in foro contentioso excommunicare, licet non sit Sacerdos. Hæc D. Thom. 4. distinctione 18. quæstione secunda, art. 2. Et summ stæ.

9 *Excommunicatus potest excommunicare.* TEM. Communi consensu doctorum reprobatur, quod excommunicatus possit excommunicare, vt dicitur 3. q. 7. capi. Infamis, & c. Audiuimus q. par. 24. Nam nullū habet excommunicatus iurisdictionem.

20 *Excommunicari non potest defunctus.* TEM. Fateor, quod exempti sunt defuncti à tribunali Ecclesiæ, ideo nec potest contra eū proferre sententiam, nec pro crimine dānari. At si crimen ipso viuente reddebat ipsum excommunicatum, iam erat excommunicatus, & pōt post mortē talis declarari excommunicatus, de hoc est Ecclesiæ definitio præsertim de hæreticis in Concilio Constantin. Et habetur 24. q. 2. c. vult. Qui declarantur priuati Ecclesiastica sepultura, & eorum ossa exhumata igni exponūtur, quod vero asserunt de mente Chrisost. non posse mortuos excommunicari, cuius verba numero primo scripsimus, est sensus eius imperitos, ac furibundos damnare, q̄ arbitrabantur animas mortuorum ex loco quietis ad pœnas cōducere sua excommunicatione, hunc insanum errorem redarguit in Hom. de Anathemate. De hoc scribit iudiciale Inquisitorum q. 3.

11 *Excommunicatus potest à quouis Sacerdote absolui.* HAER. Sicut multæ sunt excommunicationes, alię à summo Pōtifice, aliæ ab alijs Prælatis, sic non potest Sacerdos absoluere, quem Papa, vel alius superior prælatus ligauerit, nisi potestatem iurisdictionis negemus, quòd est hæreticum. Ille ergo tantum potest absoluere, qui fert, ac pronunciat. Et de maiori excommunicatione sermo est, non de minori, à qua potest absoluere Sacerdos Parochialis, & maior authoritas exigitur ad absoluendum ab excommunicatione, quam à peccatis, licet minor excommunicatio, sit veniale peccatum. Armilla. verbo. Absolutio. §. trigesimosexto.

12 *Excommunicatus per annum in excommunicatione persistens, est de hæresi suspectus.* Qui enim sic uiuit, Petri claues cōtemnit, ideo suspectus est de hæresi. Extra de hæreticis. cap. Excommunicamus itaque, §. Qui autem. Concil. Trid. sess. 25. de refor. cap. 3. in fine. Quod contra eos, quasi contra de hæresi suspectos procedatur. Et Host. in summa de Hæres. §. Qualiter depræhendatur. Direct. 2. par. q. 47. Iudic. Inquis. excommunicatio par. 4. Capist. de auth. Papæ, & Concil. c. 1. 2. partis.

13 *Absoluere ab excommunicatione potest etiam Laicus authoritate Papæ, etiam à maiori, & etiam excommunicare, imò, & mulier.* Vt docet, D. Tho. Pal. Panor. & alij. Armilla. Verbo. Absolutio. §. 35.

Sanctorum exempla, de excommunicatione.

Non satis est conuincere hæreticos ex sacris literis, ac Concilijs, & Doctorum omnium authoritate, sed confutare etiam statui Sāctorum exēplis, apud quos antiquitùs fuit excommunicatio in usum. Et hoc legere possumus, in vita D. Amb. Episcopi. tom. 1. pag. 286. Schol. 4. D. Ioan. Chrisost. 395. Schol. 13. D. Benedicti Abbatis. 428. Schol. 14. Et tom. 2. in vita, D. Ioā. Eleemos. 343. Scholast. 5. & Ceddi Epi 438. Shol. 6. tom. 4. in vita D. Greg. Papæ. 59. Schol. 70. & 78. Et D. Petri Alexandrini Episcopi 223. Scholast. 1. tom. 5. in vita D. Tarasij 577. Schola. 12. Et S. Porphyrij 590. Schol. 20. Rursus, q̄ excommunicatus non participet sepulturam Ecclesiasticam. tom. 1. in vita B. Benedicti. 428. Schol. 14. Item quòd aliqui Sanctorum patrum absoluerint post mortem ab excommunicatione, & quod eis profecerit. tom. 4. In vita D. Gregorij Papæ 59. Schol 46. Auctoritatibus ergo, atque exemplis cum hæreticis est dimicatum. Et excommunicationis vim ex ueteri, ac noua lege demonstrauimus. Ex veteri. Quia Adam non pœnitentem eiecit Deus à Paradiso, & profugum fecit Cayn. Et peccatores, ac leprosi extra castra expellebantur vt legitur Num. 5. 12. & 15. cap. In primitiua etiam Ecclesia tradebantur Sathanæ, q̄ statim coram omnibus excommunicatum arripiebat, qui collidebatur, vexabaturq; ab eo, ut uere illud approbaret, quod ligatum

tum ab Ecclesia, est etiam à Deo. Nec quispiam dubitare debet Deum idem nunc agere, qui Deus est, & non mutatur, nec ab Ecclesia reuocauit facultatē cōcessam.

Exodus.

Exodi liber non est inter sacros referendus. HÆRET. Non ea ratione hunc librum authenticum Ecclesia iudicat, quia illum Hebræi receperunt, sed quia & Sancti Apostoli inter sacros computarunt in suo Canone de libris Canonicis, & Sancti alii vnanimiter. Hic liber complectitur ingressum filiorum Israel in Egyptum, quomodo contra Amalechitas pugnauerint, mansiones duodecim, liberationē populi ab Egypto, promulgationem Decalogi, qui liber Cathechismi Christianismi nominari potest. Quantum vero sit authoritatis. Ex Sanctorum Conciliorum approbatione, ac Patrū expositione patet.

Exorcismus.

Exorcismus est hominum institutum. Valdenses. Vuitclef. HÆR. Ecclesia pia omnium mater, decreuit exorcismum unum esse è quatuor minorum ordinibus, de quo dixit, D. Luc. cap. 9. Dedit illis potestatem, super omnia Dęmonia, & vt languores curarent. Et Marc. vltimo. In nomine meo Dęmonia eicient. Cornel. Pontifex in epistola ad Fabianum Antiochenum Episcopum connumerat ordinatos exorcistas suo tempore. Concil. Cartag. quartum cui interfuit, D. Aug. Can. 7. Exorcista cum ordinatur accipiat de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo. Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatū, siue Cathecumenum. Concil. Laodicenū Can. 24. refert inter minores ordines exorcistam. Concil. Trident. sess. 23. ca. 2. Refert exorcistam inter alios ordines minores. Ignatius epistola ad Antiochenses, scribit ordines minores, salutando omnes, & inter illos exorcistas. Hanc Clericorum distinctionem innuit Dyon. Areopag. lib. Hierarch. Eccl. c. 3. Celestinus Papa loquitur de hoc, vt habetur de cons. dist. 4. capi. Sine paruuli. D. Aug. de Eccl. dogmaticis. ca. 31. D. Tho. 3. par. q. 71. art. 2. Dicit, quòd exorcismus debet præcedere baptismum, vt impedimenta remoueantur. In quo præfixæ sunt ceremoniæ. Alber. Palud. & Ricard. 4. distinctione 6. Biel etiam di. 6. quæstione 3. dub. 2.

2 *Exorcismus nihil efficit, aut operatur.* Valdenses. HÆR. Si merito orationis Thobiæ fumo iecoris expellitur Dęmon vt legitur Thob. 8. Quomodo diuina uirtute ministris collata, non expellitur Dęmō, de quo dicitur, quòd Angelus Raffael appræhendit Dęmonem, & religauit in superioribus Egypti. In nouo ergo testamento maior uirtus collata est. Et de ipsis legitur Luc. 10. Domine etiam Dęmonia subijciuntur nobis. Et in actis Apostolorum, c. 9. legitur, quòd cum quidam Apostoli eiecissent Dęmonia tentauerunt aliqui, de circuneuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos, q. tamen à Diabolo vulnerantur. Exorcismo itaque, quia est abiuratio contra Diabolū expellitur Dęmon, vt habetur de cons. d. 4. c. Ante decem dies. Hoc scribit, D. Augus. 10. de Ciuit. Dei cap. 2. dicens. Vera pietate Dei, homines Dei aeream potestatem inimicam contrariamque pietati, exorcizando eiciunt, non placando, omnes tentationes aduersitatesque eius uincunt, orando non ipsam sed suum Deum aduersus ipsam. Hoc etiam experientia quotidie cōprobamus, quandoquidem multos uidemus Sacerdotes Dęmones expellētes. Hoc D. Aug. lib. de Symbolo scribit, authore, D. Tho. art. 3.

3 *Exorcizare possunt Sacerdotes, & alij superiorum ordinum, tanquam primaria agentia, & eorum est munus, vt probat D. Thom. art. 4.* Vtitur uero in exorcismo baptismi Ecclesia, his ceremonijs. Primo, cum benedictione, ac manuum impositione claudit uiam. Oleum significat aptitudinem ad pugnā, sal doctrinam. Narium approbationem, Et os confessionem. Hæc D. Tho. eo loci.

Extra.

Extra Ecclesiam nullus omninò saluatur. Hoc ex Concil. Later. sub Innoc. III. Can. 1. probatur. Quæ verba referūtur ab alijs, & hęc sunt. Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia extra quam nullus omnino saluatur. D. Cypria. lib. 1. epistola 11. ad Pomponium

Et

& Nemini salus esse, nisi in Ecclesia possit. & de simplicit. Prælatorum idem. ait esse enim martyr non potest, qui in Ecclesia non est. Chrisost. hom. 11. ad Ephesios, D. Aug. de Symbolo, cap. 10. Quoniam si quis absque ea inuentus fuerit, alienus erit, à numero filiorum. & serm. 81. de tempore. Quisquis ille est, & qualiscunque est, Christianus non est, qui in Christi Ecclesia non est. D. Greg. li. 14. moral. c. 2. Omnes, qui extra Ecclesiam sunt minime saluabūtur. Iræneus, li. 4. aduersus hæreses, cap. 43. impugnat hæreticos, ac schismaticos, & affirmat eorum penam esse interitum, siue Core, Datan, & Abyron, & qui scindunt, aut se parant unitatem Ecclesiæ, eandem, quam Ieroboam penam à Deo percipiūt. D. Hieron. episto. 57. ad Damasum. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Nemo itaque potest esse iustus extra Ecclesiam, nec aliquid mereri, vt docet Diu. Aug. epis. 50. ad Bonifacium Comitem, dicens. Quemadmodum enim membrum, si præcidatur ab hominis viui corpore, nō potest tenere spiritum vitæ. Sic homo, qui præciditur, de Christi iusti corpore. & ser. 81. de tempore sola est, in qua opus bonū fructuose peragitur. & in Enchiridion ad Laurentium. c. 65. dicit. & extra eam, non remittuntur peccata. dicens. Ita fiat satis etiam Ecclesię, in qua remittūtur ipsa peccata. Extra eam, quippe non remittūtur. Videant ergo hæretici suum periculum, qui ecclesiæ unitatem euertere conantur, ac omnem mouerunt lapidem, ut destruāt sed ludunt opus, & operam. sequamur nos incepta.

Extrema vnctio.

trema vnctio non est Sacramentum. Valdenses. Bohemi. Lutherani. HAER. Legimus apertè in sacris litteris, quòd Apostoli ungebant, ut Marc. 6. ubi dicitur. Apostoli euntes prædicabant, ut agerent pœnitentiam, & Demonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægrotos, & sanabantur. Quæ uerba ex communi Ecclesiæ definitione, in Concil. Florē. tom. 3. pag. 105. de Sacramento extremæ unctionis interprætantur, ac etiam in Tridentin. sess. 14. cano. primo. Si quis dixerit extremam unctionem non esse uere, & proprie Sacramentum, à Christo Domino nostro institutum, & à Beato Iacobo promulgatum, sed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmentum humanum, anathema sit. Et antea Concil. Vormatiense. can. 72. Infirmatur quis in uobis &c. Quod nō est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere &c. Pœnitētibus istud fundi non potest, quia genus est Sacramenti, nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus potest concedi? Hactenus Concilium. Innocentius I. episto. prima ad Decentium Eugubinum Episcopum, capitu. 8. Verba D. Iacobi, de hoc Sacramento interprætātur de Sacramento extremæ unctionis. Conciliū Meldense canone primo, teste Burchardo, lib. 4. c. 75. & Iuone parte prima, cap. 269. ubi dicitur ꝙ in Cœna Domini præsbyter ampullas tres secum deferat, vnam ad chrisma, alteram ad oleum ad Cathecuminos inungendos. Tertiā ad infirmos, iuxta sententiam Apostolicam, ut quando infirmatur inducat Præsbyteros Ecclesiæ. Dionys. Areopag. lib. 5. hist. Eccl. c. 7. Cyrill. Alexā. li. 2. in Leuit. In quo impletur, & illud, qđ Iacob. Apost. dicit. Si quis autem infirmatur, vocet præsbyteros Ecclesiæ &c. Theophilactus in Marc. c. 6. Quod vnxerint oleo Apost. solus Marcus narrat, quod & frater Domini Iacobus, in catholica epistola dicit. Infirmatur quis in uobis &c. Chrisost. lib. 3. de sacerdotio. infirmatur, quis in uobis accersat præsbyteros Ecclesiæ, & orēt super eum, ungētes eum oleo. D. Aug. ser. 215. de temp. Quoties aliqua infirmitas superuenerit, corpus, & sanguinem Christi ille, qui ægrotat accipiat &c. idem in tract. de rectitudine catholicæ conuersationis. & li. 2 de uisit. infirm. cap. 4. & in speculo in præfatione. Bernar. in uita sancti Malachię Epi interea iubet se sacro oleo ungi. Beda in Iacobum, c. 5. Nunc Ecclesiæ consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato vngantur à Presbyteris, & oratione comitante sanentur. idem scribit in c. 6. D. Marci. Petrus Damian. ser. j. dedicationis Ecclesiæ. Vnde & sancti Patres hanc unctionem Sacramētum esse sanxerunt. Scholastici in quarto vnanimiter approbant esse sacramentū.

2 *Extrema vnctio est ab Apostolis instituta.* HÆ. Opinio Magistri, ac Bon. qui uidentur dicere, quòd hoc Sacramentum non fuit à

 Chri-

Christo institutũ, sed à beato Iacobo, vel ab Apostolis, est contra Ecclesiæ determinationem. & si piè interprætari possit, nempe ab Apostolis dicatur institutum, quia per eos administratum fuit. Nec verũ est, quod dicũt, q in Euangelio non habeatur; Nam Concilia, ac sancti Patres, ex verbis D. Mar. citatis colligunt hoc Sacramẽtum. Concil. Trid. canone dicto hoc confirmat, ac decreuit esse à Christo.

3 *Extrema vnctio non confert Gratiam.* HÆR. Concil. Trid. declarauit. cano. 2. Hoc Sacramentum conferre gratiam, ex uerbis D. Iacobi, & si in peccatis fuerit, remittentur ei.

4 *Extrema vnctio remittit ne peccata mortalia?* Dubia est Scholasticorum disputatio. nam Scot. Bon. Ricar. affirmant quòd uenialia delere possit. At D. Tho. docet, q reliquias peccatorum abstergat. Et cum D. Iacob. ac Concilium dicat, quòd remittit peccata, certè de mortalibus poterit intelligere, nam nihil dixisset, intelligendo de uenialibus, quæ nec ueniunt sub nomine peccati. Quando ergo peccata pœnitentiæ remedijs ab ægroto, non sunt expurgata, hoc Sacramento sanatur. D. Bern. ubi supra dicit. Et unxit eum nihilominus sciens in hoc sacramento remitti peccata, & quod oratio sanabit infirmum. Hæc ille. & Conci. Flor. dicit, q eius effectus est mentis sanctio. Hæc sunt eius verba.

5 *Extrema vnctio nunquam liberat ab infirmitate corporali, nec alleuiat.* HAER. Negat Luth. apud Roffensem, q hoc Sacramentum ab infirmitate alleuiet, quod tamen Concil. Trid. & Flo. ex B. Iacobo affirmãt, q salutem corporis tribuit inquantum expedit, ait Synodus Flor. Consulto dicit inquãtum expedit, quia effectus minus principalis, sequitur naturam effectus principalis, ideo quando expedit sanatur. & Concil. Trid. ait. Sanitatem corporis interdum, vbi saluti animæ expedierit, consequitur. cap. 2. in fine.

6 *Extremæ vnctionis materia non est oleum.* HÆR. Expressè Concil. Flor. dicit. Cuius materia est oleum oliuæ, per Episcopum benedictum. & Trid. c. circa finem. & Cathechismus, de hoc Sacramento.

7 *Oleum, quod est materia extremæ vnctionis, non oportet ab Episcopo benedici.* ERR. Tam Flor. quàm Trid. Concil. dicunt, q oportet hunc oleum ab Episcopo benedici.

8 *Extrema unctio non habet determinatam formã verborum.* HAER. Quale esse poterit Sacramentum, quod non habeat determinata verba. Hinc Synodus Flo. & Trid. dñt, q forma est ista. Per istam vnctionẽ, & suã pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicqd peccasti per usum, &c.

9 *Extrema vnctio imprimit characterem.* HAE. Quæ Sacrã characterem imprimant, ex definitione Conc. Flo. & Trid. diximus supra. Quæ tantum sunt tria.

10 *Extremæ unctionis Minister, non est Sacerdos sed seniores, & de his Præsbyteris loquitur D. Iacobus.* HAE. Hanc vanam hæreticorũ, Concil. Flor. dãnat, dicens. Minister huius Sacramenti est Sacerdos. & Trid. ca. 4. Obidque proprium extremæ unctionis ministrum non esse solum Sacerdotem, &c. Miror de Valdensi, qui 2. par. sacr. c. pe. dixit, laicum posse esse huius Sacri ministrum.

11 *Extrema vnctio sanis conferri põt, & his, quorũ est desperata sanitas denegari põt.* ERR. Non sunt restringenda certis extremis ipsa Sacrã, sed satis est, q morti propinquus sit is, cui hoc Sacrm confertur, & Concil. Floren. ait. Quod non nisi infirmo de cuius morte timetur dari debet. & Concil. Trid. c. 3. in prin. dicit, hanc vnctionem esse infirmis adhibendam, illis uero præsertim, qui tam periculosè decumbunt, ut in exitu uitę constituti uideantur. Hac enim de causa extrema unctio dicitur.

12 *Extrema vnctio sine peccato contemni potest.* HAER. Non est adeo necessarium hoc Sacramentum, quod qui moritur sine nõ possit saluari, at contemnere etiam non licet, nec sine peccato à nobis contemni potest. Et Concil. Trid. dicit. Nec vero tanti Sacri contẽptus, absque ingenti scelere esse põt, & ipsius Spiritus sancti iniuria. c. 3. in fi.

13 *Extrema vnctio furiosis, amentibus, ac pueris ante vsum rationis conferri potest.* SCAND. Hoc ex Ecclesiæ Decreto certo confutare non possum, nullum enim in sacris concilijs locũ legi, contra hanc propositionem. Doctores tamen rationabiliter probãt his conferri non posse. in 4. dist. 23.

14 *Extrema vnctione, non sunt certa corporis membra vngenda.* HAER. Eadem concilia, quæ materiam, & ministrum huius Sacra-

Sacramenti assignant, & membra determinarunt esse quinque sensus externos. Oculos, aures, nares, os, manus, pp tactũ, pedes propter gressum, renes propter delectationem, vt statuit Concil. Florent.

15 *Extrema unctio eidẽ pluries in eadẽ infirmitate, non põt conferri.* ERR. Fundamentũ, quo aliquod Sacramentum iterari nõ posse decreuit Ecclesia, est, quia imprimit characterem, quæ vero non imprimunt iterari possunt. Et Concil. Trid. c. 3. in medio dicit. Quod si infirmi post susceptam hanc vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti subsidio iuuari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Hucusque concilium. Hæc D. Tho. 4. d. 2. q. 1. art. 4. qla. 4. 1. & d. 23. q. 1. Scot. 4. d. 23. Palud. d. 23. q. 3. 1. art. 1. Ricar. 4. d. 23. q. 1. Bonau. 4. d. 23. q. 2. Pau. Cortesius 4. d. 4. & recontiores alij. Cartusianus, & Soto.

Obiectiones Hæreticorum.

Hoc institutum Papisticum est, quandoquidem epist. D. Iacobi, non est authentica, vel si esset, non hẽt authoritatem instituendi Sacra. Respondeo primo, ꝙ est D. Iacobi, ac firmę authoritatis ipsa epistola, vt suo loco demonstrabo, nec tamen instituit sed promulgauit hoc Sacramentum. Nam spiritus sanctus Apostolis datus, eos docuit omnia necessaria ad salutẽ. & per hũc Apostolum fuit scripturæ mandatum. Secundo nullum est verbum in Euangelio de hoc Sacramento, & quod dicit D. Marc. 6. cap. ad miraculum est referendum, inter quæ multa hoc legitur, quòd oleo sanabant infirmos, non tamen statuerunt nos eo vngere. Dicitur, quòd non scribit Euangelista, vt Apostolorum miraculum, alia enim intersuisset, nec Euangelistæ Apostolorũ miracula referũt, sed historiam Domini, qui sic mandauit infirmos inungere, si enim miracula recensere statuisset, alia profecto connexisset. Tertio, Apostolus iubet dari infirmis, quare ergo non dant in principio infirmitatis, & tunc orent pro eo, & dãt quando nulla est spes conualescentiæ. Dicitur, quod vnctio hæc datur eo tempore, quod determinare Ecclesiæ est, sic & ieiunorum Eucharistiæ, confirmationis, & ordinis tempora præfixit. Et hoc Sacramentum eorum est, qui ex hoc seculo migrãt, ideo non dant in principio. Quarto Beda in epistolam D. Iacobi, cap. 5. dicit, quòd laici etiam possunt administrare hoc sacramentum. Et Innocentius I. in epistola ad Decentium Eugubii Episcopum. Respondeo, quòd Beda deceptus, cuius ista sunt verba. Nec solum presbyteris, sed ut Innocentius Papa scribit etiam omnibus Christianis, ut licet eodem oleo, in sua, aut suorum necessitate ungendo. Quod tamen oleum non nisi ab Episcopis licet confici. Hæc ex verbis Innocentii affirmat Beda. Quæ quantum conueniat cum Innocẽtio, non est multum negocium ostendere. Nam Innocẽtij epistola quam hac de causa, non semel reuolui, sic dicit. Cæterum illud superfluum videmus adiectum, ut de Episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de præsbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus alijs impediti ad omnes languidos ire non possunt. Hactenus Innocentius, & hæc tantum scribit uerba, quæ ministrum exprimant. Et colligitur conuenire præsbyteris, quę uox, non laicos significat, sed Sacerdotes, & hic fortè Beda deceptus in æquiuoco. Vel habuit textum deprauatum. Quinto, Thomas Caietanus vir omnium peritissimus. Excutiens hunc locum D. Iacobi, in suis commentarijs dixit, quòd D. Iacob. non loquitur de unctione Sacramentali, quam instituit Dominus, sed loquitur de ea unctione quam in Euangelio pro ægrotis instituit Dominus. Ecce ergo quod nullum habet fundamentum hæc vnctio. Respondeo, quòd nec vnus Doctor, & si alias peritissimus, hanc Ecclesiæ ueritatem obscurare potest, imo magis illustratur eorum argumentis. Deceptus ergo est Caiet. hac in re, & contra omnes Doctores, & quòd magis est Conciliorum Flo. & aliorum expositionem scribit, vt superius collegi. & ne sim morosus, & supcrfluus hæc satis sint, & tutius est summorum Pontificum, Conciliorum, de Doctorum decretis subscribere, quam unius Caietani, uel omnium hæreticorum fallacias sequi.

Ezechiel.

Ezechiel Propheta fuit, & Sacerdos, filius Buzi Sacerdotis de terra Sarera, cuius nomen interpretatur fortitudo Dei. Cui da-

ta fuit frons adamantina. Et fuit simul cũ Daniele in captiuitate Babylonis, ac eius cõtemporaneus, & in ipsa captiuitate prophetarunt. Hic sequutus est Hieremiam, & Prophetare cœpit anno quinto transmigrationis Ieconiæ, qui idem annus Regni erat Sedechiæ; & anno trigesimo ætatis Ezechiel. & absoluit suam prophetiam annis 20. In captiuitate ergo Babylonica, p̄phetauit pœnitentibus, quòd ad Hieremię vaticiniũ, se vltro aduersarijs tradidissent, & viderent adhuc vrbem Hierosolymam, stare; quam ille casuram esse prædixerat. Prophetauit etiam contra Prophetas Israelis, & contestatus est Hierusalem de iniquitatibus, & peccatis ipsius. Scopus vero suæ concionis est, prędicere vastationem, atque abductionem populi, & causas tantæ ruinæ explicat, ac sedulo suos concaptiuos ad pœnitentiam hortatur. Hæc ex Gregor. Nazianz. in oratione ad Hieronem. Orig. in Ezech. homil. 1. D. Hieronym. in prologo. Athan. in Synopsi. Aug. lib. 18. de ciuit. Dei, c. 34. D. Greg. hom. 2. in Ezechielem. Moritur Ezechiel in Caldea à Duce gentis suæ, quem ipse cultu Idolorum redarguerat, obtruncatur, vel ut alij, super lapidem tractus excerebratus est. Sepultus est in terra Spiriorum in agro Maur, in monumento Sem & Arphaxad progenitorũ Abrahæ, circa annum ab orbe condito ter millesimum trecentesimum sexagesimũ. Eius prophetiæ tãta sunt mysteria, vt apud Hebræos Rabbinos cautum sit, ne quis audeat primũ libri capitulum interprætari, nec finem, nisi 30. ætatis suæ annum impleuerit. Vt D. Hierony. testatur. Multa alia, quæ Ezechielis esse feruntur, non sunt recepta.

F

Fatum.



Atum est humanarum actionum causa. Priscillianus. HÆR. Pullurare fecit Priscillianus errorem hunc, quod homo fatalibus Stellis sit allegatus, corpusque nostrum ex duodecim signis cœlestibus correspondentibus, quæ sunt in Zodiaco partibus compositum. Auctor huius hęresis fuit Brandesanes quidam, natione Syrus, professione Christianus, sed postea errorem Valentini est sequutus, authore Diuo Augustino. Multi contra hunc errorem scripserunt. Vrgentissima vero ratio est cõtra eos. Quod si homines fato sic astringũtur, superuacaneæ sunt leges, iniuria punimur, quoniam fato cogimur, & tamen sæpe nostris auribus inculcant sacræ leges, quod homo sit liber, & ob oculos bonum, ac malum proponit. Si quis ergo fato nos cogi affirmauerit, hic potius à Diabolo, & sua propria uoluntate deceptus similia docet. Obseruandum tamen quod fatum, non unico tantum modo accipi solet, sed quandoque pro dispositione Syderum, vnde ait Cicero 3. de Natura Deorum. Fatum proprie est dispositio syderum, qua quis est conceptus, uel natus. Et in lib. de Diuinatione. Fatum est, quòd ex omni æternitate semper verum fuit. His ergo modis vanum, ac erroneum putare, fatum humanarum actionum esse causam. Et apud gentes fatum dicitur à fando, & significat aliquando oraculum, id est, quod fantur. Si vero sumatur fatum, pro Diuina Prouidentia, quæ ea ratione dicitur fatum, quia causas secundas ordinat ad effectus producendos, quo modo Diuina uoluntas dicitur fatum causaliter, quia creaturas excitat, mouet, & cui omnes obediunt,

obediunt, sic admittimus fatum. De quo Boet. de consol. Phil. li. 4. Prosa 6. dicit. Fatum est inhærens rebus mobilibus, dispositio, per quam prouidentia suis queque nectit ordinibus. Qui sic accipit fatum inquit D. Aug. sententiam teneat, & linguam corrigat. Nam nec hoc nomine fati, non utūtur Sancti propter eos, qui ad sydera retorquebant. De quo D. Tho. 1. par. q. 116. art. 3. & 4. & Bon. 2. dist. 14. q. vlt. Gerson. 3. par. de consol. Theolog. lib. 2. Pros. 4. Nos etiā rem hanc vberius 2. Phy. lect. Explanauimus. Et in tract. peculari de fortuna, fato, & monstris. Contra hanc hæresim est decretum. Concil. Bracar. Can. 9. Si quis animam, & corpora humana fatallibus stellis credit astringi, sicut Pagani, & Priscillianus dixerunt. Anathema sit. Et Can. 10. Si quis duodecim signa, idest sydera, quæ Mathematici obseruare solent, per singula animæ, vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus Patriarcharum ascripta dicunt, sicut Priscillianus dixit. Anat. sit tom. 2. pag. 216. Col. 2.

Fæminæ.

Feminis nunquam licet Regnum administrare, & gubernare. Christophorus Goodmannus. HAER. Non dubito hanc propositionem negantem mulieri omnem Reipublicæ administrationem esse Hæreticam, quippe (& si non uideatur alicuius ponderis) aduersatur sacræ paginæ. Nam legitur de fortissima, ac prudentissima Iudit. capit. 4. Ascendebantque ad eam filij Israel in omne iudicium. Secundo Nu. 27. dicitur. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas 3. 4. Reg. 11. Athalia præfuit annis fere septem, & post captiuitatem Babylonicam Alexandro regnauit annis nouem, vt tradit Iosephus libro Antiq. Iudaic. lib. 13. c. 24. Vidimus superioribus annis Galliæ Regnum à Serenissima Regina Catherina Medicea administratum.

2 *Fœmina potest spiritualia administrare.* Idem hæreticus, ut impudicam, atque inhonestā Angliæ Reginam tueretur, non ueritus est dicere, fœminam suprema Ecclesiæ gubernacula tenere posse. Verum hæc hæresis damnatur verbo mulier.

Festum.

Festa anni tria, Exod. 23. b. Leuit. 23. a

Festum Azimorum, Exod. 34. c

Festum expiationum, Leuit. 16. f

Festum tubarum, Leu. 23. d

Festum magnum in Israel in dedicatione tēpli, 3. Reg. 8. g

Festiuitates Iudęorum odit Dominus, Amos. quinto f

Festo die, non capitur Christus, & quare, Matth. 26. a

In festo Paschæ ascendit IESVS Hierosolymam, & eicit vendentes de templo, Ioan. 2. a

Festa non sunt celebranda. Lutherani. HAER. Mos uetustissimus est, ac laude dignus, apud gentes Paganos, Saracenos, Mahumetanos, Iudæos, ac omnes nationes, ut dies festus celebrentur, de Iudæis sacræ historiæ testimonia ex utraque legē produximus. Et sic Christiani CHRISTI, ac aliorum Sanctorum festa celebrare debent, ad gratias referendas pro tot beneficijs, vt indies potiora sumamur. Nec perpetuæ erant Iudæorum festiuitates, sed nostrarum figura, & umbra futurarum, iure ergo reuelata veritate, inuulgato Euangelio, illis explectis mysterijs templi velo scisso, nostra sunt celebranda. De die Dominico iam supra sancitum est. Et Euseb. Alex. in Homil. De die Dominico ait, quòd ante passionem Domini, dies primus appellabatur, postquam vero eo die resurrexit uocatus est Dominicus. Et Clem. libro. 7. const. Apostolicarum omnem diem Dominicū in Dei laude obseruare præcipit. De hoc supra diximus. Et sunt Tim. apud Lipp. multa Sanctorum exempla, qui hunc diem uenerari consueuerunt. Et in Concil. Niceno 2. Canon. 36. Statutum fuit, vt festa celebrentur.

2 *Festa Iudæorum seruare Christianus potest.* HAER. Adueniente lumine nox recedit. sic & fide IESV Christi promulgata nullus est locus Iudaicarum festiuitatū. Imò sicut illi sabbatum sanctificabant, sic nos Dominicū diem. Illi Phase, siue Pascha, in memoriam exitus ab Egypto. Nos festū passionis, ac Resurrectionis Domini. Illi Pentecostem in memoriam datę legis, nos nostrum Pentecostem, in quo fuit data lex

vitæ, descenditque super Apostolos Spiritus Sanctus.

Habebant festum Neomeniæ, siue Nouilunij. Huic succedit festum Beatæ Virginis, in qua primo apponit illuminatio solis Christi. Habebant festum Tubarum, cui succedit festum Apostolorum, quorum sonus exiuit in omnem terram. Habebant festum expiationis, quo recordaretur peccati, adorationis uituli. Huic succedunt festa Martyrum, & confessorum. Habebant Scenophegia, siue festum Tabernaculorũ vt recordarentur itineris per desertum. Huic succedit festum consecrationis, vel dedicationis Ecclesiæ. Habebant festum cętus, siue collectæ. Huic succedit festum Angelorum, siue omnium Sanctorum. Habebant alia festa pro liberatione populi facta à Iudith reparationis, ac purgationis tẽpli, sic nos festa Sanctorum. Celebremus ergo dies festos, at non eosdem Iudaicæ obseruationis, vt dicit D. Hieron. ad Gal. c. 4. Et D. Aug. epistola 118. ad Ianuarium, c. 1. Affirmat solemnitates Christianorum esse ab Apostolis institutas.

3 *Festa Sanctorum non sunt celebranda.* HAER. Eustachius fuit huius hæresis inuentor, quem multi sequuti sunt. Vigilantius, Valdenses, Vuitclef. Hus. Bohemi. Oecolampadius, Erasmus, quorum errores hodie uigent in Germania, & Anglia, utinã senescat diebus nostris. Quantum uero ab institutis Sanctæ Ecclesiæ tam occidentalis, quam orientalis nemo est, qui non uideat, & contra antiquam totius Ecclesiæ consuetudinem insurgunt, & potius barbare, quam humanè loquuntur hac in re. Quis enim est, qui suos, non ueneretur, & colat? Imo vero, qui seruum honorat, nõ regi honorem defert? Et Dominus dixit. Qui recipit uos, me recipit, & qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipit, & qui recipit iustũ, in nomine iusti, idest, quia iustus est, mercedem iusti accipiet, idest cum Propheta, & iusto numerabitur. Iubet enim ait Euseb. Alexan. recipere Prophetam, & iustum, & non solum, vt illis benefaciamus, sed etiã vt ab illis adiuuemur, præmium à Deo ferentes. Sic qui celebrat, ac laudat Sanctos, in nomine Sanctorum, idest, quia Sancti Dei sunt, mercedem cũ eis accipiet. Clem. Rom. lib. 5. const. nomine Apostolorũ præcipit honorare dies festos Apostolorũ, ad eorum laudes celebrandas, in Dei cultũ, qui iusserunt diem exitus sui celebrare, ut D. Iacobi, Diui Stephani. Euseb. Alexan. in Homil. de Sanctis colendis, hoc precipit ex Apostolorum traditione. Et Conc. Generale Constantin. sextum. Can. 66. tom. 2. pag. 279. Et Trid. sess. 25. De veneratione Sãctorum, & Sanctis imaginibus, circa medium. Orig. super matth. Hom 4. Exponens illud Herem. Rachel plorans &c. ait. Bene secũdum Dei voluntatem horum Innocẽtium memoriam Sancti Patres celebrare mandauerũt sempiternã in Ecclesia veluti pro Domino morientium, vt primorum Martyrum pro Domino occisorum, vt ipsis parentibus, intercessio filiorũ prodesset plurimum. Hæc Orig. D. August. loco dicto, ait. Quæ quidem toto orbe terrarum obseruãtur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas &c. Quid plura? antiquitus semper fœsta venerabantur, decantabanturque hymni diuini, interpositis etiam quibusdam eorum laudib. maiori letitia, & iubilo, & in psalmis, & odis spiritualibus colebantur Sancti, & hoc fuit ab antiquissimis Patribus comendatum, quod & testantur plurimæ eorum orationes. Basilij Nazianzeni. Ambrosij. Hierony. Augustini, ac aliorum in festis ipsorum, inter sollennia, ad Diuorum honorem, & eorum nominis commẽdationem habitæ. In quibus, & si res sacra letius, ac honoratius celebratur ceteris diebus, templaque, aut Basilicæ eorum nominibus appellatæ, ad eorum honorem ornentur, non tamen illis imolatur aut offertur sacrificiũ, præcesque, & supplicationes ad illos diriguntur. Sed hæc omnia soli omnipotenti Deo, cui, & peculiares gratiæ agũtur, quod hunc, aut illum in Ciuem supernæ Hierusalem coaptauerit, & nos, quos Deus honore dignos efficit veneramur, & colimus. Et Ignatius epistola 4. ad Philipenses, ait. Dies nolite inhonorare. Et D. August. epistola 118. scribit esse ex traditione Apostolorum.

4 *Festa omnia sunt æqualia.* HAER. Sicut, non equale est Sanctorum meritum, uel præmium, sed stella differt ait Apostolus, sic & non sunt eodem honore colẽdi. Quis vnquam Apostolis, & Martyribus, confessores

res ęquare audebit? Talis fuit Ecclesiæ mox, & Sanctorum. Vt facillimum est ex gestis eorum probare. Ex uita D. Philogonij Episcopi. tom... fol. 176. Schol. 10. Et D. Greg. Nazian. fol. 245. Schol. 4. Et D. Benedicti. fol. 428. Schol. 9. Et tom. 2. ĩ vita D. Fęlicis. fol. 110. Schol. 82. Qui ergo hæc negat contra Ecclesiæ leges, & Sanctorum approbationem agit. Sed videamus eorum motiua. Id tantum admoneo, ꝙ tom. 2. Concil. pag. 999. col. 2. Dicit, ꝙ melius est ad multa peccata euitanda non tot fęsta celebrare.

Obiectiones Hæreticorum.

Vt uero magis Centuriatorum error elucescat, superest, eorum obiectis respondere. Instant primo. Si Sancti Apostoli statuerunt, ut eorum festiuitas celebretur, ergo ubi est eorum modestia? inepta ergo est hæc fictio. Respondetur, quod modestiæ hoc repugnat, nã & dixit. D. Paul. imitatores mei estote 1. Cor. 11. nunquid modestiæ leges uiolauit, aut immodestè loquutus est? Sic ergo iuste statuere potuerunt, ut ad Dei laudem & virtutis præmiũ, & aliorum exemplum iusti honorarentur. Secundo, ratio politiæ, & ordinis exposcit vt festa celebrentur, non dierum distinctio. Respondeo, quòd si isti (de quorum numero Maloratus Caluin. in epistola ad Galatas, in Com. Augustini) antiquam dierum obseruationem retinent, non tamen quasi in feriis sit religio, sed pro politia. Dicant quęso, ista politia est ne Christiana, si est, & nos quoque dicimus, omnem diem Dominicũm, & Sanctorum, quos Ecclesia præcipit non propter ipsum diem neque, propter ipsius diei veluti elementa, & principia, ex quibus dies existit, quod fuit Gentilium, & Galatarum error, sed quia ratio Christianæ politiæ, & ratio ordinis Ecclesiastici cultus, sic secũdum diuinam, & Apostolicam traditionem postulat, vt beneficium salutis nostræ, idest resurrectionem Domini, grata & pia ac crebra memoria vno modo pro omnem Dominicum diem celebretur. Tertio D. Paul. ad Coloss. 2. dicit. Nemo uos iudicet in cibo, aut in potu aut in parte diei festi. Ergo festa non sunt celebranda &c. Respondeo, quòd perperã hunc locum adducunt hæretici ad destruẽdas solennitates. Nam D. Paulus Neomenias, ac solennitates Iudęorũ, ac Gentiliũ damnat, quæ sunt festa Iudæorum, & Gentilium, non Christianorum. Nemo ergo Colossenses iudicet amplius, in parte diei festi, aut Neomeniæ, si quidem fidem Christi tenent, quæ alias proponit festiuitates, hic est sensus uerborum D. Pauli. Quarto, omnes dies æquales sunt, nulloque die peccare licet. Quomodo ergo unus dies alios solennior erit? Dico, quòd dies sunt æqualis conditionis à Deo cõditi, sed unum alio nobiliorem uictoria martyris, vel alterius Sancti exitus, quo fit, vt eo die, nihil agere liceat. Quinto, demus celebrandas esse ad Dei laudem Parasceuem, Natiuitas, & Resurrectio Domini, sed quorsum Martyrum Confessorum, & Virginum? Dico, ꝙ multis de causis Apostoli ac successores decreuerunt festa uenerari. Primo, vt eorum error confitetur, qui dixerunt, nihil nobis prodesse Sanctorum præces. Secundo, ad eos imitandos, quam rationem tangit D. Aug. de Eccl. dogm. c. 34. His verbis. Festiuitates Apostolorum, siue in honorẽ martyrum sanxerunt celebrari, uel ad excitandam imitationem, vel meritis eorum consociemur atque orationibus, adiuuemur.

5 *Cessauerunt omnia legalia Iudæorum.* Ergo & sabbatum, ergo non debemus festos dies venerari. Dico, quòd festiuitates, quæ ad ritum iudaicum pertinent nõ tenemur uenerari, sed quas instituit Ecclesia, & Apostoli. Sexto, arbitrantur se aliquid mereri, & decipiuntur, nam festiuitates colere, nil aliud est, quàm præceptũ senatus uel principis seruare, ad concordiam conseruandã propter charitatem proximi, non propter meritum. Respondeo, quòd paremus certè patribus, si festiuitates colimus, sed tamen sunt hæc nostra opera meriti apud Deum, sicut, & alia bona opera. Nam bonorum operum gloriosus est fructus. Septimo, grauiora peccata nonnunquam diebus festiuis committuntur, ebrietates &c. ergo inepta est institutio. Dicitur, quòd Ecclesia corrigit hos abusus ac reprahendit, & sicut praui, & ebrii homines reperiuntur, sic pij, honesti, & continentes, non festiuitatem, uiolatores, sed uenerantes eas.

Fides.

Fides, non excedit facultatem nostri intellectus. Petrus Abailandus. HÆR. Ex definitione data à D. Paulo, ad Hæb. 11. confutatur ista Hæresis, fides est substantia sperandarũ rerum, argumentum non apparentium. Et ad Rom. 4. dicit. Quod Abraham contra spem, in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium. Et Thomæ dictum fuit. Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Et quod quisque credit, non uidet. Vidit tamen Beata Virgo, quòd peperit hominem quem Deum credidit. Et Apostoli Christũ mortuum, quem Deum crediderũt. 2. 2. q. 8. art. 2.

2 *Fides humanæ naturæ aduersatur.* Luth. Falsò autumant aliqui Lutherani, qui concedũt fidem humanæ naturę esse contrariam. Nã perficit intellectum, cum sit lumen, licet nõ habeat omnimodam euidentiam, assentit tamen homo ex peculiari reuelatione, ac Dei auxilio. Causa uero erranderis fuit, quòd nescierunt distinguere inter id, quod est supra & contra naturam. Vtraque ergo tam lumen naturale, quàm fidei sibi consonant, nec lumen lumini aduersatur. Hęc ꝓ confesso habetur apud Doctores. Nam & Deus author naturæ, nihil contra naturam facit, sed disponit omnia suauiter.

3 *Fides sine operibus, non saluat.* Ennomius, Luthe. Eras. Non est noua Lutherana hæc pestis, sed cum iam nascente Ecclesia ortũ habet. Et ex eorum placitis sequitur, quòd nec in præceptis seruandis elaborandũ sit, tum quia superuacanea ad gratiã sunt opera, tum quia a nobis obseruari nõ possunt, nec etiam a prauis operibus abstinendum, cum officere ipsi iustitiæ interiori non ualeant, modo maneat fides, quæ cum quibuscunque operibus prauis persistere potest. Non enim repugnat hominẽ firmiter credere, & tamen deprauatissime uiuere. Sicque apud Luthe. nihil prohibet scelestissimum hominem, moribusque deprauatissimum perfectum Christianum esse, quia ꝑfecte credere potest, ac Christianis dogmatibus assentire, quod si est solis nominibus Christiana religio comẽdabitur, & ansam præstant Lutherani, vt ex probis, improbi priusquam ex prauis boni fiant, cum de sola confidentia nullo labore, vel negocio homines iustos effici, & in iustitia persistere, & felicitatem æternam assequi valere. Aduersus iniquissimam hanc sententiã, sunt verba Domini ad Cain Gen. 4. Si bene egeris recipies, si autem male, statim in forib. peccatum tuum aderit, & sap. 10. Reddet Deus mercedem laborum suorum. Et rursus. Bonorũ operum gloriosus est fructus. Et Dauid Psal. 14. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite bene agere, venite, & arguite me. Et Dominus toties per Prophetas ad bene operãdũ hortaṫ. Et Saluator Matt. 7. Nõ oĩs, qui dicit mihi Domine, intrabit in Regnum Cœlorũ. Et Matth. 25. Virginibus fatuis dictum fuit. Amen dico uobis, nescio uos. Et Apostolus 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar &c. Charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest. D. Ioan. 1. c. 3. Qui non diligit manet in morte. Regnum ergo Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et alibi dictum fuit. Si uis ad vitam ingredi serua mandata. Noluit enim Dominus, nos esse somniculosos, & ociosos, sed excitatos, industrios, & solicitos ad ipsum bonum prosequendum, quod edocet illa parabola de virginibus fatuis, & sapientibus. Quæ enim paratæ erant, intrauerunt cum Domino ad nuptias, & fatuis clausa est ianua, quia imparatæ erant, quamuis oleum fidei omnes accepissent, sed extinquebantur fatuarum lampades, quia fides sine operib. moritur. Hanc etiam charitatis necessitatem, demonstrauimus supra verbo charitas. Et, ex exemplis Sanctorum, omnium conuincitur. Qua etiam via, quatuor Monarchiæ regnum conseruarunt, nisi sudore, & labore? Est decretum renouatum in Concilio Tridentino sess. 6. capitul. 5. & 9. Ostendamus ergo fidem nostram ex operibus, ait. Diuus Iacobus.

Obiectiones Hæreticorum.

Probant suam sententiam ociosi Lutherani, ex nõnullis locis sacræ scripturæ: Nã Matt. 8. & 9. dicitur. Saluum te fecit fides. Et confidem fili. Et D. Paul. Rom. Iustificati per fide pacem habemus. Et credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Respondeo, quòd iustificatur homo bifariam. Primo dispositiue. Secundo effe-

ctiue,

ctiue, & formaliter. fides ergo iustificat primo modo, sic & Abraham iustificatus est, sic & alij. At per charitatem & gratiam effectiue, & formaliter. De primordio, atque initio iustificationis loquendo est à fide, incrementum & perfectio est per charitatem, sic Abraham, & reliqui per opera non ne obtulit filium super altare. Secundo, latro ex fide iustificatur. Dico q non ex fide tantum, sed dilectione, vnde redarguit alterius latronis impietatem ac pertinaciam. Tertio, Orig. ad Rom. 2. ait. Peccatores ex sola fide iustificari. Respondeo, quòd ex sola fide initiatiue, ac dispositiue. Et sic dicta Sanctorum sunt exponenda.

4 *Fides, non distinguitur à charitate, & spe.* Calui. Mel. HÆRE. Habemus expressum testimonium D. Pauli 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas tria hæc, maior autem horum charitas. Et alia dicta supra. Et ex obiecto etiam probatur. Nam fidei obiectũ est verũ, charitatis est amor illius veri.

5 *Fides sine charitate esse non potest.* Bucerus. Fides, sine operibus mortua est. Quomodo ergo non remanet fides, quam viuam vocant, quando per dilectionem operatur. Et D. Paul. 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidẽ ita vt montes transferam charitatem autẽ non habuero, nihil sum, non ergo tantum remanet fides, sed etiam maxima sine charitate esse potest. Rursum signa autẽ eos, qui crediderint hæc sequentur. Marc. vlti. & Matth. Non omnis, qui dicit mihi Domine Dñe intrabit in Regnum Cœlorum. Est enim fides prior charitate, atq; ideo nihil uetat esse posse sine ea. Et Concilium Tridentinum Can. 7. Tres esse virtutes docet, ac distinctas inter se, ac proprijs rationib. Hoc & D. Aug. lib. 15. de Trin. c. 18. docet. Id tamen fatemur, fidem nõ remanere, vt perfecta est uirtus restat uero ut imperfecta est. Etenim fides informis non est simpliciter uirtus, ut exponit Caiet. 2. 2. q. 4. artic. 5. & si Dur. nullum discrimen agnoscat inter fidem formatam, & informem. 3. dis. 23. q. 4. 2.

6 *Fides informis non est donum Dei.* Pelagius. Dictum hoc nedum ex communi Theologorum assensu, uerum ex sacra scriptura confutatur. Nam D. Paul. ad Eph. 2. dicit. Gratia saluari estis per fidem, & hoc nõ ex nobis. Dei donum est 2. idem 3. ad Philip. 1. Vobis datum est, pro Christo, non solum vt credatis in eum, sed vt patiamini pro eo. & 1. ad tim. 1. Misericordiam consequutus sum, ut fidelis essem. Et D. Ioan. 6. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quẽ misit &c. Et Luc. 77. Domine adauge nobis fidem. Matth. 16. Caro, & sanguis, non reuelauit tibi. Non ergo initium fidei est à nobis (vt conatus est probare Pelagius. Nec idonei sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Hunc pelagij errorem sequutus aliquando D. Aug. lib. 1. retract. c. 23. Retractat dicens, cap. 11. Non esse vera nisi prius præparetur uoluntas nrã à Deo, in tãtum charitas augeatur, ut præcepta perficere possimus. Sic ergo correxit, quæ dixit, lib. 1. de Genesi allegorice. cap. 32. 2. q. 6. parte. Hinc conforme ex Can. Concil. Trid. Can. & 3. & 6. Si quis dixerit, sine præueniente Spiritus Sãcti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur. Anathema sit. Et quòd in nobis sit fides supranaturalis scire certo non possumus, cognoscimus tamẽ actus fidei esse in nobis, at non ipsum habitum, sed credimus actus illos esse à fide infusa. Sicut dolemus de peccatis, & credimus, quòd sit à charitate, at non certè scimus.

7 *Fides mortua, non constituit hominem Christianum, nec membrum Christi.* Luth. HÆR. Prædicant Lutherani, quod fides mortua constituit hominem Christianum, at nõ uere sed ficte. Verum mortua fides constituet etiam hominem Christianum. Et si uerum esset, quod dicit Melanton. Nec Papa, in peccato esset uere Papa, neque alij Episcopi. Concil. Trid. sess. eadem Can. 28. damnat.

8 *Fides miraculorum, non est vera fides.* HÆR. Fingunt Lutherani quamdam nescio fidẽ. At quod etiam fides miraculorum sit uera fides, ex verbis Domini colligitur. Si habuerit fidem, sicut granum Sinapis. Et alibi. Nonne in nomine tuo Demonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Et D. Pau. 1. Cor. 13. Si habuero fidem, ait, ut montes transferam &c.

9 *Fides Christi, non fuit omni ætate, ac seculo necessaria.* ERRON. Periculosum est affirmare, aliquem posse saluari, sine Christi fide

de saltem implicita, quæ omni etate necessaria fuit, ut D. August. ait, epistola 157. ad optatum. Nisi per unum mediatorem Dei, & hominum CHRISTVM IESVM. Et idem dicit lib. 13. de Trinita. capitulo 20. Et lib. 3. Hypognost. Eadem ergo fuit fides, quæ infundebatur seruantibus legem naturæ. Et quæ fundamentum est nostræ totius uitæ. Et sicut addiscētem oportet credere, sic, & qui Deo seruire cupit. Vnde dicitur omnis, qui audit à patre & didicit, uenit ad me. & Ioan. 6. Etiam iustus ex fide uiuit, non quod fides sit tota uita, sed fundamentum uitæ. Hinc diximus, quod in iustificatione fides est Dux, & reliqua opera assecla, & bonum opus intentio facit, intentionem uero fides dirigit. Erit ergo fides exordium, initium, & fundamentum totius iustitię. fundamentum aliud, nemo potest ponere præter id, quod positū est, quòd est Christus IESVS. De statu tamen uero originalis iustitiæ, ac naturæ, quoniam nulla extat historia, quæ rē hanc exponat, hæc pauca dixi, ex D. Augustino, ac D. Thom. Qui putant, quòd sine fide implicita Domini IESV Christi, neminem posse esse saluū. Quod uero D. Chrysost. Hom. 37. in Matt. & Conc. 1. de Lazaro. Et Iust. Martyr. q. 8. Et Clem. Alex. lib. 5. & 6. Strom. posse aliquos sine fide esse saluos, ut inter Græcos Socrates, Heraclitum, & alios, inquit Iustinus, quia fuerunt Christiani, etiam quod non nouerint Christum. Interprætandi sunt, quod isti si sunt salui habuerūt fidē saltē implicitam, credentes Deum esse humani generis seruatorem, iuxta ordinem in sua admirabili prouidentia occultum, & aliquib. ipsorum vatib. ac sybillis reuelatum.

30 *Fides antiquorum Patrum, & nostra non est eadem.* HÆR. Vera est hæc propositio aliquo modo, nempe, quo ad fidem explicitā namque multa explicite profitemur, quæ illi ignorauerunt. Vt est Symbolum, & alia multa. Hæreticum est assertum absolute affirmare, & implicite, non esse omnium antiquorum Patrum, & post Christū fidem implicitam, quod enim nos aperte, illi implicite protestati sunt. Quod nos futurum explicate adoramus, & credimus, illi implicite. Quod nos vt conclusiones deductas credimus, illi, in suis abdictissimis principijs crediderunt. Et quoniam authore D. Augustino, ac D. Thom. Fides Saluatoris implicita fuit omni ætate necessaria, profecto fateri opus est esse eamdem fidem. Hoc docuit Apostolus. Vnus Deus, vna fides. Fuit etiam idem obiectum fidei, ergo & fides eadem. Nam eius unitas ab obiecto pendet. Licet ergo non fuerit baptismus, fuit tamen fides implicita Saluatoris, quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4. Ideo ante fidem Christi incorporabantur per fidem futuri. Et antequam circuncisio instrueretur sola fides iustificabat (vt docet D. Greg.) cū sacrificiorum oblationibus, quibus suam fidem antiqui patres profitebantur. Post aduentum uero ipsius per fidem explicitam incorporantur vt docet Apostolus Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Et sicut aliis signis res præsens, aliis futura demonstratur, sic fides diuersis Sacramentis ac ritibus. Fides tamen fuit semper necessaria. Turrecrem. li. 1. de Ecclesia. 2. c. 8. ad nonum. Et cap. 22 Fusius probat, quod tempora uariata sunt, non fides. Et sic interprætatur illud. D. Pauli 2. Cor. 4. Habentes eundem Spiritum fidei. Vbi gloss. quæ est D. Augustini ait, ostendit, quòd in iustis diuersorum temporum eadem est fides, eadem enim iustos saluauit antiquos, quę saluat nos, scilicet mediatoris Dei, & hominum. Demum sicut eadem est Ecclesia, sed tantum ætatibus distincta, sic & fides eadem est.

31 *Fides non stat in homine peccatore, & cum peccato mortali.* Lutherani. HÆR. Si remota charitate, remouetur fides, profecto homo peccator nō erit Christianus, quod est hæreticum, & supra. Verbo Ecclesia, condemnatum. Et quod fides remaneat cū peccato probant Domini sententia qua respondet illis, qui dixerunt. Nonne in nomine tuo Prophetauimus. Nisi fidem habuisset, nunquam dixissent Domine. D. Paul. ad Tit. 3. ait. Increpa eos dura, vt sani sint in fide, nam & Theodoretus, sic exponit, ij uero, qui fidem professi sunt, & cum fide consentientem uitam non uiuunt acerbiorib. remediis curandi sunt. Et in extrema parte ca. Confitenter (inquit) se nosse Deum, factis autem negant. Demum ex harū uirtutum distinctione confutatur hæc hæresis. Turr. li. 4. c. 4. & 5. Verum est tamen, quod obstinati peccatores paruam fidem habe-

re demonstrant. Vnde & illis cum D. Iacobo dicere possumus. Ostende mihi tuam fidem ex operib. sic Ferus tueri potest à Soto, supra Ioan. 4. Credidit ipse, & domus eius tota. Remanet ergo fides, sed non ut virtus. 2.2.q.6.art.2. & hoc dixit D. Paul. 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem ita, ut montes transferam, charitatem autem nō habuero &c.

12 *Fides satis est vt credamus corde tantum, quam palam negare possumus.* Clancularij. HÆRET. Sunt, qui audent affirmare, quod metu tormentorum possimus negare oretenus fidem, quam tenemur, qui quidem Apostolo contrarij sunt, dicenti Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Nam voces sunt signa earum, quæ sunt in anima. Imo nec licet habitum infidelium portare vt ex illis credatur quando est lex, vt Christianus portet talem habitum. At si non est aliqua lex, vel consuetudo portet, quòd uoluerit. Et D. Sebastianus ad tempus se occultauit. 2.2.q.2.r.

13 *Fides est ne in Demonibus?* Ex D. Th. ac aliis dicendum, quod si sumatur fides pro assensu intellectus in rem, non quia uideat, neq; in se, neque in principia, sed per imperium voluntatis, sic fides non est in Demonibus, sed quia intellectus conuincitur ad credendum his, quæ dicuntur, non per euidentiā rei, sed ex magnitudine ipsius, & sic est in Demonibus. 2.2. quæstione quinta, articul. secundo.

14 *Fidei dubia, non potest Papa declarare.* Luth. HÆR. Quod Dominus Diuo Petro dixit. Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, de successoribus etiam interpretantur sacra concilia, & Sancti omnes. Vt apparet ex Cōc. Sandic. cui nomine Rom. Ponti, præfuit ossius. Et tot summorū Pont. epistolę, ac responsa quæ hoc manifestant. De quo verbo. Papa.

15 *Fides Romani Pontificis est Ecclesiæ necessaria.* TEM. Sicut priuator error Pontificis Romani Ecclesiæ nocere non potest, sic nec eius fides interior est Ecclesiæ necessaria, nec necesse est, ut in interioris fidei conuersatione Romanis Pōtificibus Deus semper assistat, sed dum ea decernunt, quæ fidei sunt, dumque Ecclesiam Christi dirigunt. Diuina manu teneantur id Ecclesiæ opus est, idque Romanis Pontificibus etiā imbecillis, & priuatim errantibus non negabitur, ne uidelicet per publicæ potestatis errorem Ecclesiam faciant in communi ueritatis ignoratione versari. Non ergo fides interior est necessaria, nam & Papa hæreticus esse potest, & tamen Ecclesia nō deficit, sed perseuerat.

16 *Fidei dogmata sunt omnia, quę in iure Canonico continentur.* ERRON. Multa sunt ad Ecclesiæ disciplinam, ac reformationem statuta quæ fidei decreta non sunt. Quæ uero sint fidei hac via internosci possunt. Prima, si contrarium affirmantes, pro hæreticis habentur. Secunda, cum in hanc formā Synodus decreta præscribit. Si quis hoc, aut illud senserit. Anathema sit, qualia multa sunt in Conciliis. Tertia, si in eos, qui cōtradixerint, excommunicationis sententia ipso iure feratur. Quarta, si quicquam expressè, & propriè à fidelibus firmiter credendum, aut dogma fidei Catholicæ accipiendum dicatur, uel aliis similib. uerbis, aliquid esse Euangelio, Doctrinęuè Apostolorum contrarium. Non omnia ergo, quæ absolute, & simpliciter in Conciliis affirmantur fidei sunt decreta, cuius rei exempla sunt decreta reformationis.

17 *Quæ ergo sunt fidei?* Respondeo, quod quādo scripturæ sensus est obscurus, eius sensus est, quem Ecclesia tradit. Nam si credimus Platoni, Aristotoli, & Ptolomeo, multo magis Ecclesię. Nam dictum fuit spiritus meus, qui est in te &c. Esa. 59. Secundo, Spiritus veritatis manet nobiscum in æternum. Ioan. 14. 15. Sic & Apostolis apperuit sensum, ut intelligerēt scripturas. Luc. 24. Fidei sunt, sanctorum omnium concors expositiones literales sacræ scripturæ. Traditiones Apostolorum, sunt ad fidem credendæ necessariæ. Concilii confirmati decreta, sunt de fide. Quę Scholastici omnes vno ore tenent, sunt de fide. Si etiā aliquod dogma non est de fide certum, atque expeditum. Si viri pii, & docti existimant à Deo reuelatum, peccat arroganter qui despicit illos, & pro nihilo putat. Demum si certū est, aliquod dogma esse de fide, & qs ignorat, & admonitus ab Episcopo, attamen ille defendit, & pertinax est, temerarius hic, ac contumax est si non hæreticus, imo Hæreticus. Hæc ergo omnia sunt de fide, vt Canus colligit, libro 12. De locis Theol. capitulo nono.

Fidei

28 *Fidei decreta possunt humanis rationibus demō strari, nec credendum, nisi, quod ratio humana probat.* Petrus Abail. HÆR. Vir ille iniquissimus, cuius meminit D. Bern. Epistola 109. dixit, nihil esse credēdum, quod facultatem excederet intellectus. scriptū est. n. Eccl. 19. Qui cito credit leuis est corde. At D. Paul. 1. Cor. 2. Aduersus eum scribit, docens Corinthios, Euangelium non in sublimitate sermonis, quod ad Rethoricam, & Dialecticam attinet, neque in persuasibilibus humanæ sapiētiæ uerbis, quòd ad Physicas disciplinas debet referri, ac demonstrat, quòd ea quæ credenda sunt facultatē intellectus excedunt. Imo Dominus. Ioan. 7. dicit. Si quis uoluerit voluntatem eius facere cognoscet de doctrina mea vtrum ex Deo sit, an à me ipso loquar. Vbi non exigit Christus rationem Physicam, pro doctrina sua probanda, sed fidem. Et Esa. multo ante. c. 67. dixit. Nisi credideritis non intelligetis, & Dominus, ut uidentes, non uideant, & audientes non intelligāt. D. Aug. lib. 50. Homiliarum, hom. 32. Confirmat, quæ scribimus. Arcana, & secreta regni Dei prius quærunt credentes, quo fiant intelligentes. Fides enim gradus est intelligendi, intellectus autem meritum fidei. Habet ergo fides, lumen suum in scripturis, in Prophetia, in Euangelio, & Apostolicis lectionibus. Et Paulo infra. Quid me iubes credere, quod non video, uideam ergo aliquid ut credam, iubes credendum, quod non uideam? Ego uidere uolo, & uidendo credere, nō audiendo, sed dicit Propheta. Nisi credideritis, non intelligetis. Ascendere uis, & gradus obliuisceris vtiq; peruerse homo, si iam tibi posset ostendere, quod uideres, non hortaretur, ut crederes. Hactenus Aug. D. Basil. in exordio Ps. 115. Hoc idem docet. Quod fides trahit animā supra humanam facultatem. Ideo & Abraham laudatur, qui conceptum de Sara credidit. Gen. 17. & Zacharias obmutescit, qui de Elisabet credere uoluit. Luc. sic & D. Thom. 2. 2. q. 2. probat. Excedunt ergo rationem ea quæ primo, & per se sunt de fide, ut diximus supra. Verbo anima. D. Greg. Homil. 27. in Euangelia dicit. Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum, quod interpretatur, D. Thom. quando homo non habet uoluntatem credendi, at quando habet probare ea poterit, quia principaliter innititur diuinæ authoritati.

Fiducia.

Fiduciam nullam in nostris operibus gratiæ, aut gloriæ cōsequendam habere possumus. Luthe. HÆR. Suppono, quod fiducia est spes roborata ex firmá opinione, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 29. art. 6. Et hanc licet habere possumus. Nam Dominus dixit. Matth. 9. Confide fides tua, te saluam fecit. Et D. Paul. 2. Cor. 3. fiducia talem habemus per Christum ad Deum. Et 2. Tim. 4. De reliquo reposita est mihi Corona iustitiæ. Et hoc decreuit Concil. Trid. sess. 6. ca. 16. De hac D. August. libro de vera Innocentia. Hieronym. 3. ad Eph. Chrisost. Psal. 117. super eum versum. Aperite mihi portas iustitiæ.

Filius.

Filius est minor Patre in diuinis. Arrius. Eras. HÆR. Longe magis impius Luthero censendus est Erasmus, nam Lutherus, quod mihi constet, nunquam huc vsque prolapsus est, quòd protulerit Dei filium Patre minorem, sed vnam essentiam diuinam Triadis fatetur. Vnum tamen assumpsit laborem Erasmus, vt Arrium defenderet, nec prestat quod conatur; sed in multis laberinthis procedit phylosophiæ. Et ne quis putet me somniare, dum Erasmum facio Arrianæ sectæ, eius verba exscribere uolui. Hic tom. 2. in suis Scholijs ait. Arrianorum errorum factio schismaque verius erat quam hæresis, quod aduersarij, nobis numero fere pares erant, eloquentia doctrinaque superiores. Et super verbo Hieronymi verum Deum hoc, est à nullo creatum, cum filius sit creatus à Patre, iuxta Arrianos, & Spiritus Sanctus creatus à filio, &c. Hanc Arrij, & Origenis Heresis (vt scribit Leontius, de sectis actione 10.) condemnata fuit in Concilio Niceno, in qua sexcēti Patres conuenerunt, ferme omnium ciuitatum orientis. Contra Arrium sunt uerba. D. Ioan. in principio erat verbum. Et alibi, ego & pater unum sumus. Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo. Et Diu. Paul. 2. ad Philipp. Qui cum in forma Dei esset. Et ad Heb. 1. Figura substantiæ eius. Afferre vero alia testimonia non est opus, in re-

in re manifeſta, & patres contra Arrium tanta ſcripſerunt, vt non ſufficeret unus ea referre. Argumenta etiam ſoluit Idacus Clarus Hiſpanus, & doctiſſimè. De Origene vero, quid ſit ſentiendum, fuerit ne Arrianus, vel ab illis deprauatus parum refert, caute tamen legi debet.

2 *Filius non eſt à Deo genitus, ſed cauſatus.* HÆ. Contra Hæbreos, ac hæreticos ſunt verba Dauid Pſal. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et alibi. Ego qui aliis generationem tribuo ſterilis ero. & D. Ioan. In principio erat Verbum. D. Fulg. hoc explicat lib. 3. ad Mon. in fine. Quod uero dicatur cauſatus à quibuſdam Græcis, fugiendum eſt à uobis, ut docet Diu. Thom. cont. err. Græcorum, ne detur occaſio errandi eis, qui idem dicunt eſſe cauſatum, & factum.

3 *Filius non eſt Creator vniuerſi.* HAER. Si ſolus Pater eſt creator, & non filius, quare dicitur, Faciamus hominem & nõ fiat. Et D. Ioan. dixit. Omnia per ipſum facta ſunt. Et Dauid appellat Filium manum Dei dicens. Etenim illuc manus tua deducet me. Pſal. 138. Et alibi dicit Deus. Nonne manus mea facit hæc omnia? Si ergo non eſt creator, vel quia noluit, uel quia non potuit; & neutrum poteſt affirmari, merito & Creator nominatur, & dicitur à fidelibus.

4 *Filius non eſt perfecta Patris imago.* Arrius. HAER. Scribit contra hanc hæreſim Marius Victorinus Affer, & quod Christus ſit perfecta Patris imago probatur. Imago enim Dei inuiſibilis dicitur, & ad Hæbreos primo. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius &c. Hinc & ad Philippum dixit. Qui videt me, videt & Patrem meum. Hoc tenet fides eſſe Patri coæternum, & eiuſdem naturæ. Direct. ſecunda parte, quæſt. nona.

5 *Filius eſt poſt Patrem tempore.* HAERET. Qui vult ſcire Filium, non ex tempore, neque poſt tempora eſſe natum, ſed ante omnia de Patre, audiat ipſum Patrem, pſalm. 109. dicentem. In ſplendoribus ſanctorum ex utero, ante Luciferum genui te. Quam ſentẽtiam dubijs, atque incredulis expreſsit. cap. 53. Natiuitatem eius, quis enarrabit? & Iob. capit. trigeſimooctauo. Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo? Salomon Eccleſiaſt. 24. Ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam, ego feci, vt in Cœlo oriretur lumen indeficiens, & nebula texi omnem terram. Hęc Idacus Clarus. Fulg. etiam ad quintam Arrianorum obiectionẽ ait eſſe ęqualem, atque ideo erit ſimul cum patre, de quo D. Ioan. Et verbum erat apud Deum &c. Et D. Greg. lib. 29. in Iob. Dicit ſemper natum, & ſemper naſci, vt eius ſempiternitatem exprimeret. Et magiſter 1. di. 9.

6 *Filius non eſt ęqualis Patri ſecundum perfectionem.* Arrius. HAER. Ne dum perfectione, ſed dignitate, ac poteſtate ęquales ſunt ſanctiſsimæ perſonæ. Quam ęqualitatem Athan. in Symbolo, & Fulg. ad quintã obiectionem docet. Hanc ſignificant Saluatoris verba. Ioan. 5. Ego, & pater unum ſumus. Et alio loco, omnia, quę pater facit, eadem & filius ſimiliter. Idem ipſe dicit. Pater Clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Et alio loco. Vt omnes honorificent filium ſicut honorificant Patrem. Et alia multa quæ prolixitatẽ vitantes omiſimus. Hæc Fulgentius.

7 *Filius priuſquam aſſumpſerit naturam humanam fuit Angelus.* HAERET. Accuſant aliqui Origenem, qui Hom. octaua in Gen. Qui dixit. Vnde puto, quod ſicut inter homines repertus eſt, vt homo, ita inter Angelos habitu repertus eſt, ut Angelus. Hæc Orig. D. Auguſtin. Tract. ſexto ſuper Ioan. Exponens ea uerba. Ego ſum, qui ſum, putat ſecurè dici poſſe Angelum Dei filium.

At ſi hæc conciliare volumus, dicendum eſt, quòd fuit Angelus officio, vnde & Eccleſia canit. Angelus Conſilij, natus eſt de Virgine &c.

Non tamen fuit Angelus, quia eorum naturam aſſumpſerit. Nuſquam enim Angelos apprẹhendit ait, D. Paul. Et ne omnia, quæ primo ſent. à Scholaſticis ſcripta ſunt, & quæ à patribus contra Arrium referri, hæc ſint ſatis, non enim librum edere, de diuinitate meus eſt animus, ſed ſcopulos quoſdam remouere, in alijs vero, quæ peruulgata ſunt, longus ego eſſe, nec uolo nec debeo.

Fletus.

Fletus eſt in Cælo. HAER. Dubius, vel incertus eſt Orig. hac in re. Nam Hom. 7. in Leuiticũ, ſic ſcribit. Saluator meus luget etiã nunc

nunc peccata mea, & Saluator meus letari non potest, donec ego in iniquitate perma neo. Quomodo enim potest esse in letitia, ad quem peccatorum meorũ meror semper ascendit? Absurda sanè, & irrationabi lis opinio. Nam quomodo potest esse tristitia, vbi est summum gaudium, ac vbi non est culpa, quomodo poterit esse pœna? Hoc docuit D. Ioan. in Apocal. 11. Absterget Deus omnem lachrimam ab oculis Sanctorum, & iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque ullus dolor. Demum si Christus plangit, quare etiam Angeli non plangunt, & sic quis gaudebit? erit itaque locus plangendi in Cęlo. Et metaphorica est Origenis oratio. Et si .n. fleuerit dum erat in mundo, nunc mutata carnis conditione, non potest flere, neque męstum esse, sed regnat, decore indutus.

2 *Fletus non est in inferno.* HÆR. Ex verbis Domini supra statutum fuit, fletum esse in inferno dicentis. Ibi erit fletus, & stridor détium. Recurrat ibi lector.

Fornicatio.

Fornicatio simplex non est peccatum. Græci. HÆRE. Inter alios Græcorum errores hunc referunt quod negarunt simplicem fornicationem esse peccatum. At facillimum est eos confutare, nã quare punitur Salomon ac repræhenditur. Et Oseas. c. 4. dicit. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferũt cor. Et D. Paul. 1. ad Cor. 6. Nolite errare neq; fornicarij neque Idolis seruientes &c. Regnum Dei possidebunt. Et ad Eph. 5. Hoc autem scitote, quòd omnis fornicator, aut auarus, aut immundus &c. Non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio &c. Et D. Ioan. Apocal. 21. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus &c. pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, qđ est mors secunda. Chriso. Hom. 18. in priorem ad Corinth. Membra Christi estis, ait Apostolus, templum estis Spiritus. Quare nolite facere membra meretricis. D. Hierony. caput 4. super Oseam. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. &c. D. Ambros. lib. 1. de Cayn, & Abel, c. 5. Seruum criminum stimulus libido est, quæ nunquam manere quietum patitur affectum. Et paulo infra. Et ideo ait Apostolus. Fugite fornicationem, vt ueloci fuga tanquam furiosæ Dominę declinare seuitiam, & tetro seruitio exire possimus. D. Aug. li. de decem cordis. c. 10. Noli dicere tibi, quando forte aliquid luxurianter vis agere, uxorem nó habeo, facere possum quod uolo, non enim post uxorem meam pecco. Iam nosti precium tuum, iam nosti, quo accedis, quid manducas, quid bibis, imo quem manduces, quem bibas. Abstinete, à fornicationibus &c. D. Greg. lib. 16. Moral. cap. 31. Damnat, & uitium erat etiam apud Phylosophos Ethnicos, vt scribit, D. Hiero. ad Eph. c. 5. Super ea uerba. Fornicatio autem, & omnis immunditia &c. Conueniunt omnes Doctores. Direct. 2. par. q. 4. Quomodo vero intelligatur, dictum Domini Oseæ. Vade ad mulierem fornicationis, & fac filios, alibi expositum est, & Caiet. dicit, ꝙ uoluit Dominus vt acciperet in uxorem, & adoptaret filios. 2. 2. q. 154. 2. Et fornicatio semper est mala, de se.

Fortuna est causa actionum humanarum. HÆR. Hunc errorẽ verbo homo confutabimus.

Franciscus.

Francisci habitum portare non licet. HÆRE. Religiones ab Ecclesia approbatas damnare hæreticum est, nam eius est, omnia, quæ utilitati conducunt approbare. Direc. 2. par. q. 11.

2 *Francisci regula vnum, & idem est, cum Euangelio Christi.* HÆR. Eodem loco directorium reprobat hanc hæresim, & quis tam temere loqui audet, quis D. Francisci uitã, ac mores, cum Saluatoris gestis æquabit nisi Hæreticus? Quis eiusdem esse authoritatis docebit sacram scripturam, & humanã? Merito ergo damnatur hoc dictum.

3 *Francisci Sanctissimi fratres, sunt in statu perfectiori Episcoporum.* Beguinæ. ERRON. Statum Episcoporum Apostolis succedere ex Concilijs, ac Patribus demonstraui supra, quo fit, vt sit error fratrum mendicantium uitam nobiliorem, ac perfectiorem prædicare. Ratio id suadet etiam. Quoniã Episcopus ad plura tenetur, nempe suæ, aliorumque saluti consulere, vt Diuus Paulus 1. Tim. 3. 3. docet. Item, Pastor tenetur vitam exponere pro salute animarum. Maiorẽ hac dilectione nemo habet. Ioã. X.

per-

perfectior ergo erit Episcoporum status.

Fugiens ad Ecclesiam.

Fugientes ad Ecclesiam reddi, nec tradi debent Curiæ, ac Brachio seculari. Hoc statutum fuit in Concilio Arauf. c. 4. Et habetur d. 77. Eos qui. Conc. Aures. Can. 1. & refertur 17. q. 4. Id constituimus. Homicidæ, adulteri, fures ibi saluabuntur. Concil. Mogunt. Vt in summa Conciliorum legitur, pagina. 226. Non tamen saluat Ecclesia publicos latrones, vt pyratas nocturnos depopulatores agrorum, raptores Virginũ. Qui uero commisit in Ecclesia, an gaudeat immunitate variè loquũtur doctores, negatiuam partem tenet Pan. Quia frustra legis auxilium implorat, qui in legem committit. Alij vero affirmatiuam tuentur, quod gaudeat hac immunitate, committens maleficium, in Ecclesia. Armilla. Verbo. Emunitas. §. 12.

Furtum.

Furtum non est peccatum. HAER. Occasionem errandi aliqui acceperunt ex eo quia populus Israel Deo iubente spoliauit Egyptios, ut legitur Exod. 12. Necuiderunt, ꝙ Deus est omnium Dominus, ut cecinit David Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in eo, atque ideo nullum committitur furtum, si Deo iubente rapitur. Nam furtum est occulta acceptio rei alienæ inuito Domino, vel superiori, ibi uero non fuit inuito Domino. Ideo absolute aliena furari peccatum est, & Dominus Exod. 20. præcepit. Non furtum facies. Et D. Pau. ad Eph. 4. Qui furabatur, iam non furetur. Præterea. Iosue. 7. Legitur, multos in bello occubuisse quos tamen Deus iusserat bellare, & hoc propter peccatum furti, sicuti dixit. Peccauit Israel, & præuaricatus est præceptum meum, & de Anathemate furati sunt. Et Oseas. cap. 4. Homicidiũ furtum, & adulterium inundauerunt. D. Hieronym. super Leuit ait. Multi sine peccato putant esse, si alienum, quod inueniunt tetean &c. Doctores omnes una mente damnant furtum, ac rapinam, quę est rei alienę per uiolentiam illicita vsurpatio. Nec vxori nec seruis nec subditis quibuscunque licet aliquid furari, nec ut eleemosinam largiantur.

Obiectiones Hæreticorum.

Qui vero arbitrantur licitum esse aliquando furari, sic arguũt. Primo, pauperes pereũt, nec aliquis succurrit, ergo nõ pecco, si aufero diuiti, vt ei subueniã. Respondeo, quòd semper ob oculis habere debemus illud præceptum D. Paul. ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, vt inde bona eueniant, sic non licebit furari, vt eleemosinas faciamus. Et D. Aug. ait. Non cogitet aliquis, & dicat multi Christiani diuites, & tenaces sunt &c. Nam si totum quis tribuat pauperibus, quod abstulerat, addit potius peccatum quam minuat. Secundo, iubet Deus populo suo, vt furetur Egyptios. Exod. 12. Ergo non est peccatum. Dico, quòd illud non est furtum, quia non est inuito Domino, nã Deus præcipit, qui est omnium Dominus, & illi redimerunt sic uexationem suam. Tertio, nullibi prohibetur furtum. Sed tantum Deus exigit restitutionem quadrupli, vel quintupli. Exod. 22. & Leu. 19. Diurnus fur non est occidẽdus, sed qui occiderit eum tanquam homicida reputabitur. Secus de nocturno fure. Ergo peccant, qui eos puniunt pro furto. Dicitur, quod & si non sit lex, ut fur ille suspendatur, tamen potuit Ecclesia leges illas, quæ hoc sanxerunt approbare, & hoc significauit D. Pau. ad Rom. 13. Non enim sine causa gladium portat. Hæc de furto contra quodam hæreticorum placitum.

Futurum.

Futurum contingens nullum est in rebus, sed omnia necessaria eueniunt. Petrus Abail. HÆRET. Hunc errorem sequutus est Vuitclef. Hus, & Lutherus affirmans, omnia, quę fiunt absoluta necessitate fieri, adeo ut impossibile sit aliter euenire. Aduersus quos sunt uerba Sap. 11. Quod quidam errantes colebant mutos serpẽtes, & bestias superuacuas, immisisti illi multitudinem mutorum animalium in uindictam, vt scirent, quia per quæ peccat quis, & per hæc torquetur. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis.

lis multitudinem ursorum, aut audaces Leones &c. Ex quib. apparet, quod Deus multa facere potuerit, quæ non fecit. Hoc ex verbis Saluatoris confirmatur. Qui dixit. An non possum rogare patrem, & exibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Matth. 26. Erat ergo in manu sua pati. Adhuc corroboratur, quia dixit. Potestatem habeo ponendi animam meã, & potestatem habeo iterum sumendi eam Ioan. 10. Rursus in multis apparet, quod Deus potuit aliter facere, nam Sara fuit sterilis, & Elisabet, & postea pepererũt. Asina alloquitur Balaam. Num. 21. Sol motum reliquit. Ios. 10. Ad quid etiam præcepit nobis orare? Matth. 6. Hoc decreuit Concil. Cõstantien. sess. 8. & damnatur articulus 27. Verum, cum de libero arbitrio disputabitur, alia in huius confutatione scribam.

2 *Futura contingentia Deus non cognoscit.* HÆRE. Ex sacris literis in primis demõstro Deum futura cognoscere. Secundo, rationibus probo. Sapient. 8. dicitur. Signa, & monstra scit, antequam fiant, & euentus tẽporum, & seculorum. Et Ecclesiastici. 39. Non est quicquam absconditũm ab oculis eius, à seculo, & vsque in seculum respicit. Et Esa. 48. Prædixi tibi ex tunc antequam venirẽt indicaui tibi. Demum, si negemus, Deum futura cognoscere, pereunt omnes libri Prophetarum, subuertimus omnes diuinas promissiones. Ratione confirmatur, Primo, omnia simul sunt Deo præsentia, ergo etiam ea cognoscit. Antecedens ex definitione æternitatis patet consequentia uero probatur, quia sunt ipse Deus, omnia, quæ sunt in Deo atque ideo nihil ei latere potest. Secundo, Deus cognoscit res in se ipsis, ergo futura cognoscit in se. Antecedens probatur. Quia eas facit, ac producit, ergo necesse est, quòd eas cognoscat. Tertio, ex causa semper producitur effectus, ergo ex causa necessaria effectus necessarius, ex causa contingenti effectus contingens, ergo illum effectum Deus cognoscit. Quarto, si Deus, non cognoscit, ergo nec etiam habet prouidentiam, quam qui remouet, nil aliud facit, quam remouere ordinem vniuersi. D. Thom. 1. cont. Gent. c. 67. Disputat de hoc. Vocat ergo Deus ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Et Phylosophi peritiores hoc idem affirmant, nec de hoc est cum hæreticis dissidium.

3 *Futura contingentia cognoscere in se, & nos possumus.* HAERE. Hoc tantum de Deo contendunt omnes, quod in se futura cognoscere possit. Nostri vero intellectus acies, non est tantæ virtutis, vt quæ nõ sunt videre possit. Hoc enim principium est in phylosophia. Quoniam nostra cognitio pẽdet à sensu, & quæ non cadunt sub sensu, nec sub intellectu cadere possunt, & deficiẽte sensu deficit scientia illius sensus, & eius, quæ sub illo sensu cadit. Et quoniam habent futura quandoque causam determinatam, possumus tunc cognoscere, quia determinata sunt. Vt eclipsis Lunę, quandoq; verò eueniunt vt in pluribus, vt rosam vere & mala in autũno, & hæc cognoscimus. Quæ uero sunt omnia futura contingentia cognoscere nõ ualemus. Et hoc est ex phylosophia constituta veritas, quam primo posteriorum disputauimus. Obseruandũ tamen, quòd in somnijs, & extasi cognoscuntur aliquo modo futura. Nã dormientes sunt à sensibus abstracti, sic, & qui extasim patiuntur, quæ abstractio iuuat ad receptionem impressionum à substantijs separatis, aut a corporibus superioribus, nã homo dum vigilat anima circa alia occupatur, ligatis uero exterioribus sensibus, interiores quiescunt, & tunc eleuatur anima vt conformiter separatis substantijs intelligat conclusiones sine deductione, sed simplici intuitu. At, quo ad iudicium, plus uiget ratio in uigilia, & melius cognoscere poterit, quia cognitio pendet à sensu externo. Ideo dicimus, quod futura, quo ad apprehẽsionem magis dormiendo cognoscimus, sed quo ad iudicium magis uigilando. Hoc etiam obseruandum, quòd & si fateamur, quòd in profundo somno magis cognoscamus, & recipiamus impressionẽ superiorum. Non tamen semper, quia maxima euaporatio impedit receptionẽ subtilium impressionum. Demum D. Thom. 2. 2. q. 95. ar. 6. Docet, quomodo futura per somnia cognoscuntur. Primo, quando humor prædominatur, & sic, qui pituita abundat, somniat se dulcia comedere. Secundo ex impressione corporum cęlestum, quæ impressiones aliquas relinquunt, & sic animalia cognoscunt futuram tempestatem. Tertio minysterio Angelorum, sic Ioseph monitus fuit ab Angelo vt in Ægyptum fugeret, & postea vt reuerteretur.

tur. Cognoscuntur etiam, quia Demonia reuelant aliqua, quæ exactius ab illis cognoscuntur quam ab hominib. Sed tamen nec Demones futura contingentia in se cognoscere possunt. Scribit Ferrariensis. 3. contra Gent. c. 104.

4 *Futura, vt cognoscamus Demones consulere possumus*. HÆR. Velut Hæreticum damnat hoc dictum iudiciale inquis. nam consulere Demones, & eorum expectare responsa ad futura cognoscenda est hæresis, quia creaturę attribuitur, creatori tantum conueniens. Vt ait Esa. 41. Annunciate nobis, quæ uentura sunt, & sciemus, quia Dij estis. Hactenus iudiciale. Verbo. Apostata.

G

Gaudium.



Gaudium non est vllo modo in Deo. HAER. Putarunt aliqui metaphorice tm̄ ponēdum esse gaudiū in Deo, & quod imperfectionem connotet in se. Quantum vero à ueritate sint alieni demō strabo, si prius, q̄d sit gaudiū explicauero. Gaudiū aliq̄n sumitur ꝓ passione cōcupiscibili, ex cōiūctione rei cū sensu. Vel alij dicūt, quod gaudium est affectus animi alicuius præsentis boni, opinione cōcepta, & differt à iubilo. Nā iubilū apud D. Greg. li. 24. moralium, est q̄n ineffabile gaudiū mēte concipitur, quod nec abscōdi possit, nec sermonib. aperiri, & tn̄ quibusdam proditur motib. quamuis nullis proprietatib. exprimatur. Idem 28. Iubiliatio dr̄, cū cordis letitia oris effaciā nō expletur, sed quibusdam modis gaudiū prodit, ꝙ ipse qui gaudet, nec tegere præualet, nec explere. Sic ergo differt gaudium, & iubilatio. Delectatio nanq; est in potētia sensitiua, gaudiū uero proprie est in uoluntate. Vnde delectatur sensus, sed non gaudet. Vel docet Diu. Thom. Delectatio prouenit ex bono realiter con iuncto, gaudium vero hoc non requirit, sed sola quietatio uoluntatis sufficit ad gaudii rationē. Delectatio ergo erit solū de coniuncto bono, gaudium uero de exteriori. Obseruādum adhuc, ꝙ gaudium est in parte sensitiua & intellectiua, in sensitiua est passio, quia coniungitur organo corporali, in intellectu uero est operatio simplex, & gaudium de præsenti bono. Probat. D. Thom. quòd gaudium sit in Deo, quia non repugnat Deo, nec ratione speciei, nec ratione modi se habendi. Ergo erit in Deo. Secundo, gaudium est delectatio, uel quietatio rei, in suo uolito, at Deus quiescit in seipso, ergo & gaudet. Tertio, vnumquodque in suo simili gaudet, ergo Deus multo magis gaudet in se, & gaudet etiam in aliis sibi similibus. Hoc est, ꝙ Deutero. trigesimo dicitur, quòd gaudet Deus, omnia bona conferre in populum suū, audientem uocem ipsius. D. Thom. 1. contra Gent. c. 90.

2 *Gaudium non est in Angelis beatis.* HAER. Ea ratione, qua attribuitur gaudium Deo, eadem, & Angelis conuenit. Suppono, tamen quod gaudium duplex ponitur à Scholasticis.

Vnum essentiale, & alterum accidentale. Primum est de obiecto beatifico habetur, quod est Deus, & uidere Deum, & amare eum. Accidentale gaudium est de creatura, siue de se, siue de alio, & hoc nominatur præmium accidentale.

Gaudium etiam dicitur augeri, uel intensiue, in premio essentiale non augetur gaudium, quia est in vno solo, sed præmium accidentale augeri potest, quia consistit in bono creato. De hoc dicit Magister in quarto, distinctione 40. quòd maius erit gaudiū Sanctorum post resurrectionem.

Et de Angelis, dicit Biel, & alii ante ipsum quòd gaudium essentiale non augetur, sed accidentale, ex custodia, & hoc intensiue, & extensiue.

De pluribus enim gaudet, & ex euentu effectus desiderati crescit gaudium intensiue si præfuit, aut de nouo generatur. Et si gaudium est Angelis de pœnitentia peccatoris, quanto maius erit de beatitudine peccatoris.

Hoc ergo probatur ex verbis Domini. Matth. decimo octauo. Gaudium est Angelis Dei, super uno peccatore pœnitentiam agente. Imo meretur augumentum gaudij accidentalis, ex custodia hominis. Licet D. Thom, prima parte, quæstione sexagesimasexta art. 9. ad tertium. Dicat ꝙ melius est dicere, ꝙ nullo mō mereatur, sed ꝙ gaudiū illud magis acq̄rūt ex beatitudinis uir-

mete mæreatur. scribunt de his D. Bonau. 2. dist. 21. q. 2. ar. 3. 3. distin. 18. q. 4. Brulifer. & Biel 2. d. 11. q. vnica, art. 3. dub. 2.

8 *Gaudium non est in Beatis in Cælo.* HAER. Profecto ubi non est imperfectio, aut contrarium, nec etiam est aliud, modo sic est, quod in cęlo nulla est tristitia, absterfit nãque Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, sequitur, quod ibi sit summũ gaudium. Rursum gaudium est de bono, ibi est summum bonum, ergo & summũ gaudium. & hoc redundabit ergo in partibus sensitiuis. Ex sacra scriptura confirmatur. Nam Abraham vidit diem Domini, & gauisus est, vt dicitur Io. 8. Exultauit Dauid, psal. 110. Exultauit Simeon. Nunc dimittis seruum tuum Domine, Luc. 2. Exultauit Stephanus, vidit & gauisus est. Lętantur Apostoli, quia digne habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati. Quanto magis gaudent Angeli, ac Sancti in Cœlo. Hinc toties repetit Ecclesia. Gaudent in Cœlis animæ Sanctorum. Exultabunt Sancti in gloria. Lætamini in Domino, & exultate iusti. Gaudium, & lætitia super caput iusti. Nulla est ibi męroris, ac męstitiæ causa. Vt D. Aug. longa oratione probat li. 20. de Ciuit. Dei, c. 30. & li. 3. de lib. arbit. c. 25. eoque ultimo. Tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ, &c. Non enim falso, aut paruo, affectu dictum est. Quoniã melior est dies unus, in atriis tuis super millia. Ricar. 4. d. 49. q. 7. art. 5.

4 *Gaudium est in demonib. ac damnatis.* HAER. Et si poetę sit tritissimum dictum, solatium est miseris socios habere pœnarum, falsissimum tamen est, si exponatur, quod ubi est perpetua pœna, summusque dolor, ac tristitia gaudium esse possit. Nam sicut gaudio repugnat męstitia, sic pari ratione, męstitiæ gaudium aduersatur. Demũ, ubi nullum est bonum, quomodo gaudium esse poterit? Dicuntur tamen dęmones gaudere in perditione hominum, atque damnati dum alios ascriptos tormentis illis uiderint, sed hic est in proprius loquẽdi modus. Et gaudium illud sonat complacentiã: complacent enim sibi veluti in malo obstinati, dum sciunt alios esse damnatos, sed quæ huc spectant, supra verbo Damnati, explicaui.

Gedeon.

Gedeon apparet Angelus. Iud. 6. c

Gedeon diffidens de viribus, dicit, se non posse liberare Israelem. Iud. 6. c

Gedeon euertit aram Baal. Iud. 6. e

Gedeon, cum trecentis pergit contra Madianitas. Iud. 7. c. e. f. g

Gedeonis fides in promissionem Dei, signo accepto in vellere roboratur. Iud. 6. g

Gedeon timet Angelo, faciem ad faciem cõspecto, confortaturque à Deo. Iud. 6. c

Cum Gedeone se futurum in liberãdo Israel promittit Deus. Iud. 6. c.

Gedeon non vult Israeli dominari, sed Deũ. Iud. 8. e

Gedeoni imponitur nomẽ Ierobaal. Iud. 6. f

Gedeonis tempore quieuit terra Israel à bellis quadraginta annis. Iud. 8. f

Gedeon moritur. Iud. 8. f

Gedeon peccauit faciendo Ephot, sed postea pœnitnit, ut docet D. Th. ad Hæb. 11. ca. 8. Qui tamen nihil mali fecit, sed bonum, & accepit magnum signum incarnationis. D. Tho. ibidem. co. 18. Peccauit tamen petendo signum tentando Deum ex incredulitate, sicut Zacharias. 2. 2. q. 97. 2. tertium.

Generatio.

Generatio non est in Diuinis. Arrius. HAER. Nõ cognouerũt Phylosophi hoc mysteriũ Diuinæ generationis, imo, nec Hæbrei recipiunt, quod Ecclesiæ Diuino lumine inspirata, veneratur, prædicat, ac docet. Authoritates Sacræ scripturæ supra verbo, Filius, in medium adductæ fuerunt. Nunc satis est ad memoriam reuocare, verba Niceni Symboli. Genitum non factum, consubstãtialem Patri. & Athanasii Symbolum. Generatio tamen in Diuinis significat relationem per modum operationis, & æterna, & vna, ac eadem generatione, Pater generat, & filius generatur. Neque Paternitas est principium generationis principaliter, sed quodammodo cointellectum, quia nõ est sicut forma speciei, sed sicut principiũ indiuiduale. Principium etiam generationis est duplex, quod, vt pater, & quo id est essentia. Generatio adhuc, non terminatur ad essentiã, nec ad relationem, sed ad suppositum. Ideo nec generat, nec generatur

tur essentia, sed pater ratione essentiæ. Hinc dicitur, quòd potentia generandi, non est communis, sed est propria rationе relationis implicite. Generatio rursus actiua, vt Pater, & Passiua, vt Filius. Arrius vero errauit, quia adinuenit duodecim modos generationis, nempe iuxta fluxum lineæ à puncto, iuxta emissionem radij a Sole, iuxta Caratherem, seu impressionem a sigillo, iuxta immissionem bonæ voluntatis a Deo, iuxta exitum accidentis a substãtia iuxta abstractionem speciei a materia, iuxta excitationem voluntatis a cogitatione, iuxta transfigurationem motus à mouente, iuxta eductionem specierum a genere, iuxta ideationem, & iuxta nascentia, in quibus omnibus, vel deficit æqualitas naturæ, vel durationis. Vt docet D. Thom. prima parte, quæstio. 42. articu. primo. primum Ideo hanc hæresim Arrio ascripsimus, qui & si filium admittat, non tamen eo modo generatum, quo Fides tenet. Scholastici in primo disputant de his Scot. Bonauen. distinct. nona, quæstio. prima, primi sent. & Ricard. eodem loco, artic. primo, & Biel. Aliacus. primo. quæstio. 7.

2 *Generat essentia*. HAER. Supponit enim huius hæresis confutatio, quòd generatio dicat necessariò distinctionem, non tantũ rationis, ut Sabellius, nec essentiæ, ut Arrius, sed suppositorum, quia nemo generat se ipsum, at non est distinctio in essentia, quia vna est totius Trinitatis, hinc sequitur quòd nec generet. Rursus, actiones sunt subsistentium suppositorum, at essentia non significatur ut subsistens. Confirmatur hoc, ex authoritate, de summa Trinitate, & Fide Catholica Damnamus. & communi Doctorum sententia. D. Tho. prima parte. q. 39. art. 5.

Propositiones falsæ de diuina Generatione.

Essentia est Generans, est falsa. Verum si supponat pro persona, dicendo. essentia est Deus generãs. prima part. q. 3 9. 5. quintũ. Deus non genuit Deum. est falsa. prima. q. 39. 4. tertium. Deus genuit se Deum, vel alium Deum. 39. q. 4. quartum. Hæc Propositio. Deus Pater genuit alterum se, in ablatiuo est vera, & in accusatiuo simpliciter, & personaliter, sed emphatice. 39. 4. 4. Deus genuit Deum, qui nõ est Deus pr̃, est vera appositiue. Falsa suppletiue, sed affirmatiue, e cõuerso. 39. 4. 5. Melius est dicere Dei filius sp̃ est natus, q̃ sp̃ generari, uel nasci. 42. 2. 4. Hæc annotauimus paucis, ne qs decipiatur, & singula exponere non est huius temporis, sed tantum admonere.

Gladius.

Gladium portare nullus potest Christianus. Hoc est Stablerii placitum, qui docet quod nec gladium, nec peram portare aliquis potest. Quod dictum contrariatur verbis, D. Petri 1. cap. 2. Subiecti estote omni humanę creaturę propter Deum ad vindictam malefactorum, quod sine gladio esse non potest. Et alibi. Non enim sine causa gladium portat.

2 *Gladius non est in Ecclesia*. Lutherani. HÆR. Hæc hæresis, quæ Papæ authoritatem infitiatur, erit inferius confutanda. Modo satis est sub nomine gladij demonstrare quæ sit. D. Ambr. vt habetur 24. q. 1. c. Est aliud. Quid est, quod hamo ferreo piscari iubet, nisi quia sibi gladium utriusque imperij, spiritualis scilicet & temporalis committere disponebat? Ex quo etiam in nocte cęnæ dixit Apostolis. Vt venderent tunicam, & emerent gladium. At illi dixerunt. Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis est. Luc. 22. Et Nicolaus Papa Mediolanensibus scribens ait. 22. distinctione, capitulo omnes. Loquens de Romana Ecclesia. Illam vero solus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ Clauigero terreni simul, & cęlestis Imperij iura commisit. glo. Verbo Imperij. Papa vtrunque gladium habet, scilicet temporalem, & spiritualẽ. 63. d. Tibi Domino. Et 15. q. 6. Alius, c. Nos Sanctorũ. Et c. iuratos. 1. q. 4. Quia præsulatus. 96. dist. duo. Hæc est, quæ Imperium de Gręcia ad Germanos trãstulit. Vt dicitur. Extra de elect. c. Venerabilem. Qui quidẽ gladius importat authoritatem rerum tẽporalium. Gladij uero exequutionẽ alijs committit. Quia sicut anima corpori dominatur, ita & Papa Imperatori. Capistrinus.

Gloria.

Gloria Patri, non dicatur, sed Gloria Patri, & filio, & Spiritui Sancto. Docuit Concilium

Toletanum quartum. Et Concilium Vas. c. 7. Vt equalitatem diuinarum personarũ ostenderent patres, hoc docuerunt.

Gratia.

Gratia est ipsa hominis natura. Pelagius. HÆRE. Non semel D. August. debellare initur Pelagium, & gloriosissimè triũphat. Tum epistola 95. Tum 105. ad Sixtum. Et D. Pa. ad Eph. 2. ait. Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donũ est. Scribunt alij contra hoc. Sotus de natura, & gratia.

2 *Gratia non est habitus à Deo infusus.* ERRON. Grauissima ac difficillima est inter Scholasticos disputatio, quid nã sit gratia. De qua D. Aug. epistola 95. contra doctrinam Pelagii ait. Gratia Christianorum non est natura, sed qua saluatur natura, qua prædestinati vocamur, iustificamur, & glorificamur, vt dicere possimus, si Christus pro nobis, quis contra nos? Chriso. verò dicit, quòd gratia est sanitas mentis, & delectatio cordis.

Alij dicunt. Gratia est inter animæ Sanctũ reconcilians amorem. Alij gratia est remissio peccatorum. Isid. vero sic exprimit eius essentiam.

Gratia est donum misericordię diuinę, per quod est bonæ uoluntatis exitus, idest bona operatio. Apud D. Tho. Gratia est donũ ac forma quædam, ac perfectio existens in creatura rationali, per quam homo formaliter redditur Deo gratus, & dilectus, & per quam est homo dignus uita æterna, & est ad eam capessendam ordinatus. Hãc sic expono. Est forma, nõ substantialis, sed accidentalis, quia aduenit post esse completum, atque ideo erit accidens in prima specie qualitatis, non habitus propriè, de quo loquitur Arist. quia non ordinatur ab operationem immediate, nec est in potentia animæ, sed in essentia, & est veluti dispositio, & habitus respectu gloriæ, quæ est gratia consumata. Nominatur habitus, quia dat esse. ac constituit hominem inesse supernaturali faciens ipsum formaliter vitæ æternę dignum. Ad hanc ordinatur homo naturaliter, sicut & graue ad motũ deorsum. Quidam vero Scholastici inter quos Scot. Dur. & Greg. 2. dist. 17. q. 1. dicũt ꝙ gratia est quid creatum in animam per accidens tamen non per se, quoniam absolute loquendo animo non fit grata, uel meretur per gratiam, sed ex ordine Dei. Tamen opinionem D. Thom. sequitur Ægid. Alb. Henricus. Herueus. Biel. & Brulifer. 2. dist. 17. q. 1. & alij.

3 *Gratia est ipse Spiritus sanctus.* Magister sent. 2. dist. 17. huius fuit sententiæ, quam alij tueri conantur. Quod est verum de gratia increata, quæ datur rationali creaturę, ad eius sanctificationem. de qua D. Paul. ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quæ potius demonstrat spiritum, esse ipsum donum gratiæ, non Spiritum sanctum. De hoc apud Scholasticos est concertatio.

4 *Gratia Dei quomodo producitur?* Varius est dicendi modus etiam apud scholam Diu. Thom. Aliqui dicunt, quòd creatur, & hãc Sacramenta attingunt, & ipsorum uirtute, & tamen ipsa gratia est terminus. Et cum sit ex nihilo dicitur creari, eo modo, quo formæ inhærẽti conuenit creari, quia scilicet secundum ipsam aliquid creatur. At cum creari sit subsistentium, & gratia sit accidens negant alij, quòd proprie creetur. Ad creationem etiam nullum instrumentum concurrit, at hic sacramenta sua actione concurrunt, ergo nec creatur. Media ergo uia incedamus, & dicamus. Quod cum gratia sit à Deo immediate, & sit accidens non potest etiam habere materiam ex qua, sed in qua producitur à Deo ex nihilo, & ad hunc sensum dicitur creari, quia vero, non est quid completum ac perfectum quo ad esse suum, proprie non creatur. & ad hanc creationem coagunt instrumenta. Hinc dicimus, quòd nec proprie corrumpitur, quia eius est corrũpi, cuius est esse, & gratia est accidens, & entis, est ens, ex principiis philosophiæ, ideo nec proprie fit. Scribit de hoc. Caiet. pri. 2. q. 110. 2. tertium. & 122. primo. & 3. par. q. 62. primo. Ferrar. quarto cont. Gentil. cap. 57.

5 *Gratia non est necessaria ad Diuina mandata adimplenda.* Pelagius, Celestinus, Iulianus. HÆRET. Hæc hæresis Pelagiana iam diu confutata, ac reprobata fuit; & ne quis in hanc foueam incidat, eam

san-

sanctarum scripturarum lumine detego. Primo loco, Dauid lumen præbet, dicens Psalmo decimosexto. Dirige gressus meos in semitis tuis. Et Ps. 118. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Et Hier. c. 17. Sana me domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero. Christus Dominus dixit. Ioan. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi Pater meus, qui misit me traxerit eum. Et c. 15. Sine me nihil potestis facere. Et D. D. Paul. ad Rom. 8. Quos iustificauit hos, & uocauit. Et ca. 10. Non est uolentis neque currentis. Et Corinthijs scribens. 1. cap. 3. Non quod simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Et ei dictum fuit. Sufficit tibi gratia mea. In Conc. Mileuit. c. 4. tom. 1. fol. 482. col. 2. Anathemate percellitur, qui negauerit per gratiā Christi, non solum intelligentiam in nobis mandatorum aperiri, verum præstari etiam, ut quod faciendum cognouerimus, facere valeamus. Et Can. 5. idem datur intelligi, Concil. Araus. secundum. Can. q. 20. & 25. Prorsus donum Dei est diligere Deū tom. 1. fol. 628. Et Trid. sess. 6. c. & Can. 1. Si quis dixerit hominē suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ, uel per legis doctrinam fiant, absque diuina per IESVM Christum gratia posse iustificari coram Deo. Anath. sit His dictis profligatur pelagius aduersus quem tot, ac tanti scripserunt, ut superuacaneum sit alia addere. Nec ego homuntio inter illos præstantissimos viros audeo interuenire.

6 *Gratia quæ datur in baptismo non potest amitti.* Iouinianus. HAER. Vetus iste error damnatus est, contra quem aliqua repetere non erit molestum, ne dum ex ueterum historia à Mose conscripta, sed ex his, quæ Apostoli, ac concilia decreuerunt. Et ne à recentioribus exordiamur, taceo, quomodo Adam fuerit de Cœlo eiectus. De Dauide, Salomone, ac alijs. Sed rem præssius vrgentes, addo, quod Dominus, nos orare docuit. Dimitte nobis debita nostra. Et Diuus Paulus, ad Gal. 5. Qui stat, videat, ne cadat. Item. Apoc. 2. Sed habeo aduersus te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Concil. Mileuit. tom. 1. fol. 483. colum. prima, cap. 6. & 8. Et Arausic. c. 14. & 24. tomo 1. fol. 628. col. 2. Et Triden. sess. 6. Can. 23. & cap. 14. Si quis hominem semel iustificatū dixerit amplius peccare non posse neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur, & peccat, nunquam uere fuisse iustificatum &c. Anathema sit.

7 *Gratiam nos habere certitudine fidei scire possumus.* Lutherus. Plus omnibus laborauit Catherinus Archiepiscopus Compsæ, ad hanc gratiæ certitudinem demonstrandā quod in causa fuit, quod uir alioquin pius, & doctus, ac elegans, in multis errauerit, & dum Dominicam Doctrinam impugnat (in qua educatus fuerat) in multos scopulos impegit. Aduersus hanc certitudinem edidit disputationem Dominicus Sotus, libro tertio, de natiuit. & gratia, capitulo decimo, de qua pluries uiua uoce in Tridentino Concilio dimicatum fuit inter hos præstantissimos uiros. Contra hanc hæresim Dauid ait. Delicta quis intelligit, ab ocultis meis, munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Psalmo 18. Et D. Paul. primo Corin. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Ratione etiam confutatur. Si aliquis est certus se habere gratiam, & gloriam, quod est falsum. Vt verbo Prædestinatio demonstrabo. Adhuc si aliquis est certus se habere gratiam, ad quid Deus reuelauit D. Paulo. sufficit sibi gratia mea. & de muliere peccatrice. Luc. 7. dicitur. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et de paralytico. Matth. nono. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et Ioan. quinto de alio dicitur. Ecce iam sanus factus es, noli amplius peccare. Si homo certo sciret se habere gratiam esset causa desidiæ, ac tepiditatis, & tamen D. Petrus hortatur. Satagite, ut per bona opera vestra, certa vestram electionem, & uocationem faciatis. Et Dauid. Seruite Domino in timore, psalm. 2. Et Hierem. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Concil. Trident. sess. sexta, cap. nono. in fine sic ait. Cum nullus scire ualeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum. Scholastici fermè omnes D. Thom. 1. 2. q. 112. 5. Dur. 1. di. 17. quæst. 4. Scot. ibi. 2. par. 1. Aegid. ibi. q. 3. art. 2. Ale. par. 2. q. 71. Brulifer. 1. distinct. 17. q. 3. Biel. 2. distinctio. 29. quæstione unica. Cartusianus ibidem.

Solus Baccon. videtur dissentire, qui in 3. dist. 30. dicit, quòd ex actibus charitatem pro certo scientiæ fidei cognoscere possumus, sicut scio puerum baptizatum esse in gratia.

Obiectiones Lutheranorum.

Demum soluamus Lutheranorum obiectiones. Pro quarum solutionibus præmitto. Primo, quod loquitur Concilium de adultis, quia pueri obicem ponere non possunt. Secundo, quòd solus Deus ex dicto Hierem. intuetur cor in se, neque Angelus, neque Demon, vt diximus in superioribus. Tertio, præmitto, quod certitudo multiplex est. Vna est certitudo scientiæ, quæ pendet à demonstratione, quæ est syllogismus faciēs scire. Secunda est certitudo euidentiæ, quæ est in Prophetia. Tertia est fidei, quæ appellatur certitudo non euidentiæ, quia fides est non apparentium, sed adhæsionis, nam firmissimè Martyr adhæret reuelatis, quæ certitudo nunquam potest esse falsa, quia est à Deo, cuius lumini nulla falsitas obsistere potest. Alia est certitudo opinionis, quæ tamen est cum formidine alterius partis, & tunc intellectus decipi potest, nec adeo opinio certa est, quin contraria non sit uera. Arguunt ergo Luthærani. Primo. Credo remissionem peccatorum, ergo certitudine fidei, scimus nos esse in gratia. Respondeo, quòd percipiunt mentem Symboli, quæ est, quod remittuntur à Deo peccata, sed quod hic, vel ille sciat hac fidei certitudine esse remissa, non est Sanctorum mens. sed quod qui facit quæ debet, remittit, ac condonat Deus peccata, at non scimus nos, nec de nobis id demōstrare possumus. Secundo vt sciamus, quod quæ à Deo data sunt nobis, ait Paul. pri. Cor. 2. Dicitur, quod D. Paul. loquitur de Diuinis donis, non de certitudine gratiæ. Tertiò, si nō agnoscit, ergo nec tenetur homo Deo gratias referre. Dico, quod scimus omnia à nobis donata, omne enim datum desursum est, ait D. Iacobus. atque ideo omnia, quæcunque agimus, ad Dei gloriam facere debemus, vt docet D. Paul. Quarto, quicquid petimus accipiemus. Petite, & accipietis, ergo si gratiam petimus, certo scimus nos esse consequutos. Dico, quod fiduciam talem habere debemus, quod si congrua, & congruè petimus, accipimus, sed nescimus certitudine fidei, nos sic petere. Quinto scimus, quia diligimus fratres, ait D. Ioan. 1. ca. 3. Dico, quòd scimus, sed non certitudine, cui non possit subesse falsum. Sexto, D. Ioan. Apoc. secundo. Nemo scit, nisi qui accipit. Dicitur, quòd ex contextu uerborum D. Ioan. elicitur responsio, quandoquidem D. Ioā. loquitur de præmio, ac gloria consequenda, dicens. Viuenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Ecce quòd non de gratia, præsentis uitæ loquitur, sed de præmio. Vel si de hac gratia sit sermo, non scit qui accipit certitudine fidei. Nam si uenerit ad me, non uidebo eum. Septimo, scimus certo esse in nobis fidem, ergo & charitatem. Quia vtraque virtus est à Deo infusa, & actus earum sunt similes. Respondeo quòd falsum est, quod assumit, nec certo scimus nos habere habitum fidei infusum, sed rationabiliter habitum fidei nos habere credimus. Hic diligenter obseruādum est. Quod actus fidei eleuat hominē supra naturam suam, vnde supernaturale donum dicitur, nam, nec fidei actus est ex naturali cognitione, aut appetitu, sed ex appetitu æternæ beatitudinis, & adhæsionem ad Deum supranaturaliter. Nec per hoc, quod eleuamur sic, experimur in nobis habitum fidei infusæ, sed ex hoc credimus nobis rationabiliter inesse. Sicut dolere de peccatis propter Deum crucifixum est actus eleuans hominem, & credimus quòd sit ex penitentia à Deo infusa, non tamen certò scimus. Rursus accedere ad Eucharistiam post probationē, est actus supra naturam, & credimus, quòd sit ex Diuina charitate etiam infusa, & tamen credimus, ergo aliud est experiri actus excedentes naturam humanam, & aliud experiri habitus infusos, primum est verum, non tamen secundum. Atque ideo non est eadem ratio. Potest etiam respōderi, quod aliud est posse credere, & habere habitum fidei, aliud charitatem. Possum enim certè scire me credere non tamen certe scire, me diligere, quæ credo. Octauo, potest quis scire se esse attritum, ergo & contritum per claues Ecclesiæ. Respondeo, quod dolor de peccato, & dilectio Dei super omnia, quæ est contritio, vel attritio informis acquisita, nō est

vltima

vltima dispositio ad gratiam consequendam nisi fiat auxilio Dei animum mouentis ad consequendam gratiam, de qua certi esse nõ possumus, quamuis certi esse possimus de actu illo, quo ad substantiam, siue vocetur attritio, vel contritio acquisita. Nulla ergo est consequentia. Nono, oppositorum eadem ratio: sed certo scimus nos esse in peccato. ergo & in gratia. Respondeo, primo, quod esse in peccato tota actio nostra est, at esse in gratia pendet ex Diuina motione, ad quam an dignè disponamur, non scimus certè, atque ideo, nec an simus in gratia. Nec eadem ratio de vtroque actu, nam peccare est deficere, diligere vero ex toto corde, & animo, est difficillima operatio, quæ plura requirit. Dico secundo, quòd nec scimus, an semper simus in peccato, nam sunt occulta delicta, quæ nec nobis sunt nota. Decimo, Possibile est scire, & facere ea, quæ requiruntur ad consequẽdam promissionem, & gratiam eius, prout in scripturis reuelatur. ergo & scimus nos esse in gratia. Respondeo, quod possibile est scire ea, quæ sunt facienda, at quod ea ex charitate faciamus certò scire non possumus. Vndecimo Adultus scit se non ponere obicem baptismo. ergo scit se esse in gratia. Respondeo, quòd antecedens est falsum, nam scit adultus, se velle baptismũ & esse sine fictione, & se credere, non tamẽ scit certitudine fidei ea omnia habere, quę requiruntur, ad certitudinem tantam. Hæc sunt Luthæranorum, ac Catherini argumenta, quæ & Hosius soluit.

8 *Gratiam nos habere, neque ex coniecturis certò scimus, atque ex signis.* HÆR. Nulla est apud me ambiguitas, quod qui negat nos ex coniecturis, atque signis non posse cognoscere gratiam habere sit hæreticus. Hanc sic ex scripturis, concilio, ac patrib. & Scholasticis, ut moris est demonstro. Non loquor de certitudine euidentiæ, aut fidei, sed ex coniecturis, siue de morali certitudine, quæ & si infirmior aliis, est tamen certitudo etiam ipsa. Quæ moralis certitudo subdiuiditur in eam, quæ à fortissimis pendet argumentis, ac testimoniis, in eam quæ ab indiciis deducitur, ac deriuatur. Prima, quandoquidem certò scimus, adulterium esse malum. Secunda, scimus Socratem heri hominem occidisse, quem & si tunc non prospexerimus, tamen prope extinctum hominem euaginato gladio, uidimus fugientem. Hac ergo morali certitudine scire possumus. Nam fidei, quoniã nescit homo, utrum odio, uel amore dignus sit. Eccles. 9. & Iob, cap. nono. Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima. Sed de certitudine de qua loquimur, dixit Iudit de Bethulianis loquens, capit. vndecimo. Ergo quoniam hæc faciunt, certum est, quod in perditionem dabuntur. & D. Paul. ad Timot. secunda, capit. primo. Recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te, non ficta, quæ & habitauit prius in Auia tua Loide, & in matre tua Eunice. Certus sum autem quod & in te. & alibi. Certus sum, quòd neque mors, neque uita, &c. Separabit nos à charitate Dei, quæ in Christo IESV. & ad Galat. quarto. Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem Abba pater. Quid est autem clamare Abba pater, quàm interno, quodam spiritu, ac uiuis scintillis ipsum inuocare, & paternam hæreditatem petere? Quomodo non cognoscimus nos esse Christi oues, Ioann. c. vigesimoprimo. Si vocem eius audimus? Quomodo non cognoscimus, nos ex Deo esse, si libenter eius vocem audimus? Qui ex Deo est verba Dei audit. Ioann. decimo. Liberius Romanus Pontifex in epistola ad omnes fideles, hoc idem dicit, & verba Apostoli usurpat. Confidimus autem de uobis fratres charissimi, meliora, & uiciniora saluti, quia neque mors, neque uita, neque Angeli, neque principatus, instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia (Magistro gentium docente) poterit uos separare à charitate Domini nostri IESV Christi, quæ est in ipso recta fide. D. Hieronym. ad Galat. quarto exponens citata superius uerba, dicit. Non audeamus dicere. Pater noster, qui es in Cœlis, sanctificetur nomen tuum, nisi de conscientia spiritus habitantis in nobis. Theophyl. verba Diui Pauli à summo amore, quem in se experiebatur prouenisse. sic ait, super ea uerba. Certus sum enim &c. Sic & D. August. docet in libro de moribus Ecclesiæ. Scholastici etiam signa annumerant, quibus nos esse in gratia cognoscimus, & tria sunt apud Alexand. de Ales, parte secunda, quæstione 71. Lætitia in bonis, in con-

concupiscibili. Pax conscientiæ in irascibili. Lumen ueritatis in rationali. Brulifer uero quatuor signa ponit. primo, distin. 17. quæst. 3. Primum, quando homo habet mortificationem carnis, & omnium desideriorum. Secundum, quando aliquis nõ habet remorsum conscientiæ. Tertium gaudere, cum gaudentibus, flere cum flentibus, quia Charitas omnia suffert. Quartum est excusatio peccati alieni, seu proximi, dum non potest sufficienter probari. Nam charitas operit multitudinem peccatorum. Hucusque Brulifer. & D. Thom. ac Scholasticorum omnium communis est hæc sententia. Quæ, & cum sacri Concilij verbis conuenit. Nam concilium dixit, tantum certitudine fidei scire non posse. Quasi uelit dicere, alia uia, nos hanc gratiam scire posse.

9 *Gratia non requiritur, ut mereamur.* Pelagius. HÆR. Multa scribit D. Aug. testimonia, quibus probat ex gratia bona opera esse. & lib. de libero arbitrio, cap. 9. dicit. Quia ipsa bona opera, ille, in nobis operatur, de quo dictum est. Deus est, qui operatur in nobis uelle, & perficere pro bona uoluntate, ideo dixit psalmus. Coronat te in miseratione, & misericordia, psal. 102. Quia eius miseratione bona operamur, quibus corona reddetur. Non enim, quia dixit, Deus est enim, qui operatur in nobis, & uelle, & operari pro bona uoluntate, ideo liberum arbitrium abstulisse putandus est. Quod si ita esset. Non superius dixisset. Cum timore, & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Quãdo enim iubetur, ut operentur, liberum eorum conuenitur arbitrium, sed ideo cum timore, & tremore, ne sibi tribuendo quod bene operantur, de bonis, tanquam suis extollãtur operibus. Hæc D. Aug. Et Concil. Mileuit. c. 3. dicit, quòd gratia iustificamur. & ca. 4. Quod gratia implemus præcepta, tom. primo. fol. 482. Et rursus, in Concil. Arausi. secundo, cap. 19. & 20. Nihil boni posse hominem sine Deo, & nihil facit homo quod Deus non præstat, vt faciat. Hoc ex Decreto, vel canone 3. sess. 6. Concil. Trid. corroboratur. De hoc verbo Merito erit oratio.

10 *Gratia datur ex merito.* HÆR. Qm̃ gratia Dei donum est (authore D. Pa. ad Ro. 11.) si ex meritis daretur, iam non esset donũ, nec esset gratia. & quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Per gratiam dictum fuit. Ego ero merces tua magna nimis. & de Hiere. Priusquam te formarem in vtero noui, & antequam exires de vulua sanctificaui te, quod & de Io. Bap. tenet Eccl. & D. Pau. dicit. A vocante dictum est. Iacob dilexi, & Esau odio habui. Nondum erant istorum merita, & tñ iusti erant, ac gratiam receperunt. & Iren. 5. Conuerte nos Dñe ad te & conuertemur, cõuersio ergo nostra præuenitur Dei auxilio. & ad Ro. 9. Non est volẽtis, neq; currentis, sed miserentis Dei. Ad Tit. 3. Non ex operib. iustitiæ, quę fecimus, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit. Rationib. roboratur. Primo, nemo mouet seipsum ad id, qđ est supra naturam suam. ergo homo non meretur grãm. Secundo homo est agens instrumẽtale. ergo de se attingere non põt effectũ superiorem. Tertio, anima nostra est agens particulare. ergo dependet ab agente vniuersali. ergo eius actio præuenitur à Deo. Quarto, gratia non proportionatur actioni nostræ humanæ, sed excedit. ergo non possumus nostris actionib. eam mereri. Quinto cognitio finis supranaturalis est à Deo, per fidem. ergo, & motus voluntatis in ipsum. Quod vero dr̃. Zach. 1. Conuertimini à me & ego conuertar ad uos, intelligitur, non quia Dei actio nos, non præueniat, sed quoniã conuersionem nostram, prostubiq; ad ipsum conuersi fuerimus ipse conuertitur à nos, nostram conuersionem roborando, excitando, ac pulsando, non quod illud auxiliũ nobis det ex merito, vt Pelagiani dixerunt. D. Th. 3. cont. Gent. c. 149. Glos. or. exponẽs. Et hoc nõ ex vobis. ex D. Aug. ait. Ne forte dicas promerui, ideo accepi, non putes te promerendo accepisse, gratia, pręcessit meritũ, non gratia ex merito. & semper de prima gratia loquimur. lege nu. 12.

11 *Gratiã meretur ne homo, saltem de congruo, quando operatur Diuino auxilio ipsum præueniente.* Non est de fide proposita dubitatio, sed tñ est ad oĩum, quæ sequũtur summopere necessaria. Et est dubium. Homo operatur ex Diuina motione præueniente ad ipsam gratiam consequẽdam, sic tanto auxilio indutus meretur ne gratiam saltẽ ex congruo. Puta incipit Deus. ego sto ad ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo, & cęnabo cum eo, primum lapidem ponit, ac iacit Deus, quia non quasi prius

non

nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos 1. Ioan. 4. Post primam illam excitationem, quando homo operatur, meretur ne gratiam ex eo dono gratuito. Capreolus negat esse meritum aliquod, quando est aliqua dispositio ad gratiam, nec tunc, vel de congruo, vel condigno meretur. Aliqui vero dicunt, ꝙ non est ibi meritum de condigno propter inequalitatem rerum, est tamen meritum de congruo. Nam si homo facit, quod in se est disponendo se ad habituale donum gratiæ, congruum est, vt Deus elargiatur. Et quando negat meritum, D. Tho. loquitur de merito ex condigno, non de congruo. Quibus addo (vt istæ opiniones concilientur, nempe Capreoli, ac Ferrari.) Quod sicut meritum condigni duplex est. Meritum simpliciter, quod exigit æqualitatem pręmij ad opus, & meritum secundum, idest, nō quia sit equalitas iustitiæ inter mercedem, & laborem, sed est secundum ordinem Dei pręmiantis. Sic & meritum congrui duplex vnum simpliciter, vt detur absolute, & meritum proprie dictum aliud dicitur meritū improprie, qui ergo operatur ex diuino auxilio meretur ex congruo, non merito proprie dicto, nam sic nullum meritum est sine gratia, meretur autem merito imperfecte dicto, & sic nec Capreolus, nec Ferr. negaret. De quibus verbo meritum, fusius erit loquendum. Hoc significant verba authoris operis imperfecti. Hom. 31. Quod qui lumine naturali bene vtuntur, pro remuneratione bonæ uoluntatis, datur intelligētia mysteriorum Dei, ac regni cœlorum. Si enim generalem illam scientiam boni, & mali transegisses, idest si bene vsus fuisses, iuste merebaris hanc spālem cognoscendi mysterij scientiam. Ioan. Dried. in lib. de concordia liberi arbitrij, & diuinæ prædestinationis, c. 3. Exponit, generalem illam scientiam mandatorum esse gratiam Dei, non vt redimentis, sed vt conditoris. Donis naturæ si quispiam bene vtatur, meretur hoc merito dicto, sed non tamen sine Dei misericordia erit, nec sine initijs fidei. Hoc suadet exemplum Cornelij Centurionis, & Apostolorum, quib. pro bonis ipsorū uoluntatib. Dei tū auxilio semper concurrente, dignatus est Deus alia exponere, & ipsis dixit. Vobis datū est nosse mysteriū regni cœlorum. Matth. 13. sic omnia consonant.

12 *Gratiam Dei liberum arbitrium præuenit, nō gratia liberum arbitrium.* Pelagiani. HÆR. Inter alia impia Pelagianorum dogmata, hoc vnum erat, ꝙ nos nostro libero arbitrio pręuenimus, ac promeretur ipsam gratiam & nō gratia nos pręueniat. Aduersus quos sunt uerba. Dauidis. Gratia tua pręueniat, & subsequatur me omnibus dieb. uitæ meæ. D. Aug. ad Bonifacium, exponens verba. Ne quis glorietur ad Rom. 2. dicit. Non ideo dicit, quia opera bona, pia cogitatione facta frustrentur, cum Deus reddat cuique secundum opera eius, sitque gloria Dei operantis bonum, sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia. Bonum igit est homini, vt de operib. suis non præsumatur, quia ille, qui putauit, sine patris adiutorio se posse custodire quod dedit, ꝓfectus in longinqua, & viuens prodige, cuncta cōsumpsit, & miseria attritus in se reuersus dixit. Luc. 15. Surgam & ibo, ad patrem meum, quam cogitationem bonam non haberet, nisi & ipsam illi in oculto pater misericordiossimus inspiraret. Idem in enchyridion ad Laurentium, capitulo trigesimosecundo. Præcedit enim bona uoluntas hominis, multa Dei dona, sed non omnia, quæ autem non præcedit ipsa in eis est, & ipsa. Nam vtrunque legitur in Sanctis eloquijs. Et misericordia eius præueniet me.

Et misericordia eius subsequatur me. Psal. vigesimosecundo. Nolentem præuenit ut velit, uolētem subsequitur ne frustra uelit. Et lib. de Gratia, & libero arbitrio, cap. 15. Gratia uero Dei, semper est bona, & per hanc, vt sit homo bonæ uolūtatis, qui prius fuit noluntatis malæ.

Per hanc etiam fit, ut ipsa bona uoluntas, quæ iam esse cępit augeatur, & tam magna fiat, ut possit implere diuina mandata quæ uoluerit, cum ualde perfecteque uoluerit. D. Hieronym. libro secundo. Aduersus Iouinianum.

Sicut in bonis operibus perfectior est Deus, non est enim uolentis, neque currentis, sed miserentis & adiuuantis Dei, ut peruenire mereamur ad calcem. D. Bernard. sermo. primo. Pentecostes. Profecto monet, mouet, & docet. Monet memoriam, rationem docet, mouet uoluntatem. Chrisostom. Hom. duodecima, in quartum caput, primæ ad Corin. Quod (inquit) habes

hoc

hoc accepisti, neque tantum, & illud, sed quicquid habes, non enim merita tua hæc sunt, sed Dei gratia, & inferius, si accepisti ab illo accepisti, si ab illo, non tuum accepisti, si non tuum, quid insolescis, ac si tuum habeas. Et Hom.38.ad popul. Antioch. Nolimus nos extolli, sed nos dicamus inutiles, & utilis factus es, si vero te nominaueris inutilem, factus es vtilis, licet sis improbandus, ppterea meritoriũ obliuisci opus est. Si quando vero contrarium apud patres legeris, dicas eos loqui ad excitandam somnolentiã nostram, & damnandos errores Manicheorum, & gentilium, quorum primi dixerunt naturam esse malam, alij ꝙ fato cogimur.

13 *Gratia non omnibus datur à Deo* HAER. Fuit quorundam Hæreticorum inuentum quosdam etiam baptizatos non posse credere, neque operari, quia illis non est datũ à Deo, ideo audiunt verbum, sed non credunt, quia non datur, quo credere posint. At vana, imo impia est eorum excusatio, nã Deus omnibus dat, quo credere & operari posint. Et Apertè Dominus dixit. Matth.5. Qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Et 1.ad Tim.2. Vult omnes homines saluos fieri. Et Apocal.3. Stò ad ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo, & cęnabo cum illo. Omnes uocat, uel mane, uel sexta, nonaque. Sic filius prodigus, à Deo uocatus. Dixit, quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus. Secũdum est exemplum mulieris peccatricis, quæ omnia mundi oblectamenta reliquit. Tertium Latronis. Eccę quam iniustè Dei gratiam accusant. Non dicant ergo à Deo est peccatum, Deus potentiam peccati euitandi non dedit, quia ab initio Deus constituit hominem, & reliquit illum, in manu Consilij sui, adiecit mandata, & præcepta sua. Nemini mandauit Deus impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi, vt disputat Ecclesiasticus, c.15. At dicunt, quare non fecit hominem impeccabilem? Respõdet idem ibi. Quoniã multa sapientia Dei, & fortis in potentia, uidens omnes sine intermisione. Causa ergo apud Deum est. & tamen homo est, qui peccat, & à quo est peccatum. Et peccauerunt pharisei ex malitia. Prodijt, quasi ex adipe iniquitas eorum ait Dauid Psal.72. Item non sinebant alios Christum vt Dei filium reuereri. Demum oculos suos clauserunt, & de eis dictum fuit, ut uidentes non videant &c. Nõ ergo Deo referenda est culpa, quod gratiam non dederit, sed ipsis, qui Ianuas aperire noluerunt. Incrassatus est dilectus ait Dauid, & recalcitrauit. Ideo auferetur à uobis regnum, & dabitur gẽti facienti fructus eius. Et impij dicunt. Recede à nobis uiã scientiarũ tuarum nolumus. Iob c.21. & 24. Ipsi fuerunt rebelles. Et in iudicio ob id damnabuntur. Matth.25. Esuriui.n. &c. Et alibi dictum fuit. Quoties uolui congregare filios tuos, & noluisti. D.Th.3.cõt. Gen.c.159.

14 *Gratia Dei; non est meriti, ac virtutis infinitæ.* HAERE. Gratia Dei vita æterna docet Apostolus, & alibi. Reposita est mihi corona iustitiæ. Hoc significat denarium diurnum. Et de Spiritu suo dixit Dominus. Fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Vitam æternam do eis, De ouib. suis loquens Dominus dixit. Et ad Rom.8. 8. Quod si filij, & hæredes, quidem Dei, coheredes autem Christi, & alibi pluries, habetur, quòd gratia męretur uitam æternam. De quo de merito redibit oratio.

15 *Gratia gratum faciens, non causat in nobis dilectionem Dei.* Pelagiani. Adeo extulerũt Pelagiani naturæ uires, quòd satis esse ad omnia iudicarunt. Et quod homo ex se potest Deum diligere. At D.Paul. ad Roma.5. dicit. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Et de hoc diximus, quòd gratia eius nos præuenit semper. Quod uero sit ex gratia, rationibus confirmatur. Primo, ad hoc datur gratia, ut Deum diligamus, ac ad ultimum finem perueniamus, & etiam datur gratia ad perficiendum effectum, at principalis perfectio gratiæ est dilectio. Hæc demum est, quæ perficit operationes nostras. D.Thom. 3. cont. Gent. capitulo 151.

16 *Gratia non causat in nobis fidem.* HÆR. Pelagiani arbitrabantur, quòd fidei initiũ esset ex natura nostra non ex gratia, contra quos sunt uerba D. Pauli, ad Eph.2. Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex uobis Dei enim donum est. Nam mouetur uoluntas in illum finem, non uiolenter, ergo per gratiam. Quoniam natura non est satis. Adhuc, ad cognoscendum supranaturalia,

opus

opus est aliud lumen, hoc ex gratia erit. Demum uidemus multos homines hæc, quæ fidei sunt non cognoscere, ergo non sunt ex natura, sed gratia.

17 *Gratia non causat spem.* HÆR. Si charitatem, ac fidem gignit in nobis gratia, eadē ratione, & spem causabit. De qua D. Paul. ad Rom. 8. Spe salui facti estis. Et D. Pet. 1. cap. 1. Regenerauit nos in spem viuam, in hæreditatem immarcescibilem conseruatam in Cœlis. Confirmatur primo. Homo ex gratia diligit Deum, ergo etiam sperat. Item, in hac dilectione Dei, multa immineant mala, ergo opus erit spes, qua illa superamus. Adhuc, nemo operatur, nisi propter id, quod sperat se cōsequi. Ergo & per gratiam consequimur spem. D. Tho. 3. cōt. Gent. c. 153.

18 *Gratia. Non potest homo post peccatum in gratiam reparari.* Noruatini. HÆR. Eorum hæresis fuit, qd homo ueniā peccatorum, post susceptum baptismum commisit, cōsequi non potest. Quorum error primum ex Esa. damnatur. c. 1. Si fuerint peccata vestra, vt Coccinum quasi nix dealbabūtur. Et Prov. Vniuersa delicta operit charitas. Et in oratione Dominica petimus. Dimitte nobis debita nostra. Adhuc, si tot patribus ante baptismum, fuerunt deleta peccata quare non post baptismum. Et si non dimittuntur peccata post baptismum, nullus erit Sāctus. Nam omnes peccauerunt & egēt gratia Dei. Et D. Ioan. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis, nō est. Quę de nat. & Grat. exponēs, D. Augu. nullum excipit, nisi Beatam Virginem, & ait. Si omnes illos Sanctos, cum adhuc uiuerent congregare possemus, & interrogare vtrum fuissent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus, an quòd iste dicit, an quod Ioan. Apostolus, rogo uos, quantalibet fuerit, in hoc corpore excellentia sanctitatis, si tamē de hoc interrogari potuissent vna uoce clamassent, si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Hæc D. Augus. Hæc ratio suadet. Gratia potest præseruare à peccato: Ergo & reparare, quia eiusdem est uirtutis cōtinuare, & reparare, vt exemplum de sanitate demōstrat, quæ nos seruat sanos, ac reparat. Secundo, gratia non requirit merita, ergo peccata non impediūt. Tertio, ea solum reparari non possunt, quę per generationem natura communicat, at gratia non est à natura, ergo reparari poterit. Quarto habitus virtutum amissi, per actus reparantur, ergo & gratia poterit reparari. Quinto, D. Aug. docet. Posse habere fidem & charitatem naturæ est hominis, at natura remanet semper, ergo poterit semper obtinere gratiam. Remanet ergo potentia obedientiæ in ipso peccatore, sic enim eam exponit Caietan. 1. par. q. 1. ar. 1. Vnde non dixit. D. Augustin. Naturale, sed naturæ. D. Thom. 3. contra Gentiles capitulo 156.

19 *Gratia non est necessaria, vt peccator à peccato resurgat.* Pelagius. Si recordaretur Pelagius, quomodo uir ille semiuiuus, vlcerib. plenus in terram prostratus iaceret, & nisi auxilio Samaritani potuit ab infirmitate releuari fateretur, errorem, quis vnquam suis viribus, è profundissima fouea, poterit ad superos reuocare gradus? Hanc infirmitatem, ac lapsum expertus Dauid, Domino dicebat Psal. 84. Tu remisisti impietatem peccati mei. Et Psal. 50. Quid aliud Deum præcatur. Asperges me Domine hysopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Et Esa. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Et millies in sacris literis. Rationib. arguitur ad hoc confirmandum. Primo, homo in vltimum finem non ordinatur nisi per gratiam. Ergo nō potest sine ea à peccato resurgere. Secundo, homo peccando offendit Deum, ergo de se, nec reconciliari potest. D. Thom. 3. cont. Gent. c. 157. Scot. 4. d. 1. q. 6. Qui licet dissentire uideatur à D. Thom. non tamen sunt contrarij. Nam Sco. dicit, ꝙ Deus potest remittere peccatum sine gratia, ꝙ uerum quo ad reatum, ac obligationē ad pœnam, non tamen, quo ad restitutionem omnium bonorum, quod sine gratia esse non potest, vt docet D. Tho.

20 *Gratia Dei quosdam liberat à peccato, & quosdam relinquit.* Durum multis hoc dictum uidetur, quod tamen expressè docet D. Augu. vt verbo prædestinatio comprobabo, & D. Thom. 3. cont. Gent. c. 161. & ex verbis D. Pauli probant, ad Rom. 9. Volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiā suam sustinuit in multa patientiā vasa iræ apta in interitum, vt ostēderet diuitias gloriæ suæ, in uasa misericordiæ, quæ præparauit

uit in gloriam. Et ibidem. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Et ad Tim. In magna domo non solum sunt vasa aurea sed & ligna, & fictilia. Nec aliquis nisi iniustè de Deo conqueri potest. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Et murmuranti de denario diurno dixit Dominus. An non licet mihi, quòd volo facere, an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Duo enim ostendit in gubernatione hominum Dominus. Iustitiam, & misericordiam. Quosdam à peccato reclamat, & retrahit, vt relucat misericordia, alios ĩ peccatis viuiũ permittit, ut iustitia refulgeat. Huius rei ratio nulla assignari potest, nisi quia sic ei placuit, nam ex simplici eius uoluntate pendet. Pro intellectu huius ueritatis obseruandum est. Quod quatuor sunt in reprobatione: Primum permittit Deus aliquem peccare. Secundum est peccatum ipsum. Tertium, derelictio à Deo, quia eum non releuat à peccato, nec gratiam infundit, quartum est pœna, siue damnatio. Reprobatio tamen non respicit eodem modo hæc omnia, nam reprobatio non est causa peccati, sed præscit tantum. Nam præscit Deus aliquem peccatorum, non tamẽ est causa productiua peccati. Respectu vero omnium aliorum trium est etiam causa. In prædestinatione vero omnium, quæ in ea sunt, est causa. Nã gratiam, & gloriam ac reliqua omnia causat. At permissio in reprobatione, non est causa peccati, sed peccat homo ex libertate, ut dicetur. Et ex his tolluntur omnia obiecta aliorum, quia Deus esset causa peccati. Et si reprobat mala operatur. Est crudelis. Et similia, quæ ex malo fundamento procedunt, quasi diuina reprobatio sit à Deo, & peccatum etiam, quod non docent Sancti Doctores, sed simplex permissio libertatis est causa peccati, quia Deus permittendo homo abutitur sua libertate. D. Tho. 3. cont. Gent. c. 161.

21 *Gratia tantum, non liberum arbitrium est causa nostrarum bonarum operationum.* HÆR. Gloriosissimus Pater Aug. in lib. de gratia, & lib. arbitrio ad Valentinum, c. 15. ait. Ne putetur nihil ibi facere ipsos homines per liberum arbitrium, ideo in Psalmo dicitur. Nolite obdurare corda uestra. Et per ipsum Ezechielem. Proicite, à uobis omnes impietates uestras, quas impie egistis in me, & facite uobis cor nouum, & spiritum nouum, & facite omnia mãdata mea. Ezech. 18. Meminerimus Deum dicere, sed conuertimini, & uiuetis. Cui dicetur. Conuerte nos Deus. Meminerimus Deum dicere. Proicite à uobis omnes impietates vestras, cum ipse iustificet impiũ. Meminerimus ipsam dicere facite uobis cor nouũ, & spiritum nouum. Qui dicit. Dabo uobis cor nouum, & Spiritum nouum. Quomodo ergo, quod dicit facite uobis, hoc dicit. Dabo uobis. Quare iubet si ipse daturus est? Quare dat si homo facturus est nisi q̃a dat? quod iubet, & adiuuat, vt faciat, cui iubet? Semper est autem in nobis uoluntas libera, sed non semper est bona. Et cap. 16. Certum est nos mandata seruare, si uolumus, sed quia præparatur uoluntas à Domino, ab illo petendum est, ut tantum uelimus quantum sufficit, ut uolẽdo faciamus. Certum est, nos velle cum uolumus, sed ille facit, vt uelimus bonum, de quo dictum est, quòd paulò ante posui, quòd præparatur uoluntas à Domino, de quo dictum est Psal. 36. A Domino gressus hominis dirigẽtur, & uiam eius uolet, de quo dictum est. Deus est qui operatur in nobis, & velle, & operari. Philipp. 2. Certum est, nos facere, cum facimus, sed ille facit, ut faciamus, præbendo uires efficacissimas uoluntati, qui dixit. Faciam, vt in iustificationib. meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis. Ezech. 46. Cum dicit, faciam, ut faciatis, quid aliud dicit, nisi auferam à uobis cor lapideũ, & dabo uobis cor carneũ, vt faciatis? Et hoc quid est, nisi auferã cor durum, unde non faciebatis, & dabo cor obediens, vnde faciatis? Ille facit, vt faciamus, cui dicit homo. Pone Domine custodiam ori meo, Psal. 140. Hoc enim dicere. Fac ut ponam custodiam ori meo, quod beneficium Dei iam fuerat consequutus, qui dixit. Posui ori meo custodiam. Hucusque D. Aug. D. Hieronym. lib. 2. Aduersus Iouinianum ait. Sicut in bonis operib. perfectior est Deus, non est enim uolentis, neque currentis, sed miserentis, & adiuuantis Dei, ut peruenire valeamus ad calcem. Vtrunque ergo & gratia, & liberum arbitrium exigitur. In mandatis ergo obseruã-

dis,

dis, non ſeparat poteſtatem liberi arbitrij à gratia. Turrianus lib.4.cap. 2. idem probant, alia cum de libero arbitrio inſtituetur oratio explicabuntur.

22 *Gratiā non poteſt Deus ſine Sacramentis elargiri.* HÆR. Diuina uirtus, non eſt alligata Sacramentis, nec ſuperior cauſa pendet ab inſtrumentali, aut prima à ſecundaria, hinc conuincitur, quòd Deus poteſt ſine Sacramentis gratiam impartiri. Hoc ex lege naturæ, & Moyſis apparet, quando in primo ſtatu nullum erat Sacramentum, & in ſecundo tantum circuncisio. In noſtra vero lege & ſi Deus Sacramenta inſtituerit, non tamen adeo ſunt neceſſaria, vt gratiam conſequi ſine eis non poſſimus. Hoc concludunt Theologi in quarto, & D.Th. tertia parte, quæſtione ſexageſimaprima, articu. primum. & Annotat ibi. Caiet. Sacramenta ſunt tamen congrua inſtrumenta, &c.

23 *Gratiæ gratis datæ non ſunt à Deo.* HÆR. Vulgatiſſima eſt Doctorum diſtinctio, ꝙ gratia alia eſt gratum faciens, alia vero gratis data. De prima hactenus diximus, de ſecunda ſcribunt Doctores, nempe gratia gratis data eſt donum ſupernaturale datum alicui ad utilitatem ſui, & aliorum quod habens non eſt formaliter gratus Deo, ſed hæc in peccatore, ac mortali peccato ſtare poteſt. Dona vero, vel gratiæ gratis datæ hæc ſunt. Primum ſcientia, vel ſapientia, de qua Eccleſiaſtici 15. dicitur. Impleuit eum Dominus Spiritu ſapientię, & intellectus. Secundum gratia linguarū, de qua loquutus eſt Eſa.capi.50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. Et Dominus Luc.21. Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui reſiſtere non poterunt omnes aduerſarii ueſtri. Tertium eſt donum miraculorum, de quo Dominus. Matth. 10. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, Dęmonia eijcite. Et Mar. vltimo. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem cōfirmante ſequentibus ſignis. Quartum eſt donum Prophetiæ, de quo D.Pau. primo Corint. decimoquarto. Similiter, & de Caypha, qui prophetauit, neſciens, quid diceret. Quintū eſt interpretatio ſermonū, de quo Gen.40. Sextum eſt gratia fidei, q̄a oportet aliquos eſſe, qui ea credāt. Septimū, eſt diſcretio Spūtm. Nā & maligni ſpūs q̄dā faciūt ſimilia his, quæ à bonis fieri ſolēt, ne homines per huiuſmodi decepti fallantur, neceſſaria eſt diuina gratia ad eos diiudicandos. Et hic etiā ſcientia additur ultimum donum à ſapientia diſtinctum, & ſi in primo membro ſub vno poſuerim cum ſapientia. D.Paul.1.Corin. 12. connumerat hæc omnia dona. Et D.Tho. 3.cont.Gent.154. & Alex.par.3. quæſt. 73. memb.2.

24 *Gratias gratis datas meretur quiſpiam.* ERRON. Conueniunt, & differunt, gratia gratum faciens, & gratis data, conueniunt inquam, quoniam vtraque gratis à Deo donatur, & ſine meritis, differūt vero, quia vna facit nos Deo gratos, ideo nominatur gratum faciens, & ſemper eſt cum charitate, alia vero ſine ea reperiri poteſt, ut ſunt omnia dona gratis conceſſa. Neutra tamē ex communi cōſenſu Theologorum cadit ſub merito. Nam in homine peccatore, quale meritum eſſe poteſt? Demum forma non agit ultra ſuam ſpeciem, at operationes, quæ ſunt à gratia gratis data, ſunt ſupra facultatem humanā, ergo homo non poteſt eas mereri. Hæc ex D. Thom. eliciuntur. 3.contra Gentil. capitulo, 154. in fine.

25 *Gratia non poteſt hominem in bono confirmare, vt non peccet.* HAER. Docet Eccleſia Apoſtolos poſt datum Spiritum ſanctum eſſe in gratia confirmatos, adeo ut peccare non poſſent. De quibus Dauid. Ego confirmaui columnas eius. Quod & de Beatiſſima Virgine credit. Quæ fuit plena gratiæ. Et ſic homo confirmatur non quia ab intrinſeco detur ſufficiens principium, quo peccare non poſſit, vt aliqui hæretici dixerunt. Sed partim ab intrinſeco, partim ab extrinſeco datur donū gratiæ, quo ad bonum adeo inclinatur, quòd non poſſit facile ad malum trahi, non tamen redditur impeccabilis, ſed ſpeciali cura à diuina prouidentia cuſtoditur, ne peccare poſſit. Ferr. quarto contra Gent. capitulo 70. in fine.

26 *Gratia eſt ne idem re, cum ipſa charitate?* Non eſt de fide hoc, quòd in controuerſiam ponimus. Et Scholaſtici digladiātur inter ſe, dum alij, idem eſſe cum charitate arbitrantur, ut Scotus, & Henricus & eſt in eſſentia animæ, vt in ſubiecto. Durand. vero dicit,

cit, quod sunt idem re, sed differunt ratione, & est in voluntate subiectiue, sed gratia differt, quia facit gratum, & est principiū meriti. Vtraque pars defenditur ab Herueo, quod sint inter se distincta, & quod idē sint. Verum D. Thom. & Egid. putant esse distinctas. Probatur forma dans esse distinguitur ab ea, quæ operatur tantum. At gratia dat esse gratuitum, charitas vero operationem, ergo non sunt idem. Secundo, gratia, infunditur in baptismo, & non est uirtus, quia aliter doctores loquuntur de gratia, & charitate. Tertio filiatio Dei attribuitur homini ex gratia, quæ respicit esse, & non charitati. Quarto, alia est gratiæ, alia charitatis definitio, apud omnes doctores, ergo & differunt. Quia definitio explicat esse rei per essentialia nomina. Hinc docēt nostri ꝙ gratia est in essentia animæ. Charitas vero in uolūtate vt in subiecto. Capreolus. 2. dist. 26.

Græci.

Græci in multis errauerunt fœdissimè, & ad eorum errores conuincendos Malleum edidimus in gratiam Reuerendissimi Domini, Domini Bernardi Suriani Archiepiscopi Corcyrensis, quem tupis me nesciente dederunt. Hoc etiam uolumine suis propriis locis iuxta alfabeti ordinem repræhenduntur. Illi ergo multis in locis nouum testamētum uiolarunt (nec ad eos recurramus) vt scripturas ad vanas suas opiniones traherent. Vt testatur Tertulli. lib. 5. aduersus Marchionem. Euseb. lib. 5. Hist. Eccl. capitulo vltimo. Item aduersus hæreticos libro primo cap. 29. Basi. libro 2. contra Eunom. D. Amb. super Lucam. Hieronym. super epistolam ad Philemon. Origenes super epistolam ad Rom. Rursus in plerisque exemplarib. deest tota illa clausula. Ei autē qui potēs est. Quam & Theophil. & Doctores fermè omnes habent. Et Concilio sexto Constantinop. Act. 8. Conuicti sunt, quod librum, & Sanctorum testimonia detruncarunt. Et synodus septima Act. 4. Ostenditur. Iconomachos ex testimonio D. Nili deprauato, nonnullis interposuisse. Et Act. 5. Ostensi sunt synodo libri quidam ab hæreticis deprauati. Quin sub nomine Vigilij Rom. Pontificis duos libellos productos, & epistolam nomine Mennæ, ad eundem Vigilium scriptam titulo ementitos habuisse, & eo Concilio palam factum est. Leo item in epistola ad Palestinos conqueritur suam epistolam, quam ad Flauiū scripserat esse deprauatam, & hunc esse Græcorum morem. Nicolaus in epistola ad Michaelem Imperatorem testatur. Gregorius epistola 14. libro 5. Calcedonēsem Synodum, sicut & Ephesinam esse ab hæreticis deprauatam, & monet Narsum, ne nonis codicibus passim credat, sed Romanos codices veriores esse quam Græcos affirmat. Dyon. etiam Corintiensis Episcopus apud Euseb. lib. 4. cap. 23. conqueritur sua verba esse corrupta. Cyrillus, ad Successum Diocesariensem Episcopum idem inuit. Hæc vero eorum falsitas ex eorum codicibus comprendi potest, & ista dixisse ea ratione uolo, ne quis putet ad eos, quauis de causa esse recurrendum.

2 Græcorum historia multa falsa continet, & fabulas, vt Cicero refert in oratione prima pro Lucio Flacco. Liuius etiam Decad. 3. lib. 8. Græcas historias uelut fabulas refutat. Fabius libro secundo orat. dist. c. 4. ait. Græcis historijs plerūque poeticæ similem esse licentiam. Iuuenal. Satyra 10. Et quicquid Græcia mendax audet hystoria. Iosephus libro primo contra Appionem. Et in proemio de bello Iudaico. Veritatem negligi à Græcis, in historia testis est. D. Hieronym. cum Græcas historias oppo suisset, non debemus (ait) eorum authoritati acquiescere, quorum mendacia detestamur. Sine ut taceam de reliquis. Herodotus, & Xenophon, quos historiæ parentes Græci habent, confictis narrationibus abutuntur. Non ergo sunt audiendi Græci, vt plurimum. Nam & ꝙ mendaces sint testis est D. Paul. ad Titum Episcopum Cratensem. Semper mendaces, malæ bestiæ.

Gula.

Gula non est peccatum. HAER. Tanta Patres Sanctissimi ex sacris literis dixerūt, ad hoc vitium extirpandum, vt mirum uideri debeat, quomodo homo illud non fugiat. Nā & Deus Deuter. 32. conqueritur dicens. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impingnatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Et Prou. 21. Qui diligit epulas, in egestate erit, qui amat uinum, & piu-

pinguia, non ditabitur. Ecclesiastici 37. Noli auidus esse, in omni epulatione. Et 31. Vtere, quasi homo frugi, his quæ tibi apponuntur. Num. 11. legitur, q Deus percussit ob gulam. Quod cecinit Dauid Psal. 77. Et ira Dei descendit super illos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. Et Esai. c. 5. Ve qui potẽtes estis &c. Et Amos sexto. Ve qui epulenti estis in Sion &c. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti. Et Dominus Luc. 6. Ve vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Ve uobis, qui saturati estis, quia esurietis. D. Pau. ad Gal. c. 5. Manifesta sunt opera carnis &c. ebrietates, cõmessationes, & his similia. Patres scribunt. D. Basil. Hom. 14. in ebrietatem. Chrisost. Hom. contra Luxum, & Crapulã & Hom. prima ad populum Antioch. D. Amb. in libro de Helia, & Ieiunio, cap. 12. 13. & 14. D. August, sermo. 231. de tempore & 232. D. Hieronym. libro secundo aduersus Iouiuianum. Et in caput primum epistolæ ad Titum. Isidorus libro secundo de summo bono, capit. 42. Maximus serm. primo opusculorum. Alcuinus de vitijs, ca. de gula. D. Thom. 2. 2. q. 148. 1. dicit, quòd gula est inordinatus appetitus cibi, & potus, & potius est circa delectationes tactus, quam gustus. Et est peccatum mortale, quando animus est paratus agere contra Dei legẽ. Et committit qui comedit scienter nociua vel nimis. Et est cõtra tertium præceptum decalogi. Leuius tamen est alijs peccatis ratione materiæ, & peccantis. Et cum sit uitium capitale, habet quinque filias, ineptã lętitia, scurrilitas, immũditia, stultiloquiũ, & hebitudo mentis. Et quinque sunt eius species. Et aufert omnes virtutes, non ratione sui, sed ratione aliorum vitiorũ, quæ ex ea oriuntur. Et hebetudo circa speculabilia ex gula oritur. D. Thom. eo loci. Et Alber. Magnus in compendio suo, libro 3. cap. 20. Ricard. 4. dist. 15. q. 6. art. 3. Biel. 2. dist. 22. quæst. 1. Cortesius, lib. 3. dist. 18. Ab omnibus ergo detestatur hoc vitium supra de ebrietate alia diximus.

H

Habitus.



Abitur Clericalis, non est deferendus. Luther. HÆRET. Sicut cenobitarum vitam blasfemantur hæretici, sic & habitum, quem tamen Sancti portare consueuerunt, vt ex eorum gestis comprobatur. Et sicut nec Hebræos, vel gentiles peculiaris est habitus Sacerdotum, sic & in Ecclesia, quæ est circumamicta varietate, tot sunt Sanctorũ Religiosorum habitus, & vestes. Et Conc. Trid. sess. 17. c. dicit. Quia vero, & si habitus non faciat Monachum, oportet tamen Clericos vestes proprias congruentes ordini semper deferre &c. & sess. 23. ca. 6. repetit in fine. Et Clericali habitu & tonsura vtatur, & idem dicitur. capitulo 17. in fine.

2 *Habitum possunt Clerici occultare, & dimittere quando uoluerint.* TEM. Ne vagari contingat Clericos, quasi peregrinos, statuit Sancta synodus, sess. 25. c. 19. Quod quacunque de causa post quinquennium habitũ non possint dimittere. Et in fine. Ne detur licentia cuiquam regulari ocultè ferendi habitum suæ religionis, nec exire possunt claustra sine licentia, etiam cum prætextu accedendi ad superiores. De his. Verbo Religiosus. Caiet. licere ad tempus occultare habitum ad saluandam vitam in via docet, peccaret tamen si diceret se esse laicũ, sed habitum, sicut in infirmitate, ita eo casu relinquit. 2. 2. q. 3. art. 2.

De habitu specie qualitatis.

Habitus est qualitas de difficili mobilis, qua homo potest uti cum voluerit, reddens operationem delectabilem, sic definitus à D. Thom. & alijs ex Arist. quam hic nos declaramus, propter hæreticos, qui habitus supranaturales negant. Habitus ergo est forma, vel qualitas absoluta non forma substantialis, nec respectiua, vel in genere relationis. de difficili mobilis, ad differentiam actuum, ex quibus habitus generantur, nam actu transeunte remanet habitus. Potest vti cum voluerit, vt hinc naturalem

turalem inclinationem cognoscamus. De hoc Phylosophi in prædicamentis, & 5. Diuinorum. Et D.Tho.pri. 2.q. 49. 1. Biel. 3. dist. 33.q.prima.

Hæresis.

Hæreses esse oportet, & quare, primo Corin. vndecimo d.

Hæretici vitandi, 1. Tim. 3. c

Hæresis accipitur in bonam partem, & pro secta, Act. 26. a

Hæresis est sine pertinacia. TEM. Et si aliqui hæresim sine pertinacia esse contendant, tamen peritioribus aduersantur. Et cui hæresis nota vere, & iure inuri potest, is vere, iureque erit hæreticus, qui non tantum intellectu, sed voluntate recedit ab Ecclesia catholica, & ad hæresim pertinacia requiritur. Idque probari potest tum communi omnium fermè Theologorum, & Iurisperitorum sententia, tum grauissimis ueterũ testimonis, & ex ipsa hæresis definitione. Nam hæresis est opinio, vel assertio falsa siue falsum dogma catholicæ veritati contrarium, in eo, qui Christianam Fidẽ professus est. Hæresis dictio Græca, electio latinè dicitur, & in bonam, ac in malam partem accipi potest. Nam & Hæretici qui à fide apostatarũt, appellant nos Hęreticos, & vere sic est, nam elegimus viuere sub obedientia Romani Pontificis, quod illi recusarunt. Hanc confirmant definitionem authorit. D. Augustini contra Faustum, vbi dicit, quòd hæresis est, quæ diuersa opinatur ab his, quæ catholica credit Ecclesia. Et D. Hieronym. & habetur. 24. q. 3. ca. Inter hæresim, dicit. Peruersum dogma hæresis habet, idest falsum, ac perniciosum in Doctrina Christianę Religionis. Et Gl. 2. Cor. 3. idem scribit. Hæresis est cogitare aliquid de credibilibus cum assertione non recta. Quæ sic exponitur. Assertio falsa ponitur loco generis. Nam omnis hæresis est assertio falsa. Dixit assertio, nam factum cõtra sacram scripturam, non facit Hæreticum, puta furtum, sed qui dicit furari esse licitum, facit Hæreticum, quia sentit contra fidem Catholicæ veritati contrarium, tangitur materia circa quam, nempe circa ea, quæ ad fidem spectant, quæ supra recensui. In eo, qui Christianam fidem est professus, est vltima differentia, nam ea distinguitur ab aliis assertionibus Paganorum & infidelium, ita hæresis Christianorum tantum est error. D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 1. Biel 4. dis. 13. q. 2. & alij. Hinc quid sit hæreticus probatur. Hæreticus est, qui post susceptam Religionem Christianam, Christi fidem in generali profitens aliquã, vel aliquas in speciali opinionem, vel opiniones contrariam, vel contrarias Catholicæ veritati pertinaciter tenet, vel sequitur. Pertinacia ergo exigitur. Si enim aliquis male sentiret, & non pertinaci malitia, sed ignorantia paratus semper corrigi, si id quod sentit falsum sibi ostenderetur esse contra fidem, aut determinationem Ecclesiæ, non esset hæreticus. Quia, vt docet D. Aug. de uera Relig. cap. 7. Error tandiu tolerari potest quamdiu accusatur, vel defendatur ab errante. Et ille est obstinatus qui suam opinionem non uult deserere. Hæc ex communi Doctorum doctrina scribit Turre Crem. li. 4. par. 2. c. 13. & Iudiciale Inquis. verbo, Hæreticus.

2 *Hæretici non sunt comburendi, aut puniendi.* Luth. HÆR. Exemplis sacrarum scripturarum confutatur hæc hæresis. Nam Helias comburi precatur Prophetas falsos Baal. 3. Reg. 18. Dominus etiam præcepit, quod Propheta, aut fictor somniorum interficeretur. Deuter. 13. Et qui noluerit obedire Sacerdotis imperio mori præcepit, cap. 18. Blasphemus etiam extra castra educendus erat, ac lapidandus, Leuiti. 24. Matthatias persequutus est filios superbię illos, qui exigebant ab eo, ut imponeret thus, ac sacrificaret Dijs Regis. 1. Mach. 2. Qui uero non puniunt hæreticos, Deus maxima pœna afficiet, nam, & Deus suspendĩ iusserat principes populi contra Solem, in patibulum, eo quod non resistebãt fornicationi, ac idolatriæ populi, Num. 25. In nouo etiam testamento habemus, quòd Saphira, & Ananias à principio nascentis Ecclesiæ propter pusillum pecuniæ, à Petro morte multati sunt. Act. capit. 5. & D. Paul. ad Rom. 13. Potestas Dei minister est, non enim sine causa gladium portat, uindex est enim in iram ei, qui male agit. Ecclesia, ergo primo, spirituali gladio interimit, nempe excommunicatione, extra de hæreticis. c. excommunicamus. Constantinus etiam Imperator. Arrium cum adhærentibus damnauit in exilium, quia obedire noluit

noluit statutis Niceni Concilij.c.de hęred. 5.Man.& Valentinianus Imperator decernit,ne Manichei in solo Romano conueniẽdi,morandique habeãt facultatem. Et idẽ & etiam Marcinianus mandauerunt eos ultimo supplicio tradẽdos.Rlingius. D. Aug. citat super Ioan. & D. Hieronym. ac Ambrosium. Vt igitur Agar cum Ismaele filio fuit eiecta, eo ꝙ Ismael illusit verum hæredem.Gen.21. Sic & hæretici sunt eijciendi. Et sicut Moyses lapidib.tradidit Leu.24.Et Diuus Paulus Sathanæ, sic & Ecclesia potest igni damnare, vt spiritus saluus fiat.

Obiectiones Hæreticorum.

Resistunt hæretici his Ecclesię, ac Imperatorum statutis.Primo.Quia D.Paul.ait,ad Tit. 3. Hæreticum hominem &c. deuita. Hic vitari prohibetur, non armis, vel igne occidi.Respondeo,ꝙ & si Paulus, non iusserit comburi, sicut nec fures,potuit tamẽ Ecclesia has leges statuere.Secundo, oportet hęreses esse,ut qui probati sunt,manifesti fiant.Quare ergo comburendi sunt.Dicitur,quòd sensus D.Pauli est,vt ait. D. Hieronym.quod cum sint talis conditionis homines oportet esse hæreses.Tertio, Discipuli voluerunt igem de cęlo deducere, & conburere, & Dominus prohibuit Luc. 9. Dicitur,ꝙ illi Apostoli Iacobus, & Ioan. Vindicandi studio petebant,non ad salutẽ animarum.Quarto,hæretici sunt vincendi gladio Spiritus ait Apostolus ad Eph.6.Dicitur, quòd eo tempore quando res, non erant adeo explicate consulit. D. Paul. disputare,at nõ cum obstinatis.Quinto Apostoli nunquam petierunt principes seculares,vt hæreticos comburerent. Dicitur,ꝙ tempore Apostolorum, nondum Apostoli obedierant Euangelio,sicut post baptismũ Constantini. Sexto,Dominus dixit. Matth. 13.de Zizania.Sinite vtraque simul crescere vsque ad Messem. Dicitur, ꝙ ad emendationem expectandam per illam similitudinem Dominus docuit,at quãdo quis est obstinatus abscidi,ac ignem proici poterit, ne terram occupet,vt de ficulnea dixit.Septimo.D.Aug.ac Chris.Hom.27.in Matth. Exponentes hæc verba, dicunt hæreticos non esse occidendos.Respondeo, ꝙ D.August.mutauit sententiã,vt ipse testatur epistola 48.Ad Vincentium Rogatianæ hæresis assertorẽ.D.Chris.verò non id dicit, sẽd eius uerba sunt. Dominus prohibet euelli Zizania, ne forte simul cum Zizanijs herbam etiam tritici euellant, decebat enim, vt bella & effusionem sanguinis prohiberet, nam si tunc crucidarẽtur hæretici, atrox,& irreconciliabile bellum orbi inferretur.

3 *Cum hæreticis tenemur disputare.* Luth. HABRE. Hæreses omnes,quas renouauit Lutherus iam damnatas, nõ tenetur amplius in dubium reuocare Ecclesia. Hoc docuit, D.Pau.ad Tit.3.Deuita.Et D.Ioan.2. Si qs venit ad uos,& hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum,nec aue ei dixeritis.Qui enim dicit illi aue, cõmunicat eius operibus malignis.Et D.Paul.1. ad Timot.6.Deuitans prophanas uocum nouitates.Et 2.ad Tim.2.Noli verbis contendere ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionẽ audientium,ac ad Timot.3. Stultas autem quæstiones,& contentiones, & pugnas legis deuita. Ratione probatur.Nam hæretici non recipiunt iudicium Ecclesiæ, ad qd ergo disputandum. Gelasius Papa vt habetur.24.9.c.Maiores.Ioan.22.in Extrauagãti. Quia quorumdam, ne quis damnatas hæreses defendere audeat decreuit. Iniuriam nãque facit sanctæ Synodo, qui damnatas tueri vult. Hoc statuit, & Marcianus Imperator.c.de sum.Trini. Et fide Cathol.l.Nemo.Et C.de Malef.& Mathem.l. Culpa.Culpa similis est,eam prohibita discere,quam docere. Hoc & statutum fuit in Concil.Calced.Act.7.Patres hoc docẽt. Tertull.lib.de præscriptióne hęreticorum. Chrisost.tom.5.Aduersus hæreticos hortatur eos esse uitandos.Bern.serm.66.super Cant. ait hæretici rationibus non uincuntur,quia non intelligunt.

Obiectiones Hærecicorum.

Probant suam obstinationem hæretici. Quia Diuus Petrus ait.capitulo tertio. Parati semper ad satisfaciendum omni poscenti nos, rationem de ea quæ in nobis est, spe, ac fide. Ergo tenemur disputare semper, quia semper addidit consulto Apostolus. Respõdeo, ꝙ utique semper debemus esse parati reddere rationẽ prima, & scda admonitione pcedẽte,& de his, q̃ nõ sunt hactenus determinata.Nõ tñ sp & obstinatis.

Dico Secũdo. Quod sensus D. Petri est, q nostra fides, & scientia nō est Pithagoreorum more, & sine vlla ratione , nam Saracenorum, ac Paganorum mos est, qui constringuntur , non ducuntur, at nos rationibus vtimur, non ad fidem gignendā sed confirmandam , ac ostendendum non esse aliquid īpossibile eorũ quæ credimus. Secundo D. Stephanus disputabat cũ Synagogis, act. 6. Dicitur eodem modo, quòd sperabat se aliquid proficere ideo disputabat, & non erant obstinati, nec heretici, sed Infideles. Tertio Christus Dominus cum esset duodecim duorum ętate, disputauit cum Doctoribus. Respondeo, quòd & Saluator disputauit, ut doceret īfideles, & ad fidem adduceret; de quorum salute sperabat. Quarto D. Paul. act. 17. disputabat in synagogis Iudeorum, & in foro per oēs dies, ad eos, qui audierunt, ergo & Papistæ tenentur disputare. Dico quòd illi erant infideles, quibus, vt demonstraret, nihil legi contrarium, aut dissonum prędicare, disputabat, vt fidei assentirent. Nec illi erant hęretici, sed Infideles; & disputationibus fideliũ multitudo crescebat, quod hodie non euenit, sed in suis obstinationibus obdurati persistunt, ut tempore Synodi Tridentinæ perspeximus.

4 *Hæreticorum libri ab omnibus debent legi.* Oecolāpadius, Protestates. HER. Quare debent fideles relicto fonte veritatis, palustres, ac mortuas Hæreticorum aquas requirere? Hinc multis annis retractis, ut verbo liber adducam, fuit statutum, & nostris diebus in Tridentina Synodo decretum, ne de cetero legantur vel habeantur. quod vero D. Hierony. legerit, & alii, vt refert Euseb. libro Septimo. Cap. Septimo. Dico quòd fuit eis, vt pote viris doctissimis ac sanctissimis permissum, vt Religionem à falsis hęreticorum imposturis uindicarent: & vsque hodie summus Pontifex veniam impartitur, vt possit Doctus vir respondere hæreticorum obiectis. Quia verò latet anguis sub herba, simplici cuiuis non permittitur, ne veneno illum inficiat. Alias, hæreticorum opera sunt vitanda, imo nec cum hereticis est orandum nec psallendum, vt dicitur in Concil. Cartag. Quarto cap. 72. Hæretico nō licet ecclesiā ingredi. Concil. Laodic. cap. Sexto. Hæreticus si reuertitur, ordinari non potest. Conciliũ Elib. cap. 51. Hæreticus se reuertitur suscipiatur. Concil. Elib. cap. 22. Et Conc. Arelat. cap. 17.

Hebrei.

Hebręi saluari possunt. HAER. Hebręorũ perfidia damnatur, ac confutatur à multis, ab antiquis, à D. Cypriano in tractatu contra Heb. Ac Neotericis alijs; à recentioribus vero a Galatino, ac quibusdam aliis. quorum errores ex ipsis, ac Lirano paucis sic detego, quod viua uoce eis concione explicaui, & per aliquot dies disputaui. Hinc ergo sigillatim ex sacris literis, & eorum Rabbinis singula per ordinem nostrę fidei fundamenta probabo, & demum eorum motiua, quæ in concertationibus adductæ fuere, diluam. Rem ergo cum Cypriano in primis aggrediamur, eorumq; peccata ex eorum prophetis conuincamus. Primo. Non erant Christum verum Messiam recepturi; de quo Esai. 1. Filios enutriui, & exaltaui ipsi autem spreuerunt me. Agnouit bos possessorem suum, & asinus presepe Domini sui. Item, aure audietis, & non intelligetis, videntes videbitis, & non uidebitis. Hier. Secundo. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuę. & 20. Ecce sermo Domini factus est in maledictum, & non volunt illum. & Octauo. Cognouit tempus suum Turtur, & hirundo, populus meus non cognouit Iudicium Domini. & Psal. 13. Non cognouerunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulat. & D. Ioan. Quot quot autem receperunt eum. Vaticinatum est eos sacras scripturas non intellecturos, vnde, Esa. 29. Non possum legere, signatus est enim. In nouissimis diebus cognoscetis ea. Hier. 23. & Dan. 12. Quoniam cum fiet dispersio, cognoscent hæc oīa. Hoc prefigurauit velame Moysis, oportet ergo vt in Christum credāt, si volunt scripturas intelligere; quod dixit eis Esai. Septimo. Si non credideritis, non intelligetis. & Ioānes. Si nō credideritis, quia ego sum moriemini, in peccatis vestris. Hierusalem erant perdituri. Esai. 1. Terra vestra deserta, Ciuitates vestræ igni exustę. & Dominus. Ecce relinquetur vobis. Domus vestra deserta. Matt. 23. Lumen amittere debebant: Esai. Secũdo. Venite ambulemus i nomine Dómini, dimisit enim populum suum, Dominus Israel. Carnalis circuncisio rescindenda.

da erat, ac auferenda. Deut. 30. In nouissimis diebus circuncidet Deus cor tuum, & cor seminis tui, ad Dominum Deum amãdum. Et sicut non fuit semper circuncisio, quia Adam, Noe, Enoch, non sunt circuncisi, sic deficiet. Lex Moysi, quo ad ceremonias cessare debebat, vt dixit Esa. Tunc manifesti erunt, qui signant legem, ne discedent, & dices. Expecto Deum, qui auertit faciem suã à domo Iacob, & perfidus ero in illum. Lex noua erat danda. Mcih. 4. Quoniam lex de Sion proficiscetur & verbum Domini de Hierusalem. Et Esa. 2. De Sion exigit lex, & uerbum Domini de Hierusalẽ, De quo Dominus. Ecce Filius meus dilectus. Matth. 3. Iugum graue antiquę legis excutiendum erat. Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum Psa. 2. Et Hier. 30. In die illa, contribulabo iugum à ceruice illorum, & uincula illorum disrumpam, & non operabuntur alijs, sed operabunt Domino Deo, & Dauid Regem suscitabo ipsis Vetus Sacerdotium cessare debuit. Quid mihi multitudinem Sacrificiorum vestrorum dicit Dominus, quis exquisiuit ista de manibus vestris? Et Psal. 49. Non edam carnes taurorum, & sanguinem hircorum non bibam, sacrifica Deo sacrificium laudis, sacrificate sacrificium iustitiæ. Et Mal. 1. Non est uoluntas mea circa vos, & sacrificium acceptum non habebo, Rursus. Tu es Sacerdos in æternum. Et 1. Reg. 2. Et suscitabo mihi Sacerdotem fidelem. Nouus Propheta dãdus. Dixit Dominus ad me ait Moyses, Prophetam excitabo eis, de fratribus eorum. Quod duæ gentes uocandæ. Duæ gentes in vtero tuo sunt &c. Maior seruiet minori. Gen. 25. & Ose. 2. Vocabo non populum meũ, populum meum, nõ electum, &c. Ecclesia erit maior Sinagoga. Esa. 54. Iocundare sterilis, quæ non paris, erumpe, ac exclama, quę non parturis, quia multi filij desertæ magis quam eius, quæ habet virum. Sic Abraham ex Sara sterili. Iacob ex Rachele sterili. Helcana habuit Samuelem. Gentes erãt in Christum crediturę. Exi de terra tua. Gen. 12. Et 49. Iuda te laudabunt fratres tui manus tuæ supra dorsum inimicorum tuorum. Psal. 17. Constituet me in caput gentium. Quo Eucharistiã nõ erãt recepturi. Ecce qui seruiũt mihi bibẽt, vos ãt bibetis. Diuites eguerũt, & esurierũt. Plures ex Christianis sunt saluandi. Multi ab oriente, & occidente. Filij aũt regni eiicientur. Christus est sapĩa, p quẽ oĩa facta sunt. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi. De Sacro Eucharistiæ, & passione. Sapientia ędificauit sibi domum. Prou. 9. Chrius est uerbũ. Eructauit cor meum uerbum bonum. Psal. 44. Verbo Dñi cęli firmati sunt. Esa. 10. Verbũ abbreuiatũ misit Dñs. Christus est manus Dei. Esai. 50. Nunquid non ualet manus Dei, vt saluos faciat? Et 52. Dñe Deus altũ est brachium tuũ & non scient, cum cognouerint aũt confundentur. Et Psal. 97. Reuelauit Dominus brachium sanctum suum. Christus à Patre genitus. Ps. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Oriteur ex Virgine. Num. 24. Orietur stella ex Iacob, Ecce Virgo concipiet. Esai. 5. De semine Dauid. 2. Reg. 7. Fuit sermo Domini ad Nathã, Vade dic seruo meo Dauid. Et infra. Ego ero illi in patrem. Psal. 131. De fructu uentris tui. In primo aduentu humilis. Esai. 53. Figura eius, sine honore & deficiens præter cęteros homines. Et Zach. 3. IESVS erat indutus ueste sordida, & stabat ante faciem ipsius Angeli. Pro nobis erat moriturus. Sap. 2. Circunueniamus iustum. Vulneratus est propter iniquitates nostras. Hier. 11. Venite mittamus lignum in panẽ eius. Deut. 28. Et erit pendens uita tua, ante oculos tuos. Psal. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos. Per crucem saluãdi. Exod. 17. De manu Moysi, cõtra Amalech. Et Esa. 9. Cuius Imperium super humerũ eius. In signo Crucis erit salus. Exod. 12. De sanguine agni tincti. Et Ezech. 9. omnem, super quam signum scriptum est, ne tetigeritis. Tenebræ super terrã. Amos. 8. Et erit in die illa dicit Dominus sed occidet meridie, & obtenebrabitur dies lucis. Et Hier. 15. Subiit Sol, cũ adhuc dies esset. Die tertio resurrecturus erat Exod. 19. Die. n. tertio descendet Dominus in mõtem Syna. Et Ose. 6. Viuificabit post triduum die tertio. A Patre accepit potestatem. Dan. 7. Data est ei potestas Regia. Psal. 109. Sede à dextris meis. Erit Rex. Zach. 9. Ecce Rex tuus. Et Esai. 33. Regem cum charitate uidebitis. Et Mal. 1. Rex magnus sum ego. Psal. 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo. Et 43. Dico ego opera mea Regi. Et 95. Regnauit Dominus exultet terra. Et 44. Astitit Regina à dextris tuis. Est uenturus ad iudican-

dicandum, Esai.42. Dominus Deus virtutũ prodibit. Psal.70. Deus iudicium tuum Regi da. Parcet Iudæis si eos penitebit. Esa.1. Dicite bene agere. Item si fuerunt peccata vestra, vt pheniceum, vt niuem exaltabo, & si fuerint quasi coccinum, ut lanam inalbescam, Hæc D. Cyprianus contra eos. Quibus addo Rabbinorum expositionem quoniam ipsi non recipiunt quæ in textu nostro leguntur, & vt pluries mihi contigit Cretæ, & Corcyre disputare, omnem negant authoritatem. Primo ergo addo, circa Trinitatem quam ipsi negãt, Moyses dixit. Faciamus hominem ad imaginem. Ecce vtitur plurali numero. Nec satis est dicere, quòd alloquitur Angelos, nam sic Dominus nunquam seruos alloquitur faciamus, sed fac, vt notat Chriso. tom.5. alia dicta, uide verbo Trinitas. Ecce virgo, quæ apud eos Alma, quæ sepius pro Virgine ponitur in sacris literis. De resurrectione mortuorum à Messia, exponit Rab. Sal. illud Esai.42. Laudate habitatores petræ, & affert testimonium Zach.9. Talis fuit Lazari resurrectio, Ingressurus erat Hierusalem super Asinum: Ecce Rex tuus, sic omnes Rabbini de eo exponunt. Multiplicabitur eius fides, sic promissum fuit. Gen.28. & exponit Rabbin. Salom. Passus est propter delicta nostra, Esai.53. Sic interpretatur Rabb. Moy. Et illud Esai.63. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? de tempore Messiæ exponunt. Dedit Spiritum sanctũ, effundam &c. Sic & Rab. Sal. Christus est Ioathã filius Oziel, Dixit Dominus Domino meo, legit verbo suo. Rab. Ioden. Psal.17. Dedisti mihi protectionem, hunc locum de Messia interpræta tur. Rabb. Moyses. Gen.18. Apparuit autem illi Dominus idem affirmat. Ego hodie genuite antiqui Doctores, ut ait Rabb. Salus Hæbreorũ de Messia interprætatur. Daniel. Ebdomadæ iam adimpletæ sunt. Dubium eis videtur, quòd cum fuerit Messias, & filius Dei, sic sit ab eis Cruci affixus, sed percurrant sacras literas, ac omnem eorum historiam & inuenient quod semper Prophetas, ac Dei amicos persequuti sunt.

De Eucharistiæ Sacramento ex illo dicto, Psalmo 71. Et erit firmamentum in terra in summis montium, affirmat Ioãnes Reuclinius in libro de Rudimentis Hæbraicis, quòd illa dictio significare placentulam frumenti, quod Rabbi Dauid Rimhi exponit particulam, vel massam frumenti. Paulus Brugensis Episcopus natione Iudæus addens in translatione, quæ targum dicitur, sic Hebræi. Erit placenta Tritici in capitibus Sacerdotum, iuxta quorum sententiam Hæbraica lectio fauet intentioni nostræ.

Rabbi Mosse Hardasan in commentariis non solum de temporibus Messiæ hunc locum exponit, verùm etiam de Messiæ Sacerdotio dicens. Et quid docet, vel monstrat dicendo protulit panem, & vinum? Quasi dicat erit placentula Tritici in terra, & hoc ipsum est, quod scriptum est, & ipse Sacerdos erat Sacerdos altissimi. Hæc ille.

Rursum Rabbi Barrachias, in commentarijs, super verbo Ecclesiastes. Quid est, quod fuit, ait, in nomine Rabbi Isaac. Quemadmodum fuit redemptor primus, sic erit redemptor vltimus, sicut enim redemptor primus fecit descendere mãna, ita redemptor vltimus erit placenta frumenti in terra. Contra Hebræos ergo hactenus decertauimus, ne dum ex sacris literis, sed ex eorum Rabbinis nostra confirmauimus. De quibus Galatinus abunde ex professo tractat, nos ex alijs, & Lirano, hæc pauca diximus, quæ nec pauca sunt, quibus nihil est, quod addi possit.

Helias.

Helias famem prædicit in Israel, Tertij Regum 17.a
Helias mittitur ad mulierem sareptanam, cuius filium suscitat, Tertij Regum decimoseptimo a
Helias Dei prouidentia pascitur à coruis, 3. Reg.17.c
Helias mittitur ad Achab, quem confidenter arguit, 3.Reg.18.a
Heliæ zelum contra Deum Baal, ac Prophetas eius, 3.Reg.18.
Heliam persequitur Iezabel, 3.Reg.19.a
Helias pascitur à Domino per Angelum, 3. Reg.19.a
Heliæ orõnis efficacia, 3.Reg.19.a. Iacob.5.d
Helias uir pilosus Zona pellicea cinctus renibus, 4.Reg.1.b
Helias pallio diuidit Iordanem, 4.Reg.2.b

Ad

Grecia ad Germanos: Electores Imperij. Cardinaliũ institutionẽ, & alia id generis q̃ plurima q̃ ab historia humana pẽdent. quas si ignorat Theolog⁹ maximi erit detrimenti, vt & illud taceã de Donatione Constantini, de baptismo ipsius, ac consimiliũ. quæ in diuorũ canonizatione seruãtur. Taceo quod patres hominũ sanctorum gesta celebrarunt, vt in oĩbus Basilij. Gregorij. Amb. apparet. Librum etiam de viris illustribus edidit D. Hierony. & D. Aug. libris de Ciuit. Dei multa scribit, quæ ad humanas historias pertinent. Demum, quoniam non omnia habemus ex sacris literis, nec traditionibus, aut alia certiori via; Humana historia maximum lumen ostendit: imo & heretici, ex confictis suis historijs multa aduersus nos adducunt & si falsa.

2 *Historia, an sit vera quibus vijs internosci poterit.* Regulas nonnullas adhibent nostri, vt veras à falsis diiudicare possimus? Prima. Illi historici sunt suscipiendi, qui absque repugnantia, qui publica ac priuata fide scripserũt. secunda Regula, Gesta & annales, quatuor Monarchiarũ, non possunt negari, nec reici ab aliquo. Tertia regula. Qui solo auditu, vel per opiniones scribunt, ij non excipiendi, nisi, quando a publica fide non dissentiunt.

3 *Historia humana, quæ non recipienda?* Ex communi consensu eorum, qui probati habentur. In Monarchia Assiriorum; suscipienda sunt, quæ Berosus Caldeus scripsit. Ex Persis Methasten. Ex Grecis Xenophõ, Archilocus, & Eusebius. Reiiciuntur, quo ad hanc Monarchiam, ex Grecis Herodotus, Hellicanus, Acusilaus. Ex Latinis Iustinus, Gellius, Orosius. In secunda Monarchia Persarum & Medorũ, Authoritatis est Metastenes Persa. Cretias Gnidius. Deiicit Iosephus ex hebreiis, Clemens, Tacianus, Affricanus. Eusebius ex grecis quia sequuti sunt propriam opinionem, contra publicam fidem. In tertia Monarchia, & quarta. Eusebius, qui publicam fidem sequutus est. Recipitur Philo hebreus, qui solus habuit cognitionem quatuor Monarchiarum, & non opiniones, vt Iosephus, sed 70. testimonio vsus est. Probatę fidei, sunt doctores sancti. Et etiam Cesar. Valerius Maximus. Terrentius. Varro, Liuius. Tacitus, Seneca. Amnius Marcellinus. Eutropius, Flauius Vospicus, Paulus Diaconus, Lucius, Florus. Iulius, capitolinus, Florus, Cornelius Nepos falustius Italiæ historiã Leãdri, q̃ plurimi approbbant, & Guicciardini. Plinius etiam ridẽdi sepius occasionem prebet, & Vicentius. Beluac: & D. Antoninus, his enim fuit cordi omnia exscribere, quę in schedulis repe riebantur; vnde nec Lippomannus sanctorum gestis voluit Dominicanæ Religionis sanctorum patrum historias inserere. Quod tamen fecit, non sine ingẽti labore. Laurentius Cartusianus, cui nostra Religio plurimum debet.

Leges, quibus cognoscimus, qui sint probatę fidei historiæ.

In vniuersum, vt omnis dubietas ab animo tollatur, & historiis credamus, his vtere legibus. Prima lex est. Quando narrant historici, ea quę vel ipsos uidisse testãtur, vel ab his, qui audierunt dicunt se accepisse, sunt & ipsi recipiendi, quando testes sunt fide digni. Huius generis sunt, quę Sancti, de aliis sanctis scribunt; nam non est putãdum eos mẽdacium scripsisse. Nec author historię debet suo affectui inseruiri, nec sunt mendacia pro religione fingenda. Nã qui sic scribit in maximum incidit periculum. Quis credat D. Franciscum pediculos semel excussos in sepsum solitum mittere. & D. Dominicum multa alia gessisse, quæ olim ferebãtur, quę sũt modo expurgata; & alia quę in vitis sanctorum patrum leguntur, falsò D. Hierony. ascriptis; licet recipiantur, quas scripsit Iacobus de Voragine. Secunda lex. Illos historicos, reliquis debemus anteferre, qui ingenio, quãdam prudentiam adiunxerunt, ad eligendum, & iudicandum potiora, q̃ proprium est sanctis; & talis fuit D. Bonaẽutura in vita D. Francisci, quã & Lippom. approbat. Tertia lex. Ille historiographus, cui ecclesia authoritatem tribuit, proculdubio tenemur & nos. Nam Gelasius vitas D. Pauli, Antonii. Hilarionis, ac cęterorum. Multos reicit ecclesia in Indice, & antea ẽt libros 8. Itinerarii Clemẽtis. Acta Andreę. Philippi. Petri Thomæ; libros de Infantia Saluatoris, De Natiuitate, librũ Pastoris; Acta Theclæ, & Pauli; reuellationem Pauli, Mariæ Transitus; de penitentia Adæ libellum, Origenis, Cypriani, Epistolam Iesu

ſu ad Abgarum. Paſſiones Georgii, Quici, & Iulitæ. Hiſtoriam Euſebii Pamphili. Rationes vero, quare Gelaſius reijci at ſunt. Prima, quia in primo libro refert Epiſtolam Ieſu ad Abagarum, quam Gelaſius explodit. Secunda, quia multa confirmat, authoritate Clementis Alex. cuius opera ſunt appochripha iudicata. Tertia, quia Iconomachi, 6. 7. Synodi, act. 5. Originem pro ſe citabant, & lecta fuit eius Epiſtola, vbi Ario aſſentiebat. Tharaſius rogauit recipimus hoc? ſacra Synodus, dixit, nequaquam. Arrius etiam dicebat ſe habere Euſebium ſuum ſectatorē, Et Hierony. ad Pammachium, & Oceanum ait, quòd Euſeb. fuit Arrii acerimus propugnator. Meritò ergo Gel. eius hiſtoriæ authoritatem ademit. Hinc Conſtantinum finxit ab Euſeb. Nicomedienſi baptizatum, quo Arrianorum ſecta fuerit. Qui etiam, cum loquitur de Synodo Nicena, tacet dogma fidei contra Arrium. Demum calide nunquam nominant Arrium, quem ſciebāt in Synodo damnatum; ſi autem demas hæc ab Euſeb. Hiſtoria eſt digna vt fides adhibeatur. Hactenus, qui ſunt probatę authoritatis diximus.

Obiectiones Hæreticorum.

Infirmam faciunt hęretici hiſtoriam humanam iis rationibus. Primo Ioſeph vir Mariæ habuit aliam Vxorem, ex qua filios ſuſcepit, qui dicūtur Fratres Domini, ut Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 2. Capitolo 1. Niceph. lib. 2. cap. 3. Amb. de Inſt. Virg. cap. 6. Epiph. lib. 1. contra hæres. cap. Si & 68. Hil. 1. cap. 1. in Matt. At D. Hierony, & alii tanquam deliramenta condemnat. Ergo non ſunt fide digna hiſtoriæ humanę. Reſpondeo, quod nullus probatus author dicit. alteram vidiſſe vxorem, aut à probatis teſtibus accepiſſe. ſed acceperunt ex euangelio. Fratres tui, & tu nc Iacobus, & Ioannes erāt intus. Dico ergo, quòd erant conſobrini, & filii Cleophæ, & Cleophas erat patruus Chriſti, & Maria iſta erat Matertera & apud ſcripturas conſobrini etiam dicuntur Fratres. Nam Act. 1. D. Luc. ait Iacobū Alphei, Simonē, & Iudam, hi omnes erant perſeuerantes in oratione cum Maria Matre I E S V, & fratribus eius Nō ergo hiſtoria periclitatur cum veritate opinionū. Secundo D. Hierony. ex Cōmuni hiſtoria ait & Beda & Euſeb. lib. 1. hiſt. Eccleſiaſticę cap. 23. Herodiades fuit filia Arethę Regis. At Ioſephus lib. 18. antiq. cap. 5. Egiſippus. Niceph: & D. Hierony. dicunt eſſe falſum. Dicitur quòd apud nobiliores authores, non fuit filia Arethę Regis ſed Ariſtotoboli, vt pbat Ioſephus. Tertio Magos fuiſſe Reges Cyprian. de Bapt. Chriſti Athan. Hierony. Aug. & cęteri omnes quę tamen nō eſt vſque adeo recepta, imo Baptiſta Mantuanus, & non nulli negant eſſe Reges. Dicitur quòd nemo Hiſtoriographus ſcribit illos reges vidiſſe, vt probabilibus coniecturis, Reges eſſe affirmant iuxta illud. Reges Tharſis, & inſulæ, munera offerent. Et alibi. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui; & vt Tertull. ait, ſapientes apud orientes, erant Reges. & qui negat, odium quęrit; & quare Herodes adeo iratus eſt numquid contra homunculos. Tacuit Regis nomen Euangeliſta. at ex nomine Magorū expreſſit. Quartò. tenet cōmuniter. Eccleſia, quòd die 13. venerint Hieroſolimā. Cum natus eſſet (inquit Euangeliſta) Ecce Magi. At ecce denotat pręſentialitatę. Ecce Palemon. Ecce virgo concipiet. Ecce Rebecca, Gen. 24. At Epiph. Her. 51. Affirmat eos veniſſe poſt duos annos, quia occidit pueros abimatu, & Hieroſolima diſtat longō interuallo, ab oriente. Dicitur ex communi ſententia quod venerunt die 13. nā oriens accipitur pro omni parte orientali, non pro extrema parte, Dico ſecundo, quod Dromedarii erant, qui vno die ſtadiorū mille iter conficere ſcribunt naturales. Quinto Miraculum Nuptiarum in die anniuerſarij Epiphaniæ fuiſſe ęditum, ait Maximus. At Epiph. eodem die, quo Chriſtus natus eſt completo iam anno 30. Dicitur, quòd Epiph. Authoritas, non eſt recipiēda in hoc. Sexto Hiſtoria ſcribit, quę vulgus exiſtimat, quamuis ſint falſa, ut D. Hierony. ait contra Eluid, ſic Ioſeph appellabatur pater Ieſu. Dicitur quòd uulgi opiniones ſunt aliquando falſę, & verbis falſis expreſſę, & iſtę non ſunt ſequendæ, ut Chriſtum eſſe Heliā; aliæ ſunt, quæ verbis veris, & iſtæ ſunt interptādæ. Septimo, Adā primus Homo, in ipſo loco, vbi Chri-

Christus est mortuus, fuit sepultus, vt ait Aug. & Cyprian. At Hierony. deridet quasi fabulam, & ipsum sequitur Isidorus. Dicitur, quòd hoc creditur sine aliqua fidei iactura, & publica veterum memoria proditum est; ibi primum Adam Iacere conditum, ubi secundus est mortuus. 8. Secundo anno Darii, templum ędificari cœptum est, inquit D. Hierony. At alii plures, pro certo dicunt Zorobabelem fundamenta iecisse, sub Cyro. Respondeo, quòd sub Cyro fuere inchohata, & sub Dario fuisse perfecta ac consumata. Alii aliter respondent; & exponunt quòd Aggeus videtur dicere, de edificatione Templi. Canus. ad vndecimum. Nono Dicunt multi Artaxersem ędificationem templi impediisse. At scriptura dicit Templum edificatum esse pręcipiente Cyro, Dario, & Artaxerse. Dicitur quòd Artaxerses est nomen commune Regnorum Persarum, sicut Cęsar Romanorum, Pharao Ægyptiorum; & non stat pro Dario Hispalis, & proprio nomine. Nam & Scriptura hoc cognomen vtrique adiecit. Decimo Multi affirmant Iosue 26. annos post mortem Moysis imperasse, & Carion 27. quę si sunt vera, non sunt 480. anni ab exitu filiorum Israel de Aegypto ad ędificationem templi, ut Tertij Reg. cap. Sexto dicitur. Dicitur quod hæc quæstio tetrica, salebrosaque est, quam nec ego arbitror paucis explicare, nam authorum varię sunt numerum supputationes. Satis est, quòd aliqui numerātes dicunt pertingere vsque ad anno 1490. & Iosue 27. imperauit &c. Vndecimo Multæ sunt historiæ in ecclesia quæ nullā faciunt fidem Ttheologo, ut de Gregorio, & Mariæ, Marthæ, quod Mariæ castrum Magdali, Bethania Marthæ contingit. Dicitur, quòd certę, pro certis, & dubię, p dubijs sunt tenēdæ, & piè recipiendæ, quæ sancti scribunt. XII De Constantino affirmant plures & sumi Pontifices donasse Siluestro Regnum, & quod fuit ab eo baptizatum, & à lepra mundatum. At multi reclamant, ac fictitia diiudicant. Hoc argumentum ex his, quæ verbo Imperator sunt dicenda soluetur. De Donatione multi nihil scribunt. De Lepra vero Clem. Nicol. & D. Tho. Tertia partę Quest. 69. 4. recipiunt pro certa. De Baptismo negat D. Hierony. Eufeb. socrates, Sozomenus Cassiodorus, & multi, qui putant eum fuisse baptizatum Nicomedię ab Eusebio Arriano Episcopo. Econtra Dami. Marianus. scotus, Sabellicus, Platina, in vitam Marci. Niceph. lib. 7. cap. 35. D. Tho. Nicol. Pont. & multi alii. Decimotertio Fides nostra certa est, ergo ab incertis nō pendet, qualia sunt, quę humana historia tradit. Respondeo ꝙ non sumit fides certum argumētum ab humana historia, sed probabile tantū. Decimoquarto oīs Homo mēdax, ergo nemini fides præstanda. Dicitur quòd & si Homo sit mendax, vel peccator, non tamen omnis homo est mendax id est falsā dicit, vel mentitur; aut etiam si omnis homo mentitur non de omni re, quam scribit mentitur. Nam & si ego mendacium aliquod dixerim non protinus sequitur, ꝙ in his, quę scribo sim mēdax. Decimoquinto Quę sunt fidei, non cognoscūtur naturali lumine, ad quid ergo humana historia Theologo? Hoc argumentum ex superioribus, verbo fides est enodatum; tamen hic dicimus, quòd aliqua sunt fidei, quæ & naturali lumine cognosci possunt, licet non eodem modo. Vt Deū esse, & Creatorem, & pręmiatorem, quæ & fide tenemus, & ratione cognosci possunt. sic & ea quæ humana historia docet cognoscimus fidem vt Christum fuisse Hominem, & Sanctissimum, & Iosephus hoc testatur, & Apostolorum gesta, scribunt historiæ humanæ, & D. Lucas, ab humanis sumit argumentum & roboratur ex ea, at ex Diuina sumit fidem, ac certitudinem. Canus scribit de his fusius.

Holocaustum.

Holocaustum Noe gratum est Domino. Gen. 8. d.

Holocausti lex. Leu. 6. a

Holocaustum deuorat ignis egressus, à Domino. Leu. 9. d.

Holocaustum offert Gedeon, quòd igne, à petra accenso absumpsit Deus, ut Sciret se ab eo missum. Iud. 6. c.

Holocausta offerunt Domino Betsamitæ propter Dei arcam. 1. Reg. 6. c.

Holocaustum noluit sibi offerri Angelus, sed ipsi

Holofernes.

Homicidium.

Homicidium non eſt peccatum. HÆR. Teſtimonia quæ ex ſacris literis adducta ſunt, confutant hanc hæreſim. Et Dauid dixit. Pſal.54. Viri ſanguinum, & doloſi, non dimidiabunt dies ſuos. Et Dominus Petro. Conuerte gladium tuum in vagina, omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matt.26. Hinc ſacra Concil. Homicidium, ac Imperatores tot maledictionibus damnarunt. Concil. Ancyranum. c.22. Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter ſe ſubmittant. Cõcil. Epauenſe Canon.31. De pęnitentia homicidarum, qui ſeculi leges euaſerũt, hoc ſumma reuerentia de eis, inter eos placuit obſeruari, quòd Ancyritani Canones decreuerunt. Conc. Triburienſe. Can.54. De his, qui homicidium voluntariè fecerint. Ancyrano Sancto Concilio &c. Inſtituta Canonica, & Sanctorum Patrum decreta, noſtro, & omnium ortodoxorum iudicio inuiolabilem habeant firmitatem. Et Can. 55. pœnitentiam ſtatuit. Et Can. 56. 57. & 58. D. Amb. lib. de Cayn, & Abel. 2. ca.9. Et bene ait. Vox ſanguinis fratris tui clamat, non frater tuus. Hoc Innocentia, & gratia germanitatis etiam in ipſa morte ſeruat &c. Et inferius, ſed de terra clamat. Etſi frater parcit terra non parcit, ſi frater tacet, terra condemnat. &c. D. Aug. lib.22. Cont. Fauſtũ. ca.70. Recõde gladium, qui gladio vſus fuerit, gladio cadet. Ille autem vtitur gladio, qui nulla ſuperiori, ac legitima poteſtate iubente, vel concedente in ſanguinem alicuius armatur. Nam vtique Dominus iuſſerat, vt ferrum Diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat vt ferirent. Hactenus D. Aug. D. Tho. 2.2. q.100. 6. Homicidium tenet ſecundum locum in pœnis, & inter peccata in proximum. Et ſemper eſt peccatum, quia addit inordinationem actum, ſupra occiſionem hominis. Vnde ſi quis incidat arborem in ſilua, & tranſit homo, & occidit excuſatur ab homicidio. Summæ peccatorum, de hoc loquuntur, hæc ſunt ſatis in re noſtra.

Homo.

Homines poſſe per uires naturæ abſque gratia uitare peccata. HAER. Contra eam verbo gratia, iam diximus. Direct. par.2. quæſt.4. damnat.

2 *Homo peccator quacunque hora uoluerit poteſt effici amicus Dei.* HAER. Hanc Hæreticam propoſitionem arbitratur Direct. 2. parte q.9.

3 *Homo quilibet obligatur ad Religionem, vel ad matrimonium.* HAER. Ex eodem authore 2. parte q. 9. articulo 7. 76. Vt hæreſis reicitur.

4 *Hominem ad mortem damnare non licere, quacunque cauſa.* HAER. Qui hoc aſſerit obſtina-

stinatamente erit Hæreticus secun. parte, quæst. 14.

5 *Homo prius est creatus in specie, quam in indiuiduo.* HAER. Franciscus Georgius tomo primo problem. 27. Exponens ea verba. Inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ, scribit. Quod homo prius sit factus secundum speciem, & in uniuersali, & postea in indiuiduo. Quod est contra sacræ historiæ sensum ac sanctorum expositionem. Nam homo Adam factus est, & Dei actio ad particulare determinata fuit.

6 *Homo non est factus ad Dei imaginem.* HAERET. Expressa sunt Moysis verba, dicentis. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Esset vero in re manifesta lumen inferre plura de re hac referre, quoniam nulla est dubitatio, nec dissensio.

7 *Homo malus à Deo creatus est. Manichei.* HAERET. Quomodo si homo est ad Dei imaginem, à Deo conditus, in quem spirauit spiraculum vitæ poterit esse malus à Deo. Et Moyses de creatura quauis dixit. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Si in quauis creatura suo modo Dei bonitas relucet, qua via malæ dicendæ sunt. Merito ab omnibus, hæc hæresis exploditur.

8 *Homo primus in iustitia originali potuit peccare primo venialiter.* Non satis mihi constat an hæc res sit de fide, tamẽ ut veriorem sententiam quisque amplecti, ac scire possit, hoc declaro. An Adam in gratia, ac iustitia originali constitutus potuerit primo peccare uenialiter, hoc est. An primum eius peccatum potuerit esse veniale. Sequendo Sanctissimi Doctoris mentem. Respondeo quòd Adam in eo statu positus, non potuit primo peccare uenialiter, nec primũ eius peccatum esse veniale. Nam non erant tũc primi motus sensualitatis, nec motus rationis repentini absque deliberatione. Rursus, in corpore nulla potuit esse lassitudo aliqua, sed erat animo aptissimus ad prosequendum bonum. Adhuc ex extrinseca causa, non potuit peccare uenialiter, quia non esset status fęlicissimus, nec Paradisus. Item in illo statu nulla potuit esse pœna, ergo nec peccatum. Elatio etiam, quæ alterũ peccatum præcessit fuit mortale. Hæc ad aures. D. Tho. pri. 2. q. 89. art. tertio. Scotus tamen contrarium probat. 2. d. 21. Qui decipitur, nam & si gratia, non reddat hominem impeccabilem in hac via, tamẽ adeo erãt partes inferiores sub ratione, vt illæ resistere superioribus, nec rebelles esse poterãt. Ideo potuit esse in parte superiori peccatũ, sed nõ in inferiori nisi superior prius errauerit. Hinc nec verba ociosa dicere potuit eo tempore. Demum obser. Quod ex extremo ad extremum fit transitus sine medio, quando non sunt essentialiter ordinata, sic est veniale, & mortale peccatum, quia poterat vnum committere, nempe mortale, sine ueniali. Et sic solutio obiectionum Scoti deducitur. Hęc Caic. Expẽdant hæc aduersarij, & forte nulla erit occasio disputandi de his, sed contra hæreticos nostra reuocetur oratio.

Honestas.

Honestas est honoris status, terminus boni, & finis honoris. Honestum etiam à D. Thom. illud dicitur, quod est spiritualis pulchritudo, vel quod est honore dignum, & idem est, quod virtus. Honestum est, quod appetitur propter se, appetitu rationali, delectabile vero appetitu sensitiuo. Honestum etiam est honore dignum & omne honestũ est utile, non tamen è contra, nam in omni honesto, est utilitas, & nihil repugnans honesto, est simpliciter utile, sed secundum quid. Illud vere est honestum, quod habet rectitudinem rationis, & voluntatis, & regula rationis, radix est honestatis. D. Tho. 2. 2. quæ. 145. primo. Gerson Tract. 2. super magnificat. Paul. Cortes. 3. sent. distinctione octaua. Et Cicero primo officiorum dicit. Nihil honestum esse potest, quod iustitia vacet, sed qui sua ui nos trahit, & allicit sua dignitate.

Honor.

Honor, est virtutis pręmium, & reuerẽtia, & dignitas, quæ ex virtute alicui exhibetur. Vnde Virgil. Haud equidem tali, me dignor honore, nam testimonium est excellentiæ, licet non sit sufficies virtutis præmium, sed possibile, & maximum inter exteriora bona. Et honoramus Deum, parentes, & virtuosos. D. Tho. scribit. 2. 2. q. 129. 4. c. & alibi. Alex 3. par. q. 33.

Horæ Canonicæ.

Horæ Canonicæ superuacaneum est inuentum Papistarum. Lutherani. HAER. Vuiclephitę, ac Lutherani gigãtibus similes sunt contra Deum pugnantibus, sed ex sacris lr̃is prosternuntur à Dauide inermi Pastore. Hic ob summam in Deum deuotionem instituit Sacerdotes, ac Leuitas, ac Cantores, & ministros templi tanta copia, vt hebdomatim vigintiquatuor ministrarẽt successiue secundum vices suas, vt dicitur primi Paral. cap. 24. Statuit etiam, vt Leuitæ mane consurgerent ad confitendum, ac psallendum Domino. Similiterque ad vesperam, tam in oblatione holocaustorum Domino, quam in sabbatis, ac solennibus 1. Paral. 23. Nam & Iudæi habebant iuge sacrificium, nempe matutinum, idest ante ortum solis, & Vespertinum, quod offerebatur ante solis occasum. Dominus etiam sex diebus condidit vniuersum, & septimo quieuit. Sic in reparatione hominis gratias agimus Deo ob tanta beneficia. Adhuc vidua laudatur, quæ non discedebat de templo Ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte, & die. Luc. 2. D. Paul. admonet Eph. cap. 5. dicẽs. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismet in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantentes, & psallentes in cordibus vestris Domino. Vobis met ipsis inquit, non ergo solus orabat, sed cum alijs cantabat. Hanc esse Apostolorum traditionem, docet Dyonis. Areopag. epistola 7. ad Demophilum de visione carpi sic scribit. Erat enim vespera, circa vero mediam noctem, quo tempore cõsueuerat ipse semper apud se, ad diuinos euigilare Hymnos expergiscitur, & surgit cum somnos non multos, & eosdem crebro interruptos, & perturbatos cepisset. Et Concil. Agat. capit. 30. Et Turon. Can. 14. Basil. de exercitatione, ait. Cum oporteat quibusdam interuallis à continuo Psalmorum cantu & genuflexione requiescere, dãda est opera, vt horas, quæ à patribus designatæ sunt, sequamur. Et idem instruit Monachos, in libro de vita Monachorum in principio. Chriso. Hom. 59. Ad populũ Anthiochenum. D. Hierony. instituit Moniales, vt horas dicerent, cap. 23. & 24. Et in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis. De septem horis dixit Dauid. Septies in die laudem dixi tibi. Psal. 118. Et Psal. 6. Lauabo per singulas noctes. Et iterum. In noctibus extollite manus vestras in sancta 113. & Psalmo 118. Media nocte surgebam ad confitendũ tibi &c. Et de Apostolis. Act. 16. dicitur. Paulus, & Sylas media nocte adorantes, laudabant Deum & audiebant eos, qui in custodia erãt. Hunc morem Sancti imitati sunt utriusque Ecclesiæ. De prima, dicit Dauid. Mane astabo tibi, & videbo. Psalmo 5. Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia. De tertia, quæ dicitur, quonim ea hora Sancti Apostoli receperunt Spiritum Sanctum, & habetur à Daniele, qui tribus temporibus, tertia, sexta & nona præces fundebat. Dan. 6. De sexta habetur institutum, quia circa horam sextam fuere renebræ in vniuersam terram. Et eo tẽpore orauit Daniel, & Apostoli. Act. 10. Petrus ascendit in superiora, ut oraret, circa horam sextam. De nona, quia eo tempore Dominus expirauit. Et Daniel orauit, & Apostoli. Petrus, & Ioannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam. Vespere celebratur, quia ea hora cęnauit cum Apostolis, & instituit Sacramentum. Matth. 26. & Dauid dicit. Psalmo 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Completorium, quia ea hora Christus tumulo traditus est. Mar. 15. Cum iam sero esset factum. Ecce ergo, quòd Canonicæ septem horæ non sunt institutum Papæ, sed ex Apostolorum traditione. Quas sancti omnes persoluebãt. De his nouissime copiose, ac docte fusius scribit Frãcolinus.

Obiectiones Hæreticorum.

Tueri conantur hæretici sonniculosi, & ebrij suam tepiditatem ijs rationibus. Prima. Non habetur præceptum de eis in Euangelio. Dicitur, quòd si non est apertum prę ceptum est tamen implicitum, ex quo Sancti sic statuerunt ex Apostolorum institutione. Secundo, Dominus dixit. Matth. 6. In orando, nolite multum loqui, ut Ethnici faciunt. Dicitur, quòd modum Ethnicorum reprobat Dominus, & Sanctorũ, qui suas laudes cantant. Tertio, in Ecclesia tantum quæ sacra scriptura docet, est legendum, & ad.

ad quid sanctorum gesta, quæ & falsa continent. Respondeo, quod falsum assumit. Nam Concil. Cartag. cui D. Augu. interfuit dicit in die anniuersario Sanctornm Martyrum eorum historias debere legi, quæ determinatio damnari ab hæreticis non potest. Quarto. D. Paul. 1. Corin. 14. Tria enumerat, quæ fieri in conuentu Ecclesiæ solent. Primo linguis loqui, aut Psallere. Secundum, prophetare, idest interpręetari, vel prædicare scripturam. Tertium orare, vbi hæc desunt, non erit conuentio Dei. At Organis, ac Musicis, & alijs sonis ad Ecclesiam conueniunt Cęnobitæ, quòd est erroneum. Respondeo, quòd hæc omnia facimus, sed & alia ad populos in Dei laudem excitandos.

Horæ Canonicæ, an persolui possint, vno eodemque tempore, quo Missa celebratur & utrunque cadat sub præcepto, nempe officium, & Missa. Hoc non est nostri instituti discutere, tangam tamē. Verbo Missa.

Hostia.

Hostia non est in Ecclesia. HÆR. Multa uerbo Missa erunt dicenda, Nunc paucis damnatur hæc hæresis. Primo ex D. Paul. ad Ephes. 5. Qui dedit semetipsum pro nobis oblationem & Hostiā. Et Ecclesia in hymno dicit. O vere digne Hostia, per quam fracta sunt tartara. Obs. tamē quod hostia pluribus modis sumitur. Primo pro omni sacrificio, quod offerebatur Deo in lege antiqua, siue esset pro expiatione peccatorū, siue pro pace obtinenda. Secundo accipitur pro sacrificio propriè, quod Pagani offerebant Idolis pro uictoria consequenda. Tertio propriè, & sic est in Ecclesia, & dicuntur illa accidentia sub quibus est Dominus, & dicitur, quòd frangitur, tāgitur &c. Quarto proprijssime, pro re contenta in ipsa Hostia, & est ipse Christus, de quo modo loquimur cum Apostolo. Et D. Chriso. Hom. 17. in epistola ad heb. Et vna est hæc hostia, non multę, quomodo una & nō multæ, quia semel oblata est. D. Augu. epistola 23. ad Bonifacium Episcopum. Nonne semel imolatus est Christus in seipso, & tamen in Sacramento non solum per omnes Paschæ solemnitates, sed omni die populis imolatur. Theoph. in c. 10. ad Heb. Nam quod ad quæstionem attinet, postquā multis in locis offertur, num igitur multi Christi erunt? nequaquam, sed est vnus vbique & hic plenus, & illic plenus & perfectus, vnumque corpus. Quemadmodum enim, in multis locis oblatus Christus, vnum corpus est, & non multa corpora sic & vnum sacrificium. Nam illam hostiam offerimus quæ tum est oblata, illic autem alius erat, qui heri oblatus erat, agnus fortasse à uictima, quæ hodie offertur, nec veluti commemoratio erat hesternæ oblationis, qui hodie offerebatur agnus, sed ipse per se ipsum sacrificium perficiebat. Oecumenius in cap. 10. epistolę ab Heb. Sed vnius, eiusdem mortis Christi memoriam facimus, & vnū Christi corpus semper edimus &c. Ideo multæ sunt hostiæ, nostræ vero quāquam actione multæ sint, vnica tamen est potestate. Scholastici sic interpretantur. Alex. de Ales, Brulif. 4. distinctio. 10. quæstione 5.

2 *Hostia consecrata si cadat in lutum, & brutum, vel homo comedat, non est amplius consecrata.* Direct. explodit tanquam hæreticum hoc dictum. secunda parte quæstione decima.

3 *Hostiā nō cōsecratam, p cōsecrata licet ne alicui dare?* Propô hęc nō sapit hr̄im manifestè; qa alia est pęna talia faciētiū, alia hr̄tici, qa Rubrica de hæreticis, ponitur separatim ab ipsa Rubrica de sortilegijs. Petrus de Anchar. in sexto de hæret. cap. Accusatus. Et Iudic. Inquis. Verbo diuinatio. Qui tamen dat talem hostiam, est reus idolatriæ, vt docet. D. Thom. tertia parte, quæst. 80. art. 6. tertium.

4 *Hostiam in Missa, licet conditionaliter adorare.* TEM. Confundunt, ac inuretere omnia conantur, qui sic sub conditione Hostiam adorant, vel adorandam docent. Nā licet fidei tali in particulari possit subesse falsum, & non teneamur credere esse hāc Hostiam consecratam, sed absolutè hostiā esse sub speciebus panis & vini, non tamen sub conditione adorare. Nam & etiam Papæ, & Sacerdoti conditionaliter esset credēdum, nam nescimus, an Papa, sit uere Papa & etiam Sacerdos, & adhuc conditionaliter deberemus credere nos esse absolutos, & similia, quo eueniret omnia esse conditionatè existimanda, & semper anceps esset animus, ac laberintis intricatus, pèccat ergo qui hostiam hanc, vel illam conditio

naliter

naliter adorát, vt docet Caiet. 2.2.q.1.art. ſecundo. Et D.Thom. abſolute dicit, quòd Hoſtia debet adorari latria, ſub conditione in habitu. Tertia parte, q. 80. artic. 6. ad tertium.

Humilitas.

Ob humilitatem elegit Dominus Saulem in Regem ſuper Iſrael, primi Reg. decimoquinto, d

Humiliat Deus & ſubleuat, vt Anna de ſe cantat, quam fęcundam fecit dando ei filios, 1. Reg: 2.b

Humilitatis laus, Prou. 16.c.

Humiliat ſe, qui maximus apud Deum haberi vult, Matth. 18.a

Humiles, atq; abiectos à mũdo elegit Deus, Luc. 1.e

Humiliũ, & afflictorum eſt conſolator Deus, 2. Cor. 1.a

Qui ſe humiliat exaltabitur, Matt. vigeſimotertio b

De Publicano, & Phariſeo, Luc. decimooctauo b

Humilis, & tribulatus glorietur, Iacob. primo b

Humiles nos eſſe oportet, ne cui per arrogantiam proferamus, 1. Pet 3.b

Humilitas non eſt virtus laudabilis. HAER. Quis hoc affirmaret, niſi qui fulgore ſuæ fortunæ gloriatur, & Pauinino ambitu ſeſe circunſpectat, & admiratur, & qui ita ſuperbit, vt neglecto hominum fętu, Deorũ partum ſibi arrogat. Contra quem clamat ſcriptura, redarguunt Patres, dámnãt Sancti omnes. Exempla ſcripturarum exſcripſi. D. Aug. epiſtola 56. ad Dioſcorum docet humilitatem eſſe neceſſariam dicens. Niſi humilitas omnia quæcunque bene facimus, & præceſſerit, & comitatur, & conſequuta fuerit, & propoſita quam intueamur & appoſita cui adhereamus, & impoſita, qua reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de manu ſuperbia. D. Bern. ſerm. 4. de aduentu Domini. Propter quod, & dicebat. Diſcite à me, qa mitis ſum, & humilis corde. Matth. 21 Conſidera ſane in his uerbis, quoniam humilitas duplex eſt, altera cognitionis, altera affectionis, quæ hîc dicitur cordis. D. Fulg. epiſtola tertia, ad Proham de virginitate in fine exponit illud Iacobi 4.B. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. S. Hildibertus epiſtola 62. Vocat eam principem virtutum, dicens amplectere humilitatem quæ inter cęteras virtutes inuenitur humanæ redemptionis obtinuiſſe principatum. Petrus Damian. de contemptu ſeculi. ca. 18. Laudat humilitatem Dauid. De hac ſcribit D. Th. 2.2. quæſt. 161. Cort. 3. diſt. Gerſon par. 1. in ſermone de Circunciſione Domini, q. duo ſigna humilitatis refert, humile ſapere, & humile velle. Abeat ergo arrogans, qui præ ſe vno, omnes alios agreſtes, & ignobiles prædicat, & adeo aliquis ſuperbit, vt Phaetonte, & Icaro euadit ſuperbior, ac tumore mentis eſt decoloratus.

Hymni.

Hymni, qui in Eccleſia cantantur, ſuperſtitionis ſunt. Lutherani. Non pro noſtro arbitratu decantantur hymni, ſed ex inſtitutu Dauid, ac aliorum Sanctorum accepit Eccleſia. Nam Dauid cecinit Pſalmo 94. Te decet hymnus Deus in Sion. Et Pſalmo 69. In hymnis confitemini illi. De Saluatore D. Matth. ait cap. 26. Hymno dicto exierunt in montem Oliueti. D. Paul. ad Eph. In hymnis, & Canticis ſpiritualibus. His ergo præceptoribus Sancti cecinerunt hymnos. De quibus, & Turon. Concil. loquitur. Can. 17.

Hypocriſis.

Hypocriſis non eſt peccatum. HÆR. Hypocriſim Iudæorum Eſaias reprobat. cap. 29. D.E. Et alibi ſacræ literę eam damnant. De qua Saluator dixit. Noliteri fieri, ſicut Hypocritæ triſtes &c. Nam hypocriſis eſt ſimulatio alienæ perſonæ, & hyproſis, quæ vox Græca eſt apud nos dicitur ſimulatio, & ſemper opponitur virtuti veritatis, ideo ſemper eſt peccatum. D. Thom. 2.2. q. 111. art. 4. dicit, quòd non ſemper eſt mortale peccatum, nam qui fingunt ſanctitatem, animo iuuandi, licèt eam, non habeant, nõ peccant mortaliter, ſed illi, qui non habẽt, nec habere deſiderant, lęthale crimen cõmittunt. Et ſic exponuntur dicta ſanctorũ, & D. Hier. lib. 6. in Eſaiam. De hypocriſi dãnanda tanta ſcripſerũt ſancti, ut opus ſit mihi longum eſſe hac in re.

Iacob

Iacob.

Iacobus non scripsit epistolam, nec illa recipienda est. HÆR. Patres affirmant D. Iacobum epistolæ eius quam legit Ecclesia fuisse authorem. Diony. Areopag. citat illud, omne datum optimum &c. lib. de celest. hierarchia. Cyrill. Alex. li. de recta fide ad Reginas vsurpat illud. Vnus est enim legislator & Iudex. Et dialogo primo de Trinit. illud. Si quis indiget sapientia· D. Augu. li. de vanitate seculi. capi. 1. illud. Amicitia huius mundi inimica est Deo. Iacob. 4. Fulg. de Virginitate ad probam, in fine. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. D. Hierony. de uiris illustribus. Et Egesippus Apostolis coęuus idem testatur. Eius vero authoritas, probatur ex Innocentio, & Gelasio de Cõsilio 70. Episcoporum. Vrbanus Papa in epistola de communi uita. Alexander Papa V. à Petro, in epistola ad omnes episcopos. Anacletus in epistola de oppressione Episcoporum. Marcellus epistola, ad Episcopos Antiochenæ prouinciæ. Concilia. Cartaginense. Laodinense. Mileuitanum, Florentinum, ac Tridentinum, & Ecclesia vniuersa inter sacros retulit. Hæreticum ergo erit eam negare, uel inficiari. Mirum est de Caietano, qui aliàs sequitur Hieronymum, & modò negat.

Obiectiones Hæreticorum.

Quanti vero sint ponderis dicta hæreticorum negantium hanc epistolam, videamus. Primo obijciunt. D. Paul. ad Rom. 4. docet fide Abraam esse iustificatũ, & Iacob, ꝙ ex operibus. cap. 2. Ergo male. Secundo, acerbissima sunt eius uerba, quæ ad legem potius Moysis, quam Christi pertinent, nam docent. capitulo secundo. Quicunque totã legem seruauerit, & in uno offenderit, factus est omnium reus. Et capitulo tertio. In multis offendimus omnes. Quarto, Stilus etiam non redolet Apostolicam grauitatẽ. Quinto, non salutat, nec se nominat, nisi Iacobum, & si additum sit in nostris codicibus Apostolus, tamen in Græcis, non habetur, non ergo erit authoritatis. Sed hæc omnia infirma sunt, quas & Patres viderunt molestias. Et ad primam dico. Quod non pugnat cum D. Pau. qui docet. D. Iacobum iustificatum esse ex fide tanquam ex radice, & D. Iac ob. ex operib. tanquam ex fructu & superędificatione, & sic consonant omnia. Ad secundum dicitur, quòd non est graue onus, dicit. Nam non loquitur de ueniali, sed mortali crimine, quo uno priuatur homo æterno præmio. Sic & illud dixit. In multis offendimus omnes, nostram exprimens infirmitatem. Alia uero infirma sunt indicia, adeo quòd nostra non egeant responsione, quando quidem illis inspectis iudicarunt Patres esse Canonicum, & Diui Iacobi Apostoli Episcopi Hierosolimitani, minor dictus, quia alterum Iacobum fuit vocatus.

Iactantia.

Iactantia non est peccatum. HÆR. Iactantiã ab homine fugiendam esse docet Salomon Prou. 25. A. Iactantia enim est qua, quis se extollit supra id, quòd est in se, & quod de eo alii non opinantur. Et hæc si ad actum interiorem referatur est species superbiæ, si uero ad exteriorem actũ, est species mendacij. Et trifariam contingit esse mortale peccatum. Primo, quia est contra gloriã Dei. Secundo contra honorem proximi. Tertio, quia est ex inani gloria, cupiditate, & superbia, quæ sunt mortalia, ex superbia vero est, tanquam ex causa motiua, & ex vanitate, at ex inani gloria quasi ex fine, opulentia est occasio potius quam causa. Hæc opponitur veritati secũdum speciem actus scribit. D. Tho. 2. 2. q. 110. Cortes. 3. d. 8. Gerson. par. 2. de septem uitijs capitalibus, de superbia & inani gloria.

Idea.

Ideæ an sint in mente diuina. Non est dubium apud Scholasticos sequentes D. August. & alios. Idea uero Græce Latine dicitur forma, species, vel ratio. Idea enim est forma exemplaris, qua res fiunt, & cognoscuntur, Quæ licet in Deo sit, eius essentia distinguitur tamen, quia essentia diuina non est Idea, nisi ut similitudo, vel ratio rei intellectæ, vt principium cognitionis, & generationis, hac enim de causa Plato posuit, ut essent causa rerum, ac cognitionis. Plures sunt in diuina mente, quatenus diuina essentia est inuitabilis multipliciter ab ipsis creaturis, & earum pluralitas est causa pluralitas rerum, non autem

tem è conuerso. Et pratica, ac speculatiua Idea, non sunt duæ in Deo, nisi secundum rationem. Idea etiam importat respectum ad creaturas, ideo pluraliter dicitur, nec est personale, vt verbum, sed respiciũt res, non dicẽtem, vt verbum, ideo hoc est vnũ. Differt etiam Idea à verbo, quia Idea dicit formam exemplarem absolute, verbum autem creaturæ in Deo formam exemplarem deductam ab alio. Ideam habet in Deo, quicquid ab eo cognoscitur secundũ propriam rationem. Hinc dicũt, quòd malum non habet propriam Ideam in Deo, nec priuatio, sed malũ cognoscitur, per rationem boni, & priuatio per formam. Sic nec materia habet propriã ideã, sed p formam cognoscitur. Nec accidentia, quia comitantur ipsum subiectũ. Et genera Ideam speciei. Particularia vero & species habẽt psopriam Ideam apud Theologos. Quicquid doceat Plato & Auerrores, Scribit. D. Aug. lib. 83. questionum q. 46. D. Thom. 1. par. q. 9. 15. Alex. de Ales 2. par. Et Scholastici. primo. d. 35. Ocham. Brulifer. Biel. Cartusianus, & alij. Et extra de summa Trinit. & fide Catholica.

Idolatria.

Idolatria, seu Idololatria non est damnanda. HÆRE. Ex uerbi etimologia deducitur eius reprobatio; nã idolatria, seu idololatria est exhibere latriam, vel cultum Dei creaturæ. Hæc præsupponit infidelitatem, & addit exterius indebitum cultum, mendacium perniciosum, magnam Dei blasfemiam ac impugnationem fidei. Latriæ opponitur. Et semper est peccatum. Imo grauissimum peccatorum secundum se, licet ex parte peccãtis, heresis, ac alia peccata possint esse grauiora. Ab idolatria. n. aliæ omnia peccata oriebantur. Et peccatum contra naturam est leuius ea, licet pœna determinetur, quia est manifestius. D. Th. 2. 2. quæst. 94. D. Bon. 3. distinctione 37. Et Magister sententiarum.

2 *Licet nè Idola in domibus haberi?* Idola adeò reprobantur, ut Concilium Elib. capitu. quadragesimoprimo. Prohibeat in domo haberi. Et Cartag. quintũ. c. 15. In nõ loco uetat seruari, ad quid ergo permittunt prælati, in Ecclesijs haberi? nec enim tali ornamento eget domus Dei, nec Salomon qui nobilissimum templum extruxit Idola in eo reposuit, eorum imagines certè res indigna est, & quæ conuentio lucis ad tenebras? & meritò nos Lutherani deridẽt, dũ ea quæ Apostoli subuerterunt, nos erigimus in ianuis domorum, & ueluti res dignas honore seruamus. Videant ergo statuta Conciliorum, & obseruent.

3 *Idola adorare possumus.* Nicolaitæ. HÆR. Si in domibus, aut alijs locis habere non possumus Idola, multo magis fas erit ea adorare. Et Deus statuit occidi Idolatrã, Exod. 2. 2. c. Et prohibetur Exod. 34. B. Deuter. 11. Leu. 19. A. Et ob idolatriam tot mala passi sunt antiqui. D. Paul. 1. ad Cor. 10. Neque idolatræ efficiamini, sicut quidã ex ipsis, quemadmodum scriptũ est. Sedit populus meus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Damnantur etiam in Conc. Elibert. Et Niceno. ca. 41. Admonere placuit fideles, vt quãtum possunt prohibeãt, ne idola in domibus suis habeant. Si uero vim metuunt seruorum, uel seipsos puros conseruent. Si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur, Damnat D. Aug. 1. de Trini. c. 6. Et Ecclesia vniuersa.

Iehu.

Ieiunium.

Ieiunium non est de iure diuino, nec à Deo institutum. Luth. HAER. Vniuersa sacra pagina

ne Ieiunium comedat. Nam ieiunat Moyses. Exod. 34. d. Ieiunat Esther. c. 14. a. Hoc conciliatur Deus. 1. Reg. 7. admonente Samuele. Congregate vniuersum Israel in Masphat, ut orē pro uobis Dominum. Et infra. Et ieiunauerunt in illa die atque dixerunt. Tibi peccauimus Domine. Et Deū placauerunt, & inimicos Philisteos occiderunt. Hortatu Eliachim summi Sacerdotis omnis populus Israel ieiunauit, & liberantur ab Holoferne. Iudit. 15. Prophetæ omnes ieiunauerunt. Christus vero, ac exemplo ieiunium celebrat. Nam dixit hoc genus Demoniorū nō eicit, nisi in ieiunio ac orone. Matt. 9. Et promittitur merces ieiunāti. Pater tuus, qui uidet te in abscondito reddet tibi. Matth. 6. Et Luc. 2. Comendatur vidua Ieiunās, & orans. Exemplo suo nos ieiunare uoluit, qui quadraginta dies, & quadraginta noctibus ieiunauit; & postea esurijt. D. Ioannes Baptista comendatur, qui uinum, & siceram non bibit. Matthe. 3. Et in re manifesta non opus est alia afferre, quandoquidem ex his locis Concilia, & patres vniuersi, ac sancti sumis Encomijs Ieiunium extollunt.

Obijcit Lutherus.

Christus nunquam præcepit Ieiunium. Respondeo, quòd non omnia sunt scripta. Secundo, omnia munda mundis, quare ergo ieiunandum. Cōcedo quòd non sit aliqua creatura mala.

2 *Ieiunādū est spōtè ad castigādū corpus, at nō ex præcepto qa esset alligare cōsciās.* Caluiniani HÆR. Admittūt Lut. & Caluiniani ieiuniū spōtaneum ad corporis macerationem, tollunt, & negant esse in præcepto, quia esset laqueum conscientijs inicere. At si hæc ratio valet, omnis lex est rescindenda, nedū apud Christianos, sed paganos, nam lex ligat consciētias, ad quid ergo Maumethus in Alcorano, Iudæi, & Lutherani habēt leges, nam lex à ligando dicitur, & nisi esset lex, non esset peccatum. Tollant ergo Lutherani etiam baptismum, quoniam baptismus non ligat ex præcepto, ecce quam ineptè loquantur. Sed pergamus hoc ex scriptura demonstrare. Saul, vt se de inimicis ulcisceretur ieiunium indixit, & quidē pœna proposita maledictionis, laqueū conscientijs iniecit. Imo vero, ut ab antiquioribus exordiamur, quando Deus Adamo ieiunium præcepit, laqueum parauit. Cū Rex Niniuitarum suis ieiunium imperauit, dicens. Homines, & iumenta & boues, & pecora non gustent quicquam, ligauit ne eorum conscientias? Si alligauit, cum ex Ionæ prædicatione mandauerit, & Ionas fuerit à Deo missus, profecto Deus, erit qui conscientias ligat. Adhuc Dominus respondēs Phariseis, qui repræhendebant, quod Discipuli eius non ieiunarent, vt Discipuli Ioannis. Venient (inquit) dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nunc impleta sunt Domini verba. Nam ideo Ecclesia ieiunat quarta, & vj. feria, & sabbato, qa illis dieb. Dominus fuit ablatus. Nam die Mercurij traditur, veneris crucifigitur, & Saturni est in monumento. Nō ergo Ecclesia laqueos pareat, sed modum instituit, quo facilius Deo seruire possit.

3 *Ieiunium non habet tempus determinatum.* HÆR. Qua ratione potuerunt Prophetæ tempus ieiunij statuere, & nō Ecclesia. Nam Zach, ca. 8. dicit. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudę in gaudiū, & lætitiam, & insolēni præclaras, hinc Ecclesia statuit quatuor anni temporibus ieiunandum.

Verno, ęstiuo, Autūnali, & hyberno, ut Calixtus Papa, & Martyr instituit. Et si huius viri authoritas Centuriatores non conuincit, videant, quid Apostoli statuerint. Hic Canone sexagesimo octauo, dicit. Si quis Episcopus, vel Presbiter, vel Diaconus, uel lector, vel Cantor Sāctam Paschæ quadragesimam, non ieiunat, uel quartum diem, vel Parasceuen, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur deponatur. Si sit autem laicus segregetur, Cōcil. Gang. Can. 19. Si quis eorum, qui exercentur absque corporali necessitate, se insolenter gerat, & tradita ieiunia, quæ communiter seruantur ab Ecclesia dissoluat, perfecta in eo residente ratione, sit Anathema. Concil. Moguntinum Can. 34. sub Carolo Magno dicit. Constituimus, vt quatuor tempora anni ab omnib. cum ieiunio obseruentur, idest mense Martio ebdomada prima. Et feria quarta & sexta, & sabbato, veniant omnes ad Ecclesiam hora nona cum Litanijs ad Missarum solennia. Similiter

liter in menſe Iunio hebdomada ſecunda, feria quarta, & ſexta & ſabbato ieiunetur vſque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in mēſe Septēbrio, hebdomada tertia. Et in menſe Decēbrio hebdomada, quæ fuerit plena, ante vigiliam Natalis Domini, ſicut eſt in Romana Eccleſia traditum. Conc. Saleguſtadienſe Canone primo. Vt quatuordecim dies omnes Chriſtiani ante feſtiuitatem Sancti Ioannis Baptiſtæ in abſtinentia ſint carnis, & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, &c. Et Can. 2. De incerto autem ieiunio, quatuor temporum &c. Patres hoc docuerunt Ignatius in epiſtola, ad Philippenſes. Quadrageſimam vero nolite, pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conuerſationis. Hebdomadam etiam paſſionis nolite deſpicere. Quarta verò, & ſexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes. Quod ordinandi debeant ieiunare ſcribit Leo epiſtola ad Dioſcorum Alexandrinum dicens. Nā præter authoritatē conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina etiam ſacra doctrina manifeſtat, quòd cum Apoſtoli Paulum, & Barnabam, ex præcepto Spiritus Sancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes impoſuerunt eis manus, vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curādum ſit ne tantæ benedictionis Sacramētū negligenter videatur impletum, & quæ ſequuntur. Hęc Leo, ante mille prope ducentos annos, cuius epiſtolas nec Centuriatores negant, etſi Centuria quinta abutantur earum teſtimonio. Tertullia. lib. 2. ad uxorem. Vt ſi ſtatio facienda eſt, maritus (infidelis) de die condicat ad balnea, ſi ieiunia obſeruanda ſunt, maritus eadem die conuiuium exerceat, ſi procedendum erit, nūquā magisfamiliæ occupatio adueniat. D. Bernardus in vigilia ſancti Andreę Apoſtoli. Sanctorum feſta, præcipua Patrum ſanxit authoritas uotiuis præuenienda ieiunijs &c. Theophil. Alex. lib. 3. Paſchalis in principio. Itaque gratia Domini Triūphos nobis, de ſceleratiſſimis Dęmonibus pollicente, ieiunia rite celebremus, vt ſollennitatis quoque rite participes ſimus. Et paulo inferius, non decet ieiunantes tempore agonis, & prælij veſci carnibus, monente ſcriptura. Affligetis aīas veſtras, &c. Qui ſuſus ieiunia comprobat. Timot. ad Eccleſiā Cathol. lib. 1. Ad ieiunia forſitan longa confugiet, eſt quidem hoc aliquid, ſed eleemoſinis miſceatur, ſecundum illud bonum eſt ieiunium cū eleemoſina. Hoc Patres unanimi conſenſu probant. Ieiunorum tempora ponuntur in Conc. Elib. cap. 23. Grang. 21. Laodic. cap. 50. Agat. 60. Aurel. cap. 2. Turon. Can. 13. Bracar. Can. 9.

4 *Ieiunandum eſt die Dominica.* HÆR. Eſt Apoſtolorum conſtitutio, quod die Dominico non ieiunemus, Can. 65. Et qui ieiunat eo die deponatur. Hoc idem Melchiades Papa. Conc. Grang. cap. 20. & Can. 10. Concil. Cartag. quartum, cap. 64. Nam ieiunabant aliqui ſimulatè in contumeliam reſurrectionis. Hinc in honorem reſurrectionis in Eccleſia orientis cęperunt non ieiunare ſabbato. Hanc Apoſtolorum legem ſemper obſeruauit, & obſeruat Eccleſia. Et Tertulli. de Corona Militis ait. Die Dominico ieiunium nefas ducimus. Et D. Hieronym. in Dialogo aduerſus Luciferianos. Qui etiam dicit ex traditione Apoſtolorū à Paſcha ad Pēthecoſtē, non eſſe ieiunādū.

5 *Sabbato non eſt ieiunandum.* HÆR. Ex ſuperiorib. locis, ac ſummorū Pontificum decretis habetur, ſabbato quatuor temporū eſſe ieiunandum. Si tñ Gręci non ieiunant, hoc non reddit ieiunium noſtrum vanum, qui Eccleſiæ Romanæ ſtatutis obedimus. At ſi obijciant nobis Græci. Quod Canon. 65. Apoſtolorum uetat, quod nunquā ſabbato ieiunemus, niſi vno excepto. Reſpondeo, ꝙ Apoſtoli hanc conſuetudinem non ieiunandi ſabbato non tradiderunt cunctis fidelib. ſed eccleſiis orientis, propter Simonianos, qui mundum à Deo factum eſſe negabāt ac in ſabbato quieuiſſe ſed propter hęreticos, qui inibi eſſe futuros in ſpiritu cognouerunt, qui die Dominico, ac ſabbato ieiunabāt, in cōtumeliā reſurrectionis. Dico ſecūdo, qđ Apłi, nō potuerūt, quo ad Sūmū Pōtificē ligare, quin ille pro ſumma & ęquali authoritate, nō poſſet reuocare, ſm oportunitatē, ſicut & de ſuffocatis fecit, qđ tñ Græci obſeruāt. Adhuc inſtabūt Synod. Trullana, Romanā repręhēdit Eccleſiā, q a ſabbato ieiunat. Dr̄ ꝙ Canones Trullanæ Synodi nō ſunt authoritatis, nā etſi dicat à Vigilio Rom. Pontifice approbatos tñ falſū eſt, ſed neq; fieri potuit, ſi qdē, non ſolū poſt Vigiliū ſed 24. ann. poſt 6. Synod.

quæ Agathonæ Pôtifice, côtra Monotholitas habita est, Canones illos qui sextæ synodi esse feruntur editos esse constat; nullam ergo habent authoritatem, & si à Græcis inuiolabiliter obseruentur.

6 *Homo quando ad statum perfectionis peruenerit, non tenetur amplius ieiunare.* Begardi, Beguinæ. HAER. Quis vnquam Saluatoris excellentiam sanctitatis equabit. Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius quis D. Ioã. Baptistæ sanctitatem, quo inter natos mulierum nõ surrexit maior, & tamen ambo ieiunauerunt. Quis carnis stimulos non sentit, & ab eis non vrgetur, de quibus D. Paul. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. D. Paul. Item de se dixit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. est etiam contra eos ecclesię decretum, & damnantur de hæresis. clemen. ad nostram, vt in Indice hæresum diximus.

7 *Ieiunare sponte melius est quam ex obedietia.* Eras. Erron. Vt ecclesię Hyerarchiam destruant hæretici, & colla excutientes pro suo arbitratu viuere possint, dixerunt omnia eò meliora, quò spõtanea sunt. At hoc falsum est. Nam dicitur. Melior est obedietia quàm victimæ. 1. Reg. 15. & idem opus, si ex voto fiat, & sponte, maioris est meriti, vt Doctores affirmant. vt verbo Religiosus demonstrabo.

Obiectiones hæreticorum contra ieiunium.

Confirmant hæretici suam obstinatam ebrietatem & crapulam, multis argumentis. Primum est. D. Paul. ad Coloss. 2. ait. Nemo vos iudicet in cibo & potu, aut parte diei festi. ergo non est ieiunandum. Respondeo, quòd Apostolus scribebat contra eos, qui Iudaicas ciborum obseruationes de immundis, & mundis cibis reuocabant. Nam dixit, quæ sunt vmbra futurorum. Non ergo damnat ieiunium, sed Iudæorũ obseruantiam. Secundo dies omnes sunt equales. ergo non est magis vna die, quàm alia ieiunandum. Nec Papa habet potestatem hoc onus imponere, vel statuere certos dies. Dicitur quòd falsum est totum assumptum in argumento, quòd fuit olim Aerij, vt testatur D. Aug. de hæresibus ad quod vult Deum, & postea Vigilantij, & Iouiniani. Nam ecclesia post eos declarauit dies, quibus est ieiunandum. Tertio D. Paul. ad Timot. 1. c. 4. ait. Et abstinere à cibis quos Deus creauit. ergo non est ieiunãdum. Dicitur quòd nos, non ieiunamus, quia cibi mali sint, sed ad corporis maceratione ad Domini exemplum, torquent ergo hæretici scripturæ sensum. Quarto ieiunant quasi ex ipso ieiunio iustificentur, quod est falsum. nam ex fide est iustificatio, dicente Apostolo ad Rom. 3. Arbitramur hominem iustificari absque operibus legis. Dicitur, quòd vtique speramus ex diuina promissione consequi premium, nam Dominus dixit. Matt. 6. & pater tuus, qui vidette in abscondito reddet tibi. ecce merces promissa, sumus tamen nos serui inutiles, & opera nostra, vt nostra, non sunt tanti meriti. Attribuit tamen iustificationem D. Paul. Fidei immediate, operibus vero completiue. Dico secundo, quòd sensus verborum D. Pauli est, quòd homo iustificatur sine operibus legis Moysis, sed per fidem Iesu Christi, quæ semper habet charitatem comitem loquitur. Fides ergo iustificat, & opera diuersimode, vt dixi in explicatione epistolæ D. Iacobi, quomodo nõ sit contrarius D. Paulo. Quinto Chrisosto. Hom. 78. in Matt. dicit, quòd ieiunium absque eleemosina nihil prodest. Vel ergo eleemosinę, meritum tribuendum, vel quia q ieiunant sine ea nihil faciũt. & hoc idem dicit Timot. ad Ecclesiam Cathol. scriben. lib. 1. Respondeo primo, quòd loquitur de actu interiori misericordiæ, nam exteriorem actum eleemosinæ, nõ possunt omnes facere. Secundo dico, quòd loquitur illis, qui possunt, vt per hoc ad charitatem incitaret omnes, sic etiam Thimot. exponendus est.

Iepte.

Iepte constituitur super Israelẽ. Iud. 11. a. b.
Iepte filius meretricis, pater Galaad fugit ad fratres suos, & habitat ĩ terra Ieb. Iud. 11. c
Iepte vouet se Domino imolaturum, quòd sibi primum occurrerit. Iud. 11. f
Iepte imolat filiam reuertenti sibi, prima cũ fuerit occurrens. Iud. 11. g
Iepte pugnat contra Ephraim. Iud. 12. c
Iepte moritur. Iudic. 12. c
Iepte, peccauit vouendo, & reddendo, ponitur tamen in Cathalogo Sanctorum, propter fidem, deuotionem, & victoriam, & proba-

probabile est pœnituit. Conc. Tolet. 8. Can. 2. differens de incautis iuramentis dixit quòd errauit. Cuius hæc sunt verba. Nam de Iepte quid dicam, qui imolauit filiam, quæ sibi victori primum occurrerat, quo votum impleret, quod spoponderat, vt quicquid sibi primum occurrisset offerret Deo? Melius fuerat, nihil tale promittere, quàm promissum soluere parricidio. Hæc Concilium. Et D. Tho. 2. 2. q. 88. a. 2.

Ieremias.

Ieremias non fuit vir sanctus, nec eius authentica est Prophetia. HAER. Vetus Hebræorum traditio quàm ecclesia recepit est; Quod Ieremias fuit ortus ĩ vico Anathoth qui ab Hierusalem tribus miliaribus distat. Qui fuit Sacerdos, & Propheta. Eius pater fuit Helkias Sacerdos ille magnus, qui inuenit librum legis tempore Iosiæ. Fuit in vtero matris sanctificatus, qui & si in peccato conceptus, nascitur tamen sanctus. Antequam exires de ventre sanctificaui te. Et adhuc puer cepit prophetare in Hierusalem, de futura siccitate; reprehendit iniustitias Ierusalem, & de aduentu Regis Babylonis ad excidendam terram Ægypti, & aduersus Babylonem. Hic in Iuda tantum prophetauit, & Beniamin. Prophetare cępit in diebus Iosiæ filij Amon Regis Iuda, vsque ad annum tertiumdecimum Regni eius; deinde prophetauit in diebus Ioachin filij Iosiæ Regis Iuda, vsque ad consumationem vndecimi anni Sedechiæ filij Iosiæ Regis Iuda, ita vt eius Prophetia per tres Reges contexta sit, vsque ad captiuitatem Hierusalem in quinto mense. Quo tempore fuit Arrius Martius, & Tarquinus priscus. Inter ipsum, & Esaiam fuerunt anni 150. & Sophonias fuit eius contemporaneus. De genere mortis eius, Iosephus lib. 10. c. 10. testatur in cæno fuisse demersum. D. vero Hieron. dicit eum post multas iniurias tandem apud Taphnas in Ægypto, à populo lapidibus obrutum occubuisse. Iacet vero eo loco sepultus, quo dudum Pharao Rex habitauerat, & magna veneratione Ægyptij colunt. Moritur circa annum ab orbe condit mter millesimum quinquagesimum. Scripsit (vltra Prophetiam & lamentationes, ac duas epistolas ad Hebræos in Babylone captiuos, quarum altera Hieremiæ c. 29 altera Baruc sexto,) multa alia, quæ compendio refert. Sixtus tom. 1. lib. 2. Bibl. sanctæ. Hæc ex Orig. Hom. 9. in Ierem. Gregorio Nazianzeno in oratione ad sudditos Athan. in Synopsi. Hieron. in præfatione D. Aug. lib. 18. de ciuit. Dei. c. 33. Gregorio 1. Reg. c. 13. & Iosepho. lib. 10. c. 8. & 10. antiquitatum. & authore operis imperfecti. c. 22. Hom. 41.

2 *Hieremias non est mortuus.* Victorinus Martyr in Apoc. c. 11. arbitratur non fuisse mortuum Hieremiam, sed in Paradiso terrestri viuere, vt in die Iudicij cõtra Antichristum veniat. sed hæc opinio contra omnes alios peritiores est, atque ideo fugienda.

Ieroboal.

Iereboal, quare vocatus est Gedeon. Iudic. 6. f

Ieroboam.

Ieroboam filius Nabet fit rebellis Salomoni. 3. Reg. 11. e

Ieroboam filij Nabat, traduntur decem tribus per Achiam Prophetam. 3. Reg. 11. f

Ieroboam fugit à facie Salomonis. 3. Reg. 11. g

Ieroboam constituitur Rex à populo, super decem tribus Israel. 3. Reg. 12. e

Ieroboam imolans vitulis aureis increpatur à Propheta. 3. Reg. 13. a

Ieroboam nullo signo retrahitur, à via sua mala. 3. Reg. 13. g

Ieroboam impius filius Ioas Regis Israel regnat, per quem Deus Israelem liberat. 4. Reg. 14. e

Iesus.

IESVS, significat naturam humanam. & dicitur Saluator, ipse enim saluum fecit populum suum à peccatis eorum. In Græco dicitur Sothir, Hebraicæ Iesus. Latinè Saluator. Vnde in veteri testamento tres Saluatores fuerunt, hoc nomine nuncupati. Primus Iesus, siue Iosue, ob eminentem victoriam in pręlijs obtentam. Secundus Iesus Sidrach, ob excellentem scientiam, & doctrinam, qui author ecclesiastici dicitur à multis. Tertius Iesus Iosedech ob singularem vitę bonitatem, qui fuit Sacerdos.

cerdos. IESVS vero noster his omnib. de causis dicitur IESVS; & hoc nomen ab Angelo fuit pronunciatum, ac in circũcisione pósitum. Et est super omne nomen, ratione eius cui imponitur, & à quo & ad quod imponitur, cui omnia genuafle ctunt. Et nouum est nomen, inusitatum, quia & salus noua, ac inaudita est, & sicut res gestæ excedunt omnem facultatem, sic & nomen. Eius virtutem, ac literarum significationem Sybilla prædixit. Et Beda libro 1. Comentariorum in Lucam, nam ipse literæ, quas illud nomen continet, significant nostram salutem, sex quippe literis scribitur apud Græcos ΙΗΣΟΙΣ. népe. I. & H. & Σ. & O. & Σ. quarum numeri sunt decem, & octo, & CC. & LXX. Et CCCC. Et CC. Qui simul faciunt. D.CCCLXXXIII. Qui certè numerus figuræ resurrectionis gaudet. Octauus enim numerus in sacris literis resurrectionis gloriæ conuenit, quia Dominus octaua die, hoc est post septimã sabbati resurrexit & nos quasi octauo die resurgemus. De hoc. D. Th. 3. par. q. 37. & in 3. d. 10. Et Scholastici.

Ignis.

Ignis non est in inferno. HÆR. Quanta sit pœnarum acerbitas, non dum semel, sed pluries in sacris literis est repetita. Nam Dominus prædixit. Matth. 13. Exibunt Angeli, & separabuntur malos de medio iustorum, & mittent eós in Caminum ignis, & ibi erit fletus. Et cap. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Et Luc. 16. Crucior in hac flamma. Patres sic exponunt. Chrisost. Hom. 4. in epistolam ad Rom. Videmus enim & in præsenti quoque vita gehennæ effigiem, &c. D. Hieronym. in Comentarijs epistolæ ad Ephes. libro tertio exponit verba ex capitulo quinto. D. August. vigesimoprimo, de Ciuitate Dei, capitulo decimo D. Greg. quarto Dialogorum. Et Scholastici in quarto distinctione, 44.

2 *Ignis inferni, non est corporeus.* HÆRET. Communi Peritissimorum Patrum expositione locis proximè citatis, ac à Scholasticis dicendum est, ignem esse corporeum, & eiusdem speciei cum nostro. Vt D. Thom. in quarto, & alij dicunt, quòd urit, at non comburit, hoc est non consumat. Et affligit ne dum corpus, sed animam, & Dæmones. Sed dices quomodo corpus agit in Spiritum? D. August. respondet uigesimoprimo, de Ciuitate Dei, quòd hoc est virtute diuina. Et acerbissimos intrinsecè, & extrinsecè patiuntur dolores. Obs. etiam, quòd D. Hieronym. vt annotat etiam Sixtus tomo secundo, annot. 229. libro quinto, videtur expressè negare, in fine decimi octaui super Esaiam, quòd ignis ille sit corporeus. Vbi loquitur ex Origenis sententia. Item aduertendum, quòd locus quidam Diui Gregorij, est deprauatus & corruptus, qualis libro decimoquinto Moralium, ubi vocat ignem incorporeum, quòd falsum est, nam ipse ubique locorum affirmat ignem esse corporeum, atque ideò ly In, debet deleri.

Vel saluari potest, quòd sit quo ad effectus incorporeus, quia producit effectus incorporeos Spiritus torquendo. Demum aduertendum, quòd Origenes. Hil. Ambros. Basil. Hieronym. & Lact. libro septimo diuin. institution. capitulo vigesimoprimo, dicunt, quod omnes Sanctorum animæ sunt igne purgandæ, intelligendum de illis est, quæ non sunt omninò à sordibus expurgatæ. Vt Sancti Apostoli, ac Beata Virgo, quæ omni culpa & reatu sunt liberi. D. Tho. quarto, distinctione, in quadragesimaquarta, dictum Diui Augustini, qui libro duodecimo super Gen. ad litteram Et uigesimoprimo, de Ciuitate Dei, capitulo decimo, dicit, non esse corporeum. Exponit quo ad moudum, quia animam spiritualiter cruciat.

3 *Ignis non est in purgatorio.* HAERET. Inferius de purgatorio erit scribendum, nunc sat sit uerba. D. August. ac Isidori afferre, quibus hæc hæresis conuincatur. D. Augustinus serm. 41. De Sanctis, qui est sermo quartus de animabus defunctorum. Fundamentum enim aliud &c. Illo transitorio igne de quo dixit Apostolus purgari non poterit, sed æterna illum flãma sine ullo remedio cruciabit. Isidorus li. 1. de officijs Ecclesiasticis, c. 18. Nõ remittet ei, neq; ĩ hoc seculo, neq; ĩ futuro, demõstrat qbusdã illic dimittẽda pctã, & quodã purgatorio igne purgãda. Hęc Isidorus. D. Greg. et;

ac Scholastici affirmant eundem esse Purgatorij, atque inferni ignem. Ricar. 4. dist. 44. q. 10. art. 2. Brulifer. 4. dist. 21. quæst. 94. Thomas de Argent. 4. dist. 44. Gerson part. 3. Trac. 3. de canticis & solatium. & par. 4. serm. pro defunctis. sed de his suo loco.

Ignorantia.

Ignorantia est error in anima, sic eam definit D. Aug. in Enchir. cap. 16. Et errare nil aliud est quam verum iudicare quòd est falsum, & falsum affirmare esse verum. Hæc distinguitur à nescientia. Nam nescientia est simplex carentia scientiæ. sed ignorãtia proprie est eorum, quæ quis est aptus scire, & debet. Error vero addit approbationem falsi, sed hæresis addit per tinaciam contra fidem. D. Tho. p. p. q. 101. primo. secundum.

Ignorantia multiplex est. inuincibilis, affecta ta in se, vel in sua causa, iuris facti, causa actus, & non causa. Prima, & quarta excusant à peccato in toto, secunda, & tertia excusant non in toto, quinta excusat à toto si non sit culpa, sexta vero nec excusat, nec minuit peccatum. p. 2. q. 74. 1. 2.

Ignorantia iuris potest distingui secundũ distinctionem iurium, quorum aliquod est naturale, aliud Diuinum, aliud humanum siue positiuum, & hoc, vel Canonicum, vel legale.

Ignorantia iuris quædam ad salutem necessaria, quædam non.

Ignorantia facti quædam facti in se, quædam est ignorantia circunstantiæ, quædam ignorantia sequelæ ad factum.

Ignorantia facti dupliciter euenire potest, aut adhibita diligentia, & hæc excusat à toto, sicut patet de concubitu Iacob cum Lia. Aut contingit non adhibita diligentia, & hæc excusat à tanto, non à toto, vt patet de Lamech, quando occidit Cain, cum tamen feram putaret occidere.

Ignorantia affectata est quando quis nõ vult scire, ad quæ tenetur, de qua dicitur. Noluit intelligere, vt bene ageret. & Iob. 22. Recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus.

Ignorantia crassa est, quando quis ex ignorãtia non vult scire, quæ debet, & hæc prouenit ex negligentia, & pigritia, non quia absolutè non vellet, sed delectatione rerum impeditur, ac retrahitur.

Ignorantia inuincibilis est quando quis facit quod potest & tamen nescit, vt si diuulgatur lex, & quis facit quod potest vt sciat, nec vnquam intelligere, aut audire potuit, hęc dicitur inuincibilis. Hinc dicunt quod agere ex ignorantia & agere ignoranter differunt, quia agere ex ignorantia est ignorantiam esse causam, vel dispositionem ad huiusmodi actum, puta quando agens non ageret si non ignoraret, vt si quis in sexta feria comedit carnes, nõ commesturus si sciret. sed agere ignorando est, dum ignorantia habet se, vt contingenter ad operationem, ita quod propter eam agẽs nec agit, nec ab actione cessat, & hęc à tãto excusat, non à toto. De his Magist. 2. dist. 22. D. Tho. p. 2. q. 86. Alex. 3. p. Bon. 2. distin. 16. q. vlt. Biel. 2. dist. 22. q. 2. art. 2.

Imago.

Imago nulla est adoranda. Felix. Seuerus. Lut. HÆR. Multa verbo adoratio diximus, nũc pauca nõnulla repeto. Præcepit Deus Iudæis imagines fieri. Exod. 25 Deus quoque Cherubin aureos & productiles ex vtraque parte oraculi, vnus in latere vno, alter ex altero. Num. 12. etiam dicitur. Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo. Seth iustus primus imagines fecit, Eusebio authore. D. Hieron. affirmat, quod Iudæi imagines fecerint. Imò vero, vt placet Eusebio, & Damasceno, & nonnullis alijs. Christus suæ faciei imaginem misit Abagaro Edessenorum Regi, quę Genuæ asseruatur in ecclesia sancti Bartholomei. Rursus faciem suam linteo impressam reliquit Veronicæ, qua sanatus est Tiberius Cæsar. Lucas Euangelista Deiparem depinxit, vt communiter tenent Catholici. Euangelium Nicenum secundum post longas disputationes statuit imagines esse adorandas. Carolus Magnus quatuor edidit libros, de adoratione imaginum. Basi. Hom. 49. 40. Martyrum, & alibi pluries. Scholastici omnes conueniunt. Deceptus est etiã Erasmus, qui asseueranter affirmat, ac euidentissimè se demonstrasse persuadet, non esse Sanctorum imagines adorandas. quæ tamen dicta omnia commentitia sunt, ac solum ad detrahendum venerationi Sanctorum collecta, potiusque ad idolatriam fugiendam. At de his superius.

Turrianus lib. primo. capitulo 25. Probat esse traditionẽ Apostolicam, adorare imagines. Arguit Luth. primo. Non facies tibi sculptile. Secundo, hoc uitium seuerè punitur in Deu. Tertio. Est occasio erroris, nam si hebræi Idola Ægyptiorũ nõ uidisent, nõ adorassent. Hæc facillima sunt apud oẽs.

Imperator.

Imperator suasione Diaboli ditauit Ecclesiam. Vuitclef. Hus. Luth. Eras. Laurẽtius Valla. HÆR. Quomodo suasio Diabolica est eleemosinas elargiri, cum Dominus dicturus sit in nouissimo die, quòd vni ex meis minimis fecistis mihi fecistis. Esuriui & dedistis mihi manducare. Si ergo, quòd vni fecimus, quasi suum reputat, quid illis erit dicturus, qui Ecclesiæ vniuersali bona contulerunt, & oppressam suã sponsam subleuarunt, & tot agitatam procellis, quasi in portum receperunt. Adde, quòd Siluester Romanus Pontifex eam suscepit donationem, quam sanctissimi successores retinuerunt, & retinent. Non est ergo, cur iniustè dentibus suis Caninis, hæretici Ecclesiam mordeant, tot seculis receptam donationem.

2 *Imperator Constantinus non donauit Siluestro Imperium, sed fictitia est historia Papistarum.* ERRON. Arriani Ecclesiæ infestissimi aduersarij, hanc in humanis mentibus seminarunt Zizaniam, quam collegerunt multi. Quod uero fictitia non sit ista donatio ex historijs deducitur. Nam ex scripta est in Bibliotecha Cõstãtinopolitana, & in Romano Palatio. Rursus i Niceno Conc. scribitur confessio, quam facit de fide Constantinus, & decretum donationis, simul cũ priuilegio ob quam causam dictus est à Græcis Sanctissimus, ac Apostolis coæqualis. Item in septimo Concilio sub Adriano Tertio, fuit approbata ista donatio, ut refert Gratianus di. 96. cap. Constantinus. In Concilio Constantiensi damnatur articulus Vuitclef. in quo asseruit Cõstantinum errasse, & Siluestrum dotando Ecclesiam. Imo multi Iurisconsultorum uocant eam donationem restitutionem, quia Papa est Christi Vicarius, cuius est orbis terrarum, & vniuersa quæ habitant in eo. Vt scribit Capistranus, ac doctissimus Albanus secunda parte. Quod pium sit dictum, an uerum alij iudicent. Hoc certum est, quod si fuit restitutio, quo iure retinent alij Imperiũ, & Respublicas, forte respõdere poterunt, hanc rerum temporalium administrationem à summis Pontificibus fuisse permissam. At hoc dicere nõ est satis, quia nullus scribit, nec apparet ista permissio. Historici hanc donationem referunt. Isidorus. Singibertus, Martinus Cõsentinus, Tolomeus Poggius. Petrarcha. Cardinalis Turrecremata. S. Antonin. Iacobus de Voragine. Iacobus de Valentia. Aug. Eugubinus. Iuris Consulti fermè omnes, uel præcipui. Bart. Bald. Ang. Ioan. de Lign. Alex. Innocẽtius. Restaurus Castaldus, & Rinaldus Rodulphus Iurisconsultus Perusinus supra ordinarius, ac Primariæ Cathredæ in Perusino Gymnasio in præsentiarum præfectus, non sine maximo non dicam Italiæ, sed totius Europę admiratione. Sed nec meus est animus eius encomia celebrare, cũ nec quid potissimum laudem in tanto viro vix dicere queam, quippe qui scientiarũ omnium orbis merito nuncupari possit, quibus coniunctum habet prudentissimum animum, & talem dicendi energiam, talem elegantiam, ut cum Ciceroniana conferri possit, hinc unde confluunt ad eius nobilissimam Cathedram. An uero hæc sint ex animo lenitate, uel immoderatè dicta, quisque diiudicare poterit ex eruditissimis eius orationibus, quæ Typis superioribus annis datæ sunt. Sed ad rem nostrã reuocetur oratio.

3 *Imperator Constantinus, non potuit, nec debuit donare Ecclesiæ.* HÆR. Hæc hæresis nota à nobis non immeritò signatur, cum ex Vuitclef fonte sit hausta. Contra quam est decisio Concilij Constantien. ut diximus. Nam si donare non potuit, furtum fuit, & iniustè retinet Ecclesia, & damnati essent tot Romani Pontifices, quos colimus, & aras erigimus, & quid absurdius dici potest?

4 *Imperatores, successores Constantini, potuerunt eam donationem reuocare.* ERRON. Donatio illa facta fuit inter uiuos, omnibusq; clausulis requisitis expressis, ut est uidere dist. 96. c. Constantinus, & præsentibus Satrapis, Magnatibus, ac senatu, nemineque contradicente, & sic Principes donare possunt, nec reuocare possunt, ualidiori argumento, quæ Ecclesiæ donata sunt. Quod enim semel Deo donatum est, reuocari nõ

potest

potest. Errãt ergo dum affirmant, quod totius Ecclesiæ consensui aduersantur.

5 *Imperator potest condere legem contra Ecclesiam*. HÆRE. Hoc facile est confutare quoniam Dominus Apostolis, ac successoribus data est potestas, & clauis, ut contendunt omnes Catholici. Et Symmachus Papa dist. 10. Hoc reprobat. Nam sicut prima sphera, ac cęlum, alios mouet, sic summus Põtifex omnem aliam potestatem. Vt uerbo Papa fusius explicabitur.

6 *Imperator non tenetur obedire Romano Pontifici*. HÆR. Quemadmodum res naturales ab alijs mouētur, sic in Christiana Reipublica fateri debemus esse suppremum caput, quod alia mouet. Et talis est Romani Põtificis authoritas supra alios. Imo D. Cyrill. lib. Thesaurorum docet. Filius Dei quemadmodum ipse à Patre accepit Ecclesiæ, & gentium sceptrum, & potestatem super omnem principatum, & super omne quodcunque est, vt in eius nomine genua cuncta curuentur, ita eãdem amplissimam potestatem Petro ac successoribus suis plenissimè concessit. Hoc etiam scribit. B. Thom. 2. 2. q. 104. primo. Et iuris cõsulti, vt author est Doctissimus Albanus par. 2. nu. 19. Qui ex Bart. probat, Papã posse citare omnem hominem in quocunque loco existentem.

7 *Imperator non debet à Papa confirmari, nec ab eo pendet*. ERRON. Hoc confutatur, ex c. Significasti, extra de electione, ubi legitur, quòd translatum est Imperium, & Imperator debet à Papa cõfirmari, approbari, & Coronari, & per tot annorum centenaria (ait Capistrinus) hoc iustissimè seruatum est. Et inuictissimus Carolus quintus Bononiæ à Clemente septimo fuit Coronatus.

8 *Imperator non potest iustis, vel aliquibus causis à Papa deponi, vel non Coronari*. ERRON. Sicut Papa potestatẽ donauit Germanis, vt Imperatorem eligerent, sic quãdo illi à fide exhorbitarent, & ea potestate abuterẽtur potest eos illa expoliare, & electum non cõfirmare, nec Coronare. Quid enim agendum esset, si electus esset indignus, paganus, Hęreticus Tyrannus, excõmunicatus, fatuus, aut Ecclesiæ persequutor? Profecto erraret sumus Pontifex, si talem confirmaret, vt habetur extra de electione c. ca. Venerabilem. §. Nunquid enim. Ius est eligendi Imperatorem apud Germanos, vt dicitur. 23. q. 1. Ex his. Fateantur & ipsi Imperatorem debere constituere hominẽ, qui colla Romano Pontifici, atque Ecclesiæ submittat. Aliàs nedum non debet Coronari, imo & deponi debet. Nã & Zacharias Papa Regem Francorum, nõ tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo ꝙ tantæ potestati erat inutilis à Regno deposuit, ac Pipinum Caroli Imperatoris Patrem in eius locũ substituit. 15. q. 6. Alius. Vbi glossa dicit. Ergo Papa deponit Imperatorem. Et Innocentius IIII. in Concilio Lugdunensi priuauit, & deposuit Imperatorem Federicum. Vbi Ioan. And. in gl. 1. Dicit hoc idem. Hactenus Capistrinus de auth. Papę, & Concilij.

9 *Imperator adest Concilio, vt iudex earum rerũ, quæ fidei sunt diiudicandæ. Protestantes*. HÆRET. Quantum aberrent Protestantes, suo loco iam demonstrauimus, modo ipsorum Imperatorum exemplo referam; qđ si aliquando ipsi, vel eorum oratores interfuerunt, hoc fecerunt, non vt rerum Ecclesiasticarum iudices, sed vt Ecclesiæ custodes, ac Proctetores. Obmitto, quod in his, quæ Dñs Saluator noster, ac sanctissimi patres de fide decreuerũt, nullus Imperator, nec Laicus interfuit. Et ex Concilijs ipsis legitur, quòd Imperatores venerunt ea ratione exposita, ac pro religionis cõcordia, & custodia. Nam Cõstantinus ille magnus quem ob oculos alij Christiani Principes habere debent, interfuit Concilio Niceno postvbiquam ab Episcopis facultatem obtinuit, ut inde appareret, non ut iudicem, sed custodem aduenisse. Theodosius etiam scribens Synodo Ephesinæ dicit. Illicitum esse eum, qui non est ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis admiscere tractatibus. Martinianus Princeps Christianissimus idem sequutus dixit in Calcedonensi Synodo, ad cuius instantiam ex Nicena vrbe, ibi fuerat celebratum à Leone. Theodoricus Gothorum Rex (non admodum ortodoxus) in Concilio quodam, ꝙ in causa Symmachi Romani Pontificis celebratum est, in quo Concilium cum diceret iudicare non posse primę sedis Episcopum aduersarij prouocabant Regem, qui diuinitus inspiratus, vel tantorum Imperatorum exemplo permotus. Respondit. Ad Synodum solam pertinere in tanto nego-

cio sequenda præscribere, nec ad se quicquam præter reuerentiam de ecclesiasticis rebus pertinere. Basilius Imperator, in octaua synodo acriter fatetur, quod qui ciuilibus officijs occupantur dicendi quicquam de ecclesiasticis causis, sed tale munus esse tantum Pontificum, & Sacerdotum. Sic itaque si quando Imperatores interfuerunt concilio, hoc tantum fecerunt ad concordiam, atque ecclesiæ defensionem. Aliàs non licet nec Episcopos reprehendere, nisi fuerint imitatores Cam contra Noe. Hæc Barth. Miranda.

30 *Imperator potest Papã iudicare, ac deponere.* Marsilius Patauinus. HÆR. Quando vnquam membra capiti, restiterunt, vel aduersus illud insurrexerunt. Sic nec Imperator nisi tyrannicè potest contra papam venire. Hoc authoritatibus confirmatur. Primo ex oct. synodo vniuersali, vt habetur dist. 22. c. diffiniuimus neminem prorsus potentem quenquam eorum, qui Patriarchalibus sedibus presunt inhonorare, aut amouere à proprio trono tẽtare, præcipuè quidem sanctissimum Papam senioris Romæ. Secundo Constantinus Imperator cum quidam Clerici apud ipsum causam disputarent dixit (vt legitur 11. q. 1. c. continua) vos à nemine iudicare potestis, qui ad solius Dei iudiciũ reseruamini. Tertio dicitur dist. 96. c. si Imperator. Si Imperator Catholicus est, quòd salua pace ipsius dicimus filius est, non præsul ecclesię quod ad Religionem competit discere ei competit non docere. Quarto Innocentius scribens Constantinopolitano Imperatori, vt legitur ext. de maio. & obed. c. solite. Præterea nosse debueras, quòd fecit Deus duo luminaria, in firmamento cœli, luminare maius, vt præesset diei, & minus, vt præesset nocti, vtrunque magnum, sed alterum maius. & infra, quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoscatur. Quinto est authoritas Gregorij Nazianz. scribens Imperatoribus Constantinapolitanis, vt habetur dist. 10. c. suscipitis. Dedit & nobis potestatem, dedit & Principatum multo perfectiorem Principatibus vestris. Sexto Concilium Aphricanum, vt legitur 11. q. 1. c. placuit. Placuit, vt quicunque Clericus ab Imperatore cognitionem publicorum Iudiciorum petierit, honore proprio priuetur. Septimo spiritualis potestas non iudicatur à temporali. Hoc est quod docet D. Paul. 1. Corinth. Secundo. spiritualis sermo omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur. Octauo Imperator iudicat, quæ sunt sui foris. Papa non est de suo foro. non ergo eum iudicare poterit. Hæc Turrecr. lib. 2. c. 95.

Obiectiones hæreticorum.

Imperatorem iudicem esse Romani Pontificis, probant. Primo donans iudicat illum cui donat. At Imperator donauit. Ego & iudicabit. Secundo Pilatus iudicauit Christum. ergo Imperator Papam. Tertio beatus Paulus fuit inferior Imperatore, & ab eo iudicatus, quia ad eum appellauit. ergo & Papa. Quarto in veteri lege summus Sacerdos Abiathar fuit à Salomone depositus, & Sacerdotio priuatus, vt dicitur 3. Reg. 1. Ergo & Papa poterit iudicari. Quinto Leo submittit se iudicio Imperatoris Ludouici, vt dicitur 2. q. 7. c. nos. ergo & alij subire debent idem onus.

Quanti sint ponderis huiusmodi rationes, ex earũ solutione manifestabitur. Et ad primam quidem respondeo, quòd non habuit Papa ab Imperatore primatum, sed à Christo Domino, cui & si ei Imperium donauerit, non potest tamen illum iudicare, non ergo sequitur quòd infert. Ad secundam dico quòd subiectio illa Domini fuit voluntaria, non quia Pilatus de iure in eũ habuerit potestatem. Vnde dixit. Potestatem nullam aduersus me haberes, nisi datum esset desuper. Ad tertiam respondeo quicquid alij dicant, quod non infertur, quòd de iure fuerit Imperator iudex ordinarius D. Pauli, sed erat D. Petrus, quia vero erat in infantia ecclesiæ, non poterat suas vires exercere, vt modò, quia tyranni omnia occuparũt. Ad quartam dico, quòd non est eadem ratio de Sacerdotio Iudæorum & nostro, nam ille erat ex propagatione, nostrum vero ex Dei speciali vocatione. Dico secundo, quòd Salomõ sic ex Dei instituto iudicauit, nã dr̃ 3. Reg. c. 2. Eiecit igitur Salomon Abiathar, vt nõ esset sacerdos Dñi, vt impleret sermo Dñi quẽ loquutus est super domũ Heli in Sylo. Ad quintã de Leone dicitur, quòd fuit ex supererogatione non de iure, ac ad maius ecclesiæ beneficium.

neficium. Non ergo Imperator erit Iudex Roman. Pontificis.

Incantatio.

Incantatores suis incantationibus idem faciunt quod Moyses. Exod.7. b d

Incantatores fatentur potentia Dei fieri, quod fecerat Moyses. Exod. 8. d

Incantatores percutiuntur à Deo vlceribus in vesicis coràm Pharaone. Exod.9. b

Incantatores nulli sint. Deut.18. b

Incantationes sunt licitæ. HÆR. Satis scripsimus supra verbo diuinatio, ac eius species diximus, hoc loci tantum annoto quòd incantatores propriè dicuntur, q. verbis suis naturalẽ virtutẽ superare arbitrãtur. Contra quos scribitur. 26. q. vlt. c. admoneãt. Admoneant infideles Sacerdotes populos suos vt nouerint magicas artes, ĩcãtationes que &c. & D. Greg. 26. q. 5. c. si qs. Si qs ariolos, aurispices, & incantatores obseruauerit, aut Phylaterijs vsus fuerit. Anathema sit. Iud. inquisit. verbo diuinationes Incantationes esse fugiendas docuit, Concil. Laodic. c. 36. & habetur 26. q. 5. non oportet.

Incestus.

Incestus non est peccatum. HÆR. Ex Leuitico incestum esse prohibitum demonstratur. Nam inibi matrimonij gradus assignãtur. Et incestus, vt dicit Magist. 4. dist. 41. & post ipsum alij est consanguinearum, uel affinium abusus. Vel vt Palud. & D. Thom. est cum consanguinea, vel affini coitus prohibitus. & apud Pal. incestus est coitus in gradu in lege naturæ prohibitus. incestus committitur quando quis sororem suam cognoscit, aut cognatam, vel sororem vxoris suæ. Contra hoc Leu. 20. dicitur. viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. D. Aug. lib. de adulterinis coniugijs, & habetur 32. q. 7. Adulterij. Peius est enim cum matre quam cũ alia vxore concumbere. D. Grego. vt legitur 35. q. 3. Nec eam. Incestuosus vero, nullo coniugij nomine deputando à sanctis patribus statutum esse legimus. Quadruplici vero ratione prohibetur, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 1. Primo, quia homo naturaliter habet quandam honorificentiam parentibus, & consanguineis. Secundo, quia cum sanguine coniunctis necesse est conuersari. Tertio, quia impediretur multiplicatio amicorum. Quarto cum homo consanguineus naturaliter diligat, si adderetur nouus amor esset nimium ardens. Ideo incestus prohibetur. & dicitur incestus, quasi non castus.

Indulgentia.

Indulgentiæ non habentur ex sacris literis. Luther Eras. Quod sic apertè indulgentias doceant sacræ literæ, eo modo, quo summus Pontifex dispensat, nec ego affirmo, nec contrariam partem hæreticam appello. sed quod non habeant in sacris scripturis aliquod fundamentum, vnde ecclesia, quasi ex certis principijs eas deducat, qui hoc dicit, hæreticus erit, si fuerit pertinax. Nam de iubileo certum est, vt suo loco cõfirmabitur. De alijs etiam ex solo Dauide, & D. Paulo colligimus. nam Iob c. 6. dixit. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. ex quibus verbis habemus quòd ille multo plura sit passus, quàm pro suis peccatis commeruerit. Dauid Psalm. 118. dixit. Particeps ego sum omniũ timentium te, & custodientium mandata tua. D. Paul. 1. ad Coloss. ait. Nunc enim gaudeo in passionis meis pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt Passionum Christi, in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. His testimonium addo. Esa. cap. 61. qui in persona Christi loquitur. Spiritus Domini super me. & c. & inferius. Vt prædicarem captiuis indulgentiã. & quod loquatur ad hunc sensum patet. Nam Luc. 4. legitur, quòd Dominus Sabbato interpretatus est hunc locum in synagoga pro remissione, pro qua remissione venit Saluator.

Hinc Clemens Primus constituit quadragenam, per quam designauit pœnitentiam quadraginta dierum cum septem annis sequentibus, quam pœnitentiam iniungebant pro quouis peccato mortali, ita quòd per istos dies excludebatur ab ecclesia, & incedebat capite discooperto, sparso crine, & post eosdem dies iniungebatur eis pœnitẽtia septẽnis. Infra septẽ hos annos, non vescebatur carnibus, nec vino, nec lecto, nec balneo utebatur, sed dormiebat

bat in terra aspera uel lapide. Expleto hoc tempore licuit ipsis primo communicare corpore Dominico, vnde Papa dat indulgẽtiam quadragenam, del septenã, vel carenam in literis indulgentiarum, & prætendit illos absoluere de commissis. D. Gregorius stationes instituit, vt testatur. D. Tho. & alij in 4. Postea Alex. Tertius, deinde Innocentius III. in Concilio Lateranensi, ut habetur extra de Hæret. cap. Excommunicamus. §. Catholici. Et extra de pœnit. & remissione. c. Cum ex eo. Bonifacius octauus instituit Iubileum de 100. in 100. annis. Clemẽs quintus ad 50. reduxit. Paulus II. ad vigesimumquintum & Concil. Generale Constantien. sess. 6. damnat articulum 45. Vuitclef. qui negauit eas.

De Thesauro Indulgentiarum.

Vnde ortum habẽt indulgentię? Et si difficile uideatur multis demonstrare, unde tantus Thesaurus sit, & quãdo, & à quo oriatur. Tamen ex locis dictis sacræ scripturæ facillimum est deducere. Et tunc originem habuerunt, quando Dominus primam uocẽ similem alijs emisit foras plorans. Nam multa imo omnia passus est Dominus, & eius operationes sunt infiniti meriti. Sãcti etiam, Vt Beatissima Virgo D. Ioan. Bapt. Ieremia, Innocentes Martyres, & alij, & quoniam nulla est actio, cui non reddat Deus mercedem, ideo Thesaurus indulgẽtiarum est ex merito passionis Saluatoris, nostri, & sanctorum. Huius Thesauri claues datæ sunt Petro, & successorib. Matth. 16. & Ioan. 20. A Christo ergo capite, & sponso suo, habet Ecclesia indulgentias, & quicquid ad pœnæ debitæ solutionem promeruerunt, id totum ob corporis Mystici vnionem ad delendas aliorum membrorum pœnas supererogauerunt. Quemadmodum enim, nobiliora humani corporis membra inferioribus membris bona sua impertiuntur, & communicãt. Veluti epar uenis sanguinem, cor alijs membris uitales spiritus, & caput animales, quib. fit sensatio, sic in Ecclesia merita passionis Domini communicantur. Hoc dixit. D. Paul. loco superiore, pro corpore eius. Vbi D. August. Suas passiones dicit esse Christi, quia nostræ passiones, qui sumus Christi membra Christi sunt. Quicquid ergo pateris ab eis, qui non sunt in membris Christi, deerat passionibus Christi. Ex superabundantia ergo meritorum Sanctorum est Thesaurus indulgentiarum.

Quid sit indulgentia.

3 *Non est ambiguitas aliqua apud Doctores, in disputatione hac, & definiunt, quod indulgentia est remissio, ab indulgeo indulges, indulgere vero est remittere.* Et indulgentia est quędam remissio pœnæ debitæ pro peccato post cõtritionem habitam de Deo, ut colligitur extra de pen. & rem. Quod autem. Vel ut alij. Indulgentia est pœnæ relaxatio, quam quis iustè pro culpis proprijs facere debuisset de thesauro Ecclesiæ ad diuinam iustitiam persoluẽdam sumpta, quæ ut docent, respiciunt pœnam non culpam, sic à pœna non à culpa liberant. Caiet. sic eam describit. Indulgentia est actus absolutionis, ab iniuncta pœnitentia in foro pœnitẽtiali. Quã sic expono. Indulgentia est actus non ordinis, nam non omnis, qui sacris erit initiatus potest indulgentias dispẽsare, sed est actus iurisdictionis, hinc solis prælatis conuenit, nam ipsi tantum habent claues. Exigitur ergo ad indulgẽtia iurisdictio circa subditos, ideo ab oratione differt. Et ab iniuncta pœnitentia. Supponit determinatam esse pœnitentiam in hoc loco, uel quo ad actum signatum, vel exercitum.

4 *Indulgentias non potest Papa dispensare.* Luthe. Eras. HÆR. Fuit hæc hæresis damnata in Concilio Constãtiensi ut diximus. Nam Papæ dãtur Thesauri claues. Vnde D. Greg. Stationarias indulgentias concessit annis iam mille, & pluribus elapsis. Conueniebant namque fideles ad Ecclesias in vrbe ad indulgentias suscipiẽdas, sed quia charitas, & populorum concursus refrigescebat in sacris adorandis, & diuinis celebrandis, nec ad Dei verbum audiendum adeo proni erant vt retroactis seculis. Beatissimus Pater, ac Pastor Religiosissimus, ad diuina sic inflammabat, hortabatur, & indulgentijs prouocabat, quo beneficio è corpore excitati ad Ecclesias concurrebãt. Et quæ domus, quæ Respublica est, q̃ suis membris non ferat auxilium? quare & in Christi Ecclesia, ac domo unus non auxiliabitur alteri. Et Conc. Viennense sub Clemente quinto approbat indulgentias Vrbani

bani quarti pro festo Eucharistiæ. Hinc superioribus annis Romam conuenerunt infiniti propè homines ex omni regione. Gallia, Hispania, Italia, Anglia. Hungaria. Datia, Scotia, ac reliquis regionibus, ut medelam, ac veniam consequerentur.

Obiectiones Hæreticorum.

Furantur Hæretici Thesaurum indulgentiarum. Primo, quia indulgentiæ sunt causæ, quod homo non faciat multa bona. Respõdeo, quod indulgentiæ, non solum sunt causæ, quod homo tepidè operetur, sed faciũt eum industrium atque laboriosum, & experientia compertum est, quod quando Papa indulgentias dispensat, multi qui in vitijs, ac peccatis uiuebant, euigilant, surgunt, ac torporem & peccatorum onus excutiunt. Secundo, Christus non præcepit eas, ergo ad quid prosunt. Respondeo, ꝙ multa sunt præcepta in Ecclesia, q̃ nõ sunt à Christo immediate, sed mediantib. Apostolis, uel spiritus Sancti illustratione, qui semper præest in Ecclesia. Hinc claues reliquit in Ecclesia, & dixit. Vade ostende te Sacerdoti. Tertio, sunt causa, quòd homo multa peccata faciat. Respondeo, ꝙ hoc prouenit ex parte nostri, non dispensantis, alioquin & medicus, & medicina dicerentur infirmitatis causa. Et passio Christi, q̃ nos à pœnis & peccatis liberat esset peccati causa, quæ omnia sunt absurda. Quarto, per fidem, & absolutionem simul cõdonatur pœna, & culpa. Nam Christus satisfecit pro nobis. Posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrum. Esa. 53. Respondeo, quòd si satis est credere, cur punitus fuit Dauid morte filij, pro adulterio. 2. Regum 12. Cur Apostolis præcepit, vt pœnitẽtiam prædicarent. Cur præcepit Apostolus Paulus ei, qui cum Nouerca concubuit, ut satisfaceret pro peccato. 1. Cor. 5. Christus ergo satisfecit, & exigit, ut & nos satisfaciamus, & si opera nostra de se, non sint satis, sunt tamen ex Dei acceptatione, & exigit à nobis, quòd nostrum est, & possumus. Quinto, Sacramenta remittunt peccata, ergo ad quid indulgentiæ. Respondeo, quòd sacramenta remittunt culpam, sed remanet reatus, excepto in baptismo, hinc patet, quod satisfacere tenemur, & persoluere debita. Sexto, iurisdictio potest exerceri in inuitum. At indulgentia non potest exerceri in inuitum, ergo non est actus iurisdictionis. A. probatur, quia iudex inuito seruo in carcere detinet, & punit. Minor euidens est. Respondeo ad maiorem, nã nec omnis iurisdictio exercetur in inuitũ, quia inuitus non potest absolui à peccatis, & si forte ab excommunicatione. Septimo actus iurisdictionis non est ad se ipsum. At qui dispensat indulgentias, etiam sibi ipsi communicat. Ergo non erit actus iurisdictionis. Dicitur ad minorem, quod dispensator indulgentiarum sibi ipsi non immediate dispensat, sed per confessorem cuius iudicio, & authoritati se committit. Octauo, Archiepiscopus dispensat per totam prouinciam, & tamen non nisi in casu habet super eos iurisdictionem, ergo non est actus iurisdictionis, ut dicitur ext. de offic. Past. ca. Pastoralis. Dicitur quòd unus casus, quo habet in totam prouinciam authoritatem, vnus est dispensatio indulgentiarum. Nono, si uerum est fundamentum unde indulgentiæ probantur ex dicto D. Pauli adimpleo. Ergo Christus non adimpleuit omnem pœnam. Quod est falsum. Respondeo, quod adimpleo significat addo, non quia Christus non sufficienter satisfecit, sed quia membra capiti conformari uoluit. Decimo, indulgentia fit, per compẽsationem, aut distributionem. dicitur sexto in extrauaganti. Vnigenitus, de pen. & remiss. ergo non erit absolutio. Respondeo, quòd est absolutio, sed iste actus absolutionis fit per compensationem. Vndecimo, indulgentia liberat ab iniunctis & non iniunctis, ut docet D. Thom. Dicitur, quòd liberat propriè ab iniunctis, at D. Tho. Et alij addiderunt, & non iniunctis ad maiorem indulgentiæ dignitatem. Duodecimo, in indulgentiæ plenariæ distributione nulla fit mentio de iniunctis. Respondeo quòd forma solita semper præintelligitur. Nam indulgentia est tantæ efficaciæ, si debito ordine suscipiatur, vt ab omni pœna liberet. Hæc ergo indulgentiarum natura, ac uis est.

5 *Indulgentiæ possunt ad libitum sine causa, & moderamine dispensari.* ERRON. Nemo est Theologorum, quem uiderim, qui non contendat, quod causa requiratur in dispensatione indulgentiarum, & si sine causa dispensentur potius est dilapidatio, quam

quàm dispensatio, imo uerò quâta est causa dispensandi, tanta dispensatio esse debet. Non tamen nostrum est expendere. Vtrum illa causa sit, vel nô sit honesta, sed tamen sine ulla causa dispensari non possunt. Si uero uberior causa extiterit, & prodigè dispensentur indulgentiæ, non erit in detrimentum suscipientis, nec disputare, aut quęrere tenemur an ratio iusta sit, sed ut iustam supponamus. Potest enim Papa in hac dispensatione errare assignando iniustam, pro iusta, hoc enim non est de fide. Semper tamen indulgentiæ tantum ualêt, quantum sonant. fidelis ergo sit seruus, & prudens in hæreditatis dispensatione. Exigitur in dispensante authoritas, alioquin temerarium esset. Exigitur in suscipiente capacitas. Primo, quòd sit fidelis. Secûdo, quòd sit in gratia. Tertio, quòd habeat animum propensum ad satisfaciêdum, nam indignum est alieno suffragio, qui propriû despicit, & contemnit. Quòd uerò moderamine dispensator uti debeat, probatur ex Concil. Lateran. Et habetur de pen. & remiss. c. cum ex eo. Nam claues Ecclesiæ côtemnebantur, & pœnitentialis satisfactio eneruabatur. Et Conci. Viennense eodem titulo. c. Abusionibus, hoc redarguit abusum quæstorum, concedens eis, solum indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitatiua postulare suffragia. Et Côcil. Triden. in fine dicit. Abusus uero, qui irrepserunt, & quorum occasione insigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blasfematur emendatos, & correctos cupiens, prauos quęstus omnes pro his consequendis, unde plurimum in Christiano populo abusum fluxit omninò tollendos esse. Et superius eodem decreto. In his tamen concedendis moderationem iuxta ueterê, & probatam in Ecclesia consuetudinem adhiberi cupit, ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina eneruetur. Hactenus Côcilium. Attendant etiam concionatores, ne indulgentias indiscretas prædicent, quia sunt excommunicati, ut dicitur in Clem. de Priuil. & excessib. præl. c. Religiosi. Et indiscretæ dicuntur, quæ non sunt concessæ, vel si sunt concessæ, probari non potest, & peccat eas assertiuè prædicando. Hinc Sanctissimus Pius V. aboleri iussit illæ, quæ in rubricis rubeis orationum passim circunferebantur. Et alias ex superiorum mandato, ipse combussi, quæ probari non potuerunt, nec mihi unquam persuadere potero veras esse, quæ adeò prodigè dispêsantur, sicut legi nonnullas, quæ continent, quòd quoties in hora uoluerit, uel diei, uel noctis, & quoties uoluerit consequatur omnes indulgentias, quæ vel Romæ, vel alibi sunt concessæ. Has enim indulgentias, ꝙ sic Papa dispensauerit non credo, nec fortè talem petitionem intellexit, & qui petijt, nô percepit summi Pontificis mentem, ac responsum, & sic inuulgauit, quia arbitratur se consequutum quod poposcit, & tamen nunquam fuit talis animus Pontificis. Si quando mihi constaret eas sic dispensasse, utique ambabus manibus excepissem, ac exoscularer. Dû uero res, sic se haberet, & tam ampla sine causa sit concessa indulgentia, putes illos deceptos esse, qui quæsierunt, nec Pontificem condonasse, non quia non posset, sed quia noluit. Et ut Rlingius, ait. libro tertio, capitulo decimoquarto in fine. Alioqui nisi discretè fieret, Deus non acceptaret.

6 *Indulgêtias pro defunctis elargiri summus Pôtifex nullo modo potest.* HÆR. Grauissima est disputatio de modo, quo Romanus Pôtifex defunctis auxiliari possit, indulgêtijs. Et aliqui arbitrantur, quod eadem ratione communicet indulgentias defunctis, qua uiuis. Nam & illi sunt in uia, quo ad absolutionem à pœna, & quo ad punitionem, & sic subduntur Ecclesiæ iudicio. Et dicuntur esse super terram, quo ad misericordiæ forum, & fortè delicti super terram perpetrati, ut dicitur. 3. q. 6. c. Qui crimen. Nec sequitur, quòd si Papa potest soluere, qui possit etiam ligare, nam dum erant super terram, meruerunt tantum solui, & non ligari. Nec eadem ratio est de damnatis, qui sunt extra locum salutis. Quæ & si fortè sunt uera, tamen nô satis est, ut actus communicâdi indulgentias defunctis, sit actus iurisdictionis, nam cognoscere causam non potuit Papa, quando è mundo decessit, sed à Deo iudicatus fuit, iô authoritatiuè nô potest absoluere. Alij dicunt, quòd Papa potest soluere à pœna. Sicut amicus pro amico soluere potest, non tamen remittere pęnas. Communior tamen Doctorum sentêtia est, quòd indulgentias defunctis dispensat Papa per modum suffragij. Viuis uero authoritatiuè. Differt uerò soluere per mo

dum

dum suffragij, & authoritatiuè. Nã authoritatiue est actus iudiciarius, quem alij uocant per modum indulgentiæ, & est lata sententia compensare pęnam soluendam. At per modum suffragij, est dare auxilium suffragando, & importat dare fauorem, quod quidem apud Grammaticos verborum auxilium, ac fauorem connotat, apud Theologos vero oẽ opus pium importat quod fit in alicuius auxilium per modum subuentionis, quoniam nõ redimendo, aut eximendo à pęna iuridicè importat, vel remissionem apud Deum promerẽdo, & impetrando, sed præcari, vt ipse aliquando misericorditet condonet. Vnde modus suffragij, est promotoriè, vel impetratiuè modus obtinendi, & sic indulgentiæ prosunt mortuis. Nam non potest authoritatiuè, & per modum indulgentiæ liberare, quia iudex viuorum est tantummodo, & eorum quæ super terram sunt datæ sunt claues. Hoc tenet Alex. de Ales. par. 4. q. 83. mẽb. 5. D. Bon. dist. 20. q. penul. lib. 4. Biel. lect. 57. Canonis, ubi ꝓbat authoritate summorum Pontificum, quòd indulgentiæ ualeãt per modum suffragij. Alb. Phigius controuersia 3, Franc. de Mayron. serm. 1. ad uincula Petri. Caiet. opus de indul. ad quartũ. Rling. Iacomellus in Apologia. Angelica videtur hoc idem sentire. Armilla Viguerius. Hæc ergo de indulgẽtijs satis sint. De quib. affirmat D. Tho. ꝙ pro temporalibus non dantur, sed quatenus sunt annexæ spiritualibus, & sic non est simonia. Et solus Papa potest concedere plenarias indulgentias, alii uero Episcopi taxatas habent. Quas poterit etiam non Sacerdos legatus, vel alius concedere si fuerit sibi commissum. De hijs in 4. d. 20.

Infans.

Infans sine baptismo decedens, igne punitur. HÆR. Contra hanc hęresim est communis Sanctorũ opinio; quòd infantes solo baptismo priuati, & cũ peccato originali non cruciantur pęna sensus, uel igne. Tamẽ D. Aug. de fide ad Petrum, c. 27. & c. 3. dicit infantes eadem cum Dęmonib. cęterisq; dãnatis supplicij qualitate plecti. Et in lib. de baptismo paruulorum. Vt qñ cõfiteris paruulum non futurum in regno, fatearis futurum iñ regnum ęternum. Idem lib. 5. Hipognosticon. At quo ad pœnę quantitatem, dicit esse leuissimam. lib. 5. aduersus Iul. Et de peccatorum merit. & remiss. c. 16. Et in Enchyridion ad Lauren. c. 93. Mitissima sanè omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerũt, nullũ insuper addiderunt, & in cæteris, qui addiderunt tantò quisque tollerabiliorem, ibi habebit damnationem, quantò hic minorem habuit iniquitatem. D. Greg. lib. 9. In Iob. Explanans, cap. 16. dicit. Infantes absque baptismo decedentes perpetuis dãnatorum tormentis sensibiliter puniri. Gẽnadius dixit Aug. errasse Greg. Arimin. 2. d. 31. q. 3. Sequitur Greg. & Aug. hanc rigidam pœnam. D. Thom. q. de pœna peccati originalis art. 2. Exponit hos patres, ꝑ ignẽ accipere priuationem diuinæ visionis, & ꝑ excessum loquuti sunt. Sic semper & alii Doctores sunt exponendi.

2 *Infans sine baptismo præcibus parentum potest saluari.* De hoc supra uerbo baptismo diximus.

Infernus.

Infernus non est locus, & pro pœna damnatorum deputatus. HÆR. Hoc de fide assertum probant enigmaticè esse infernum, & Plato apertius aliis. Ex sacris etiam literis demonstrat Ecclesia esse locum damnatorũ. Et primo, qui Dominus dixit. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Et c. 11. Et tu Capharnaum vsque ad cęlos exaltata, usque ad infernũ demergeris. Et Dauid psal. 54. Veniet mors super illos, descendent in infernum uiuentes. Ibi descẽdit Datham, & Abiron. Num. 16. Ibi Dęmones eiecti, Luc. 8. Et missi in lacum ignis, ut dr̃ Apoc. 19. De hoc D. Ioan. cap. 5. Procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem Iudicij. Et alibi melius est debilem, uel claudum intrare in Regnum Cœlorum, quam duas manus, & duos pedes, mitti in gehennam ignis.

De hoc scribunt Scholastici in quartò distinctione 45.

2 *Inferni pœna, non est perpetua. Origenes.* HÆRET. Hæc hæresis fuit superius confutata. Sixtus tamen. tomo secundo. Ann. 131. Ex locis Origenis aliter sentit de mente eius.

Inferni

3 *Inferni pœna, non est maior quàm carentia diuinæ visionis.* HÆR. Subscribunt Theologi dicto D. Ioan. Chrisost. Hom. 24. in Mat. dicentis. Noui quòd plurimi pertimescāt hanc gehennam. ego tamen illius gloriæ amissionem multo amarius, quàm ipsius gehennæ dico esse supplicium. D. Bon. 2. distin. 33. q. 3. Ricard. 4. dist. 50. q. vlt. exponūt verum esse in adultis, non in paruulis, sed in illis esse mitissimam, nam non sunt propria voluntate damnati, sed primi parentis culpa, ideo in eis est mitissima.

4 *Inferni locus, non est sub terra.* TEMER. Ex eo quod D. Paul. ait ad Ephes. 4. Christus descendit ad inferiores partes terræ. Doctores colligunt esse infernum in inferiori parte terræ. Horum numero sunt D. Thom. Bon. Ricard. Rationabile enim est, quòd immūdis, & vilissimis peccatoribus pro carcere perpetuo correspōdeat locus vilissimus, talis est in medio terræ, vbi tanquam ad sentinam feces totius mundi coguntur descendere. qui locus, cum sit concauus est multum capax. & D. Aug. lib. 2. retract. c. 24. retractat, quæ dixit lib. 12. ad literam. c. 33. vbi negauit esse sub terra.

5 *In infernum descendit anima Christi, & cruciatus passa est.* HAER. Damnatur hæc hæresis, ex eo, quòd Dominus dixit. Consumatū est. Significās dolores esse iam terminatos, quos redēptionis nostræ causa suscepit. Rursus. Luc. 23. dicitur Latroni. Hodie mecum eris in Paradiso, non ergo post quam expirauit aliquid passus est. Demū D. Paul. ad Coloss. 1. ait. Pacificauit per sanguinem crucis suæ, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis reconcilians nos in corpore carnis eius per mortem. Ex quibus deducitur, quòd post mortem non subierit tormēta. Ex his hæresis illa conuincitur quòd infernus sit sola peccatorum conscientia.

Infideles.

Infideles peccant in omni opere quod faciunt. HAER. Fuerunt viri Catholici, qui affirmarunt omnem vitam infidelium esse peccatum, quòd quidem hæreticum est. Nam possunt honorare parētes, & aliquid aliud facere, quod quidem opus bonum erit. Hoc est decretum in Concil. Trid. Can. 7. Si quis dixerit, opera omnia esse peccata, &c. Anathema sit. Verum tamen est, quòd omnis eorū actio si referatur in finem infidelitatis, vt puta si ieiunant, causa suæ legis obseruandæ, In vniuersum si ex prauo fine operantur, peccant. Nam omne, quod non est ex fide peccatum est, vt docet D. Paul. quæ verba fuerunt in causa. Vt D. Amb. li. 1. de vocat. Gent. c. 9. Ansel. Cantuar. in locum hunc D. Pauli, & alij nonnulli dixerint, omnem vitam infidelium esse peccatum. Quæ omnia D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 4. interpretatur, quòd omnis actio eorum, quatenus est ex infidelitate, peccatum est. dictum etiam D. Pauli intelligitur contrarie, nō priuatiue, vel negatiue. Vel est peccatum si debet ex fide procedere, & nō procedit. Vel est peccatum concomitanter, idest comitatur peccatum, non autem essentialiter. Demum sensus est, quòd omne quòd non est ex fide, idest conscientia, peccatam est. Nam qui non agit secundum cōscientiam, sed contra eam, hic peccat. Sic Doctorum varia dicta conciliantur.

2 *Infideles possunt ad fidem cogi, ac inuiti baptizari.* HAER. Si hoc verum, esset destrueretur hominis natura, libertas adimeretur. si enim timore seruili baptizantur, non suscipiunt gratiam, atque ideo sacrilegiū esset; nam susciperent sacramēta, cū intentione peccandi. Rursus, credere est voluntarium, nec gratia destruit naturam. Demum si cogerentur esset semper periculū, vt ad infidelitatem redirent, quòd peius esset. Quòd vero in concilio Tolet. vt dicitur dist. 44. cap. de Iudæis. Laudetur Sesibutus Princeps, hoc intelligēdum est, quo ad intentionem, non quo ad factum in se. Cōtra hos etiam bellamus, non vt ad credendum agamus, sed quia impediūt fidē Christi blasfemijs, & apertis persequutionibus. D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 8.

3 *Infideles possunt habere prælationem supra fideles.* HAER. Infideles & si quandoque, & nonnullis in locis habeant dominium supra fideles, hinc & Dominus soluit tributū. & D. Paul. Hortatur seruos, vt obediāt. 1. Tim. 46. non tamen verum, sed Tyrānicū est dominium, & ecclesia ob infidelitatem potest dominio priuare, & nos sumus filij Dei, ideo multo magis, nec Prælationē habere possunt, quæ est de iure Diuino. Permittit tamen eorum dominium ecclesia, quia dominium est de iure humano, & ex natura, quam gratia non destruit, sed perfecit,

fecit, & sicut Dominus soluit tributum ad vitandum scandalum, sic fideles sunt serui infidelium. Tamen ob peccatum infidelitatis, possunt infideles priuari dominio, q ha bent supra nos, quia nos sumus filij Dei. At sine alijs causis non possunt priuari dominio. 1.2. q.10. art.10.

4 *Infidelium ritus, tolerando ecclesia errat.* ERRON. Sicut Deus multa mala permittit, ita & ecclesia ad maius bonum, sic tolerat meretrices, sic & ritus infidelium, vt libere conuertantur, & in testimonium nostrę fidei. Nec permissio criminis ad maius bonum est mala, quia Deus permittit, & Principes vsuras permittunt. D. Tho. artic. 11. Peccaret vero, quando infideles essent nobis molesti, vel ritus nostros persequerentur, ac blasfemijs, & calumnijs nos afficerent, tunc ergo non sunt tolerandi, sed regno, & vita sunt priuandi. 2. 2. q. 10. art. 8. & 9.

5 *Cum infidelibus semper licite conuersari possumus.* ERRON. Si Ecclesia ex Diuino præcepto: sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus colligit vitãdos esse icorrigibiles peccatores, & hæreticos, vt docet D. Paul. Hæreticum hominem deuita, quare & infideles non debemus vitare. Hoc docuit D. Paul. 1. Cor. 10. & Chrisosto. authore D. Thom. 9. ait. Tunc ergo licite conuersari, & commedere possumus, quãdo speratur salus, alioquin vitãdi sunt. art. eodem. Rursum possunt colere nostras terras, artes exercere, & similia; permittit enim Deus, & ecclesia mala, vt bona inde eueniant, sic tolerat vsuras, ac meretrices. 2. 2. quæst. 10. artic. 11.

6 *Infideles possunt regno priuari sine legitima causa.* TEMER. Et si varius videatur D. Thom. Nam aliquando videtur aperte dicere, quòd infideles ob solam infidelitatem possunt regno expoliari, quia nos sumus filij Dei, & hæredes. q. 10. art. 10. & ad Ducissam Lutharingiæ. Nã ex peccato seruitute addicti sunt. At inferius q. 66. art. 8. Docet, quòd rapina nũquam est licita, vnde Esa. 61. dicitur. Odio habens rapinam. Possunt ergo priuari, omnes infideles, & hæretici, at non de facto, qui nec de iure, nec de facto nobis subduntur. Nec compelli possunt, nec aliquid auferri: nam Christus nõ est dominium consequutus armis, ideo potius boni viri sunt mittendi qui verbo & exemplo conuertant. Nam infidelitas est de iure Diuino, dominium de iure naturæ, quam nec remouet. Grauissime peccaremus, si Christi fides hac via dilataretur, nec lege fuit statutum, vt armata manu terras licite possidere possimus. Licite tamen nostras terras vi, armis, ac bello eriperemus, qui a nostra & ipsi rapuerũt, & licitè etiam seruos Christianos liberare. Gaiet. ibi. & q. 10. árt. 9. & 10. scribit, quòd si adsint causæ possunt cogi, & pœnis affligi, puniri, ac regno priuari. Dominio etiam quòd habent supra nos possunt priuari, at non omni.

7 *Infidelibus peccata remittuntur.* HAER. Quoniam ex communi principio omniũ Theologorum, gratia, & charitas est, quæ remittit peccata dicente Apostolo. operuit multitudinem delictorum. ad Coloss. 5. At hæc in infidelibus non sit profecto, nec peccata remittuntur. Adhuc fides ianua est, totius Christianę vitę. Quia sine ea impossibile est placere Deo. Hæc non est infidelibus, non ergo remittuntur peccata. Demum qua via possunt remitti, cum nullam habeant nisi vmbraticam virtutem, & non Theologicam. & quis vnquam audebit affirmare, quod sine charitate deleatur peccatum. Demum quæro, quod nam est illud peccatum mortale, vel veniale, non mortale, quoniam non nisi per gratiam, non veniale, quoniam hoc sine mortali nõ potest remitti, nullum ergo est peccatum, quòd in eis remitti posit. At quod D. Amb. Psal. 118. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, & c. dicit. etiam si fides deerat, pœna satisfecerat, quibus verbis videtur dicere, quòd infidelibus dimittantur peccata. D. Thom. interpretatur, si fides pro conscientia, quia interdum per penas, quas quis patienter sustinet, consequitur remissionem peccati, cuius conscientiam non habet. 3. p. q. 86. 3. De infidelibus hæc vltimo loco docet D. Thom. quod Prælati ecclesiarum non habent prælationem supra infideles, nisi indirecte. Infideles non possunt primo peccare venialiter, sed primum est mortale. p. 2. q. 86. 6. c. Non statuit ecclesia, vt auferatur dominium, licet posit statuere de iure, & hoc non fecit, ne nomen Domini, & doctrina blasfemetur. 2. 2. q. 10. 10. c.

Inge-

Ingenitus.

Ingenitum esse non conuenit patri. HÆR. Hãc hæresim exercere sine multo labore possumus. Ex ipso nomine. Nam si pater quomodo est genitus. Qui ergo à nullo est, genitus dici non potest. & hoc commune est etiam Hebræis, & hæreticis, & nemo est q. dissentiat. Aduertendum tamen, quòd ingenitus tripliciter dicitur. Primo, negatiuè extra genus. Secũdo in genere Dei. Tertio in genere principij diuini. Primo modo etiam creaturis conuenit. Secundo modo Spiritui sancto. Tertio modo, tantum patri conuenit, & est eius notio. Hoc etiam nomen ingenitum per duplex N. est ingenitum, vel increatum, & æternum, per simplex uero N. Genitum est non generatum. D.Thom.1.p.q.33.art.4.& pater potius dicitur ingenitus quàm inspiratus. Quia processio Spiritus sancti secundum ordinẽ naturæ præsupponit generationem filij. Per ingenitum etiam tollitur omnis modus cõsequendi generationem, nam patri conuenit quatenus est generationis principium, vt nullo modo generationem cõsequatur. Rursus ingenitus fundatur super negationem principij, ideo conuenit patri. D.Tho. ibi. ad quintum, Pater ergo ingenitus, quia generat, & non generatur, & sic est notio patris, vt scribit D.Bon. nam & alio modo etiam sapientia est ingenita, & Spiritus sanctus. De hoc Magist.1.dist.28.& D.Bon.1. dist.13.q.4.& 28.Scot.dist.28.Brulifer.1.distin.13.q.4.& 28.Biel.1.dist.42.q.1.art.1.

Inimicus.

Inimicos decipere possumus, ac eis damna inferre. Græci. HÆR. Hanc hæresim, quam aliqui Græcis ascribunt ex aperto Domini testimonio confutatur. Nam dixit. Ego dico vobis, diligite inimicos vestros. Nemo ergo propriis, ac priuata authoritate potest eis nocere. Et D.Petr.1.c.3. Non reddentes malum pro malo. Hoc etiam docuit D.Paul.ad Rom.12.& 1.ad Thess.c.5. Et commune est Doctorum placitum, & expositio.

2 *Inimicos nullo modo, nec vnquam diligere tenemur.* HÆR. Et si varia sit scholasticorum mens de modo dilectionis inimicorũ, conueniunt tamen omnes in hoc, quòd tẽpore necessitatis teneamur diligere, & si esurierit inimicus cibare tenemur, & subuenire in omni necessitate. & sic accipienda sunt Domini verba diligite inimicos vestros, sic interpratatur D.Aug.serm.61. de tempore, dicens. Dominus in Euangelio vt inimicos diligamus, non dedit consiliũ, sed præceptum, consilium datur, vt virginitas conseruetur, vt à vino abstineatur, vt vẽdantur omnia, & pauperibus erogentur. Præceptum datur, vt iustitia custodiatur vt omnis homo diuertat à malo, & faciat bonum: & sic præcepit Dominus. Diligite inimicos vestros benefacite his, qui oderunt vos. D.Chrisost. Hoc idem scribit in lib. de compunctione cordis. D.Tho. Sco. 3.dist.30. & Gerson in regulis Moralibus.

3 *Inimicorum dilectio, semper cadit sub præcepto.* ERRON. Lucianus Monachus, in annotationibus super Chrisost. in Concil. Trid. damnatis, mordet scholasticos, & arbitratur dilectionem inimicorum semper cadere sub præcepto. quod si verum est. Quare dixit Dauid. Deficiant peccatores à terra, & iniqui. & alibi. persequar inimicos meos, & iterum. Iniquos odio habui. Quare Elias igne prophetas præcatus est comburere. Elisæus pueris maledixit subsannantibus. D.Petrus sententiam contra Ananiam, & Zaphiram protulit. Imò vero, quid accipiendum est, per maledictionem datam ficulneę à Domino, nisi inimicos suos. Videat Lucianus, & Caluianus, non scholasticis, sed sacræ paginæ iniurij sunt. Dilectionẽ ergo inimici egregiè triplici gradu distinguunt nostri. nempe in dilectionem communem indifferenter amicis, & inimicis omnibus, & omni tempore exhibendam, & in dilectionem particularem inimici, tempore necessitatis, sed extra necessitatis tempus est tertia. Primo modo, ac secundo est præceptum. Tertio vero modo est consilium, & addit Gaiet: nisi adsit scandalum. sic ergo loqui, salutare, conuersari, & priuata oratione non tenemur, sed in communi excludere eos nõ possumus, Quæ omnia sint cum dilectione hominum, & odio vitiorum.

Iniurias remittere, ac condonare, adeò tenemur, vt non liceat quærere reparationem, inquit Luth. quod est falsum. nam licet vim vi repellere, & bellare etiam. De qua Gerson p.2. de peccato iræ.

Inqui-

Inquisitio.

Inquisitio contra peccata illicita est. HÆR E. Non curant hæretici medelam, non requirunt medicos, sed in suis peccatorum sordibus hominem relinquunt, non reuocant à peccatis, non præparant Anthidotum. At Dominus, ac Ecclesia mater, quæ gemit in perditione; ac languore suorum, omnem adhibet diligentiam, omnem curam, ut ab iniquitate subleuet suos, sic Dominus docuit. Descendam, & uidebo, si clamor, qui venit ad me, opere compleuerint. Gen. 18. Nam licèt exactissimè eorũ peccata agnouerit, instruit nos, qua uia contra impios agendum sit. Vt fiat inquisitio, & modum præfigit, nempe ut procedat clamor, uel infamia. Hoc ex officio facit iudex pro salute subditorum, nè morbida facta pecus, totũ corrumpat ouile. De qua scribunt Doctores, & Iudicial. Inquis. Verbo Inquisitio.

Interficere.

Interficere seipsum licet nè causa seruandæ pudicitiæ? Patres non uidentur conuenire hoc loci. Nam D. Hieron. in commentarijs sup Ioan. Exponens ea uerba. Ionæ primo. Tollite me & proicite in mare, uidetur docere licitum esse, Virginitatis gratia custodiẽdæ, seipsum interimere. Et dicit. In persequutionibus, non licet propria perire manu absque eo, vbi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere. D. Amb. li. 3. de Virginib. Tales iudicat Martyres, quæ in sibiipsis, manus iniecerũt ad custodiam castitatis. Euseb. lib. 8. Hist. Eccl. Antiochenæ matris, ac filiarum exemplo hoc suadet & aliarum, quæ nè uiolarẽt castitatem, maris fluctibus se demerserunt. Quam opinionem, cap. 17. Confirmat exemplo Sophroniæ, quæ arrepto Mucrone seipsam transuerberauit. D. uerò Aug. lib. 1. de Ciuitate Dei, statuit non licere sibi manus inferre, & qui se interficit, ut alienæ libidinis violẽtiam euitet, maius flagitium eligit, vt minus peccatum euitet. Sic loquitur, cap. 26. Et quæ seipsas interfecerunt diuino inspirante Spiritu, factum est, sicut de Sansone credimus. Quod uerò narrat lib. 2. Mach. cap. 14. Qui interemit seipsum potiusquã uellet, in manus inimicorum incidere. D. Aug. epistola 61. ad Dulcium, dicit scriptũ esse illud factum, non tamen laudatum, & mortem eius potius vt admirabiliorem q̃ prudentiorem narrauit. Hactenus. D. Aug.

Intentio.

Intentio non requiritur in ministro, dum conficit sacramenta. Luth. HAER. In Florentino Concilio vnanimi assensu reprobata fuit hęc hæresis. Vbi in doctrina de Sacramentis dicitur. Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, uerbis tanquam forma, & persona ministri conferentis Sacramentum, cum intẽtione faciendi, quod facit Ecclesia. Quorũ si aliquid desit, non perficitur Sacramentum. Concil. Trid. sess. 7. Can. vndecimo. Si quis dixerit in ministris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, ꝙ facit Ecclesia. Anathema sit. Hæc Doctores affirmant.

Intercessio.

Intercessio Sanctorum vana est. HAER. Negant recentiores hæretici, intercessionem Sanctorum, quoniam eorum obstinatio tãta est, ut intellectum obcęcauerit, & uoluntatem infecerit, quam Ecclesia ex sacrarũ scripturarum exemplis recepit, & retinet. Nam quare Dominus dixit Loth, ob iustos se liberaturum Sodomam, si inuenirẽtur, vel pauci. Quare saluata est familia Noe tempore diluuii. Quare præcib. Moysis vincitur Amalech. Quomodo vera sunt quæ Dominus dixit. 4. Reg. 19. Et 20. Protegam Ciuitatem istam, propter me, & propter Dauid puerum meũ. Quomodo oratione Samuelis peperit Anna, & Iudith interimit Holofernes. Quomodo Dominus Cananęam exaudit, ad Apostolorum pręces. Dimitte eam, quia clamat post nos. Patres hanc regulam Ecclesiæ reliquerũt. Nam Ephrem in sermone de Sanctis Martyribus ait. Dominum interpellare dignemini, ut superueniat in nos gratia Christi. Synodus septima Generalis, quæ est secunda Nicena Act. 6. in fine, ait. Cum timore Dei omnia agamus postulantes intercessiones incontaminatæ Deiparæ, & semper Virginis Dominæ Nostræ Mariæ, item Sãctorum Angelorum, omnium quam Sanctorum. Concil. Trid. sess. 25. de inuocatione,

Ec ne,

ne,&c.ait. Illos vero, qui negant sanctos æterna felicitate in cęlo fruentes inuocãdos esse,&c. Anathema sit. D.Basil.hom.20.in quadraginta Martyres. Hi sunt, qui nostrã obtinentes regionem, quasi quædam turres contra aduersariorum incursum refugium exhibent. Et homil. 26. de Martyre Mamantæ ait. Memores estote Martyris, quotquot illo pro somnia potiri estis, quotquot in hoc seculo constituti adiutorium ipsum ad præcandum habuistis, quibuscũque ex nomine aduocatus ipsis adfuit operibus. Greg.Nazianz.oratione in sanctum Cyprianum. Tu vero ab alto propitius respice, nostrumque sermonem, ac vitã dirige, & sanctum ouile hoc pasce &c. Idem in oratione funebri in Athanasium. Et nos in pace quidem foue, & compasce, in certamine autem dirige, & suscipe. Idem in oratione funebri in D.Basil. Cæterum nostra, quocunque Deo placuerit ferantur, ferentur autem intercessionibus illius melius. D.Amb.lib.de Viduis. Magnis inquit tenebatur febribus, & rogauerunt illũ pro ea. & tu habes proximos, qui Deo pro te supplicent, habes Apostolos proximos,&c. Proximus est, qui misericordiam facit. Idem in oratione secunda in morte fratris de fide resurrectionis, ĩ fine. Tuisque intercessionibus mihi hoc posse conferri, vt citius desiderantem tui aduoces? Chrisost. hom.66.ad populum Antiochenum. Nam & ipse, qui purpuram indutus est, accedit illa complexurus sepulchra, & facta deposito, stat sanctis supplicaturus, vt ꝓ se apud Deum intercedant, & scenarum fabrum, & piscatores etiam mortuos, vt protectores orat, qui diademate redimitus incedit. D.Hieron.in Epithaphio Paulæ viduæ, epistola 27. Vale, ò Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuua. Fides & opera tua Christo te sociant, pręsens facilius quod postulas impetrabis. D.August. lib.de cura pro mortuis gerenda, capit. 4. Vt dum recolũt vbi posita sint eorum, quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos tanquam patronos susceptos apud Deũ adiuuandos orando cõmendent. & li.7.de bapt. contra Donatistas, cap.1. Adiuuet itaq; nos orationib. suis in istius carnis mortalitate, tanq̃ in caliginosa nube laborantes, vt donãte Dño, quantũ possumus bona eius imitemur. Euseb.li.13.de prępara tione Euãg. c.7. Similiter ẽt oẽs, qui pręclarè uixerunt, quoquo mortui sunt, &c. Vota, quę ipsi facimus tanq̃ viris Sãctis, quorũ intercessione ad Deũ, non parũ iuuari profitemur. Maximus in Natali sanctorũ Tancrinorũ Mart. Specialiter tñ illi, pro nobis interueniunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Leo Mag.ser.1.in Natali Apost. Petri, & Pauli. Specialiũ patronorũ orationib. adiuuãdos vt q̃tum propriis peccatis deprimimur, tãtũ Apostolicis meritis erigamur. Idẽ ser.2. & ser.1.2.& 3. in anniuersario die assumptionis suæ ad Pontificatum. Theodoret. de Græcorũ affectionũ curatione, lib.8.qui est de Martyrib. Hi sunt igitur vere hostiũ Duces, Principes, propugnatores, custodes, per quos à nobis infortunia auertuntur. D. Ber.ser.66.in cant.cant. Irrident nos, quia baptizamus infantes, quòd oramus ꝓ mortuis, ꝙ Sãctorum suffragia postulamus &c. Hanc sacrarũ scripturarũ, conciliorum, ac Patrum definitionem, Scholastici susceperunt, ac ei subscripserunt. Hæreticorũ verò argumenta verbo Sancti diluam.

Interpretatio.

Interpretari scripturas vnicuique pro suo arbitratu potest. Brentius. HÆR. Hoc peculiare est hęreticis suas opi.imò hęreses ex scripturarũ fonte prauis suis interpretationib. confirmare, vt docet D. Aug.de Trinit.li.1. c.3.& Hilarius Pictauensis, li.2.ad Constantium Augustum ait. Oẽs scripturas sine sensu loquuntur, fidem, sine fide prætendunt. Scripturæ.n.non in legendo sunt, sed in intelligendo, neque in præuaricatione sunt, sed in charitate. Vincen. Lirensis aduersus prophanas hæresum Nouationes idẽ scribit, consuetudinẽ esse hæreticorũ, suos errores, scripturis confirmare. de his (inquit) Saluator. Attendite à falsis Prophetis qui veniũt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. At quis est, nisi hęreticus, qui prius respondeat, quam audiat, vt dicitur Prou.18. Item debemus audire Pastores, & Doctores, ad Eph.4. & Ecclesiam ipsam Mat.18. Nec circumferri debemus oĩ vento doctrinæ. De quibus D. Pau.ad Timot. & à veritate quidem auditum auertent. Hinc statuit Conci.Tri.ses.4. & Pius IIII. in Bulla, vt Patrũ vestigia, ac ecclesię sequamur. Hoc nos docuit D.Aug. contra

contra epist. Manichei, quam vocant fundamenti, c.4. Ego verò Euangelio non crederem, nisi me catholicæ Ecclesiæ commoneret authoritas, quibus obtemperaui dicentibus, Credite Euangelio, &c. Non ergo ad libitum, sed iuxta Ecclesię authoritatem, ac sensum, sunt sacræ literæ exponendę.

Inuidia.

Inuidia non est peccatum. HÆR. Longa digressione D. Cyprianus in ser. de zelo, & liuore condemnat hoc uitium. Hoc namq; causa fuit fratriscidij commissi à Cayno. Gen.4. Hac de causa iratus est Saul contra Dauid, quoniam pręcinebant mulieres ludentes, atque dicentes. Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus est autē Saul nimis, & diplicuit, in oculis eius sermo iste. Prou.17. Qui in ruina lętatur alterius, non erit impunitus. Sap.2. Inuidia diaboli, mors intrauit in orbē terrarum, imitantur autem illū, qui sunt ex parte illius. D. Paul. ad Rom.1. plenos inuidia, homicidio, &c. Et ad Gal.5. Non efficiamur inanis glorię cupidi, inuicem prouocantes, inuicē inuidentes. Ex his locis Patres aduersus hoc vitium scripserunt, Cypria. loco citato dicit. Nihil magis Christiano cauendum, nihil cautius prouidendum, quam ne quis inuidia, & liuore capiatur, ne quis dum zelo in fratris odia conuertitur, gladio suo nescius ipse perimatur. Basil. hom. de inuidia, quæ est vndecima variorum argumentorum. Nihil mortalium animis inuidiæ perturbatione pręciosius contingit, quę ante omnia ipsi nocet authori, aliis verò, quā minimum. Chrisost. hom.44. ad pop. Antio. Sicut furentes sępenumero gladios in se cōuertunt, itidem, & inuidi, solam inuisi perniciem intuentes, propriam negligunt salutem, hi feris quoque peiores. & hom.45. & sicut uermis de ligno nascens, ipsum prius assumit, sic & inuidia illam prius, quæ se peperit animam corrumpit, & inuisum contrariis, ac vellet afficit. Prosper. li.3. de vita contempl. c.5. Inuidus certè, qui alienum bonum suum facit inuidendo supplicium, nulla uidetur ad inuidendum concupiscētia, prouocari sed tantum superbiæ morbo vexari. idem cap. nono. D. August. lib. vndecimo super Genesim ad litteram, ca.14. Cū superbia sit amor excellentiæ propriæ, inuidia uero sit odium fęlicitatis alienæ. Greg. Nyssenus in uita Moysi. Inuidia malorum princeps, mortis mater, prima peccati ianua, uitiorum radix, doloris initiū, calamitatis parens, inobedientię causa, ignominię principium. Inuidia nos longe à paradiso exterminauit, inuidia repulit à ligno uitæ, &c. D. Hieronym. ad Galat. cap. quinto. Inuidia verò aliena fęlicitate torquetur, & in duplicem scinditur passionē, &c. & interius. Pulchrè quidam de Neotericis, Gręcum versum transferens elegiaco metro, de inuidia lusit, dicens. Iustius inuidia, nihil est, quę protinus ipsum Authorem rodit, excruciatque animum.

D. Greg. lib. quinto moral. cap.33. Et paruulum occidit inuidia. Inuidere enim non possumus, nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. & capitulo.34. Quamuis per omne uitium, quod perpetratur humano cordi antiqui hostis uirus infunditur, in hac tamen nequitia, tota sua viscera serpens concutit & imprimendæ malitiæ pestem mouit. De quo nimirum scriptum est. Inuidia diaboli, mors intrauit in orbē terrarum. D. Bernard. serm.29. super cant. Alienę non inuidere uirtuti, ne dum gaudere ad illam, &c. Isid. de summo bono, li. 3. c.25. Nulla est uirtus, quæ non habeat cōtrarium inuidię malum. Sola miseria caret inuidia, quia nemo inuidet misero, cui reuera, non liuor obiicitur, sed sola misericordia adhibetur. & ne nimium longa sit oratio, quid & Scholastici sentiant percurramus. D. Thom. secunda, secundæ, quæst. 36. dicit. Quod inuidia est tristitia de bono alterius, inquantum æstimatur diminuere gloriam propriam. Et est propriè de bono, in quo est honor, & gloria. Hæc ex suo genere est peccatum mortale, licèt primi motus sint venialia. Huius quinque sūt filiæ. Primus, odiū, susurratio, detractio, exultatio in aduersis, afflictio in prosperis, inquantum sunt contraria, propriæ excellentiæ. Hæc ex superbia oritur.

Cōtrariatur duabus uirtutibus, misericordiæ, quæ habet pro obiecto principale bo-

num, & nemesi, quæ habet pro obiecto proximum. Demum inuidia, & zelus differũt, quia inuidia semper est peccatum. At zelus, non semper est, peccatum, quia est de eo, quod deest nobis. Hæc D. Thom. ibi. D. Bouauent. & Biel. 2. distinctione 21. q. unica, articu. 3. dubio primo, & Gerson. parte 2. de septem uitijs capitalibus.

Ioab.

Ioachaz.

Ioachim.

Ioacim.

Ioas.

Ioatham.

Ioannes Baptista.

Ioannes Baptista est damnatus. Manichęi. HÆRET. Quis horum impudentiam non admiratur, dum contra sacræ scripturæ historiam tam obscenè loquuntur, ex qua apertissimè colligitur, Diuum Ioannem Baptistam admirandum, & adorandum, habemus enim de eo testimonium Saluatoris. Quòd nullus inter natos mulierum sit eo maior. Matth. undecimo. tot annis in eremo uixit, tanta abstinentia, ut res propè incredibilis uideatur. Dicunt, quòd nõ credidit in Christum, ideò est damnatus. At quantum decipiantur, quisque uel me tacente fatebitur. Quomodo non credidit, qui exultauit in gaudio ĩfans in vtero? Quomodò non credidit, quí digito demonstrauit? Ecce Agnus Dei? Quomodo non credidit, qui dixit. Qui post me venit, ante me factus est, cuius non sum dignus soluere corrigiã calciamenti eius? Quomodo non credidit, qui dixit, Ego à te debeo baptizari, &

tu uenis ad me. Sic ergo ſatis conuincitur Manicheorum hæreſis, & illam tueri, nil aliud eſt, quam odium quærere. Affirmat tamen D.Th. quòd ex longua habitatione eremi, non cognouerit poſtea perſonaliter Dominum.4.d.ſ.

Ioannes Euangeliſta non eſt mortuus. ERRON. Ne dum ab opinione multorum Græcorum diſſentio, uerum & erroneam eorũ ſñiam diiudico; quandoquidem authores grauiſſimi, qui uitam huius conſcripſerunt mortuum eſſe contendunt, eiuſq; obitum Eccleſia celebrat. Qui uerò uiuere arbitrantur, ſuum fundant dictum in uerbis Matth.16. Sunt de hic ſtantibus, qui nõ guſtabunt mortem donec uideant filium hominis venientem in regno ſuo. Et Ioan.21. Sic eum uolo manere donec veniam, quid ad te? At dictum D. Matth. ſi aliquid concludit, de omnibus Apoſtolis poterit interpretari, ſicut & illi de Ioanne tantum exponunt. Nam de omnibus loquitur Dominus in fine capituli, poſt illam interrogationem, quem dicunt homines, & dicit. Quod ſunt aliqui id eſt Apoſtoli, qui nõ guſtabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno ſuo, hoc eſt cum glorioſum corpore è momumento reſuſcitatum, tunc enim regnum acquiſiuit, & nõ loquitur de regno ad iudicium. Chriſoſto. uerò hom.66. in Matt. ſcribit. D. Ioan. morte obtruncatum obijſſe. Et Hom.27. In epiſtolam ad Heb. Et Euthym. de mente Chriſoſt. refert, D. Ioan. in Aſia eſſe occiſum. Georgius Trapezunzius interprætatur Chriſ. de martyrio ac uiolenta morte, quam tempore Antichriſti paſſurus eſt cum Enoc, & Elia. Commmunis tamen Eccleſiæ doctrina eſt, ꝙ in Pathmos inſula relegatus à Domitiano, ſub Traiano ſit mortuus ſenio cõfectus anno 68. poſt paſſionẽ Domini, hæc ergo hiſtoria excipienda eſt cum D. Auguſtino, nec putãdum ꝙ ſit in ſepulcro adhuc uiuens, hoc enim abſurdum eſt.

Iob.

Iob hiſtoria, quam recipit Eccleſia, non eſt anthẽtica. HÆR. Varij fuerunt Patres in hiſtoriam Iob. Nam aliqui dixerunt illum eſſe, non de genere Eſau, qui eſt de Abrahã, ſed de Huz, qui eſt de Nachor fratre Abrahæ, vt docet hiſtoria Geneſis, cap.22. Quod Nachor frater Abrahæ ex Melcha uxore genuit Huz primogenitum, à quo Hebræi dicunt fuiſſe illum, qui dicitur in libro Iob. Vir erat in terra Huz, nominẽ Iob ſic ſentiunt Hebræi, quos ſequitur D. Hieronym. Alij dicunt eũ fuiſſe, de regione Anſitide, & ibi natus, ac uixit. Anſitæ genus ſunt Eſau poſteritas Edom. Nam Anſitæ, & Minei, & Euchei, & Themanitæ, & aliæ tribus erant ex cognatione atque proſappia Eſau, filij Iſaac, qui & Edom cognominatus eſt. Et tũc vniuerſæ tribus Idumeæ uocatæ ſunt, ex nomine Eſau ſic nuncupatæ. Nunc uero omnes vno nomine Arabi appellantur, non ſolum Idumei, ſed & Ammonitæ, & Moabitæ. Hanc opinionem ulgarem Origenes ſequutus eſt, & Ariſteus ex gentilib. qui in Iudaica hiſtoria refert. Iob filium fuiſſe Eſau, habitaſſeque in Idumeam & Arabiæ finib. iuſtitia & diuitijs præcipuum, tentatumque diuinitus magnis calamitatibus. D. Aug. 18. de Ciuit. Dei, capit.47. Vocat virum Sanctum, & mirabilem. Qui nec indigena (inquit) nec proſelytus, id eſt aduena populi Iſrael fuit, ſed ex gente Idumea genus ducens ibi ortus, & mortuus. Cui nullus hominum ſuo tempore coequatur. De eius uita, quando ſit ortus non opus eſt curioſius inquirere. Namque nonnulli arbitrantur non longe ante Moyſem extitiſſe. Origenes uerò affirmat eum fuiſſe temporibus Patriarcharum & Moyſis. Et Ath. in Synopſi dicit. Erat .n. quintus ab Abraham, ex poſteris Eſau. Alij dicunt hunc librum ſcripſiſſe circa annum orbis conditi bis milleſimum, ac trecenteſimum. Paſſus eſt autem Athanaſio teſte, cum annorum ſeptuaginta natus eſſet, ita ut omnes ipſius anni fuerint ducenti quadraginta, poſt acceptas enim plagas annos adhuc iuxit centum ſeptuaginta, tamen Hæbraica veritas habet eum à recuperata ſanitate centum, & quadraginta annos uixiſſe. Græci uolumen hoc diuidunt in capita duo, & 30. Latini in duo, & 40. Alij etiam ex Grecis in decem colloquia diſtinguunt. Dei ad Diabolũ unum. Eliphæ ad Iob tria. Baldad ad Iob tria. Dei ad Iob unum. Iob ad amicos nouem. Saphar ad Iob duo. Eliu ad Iob unũ. Hanc hiſtoriam receperunt olim in Eccleſia, & Concilia, & Patres omnes, & recentiores.

Obiectiones Hæreticorum.

Ansam sumpserunt tantum Anabatistæ. confutandi hunc librum. De quo Ezechiel dixit. Si steterint in medio Noe, Daniel, & Iob, ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. c. 14. D. Pau. 1. Corin. 3. assumit ex hoc libro testimonium. Comprehēdam Sapiētiam in astuta eorum. Iob 5. & ad Timot. 1. c. 6. Nihil intulimus in hunc mundum. Iob 1. D. Pet. 2. c. 2. Deus Angelis peccantibus non pepercit. Iob quarto, & Act. 10. Non est personarum acceptor Deus. Iob 34. Quibus tamen non obstantibus arguūt Anabaptistę. Primo. Incertum est, quis sit Author huius libri, dum aliqui Moysen, alij Iob scripsisse putant. Respondet Diu. Gregorius in prefatione. Quis hæc scripserit valdè superfluè querimus, cum Author libri Spiritus sanctus fideliter credatur, ipse hęc scripserit, qui hæc scribenda dictauit, ipse scripsit q in hoc opere inspirator extitit, & per scribentis vocem imitanda ad nos eius verba transmisit, & de authore idem Orig. Amb. Aug. sentiunt. Secundo, Non cōueniunt patres, quis fuerit iste Iob ex qua stirpe. Respondeo, quòd vulgata opinio, est quòd fuerit de terra Vs, vel in Edom, vel Idumea, quæ omnia idem significant. eadem enim est terra Vs, & Edom. Vnde Hieremias dicit. cap. 4. Thren. Gaude, & letare filia Edom, quæ habitas in terra Vs, & vtraque in Idumea est. De stirpe verò omnes ex Abraham deducūt, alij ex Esau, ut Orig. August. Ambr. alij ex fratre Abrahæ. vt Hæbrei, & D. Hier. quorum diuersitas non minuit authoritatem libri. Tertio, continet falsa, & erronea liber iste. Nam quomodo patientissimus, si maledicit diei? Respondeo primo, quòd maledicere diem, non est maledicere, nam dies pertransiuit, & non est amplius, ideo idem est diem maledicere, quam nihil maledicere. Dico secundo ex D. Greg. quòd maledixit diem, non in qua à Deo anima bona creata est. sed quando conceptus in peccatis fuit, sic autem est malo maledicere, q sicut odio haberi, sic maledici potest. Quarto dicit eum disperationē adductum. suspendium elegit sibi anima mea. (Iob septimo.) & mortem ossa mea, desperaui, neque vltra iam viuam. Quæ sūnt voces indignæ Sanctorum. Dicitur quòd loquitur de spirituali animę suspendio, ut anima subleuet à terrenis ad cœlestia à carnalibus ad spiritualia. sic & D. Pau. dixit Galat. 2. Christus Crucifixus sum Cruci. Per desperationem verò accipienda est abdicatio rerum temporalium, & mundanę spei abiectio. Quinto iactat seipsum, dicens. Vtinam appenderentur peccata mea in statera, quasi arena maris grauior inueniretur pœna quam patior, quam iniquitas mea. Diximus supra de indulgentijs, quomodo exponenda sint. Et addimus modo. Quod loquitur in persona Saluatoris pendentis in statera. Sexto, quid illis verbis absurdius dici potest. Non reprehendit me cor meum, in omni uita mea? & tamen scriptum est. Non est sanctus in terra, qui non peccet. Respondeo, quòd peccata sunt in duplici differentia, quędam quæ Sancti Dei gratia precauere possunt, ut grauiora, alia, quæ sancti, nisi sint in gratia confirmati, præcauere non possunt, ut sunt minima. De primis loquitur Iob, de secundis, non est homo, qui non peccet. Septimo, dicit Deum esse crudelem. Versus es mihi in crudelē, si flagellas, occidas semel.

Hæc verba non sanè intellecta, fuerunt ēt alijs causa erroris. Eorum tamen germanus est sensus, quod loquitur humano more, & uocat Dominum sine crudelitate crudelem, sicut sine ira irascitur. Et dicitur hic crudelis, quia districtè ferit, nec parcit. sic & Esai. dixit. Ecce veniet dies crudelis, & & indignationis plenus. Octauo, docet Deum de pœnis innocentum ridere, dum ait. Aut saltem de pœnis innocentum, non rides. quæ malè sonant. Dicitur quòd post diutinam obstinationem, uocat Deum ridere scriptura, quia non vult amplius misereri, ego quoque in interitu vrō ridebo, & subsanabo, cum uobis id, quod timebatis, acciderit. Hoc est noluistis conuerti à praua uestra iniquitate, sed ridebatis, & ego quoque ridebo, non amplius vestram curabo salutem, quam tandiu renuistis. non tamen dicitur ridere, quia eorum desideria adimpleat, vel causa sit, sed permittendo risit. Rursus sic nec electorum uota compatiens dicitur ridere pœnas innocentum. Est ergo sensus. Si flagellat occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat, Exorat aduersum Messiæ dicēs. Quoniam uita nostra, quotidie flagello uindictæ,

quid faciendum. Gen.41.b c d e

Ioseph distribuit frumentum tempore famis vniuersis venientibus in Ægyptum. Genesis 41. g

Ioseph mittit fratres suos in carcerem. Genes.42.c

Ioseph epulatur cum fratribus. Genesis 43. c & d

Ioseph furti arguit fratres suos falsò, vt tentet eos. Gen.44.a c

Ioseph consolatur fratres, quibus se agnoscẽdum præbet. Gen.45.a

Ioseph venditum fuisse in Ægypto, Dei fuit consilium, & ipse testatur. Gen.45.b

Ioseph occurrit fratri suo. Gen.46.c

Ioseph patrem ægrotantem uisitat cum filijs. Gen.48.a

Ioseph benedicitur. Gen.49.c

Ioseph filij, preter Effraim, & Manasse, nõ habebant particularem tribum, sed sub tribu Effraim, & Manasse, computabantur. Genes.48.b

Ioseph irascitur præponi in benedictione ipsum Effraim, ipsi Manasse. Gen.48.c

Ioseph osculatur Patrem morientem. Genes.50.a a

Ioseph iubente Pharaone sepelit Patrem in Chanaam, cum magno comitatu, & planctu. Gen.50.b b

Ioseph fratribus iniuriam dimittit, & blandè alloquitur. Gen.50.c

Ioseph moritur, & conditur arromathibus. Genes.50 d

Ioseph ossa fert secum Moses exiens de terram Ægypti. Exod.13.c

Ioseph ossa sepeliuntur in Sichem. Ios.24.g

Ioseph filij Manasse, & Effraim, in duas diuisi tribus, successerunt in locum Leuitarum, in diuisione terræ. Ios.14.a

Ioseph filij Iacob, comendatio. Ecclesiastici 49. b

Ioseph fides. Hæb.11.d

Ioseph cogitat relinquere Mariam vxorem. Matt.1.c

Ioseph fugit cum Maria, & Puero in Ægyptum. Matt.2.2.

Ioseph maritus Mariæ. Luc.1.e.

Ioseph putabatur pater Christi. Luc.4.c

Ioseph cognominatus Barsabas ab Apostolis, agro vendito, pretium affert ad pedes Apostolorum. Act.4.g.

Ioseph maritus B.Virg. qui pater Christi putabatur, fuit ne Virgo? Res, de qua dubitatio proponitur non est de fide, nam multi prestantissimi patres arbitrantur, Ioseph aliam vxorem habuisse. Nam mortuo absque liberis Cleopha, Ioseph iuxta legem uxorẽ eius accepit, & pueros sex procreauit, quatuor Mares, & duas fęminas: Mariam, quæ dicebatur Cleophæ filia secundum legem, & Salomen. Hoc docet Euseb. Cæsarien. li.2. hist. Eccl. cap. primo. Euthym. in Matth. capit.12. Oecumenius ad Galat. cap.2. Epiphan. lib.3. Panarij. Origen. super Matth. Exponens cap.13. Nonne mater eius Maria? & fratres eius Iacob. & Ioseph, & Simon, & Iudas? & sorores eius apud nos sunt? Matth.13. D.Amb. ad Gal. 2. & Caie. ibidem. omnes affirmant Ioseph alteram duxisse vxorem, ex qua suscepit liberos. D.Augus. verò serm.14. in Natiuitate Domini. D.Hieron. li.2. in Matth. D.Thom.3. par. q 28.3. ad quintum. & alij quamplures probant illum virginem fuisse semper. & fratres Domini dicuntur consobrini iuxta consuetudinem scripturarum. Quæ sententia, eo probabilior est, quo Deo semper placuit virginitas. Et Petrus Damian. ait epis.11.c.4. Ecclesiæ fides est, ut Virgo fuerit, & is, qui simulatus est pater. Hæc ille in principio capituli.

2 *Ioseph non fuit verus maritus Beatæ Virginis.* ITEM. Quoniam Euangelista testatur: Mariam fuisse desponsatam Ioseph, profectò contractum fuit matrimonium, adeò quòd casu posito, non poterat Ioseph alteram accipere, tanquam veram coniugem, nec coniux alterum accipere maritum. Nam licèt non fuerit cõcubitus inter eos, fuit tamen indissolubilis animorum coniũctio, quę prima, ac pręcipua est veri, ac sancti matrimonii dignitas. Nec semper exigit matrimonium carnalem copulam, sed mutuum consensum, & hęc est forma matrimonii, & hoc secundum fuit inter Ioseph, & Beatam Virginem, non primum. Et sic conciliantur varia dicta Sanctorum. Nam D.Hieron. lib. primo commentario. Matth. exponens ea verba, cap. primi. Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, &c. Negat fuisse cõiugium inter eos, & primo modo loquitur: Quod etiam dicitur. Voluit occultè dimittere eam. Hoc cogitauit, quia non erat celebratum adhuc matrimonium inter eos. Hæc D. Thom. tertia par. quest.29. secundo. Ideò Angelus dixit.

Mor-

Mortuus est annos agens 110. anno ab orbe condito bis 1510. & ante Domini aduētum. 1452. Cætera quæ à morte Iosue, usq; ad finem referuntur, ab Esdra edita esse q̄ plurimi arbitrantur.

Ira.

Irasci nunquam est peccatum. HÆR. Sumitur enim ira, pro zelo secundum rationem & pro zelo contra rationem, & hoc modo est uitium, quia est immoderata cupiditas puniendi eum, à quo læsum se quispiam arbitratur. Et sic est peccatū, unde Prou. 29. dicitur. Vir iracundus prouocat rixas, & q ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclinior. Et Ecclesiastes monuit, ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit, c.7. Et Ecclesiastici. Qui vindicari uult à Domino, inueniet uindictā & peccata illius seruans seruabit, c.28. & c. 30. Zelus & iracundia minuunt dies. Iob. 5. Virum stultum interficit iracūdia & paruulum occidit inuidia. Et Dominus prohibet. Matth. 5. Ego autem dico uobis. Quia omnis, qui irascitur fratri suo reus erit gehennæ. Et D. Paul. ad Eph. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasfemia tollatur à uobis, cum omni malitia. Et ad Closs. 3. Nūc autem deponite, & uos omnia iram, indignationē, malitiam &c. Patres ad hoc monstrum detestandum plura ediderunt. D. Basilius. Hom. de ira, quæ decima est, inter Homil. uariorum argumentorum dicit. Quando semel iræ perturbatio mentem præcipitans imperium animæ sumpserit, hominem penitus in feram conuertit, nec hominem, qui rationis sit compos esse sinit. Chrisost. Hom. 29. ad popul. Antioch. Nihil iracundo homine insanius, nihil grauius, nihil infestius, turpius nihil, sicut è contra nihil nescio nō irasci iucundius. Et Hom. 30. Non habitat Spiritus Sanctus ubi furor maledictus iracundus, nihil sani potest emanare vbi procedit ira. D. Amb. lib. 1. offi. c. 21. Caueatur iracūdia, aut si præcaueri non potest, prohibeatur. Mala enim lex peccati, indignatio est, quæ ita animum perturbat, vt ratione non relinquat locum. D. Aug. lib. de vera Religione, cap. 45. Itaque nolumus ab hominibus vinci, & iram non possumus vincere. Qua turpitudine, q̄d execrabilius dici potest? Et epistola 87. Sicut acetum corrumpit uas, si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit. Greg. libro 5. Moral. c. 30. Quanta ergo sit iracundiæ culpa pensemus, per quam dum mansuetudo amittitur, supernæ imaginis similitudo vitiatur. Per iram sapientia perditur, vt quid, quoue ordine agendum sit omninò nesciatur. Bern. serm. 13. in Psal. Qui habitat in adiutorio. Ostendam autem uobis cui debeatis irasci. Irascimini ei, quæ sola nobis nocere potest, sola facere ut omnia illa non prosint &c. Vultis scire, quæ nam illa sit? Iniquitas propria. Ita dico uobis huic irascimini. Nulla enim nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Multa scribit Lactantius libro de ira Dei. Alcuinus, de vitijs, c. de ira. S. Maximus Confessor, de ira. serm. 19. S. Pater Antiochus. De Iracundia. Hom. 24. Et Scholastici. Vt D. Tho. 2.2. q. 158. Cortesius. 3. d. 8. Et alij. Gerson. par. 2. de septem uitijs. Brulifer. 4. d. 14. q. 4. Bon. 3. d. 15. q. vlt.

Irasci semper est peccatum. HÆR. Ne contingat decipi, atq; errare in æquiuoco, præmitto, quod ira sumit quadrupliciter. Primo, prout importat mali detestationem. Secundo, dicit detestationem cum inquietatione partis sensualis, sine aliqua pturbatione mentis. Tertio, dicit inquietationem, & perturbationem mentis ad tēpus. Quarto dicit affectum detestationis inordinatum tam in parte superiori, quā inferiori. Primo mō est in Deo & in Adam in statu Innocentiæ, secundo modo in Christo. Tertio in Sanctis viris, & quarto modo, in peccatoribus & est peccatum. D. Bona. vbi supra. Non ergo semper est peccatum. Vnde D. Aug. in Psal. 44. Irascimini, & nolite peccare. Aut agite pœnitentiam, idest irascimini uobismetipsis, de præteritis peccatis, & ulterius peccare desinite. D. Amb. lib. 1. offic. cap. 21. Irascimini ubi culpa est, cui irasci debeatis. Irascimini ergo ita vt à culpa abstineatis. Basil. ubi supra. Illum uerò, qui tāquam pharmaco ad ea quæ oportet ira utitur, minimè condemnat. Dicitur nāque. Ponam inimicitiam inter te, & serpentem. Gen. 3. Et rursus. Hostes sitis madianitis. Num. 31. Docentis uerba sunt, vt ira veluti armis utamur. Ideo Moyses omnium mitissimus uituli idolatriam dānās, Leuitarum manus in cædem fratrū armauit.

nit. Exod. 32. Vnusquisque (inquit) vestrũ gladium ad latus teneat, & transite à porta ad portam, & flectite, per circuitum castrorum, & suum quisque fratrem interimat, & quilibet proximum suum. Et paulò post ait Moyses. Vestras hodiè manus Deo consecrastis, quilibet in filio suo, & fratre suo, vt detur uobis benedictio. Hoc fusius prosequitur ibi D. Basil. Greg. lib. 5. Moral. c. 33. Sed inter hæc solenter sciendum est, quòd alia est ira, quam impatientia excitat, alia, quam zelus iustitiæ format. Illa ex uitio, hæc ex virtute generatur. D. Bernar. idem probat superioribus verbis, quòd irascendum est iniquitati propriæ. Lact. lib. de ira Dei, c. 21. Nam si omninò prohiberet irasci, ipse quoadmodo repræhensor opificij sui fuisset, quia in principio iram iecori hominis indidisset, si quidẽ creditur causam huius commotionis, in humore fellis contineri. Non igitur prohibet irasci, quia is affectus necessariò datus est, sed prohibet in ira ꝑmanere. Denique rursus eum irasci quidem, sed tamen non peccare præcipit, non utique euellit iram radicitus, sed temperauit, ut in omni castigatione modum, ac iustitiam teneremus. Hæc Lactantius, à quo nemo discrepat.

3 *Ira non est in Deo*. HÆR. Non ponimus passiones in Deo, hoc enim ridiculum esset, sed Deus irasci dicitur, quia effectus irãtis, ac indignantis facit, vt sacræ literæ testãtur. Nam iratus in Moysen non exaudit eũ. Exod. 4 D. Irascitur in Israelitas ob uitulũ aureum. Exod. 32. Irascitur in fastidientes Mannam. Num. 12. B. Irascitur in Aaron, & Mariam detrahentes Moysi. Num. 12. C. Irascitur in Aaron qui uitulum conflauerat. Deut. 9. C. Ira Dei deuorauit Pharaonem. Exod. 15. B. Irascitur in murmuratores. Num. 11. A. Iratus tradidit Israelitas in manus Regis Syriæ, & Moab adorantes uitula. Iud. 3. A. B. Ne irascatur orat Deum Gedeon, secundo petẽs signum in uellere. Iud. 6. G. Deus etiam irascitur super incredulos, ut docet, D. Paul. Col. 3. B. Et ne Dei prouocemus iram admonet. 1. Cor. 9. E. Et nos dixit esse filios iræ ad Eph. 2. A. Et Dei iram sibi thesaurizant in nouissimis dieb. diuites huius mundi, inquit Iacob. ca. 5. A. De ira Dei fusius disputat Lactant. loco citato, ac D. Basi. Vnde Lactant. Qui ergo irasci nos iubet, ipse utique irascitur, qui placari celerius pręcepit, est utiq; ipse placabilis, c. 21. Et superius, c. 6. dicit. Nam neque honos ullus deberi potest Deo, si nihil præstat colenti, nec ullus mętus, si non irascitur non colenti. Hæc Lactant. Hanc tamen Dei iram salutarẽ uocãt Sãcti, inter quos Maximus, c. 23. Oeconomicorum ait. Ira salutaris est diuina ꝑmissio, qua superbus animus affectionibus oppugnatur à Dęmonibus, ut quo dum ignominiosè patitur, qui gloriabatur de uirtutibus, discat, quis earum sit largitor. Hactenus ille.

Isaac.

Isai.

Iubileus est humanum inuentum ac Papistarum.

HÆR. Aspernantur hæretici indulgentias, atque ideò nostrum Iubileum. Quod tamen sic fuit apud Iudæos in umbra, est in nostra lege expressum. Primò ergo nomen exponamus. Secundò à quo sit institutum. Tertiò quanti sit uigoris. De nomine degladiantur recẽtiores, quorum altercationes superuacaneum est referre; & quærunt nodum in scirpo. An ergo dicatur Iubileum, vel Iobileum nihil refert in re nostra. Iubileus, apud D.Aug. Psal.80. dicitur à verbo iubilare. Iobileum verè à Iobel, quæ propria uox est linguæ Sanctæ. Iobel verò dimittens interpretatur. Namque eo anno cunctis licentia condonabatur, unde D.Gregor. magnam requiem nuncupauit. Testantur alij sic appellari à tubarum clangore, quibus anni Iubileus promulgabatur. Athanas. Synaita. libro 5. de quinto die creationis. Iobileum uocat, quod interpretatur misericordia, ut cõdonatio. Hinc Ps. 50. Vocatur, quando culpam remissam cecinit Dauid. Et quinquagesimo die misit Spiritum Sanctum. Et quinto die cęnã dedit mysticam. Et quinto die, aquæ uiuas genuerunt animas, quia Spiritus Sanctus ferebatur super aquas. Hæc de nomine, de quo Cyrillus Seruita fusius. De eius uerò origine, non opus est multa scribere, quandoquidem, manifestam eius institutionem habemus. Leu.25. Ipse est Iobel, aut Iubileus. Rursus Leu.27. Num.36. Ios.1. Deus loquitur de Iubileo. Dixitque Dominus ad Iosue. Ecce dedi in manus tuas Hyericho, & Regem eius, omnesque fortes uiros. Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem, sic facietis sex diebus. Septimo autem die Sacerdotes tollent septem bucinas, quarum vsus est in Iubileo, & pręcedent arcam fęderis. Non ergo est Iubileus humana excogitatio, sed à Deo. Et antiquissimus est in lege Moysi. Et ut arbitratur Iacob. Cardinalis. D.Bonifacij. VIII. Nepos fuit tempore Abraham Iubileum, quando dimicauit aduersus quinque Reges, quo tempore liberauit Loth, & Melchisedech obtulit panem, & uinum, & eo tempore erat Loth annum quinquagesimum

mum agens, unde Abraham Iubileum instituit. Alij putāt Iubileum institutum fuisse anno ab orbe condito bis millesimo quadrigentesimo quinquagesimotertio, altero mense post tabernaculum erectum. Vel vt alij, anno bis millesimo quadrigentesimo quinquagesimo quarto, ante incarnationē Domini. M.D.VIII. Et ante mortem Saluatoris. M.D.X.L I. Hæc de eius institutione. Quæ omnia figura fuere Christiani Iubilei. Nam annus ille Iubilei, erat annus salutis omnibus habitantibus terram, & erat annus remissionis, vt lex dicit. Reuertetur homo ad possessionem suam, & unusquisque rediet ad familiam suam, quia Iubileus est, & quinquagesimus annus. Tunc seruis donabatur libertas, debita relaxabātur. Captiui dimittebantur. Res à proprio domino alienatę restituebantur. Iudicia ligatorum dissoluebantur. Inimici conciliabantur. Erat ergo annus expiationis expectatissimus, salutaris iucundus, in quo sacrificijs oblationibus, & orationibus toto pectore incumbebāt. Quę omnia in figuram nostri Iubilei contigerunt, ut testatur, D. Paul. ad Hæb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. Et sicut Tuba promulgabatur, sic Romani Pontificis edicto nostrum inuulgatur Iubileum. Et lex Moysis nihil ad perfectum adduxerit, excipiamus nouum, ac verum Iubileum. Nam Christus existens Pōtifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, idest non huius creationis, &c. Ex quo copiosius Iubileum statuitur. Nam ea, quæ sunt in antiqua lege scripta, non tantum secundum literam, sed secundum allegoriam sunt excipienda, vt admonet, D. Augu. ad Honoratum, c. 3. Vt & de Iona exponit Saluator. Matth. 12. Tale fuit sacrificium Melchisedech. Imperfecto itaque, atque obumbratico Iubileo nostrū succedit. Hoc Bulla Bonifacij octaui, & Clem. sexti confirmat. Hic annus qui prius erat centenarius, ad quinquagenarium, & demum ad vigesimum quintum est redactus De quo Iacobus Cardinalis. Et Iulius Roseus in eius Scholijs. Cyrill. Seruita. Angelus Pientinus in proprio tractatu doctissimè, ac elegantissimè disseritur.

Iudas.

Iudas Apostolus, non scripsit epistolam, nec est Canonica. HÆR. Aliqui friuolis quibusdam coniecturis negant epistolam, D. Iudæ esse authenticam, imò audent affirmare esse Erroneam, ac falsa continere, quorum errorem refellit Ecclesia, authoritate summorum Pontificum, ac Conciliorum, & Patrum. Nam meminit Anacletus epistola 3. Et accepit ea verba. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales Spiritus non habentes. Alexāder item primus epistola tertia, ex nomine vsurpat dicens. Ecce veniet Dominus (ait Iudas Apostolus) in millib. suis, &c. Dyonis. de diuin. nominibus, c. 4. sumit ex ea testimonium. Epiph. libro primo aduersus hæreses. Her. 26. Arguit contra Gnosticos ex huius authoritate, dicens. Quare de his arbitror commotus est Spiritus Sanctus in Apostolo Iuda, in Catholica inquā epistola ab ipso scripta. Iudas autem hic est, qui frater Iacobi, & Domini dicitur. Hoc testatur. D. Hieronym. lib. de viris Illust. Et epistola ad Marcellam. Iudas nominatur Thadęus. Matth. 10. & Marc. 3. D. vero Lucas. Act. primo. Iudam vocat, qui & Corculus nuncupatus est, idest proprij cordis custos. Qui quamuis esset frater Simonis illius Zelotis, tamen se nominat Iacobi tantum, idest Iacobi minoris frater, qui uti Hyerosolimitanus Antistes primus inter eos habebatur. Hæc Catus. Scribit hic Apostolus, contra fidei, ac Ecclesiasticæ vnitatis corruptores. Athan. in Synopsi Oecumenius, & Beda hic.

Obiectiones Hæreticorum.

Reijciunt nonnulli hanc epistolam. Primò, Quia

Quia ex libro Enoch adducit testimoniũ, qui est Apocriphus. Respondeo ex D. Augustino. Quid Enoch septimus ab Adam? Nonne etiam in Canonica epistola Iudæ prophetasse dicitur? Cuius scripta, vt apud Hebræos, & apud nos in authoritate non essent nimia fecit antiquitas, propter quam uidebantur habenda esse suspecta, ne proferentur falsa pro veris. Nam & pro feruntur quædam, quæ ipsorum esse dicuntur, ab eis, qui pro suo sensu passim, quod volunt credunt. Sed ea castitas Canonis nõ recipit, non quod eorum hominum, qui Deo placuerũt reprobetur authoritas, sed quod ista esse non credantur ipsorum, lib. 18. De Ciuit. Dei. c. 18. Dico secũdo. Quod apud Iudam non erit Apocryphus. Dico tertiò, Quod & si esset Apocryphus, nõ minuit epistolæ authoritatem, quandoquidẽ, & D. Paul. Ex Astrato, Menandro. Epemenide prophanis Poetis, arguit. Act. 17. 1. Corint. 15. ad Titum primo. Dico quarto. Quod maior est Iudæ authoritas, quàm eorum, qui contendunt esse Apocryphum. Demum aliud est totum librum esse Apocryphum, aliud particulam unam, quoniã ab alijs potuit fortè uiolari, quãdo aliquid non est certum. Non tamẽ affirmo, particulam de libro Enoch esse falsam. Nec etiam per hoc, quod illud testimonium sumpsit reddit librum Enoch certum. Secundo, apud ueteres patres fuit dubitatum. Vt Eufeb. lib. 3. Hist. Eccl. c. 25. refert. Respondeo quòd eorum dubietas nostram peperit fidem. Et si illis licitum fuit dubitare, nobis nõ licet, quoniam & Patres, & Concilia illam receperunt. Tertio, scribit altercationem Michaelis cum Diabolo de corpore Moysi, quæ in sacris literis, nõ habetur. Respondeo, quòd non haberi, quæ in hac epistola continentur in sacris literis, non minuit authoritatem. Nam & alia multa non habentur. Et illud inter illa, quòd D. Paul. dixit. Act. ca. 2. g. Beatius est dare, quam accipere. Nulla ergo est consequentia.

2 *Iudas, qui Dominum tradidit, ac vendidit, non fuit homo iniquus.* Caini. HÆR. Refert Alfonsus hanc hæresim. Quæ ex uerbis Domini Ioan. 13. confutatur. Vos mũdi estis, sed nòn omnes. Sciebat enim quis nam esset, qui traderet eum, propterea dixit, non estis mundi omnes. De Iuda dixit. Luc. 22. Vhe homini illi, per quẽ filius hominis tradetur. Demum Laqueo se suspendit, quomodo ausi sunt contra apertam historiam illud suspicari Caini, uel Caldęi, ut aliis placet. Hoc docuit, D. Petrus. Act. primo. Viri fratres, oportet impleri scripturã, quã prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit Dux eorum, qui compræhenderunt IESVM. Et Paulò post. Qui suspensus crepuit medius.

3 *Iudæ desperatio placuit Deo, sicut pęnitentia Petri.* HÆR. Principium constitutissimũ est, etiam apud Barbaros, quod Deus non lętatur in perditione hominum, quod iniquos, & iniquitatem odio habuit. Et millę, ac plura exẽpla & authoritates ab orbe cõdito referre possem. Ad quid Adam de Paradiso eiecit, profugum fecit Caym. Diluuio submersit omnia, Igne Sodomam combussit, & alia plura fecit contra iniquos, si complacet sibi Deus in illis? De hoc. Directio. secunda parte, quæstione decima. Her. 13.

Iudex.

Iudex non potest aliquam pænam inferre. Valdenses. HÆR. Homines perditissimi, qui quasi sus in uolutabro in vitijs inuoluũtur, fugiunt pœnas, detestãtur iudices, quos tamen constituit Dominus, quia oderunt peccare multi formidine pœnæ. Dixit ergo Dominus, Maleficos non patiens viuere. Et Exod. 18. Constitue iudices, qui populum iudicent omni tempore. Deut. 16. Iudices, & ministri in omnibus portis tuis constituantur, ut iudicent populum iusto iudicio. Et Ioan. XII. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicatẽ. D. Petrus. Act. 5. Puniuit Ananiam, & Zaphiram, qui prętium agri venditi defraudarunt. Qui prima sua epistola, capitulo secundo admonuit subditos dicens. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti, siue ducibus tanquam à Deo missis ad uindictam malorum, laudem uerò bonorum. Diuus Paulus etiam ad Rom. decimotertio. Si malum feceris time eum, non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, uindex in iram ei, qui malum agit. Præter hæc manifesta testimonia rationibus demonstratur iu-

sti

ſtiti exigit, vt vitium puniatur. ergo non peccat iudex ſi ſecundum iuſtitiam damnat. Secundò, iudices ſunt miniſtri, ac exequutores Diuinæ Prouidentiæ. ergo dum iniquos puniunt non peccant. Tertiò, punire iuſtos, eſt bonorum exaltatio, ac cõſeruatio. ergo licita. Quartò exemplo meditici roboratur, qui pro ſalute corporis totius, membrũ putridum abſcindit, ne morbidum factum totum corrumpat. Hæc doctrina receptiſſima eſt in Eccleſia, quã ab aduerſarijs ſic vendico.

Obiectiones Hereticorum.

Friuolæ ſunt aduerſariorum authoritates, quas ad ſuam perditionem confirmãdam adducunt. Primo arguunt. Dictum eſt. Nõ occides. ergo non licet iudici occidere. Reſpondetur, quòd priuatæ perſonæ, & iniuſta occiſio prohibetur, non publicę poteſtati, quia tunc præcepit etiam lapidari Deus. Secnudo, Dominus dixit, Matth. 13. Sinite creſcere vſque meſſem, loquens de zizania. Dicitur, ꝙ malorum occiſio tunc prohibetur, quãdo bonorũ timetur mors, vel inferre eis nocumentum, vnde dixit. Ne eradicetis ſimul & triticum. Vel prohibetur quando timetur, nec ſic mali poſt ſe multos bonos trahant. Aliàs licitè occidũtur. vndè & addidit, vt poſtea in ignem mitteretur zizania. Tertio, nolite iudicare, & non iudicabimini ait. Dominus. Matth. 7. Reſpondeo, ꝙ de iudicio iudicis poteſtatẽ habentis loquit, ſed nõ de priuato iudicio cuiuſuis hominis, quia intima iudicare prę ſumimus, tunc enim in quo alium iudicamus, nos ipſos condemnamus. Quarto, dũ homo hic viuit, poteſt ſe corrigere, ac ẽmẽdare. ergo expectandum erit. Reſpõdetur, quod ex eo, quia maius eſt damnum, & periculũ, ꝙ imminet ex malorum conuerſatione, & vita, maius eſt, & certius, quàm ſpes emendationis, ideò non expectatur. Dico ſecundo, ꝙ & in mortis articulo conſtituti poſſunt penitere, ſemper eſt ſpes ſalutis. Conſulendum ergo bono publico, nõ priuato.

Erde hoc ſcribit Diuus Thom. tertio contra Gentiles, cap. 146.

Iudæi.

Iudæi ſunt in ſtatu ſecuro de ſua ſalute. HÆ. Aduerſus eos ſupra ſcripſimus verbo, Hebrei, nec plura.

Iudicium.

Iudicium nullum eſt futurum. Borboriani, vel Albanenſes. HAER. Adeò ſunt manifeſta apud Euangeliſtas, & Prophetas, verba contra hanc hæreſim, vt qui ea negat, neceſſariò Euangelium negare opus eſt. Nam Dauid, pſal. 96. dixit. Ignis ante ipſum præcedet, &c. Eſai. 66. Ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigę eius reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam flammæ ignis, quia in igne Dominus iudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino. Et Sophonias, capit. primo. Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt velox uim, vox diei Domini amara tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ, dies calamitatis, & miſerię, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ, & clangoris ſuper ciuitates munitas & ſuper angulos excelſos. Malachiæ quarto. Ecce dies veniet ſuccenſa, quaſi Caminus, & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem ſtipula, & inflãmabit eos dies veniens, dicit Dominus exercitium, quæ non derelinquet eis radicem, & germen. Hierem. 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutaus cor, & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Ioelis tertio. Ecce in diebus illis, & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda, & Hieruſalem congregabo omnes gentes, & deducam eis in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cũ eis & ibi ſup populo meo, & hereditate mea Iſrael, quos diſperaſſent in nationibus & terram meam diuiſerunt. & paulò poſt. Conſurgant, & aſcendant omnes in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Et Dominus ſua voce idem futurum prædixit. Matth. vndecimo. Dico vobis, &

Tyro,

Tyro, & Sydoni remissius erit in die iudicij, quam uobis. Et cap. 12 Reddent de eo rationem, in die iudicii. Et c. 24. Et mittet Angelos suos cum tuba, & uoce magna cõgregabunt electos eius, à quatuor ventis à summis Cœlorum, vsque ad terminos eorum. De die autem illa, nemo scit, neque Angeli eorum, nisi solus Pater. Et cap. 25. Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua, & Angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & cõgregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos abinuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hędis, & statuet oues à dextris, hędos autem à sinistris. Tunc dicet Rex, his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti Patris mei. Lucas etiam refert, ca. 21. Erunt signa in Sole Luna, & stellis, &c. D. Ioan. c. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem Act. 10. Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est iudex viuorum & mortuorum constitutus à Deo. D. Paul. pluries de hoc scribit ad Roma. 14. omnes astabimus ante tribunal Christi, & vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Et c. 2. In die, quo iudicabit Deus occulta hominum. Et 1. ad Cor. 15. Ecce mysterium dico vobis, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momẽto, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim Tuba & mortui resurgent incorrupti) & nos immutabimur. D. Petr. 2. c. 3. Adueniet autem dies Domini, vt fur, quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Demum Apocal. cap. 20. Describitur iudicium. Et uidi tronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cęlum, & locus nõ est inuentus eis. Et uidi mortuos magnos, & pusillos, stantes in conspectu Throni, & libri aperti sunt. Et inferius. Et iudicatum est, secundum opera eorum, & infernus, & mors, missi sunt in stagnũ ignis. Quid Clarius dici contra eos potest? Vanum est etiam testimonia Patrum afferre in re tam aperta.

2 *Iudicium nullum est futurum, sed iam fuit.* HÆRET. Ex iisdem locis confutatur hęc hæresis.

3 *Iudicium non erit in valle Iosaphat.* HÆR. Exponunt Sancti vnanimi consensu, illud dictum. Ioel. 3. Adducam in vallem Iosaphat. Quod ibi veniet Dominus in aere sedens & iudicabit.

Quartò. Christus Dominus iudicabit authoritatiuè, at Apostoli iudicabunt sentẽtiam proferendo, ut eis Dominus pollicitus fuerat. In regeneratione cum sederit filius hominis, &c. Sedebitis super sedes iudicãtes duodecim tribus Israel. Matth. 19. Quam extendit. D. Thom. etiam ad illos, qui Apostolorum uestigia sunt sequuti.

5 Iudicabit Dominus, nè dum publica peccata, sed minimas cogitationes. Vt docet, D. Paul. 1. Cor. 4. Manifestabit cõsilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuique à Deo.

6 Sanctorum etiam delicta publicè sunt iudicanda. Nam vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. vt ad Rom. 5. testatur Apostolus. Nemini ergo fit iniuria, si manifestentur peccata, imò erit ad eorum gloriam.

7 Sententiam, (facta separatione locali inter bonos, & malos) proferet Dominus vocali uoce, & ab omnibus audietur.

8 Discussio, ac examinatio non erit uocali uoce, sed mentali. Nam longum exigitur tempus ad hoc. Et D. Paul. ad Rom. 2. Testimonium illis reddente conscientia eorum. Erit ergo mentalis discussio.

9 Dominus sedendo uerè, non metaphoricè, vt quidam arbitrantur) iudicabit. Nam ne miracula cumulentur dicunt Sancti, quòd sedebit super nubem, nam sicut super nubem ascendit, sic iudicando sedebit. Hæc sunt potiora hac in re, quas paucis sic collegi in gratiam concionatorum. Scribunt Scholastici in 4. di. 47. Et D. Tho. 4. contra Gent. capitulo 96.

Iudicium.

Iudicium temerarium, non est peccatum. HÆRET. Iudicium temerarium esse peccatum ex ipso prædicato propositionis apparet. Nam si temerarium erit, profectò culpa non caret. Contra illud dixit Dominus Leuit. 19. Non facies, quod iniquum est, nec iniustè, iudicabis. Et Matth. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et capit. 11. Venit Ioannes non manducans, neque bibens, dicunt Dęmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt

cunt. Ecce Homo vorax, & potator vini, Pu blicanorum, & peccatorum amicus. Lucæ sexto. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. Ioan. 7. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Hoc repræhendit D. Paul. ad Roman. 14. 1. ad Corinth. 4. & 6. & D. Iacob. 4. D. Aug. vt habetur q. 11. cap. temerarium. & 36. q. 6. Iniquum est, vt quisque de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit. D. Hierony. epistola quinta. Non enim conscientiæ latebras, hominib. scire, aut nudare permissum est, dicente scriptura. Homo in facie videt, Deus autem in corde. D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 3. & 4. Quo loci docet, quòd dubia sunt in meliorem partem iudicanda, & intelligitur negatiuè. & sensus est, quòd non sunt in deteriorem partem interpretanda. Hinc habent regulam Prælati, quod subditos in dubiis, non debent malitiæ arguere, aut punire, sed bonam de eis opinionem, vt prius concipere, & consulendum, nè aliquid fiat in iniuriam proximi in fama, quę vita praciosior est.

Iudith.

Iudith vidua erat in Ciuitate Bethulię castissima. Iudith. 8. a

Iudith reprehendit Sacerdotes, quod misericordiæ Dei terminum statuissent. Iudith octauo, a

Iudith adhortatur Sacerdotes, vt populum ad patientiam animent, exemplo patrum. Iudith 8. c

Iudith consilium in vltionem inimicorum. Iud. 8. d

Iudith oratio, pro salute populi Israel. Iudith 9. a

Iudith depræhensa ab exploratoribus Assyriorum, ducitur ad Holofernem, cui itineris causam astutè aperiens, illi imponit.

Iudith petit sibi dari facultatem certo tempore orandi. Iud. 11. b

Iudith caput Holofernis præscindit, & ciuibus suis defert. Iud. 13. a

Iudith laudem Deo canit ob victoriam obtentam de Holoferne. Iudith. 16. a

Iudith moritur. Iud. 36. a

Iudith historia non debet inter sacras computari. Anabaptistæ. HÆRET. Multis elapsis iam annis recepit Ecclesia hanc historiam, & à Nicena Synodo fuit inter sacras susceptas D. Hieronymo authore, circa annum Domini 324. Et postmodum ab aliis, vt certum est. Fuit Iudith Bethuliana, ex Tribu Ruben, mulier omnibus aliis præferenda ob victoriam sua arte comparatam, eò ꝙ patriam liberauit, anno 13. Artaxersis Prisci, qui Assuerus, & Nabuchdonosor à scriptura nominatur. Hic cum collega suo Cyro, primus Medis. Portis, & Assyriis imperauit, ut primo Esdrę, ac Danielis libro dicitur. Vixit Iudith Philone teste annos 125. Moritur anno ab orbe cõdito ter 1560. Cui Ioachin Socerdos eius historię author, paulò post superuixit.

Obyciunt Hæretici.

Anabaptistæ repudiant hunc Librum. Primò, quia Iudith mendacium dixit, non ergo est authoritatis. Respondeo primò cum Diu. Thom. quod Iudith mentita est Holoferni ex nimio affectu salutis suę gẽtis ob quam se morti exposuit. Dicitur secundò, quòd fortè eius mendacium excusari possit secundum mysticum intellectũ. Hæc D. Thom. secunda, secundæ, quæstione 110. artic. 3. ad tertium. Dico secundò, negando consequentiam, nam admisso, ꝙ nimio, ac inordinato zelo peccauerit, non sequitur ergo historia non est Canonica. Nam nec libri Moysi, nec Dauidis, Salomonis, & Pauli, & aliorum omnium essent authentici, si fides deneganda esset codici ob commissum crimen. Secundò Iosephus nullam facit de hac historia mentionem, nec Hebræi inter authenticas, vel sacras annumerant. Respondeo, quòd ipsemet Iosephus, lib. 18. capit. decimo, dicit se ea tantum scribe, quæ in Canone Hebręorum habebantur, & se excusat, dicens. Nemo igitur culpet me, eò quòd ita narrauerim singula, sicut in antiquis libris inueniuntur scripta. Nam ipso Historiæ meæ principio propter eos qui quæstiones mouent, & in aliquo culpare nituntur astruxi, dicens, translaturum me libros Hebraicos in eloquium Græcum, & hos aperire, neque adijcere aliquid seorsum, neque subtrahere me promittens. Hactenus ille.

Quam verò Hæbrei inter sacros non ascribant, nihil nocet Ecclesiæ authoritati, & lumini, quæ melius rem discussit, & altiori lumine diiudicauit, nil ergo ad nos de Hæbreis.

Tertio, Reges illi, qui in principio referuntur, & quorum tempore hæc historia contigit, nusquam inter historias gentiũ connumerantur. ergo mendax erit historia, ac per hoc rei jcienda. Respondeo, quòd tantæ uarietatis historiæ, causa est diuersa supputatio. & quia mentiuntur etiam aliqui, inter quos Herodotus in referendis Regibus Persarum & Medorum, & ideo Eusebius in hoc non recipitur, qui Herodoti fabulas est imitatus. Et sequimur Methastenem, & Philonem, qui ex Persarum Annalibus in Greciam, historiam trãstulit, & Methastenes de se refert suam historiam ex publica Susiana Bibliotheca hausisse, ac exscripsisse. Philo etiam diligentissimus fuit in descriptione quatuor Monarchiarum, & annos, & nomina eorũ, qui regnauerunt in Israel à Moyse, vsque ad Herodem collegit. Dicamus ergo, q̃ Arphaxat & Nabuchdonosor, non illi fuerunt, quos ipsi putant Dioclen videlicet, & Cambysem, sed quos Methastenes Persa, & Philo Iudæus testantur. Arphaxat enim, neque Medorum, neque Persarum Rex fuit, sed insignis, ac præpotens factionis Tamiricæ fautor, qui insurrexit postquam Cyrus interfectus est à Vamiri Scytarum Regina. In locum huius successit Artaxerses, Priscus, Assuerus, qui libro Iudith Nabuchodonosor nuncupatur Medorum, Persarũ, & Assyriorum Rex filius Darii Istapsis. Nominatur uerò hic Assuerus Nabuchodonosor, quia dignitatis nomine appellabantur, sicut apud Aegyptios Pharaones, postea Ptolomæi, & Romanos Cęsares. Quod ergo negant Anabaptistæ Arphaxat, & Nabuchodonosor inter Reges Persarum, & Medorum non inueniri, falluntur, & aliquorum errore decipiuntur, quos reiicimus, & alios digniores sequimur.

Iurare.

Iurare nunquam licet Christianis. Anabaptistę. Valdenses. Luthærani. HAER. Multa possent scribi contra hos hæreticos, nisi ab omnibus ante nos essent expugnati, ideo summis labiis colligo, quòd contra eos est dictum Deut. 6. Ac per nomẽ eius iurabis, & item iurabis que in nomine ipsius. Dominum sępe iurasse legitur. Deut. 7. b. & c. 11. b. Hoc cecinit Zacharias. Iusiurandum q̃ iurauit ad Abraham patrem nostrum. Si ergo iuramentum est malum, quomodo præcepit Deus. Iurauit D. Paul. ad Rom. 1. Testis est mihi Deus, quòd memoriã vestri facio in orationibus meis. & 2. ad Corinth. primo. Ego autem testem Deum inuoco, in animam meam, quod parcens uobis, non ueni ultra Corinthum. & ad Heb. cap. sexto. Vtilitatem iuramenti colligit, ac eius finem dicens. Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controuersię eorum finis ad confirmationem est iuramentum. Synodus Ephesins Nestorium ad iuramentum coegit his verbis. Sed consequens etiam iureiurando fateri te, quod anathematizes tua polluta, ac prophana dogmata, sententias, & doceas, quę nos vniuersi per Orientem, siue per Occidentem Episcopi, & Magistri, præsulesque populorum credimus, & docemus. Concil. etiam Constantiense hæresim hanc Vuitcleph reprobauit asserentis, iuramenta esse illicita ad confirmandos humanos cõtractus, ac ciuilia commercia. Demum, si Christianis non licet, quare hæreticis, qui iurant in uerba Luthæri? Quare Imperatoribus, qui Sanctissimo Papæ iurant, ut in Clem. capitu. Romani, de iureiurando. Quare Episcopi iurant Papæ. vt habetur, de maioritate, & obedientia. capit. dilecti. Quare Pius IIII. Bullam edidit professionis fidei, qua iurant Doctores, se obedire Romano Pontifici, & alia? Quare iurant vasalli Dominis suis, vt habetur 22. q. 5. Canon. de forma. Iuramentum itaque ex origine non est, quia est à Deo, neque ex fine, quia est ad dirimendas controuersias. & est actus latriæ, quia ad Deum directè ordinatur, & ad religionem pertinet, quatenus Deum inuocat. Est etiam inter necessaria reputandum, non tamen sine necessitate. Vnde sicut licet per Deum iurare, sic & per creaturas. Vnde Ioseph iurauit, per salutem Pharaonis. Genes. 42. Ex his patet iuramentum non esse ex genere suo malum.

Clie-

Obiectiones Hæreticorum.

Nonnulla quæ reperiuntur in ſacris literis, non ſane intellecta occaſionem hæreticis dederunt errandi. Et primo, quia dicitur. Matth.5. Ego autem dico uobis, non iurare oĩnò, &c. Sed ſit ſermo vr̃, eſt eſt; nõ, non. Quod autem his abundantius eſt à malo eſt, ergo non licet iurare. Reſpondeo primo. Quod non prohibet iuramentum abſolutè, ſed per ea, quæ nominat, nẽpe per Cœlum, terram, &c. ne detur occaſio idolatrandi, & creaturas excipit à iuramento, nè in Deorum numerum relatæ darent Iudæis occaſionem idolatrandi. Sic exponit D. Hierony. & Theophilactus. Reſpondeo, quòd non prohibetur abſolutè iuramentum, ſed iurandi conſuetudo, & facilitatas. Sic interpretatur. D. Auguſtin. lib. mendacio, c.15. Dicitur tertio, quòd Dominus Cõſilium dat, & eſt perfectorum, nõ omnium illud obſeruare. Secundo, D. Iacob. admonet, dicens, c.5. Ante omnia fratres Cariſs. nolite iurare oĩnò, neq; p cœlu. neque per terrã, neq; aliud quodcunq; iuramentũ, ergo non licèt. Dicitur ꝙ nec Apoſtolus prohibet iurare abſolute, ſed quando cauſa nõ exigit. Nam iuramentum non eſt ex ſe malum, ſicut inebriari, ſed ex incauta, & frequenti iuratione. Tertio, Romani Pontifices ad ſuam ambitionem conſeruandam ſtatuerunt, vt Imperatores, & alij ſibi iurarent. Reſpondeo ꝙ iuſtis de cauſis ſtatuerunt iuramenta, vt ſic Eccleſiaſtica Hierarchia conſeruetur. Et ex ſacris literis à Deo eſt iuramentum inſtitutum. Nam iurauit Noe non inducturum aquas vltra ſupra terram. Iurauit Heli Sacerdoti, quòd non expiaretur iniquitas filiorum eius, vſque in æternum. Quarto, Chriſ. Hom. in Pſal.5. ait. Iurare ex Diabolo eſt. Dicente Chriſto. Et Hom.19. Ad populum Antioch. hoc idem repetit. Et rationes ſoluit, quibus probant Theologi licitum eſſe iuramentum. Prima, quia Deus iurauit ad Abraham. Secunda, quia non præcepiſſet nobis Deus, vt dicitur Hierem.4. Iurare per Deum verũ. Tertia, quia ad componendas humanas controuerſias neceſſarium eſt. Quas ſoluit Chriſoſtomus. Et ad primam. Quod non iurare dicitur Deus propriè, ſed humano more impropriè, ac metaphoricè. Sic reſpondet. Hom.47. in Gen. & vnd. ad Hæb. Ad ſcd̃ã ſatisfacit Hom.17. in Matth. Quod Deus non præcipit iuramentum, ſed permittit, ſicut & repudium propter infirmitatem corũ. Ad tertiam reſpõdet Hom. 8. ad populũ Antioch. Quid igitur (inquit) ſi iurandi neceſſitas adſit? Reſpondeo. Vbi eſt præuaricatio, non eſt neceſſitas, poſſibile eſt enim penitus, non iurare. Et Hom. 17. in Matth. Quid igitur (ait) ſi aliquis exigat iuramentum, & neceſſitatem iurationis imponat? Reſpondeo. Sit tibi amor Dei, omni neceſſitate violentior, ſi enim velis huiuſmodi occaſiones ſemper afferre, nihil de his, quæ ſunt imperata cuſtodies. Hactenus Chriſoſt. Origen. Tract.35. In Matth. Athanaſ. ſerm. De paſſione, & Cruce Domini. Amb. Pſal.118. Hieronym. cap.5. Comentariorum in Matth. Ioſeph. Matt. cap.5. Oecumenius in epiſtolam D. Iacobi, ca.5. Euthim. in Matth.5. Et alij damnant iuramentum, ut Diabolum inuentum. Reſpondeo his omnibus, quod Patres loquuntur eo ſenſu, quo Dominus præcepit, nempè nulla exigente neceſſitate, non abſolutè.

2 *Iurare falſum nullum eſt peccatum.* Priſcillianus. HÆR. Videas lector, quomodo inter ſe pugnent, ex diametro, illi omne adimunt, iſti omne admittunt iuramẽtum. & periuria. Hoc etiã, ſicut & illud falſiſſimũ eſt. Nã Leu. c.19. dicitur. Nõ periurabis in nomine meo. Imò Exod.20. dicitur. Nõ aſſumes nomen Domini Dei tui in uanum. Ergo multò minus falſa iurare. Eccle.23. Iurationi, non aſſueſcas os tuum. Conc. Tolet. octauum. Cano.2. Multa docet pro hac veritate. Hoc Pius I. docuit. 22. q. prima. Qui periurat. Et Cornelius Papa epiſtol.2.

3 *Iuramentum omne ſeruandum eſt.* HÆRE. Contra iniqua iuramenta dicit Tole. Cóc. 8. Can.2. multa & probat, non eſſe ſeruãda, ex B. Amb. teſtimonio, qui ſic ait, lib.1. officiorum. Eſt etiam contra officium nonnũquam ſoluere promiſſum, & Sacramẽtũ cuſtodire, ut Hærodes, qui iurauit, quoniã, quicquid petitura eſſet, daret filię Herodiadis, & necem Ioannis præſtitit, ne promiſſum denegaret. Nam de Iepte, quid dicam qui imolauit filiam, quæ ſibi primũ occurrerat, quo uotum impleret, quod ſpoſponderat, ut quicquid ſibi primum occurriſſet offerret Deo? Melius fuer. t, nil tale promittere, quam promiſſum ſoluere parricidio. Hoc repetit, libro tertio, capitulo 12.

Nihil promittat inhonestum. At si promiserit, tollerabilius est promissum non facere, quam facere, quod turpe sit. Et inferius. Melius est, non uouere, quam uouere id, quod sibi cui promittitur nolit exolui. Et paulò post. Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Deus, sicut scriptura indicat Ionæ.3. Mutat suam sententiam. Hęc Concilium ex Ambrosio. Deindè ex Isidoro, lib. de summo bono.c. 31. Non est conseruandum Sacramentum, quod malè, & in cautè promittitur. Similiter ex Synonimis. In malè promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Patres Concilii, sic demum aiunt. Dum periuramus, Creatorem quidem ostendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum uerò noxia promissa complemus, & Dei iussa superbè contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Caiet. artic.7. Annotat, quòd qui iurant, se non exituros de domo propter honorem, quē alteri deferunt, non tenētur seruare, quia iurāt de eo, quod est in alterius potestate. Qui iurat se non facere bonum, ad quod non tenetur, peccat uenialiter, at si ex necessitate tenetur mortaliter, quia ponit obicem Spiritui Sancto. Qui etiam iurat se velle peccare uenialiter, peccat venialiter. Qui iurat, latroni se daturum, ut liberet se, vel vsurario, cessante uexatione debet soluere, quia actus sub illa forma iuratus est, & non habet nouam formam redemptionis, sed antiquam, in qua Deus fuit fideiussor. Qui iurat non denunciare, si sit propter bonū corporale, vel spirituale seruare nō debet, q͠a materia est negatio actus oportuni ad bonum. Qui iurat animo iurandi, & non obtinendi, uel obseruandi, debet seruare iuramentum, & hoc in vtroque Foro. Qui vero iurat non animo iurandi, sed voce tantum in foro conscientiæ non tenetur, sed in iudicio, nè alij scandalizentur. Qui iurat coactè simulatorijs uerbis est mortale, si interuenit mendacium. Qui iurat redire ad carcerem tenetur, siuè iustè, siuè iniustè patiatur, nam materia est bona, & debet pati. Qui metu falsa iurat, peccat, sicut & Marcellinus thurificando, qui me erubuerit coràm hominibus, & c.

Ex his ergo deducitur quomodo, & quando pronissis stare teneamur. Demum obs. Quod qui dicit in veritate, sic est, non iurat. Nec, qui dicit per fidem meam, quia loquitur de fide humana, non Theologica. Cai. articulo sexto. Non ergo seruandum est incautum iuramentum, ut docuit Sotherus Papa, vigesim. secund. q. 4. ca. Si aliquid.

4 *Iuramentum potest nè dispensari?* Ecclesia, ut experientia compertum est, nullum dispēsat iuramentum, nisi sit ex mala materia. Quia tunc sicut uotum dispensat, sic & iuramentum. Conueniunt enim uotum, & iuramentum, quo ad dispensationem, commutationem, & irritationem. Differunt quo ad materiam, quia voti est bonum supererogationis, iuramentum necessarium. In votis etiam dispensandis debet attendi, id quod magis est Deo gratum. Nec Papa dispensat in iuramento, sicut in uoto, quia non potest tollere ius tertij.

5 Iurare non licet sacerdotibus, nisi pro recta fide, vel magna de causa, vt statuit, ac declarauit Cornelius Papa epistola secunda & habetur, vigesim. quart. quæstione, quarta c. Sacramenta autem. Et 22. quæstione quinta. Nicolaus. Et secunda quæstione, quinta. Præsbyter. Nec pro temporalibus iurādum est, nisi vrgēte necessitate. D. Thom. secunda secundæ, quæstione 89. artic. 10. Alex. 3. par. q. 11. art. 9. Scot. 3. dist. 39. Bonauen. 3. distin. 39. q. 2. Et Brulifer. Gerson parte secunda de cognitione peccatorum venialium, & mortalium, consideratione decimaquarta, Biel. 3. dist. 39. q. 1.

Iurisdictio.

Iurisdictio temporalis non est in Ecclesia. Centuriatores. HÆR. Pluribus ostendere nituntur Centuriatores, non habere Ecclesiam temporalē iurisdictionem, quā ex sacris literis, & summorum Pontificorū statutis & gestis demōstrant catholici. Suppono, quod iurisdictio est facultas, atq; potestas ius dicendi. Et ius dicere, est pesse iurisdicendo, ac legib. gubernare, & iustitiā ministrare. Quæ quadruplex est. Prima diuina, & est ptās exercendi ius s͠m legem diuinam in alterū. sic de aliis. Et per iurisdictionē constituitur aliquis superior aliis, & fit iudex. Hinc deducitur, ꝙ nemo supra se, neque superiorē aut ęqualē hēt [illegible] risdictionē, [illegible] sed.

sed potest qui habet iurisdictionem de se, alijs committere. Hęc ergo iurisdictio rerū temporalium conuenit Papæ & alijs prælatis, eo sensu quo declarabitur verbo Papa. Hoc docuit, D. Paul. 1. ad Cor. 6. Secularia igitur negotia si habueritis contemptibiles, qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum. deindè addit. Ad verecundiā vestram dico, sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrē suum? Sed frater cum fratre contendit, & hoc apud infideles? Hoc idem Clemens lib. 2. De Const. Apostolicis, c. 45. Plura quidem, ait. Christiani hominis laus est, cum nemine litigare. Si autem alicuius opera, aut tentatione quapiam factum fuerit, ut incidat eis lis, det operā vt dirimatur, q̃uis opus sit aliquid dāni facere, & nè adeat ad iudicem gentilium, imò nè patiamini, vt seculares magistratus, de causis vestris iudicēt, ꝑ eos. n. Diabolus famulos Dei insidiatur, & probū excitat, quasi non hēatis vos quempiam sapientem, qui possit inter vos ius dicere, aut lites diiudicare. Et proximo capite infert. Ne igitur disceptationes vestras Gentiles cognoscant, nec ad dicendū contra vos eorum testimonium adhibeāt, nec ab eis iudicemini, &c. Idē epistola prima de cognitione causarum seculariū, ait. Si quis ex fratrib. negotia habeat inter se apud cognitores seculi, ne iudicentur, sed apud Præsbyteros Ecclesiæ, quicquid illud est dirimatur, & oī modo obediant statutis eorum. Hic uetat etiam fideles apud infideles iudices litigare, ac ne ad eorum iudicia propter imperitiā legum seculariū adeant iubet Præsbyteris, nō quidem, ut seculares cās laicorum, ut Ciuium, tanquam forēses causas cognoscāt, & iudicēt, sed potius tanquā ij, ad quos pertineat pręire aliis Chrīanis, velut Duces, vt se ad Deū cōuertāt, & à pc̄tis desistāt, qđ est officii Sacerdotalis ꝓprium, ut ex Dion. de cęlesti, Hier. c. 9. hētur. Cum de Melchisedech docet, cur in sacra scriptura uocatus sit Sacerdos. Anacleti epistola prima cōformiter his, scribit. Si autem inquit, fuerit Ecclesiasticum negòcium apud Episcopos interueniēte primate iudicetur, si quidem maior causa fuerit, si uerò minor Metropolitano, si uerò fuerit seculare, apud eiusdem ordinis viros, iudicio tamen Episcoporum, cum Apostolus priuatorum Christianorum causas, magis Ecclesiis deferri, & ibidem Sacerdotali iudicio magis terminari uoluerit. Hæc Anacletus. In causis ergo seculariū Episcopus præerat, & qui non parebat gladio, excommunicationis feriebat. Nam eo tempore Imperatores, atque alii Ethnici erāt, ideò & priuatorum hominum, hoc est laicorū, qui priuati homines dicuntur lites omnes dirimebantur. Hoc Synodus Cartag. 3. c. 9. repetit. Causa uerò, cur omnis lis, & controuersia iudicio Episcopi cognosceretur, erat, nè in peccato ad mortem remaneret, qui parere nollet, & ne fraude, aut iniuria aliquem afficerent. Et quoniam ꝑꝑ peccata lites excitantur, vt ait Salomō. Prou. 28. Et Episcopi sint medici spirituales, iō eorū est eos cognoscere. Hæc verò secularis potestas Episcoporum ex Euangelio oritur, ubi post fraternā admonitionem, dicitur dic Ecclesiæ. Vel ex defectu iustitiæ, vt docet, D. Paul. Et potestas temporalis ex spirituali emanat, ac fluit. Quam si habuerunt primi illi Episcopi, profectò & successorib. conuenit.

Obiectiones Hęreticorum.

At impugnāt hanc Clementis, & Anacleti doctrinā. Primo, quia Dominus dixit. Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos, uos aūt nō sic, sed qui maior est uestrū erit minister uester. Matth. 20. Ergo non habēt temporalem potestatem Episcopi. Respondeo ex D. Bernardo ex 2. de consider. ad Eugenium, ꝙ intentio Domini est docere, ꝙ Eporum potestas non est ad temporalia ministranda, nec ad Dn̄ium primo & per se, quam & filijs Zebedei negauit, sed ad ministrandum Dei verbum. Et Dn̄s non prohibet tn̄ hanc potestatem exercere, qn̄ ex causis assignatis opus fuerit, sed nō expedire insinuat, at si res postulat cognoscere poterit, licēt primo non sit ad id ordinata Ecclesiastica ptās, à qua emanat Vt verbo Papa repetam fusius. Secūdo, quare ab Imperatorib. & alijs principib. secularib. nō eripitur, si est ab Ecclesiastica temporalis potestas. R̄ndeo, ꝙ si Imperatores leges statutas nō obseruarēt, sed tyrannicè iudicarēt, aut à fide rebellarēt, tūc eripi potuisset ea ptās, at non si iustè iudicent, & Papæ obediant. Nō enim expedit occupatū esse

Episcopum, aut Præsbyterum laicorum caussis, quando res non postulat, & à fidelibus res iudicantur. Tertiò, si hoc verũ est, quare est reuocata lex Theodosij Magni, & Caroli Magni. 11. q. 1. c. quicunque. & c. volumus. est abrogata quia statutũ erat, vt liceret cuique, si is actor esset, siuè reus, relicto foro seculari, etiam lite contestata, iudicium Ecclesiasticum adire. Respondeo, quòd quoniam illi Imperatores sanctissimi ad peccata tollenda illud statuerunt, vt alterutro volente adierunt iudicem Ecclesiasticum, & ad iniustitias remouendas, quæ causæ postea, quando Imperat. iustè iudicabant extinctæ erant: Ideo ne Episcopis essent huiusmodi temporalia impedimẽto, & vt Deo vacare possent, non obseruatur amplius hæc lex, remota enim causa, remouetur hic effectus, & reliquerunt ipsi ius iudicandi fideles, ipsis Imperatoribus, & secularibus Principibus.

Ius.

Ius est potestas, seu facultas propinqua conueniens alicui secundum dictamen primæ iustitiæ. & ius primò impositum est ad significandum rem iustam, secundo artem, qua cognoscitur, tertio locum, quarto i[illegible], quod redditur à iudice. Hoc ius subdiuiditur in Diuinum. Naturale, positiuum. Diuinum est, quod est diuinitus promulgatum. Hoc subdiuiditur. Primum est illud, quod continetur expressè in sacra scriptura. Secundũ illud, quod ex illo necessariò sequitur. Tertium, illud, quod licèt non adeò apertè consequatur apud omnes, tamen apud sapientes tale iudicatur. Quartum est, quod per reuelationẽ habet Ecclesia. Vel expressè per Prophetam, vel per commune Ecclesiæ, vel Rom. Pontificis decretũ, quando de fide iudicat. Ius naturale est conceptio homini naturaliter indita, qua homo conuenienter operatur proprias actiones. & ratio illud dictat. Vt Deum esse amandum. Quod nec Papa, nec diuinum ius illud tollit. Ius Positiuum, est determinatio iuris naturalis, & hoc ad quemlibet Principem pertinet, qui leges condere potest. Papa in primis condit leges. Imperatores. Reges, & Respublica.

Iusgentium est sedium occupatio, munitio bella &c. Ius patronatus est iurisdictio ad præsentandum Clericum ad beneficiũ Ecclesiasticum, vt docet D. Tho. 4. distin. 25. q. 3. 2. q. 3. c. De alijs. idem, 2. 2. q. 57. & 1. 2. q. 95. Bon. 4. dist. 33. q. 1. art. 1. & Ricard. ibi. Gerson. par. 1. de origine iuris. & lec. 5. Corinth. 7.

Iustitia.

Iustitia non est uirtus. HAER. Hoc nemo affirmare audebit, nisi impius. est enim orbis, & vrbs, ea sublata perpetuum chaos peccatorum, & scelerum omnium. Ea verò superstite, cuique quod suum est tribuitur. Nam iustitia, vt à definitione exordiar est perpetua, & constans voluntas ius suũ, vnicuique tribuens, vel vt ait Arist. iustitia est habitus, secundum quem aliquis dicitur, operatiuus, secundum electionem iusti. & rectitudo ab alijs dicitur causaliter, quia causat rectitudinem. Ex quo conuincitur quod sit ad alterum, & ~~exigit diuersos~~, cum sit vnius ad alterum, & ad seipsum nõ nisi methaporicè est, ex eo, quia ratio imperat irascibili, & concupiscibili, ideò ista requiritur in solitariam vitam degentibus. Nã absolute exigit agẽs, & passum. Hæc ẽt virtus propriè est circa actus immanentes, non circa artes, nisi quatenus sunt materia. Iustitia enim est circa electionẽ actus vtendi exterioribus actionibus, & rebus ad alterum. Quæ duo, tam electio, quam usus sunt actus uolũtatis, & in eligente, & vtente manent. Ideo & in voluntate, vt in subiecto locatur. Non enim iustitia actus speculatiuos debet dirigere, sed rectè agere & sicut uoluntas dicitur appetitus rationalis participatione, sic iustitia dicitur rectitudo rationis. Respicit verò duplicem actũ immanentem & transeuntem, hic secundus est ab ea imperatus. Ipsa enim est principium proximum agendi, & nuncupatur cõis uirtus, & generalis, quia ordinat ad bonum cõmune, & quo ad hoc omnes actus uirtutum sunt ab ea. & quoniam respicit vniuersale bonum, dicitur uirtus vniuersalis. Irascibilis verò, & concupiscibilis sunt boni particularis, hinc & iustitia legalis nominatur. Hanc generalem iustitiam eandem esse, cum aliis uirtutib. dixerunt aliqui, non in prędicando, quasi de il-

lis

lis prædicetur, sed in causando, & mouendo, quia mouet, & ordinat actus aliarum. Nec idem est essentialiter, quoniam ab illis distinguitur iustitia legalis, sunt autem idem eo modo, quo imperans, & imperatum dicuntur idem esse. Præter hanc etiã iustitiam legalem, quam vniuersalem diximus, datur alia particularis ad particularia bona, & ad singulas personas, non ad commune bonum. Nam legalis iustitia nõ ordinat ad particulare bonum, sed mediatè, & per particularem iustitiam. & bonũ particulare, & vniuersale differunt, secundum rationem formalem, quia alia est ratio totius, alia partium. Præterea, nuncupatur iustitia Iconomica, quæ est ad patrẽ vxorem, & alios domus, quę uenon est simpliciter iustitia, de qua 5. Ethicorum. Iustitię actus sunt eliciti essentialiter, vel participatiuè, & nõ est circa passiones, licet materia uirtutum mortalium sit circa passiones. At quia iustitia non est in parte inferiori, sed uoluntate, ideò, nec est circa passiones, tamẽ iustus iustitia gaudet, quia delectatio est finis ex parte nostri ipsius uirtutis. Demum, cum sit virtus cõsistit in medio. Nam æquale est medium inter maius, & minus, & in ordine ad alterum, & iustitia tendit ad medium, puta venditionis. Hæc omni alia morali uirtute est nobilior ex parte subiecti, & etiam obiecti, nam illud est uoluntas, hoc vniuersale bonũ omni tempore, & belli, & pacis. Licet fortitudo sit circa difficiliora. Misericordia ẽt quatenus subleuat à miseria communitatem, est nobilior iustitia. Ignobilior, quatenus importat tristitiam de aliena miseria. D. Th. 2. 2. q. 58. Bonau. 3. dist. 33. circa textum. Ricar. 3. dis. 33. q. 3. ar. 5. Biel 3. distin. 34. q. vnica. ar. 1.

2 *Iustitia Dei est crudelis.* Nouatus. HÆR. Potest aliquo sensu ista propositio tueri, At eam sic proferre erronea est, ne dicam hæreticam. Hoc ergo demonstrare aggrediamur. Primo ex ipso nomine. Nam iustitia, ut ex confessis arguam, importat, ac connotat æqualitatem. Crudelitas verò excessum significat, quem si Deo attribuere fas erit, iniquum eum diceremus. Hac de causa D. Augustinus, lib. 12. de Ciuitate Dei, capitulo 27. in fine dixit. Vniuersæ uiæ Domini misericordia & veritas, nec in iusta eius gratia, aut crudelis potest esse iustitia. Qui & psalm. 105. in Commentarijs illorum verborum. Quoniam in sęculum misericordia eius. repetit dicens Nisi quis fortè audeat dicere, etiam his, qui damnabuntur cum Diabolo, & Angelis eius, aliquam misericordiam eis minimè defuturam, non quia ex illa damnatione liberent, sed quia eius mĩa aliquatenus mitigetur, atque ita æternam posse intelligi Dei misericordiam, super illorum æternam miseriam. Videant ergo aduersarij, quomodo, nec respectu pœnarum, Dei iustitia crudelis nuncupari debeat, cui summa adiuncta est m sericordia. D. Hierony. Rippario scribens, hanc confirmat sententiam, quæ habetur 23. quæstione octaua, capit. legi. Non est crudelitas, crimina pro Deo punire, sed pietas. Si ergo non est crudelis, dum crimina punit, pęnas que infligit, quando erit crudelis. Diuo Chrisostomo in sermo de Cruce. Non quia crudelis Dominus, sed quia cõtumax seruus. D. Thom. ex Senecã ad Neronem, confutat hoc. Nam crudelitas est uitium humanum, q̃ e cessum in puniendo importat. ergo non erit in Deo, nisi vitia ei attribuire quispiam audeat. secunda, secundæ, quæstio. 159. primo. & 157. primo, 3. Qui prima parte, quæstio uigesima prima. I. primum affirmat comitem esse misericordiam ipsi iustitię Diuinę, quę & in damnatis puniendis reperitur, quia citra condignum punit, vnde & audacter dicere possunt. Misericordię Domini, quod non sumus consumpti nos. Diu. Gregorius libro trigesimo tertio, capitulo decimoquinto. scribit. Ante culpam ergo iustitiam metuat, post culpam tamen de pietate præsumat, neque ita iustitiã timeat, vt nulla spei consolatione conualescat, neque ita confidat de misericordia, vt adhibere vulneribus suis dignæ pœnitentiæ negligat medicinam, sed quem præsumit sibi piè parcere, semper etiam cogitet, & districtè iudicare. Q̃o ergo erit crudelis si piè parcit? Diuus Bernard. in sermo. de beata Maria Magdalena. ait. Fallitur, qui sic osculatur misericordiæ pedem, vt pedem iudicij non attendat, qui totum de misericordię pede præsumit, hoc solum ad salutem sufficere credens quod credit. Nec est iu

dicij pedi morosius incumbendum, ne pietatis intuitum, ferocia iudicātis excludat. Hæc Bern. Ex quibus colligitur piam, non crudelem esse Dei misericordiam. Lyranus in eandem venit sententiam. Iob 30. In Deo nec crudelitas, nec mutabilitas uenit. Ratione demum confirmantur, quæ ex Patrum Academijs diximus. Quæ ex genere suo sunt mala, de Deo affirmare nō licet. At crudelitas apud omnes, ex genere suo uitium est. ergo non erit Deo ascribenda. Erronea ergo est hęc propositio, imò hęretica. Quo fit, ut pias aures offendat, quia quid absonum, ac absurdum importat. Est temeraria, quia Sanctorum, decisioni obsistit. Est scandalosa, quoniam, nedum apud mulieres, verum & in auribus cuiuscunque periti scandalum insonat, dum Dei iustitiam, uel Deum crudelem nuncupat. Verum his omnibus unico verbo satisfacere, quispiam arbitrabitur, nempè quòd Dei iustitia est crudelis, ex parte nostri. Vel impropriè, & se loqui eo sensu contendet, quo Iob, qui capit. 30. dixit. Versus es mihi in crudelem. At iste dum Scillam uitat, mergitur in Caribdim. & sicut hoc dictum Iob fuit erroris occasio Anabaptistis, & ea de causa non receperūt hanc historiam Iob inter canonicas, ut supra dicebamus. Sic istis existit ruinæ, ac falsę propositionis origo, qui nec sensum patientissimi uiri percepit, quem supra exposuimus, & crudelem uocat, quia districtè feriendo non parcit. & si daretur, quod eo sensu loqueretur, non tamen sunt à nobis ea verba citra delectum proferenda, sed piè interpretanda, sicut & multa alia, quæ sunt in sacris literis, quę ansam prębent hęreticis. vt illud, non quod intrat in os coinquinat hominem. Nemo etiam criminosa verba Deo ascribere debet, nisi liceat Deum blasphemari. Et quamplurimum differt dicere. Dei iustitia est crudelis, & Dei iustitia nobis videtur crudelis. Iste ergo sensum teneat, & linguam cohibeat, quoniam ex uerbis inordinatè prolatis incurritur hæresis, in non casu concionatur loqui debet, uel inconsultè, sed attendere debet, quę profert, quoniam sunt cōceptuum animę signa & talia curarunt linguarum conditores rebus inserere, qualibus rerum natura explicetur primum hominem omnium parentum imitantes, qui hoc obseruauit, ut dicitur Genesis secund. Quod vocauit Adam animæ uiuentis, ipsum est nomen eius. Non ergo loquendum, nisi vt plures, uel si contingit aliqua dicere, quæ sunt noua, ac inusitata, etsi uera sunt à nobis exponenda, quoniam debitores sumus sapientibus, & insipientibus. Hęc scripsimus in gratiam cuiusdam Inquisitoris, quibus nonnulli Theologiæ publici professores subscripserunt. Caueant ergo Catholici, ne in Nouati hæresim impingant, de quo Prat. verbo, Cœlestiani. Nam crudelitas ex diametro pugnat cum charitate, quæ Deus est, ut scribit D. Ioán. primę, capitulo tertio. Sicut ergo albedo nullam includit nigredinem, ita nec amor crudelitatem.

Iustitia originalis.

Iustitia originalis non fuit in Adamo. HÆR. Non est expressum testimonium in sacris literis de iustitia originali, neç tamē caret fundamento. Nam iustitia originalis erat, quia corpus subditus erat animæ, & uires superiores inferiorib. & rō Deo, & hūc habitū Deus infudit, quo erant oīa trāquilla. De hac dicitur Ecclesiast. decimoseptimo. Deus creauit hominem de terra, &c. Et vestiuit illum virtute, id est gratia, & charitate. Rursus, si positus fuit in paradiso uoluptatis, quomodo ea frui poterat voluptate, si caro insurgebat contra spiritum? Adhuc. Deus fecit hominem rectum, & iustum, & ipse infinitis se miscuit quęstionibus. ergo iustum si fecit profectò anima Deo, animę corpus, ac inferiores uires parebant. Et hanc uocant Doctores iustitiā originalem. Quę etiam nuncupatur naturalis iustitia, non quia à principijs naturę flueret, sed quia cum natura propagabatur. In qua rectitudo uoluntatis est quasi formale, rectitudo uerò aliarum potentiarum est quasi materiale. Quę nec sine gratia esse poterat. Et prius est in essentia animę, quā in potentia, & in uoluntate, quam in alijs potentiis. Et si ab Adamo fuerit sublata, tamen quo ad formale, restituitur per baptismum, nō autem, quo ad materiale. Diu. Thom. prima, secunda, quęstione 83. Brulifer quarto, distinctione

prima

prima, quęſtione prima, parte ſecunda. Biel ſecundo, diſtinctione 30. quęſtione 1. Hic etiam quorundam cauẽdus eſt error qui Iuſtitiam originalem, naturale donũ vocant, quaſi ex principiis naturæ emanãs, quod eſt erroneum aſſerere; namque peritiores omnes contendunt eſſe ſupernaturale donum Dei, conſequens naturam, vnde, & filij nati ſic in ea eſſent, non tamen à natura pullulans. Hæc ſatis. Ferrar. 4. cont. Gent. cap. 52.

Iuſtificatio.

Iuſtificatio, non exigit fidem, nec eam ſupponit. HAER. Quod Fides ad iuſtificationem primo exigatur, nedum exemplo Abrahã cõuincitur, ſed D. Paul. pluries hoc docet. Namque accedentem ad Deum oportet credere, & Et ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Hebr. vndecimo. Et de hoc non eſt controuerſia.

2 *Iuſtificatio hominis fit ſine concurſu liberi arbitrij.* HAER. Cooperatur liberum arbitrium (ut cum D. Auguſtin. ex ſacris literis ſupra demonſtratum eſt) Diuinæ motioni. Hinc dicitur. Præparate corda veſtra Domino. Primi Regum 7. & Salomõ. Prouerbio. 16. Cor hominis diſponit viam ſuam. Et Zachar. primo. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. & Saluator clamauit. Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos ſub alas, & noluiſti. Luc. 13. Patres idem docent, vt in ſuperioribus diximus.

3 *Iuſtificatio fit ſola fide.* Centuriatores. HAER. Hoc principium Luthæranorũ, Centuriatores fuſius tuentur, inter quos Heerbrandus Doctor Tubingenſis. Aduerſus quos militant, non ſolum, quæ allata ſunt verbo, Gratia, ſed hic alia, quæ adducentur.

Primò ergo ex ſacris literis ocioſos, ne dicam accidioſos, imò accidioſos, & ſomniculoſos conuincamus Centuriatores. De Abrahamo legitur. Nunc cognoui, quòd timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Geneſ. 22. Nunquid timorem coniunxit Abraham fidei? De Nabuchdonoſor dicitur. Dan. quarto. Quamobrem Rex, conſilium meum placeat tibi, & peccata tua elleæmoſinis redime, quæ ſunt Danielis, verba ad eum. Ioſias, cap. 12. Eleæmoſina liberat à morte, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inueni re uitam æternam. Dauid poſt adulteriũ, & homicidium, nonnè pęnitentiam egit? D. Paul. opera eſſe in iuſtificatione neceſſaria oſtendit ad Rom. 2. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Et Matt. 19. dixit Dominus Si uis ad vitam ingredi ſerua mandata. & de muliere peccatrice dictum fuit. Luc. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. D. Petrus. 1. cap. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. D. Iac. c. 2. Abraham pater noſter, nonnè ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum, ſuper Altare? Adhuc D. Ioannes. 1. ca. 3. Qui facit iuſtitiam, ex Deo natus eſt. D. Pet. 2. cap. 2. Satagite, ut per bona opera veſtra, certam veſtram electionem, & uocationem faciatis D. Iaco. 2. Fides, ſine operibus mortua eſt. Hæc ſunt apertiſſima teſtimonia ex ſacris litteris. Quibus addo patrum expoſitiones. D. Ambroſ. lib. decimo, epiſt. 82. Monachos aliquos apoſtatas primò negaſſe meritum operum, & ideò apoſtataſſe. D. Auguſt. lib. de fide, & operibus, cap. 14. Quare iam illud uideamus, quòd excutiendum eſt à cordibus Religioſis, nè mala ſecuritate ſalutem ſuam perdant, ſi ad eam obtinendam ſufficere ſolam fidem putauerint, benè autem habere, & bonis operibus uiam Dei tenere, neglexerint, Nam etiam temporibus Apoſtolorũ, non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententijs Apoſtoli Pauli, hoc eum arbitrati ſunt dicere. Faciamus multa mala, vt ueniant bona, quia dixerunt. Lex ſubintrauit, ut abundaret delitum, ubi autem abundauit & gratia, & inferius. Cum ergo dicit Apoſtolus, arbitrari ſe hominem iuſtificari per fidem, ſine operibus legis, non hoc agit, ut præcepta, ac profeſſa fide opera iuſtitiæ cõtemnantur, ſed vt ſciat, ſe quiſque per fidem poſſe iuſtificari, etiam ſi legis opera non præceſſerint. Vndè in præſenti opere, non opus eſt latius diſputare, præſertim, quia modo de hac quęſtione prolixũ librum edidi, qui ſcribitur de litera, & ſpiritu. Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta aliæ Apoſtolicæ epiſtolæ, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra eam maximè dirigunt intentionem, vt vehementer

aſtruant,

astruant, fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus, non quamlibet fidem, qua in Deum creditur sed eam salubrem, planèque Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt. Et fides (inquit) quæ per dilectionem operatur. Vnde illam fidem, quæ sufficere ad salutem, quibusdam uidetur, ita nihil prodesse asseuerat, ut dicat. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam nihil mihi prodest, nihil sum. 1. Cor. 13. Hactenus. D. Aug. Quo quid Clarius dici non possit contra eos, non uideo, qui si Aug negant, nõ mirum, si in multos grauissimosque scopulos impegisse legimus. Et rationibus confirmatur, quod fides sola, non sit satis. Primo. Hæc, quæ Lutherani docent, destruunt omnem uitam humanam, qui amorem erga Deum tollit, ac timorem, de quarũ doctrina dixit Apostolus. Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci. Ergo fugienda est. Secundo, meritum attribuitur & operibus, & fidei, ergo vtrumque exigitur. Et hoc patet ex sententia Domini, ac discussione, quę fiet in die iudicij. Tertio, si fides sola, ergo alię virtutes, vel sunt superfluæ, vel otiosæ, & utrunque est absurdum. Quæ omnia ex superiorib. dictis, & quæ dicentur. Verbo opera erunt magis manifesta. Eorum uerò obiectiones supra sunt solutæ verbo gratia, nam ex verbis Apostoli, de Abraham deducunt solam fidem iustificare. Quæ exposuimus, non excludere opera, imò necessariò illa exigere, & talis est Christiana fides. Turrianus li. 4. cap. 4. vsque ad decimum. Errores, & hæreses alias, vide in indice hæresum damnatarum. Verbo iustificatio.

Iustus.

Iustus in quolibet opere peccat. Luth. HÆR. Si fides sola iustificat, ergo dum credit non peccat, nam non possunt hæc duo simul stare, quod homo iustificetur, & peccet. De Abraham fatentur ipsi, quod fide placuit Deo, ergo non peccauit, ergo iustus nõ peccat omni opere. Adhuc 3. Reg. 21. legitur, ꝙ Acab pœnitentia placauit Deum. Item Num. 25. Et Psal. 105. Stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio. Rursus. Gen. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Quare in iudicio his, q̃ à dextris erunt dicet. Venite benedicti patris mei, &c. Esuriui enim & dedistis mihi mãducare. Quare peccatrici mulierĩ dixit. Permittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Et Latroni. Hodie mecũ eris in paradiso. Et Luc. 17. Non omnis, qui dicit mihi Domine, domine intrabit in Regnum Cœlorum. Demum quare ad perfectionem hortatur Dominus, dicens. Estote perfecti, sicut pater uester cœlestis perfectus est. De Noe dicitur, quòd erat uir iustus atque perfectus. Gen. 6. Et de Abraham. Gen. 16. Ambula coràm me, & esto perfectus. D. Paul. etiam. Rom. 6. & 8. & 1. Cor. 5. & Gal. 15. & 1. Ioan. 3. dicuntur Filij Dei, qui per fidem sunt purgati, ac iustificati. Non ergo homo iustus, semper peccat. Conc. Trid. sess. 6. ca. vndecimo alijs exemplis idem confirmat.

Obiectiones Lutheranæ.

Quòd verò iustus semper peccet ostendunt, Primo, quia Eccl. 7. Dicitur. Non est homo iustus, super terram qui faciat bonum, & non peccet. Respondeo, quòd utique fatemur hominem iustum peccare, at non semper, quod operatur peccat. Secundo, vniuersæ iustitię nostræ tanquam pannus mẽstruatæ. Esa. 64. Dicitur, quòd loquitur de operibus legis, sine fide, & gratia Christi, ideò & nostras appellat, non de operibus iusti. Tertio, Dominus nos docuit dicere. Cum hæc omnia feceritis dicite, quia serui inutiles sumus. Respondeo, quòd non dixit opera nostra esse inutilia, si fuerint ex charitate, sed quòd propter humilitatem nos sic debere dicere. Quid enim habes, quod non accepisti? Quarto, natura est immunda, & arbor mala, Ergo malum semper, quia semper mala est. Dicitur, quòd per baptismum est sanata, & arbor bona est, quoniam sanitati est restituta, vnde & ipsi hominem iustum nuncupant, quando perfectè credit. Quinto, si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Primi Ioan. 1. Ergo peccamus semper. Respondeo, ꝙ aliud est dicere hominẽ semper peccare, aliud esse peccatorem, hoc est uerum, & docet Apostolus, primũ est falsum, & contra sacras literas, quia cũ detur Regnum Cœlorum hominibus, sequitur, quòd propter peccatum accipiant mercedem, quòd est iniquum docere, ac

per-

peruersum dogma, quo auocant homines hoc ueneno ſo dicto, à ſtudio bonorum operum, ad quæ ſemper, nos Dominus hortatur, ac uocat, vt ſic Filij Dei efficiamur. Nono, D. Greg. Exponens ea uerba. Iob. nono verebar omnia opera mea, ait. Quæ aperte egerim uideo, ſed quid in his latenter ꝑtulerim ignoro, ubi uidetur affirmare iuſtum ſemper peccare. Reſpondeo, ꝙ hic locus, quem Luth. artic. 35. adducit, exponit Roſenſis, quòd hæc dixit, nè in ſuperbiam, vel deſidiam quis labatur.

2 *Iuſtus, fit iuſtus, ea iuſtitia qua Deus eſſentialiter eſt iuſtus.* Oſiander. HÆR. Dei iuſtitia eſt ipſe Deus infinitus, omnipotẽs, æternus, quæ humanæ iuſtitiæ conuenire nõ poſſunt. Adhuc Dauid inuocat Dei iuſtitiã dicens. Cor mundum crea in me Deus. D. Paul. ad Eph. 2: Ipſius enim factura ſumus, creati in Chriſto IESV, in operibus bonis. Et cap. 4. Vnicuique noſtrum data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti. Demum. D. Ioan. 1. De plenitudine eius, nos omnes accepimus. Non ergo eamet iuſtitia Dei fit homo iuſtus. Verum tamen eſt hoc dictum, cauſaliter. Hoc eſt iuſtitia, quæ in nomine à Dei iuſtitia cauſatur, vt ab ea dependet.

3 *Iuſtus à Deo iuſtificatus. ad tantum perfectionẽ poteſt peruenire, vt non peccet amplius.* Iouinianus. HÆR. Ille hominem iuſtũ ſemper peccare aſſirmabat, hic uerò, ad tantã deuenire dignitatem arbitratur, vt nõ poſſit amplius peccare, quod ſupra eſt confutatum. Nam verè ſemper dicimus. Dimitte nobis debita noſtra &c. Septies in die cadit iuſtus, nunquam ergo erit adeò perfectus, vt peccare non poſſit.

4 *Iuſtus timendo pœnam, peccat.* HAER. Quoniam non omnis timor etiam pœnę eſt peccatum. Quoniam Dominum timuiſſe diximus verbo Chriſtus, & Euangeliſta de eo dixit. Triſtis eſt anima mea. Et cępit pauere, & tędere. Ergo non ſemper eſt peccatũ ac per hoc, ſicut Dominus omnium iuſtiſſimus timuit, & non peccauit, ſic nec alij iuſti, ſic timendo peccant. Nam timor eſt de malo præſenti, vel futuro, & ſtat cum charitate, dum tamen ille timor, non abducat hominem à mandatis Dei, ut contigit illis, qui timore mortis ipſum negant, ſed timẽdo infra limites iuſtitiæ non peccat, & ex natura ſit pauidus. Cum itaque aliquis timor ſtet cum charitate, non peccat, qui pœnã uereter. Vt verbo timor demonſtrabit.

Obiectiones aduerſariorum.

Qui omnem timorem ab homine iuſto remouent, ſic ſuã ſuadent ſententiam. Primo, iuſtus tantum Deum timere debet, ergo non pœnam. Reſpondeo ꝙ ille timor, Deum reſpicit. Quia non eſt malũ in ciuitate, quòd non fecerit Dominus. Secundo, timor pœnæ eſt ex amore ſui, qui amor non ſtat, cum charitate, nam qui amat animam ſuã perdet eam. Dico quòd amor naturalis, cum charitate remanet, at non inordinatus, & ꝙ eſt ex peccato. Tertiò, qui pęnam odit, plus ſuam quietem amat, quàm Dei iuſtitiam, ꝙ eſt iniquum. Dicitur, quòd falſum eſt, quòd qui odit, & fugit pœnam, plus ſe, quã Deum amet, nam & Dominus dixit. Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, cui tamẽ ſe commiſit. Sic & iuſtus iuxta hanc normam uiuens. Quartò, timor eſt ex inconfidentia, quia dictum fuit. Modicæ fidei, quare dubitaſti? & alibi. Confidite, & nolite timere, ergo erit peccatum. Reſpondeo, ꝙ falſum aſſumit, quòd omnis timor ſit ex in confidentia, ſed tantum ille eſt, qui apponitur ſpei, de quo Dominus præaſſumpta uerba dixit. Eſt alius timor ex pœna, qui ex amore, ac ſui conſeruatione oritur, & iſte, non eſt culpabilis. Et iſta ſufficiant hoc loci. Caiet. in opuſculis.

5 *Iuſtus nemo eſſe poteſt in hac uita.* Bodius. HAER. Clamant Prophetæ, hominem ex natura fragilem eſſe, & D. Paul. Habemus theſaurum iſtum in uaſis fictibus, nec poſſe fieri, quin non peccet. Non habitat in carne mea bonum. Non quod uolo bonum hoc ago. Miſer homo, quis me liberabit, de corpore mortis huius. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Septies in die cadit iuſtus. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, &c. Et D. Hieronym. lib. 3. Super Ierem. exponens uerba, cap. 13. Omnis laguncula implebitur uino, & omnes reges, & Sacerdotes ebrietate, exponit, quod nullus in hac uita poſſit eſſe iuſtus, ex quibus locis Bodius in collectaneis probat ſuum placitum, quòd nemo poſſit eſſe iuſtus. Quæ omnia eo ſenſu, ſunt accipienda. Nullum hominem Dei gratia deſtitutum, ac in puris naturalibus reli-

relictum, à seipso posse esse iustum. Illum etiam, qui Dei gratiam fuisse cõsequutum arbitramur, nec iustum esse posse putamus adeò vt nullo modo peccet, nec uenialiter saltem si speciali auxilio gratiæ, & ideò nemo est sic absolutè iustus, sine ullo peccato, sed cum Iob dicere poterit. Verebar omnia opera mea. Et de venialibus dixit Dauid. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et septies in die cadit iustus. Prou.24. Nam homine nolente, multa insurgunt uenialia, de quibus. D. Paul. Infelix ego homo, scio, ꝙ non habitat in carne mea bonum. Et sic omnia conciliantur, & detegitur hęresis Lutherana.

L

Laban.

LABAN fratris Rebeccæ mira solicitudo erga peregrinũ seruum Abraham, Gen.24.d

Laban occurrit obuiam ipsi Iacob, eũque Sanctè osculatur, Gen.29.b

Laban dat Liam in uxorem Iacob, loco Rachelis, Gen.29.c

Laban circunuenit ipsum Iacob, Genesis.31.a

Laban insequitur Iacob fugientem, Genesis.31.c

Laban init fœdus cum Iacob, Gen.31.f

Laban ægrè fert diuitias Iacob, sic augeri, Gen.31.a

Laban filij murmurant ob diuitias Iacob, Genesis.31.a

Labium.

Labij, siuè labri aenei forma, Exod.30.c

Laborare.

Laborare Clericis non licet, causa vitæ sustentandæ. Psalliani. HAER. In Syria, quidam surrexerunt, qui summo odio laborem ꝑsequebantur, & Psalliani Monachi dicebãtur. Quorum errorem conuincit, D. Paul. Qui 1. Cor. 9. Proprijs manibus laborans, ne quempiam grauaret, & 2. Thess. capi.3. dixit. Sed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes. Ad Ephes. 4. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut tribuat necessitatem patienti. Qui Act.20. de se loquens dixit. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi uos scitis, quoniã ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecũ sunt ministrauerunt manus istæ, &c. Concil. Cartag.4.cap.51. Decreuit, ut Clericus, uictum, & vestitum sibi uel artificioso, uel agricultura, absque officii sui detrimento præparet. Et cap.53. repetit. Omnes Clerici, qui ad operãdum ualidi sunt, & artificiosa, & literas discant. Hactenus Concilium. D. Basil. in regula, cap.67. Benedictus etiam, ac Franciscus in regula, ca. 6. Deputarunt certas horas, non solum ad cantandum, orandum, ac meditandum, uerùm etiam ad labores manuum exteriorum, ne ocium peccatis occasionem subministret. Vndè D. Hieronym. ad Rusticum. Semper aliquid boni facito, ut Diabolus te inueniat occupatum. Et D. Paul. 2. Cor.6. annumerans, ea quæ corpus castigant, ait. In laboribus, in Ieiuniis, in Vigiliis, in Castitate, &c. Et alibi qui non laborat, non manducat. Est ergo præceptum naturale, ut laboremus, ut docet Medina in Apologia pro Fero, ad Sotum, accipit tamen præceptum largiori significatione, nõ propriè, & eos obligat, qui ociosè vagantur.

Obiectiones aduersariorum.

Ex nonnullis locis sacræ scripturæ probãt aduersarii, non debere Monachos laborare. Primo, quia Dominus Ioan.6. ait. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Ergo non pro temporali laborandum erit. Respondet Euthymius Christum non intelligere necessariã operationem manuum, sed continuam cibi sollicitudinem. D. Basil. in Reg. capit.67. Pro nobis ipsis solliciti esse non debemus, sed laborare propter mandatum Domini, & propter proximorum. Secundò, Martha repræhenditur, quia sollicitabatur, in parãdo cibo, & laudatur Magdalena contemplationi dedita. Dicitur cũm Theophylacto, quòd Dominus non loquitur de operatione, uel ocio, sed de temporis obseruatione, ut ne tempus Dei uerbum audiendi, occupatione parandorum cibõrum insumatur.

tur. Dico secundo, quòd sollicitudinem, ac nimiam curam ciborum prohibet. Et comparando vtriusque operationis finem inter se, laudatur contemplatio, damnatur labor pro cibo non absolutè.

Tertio, Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Et alibi. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Respondeo, quòd his locis & similibus repræhenditur non operatio, sed sollicitudo, & cibi anxietas, quasi homo illis potius licitè possit occupari. Hæc ex Theophilacto. Monachi ergo, cum à contemplatione vacent, manibus laborent, vt monasterium sustentetur, & proximis subueniat. Vt Ferus super Ioannem 6. docet.

2 *Laborare Religiosi adeò tenentur, vt aliundè victum sibi quærere non possint.* Vuielmus de Sancto Amore. Vuitcleph. Luthærani. HÆR. Laborandum monachis est, vt ocium tollatur, vt docet D. Hieronym. Et Diuus Augustin. libro de opere Monachorum, imò testatur, Diuus Hieronymus, in epistola ad Rusticum. Quòd Monachi in Ægypto, hunc morem habebant, vt nullum absque labore, & opere in Monasterio susciperent, non tam propter victus necessaria, quam propter animæ salutem, nè dum uagatur, perniciosis occupationibus corrumpatur. Non tamen adeò necessarius est labor Monachis, vt aliundè uictum quærere non possint, ut arbitrantur hæreotici. Nam prædicatores sacris studiis occupati, debent de Euangelio uiuere. Nam dignus est operarius mercede sua. Matthei decimo. Et Luc. decimo. In eadem domo manere edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Et Diuus Paulus, ad Romanos decimoquarto. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debent ea, in carnalibus ministrare. Et primę Corint. nono. Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius, non edit? Quis pascit gregem, & de lacte Gregis non manducat? Nescitis, quoniam ij, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? Et qui altari deseruiunt, cum altari participant. Concilium Constantiense, sess. octaua articulo uigesimoquarto refellitur articulus Vuicleph, qui dixit, fratres tenentur per labores manuum, uictum acquirere, & non per mendicitatem. Diuus Augustinus libro uigesimoquinto, de oper. Monach. capitulo uigesimoquinto docet, Monachos, qui in seculo diuites fuere, & delicatè uixerunt ad laborem non esse cogendos.

Obiectiones Hereticorum.

Quæ sint fundamenta horum hæreticorum expendamus.

Primum est. Diuus Paulus laborauit manibus propriis, ergo & Monachi. Respondeo, quòd illud egit ad perfectionem, non quia necessariò exigatur. Cum alibi doceat de altari posse uiuere. In aliquibus ergo locis, ubi non erant in fide adhuc consolidati, ut omnem amoueret murmurandi occasionem propriis manibus laborauit. Aliquando uerò minimè, sed expoliauit omnes Ecclesias, ut scribit.

Secundo, qui non laborat, non manducet. 2. sess. 3. Respondeo, quòd contra ociosos loquitur, & non loquitur tantum eo loci, de labore externo corporali, sed & de quouis alio, qđ sit ad Ecclesiæ utilitatem. Quod & de Religiosis dici potest.

Tertio, Diuus Augustinus, in libro de operibus Monachorum, capitulo decimoseptimo dicit. Monachos debere sic uictum lucrari, simulque, nè sibi ex eleemosinis uictum quærant. Et ait. Quid agant, qui operari corporaliter nolunt, cui rei uacent, scire desidero, orationibus (inquiunt) uacamus, & Psalmis, & lectioni, & uerbo Dei. Et has quatuor excusationes, tanquã inualidas reicit. Respondeo primo, quòd contra ociosos loquitur. Secundo dico, quòd demonstrat non esse Monachis prohibitum posse laborare propriis manibus. Non ergo sensus verborum Diui Augustini est, quod Caluinus, Viclefus, & Lutherus arbitrantur.

Lachrymæ.

Lachrymæ sunt inter omnia alia opera Deo gratæ. Eiulantes. Expressè Diuus Paulus, cum quo Ecclesia vniuersa affirmat,

charitatis opera omnem alium virtutis actum excedere. Super omnia autem hæc, charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Si qua vt Corinthijs scribit nihil est, nihil prodest. Demum lachrymas multi fudere possunt fictè, & hyppocritarũ more, & tunc quid prodesse poterunt, profectò receperunt mercedem suam.

Laicus.

Laicus non tenetur aliquem articulum fidei explicitè credere. HÆR. Refert Directorium hanc hæresim par. 2. q. 10. Hæres. 8. Contra quam ea omnia, quæ de fide dicta sunt militant. Et Dominus dixit. Prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui uerò nõ crediderit condemnabitur.

Lamiæ.

Lamiæ, non sunt. Cornelius Agrippa. HÆR. Multis argumentis vanissimus ille homo, in libro, quem edidit aduersus Lamiarum Inquisitores, ostendit Lamias non esse. Tamen Ecclesia, quæ errare non potest, ex experientia, & multarum mulierum testimonio, Lamias esse non dubitat, imò Innocentius octauus epistola sua aduersus maleficas mulieres ait. Non sine ingenti molestia ad nostrum peruenit auditum complures vtriusque sexus personas, propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, cum Demonibus incubis, & succubis abuti. Quapropter nè labes huius hæreticę prauitatis in perniciem animarum, sua venena diffundat, oportunis remedijs, prout nostro incumbit officio, prouidere volentes, statuimus, ut Inquisitores per nos deputati, debitum Inquisitionis officium in huiusmodi personas exequantur. Confirmant Prierius, & Spineus in suis tractatib. de Lamijs alijs authoritatibus, de quibus disputauimus in tractatu proprio de Dęmonibus. Quod verò fauere uidetur errori Agrippiensi, est dictum. Chrisosto. Hom. 22. In Gen. Exponens ea verba, quę habentur, cap. 6. Videntes Filij Dei filias hominũ sumpserunt sibi vxores. Quo loci uidetur insaniè ascribere, quòd Angeli de Cœlo eiecti coitum cum mulieribus exerceant, dicens. Valde insanus esset, qui comprobaret talia uerba dementiæ plena, quod incorporea, & spiritualis natura, corporis cõplexum ferat. Huic suffragari uidentur verba Ioannis Cassiani lib. 12. Colla. cap. 8. Et Philastrius, c. 108. Sui Cathalogi aduersus hæreses. Hæresim dicit esse, quod Angeli miscuerint se cum fęminis ante diluuium. Verum hæc & alia, quomodo interprætanda sint, diximus verbo Diabolus. 18. Et iudiciale Inquis. Lamię sunt, qui coràm Diabolo Christum abnegarunt, & Ecclesiæ Sanctæ Sacramenta, Crucem conculcant, ex Diabolo obedientiam promiserunt.

Latria.

Latriæ honor non conuenit Deo tantum. HÆRET. Dicunt Hæretici, quod nouos, & incognitos terminos excogitamus. Sed vt velamen non habeat, Hæreticorum perfidia, hanc Theologi adinuenere distinctionem. Et quod Latria est honor, & reuerentia soli Deo debita. Dixi soli non excludendo à concomitantibus, nam si Christo conuenit, ac debetur, etiam ei damus, vt homo & suis, quatenus in vnionem suppositi conuenerunt. Hæc ergo Deo debetur, quatenus principium, & finis est omnium creaturarum. Hyperdulia his datur, quæ magis Deo sunt propinqui, vt Beatæ Virgini. Dulia uerò, quæ alijs sanctis conuenit. At de his uerbo adoratio, satis diximus. Quæ uerò de Christo Domino diximus, sic accipiẽda sunt, quod humanitas Christi, non est adoranda Latriæ, vt terminus per se adorationis, sed sic sola diuinitas adoratur, sed adoratur vt terminus in alio, vel ut in alio est. De se verò hyperdulia, quia est excellẽtissimus omnium creaturarum.

Lector.

Lectoratus non est ordo sacer. HÆR. Ecclesia semper inter quatuor ordines minores cõnumerauit Lectoratum de quo Cõcilium Cartag. quartum. Cui interfuit, D. August. Can. 8. Sic ait. Lector cũ ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac uitam, atque ingenium. Post hæc spectante plebe, tradat ei codicẽ, de quo lecturus est, dicens ad eum. Accipe & esto lector verbi Dei, habiturus si fideliter, & utiliter impleueris officium, partem

cum

cum eis, qui uerbum Dei ministrauerunt. De quo Isidorus Hispal. lib. 2. De officijs Ecclesiasticis, c. 11. ait. Lectorum ordo formam, & initium à Prophetis accepit. Sunt lectores, qui uerbum Dei prædicant. Quibus dicitur. Clama nè cesses (Esai. 58.) quasi tuba exalta vocem tuam. Isti quippè dum ordinantur, primum de eorum conuersatione Episcopus verbum facit ad populum. Deinde coràm plebe tradit eis codicem apicum diuinorum, ad Dei verbum annunciandum. Qui autem ad huiusmodi promouentur gradum, iste erit doctrina, & libris imbutus, sensumque, ac verborum scientia ornatus, ita, ut in distinctionib. sententiarum intelligat, ubi finiatur iunctura, vbi adhuc pendet oratio, vbi sententia extrema claudatur. Qui Lectores à legendo dicti sunt. Hucusque Isidorus. Meminit de ea Concil. Rom. sub Siluestro, cap. 3. Huius ergo munus est, cantare Prophetias, & Lectiones, quæ leguntur in Ebdomada Sancta ac Sabbato Sancto, illius ordinationis forma sunt ea uerba. Accipite & estote uerbi Dei relatores, & accipit lectionarium. De quo in Concil. Flor. Et Triden. sess. 23. c. 2. in fine. Et Can. 2. Scholastici inter quos, D. Thom. disputant in 4. di. 6. q. 2. Et affirmãt, quod est primus inter quatuor minores, & habet actum cathechizandi. Et præcedit ordinem exorcistæ. Non est lectorum munus sacras literas interpretari, sed legere, ideò, nec exigitur, quòd eam sciat exponere, sed tantum pronunciare, vel quod discant hoc facere. Et quia talis scientia de facili addiscitur, & à multis, ideò probabiliter existimari potest, quòd ordinatus talem scientiam acquiret, maximè si iam inceperit. Habet etiam aureolam lector, si interprætetur, quæ legit, quia participat de actu lectorum, at non habet si legat.

Legatus.

Legatus Papę derisibilem repræsentat dignitatẽ. Lutherus. HÆR. Qui Dominum contẽnit, non mirum, quòd ea, quæ ad ipsum quoque spectat despiciat. Ideò Lutherus qui iam rebellauerat Romano Pontifici, & in omnibus detrahit Pontificiæ potestati. Non tamen ex sacris literis fundamento car t, id quod antiquitus, & hodiè obseruant Romani Pontifices, ad prouinciarum administrationẽ eligere eruditos, ac prudentes homines, quorum Consilio, res Ecclesiæ pacificè, & iuste gubernentur, uel apud Cæsares Reges, ac alios seculares principes tractentur. De his legitur Mat. x. Quod Christus associauit sibi Apostolos, & septuaginta duos Discipulos, mittens illos ubi opus erat. Et Luc. 10. dicitur. Designauit Dominus, & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suã. Concilium Nicenum statuit, quòd Papa committeret causam Episcopis Vicinis, aut à latere suo Præsbyterũ mitteret. Apostoli (vt acta Apostolorum testantur) miserunt Petrum, & Ioannem. Galla Theodosij Augusti mater in epistola ad filium, dixit. Legatos Romani Pontificis secundum Niceni Concilij definitionem, solitis esse Concilijs præsidere. Siluester etiam Concilio Arelatensi, misit Claudium, & Flabitũ Præsbyteros, Eugenium, & Quinatũ Diaconos Romanæ Ecclesiæ. Leo item Papa Concilio Calcedonẽsi Paschasium, & Lucensem Episcopos, & Bonifacium Præsbyteros Romanę Ecclesiæ. Agatho Papa ad sextam Sinodum designauit Theodorum, & Gregorium Præsbyteros, & Ioannem Diaconum. Præsederunt septimæ Synodi Legati. Petrus Præsbyter, & Abbas Monasterij Sanctæ Sabinæ. Octauæ Synodi, missi sunt Donatus Hostiensis, Stephanus Ephesini Episcopi. Marianus Diaconus Romanę Ecclesię, & Anastasius famigeratissimus Bibliotecharius. Leo ad secundum Concilium Ephesinum legationis munus committit Iulio Episcopo, Hilario Diacono, ac Dulcitio Prothonotario. Concilio Sardicẽsi electus fuit in legatum Osium Cardulensem, cum Fortuniano Aquilegiensi, ac Vicentio de Capua. Concilio Tridentino Legatos misit Romanus Pontifex. Vetusta ergo Ecclesię consuetudo fuit, & à recentioribus obseruata, ut legatos ad Ecclesiæ negocia pertractanda mitteret. Quibus licèt, vt D. Tho. docet, accipere stipendia, dum sibi credita uisitant. secundo Corint. vndecimo lect. 1. in fine.

Leprosus.

Leuitæ.

Lex.

Lex vetus simul cum noua seruanda est. Cherinthus. Ebion. Nazarei. Testis est, D. Paul. ad Hebræos nos amplius nō teneri ad quædam præcepta legis Moysi obseruationem. Quam legem diuidunt Doctores. Quod quædam sunt Ceremonialia. Alia legalia. Alia moralia. Prima, quia erāt figura Christi, antiquata sunt, & abolita. Secunda uerò aliqua. Tertii ordinis permanserunt omnia, quia erant iuris naturæ. De primis dixit Apostolus. Translato Sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fieret. ad Hæb. 7. Et ad Gal. 3. Lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur, at ubi uenit fides nō sumus sub Pedagogo. Ad Gal. 4. Itaque non sumus fratres Ancillæ Filii, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Ad Gal.5. Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit. Et in Concilio Apostolorum, statutum fuit, vt abstineamus ab imolatitijs simulachrorū suffocato, & sanguine Act.15. Direct.2. q. 6. num. 36. capitul. fin. Verbo Ebionitæ. 24. quæstione 3.

2 *Lex vetus erat mala.* Manichei. HÆR. Hęc hæresis de directo cum alia pugnat, quę cōfutatur ex eodem Apostolo. Et Deutero.5. dicitur. Itaque lex Sancta quidem, & mandatum sanctum, & iustum & bonū. D. Paul. ad Rom.7. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Et ad Gal. 3. Itaque lex Pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. Quid plura? Eam Dominus uerbo & exemplo co-

commendauit. Non veni soluere, sed adimplere. Si eam Deus dedit Moysi, quomodò mala erat?

3 *Lex vetus poterat iustificare hominem.* HAERET. Sine fundamento aliquo, arbitrati sunt aliqui legem Moysi iustificare, quod D. Paul. negat. Nam ad Rom. 4. ait. Quod lex non potuit iustificare sine passione Christi, & cap. 3. Iustitiam Dei per Iesum Christum facta est, & infirmam eam sępius vocat. Hoc docuit Concil. Tridē. sess. 6. capit. primo, in fine. Senè Iudęi, quidem, per ipsam etiam Literam legis Moysi, &c.

4 *Lex quælibet, qui eam obseruat, saluare potest.* HAER. Barbarorum est axioma, quemlibet hominem in sua lege rectè viuentem posse saluari, quicunque ergo fuerit Paganus, Iudæus, & Maumethanus suę salutis erit certus, si suā retineat legē. at ex lege nostra aliter habemus. Et Dominus dixit. Nisi quis renatus fuerit denuò. & D. Pau. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud, nemo potest ponere, præter id, quod positum est, qđ est Christus IESVS. Et ad Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo Hoc statuit Ecclesia. Vt dicitur, de summa Tri. & fide Catholica. c. firmiter. Vna est fidelis Ecclesia, extra quam nullus omninò saluatur. Quæ omnia confirmant Patrum sententiæ, vt diximus verbo, Ecclesia.

5 *Leges Ecclesiasticæ pugnant cum Euangelio.* Eras. HAER. Vt rumores, ac turbas excitaret Erasmus, sic scripsit in sua Methodo. Afferat in medium Erasmus, & Lutherani, quænam Pontificium statutum, cum Christi Decretis non consonant, & conuincentur, imò vt in propriis cuiuscunque dictis eorum demonstrauimus, omnia consonant, omnia cohærent.

6 *Lex nulla opus est vbi feruet charitas.* Erasm. HAER. Ibi verò, ubi feruet lex, ubi Dei mandata seruantur, & charitate succensus, cęcinit Dauid. Bonum mihi lex oris tui, super millia auri, & argenti. Et superius. Legem pone mihi Domine. Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam. Da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Quomodo erit in charitate, qui Dei mandata transgreditur? Quid ergo debacharis leges omnes amouēdo, quod nemo hactenus affirmare ausus est?

7 *Leges Ecclesiasticas, qui non seruat, non peccat.* Eras. HAER. Erroneum, imò hæreticum est, quod dicis Erasme. Namque Dominus dixit. Quæcunque dixerint vobis seruate, & facite. Apostolis contulit potestatem, quia claues dedit. Et Petro dixit. Confirma fratres tuos. si leges etiam secularium sunt seruandæ, multò magis Ecclesiasticæ. Hoc dicit Clemens, Beatum Petrum docuisse, cum Zacheo, non quidem defugienti opus, & laborem gubernandi Ecclesiam, sed recusanti, nè preesse dicere tur scribit dixisse. Sin verò prorsus, non uis scirè, quod potestatem habeas gubernationis, uideris mihi nescire ad continendum in metu, & pudore multitudinem, multum valere potestatem præpositi mani estam. Vnusquisque enim qui potestatem accepit, obtemperat, quippè cum magnam obtemperandi necessitatem conscientia imponat. Hæc Clemens. Scripsit Constantinus ante mille annos, de pœnis, ac legibus Ecclesiasticis, quorum latores fuerunt Apostoli, qui in sua collectione. Primo loco collocat Canones Apostolorum, & numerat decem synodos, usque ad sua tempora habitas. Ancyranam. Neocęsariensem. Nicenam. Grangensem. Antiochenā. Laodicensem. Constantinopolitanam. Ephesinam. Calcedonensem. Carthaginensem. Horum exemplis posteri Patres sequuti sunt in cōdendis legibus, iuxta diuersa tempora prout res postulabat. Adhuc si potestas ciuilis à Deo ordinata est, quare non spiritualis. Si ciuitas nulla esse debet, quæ lege careat, quare Ecclesia carebit. Si lex distinguit iustum, ab iniusto, quare Ecclesia eo munere priuatur. Demum non nè absurdum est ecclesiam gubernare, & sine lege? Optimè ergo Doctores prædicant, transgressores legum Ecclesiasticarum reos esse peccati. Turria. li. 1. c. 28.

8 *Leges humanæ sunt rescindendæ, nec seruandæ.* Eras. Si lex iusta est, vtique à subditis seruanda venit, aliàs rescindenda. Vnde D. Pau. dixit. Præcipio ego, non Dominus. & ad Roman. decimotertio. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & cum præcipiat Apostolus obedire potestatibus secularib. propter conscientiam, ideò obedire iubit, nè non obediendo, peccatum admittamus. Clemens etiam loco

superiori, loquutus est de Ecclesiastica, ac temporali potestate. De qua Diu. Paul. Non enim sine causa gladium portat. Et Nicolaus Pontifex ad Michaelem Imperatorem, de discrimine potestatis Ecclesiasticæ, & temporalis differens, scripsit. Ita vt & seculares potestates, pro ęterna vita (vt ille ait) spiritualib. potestatib. indigerent, & spiritualis potestas pro cursu tēporalium tantummodo rerum, magistratuū, ac potestatum legibus vterentur, vt sic (inquit) Militans Deo minimè se negocijs secularibus implicaret, neque rebus diuinis præsidere videretur, qui esset secularibus negocijs implicatus, & modestia vtriusq; ordinis curaretur, nè extolleretur vtroque suffultus, competens qualitatibus actionū specialiter professio aptaretur. Hæc est etiam omnium Theologorum consensu approbata sententia. Licèt Luthærani locū D. Pa. prauè exponentes, oĩa deprauēt.

9 *Lex iustis non est posita, nec legi est alligatus iustus.* HAER. Liberauit nos Christus à seruitute peccati, & à cæremonijs, ac legalibus iudicijs Moysi, non tamen ab omni lege, & obedientia, qui & ipse obedire uoluit. & erat subditus illis dicit Euangelisto. Insanis certè Erasme, dum garris de viro perfecto. Quòd non subditus sit legibus. Quoniam, si non seruat non erit perfectus, & dum obedit legi, declarat se non esse à lege absolutum. Et tu solus putabis perfectum, qui contemnit, ac transgreditur Domini præcepta & Valdenses imitaris. Si dices, vir istus non astringitur lege humana. Falsum assumis. Nam quantò quis perfectior est, tantò magis tenetur legibus Ecclesiasticis parere. Sensus verò D. Paul. 1. Timoth. primo. Lex iustis non est posita. Est, quia spontè operatur iustus per fidem, & dilectionem, nec operantur ex lege, id est ex timore supplicij mortis, non ergo intelligit Apostolus eximere iustum ab obseruantia legis, sed à timore liberare.

20 *Leges Ecclesiasticę adimunt libertatem.* Luthærani. HÆRET. Meritò Magdeburgenses, ac reliqui Luthærani, similātur Iudæ Galileo seditioso, qui adeò se liberum profitebatur, vt potius, quæuis tormēta subire vellet, quàm vllum legibus, ac cōstitutionibus parendum esse traderet, ut scribit Ioseph, li. 18. Antiquit. Iud. capit. 2. A quo fortè illa hæresis ortum habuit, de qua scribit D. Petrus. 2. cap. 2. Dominatum contemnunt audaces, sibi placentes, &c. Et malè postea eius imitatores interpretantur verba D. Pauli. 1. Corinth. 7. Præcio empti estis, nolite serui fieri hominum. Quæ tamen non dixit. vt insinuaret nos nō subditis esse legibus. Quoniam ad Ephes. quinto docuit, Nos oportere inuicem subiectos esse in timore. Et D. Petrus. Subiecti estote omni humanę creaturæ propter Deum, siuè Regi, quasi pręcellenti, siuè ducibus, tanquam à Deo missis ad uindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia sic est uoluntas Dei, ut obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Cauete quasi diceret, nè prætextu humanę libertatis, leges humanas contemnatis. Hoc autem probatur. Nam si decalogo humana libertas non destruebatur, quæ statim sine ulla misericordia, supplicio tradebatur, ac morti. Euangelium verò, & Ecclesiasticæ leges non occidunt peccatores, nisi incorrigibiles, sed parcit, iudicioque alio puniendos relinquit, quare nostra lex magis libertati repugnat, quàm illa, quę erat lex timoris. Ideò Clem. lib. 7. de constitut. Apostolicis, ait, loquens de lege libertatis. Voluntatem hominis rursus liberam reliquit Dominus, non pręsenti, eademque breui morte mulctans, vt sub lege, sed iudicium in alterum seculum reijciens. Hæc Clemens. Hunc esse sensum D. Pauli primę ad Timoth. primo. Dum dixit. Superabundauit autem gratia Domini Nostri Iesu Christi, cum fide, & dilectione. tradunt Doctores. Quasi diceret, comparando legem Euangelicam Decalogo, quæ quo ad ea pręcepta conueniunt inter se, at differunt, quoniam nostra est per dilectionem, & gratiam, illa verò iram operabatur statim occidens. Non verò ex scripturarum testimonio, imò ipse Plato lib. decimo, de Republ. ait, Quodammodo legibus sancire, quæcunque in huismodi ciuitate facturi sumus, cuius ciues bonos futuros dicimus, & ad studium uirtutis rectè se habituros. Lutherus verò dum se iactat prophana

phana libertate, leges odit, quas natura, & scriptura sacra docet. & factores legis iustificantur apud Deum, ut ipse idem Apostolus testatur. & ad Rom. 2. Gentes natura faciunt, quæ legis sunt.

Corroboratio de Ecclesiasticis legibus, Ex sacra scriptura.

11 Multa ex sacris literis testimonia adducta sunt, ad ostendendum, non tyrannicè esse statutas leges ab Ecclesia nostra, idem ostendamus. Moyses populo aduersum se murmuranti dixit. Exod. 16. Non enim aduersum nos murmurastis, sed aduersus Deum, nec aliquis impunitus relictus est in ueteri testamento, qui se contra superiores extulit. Hinc Dathan, & Abiron viui ad Infernum descenderunt. Num. 16. Imò, & Core, & ducenti quinquagin. qui cum eo aduersus Aaron coniurauerant, igne consumpti sunt. Num. 16. Absalon dum Patrem persequitur Diuino iudicio, arbori appensus moritur. 2. Reg. 18. Ozias leprosus factus est, qui contra Sacerdotes, Sacerdotium ausus est arrogare. 2. Paral. 26. Saul sacrificare præsumens regali dignitate exutus est. 1. Regum 13. Sic ergo puniti sunt, qui Sacerdotibus rebelles fuerunt. Ex nouo etiam testamento, hoc idem ostenditur. Nam Dominus, Matth. 18. Qui Ecclesiam non audierit, &c. Et Luc. x. Qui vos audit, me audit. Et Ioan. 13. Qui me accipit, accipit eum, qui me misit. Et qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit, & eum, qui misit me. Episcopi etiam sunt rectores Ecclesiarum, vt dicitur Act. 2. ergo leges condere possunt. Apostoli simul conuenientes, statuerũt leges. Act. 15. D. Paul. 2. ad Thessalon. 2. iubet seruari suas traditiones. Petrus subita morte Ananiam, & Zaphiram prostrauit, ob fraudatum agri prætium. Act. 5. Et D. Paul. 1. Cor. 5. Fornicatorem tradidit Sathanæ, in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret, in die Domini. Hymeneum, & Alexandrũ permisit potestati maligni spiritus, vt discerent non blasphemare. 1. Timoth. 1. idem 1. Corin. 4. ait. Quid vultis? In virgam veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis. Et ad Hebr. 11. Obedite præpositis vestris, & subditi estote illis, ipsi enim peruigilant, quasi rationẽ pro animabus vestris redituri. Adhuc, 1. Thess. 4. ait. Qui hæc spernit, non hominẽ spernit, sed Deum. Et 1. Cor. 11. Cætera cum venero disponam. Demum, qua scriptura elegerunt Matthiam in locum Iudæ, & septem Diaconos, quando nulla erat lex scripta. Ignatius in suis Epistolis præcatur, vt Episcopis obediamus. D. Cypria. li. 1. epistolarum, epistola tertia ait. Neque aliundè hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, nisi quia sacerdotibus Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tẽpus Sacerdos, nec iudex vice Christi cogitatur. D. Bern. serm. 66. super Cantica inquit. Qui Ecclesiam non agnoscunt, non mirum, si ordinibus Ecclesiæ detrahunt, si instituta non recipiunt, si sacramenta contemnunt, si mandatis non obediunt. Et quæ adeò barbara gens est, quę suis Sacerdotibus non obtemperet, nec Turcham reperi, qui Sacerdoti non pareat, dum inter eos viuere, ac commorari cogerer, & hanc rem ab eis sciscitaretur. Nec Græcum inueni, dum per annos cum ipsis habitarẽ in Cretensi, ac Corcyrensi insula, qui non obediat Sacerdotum Imperio. & suis non stet decretis, ac iudicio, etiam in controuersiis rerum temporalium dirimendis. Soli Luthærani sunt, qui confundunt omnia, bonos mores euertunt, & Ecclesiæ Pastores conculcant.

12 *Leges Ecclesiæ quæ nam sunt?* Omnes Ecclesiasticæ constitutiones ad tria capita colliguntur, ac sub illis compræhenduntur. sub ieiunio, sub ferijs, & communione. Ad hæc enim tenemur. De ieiunio statuit leges, quoniam à Christo comendatur. Matth. 6. Et præcipitur ab Apostolo. 2. Corin. 6. Exhibeamus nos sicut Dei ministros in laboribus, vigilijs &c. Et Luc. 21. Videte, ne grauentur corda uestra. Decreuit Ecclesia quadragesima ieiunandum, quia quadragesima est decima totius anni, ut dicitur de conse. d. 3. Quadragesima. Hoc de cibis sanciuit, ut à carnibus, ouis, lacte, & caseo abstineamus. Neq; uinum, sic bibere permittitur, ut quis inebrietur. d. 4. c. denique. Est lex de ieiunio quatuor temporum ab omnibus obseruandum. distin. 76. Ieiunium. Dies rogationis sunt ieiunandi. distinctione tertia. Rogationes. Vigilijs

giliis est ieiunandum. dist. 76. & de consecr. dist. 3. cap. Pronunciandum. Vigiliis Apostolorum. Consulit etiam, & si non præcipiat tempore aduentus esse ieiunandum. extra de obser. ieiun. cap. Consilium. Qui ergo non obseruat, sit tanquam Ethnicus, & Publicanus. Statuit etiam Ecclesia nè nuptiæ celebrentur à Septuagesima vsque ad octauas Pascæ. 33. q6. 4. Non oportet. Quod si non fuerit obseruatum separentur ad tempus, in pœnam contemptus. Prohibuit his diebus iurare, vel iuramentum exigere. 2. 2. q. 5. Decreuit. Prætermittuntur diebus pœnitentiæ cantica illa. Gloria in excelsis Deo. Alleluia. Te Deum laudamus. Pacem pronunciamus in signum lætitiæ, ac redemptionis, & repetimus verba Angelorum. Hæc de tempore ieiunij. Festus dies connumerantur, de cons. dist. 3. c. Pronunciandum. Et his diebus mandatur, ut Missa, ac Dei uerbum audiatur, de consecr. dist. 1. c. Missus. Et 1. q. 1. Interrogo. dicitur. Non minus est reus, qui prædicationem negligenter audierit, quam qui corpus Christi in terram cadere permiserit.

Alterum est Ecclesiæ preceptum de Communione. Nam etsi in principio nascentis Ecclesiæ singulis diebus, & festis Dominicis communicarentur, tamen, quia refriguit charitas multorum, decreuit, ut saltem tribus illis solemnitatibus, Pascha, Pēthecostes, & Natali Domini, omnes fideles communicarent, distin. 2. de consecrat. Demum, vt saltem semel in anno. extr. de pœn. & remissio. Omnis vtriusque sexus. Demum habet Ecclesia benedictionem cādelarum, campanarum, oliuarum, aquæ, in nuptiis, de quibus suo loco diximus. Et D. Pau. ait. 1. Tim. 4. Omnis creatura sanctificatur verbo, & oratione. Hæc & alia decreuit Ecclesia, ut à fidelibus obseruentur Diuina authoritate sibi concessa.

Obiectiones Hæreticorum.

Infringere conantur hæretici hanc Ecclesiæ authoritatem in condendis legibus. & Primò. Nullibi legitur in Euangelio, Dominum hanc condonasse facultatem. Respondeo, quòd non semel, sed pluries legimus de hac potestate sacram scripturam loqui, vt adducta sunt. Secundò, Imperatori, ac Regi obediendum est. nam Rom. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, at Pontifices quandoque cōtra eas leges aliquid statuunt. ergo nō debent obedire. Respondeo, quòd Ecclesia recipit, quod ad temporalia leges Imperatorum, si non repugnant Diuinæ, & fideles ad eas alligatos esse fatetur, sed in spiritualibus non habet facultatem aliquis eorum legē condendi, ut supra diximus cum Nicolao Pontifice ad Michaelem Imperatorem. Tertiò lex iustis non est posita. ait Apostolus. Hoc dictum D. Pauli expositum est paulò ante. Hactenus de legibus.

Lætaniæ.

Letanias dicendas esse in Rogationibus, decretum fuit in Concilio Aurel. & Tolet. 5. can. 1. & Tolet. 6. can. 2. & habetur de consecr. dist. 3. Rogationes. De quibus D. Ber. fer. de quatuor modis orandi. Dicentes, Sancte Petre ora pro nobis.

Lia.

Lia infirmis erat oculis. Gen. 29. b

Liam despicit Iacob. Gen. 29. d

Lia concipit, & parit filium Ruben nomine. Gen. 29. f

Lia mercede conduxit à Rachele concubitum viri. Gen. 30. b

Sicut Lia, vt esset fecunda, imprecabatur populus nubenti mulieri. Rut. 4. c

Liber.

Liber quilibet legi potest, nec Ecclesia debet prohiberi. Protestantes. HAER. Nè vniuersa inficiatur Christiana Religio, ex lectione librorum Hæreticorum, optimo antidote, ac medicina olim statutum fuit, nè eorum libri permitterentur passim teneri, ac legi. Et à Leone Decimo. Bulla sexta, inter Romanas Bullas. Et à Paulo Quarto, & Concilio Tridentino, sessione decimaoctaua. Hic etiam fuit mos Romanorum. Testatur enim Titus Liuius, lib. decimo, Deca quarta. Anno ab vrbe condita quin-

quingentesimoseptuagesimotertio in agro L. Petilij scribæ, dum cultores agri altius molirentur terram, duæ lapideæ arcæ octones pedes longæ, quaternos, latæ inuentæ sunt, operculis plumbo, deuinctis literis Latinis, Græcisque vtraq; inscriptæ erant, in alteram Numam Pompilium Pōponis filium Regem Romanorum sepultum esse, in altera libros Numę Pompilii inesse. tunc Q. Petilius Prætor Vrbanus, studiosus legendi eos libros à L. Petilio sumpsit. His lectis rerum summis cùm ad inuenisset, pleraque ad dissoluendam religionem, L. Petilio, dixit eos libros igne comburendos esse. & sic libri in Comitio igni, à Victimarijs in conspectu populi cremati sunt. Quid mirum, si Ecclesia sui prouidentia vetat, nè libros hæreticorum, contra Religionem, non permittat legi, nec seruari, neque enim aliunde, maiora in Christianam Rempublicam mala, & ad sinceram doctrinam euertendam potentius, quam ex istorum librorum lectione venenum est, qui vt simpliciores, ac rudiores veritatis magis alliciantur eloquentia procurata, & fucata magna ex parte, hactenus sunt conditi, vt hoc, veluti hamo, incauti lectores capiantur, opprimanturque ex huiusmodi librorum lectione, quæ, & quanta incommoda nascantur, multæ præclarissimæ prouinciæ testari poterunt, quæ hoc ueluti toxico pœnè interierunt. Germaniam dico, Angliam, Poloniam, Da-niam, Galliam, Græciam, atque vtinā ab hoc malo libera omnino, atque exempta Italia esset, fortassè Germani Viguerium, Ochinum. Petrum Martyrem, & alios his similes non habuisset, qui Ecclesiam Romanam non leuiter affixerunt. Hac ergo prohibitione commodè vitantur tot mala. Et Iulius III. in sua Bulla de hac re, ait. Cum diuersi effectus, quàm sperabantur, sequuti sint ex hac concessione, legendi inquam libros ab hæreticis ędítos, omnes cōcessiones reuocamus, atque annullamus. In Concilio verò quibusdam doctis hominib. modo illam petierint, fuit à Legatis facultas concessa hæreticorum scripta euoluendi, vt possint in publicum eorum ineptias confutare. Hoc etiā Concil. Cartag. 4. Vbi interfuit D. Aug. cano. 16. Sic definiuit. Episcopus Gentilium libros, non legat, Hæreticorum autem pro necessitate & tempore. Quo sanè Canone, eripitur copia, libros legendi Hæreticorum, nisi loci necessitas postulauerit, quod accidit cum aduersus hæreses concilium celebratur. Nulla igitur causa est cur hęretici Protestantes doleant, & grauiter ferant libros suos catholici non posse legere. Hoc enim agunt Pontifices Apostolorum exemplo, qui Concilio, quod Hierosolymis tenuerunt, Canon. 59. sic statuerunt. Si quis falsò inscriptos impiorum libros in Ecclesia ad populi, & clerici corruptionem publicauerit deponatur. sic habet Canon ille Apostolorum. olim enim hæretici, libros suos, quibus hæreses continerentur, titulo Catholicorum circunferebant.

Constantinus etiam prohibuit legi libros Arrij, & igni comburri iussit. D. August. in Ioannem, scribit. Libros Mathematicorum, & hæreticorum publicè suo tempore fuisse combustos. Gelasius, combussit suo tempore, anno 469. Et D. Luc. Act. decimoquinto, scribit. Multi ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coràm omnibus, & & computatis prætijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Quid? Si non licet conuersari cum hæreticis, non nè & eorum codices refelli poterunt? Quid demum. Si Simon ille Magus codicem edisset, quo suadere vellet, simoniā non esse peccatum, sed præcio vendendam Spiritus sancti gratiam, nonne D. Petrus, ac Apostolorum senatus, protinus comburendum diiudicasset? Adhuc Valentinianus Imperator, C. de hæreticis. l. quicunque. statuit libros hæreticorum diligenti studio inquiri, ac publicè comburri. Ad quid ergo mirantur Protestantes, qꝫ eorum Codices comburantur, cum Imperatoria lex, quam recipere fatentur, idem statuerit. Ezechiæ etiam exemplo ad hoc monemur. Qui cum accepisset epistolam à Sennacherib Assyriorum Rege, in qua deridebat eum, qui inani spe, Dei sui, arbitrabatur se posse ab eius manibus eripi, quam cum Ezechias accepisset occultè legit, nè fidem promissis Diuinis apud suos timore cōsternatos imminueret. Hoc ergo exemplo monemur, nè Hæreticorum libros legamus. Beda in præfatione sua in Cantica ait. Scripturus iuuante gratia su-

pertia in Cantica Canticorum. Primo admonendum Lectorem putaui, vt opuscula Iuliani Celanensis Episcopi, à Campania quæ in eũdem librum confecit cautissimè legat, ne per copiam eloquentię blandientis in cœnum incidat doctrinę nocẽtis, sed ut dici solet, ita carpat botrum, ut & spinas caueat, idest in dictis eius fanos sensus scrutetur & eligat, vt non minus vitet insanos, vel potius illud faciat Maronis. Qui legitis flores, & humi nascentia fruga. Frigidus ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Hoc est super omnia, se ab eius lectione compescat, &c. Quod uerò D. Hierony. & Dionys. martyr dicant se legisse libros hæreticorum. Hoc fuit ob inopiam Catholicorum Doctorum, nostra verò ętas eis affluit. illi erant uiri eruditissimi, ac sanctissimi sunt qui vento circunferuntur inanis doctrinæ, ideò fugienda sunt ędita ab illis. Ex his Oecolopandij ac aliorum Lutheranorum perfidia confutatur.

2 *Libri, qui sint Canonici, Ecclesia iudicare non potest.* HÆR. Hoc supra confutatum est verbo, Ecclesia.

Liberalitas.

Liberalitas est virtus dispensandi benè diuitias, in vsus bonos sibi, suisque. Ad liberalem non pertinet esse promptum ad recipiendum, & minus ad petendum, sed sollicitè procurat fructus suarum possessionum. Materia propria liberalitatis est pecunia, sed materia immediata est passio circa pecuniam. Ideò moderatur ꝓ amorẽ pecuniarum, & timorem, nè ille perdantur. Huius virtutis principalis actus est dare, uel acquirere, vel conseruare. Derogat verò liberalitati dare aliquid, cum concupiscentia retinendi. Nec est in voluntate, vt in subiecto. Et qui omnia dant pro Christo, non sunt prodigi, sed liberales. Hęc virtus maximè conuenit Deo, qui est omnium liberalissimus, & ipse solus est maximè liberalis. Christus Dominus etiam contemnendo omnes diuitias ostendit se maximè liberalem. Hæc si comparetur aliis virtutib. est inferior omni alia virtute Theologica, & Cardinali secundum materiam, habet tamen maximam dignitatem, quia se extẽdit ad multa. Est ignobilior iustitia, quæ ad omnes se extendit, liberalitas ad multa non ad omnes. Imò sublata iustitia, & magnificentia, & liberalitas locum non habẽt sed sunt partes potentiales eius. Conuenit enim liberalitas cum iustitia, quia utraq; est principaliter ad alterum, & circa exteriora. sed prima attendit exteriora, ut propria, secunda verò ut sunt alterius, & ratione debiti. Ideò liberalitas non est species iustitię, sed pars sibi annexa. D. Thom. 1. 2. q. 21. 1. pri. & 2. 2. qõ. 117. Brulifer dis. 10. q. 1. Pau. Cortesius. 3. dis. 8.

Libertas.

Libertas nulla est in homine. Manicheus. HAE. Si Deus non condidit hominem liberi arbitrij, ad quid pręceperit ei, ne comederet de ligno uitę? Et alibi. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Et Salomon. Reliquit eum in manu consilij sui. Et Propheta. Conuerte nos Domine, & conuertemur. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Hierusalem, Hierusalem quoties volui congregare fideles tuos, & noluisti. Susanna Dan. 23. dixit. Angustiæ mihi sunt vndique, & quid eligam ignoro. Luc. 9. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Patres vnanimi sententia conueniunt. Intet quos Theop. Alex. lib. 3. Paschalis. in principio fermè ait. Nec ambigitur, quin vtranque partem, vel faciendi, vel non faciendi bona, habeamus facultatem liberam, & oppressis prauis, recta nascantur, tuncque virtutum inter se concinit Chorus, cum uitiorum in animis fuerit sollicitudo. Timothæus Episcopus recenset libertatis commoda in Epistola ad Ecclesiam Catholicam, li. 3. Maximus etiã capit. 27. Oeconomicorum ait. Deus cum naturam humanam conderet, cum voluntate dedit illi, vt esset, cui etiam largitus est facultatem eorum, quæ decebant effectricem, facultatem dico, motum ad exequendas virtutes in naturam substantialiter respersum, quo ad intellectum autem, pro visu relucentem, ad uoluntatem posidentis. Hucusque Maximus. Aliorum Patrum dicta passim citantur ab alijs.

2 *Libertas nulla est, sed omnia fato eueniunt.* Bardesanes. HAER. Dum de fato loqueremur, explosa fuit.

Libertas

3 *Libertas nulla est, sed omnia necessario eueniũt.* Abailardus. Vuiclef. HÆR. Inferius demonstrabo, Diuinam prouidẽtiam, nullam necessitatem rebus imponere.

4 *Libertas ad peccandum non remanet in baptizato.* Iouinianus. HAER. Hanc libertatem peccandi, vnusquisque nostrum experitur, quoniam nemo sine crimine viuit & de seipso fateri cogitur Iouinianus, dũ grauissimam hanc hæresim seminauit. Nam, sicut peccatum non destruit libertatem, multò minus gratia, quia nón destruit Deus naturam, sed perficit.

5 *Liberum arbitrium post peccatum non potest nõ semper peccare, & perdita gratia.* Luthær. HAER. Remenere semper liberum arbitrium fusius demonstrabo. Et qui cum Luthæro hoc affirmat hominem à propria natura deicit, & hoc in sanissimo dogmate omnis laus tollitur, & opprobrium omnis mortalis uita, omnis Diuinis cultus, ac pietas. Libero enim arbitrio sublato, quomodo homo à cæteris animantibus discrepat, imò omnis Religio corruit, & remanet homo monstrum horrendum. Aduersus hunc errorem sunt verba. D. Ioan. primo. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et Matt. Agite pœnitentiam appropinquabit Regnum Cœlorum. Demum Apocal. 2. dicitur. Dedi illi tempus, vt penitentiam ageret, & frustra daretur, si pœnitere non posset. Concil. Triden. sess. 6. canon. 7. hoc damnat.

6 *Liberum arbitrium post peccatum amissũ est, nec remanet, nisi solo homine.* Luthe. HAER. Licet supra dictum sit, quod cum gratia Inrogitur semper liberum arbitrium, tamen hoc loci etiam demonstrabo, quòd post peccatum remanet liberum arbitriũ. Primò, ad quid Adam post peccatum ex nomine vocat Dominus. Et etiam Cayn, Nisi vt pœniterent. Ad quid Natan hortatur Dauidem ad pœnitentiam, & Ezechias, & alij sic vocantur per Prophetas ad pœnitentiam, vt Niniuitæ à Iona. In nono etiam testamento. Ad quid Dominus respexit Petrum, & fleuit amare. Quomodo latro redijt ad cor, quomodo mulier illa peccatrix lachrymis rigauit pedes Domini. D. Paulns falsò dixit. Domine quid me uis facere. & adolescens ille postquam omnia consumpserat. Surgam & ibo ad Patrem meum. In vniuersum, non legitur aliqua peccatorum conuentio, quæ liberi arbitrij non demonstret libertatem. Consuetudo etiam sacræ scripturæ est vtrunq; simul cum copulare, nempè gratiam, & liberum arbitrium. Dominus dixit. Deuteronom. 30. Mandatum hoc, quod ego hodie præcipio tibi, non supra te est, neque procul positum. Testimonia alia. Verbo gratia adduximus. Quibus subscribit Philo Alexandrinus, vt Leontius citat dicens. Beata res est, quòd cum vtrumque author proposuerit, quod medius est anima potest suscipere, beatius verò est, q̃ non ipsa ex se eligat, sed author ea adducat, & melioré faciat, non enim ex se humana mens eligit bonum, sed secundum prospicientiam Dei donantis optima eis, qui digni sunt &c. Methodius in lib. de libero arbit. idem docet. Et Ennodius Ticinensis, antè iam mille annos, scribit ad Constantium quendam de libero arbitrio hoc idem. Imò ipsi Centuriatores. Centuria 4. in capite de doctrina de libero arbitrio sic dicunt. De libero arbitrio, quæ commode, & tollerabiliter, à Doctoribus huius ętatis tradita videntur, sic habent. Deinde recitant inter cæteros Doctores, quæ S. Athan. in libro, contra gentes. Anima, inquit, condita est libera, potestque bona, vt eligere, ita, & auersari. Hoc & Magdeburgenses confessi sunt de libero arbitrio, si ergo eũ commodè loquutum esse conceditis, quare in dubium modò reuocatis?

7 *Liberum arbitrium potest sine gratia adimplere Diuina pracepta.* Luthær. HAERET. Pelagiana hæc hæresis supra fuit explosa, Quam Centuriatores videntur tueri, ac Luthærani, licèt non stet, cum eorum principiis, qui docent, post peccatum liberum arbitrium solo nomine remanere, & modo affirmant posse Diuina mandata adimplere. Contra quos Salomon, Prouerb. 16. Domini est dirigere gressus hominis. & c. 8 A Domino præparatur voluntas. Et Dominus. Matt. 25. Sub parabola docuit, Dominum dedisse diuersa talenta. D. Paulus. 2. Corin. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. & ad Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona uoluntate. Sine me nihil potestis facere. Et obseruandum, quòd quæ D. Augustin. dixit, li. 2. quæstionum ad

Simplicianum, vbi plus equo tribuit libero arbitrio, retractauit. 2. retractat. capitu. secundo, dicens. Hoc inquit, à nobis dictum est, quia non dicimus esse in potestate nostra, nisi quòd cum volumus fit, ubi prius, & maximè est ipsum velle, sine ullo quippe interuallo temporis, præsto est uoluntas ipsa, cum uolumus, sed hanc quoq; ad bene uiuendum desuper accipimus potestatem, cum præparatur uoluntas à Domino. Dè quibus. verbo, Opera.

Libido.

Libido non est peccatum. HAER. Tanto scelere, vniuersus orbis diluuio purgatus fuit ut legitur. Genes. 6. & D. Paul. ad Rom. 13. D. Pa. Appellat libidinem opus tenebrarũ. De qua D. Amb. lib. 1. de Cayn, & Abel, capitu. 5. Vini ebrietas fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viscera, animus ignoscit, anima exuritur. Hæc à labando dicta est, & apud multos in bonam, ac malam partem accipitur, prout voluntas in ea labitur. De qua D. Thom. 2. 2. q. 154. 3. primum. Bonau, 2. dist. 31. q. 2. art. 1. & Brulifer. 1. dist. 8. quæst. 4. Alio verbo, luxuria.

Lignum.

Lignum scientiæ boni, & mali interdicitur homini ne comedat. Gen. 2. c

Lignum ostensum à Deo mittit Moyses, in aquas amaras, & dulcescit. Exod. 15. f

Ligna colligens in sabbato, iussu Dei lapidatur. Num. 15. d

Lignó suspensi eadem die sepeliebantur. Deut. 21. d

Lignorum cęsores inter populos Israel. Deuteron. 29, b

Lignorum parabola prædicitur à Ionatha in teritus Sichimitarum, & Abimelech. Iudith 9. a. b

Lignum vitæ non erat arbor materialis. HAER. Doctores omnes exponunt, non pro spirituali, sed materiali arbore, quòd erat in Paradiso uoluptatis, & uita diuturniori hominem conseruaret. Et scribunt hanc ei condonatam uirtutem, uitam nostram seruandi non tamen perpetuò tempore conseruare poterat. Nam sicut esse, ita virtus cuiuscunque rei determinata est. Lignum ergo illud, quo fortè vescuntur Enoch, & Elias, restaurat deperditam, ac laxatam naturam ob defectum humidi radicalis, de quo etiam si post peccatum comedisset Adam, uita diutius seruaretur, non tamen immortalis reddebatur, ueluti ante peccatum. Nam immortalitas non erat à ligno, sed supernaturali uirtute animæ concessa. De quo D. Tho. 1. par. q. 97. art. 4. c. & 102. primo, quartum. Brulifer. 2. distin. 19. q. 5. Ocham 4. q. 10. Biel 2. dist. 19. q. vnica.

Limbus.

Limbus apud Doctores est pars superior Inferni, qua detinebantur saluandi, quousque debitum primi parentis per mortem Christi solueretur. Dicitur etiam Limbus ad quem descendit Christus, de quo Dauid eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Limbus alius puerorum, alius verò D. Patrum. Limbus Patrum est ad quem sancti Patres descenderunt antequam Christus Cœlos aperiret.

Limbus puerorum est locus supra Purgatorium vbi descendunt paruuli, qui decedũt in peccato originali, quibus nulla pœna sensus debetur, eò quòd nec peccauerint, sed damni tantum. Vterque Limbus sunt contigui, & differunt in pœnis, vt docet D. Thomas secundum quòd placet alijs. In Limbo Patrum erat quies, & habebant fidem, & spem, quem tantùm in Cœlo euacuantur. sed & dolebant de dilatione gloriæ, non tamen sensibilis erat. Idem locus dicebatur, sinus Abrahæ ratione quietis, & limbus inferni ratione defectus. Patrum limbus per Christum est clausus. Hęc docent Scholastici. D. Thom. 3. distin. 22. & tertiæ par. quæstio. 52. Bonauentura 4. distinctione 45. quęstione prima, articulo primo. Thomas de Argen. 4. distinct. 45. Gerson par. secunda in expositione quinti articuli fidei. Et Biel secundo. distinc. 33. quæst. vnica.

Lingua.

Lingua vna, & sermo vnus in vniuersa terra post diluuium. Gen. 11. a

Lin-

Loth.

quent, & ea peccata allegoricis rationibus defendunt, D.Tho. dicit Loth fuisse à peccato immunem, at filiæ non excusantur à peccato mortali, sed ex pietate intentionis minus peccauerunt, quia leuis fuit æstimatio, supra quam se fundauerunt. 4. di. 33. i. quartum. Idem Loth offerens filias suas incestui non elegit culpam, sed ostendit ordinem culparum, quia minus peccatũ est stuprum Sodomia. Malo. quæ. pri. 5. decimumquartum. Vt Loth peccasse affirmat Lyranus. Gen. 19.

Lucas.

Lucas fuit Medicus. Vt docet D. Paul. ad Coloss. 4. d. Ac eius discipulus, qui & D. Paulũ in scriptione Euãgelij sequutus est. Vt scribit, D. Tho. 1. Cor. 11. lect. 6. Com. 3.

Ludus.

Ludere semper est peccatum. ITEM. Ex sanctorum exemplis, ac authoritatibus, sentiẽdum puto, temerariè illum loqui, qui semper ludum damnat. Nam ludus ad animæ recreationem ordinatus est, vt contra fatigationem animalem, & si debitis circunstãtijs ludamus, erit meritorium in habente charitatem, vt docet, D. Thom. 4. dist. 40. 5. ca. fin. Quem in triplicem ludum secatur. Turpem, deuotum, & recreatiuum, at primus debet vitari à quolibet, secundus laudatur, tertius temperatè assumatur à pœnitente. 2. 2. q. 168. 4. primum. Et in ludis tria cauere debemus dicta, ac facta turpia, & nociua, resolutionem grauitatis, & indebitas circunstantias. ibi. 2. c. Et ludere inordinate opponitur Eutropolię. 2. 2. q. 138. pri. tertium. Demum est obseruandum, quòd vnus ludus decet vni, qui alteri non conuenit. Excessus etiam ludi duplex est, ratione turpitudinis, vel nocumenti, & ratione indebitæ circunstantiæ. Primus est mortale, secundus est veniale nisi ponatur finis in hoc. 2. 2. 3. Et qui superfluè ludit, peccat peccato ineptæ letitiæ, quæ est filia Gulæ, D. Thom. ibidem. 3. tertium. Ex Caieta. est annotandum, quòd ludus, ad Eutópeliam pertinet, quæ consistit, ut quis ludo rectè vtatur. Ideò nec histriones peccant, nisi ludus sit iniquus. Non tamen peccat, qui non vult ludere nisi adsit pecunia, nec qui ludit, ut uincat, est enim talis naturalis appetitus. Si autem principalis intentio est lucrum, iam erit auaritia, & non ludus, sed negociatio nuncupari poterit, quia finis ludi est delectatio, non lucrum, non tamen erit mortale peccatum, quia non contrariat iustitiæ, sed graue, ac turpe erit peccatum. Qui ludit loco sacro non peccat, imò licet, quando ibi est infirmus, & tempore belli, ne dormiat ille, ludunt socii. Clericus etiam ad alias ludere poterit, quando erit causa rationabilis, puta infirmus, nec potest alia uia uitare sonnum. Si Clerici assumunt laruas, arma & huiusmodi ex leuitate actus ueniale est. Ludere per totam diẽ festus, audita Missa non est mortale peccatum, quia non contrariatur præcepto. Ludus schaccorum ex fine pessimus est, quia non est ad quietem, est tamen optimus ad fugandum otium, & diligentiam. Ludus quanto est magis fortunę commissus, tanto melior, ideò licent aleæ. Qui scommittit si eueniat talis res, lucretur mille, non peccat, nisi ex circunstantia. Leges uerò, si quãdoque uetant ludum est auaritiæ, non delectationis causa. Hæc Caiet. Et eius propria fermè uerba ex scripsimus. 2. 2. q. 168. tertio. Palud. 4. Biel. 4. d. 15. q. 12. Bonauen. 4. distinct. 16. litera.

Lugere.

Luget Iacob Ioseph Filium suum, Genesis. 37. g

Luget populus, audiens Deum, non iturum secum in terram Chanaan, Exod. 33. a

Luget Samuel Saulem reprobatum à Deo, 1. Reg. 15. g

Luget Dauid Amnonem Filium. Secundi Reg. 13. g

Lugentibus promittitur consolatio, Lucas sexto. d

Lugere, nõ uult Paulus, eos qui mortui sunt, 1. Thess. 4. d

Lugere est peccatum. HÆR. Si Dominus primam uocem emisit foras, similem alijs plorans, si super ciuitatem Hierusalem, ac Lazari sepulturam fleuisse legimus, quomodo erit peccatum. Repræhendunt tamen Sancti immoderatas lachrymas, nõ pium naturæ affectum.

Lumen

Lumen gloriæ.

Lumen glorię non exigitur in cælo, ad eleuandum beatorum intellectum, vt Deum, videre possint. HÆR. Fatigantur aliqui Scholastici, de quorum numero est Scotus, Durandus, & Aureolus, arbitrantes superuacaneum esse hoc lumen. Aduersus quos sunt uerba Dauidis Ps. 35. In lumine tuo, uidebimus lumen. Et alibi. Amictus lumine sicut vestimento. Et Esai. 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, neque splendor Lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternã, & Deus tuus in gloriam tuam. Et Apocal. 21. Ciuitas nẽpe beatorum, non eget Sole, neque Luna, nam charitas Dei illuminabit illam. Et hac ratione Deus, dicitur lux. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ioan. 1. Rationibus roboratur. Nam diuina essentia excedit humani intellectus capacitatem, ergo eget aliquo, quo eleuetur. Quoniam omne recipiens formam, debet disponi ad illam. Secundo, quando beatus incipit videre Deum, quo nam eleuatur ad hoc, nõ à seipso, ergo ab alio, & quoniam ad actionem omnem naturam excedentem eleuatur, ergo à Deo. Confirmatur hæc ex definitione Ecclesiæ. In Clementina de hæreticis, ca. Ad nostrum, Vbi damnãtur illi, qui negant animam non indigere lumine gloriæ ad hoc, vt eleuetur ad videndum Deũ. Nec euadit quis hunc errorem, si dicat cũ Aureolo, quòd per lumen gloriæ, accipitur actus secundus naturalis, non habitur supernaturalis. Si enim de actu secundo loquitur, superfluè hoc decreuit, quis enim unquam, nisi omninò insipiens negare audebit, quod actus secundus supernaturalis requiritur ad uidendum Deum? loquitur itaque de aliqua dispositione, qua anima uigoratur. Obiectiones uerò eorum, non est meum institutum referre, vbi non cum Scholasticis, sed Hæreticis dissero. Vnico tamen uerbo soluuntur, dicendo, quod lumine gloriæ beatorum intellectus uigoratus, ac confortatus, & tanquam medio sub quo, non medio in quo, vident, ac cognoscunt diuinam essentiam. Et quamuis hoc lumen, sit aliquod creatũ, ac per hoc finitum, diuina tamen virtute eos eleuat, ad actum illum, non adequando excessum augendo potentiam, ac si dicamus compræhensiuè, sed quia ipsum attingit, nec hoc distantia infinita impedit, quandoquidem lumen est diuini ordinis. Caiet. 1. par. q. 12. 5. ad argumenta Dur. & Capreo. 4. d. 49. q. 4. D. Th. 1. par. vbi supra. Et 3. cont. Gen. c. 53. Scot. 3. di. 14. q. 1. Et 4. distinct. 49. quæst. 11.

Luxuria.

Luxuria non est peccatum. HÆR. Confutãt Prophetæ, Dominus ipse, ac Apostoli, & uniuersalis Ecclesia tota hoc uitium. Quod est appetitus inordinatus impuræ, ac libidinosæ uoluptatis. Hoc errare fędissimè fecit Salomonem, vt legitur. 3. Reg. 11. Et D. Paul. primæ ad Cor. 6. Fugite fornicationem, omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Et ad Eph. 5. Hoc enim scitote intelligentes, ꝙ omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est Idolorum seruitus) non habet hæreditatem in Regno Christi, & Dei. Ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immunditia impudicitia, luxuria, &c. Quæ prædico uobis, quoniam, qui talia agunt Regnum Dei, non consequentur. De his Apocal. 21. dicitur. Quod pars illorum, erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est secunda mors. Patrum testimonia in re manifesta, superfluum est, quam Lactant. lib. 1. de falsa Relig. c. affirmant omnium uitiorum causam esse dicens, in medio capituli. Adeò ex rerũ prosperitate luxuria, ex luxuria uero, ut omnia ui ia sic impietas aduersus Deum nascitur. Alcuinus libro primo dicit, omnib. peccatis luxuria maior est. Petrus Dam. Epistola prima ad fratres in hæremo constitutos scribẽs, hortatur, ne eius fętor Angelos offendat uitæ nostræ custodes. Maximus in opusculis. serm. 61. De luxuria. Folia tua deuorabis luxuriose, & fructus per des tuos, & tibi relinques aridum folium. Alia superius diximus, uerbo fornicatio. Et uerbo libido. Alia modo aggrediamur Deo Duce, & D. Thom. opitulante. Quod faciam, si prius huius uitiis filias connumerauero. Hæc enim cum sit uitium capitale, has habet species. Fornicationem, adulterium, incestum, stuprum, raptum, & luxuriam.

riam contra naturã. Huius filiæ sunt octo, cęcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi, & desperatio futuri seculi. D.Th.2.2.154. Hactenus de hoc.

M

Machabeorum libri.



Achabęorum libri non sunt Canonici, præsertim primus, & secundus. HAER. Machabęorũ historia ab ipsa Synagoga recepta est etiam iam diu inter sacras ab Ecclesia ascripta. Quod probatur ex Canone Apostolorum Et Innoc. I. in epistola ad Exuperium Tholosanum Episcopum, capit. vltimo. Præterea Gelasius cum Concilio 70. Episcoporũ idem decreuit. Concilium tertium Cartagin. Quod & si fuerit prouinciale est tamẽ à Leone Quarto cõfirmatum. Florentinũ rursus, & Tridentinum in hanc eamdem sententiam veniunt. Patres idem docent, D.Aug.2. de doctri. Christiana, cap.5. Isid. 6. Etimol. capitu. 1. Iosephus in calce libri quem de Machabęis scripsit affirmat Eleazari, ac septem cum matre filiorum martyria ab Hebræis recipi. Hæc historia contigit ab orbe conditore s millesimo octingentesimo octauo, apud alios verò aliter numeratur. Fuerunt ante Christi ortum. 132. Et Regni Græcorum. 178. Meritò ergo Ecclesia annis ab hinc mille ducentis, &.20. Excepit, de quibus, D. Augu. iterum meminit 18. de Ciuit. Dei, cap. 36. Greg. ca. 5. ad Rom. Theophil. Alex. lib. 4. paschalis ad Episcopos Ægypti, sic ait. pagin. mihi. 636. Quid memorem insignes Machabęorum victorias? Qui nè illicitis carnibus vescerentur, & communes tangerent cibos corpora obtulere cruciatibus, totiusq; orbis in Ecclesijs Christi laudibus prædicãtur fortiores pęnis, ardentiores quib. comburebantur ignibus. Hæc ille. Et cum tot fuerint in veteri lege Viri Sãctissimi, de his tantum Ecclesia festa celebrat, vt D. Bern. epistola 313. scribit. Et ex 2. li. ca. 18. Sumit Ecclesia suffragia pro mortuis, exemplo Iudæ.

Obiectiones Hæreticorum.

Argumenta verò quibus aduersarij permouentur, quibus peruersum dogma doceãt. Primum, est Gelasius reicit secundum librum Machabęorum. D. Gregor. Amb. D. Aug. ad Gaud. c. 23. dicit eos non esse receptos. Respondeo, quòd Gelasius dum recipit primum, non refutat secundum. De D. Aug. iam diximus de secundo, de Doct. Christiana. Quod duos Machabęorum libros in Canone diuinarum scripturarum collocat. Secundo, Auctor petit ueniam, ergo non est sacer. Dicitur, quòd hoc facit ex modestia, & more humano, sic & Diuus Paul. 1. Cor. 11. Si imperitus sermone, &c. Et tamen 2. cap. 12. ait. Vt minus sapiens dico, plus ego, idem repetit. Dico secundo. Quod interprætis, non auctoris sunt verba, Dico tertiò, quòd non est absurdũ, nec falsum. Tertiò, dicit, quòd Machabęi, fuerunt super Iudam, & Hierusalem Duces, & tamen communis sententia est, qđ fuerint de tribu leui. Dicunt aliqui, quòd ex matre fuerunt de tribu leui. Alii dicunt, quòd erant, cum illis assistentes iudices de tribu Iuda. Dico tertiò, quod potestas data est Machabęis, non iure hęreditario, sed ad defensionem populi, donec surgeret Propheta fidelis, & sic Prophetia non est diminuta. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. Quoniam etiam tribus Iuda sententiam dedit, & consensit. Quartò, c. 1. primi libri, scribit, quòd Alexander Macedo primus regnauit in Græcia. Et tamẽ apud omnes fuit vigesimus quartus, Iaddo Pontifice Naximo apud Hebræos. Dicitur ex Methastene, quòd fuit primus Alexan. qui exclusis alijs regibus in Græcia, ipse imperauit, non quod nullus ante ipsum regnauerit. Quintò, affirmat Antiochum Epiphanem regnare cępisse anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum, quod ab Alex. incepit. At authore Eusebio inueniuntur centum quinquaginta tres. dicitur, quòd concordantur, nam in libris Machabęorum non suppuctãtur à morte Alexan. completis, sicut historiæ externæ supputant, sed à Seleuco cognomento Nicanore, qui annis vndecim à morte Alexan. completis regnare cępit in Syria. Sexto, de genere mortis Antiochi non conuenit inter se. Nam primo libro cap. 6. dicit in lecto

cto præ dolore obiisse. Et in secundo dicitur lapidibus obrutum, ergo. Respondeo, quod non fuit idem Antiochus, sed ille, de quo loquitur, cap. 6. fuit Antiochus, Epiphanus, de quo uerò, ca. 9. Antiochus Magnus, Alii dicunt, quod fuit idem, & quando dicitur, quòd tristitia in languorem incidit, hac eadem quando de Perside aufugit, de curru cadens collisione membrorũ dolore, & tristitia obiit, ut c. 9. Secundi dicitur. Septimò, controuersia etiam est de loco mortis, namque in primo libro dicitur eum Babylone, in proprio lecto, diuturno languore obiisse, in secundo uerò dicitur, quòd infra Phanum Nanææ in Perside, à templi Sacerdotibus occisum. Dicitur, quod non habetur eum in templo Nannæ occisum, sed lapidatum, quod uerò dicitur, diuiserũt membratim, ad socios refertur, & & Antiochus aufugit. Octauo, ardua est contrarietas de gestis Iudæ Machabæi, nã primo libro, capitulo quarto, dicit anno cẽtesimo quadragesimo Regni Græcorum, templum fuisse ab eo purgatum, & altare Dei instauratum. Et libro secundo, capitulo decimo dicitur, fuisse anno centesimo, quinquagesimo primo. Respondeo, quòd tollitur hæc difficultas, si dicatur. Antiochum bis purgasse templum primò anno vno ante mortem Antiochi, statim, quòd ab ipso fuerat violatum, hoc est anno centesimo quadragesimo octauo Regni Græcorum à Seleuco supputando. Secundo verò post mortem Græcorum biennio anno Regni Græcorum centesimo quinquagesimo primo, sicut libro secundo dicitur. Nono, c. De morte eiusdẽ Iudæ est diuersitas. Etenim libro primo capitulo nono. Et secundo, capitulo primo alio modo legitur. Dicitur, quòd moritur, post purgationem templi annis sex, sexto Demetrij anno vt libro primo dicitur. Qui Demetrius non est, quẽ dicunt Anabatistæ, nẽpe decimus Syriæ Rex cognomẽto Soter. Sed alter Demetrius quartus decimus Syriæ Rex, & eius anno 6. Iudas in bello cecidit, anno à Regno Græcorum à Seleuco supputato centesimo quinquagesimo sexto. Scripsit verò ante epistolam, quæ habetur in principio, secundi libri. Decimo, fabulosa refert, vt secundo libro, capitulo primo, & secundo. Nempe Sacerdotes iussu Dei accepisse ignem de altari, & abscondisse in uallem vbi puteus erat siccus & altus, quem Heemias, per Nepotes Sacerdotum reuersus de captiuitate effodi iussit. Dicit etiam quòd Hieremias eodem captiuitatis tempore abscondisse tabernaculum, arcam, & altare incensi in spelunca montis Nebo. Adhuc quòd magis est confirmat hoc ex libris Hieremiæ, & Neemiæ, quod nullibi legitur. Respondeo etsi difficile sit eludere hanc calumniam, quæ ab hæreticis imponitur, quia non citantur hic uolumina Hieremiæ, nec Neemiæ, sed eorum descriptiones, & comentaria, in quibus hæc de igne, arca, & altare continebantur, quę comẽtaria à Baruch eius scriba, vel alio quopiam edita fuere. Vndecimo libro secundo, capitulo decimoquarto voluntariam Raziæ necem nimiam extollit, at mortem sibi dare ad inopiam, aut aliquid simile fugiendum, non est hominis fortis, sed timidi, vt docet Arist. 3. Etic. c. 20. Respondeo, quòd non laudatur Razias in hoc, sed eã, vt mirabilem, non prudentem narrat. Et eius factum est potius admirandum, quam laudandum, vt docet, D. Augu. epistola 61. ad Dulcium. Et de Iepte diximus, qui vt adimpleret votum, filiam imolauit. Duodecimo, scribit, quòd Antiochus regnauit anno 137. Græcorum, & tamen regnauit anno 153. Ergo falsus. Diximus in superioribus, quòd regnauit, vt dicitur ab alijs, sed supputantur anni non ab Alex. sed à Seleuco Nicanore, qui regnauit in Syria anno 11. post Alexandrum, qui fuerunt quinque, & conficiuntur anni 16. Et consurgit numerus. Tertiodecimo, scribit, quòd epistola est scripta anno 169. Et tamẽ fuit anno 188. Vt patet ex principio epistolæ, capitulo primo. Respondetur, quòd hoc fuit librariorum incuria, nã ly. Anno 188. Non est legendum in principio secundæ epistolę, sed in fine primę. Quartodecimo, dicit, quòd Iudas erat uiuus, qui tamen est mortuus anno 179. Dicitur, quòd non est necesse illam epistolam esse scriptam eo anno, sed compilator libri eam posuit nullo seruato ordine. Dico secundo, quòd sequitur ordinem, & numerum secundum Græcos. Quintodecimo, quædam Apocripha dicuntur de arca Domini libro secundo. Dicitur ex Rub. quòd figuratiue sunt intelligenda de Christo arca Domini. Vel quod ad literam impletum est, quando Iudæi

dæi expulsis gentibus Hierusalem redierunt. Vel erunt ante diem iudicij in Iudæorum conuersione. Decimosexto, Doctores antiqui nonnulli, ut de Græcis Orig. in præfatione, primi Psalmi, reicit Machabęos de Canone Epiph. libro de ponderibus, & mensuris, nō recipit. Philastrius explodit. D. Hieronym. in præfatione prouerb. & prologo Galeato. D. Greg, lib. 19. moraliũ. Concilium Laodicenum non numerat inter sacros. Respondetur, ꝙ Orig. loquitur de Canone Hebræorum, & apud eos non erant Canonici, non de Ecclesia. D. Hieronym. & Greg. explodunt à Canone primi ordinis, sic & Concilium Laodicenum. At diebus nostris post tot discussiones sunt recepti. Hic etiam annoto, quòd Caietan. In Matth. capitul. 24. Scribit authorem libri Machabęorum errasse, in expositione Prophetiæ Danielis, quam ad Antiochum refert, & Lucas ad exercitum Romanorum. Imò verò eadem potest pertinere ad Nabucdonosor, & ad Antiochũ. Sed hæc parui sunt momenti. Decimoseptimo, nil certi de authore tradit Ecclesia. Ergo nec sũt recipiendi, si author suspectus. Respōdeo, quod non refert quis eorum author extiterit dummodo à Spiritu Sancto sint. Dicunt tamen peritiores, duos libros à tribus fuisse conscriptos. Primũ Hebręi scripserunt, vt putat D. Hieron. in præfatione Regum. Secundum librum dempto primo capite, ac dimidio secundi, vbi dicitur. De Iuda Machabęo, & fratribus eius, usque ad finẽ totius operis fuit Græcus scriptor, ex Iasone Cyrenęo compendium fecit. Quem arbitratur D. Hierony. fuisse Iosephum Mathatiæ filium, vt scribit secundo aduersus Pelagianos. Tertia uerò pars, quæ ab initio secundi usque ad dimidium secundi capituli, quæ epistolas complectitur, senatus Hierosolymitanus conscripsit & ante initium secundi sunt positæ, tanquã ad utrũque ex equo spectantes. Hæc satis.

2 *Machabęorum liber tertius est nè Canonicus?* Dubitarunt & Centuriatores, imò uerò fuit in causa vt Apostolorum Canones nō receperint, qui tertium librum inter Canonicos reponit. Et Euseb. Cæsariensis in annalibus eum citat, cũ ait. Quartus Ægypti Rex Ptolomeus Philopater annis decẽ & septem, deindè subiungit. Ea quæ in tertio libro Machabæorũ scripta sunt, sub hoc Ptolomeo gesta referuntur. Itẽ, Theodoretus Cyri Episcopus, in Danielem Prophetam, capitulo undecimo. Cum prædicit Propheta bellum Ptolomei Philopatoris cum Antincho magno, ut Hieronymus quoquè interprætatur. Et ueniet ad robur. Robur inquit Theodoretus uocat Hierusalem, vt potè fruentem gratia diuina, & propter miracula varijs temporibus facta, quæ vim Dei declarabant, deindè subiũgit Eusebium sequutus, atque hoc quidem docet tertius liber Machabęorũ. Dionys. Areopagita, in Eccl. Hier. c. de communione, denotat libros Iob, Thobiæ, ac Machabęorum. cum ait. Narrari etiam in scriptura antiquorum virorum, in uariis, ac multis acerbitatibus dolentium, inuictam virtutem tollerantiæ, quæ inuicta virtus, in tertio libro maximè illustris, & admirabilis cernitur. Causa vero, qua inter sacros tertium retulit Clemens est, quia historia tertij multis annis antecessit ea, quæ in secundo, & quæ in secundo quæ in primo, hinc inter sacros retulerũt. Nō tamẽ absolutè affirmo inter sacros referendum esse, sed hoc esse Ecclesiæ munus, nec tamẽ reicio donec mihi dicat Ecclesia. Nam sicut. D. Athan. temporibus. Greg. Nazianz. Et Euseb. Cæsari, nec duo erant Canonici, & suo tempore & regione, sic nec Clemens non est arguendus, si recipit, & refert, quæ audiuit. Scio etiam quorumdam esse placitum, quod non Clementis sint verba illius Canonis, sed alterius, qui addidit. Tamen si quis sua esse tuetur, non errat.

Macula.

Maculam non causat peccatum in anima. HÆRET. Ex sacris literis probant Doctores. De qua Dauid Psalmo trigesimoseptimo. Putauerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Et Chrisost. Hom. 51. In Ioan. Nihil peccato sordidius, nihil immundius, cuius naturam, Propheta interprætatus clamabat. Putruerũt, & corruptę sunt &c. Hæc Chrisost. D. Thom. Dicit hanc maculam, nihil aliud esse, quam priuationem gratiæ diuinæ, & dicitur cęcitas, & tenebræ, & est medium inter actum peccati, & reatum, quia est effectus primi, & fundamentum secundi. Nam actus peccati facit di-

distantiam à Deo, ideò ille adolescẽs abiit in regionem longinquam. Sicut ergo absentia lucis causat maculam in Luna, sic diuinæ gratiæ recessus in anima vt docet. Palud. Hac uerò remissa, remanet reatus. D. Thom. pri. 2. q. 87. 6. & 109. 7. cor. Et 4. di. 18. & Palud. 4. d. 19. q. 1. art. 2.

Magdalena.

Magdalena num fuerit illa mulier peccatrix? Est controuersia, quandoquidem Orig. Chrisost & Hieronym. negant eam fuisse quam refert. D. Lucas. At D. August. & Gregor. è contra, eamdem fuisse arbitrantur nempè Sororem Lazari, & illa, quæ erat in Ciuitate peccatrix. D. uero Ambr. dicit eam peccasse corporaliter non spiritualiter. D. Thom, docet, quòd secundum communem sententiam eadem fuit, & peccatrix, & Soror Lazari, à qua, postquam Dominus septem Dęmonia eiecrat, non peccauit. Matth. 36. Com. 3.

Magi.

Magi an fuerint Reges, uariè loquuntur Doctores, nec aliquis est, qui eam scribat historiam, & uiderit, aut ex uiris probatis eam audierit. Probant tamẽ eos Reges extitisse, quia adimpletum est. Reges Tharsis, & insulæ munera offerunt. Et aliud. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Et illud maximè quadrat. Apertis Thesauris suis. Tertullianus etiam dicit. Magos Reges habuisse oriens. Et hanc céu probabiliorem populus fidelis amplectitur, & contrarium docere nil aliud est, quam odium quærere, & dissidia seminare, ac lites inducere. Quod verò Euangelista id tacuerit, non est mirum, quoniam in occulta re, superfluus erat regalis apparatus. Et quod nec Herodes honorificè exceperit, indicium est maiestatis Regiæ, ac Romanæ gloriæ.

2 *Magi, quo die uenerunt Hierusalem post Christum natum?* Nõ modica est inter expositores controuersia, sunt enim qui dicant, post duos annos Hierosolimam venisse. Quod si uerum esset, quare Euangelista dicit Ecce Magi ab oriente. Hæc enim vox Ecce de re subita, & proxima dicitur. Vnde Gen. vigesimoquarto legimus. Non dum verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur. Et Poeta. Audiat hæc aliquis, vel qui venit ecce Palemon. Et Angelus Mariæ. Ecce concipies. Rursum Magi inuenerunt puerum in Bethleẽ, ergo ante diem purificationis accesserunt, quia postea non fuit amplius in Hierusalem. Quoniam dicitur. Reuersi sunt ĩ Ciuitatem suã Nazareth, non Bethleem. Cum antiqua ergo Ecclesiæ traditione dicendum est, quod Magi decimo tertio die, ex quo natus fuerat adorarunt. Hoc D. Hieronym. Aug. Th. ac cęteri fermè omnes sentiunt. Quod uero scrupulum gignit est. Quare B. Virgo tot munera accepit? Et in quos usus conuertit. Dicitur, quòd ex Prudentia eius agnoscimus, quoniam ex eis uiaticum parauit in Ægyptũ, & in pauperes erogauit, vel in pios vsus consecrauit. Secundo, vrgent. Herodes occidit pueros à bimatu secundum tempus, quòd exquisierat à Magis. Et sicut ly ecce improuisum importat aduentum, sic & tunc præsentem, proximamque significat. Sed hæc soluitur. Nam ly tempus legendum est. Occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in finibus eius, à Bimatu, & infra secundum tempus, quòd exquisierat à magis. non ergo Bimulos occidit, sed alios minimos, quibus videlicet Solis, tempus Stellæ accomodauit. Sed dices. Cur Bimos occidit? Si non secundum tempus stellæ? Dico, quòd ea ratione, qua & in omnibus finibus Bethleem, Si ibi natus est Christus! Sicut ergo peremit ex malitia multos, qui non erant eius ætatis, sic & qui non erant eiusdem loci. Dicunt alij, quòd Herodes fuerit Romam euocatus, vt accusationi filiorum responderet, stragem puerorum ędere distulisse, quam ędidit postquam Hierosolimam est regressus. Tertia insurgit dubitatio. Quod Magi tam paucis diebus Hierosolimam venirent. Et Chrisosto. & Augustin. dicitur, quòd stella apparuit tanto tempore ante Christi Natiuitatem, quantum fuit opus, vt tot regionibus, ac prouincijs peragratis Puerum tunc adorarent natum. Nec opus est, pueri nati facultati, uirib. tribuere. Dr̃ et ĩ quòd oriens accipitur, pro terris orientalibus, sicut Genesis decimotertio, dicitu

de Loth. Dicunt etiam, quòd illa regio Dromedarijs abundat, quos vno die stadiorum mille iter conficere testatur Philostratus, in vita Apolonij. Arist. etiam lib. 9. hist. animal. c. vlt. dicit celerius eos currere, quam niseos equos. Communi ergo adhereamus opinioni, nec historias euertamus. De hoc. D. Tho. 3. par. q. 36. 3.

Magica.

Magica ars licita est. HAER. Sepius nè dũ Doctores, sed sacræ literæ clamant contra hoc Demonum inuentum. Namque admonet Dominus Leu. 19. f. Ad Magos non esse declinandum. Hos aufert Dauid. 1. Regum 28. Sunt enim deceptiones Demonũ. Licet tamen scire, & appetere earum sciẽtias, vt reprobare possimus, vt D. Thom. docet. quol. 4. q. 9. 1. Et de his verbo Ars. Illud tamen hic dissimulare non possum. Quod Magia alia est vera, alia falsa. De prima. D. Hieronym. ait in caput Danielis secũdum. Magi sunt, qui de singulis Philosophantur, nec malefici sunt, sed Phylosophi Caldeorum. Et ad artis huius scientiam Reges, quoque ac Principes eiusdem gentis omnia faciunt. Vnde & Magi in Saluatoris Natiuitate primi ortum eius intellexerũt. Iustinus Martyr. quæst. 24. & 26. Asseuerat Apollonium Tianeum Magnum ex peritia magiæ multa admiranda operatum. Falsa uero Magia de qua D. Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei, c. 9. Est ars fraudulentissima ex commercio Demonum, cuius Autor fuit Zoroaster Bactrianorum Rex. Hæc ergo est omnibus nominibus damnanda.

Magister.

Magister sententiarum errauit, ut annotat Brulifer. lib. 3. q. 7. d. 3. In primo sententiarum d. 24. docet. Quod hæc nomina Trinũ, & Trinitas, non ponunt aliquid positiuum in Deo. Et d. 27. dicit. Quod charitas, non est quid creatum, sed ipse Spiritus Sãctus. In secundo etiam d. 5. scribit. Quod in Angelis Beatis præmium præcessit meritum. Et ibidem. Quod nihil de alimento transit in ueritatem humanæ naturæ. In tertio affirmat, quod anima separata est persona, dist. 5. Et etiam. Quod Christus in triduo fuit homo. In quarto d. 1. probat, quod baptismus Ioannis, cum impositione manuũ æquipollebat baptismo Christi. Et eodem loco repetit. Quod Deus potest communicare potentiam creandi creaturis. In his errauit Magister.

2 *Magistros, qui falsa, ac Erronea in rebus fidei et ad bonos mores docent, audire possumus.* HAERET. Quoniam imputantur non solum, qui agunt mala, sed qui consentiunt faciẽtibus, ideò errat qui tales magistros audit, & est patrocinium præstare errori. Hanc etiam, sic intelligimus, quod manifestè sit contra sacram scripturam, & Ecclesiæ determinationem, quod docet Magister ille. Si uerò non sit adhuc ab Ecclesia determinatum, sequatur quod probabilius uidetur. D. Th. quolib. 3. art. 10. 2. 2. q. 11. Turrecr. lib. 4. c. 17. parte secunda.

Magnanimitas.

Magnanimitas non est virtus. ERRON. Phylosophi, ac Theologi, hanc uirtutem maximè extollunt. Quæ apud Arist. Et D. Thom Est virtus tendens ad maxima, secundum rectam rationem, & connotat extensionem animi, ad magna absolutè, vel secundum proportionem. Et fortitudini maximè est cõiuncta, & est virtus nõ Theologalis, sed moralis. Atque in irascibili subiectiuè. Magnanimus habet uocem grauem, loquutionem stabilem, immemor est beneficiorum. D. Thom. 2. 2. q. 47. articulo nono. Et 129. 3. & pri. 2. q. 60. 5. Aristot. 4. Etic. Paul. Cort. lib. 3. dist. 8. D. Antonin. 4. par. tit. 3. capit. quinto.

Magnificentia.

Magnificentia non est virtus. ERRON. Scribit de ea Cicero, primo Reth. Quod est magnarum rerum, & excelsarum cum animi ampla quadam, & splendida propositione cogitatio, atque administratio. Apud Aris. est uirtus magnitudinis sumptuum effectiua. Apud D. Thom. est uirtus factiua magnorum. Quæ est uirtus generalis si sumatur pro omni opere. Pro operatione uerò exteriore est uirtus specialis. Arbitratur etiam Cortesius. 3. d. 19. Ex fortitudine nasci, quæ est magnorum operum cum decentia sumptuum collocandorum. Diuus

Tho.2.2.q.134.1.Cortesius, vbi supra. Gerson Tract.4. super Magnificat.

Machumetus.

Machumetus est vir probus, ac Sanctus. HAERET. Pluribus opus esset rationibus uti ad explicandum omnes eius errores, quod nec difficile mihi esset, sed cum ijs disserere est opus, & tempus ludere, & ipse, omnem disputationis aditum lege suis edita præclusit, ne res male ab eo suscepta cedere eogeretur. Cum ergo uana sit, & futilis cum eis disputatio, hoc tantum admoneo, quòd adeò praua obscena, & fabulosa sũt, quæ in Alcorano continentur, vt non modo cum sacris literis pugnent, sed legis naturalis sunt inimica. Et ea lux, imò tenebræ suarum legum, omnem lucem naturalis legis extingunt. Et uir i.le adulter tyrannus, ac orbis prædiator, populorum oppressor, adeò carni fauet, vt omnes sequantur, & imperium, non virtutum meritò, sed armorum vi auxit.

Mala.

Mala sunt à Deo & Deus mala facit. Floriani. HAER. Superfluum est hic immorari, quandoquidem mala culpæ adeò cum diuina bonitate pugnant, ut uerosimilib. dici possit album esse nigrum, quàm Deũ mala ea facere, qui longe est ab omni iniquitate, unde Dominus se tantæ disputationi aditum, ac finem imponens dixit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Adhuc, si arbor bona, non potest fructus malos facere, quomodo poterit Deus mala facere. Quid etiam clamant Seraphyni. Sanctus Sanctus Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Esai. 6. Adhuc Oseæ. 13. Dicit Dominus. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Mala ergo non sunt à Deo, idest peccata. Vt verbo peccatum erit exponendum.

2 *Malum nullum est à Deo.* Coluthus. Ascribit. D. Thom. Et alii hanc hæresim Colutho, quæ ideò hæretica est, quatenus negat vanissimus Ægyptius, mala pœnæ, à Deo inferri. Contra id, quod Esai. ait, capitulo quadragesimoquinto. Faciens pacem, & creans malum. Et Hier. vndecimo. Ecce ego inducam super eos mala. Et Amos tertio. Non est malum in ciuitate, quod nõ fecerit Dominus.

3 *Malum est natura quædam, & ipse Deus.* Manichei. Ex superioribus confutatur, de qua directorium. 2. q.6. num. 31. ca. fin. 24. q.3. Ver. Manichei.

4 *Mala placent Deo, sicut bona.* HÆR. Confutatur in Direct. secunda parte quæstione, decima. Et si hoc est verum ad quid tot Prophetæ inuehunt contra peccatores? quare carnem nostram Dominus ipse induit, ad quid toties conqueritur, ac damnat nostram obstinationem. Et sua uoce dixit. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum congregat galina pullos suos, sub alas & noluisti? Demum quare impii æterno igne erunt cruciandi, nisi, quia esuriui & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c. Summo ergo odiò prosequitur Deus impios.

Maledictio.

Maledicere inimicis possumus. Eget expositione hoc dictum, & confutatione, si arbitrantur, & docent nos licitè inimicis, vt Dei sunt creaturæ posse maledicere, quod est falsum, nam Dominus nos admonet dicens. Benefacite his, qui oderunt uos, & ipse cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Et ad Roman. dicitur, capitulo duodecimo. Benedicite maledicentibus vos, & nolite maledicere. Est ergo peccatum imprecari, & optare malum. Ratione tamen boni, ut Iudex facit, & Prophetæ, uel ut indè maior consurgat vtilitas non est peccatum, D. Thom. secunda, secundæ. qõ. 76. primo. Et D. Anton. parte secunda. Titul. septimo, capitulo quinto. Nam sicut medicus sine peccato membrum abscindit, & quandoque cum peccato, sic & qui maledicit poterit nonnunquam sine peccato. Sic Dominus sepius, & Iob diei suæ maledixit.

Malachias.

Malachias, non fuit Propheta, ac vir Sanctus. HÆR. Hæbraica, ac Catholica historia nemine discrepante asfirmat eum virũ Sãctum extitisse, cuius vaticiniũ inter sacros computatur. Fuit Malachias cęteris Prophetis posterior, & post reditũ e Babylonia, & templi instaurationem, futurã sacri

ficiorum sublationem. Prophetauit de die iudicij & illustratione Saluatoris, & etiam ante eius aduentum mittendum prænunciat. Malachias interpraetatur Angelus, vel Nuncius meus. Fuit de Tribu Zabulon, vt placet Epiphanio. Quidam etiam dicunt hunc librum scripsisse Esdram Sacerdotem. sed quisquis ille fuerit parum refert, & qui ediderit sub nomine Malachiæ, nulla enim laborat suspitione. Claruit Anno ab orbe condito ter millesimo quadrigentesimo, anno ante Christum ferè quingentesimo. Hæc ex D. Hiero. in præfatione D. Aug. 18. de Ciuit. Dei, c. 35. & 20. capit. 25. Athan. in Synopsi. & Ludouico Viues 18. de Ci. Dei.

Maleficium.

Maleficia non sunt. HAER. Multis experimentis pro certo conuincimur fateri esse maleficia. Quæ nedum ex malleo maleficiatorum, verum ex Syluestro Prierate, Bartholomęo Spineo, & Scholia in Directorium comprobatur. aduersus Ronzib. & alios. Nos etiam, non semel, sed pluries hoc adinuenimus, sanctissimæ Inquisitionis vices gerentes. Fit maleficium per impedimentum naturalium uirium, vt qđ vir propriam vxorem non possit cognoscere. Quæ omnia permittit Deus causis suo occultissimo iudicio reseruatis. Possunt ēt malefici, suis maleficiis nocere. Nam elementa concutere, aerem conturbare mentes hominum alienare corpora lædere, tēporalia perdere, & similia, vt docet D. Th. 2. dis. 7. & 8. Quæ omnia fuit opere maligni spiritus. vt historia Iob demonstrat. De his Scot. 3 d. 34. Bona. 4. d. 35. q. 2. ar. 2. Biel 2. d. 8. quęst. 2. ar. 4. dub. 2. & lect. 4. Canonis.

2 *Maleficia possumus maleficijs soluere.* ERR. Decipiuntur oratio nulli affirmantes licere maleficia, maleficijs soluere, contra quos sunt verba D. Pauli. Non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Et ad Rom. 1. Digni sunt morte, non solum, qui mala faciunt, sed qui consentiunt facientibus. Maleficiū verò ex se malum est, & sp habet an nexā deformitatem; & accipere ad vsuram ab eo, q paratus ē alterius est ordinis, & pacē facere cum infideli. Qui enim petit mutuū petit bonum, & quod ille potest gratis mutuare; at maleficium sine peccato non potest. sic & qui fędus inijt cum Pagano sub Idolorum iuramento petit quod ex se bonum est, licèt ille suam addat iniquitatem, & iuramentum. Hæc communis Theologorum Schola docet, ut Author est etiam Caiet. quodlib. 1. q. 2. De hoc D. Th. 4. dist. 34. q. 2. Hinc dicunt ꝙ Ochozias Rex cū falsum Deum Acharon consulere uoluisset, mortuus est, vt legitur 4. Reg. 1. c

Malitia.

Malitia nunquam est peccatum. HAER. Ex ipsa natura malitiæ demonstratur esse peccatum. Nam malitia apud Ambr. in Exameron est mentis, atque animi deprauatio à tramite veritatis deuia. Vel vt ait Cice. li. 3. de Natura Deorum. Malitia est uersuta, & fallax ratio nocendi, quis ergo negabit esse peccatum. Quidquam D. Paul. instruit Corinth. dicens. Malitiæ veteris furmenti à nobis expurgandum, ut pascha nostrum dignè celebremus. 1. cap. 3. & ad Ephes. scribens, ait. Malitia omnis à nobis tollatur, c. 4. Demum legimus. 1. Reg. c. 12 Quod in malitia perseuerantes pereunt.

Manasses.

Manasses primogenitus Iosef. Gen. 41. g
Manasses, & Effraim, inter filios suos vult cōputari Iacob. Gen. 48. a
Manasses benedicitur à Iacob. Ge. 48. e
Manasse dimidiæ tribui datur sors possessionis. Nu. 32. a
Manasse Filiorum sors, & hęreditas. Ios. 22. b
Manasses succedit Ezechiæ patri suo in Regno Iuda. 4. Reg. 21. d
Manasses impius instaurat Idola. 4. Reg. 21. a
Manasses ducitur captiuus in Babyloniam, pœnitentiam agit, & reducitur in Hierusalem. 2. Paral. 33. b
Manasses moritur. 4. Reg. 21. d

Manna.

Manna pluit filijs Israel, & Coturnices. Exodi 16. c
Man. incalescente sole liquefiebat, & reseruatum putrescebat. ibid. d
Man. in die sabbati non pluebat Deus. ibid. e
Man. reseruàtur, & quare. Ibid. g
Man. fastidit populus Israel. Num. 11. a

Mansuetudo.

Mansuetissimus Moyses super omnes homines. Num.12.b

Mansuetudo Dauidis in maledicum semei. 2.Reg.16.d

Mansuetudinis comendatio. Prou.16.c.Ecclesiast.10.b

Mansuetudo Pauli in repræhendendo.1.Corinth.4.d

Mansueti simus. Ephes.4.a

Mansuetudo non est virtus. HAER. Quæ ex sacris litteris exscripsimus testimonia dánant hanc sententiam. Mansuetudo enim, vt docet D.Thom. præparat hominem ad cognitionem Dei remouendo duplex impedimentum, nempè iram, & cōtradictionem veritatis.& reddit hominem sui compotem iram compescendo. Conuenit homini mansuetudinem, quia est temperatissimè complexionis, Hæc est in irascibili, vt in subiecto. Eius obiectum sunt cæteræ molestiæ præter mortem. 2.2.qō.157.4.& Cortesius.3.d.8.Aris.4.Ethic.

Marcus.

Marcus non scripsit Euangelium, nec est inter Canonicos libros. Contra Anabatistas supra verbo, Euangelium satis diximus.

MARIA.

Maria non fuit virgo post Saluatoris partum. Eluidius. Insurgit D. Hieron. contra hunc errorem & doctissimè triumphat,& perpetuam gloriosissimæ Virginis virginitatem defendit. Et D.Amb. epist.81.ad Syricium Papam.

2 *Maria non fuit mater Domini, sed hominis.* Nestorius. Hanc synodus Ephesina 300. Patrum confutat decernens vnam tātum in Christo fuisse personam, ac Duas Naturas Diuinam,& humanam.Hoc suadent Angeli verba dicentis. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et statuit eam Theotocon nuncupandam, hoc est Dei Genitricem.

3 *Maria non concepit de Spiritu sancto.* HAERET. Testatur Dei Nuncius non semel, sed in primis id ei pollicetur, & etiam Ioseph dixit. Quod in ea natum est de Spiritu sancto est,

4 *Maria Virgo peccauit venialiter.* Erasm. ITEM. Peritiores omnes affirmant, nec venialiter peccasse,licèt Chrisost.apud D. Thom.3.p.q.27.5.D.uerò Aug.de natura, & gratia, c.36. ait. Excepta sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini,nullam prorsus, cum de peccatis agitur habere volo quæstionem hanc sequitur D.Tho.eò loci.Et piè interprætatur Chrisost. hom. super Io.20.& 45. in Matt.à quo nec Theophylactus,nec Euthymius recesserunt,sed Chrisost.opinione adhæserunt. Quod magis est, Concil.Trid. sess.6.cano.33. Posse in tota vita etiam venialia vitare nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de B.Virgine tenet Ecclesia.

Quod verò suadet Erasmum,B.Virginem contraxisse, vel peccasse venialiter.

Primum est. Quia Dominus dixit. Quid mihi, & tibi est mulier, quo loci reprimit eius importunitatem. Respondeo,ꝙ hoc non debet admirationem parere,quandoquidem scriptura ex verbis Domini nunquam nominat matrem, sed Euangelistæ sic nuncupant. Dicitur secundo, quod nec nos nominamus semper nomine matris, sed proprio,vel alio nomine.Dico tertiò, Quod & in Cruce sub nomine mulieris vocauit. Demum dico,quòd Christus,secundum diuinitatem non habuit matrem, & huius virtute erat miracula facturus. Secūdò D.Chriso. dicit eam fuisse ambitiosam in miraculo Cœnæ. Respondeo,ꝙ naturale est sentire solatium in re honorabili, & etiam Chrisost. sub dubio reliquit. qui sic ait. Et fortè aliquo humano afficiebatur affectu,& fuit affectus maternus.Tertiò Dominus dicit. Qui fecerit voluntatem Patris mei,ille meus frater &c.Et de nomine loquitur. Respondeo ꝙ ad interrogationē respondit Dominus, nec indè calumniam nomine intulit. Quartò,quis canonizauit B.Virginem, & docet, ꝙ non peccauerit. Mirum quō in re parua cecutierit Erasm. quis ignorat munus esse Ecclesiæ aliquem inter Diuos ascribere,& sic ascribit B.Virginem,quæ fuit plena gratiæ.

5 *Beata Virgo non debet ijs titulis ab Ecclesia inuocari.* Eras. HAER. Debent Imperatores,Reges, ac Duces ab Erasmo encomijs extolli, varijs nominibus nuncupari, at non Beata Virgo, quæ est Dei Mater, quis non irrideat huius hominis temeritatem? At inquit. Sacra scriptura non sic

eam nominat, ergo nec debet Ecclesia. Fateor Erasmæ, sed nec Imperatores, aut alios scriptura sic appellat. Vel si placet, nec Deum ijs nominibus nuncupemus, quem nec scriptura, quæ ait. In principio creauit Deus Cœlum, & terram; ideò, nec Beatæ Virginis, eò magis, ꝙ scriptura, nec vitam eius scribit, sed Saluatoris. Secundò derisibile est eam in noctis crepusculo Saluatore. Dicitur, ꝙ Angeli institutum sequimur. Vel quia nostram adiutricem inuocamus, abeat itaque Erasmus.

6 *Maria Virgo non est adoranda.* Eras. HÆR. In superioribus diximus verbo, Adoratio. Beatam Virginem Hyperdulia esse adorandam, quod est obsequium, quod debetur excellentissimæ creaturæ.

7 *Mariam Virginem contraxisse originale peccatum est error.* HAER. Vt ora loquentium obstrueret summus Pontifex Sixtus IIII. Tridentina Synodus, ac PIVS V. redarguunt eos, qui alteram partem non posse teneri docuerint, & vnicuique liberum est iudicium sequi quam si alueritopinionē. Quod verò non sit error affirmare Beatissimam Dei Matrem cōtraxisse Adæ peccatum ex sacris Patribus, ac Scholasticis cōprobabo. Et Primo,

Romanorum Pontificum Decreta, & placita referam.

BOnifacius I. in Miluit. Concilio, vbi D. Aug. interfuit Anno 437. & habetur de consec. d. 4. cap. Placuit. In omnes mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.

Bonifacius III. in Priuilegio Visitationis B. Virginis 1383. Reatum primi hominis, vniuersi generis humani posteritas incurrisse noscebatur, Clementi bonitate aboleret.

C

Clemens V. in Concilio Viennensi, & habetur in Clem. de sum. Tri. & fi. cath. c. Fidei. Pro omnium operata salute.

Clemens VI. in ser. Erunt signa. Videtur mihi, quod de Conceptione B. Virginis, non debeat fieri festum. Primo authoritate Bernardi.

non era falsa

E

Eugenius IIII. in Concilio Florentino. Firmiter credit, & profitetur, sacrosancta Romana Ecclesia, neminem vnquam ex viro fœminaq; conceptum à diaboli dominatu fuisse liberatum. Et in fine, cum omni sua successione perdiderat reseruauit.

H

Honorius III. in Purificatione. B. Virginem Altissimus sanctificauit, & eā in vtero matris, ab omni originali peccato mundauit.

I

Innocentius I. in quadam sua epist. Nemo excipitur, nisi ille, quem sine lege peccati Virgo concepit.

Innocentius II. in ser. Assumptionis. Virgo Gloriosa, fuit quidem in peccato producta, sed filium sine culpa produxit.

Innocentius III. in ser. Purificationis. Spiritus sanctus prius quidem in vtero venerat quando in utero matris animam eius ab originali peccato mundauit.

Innocentius V. 3. sent. d. 3. q. 1. ar. 1. B. Virgo fuit in vtero matris sanctificata.

L

Leo in Natiuitate Domini. Et cum omnibus matribus non fuit sine peccati sorde conceptio.

Z

Zosimus, vt testatur D. Augus. ad optatum de origine animæ. Nullus omninò natorum est, qui antequam per Christi gratiam liberetur à peccato, non tenetur obnoxius.

Patrum testimonia.

A

ABraam de Siria, ait. (vt refert B. Effrem in eius vita) Tu Deus solus, qui sine peccato es, ne despicias opus tuum.

Ales in suis distinctionib. c. de B. Virgine, & c. de sanctificatione.

Adam de Anglia. 3. d. 3. Si credendum est dictis Sanctorum, tenendum est B. Virginem fuisse conceptam in peccato originali.

Aimo super Apoc. c. 2. Christus singulariter sanctus dicitur.

Alanus super Symbolum Athanas. Caro per Spi-

Spiritum sanctum mundata est, vt corrupta erat.

Andræas Episcopus Hierosolymitanus, in serm. Nat. B. Virg. Eam purgans per Spiritum sanctum, à puluere peccati, in quo prius conculcabatur.

Armachanus Episcopus Hiberniæ. 3. dist. 3. A peccato originali per primam sanctificationem, in Vtero Matris fuit mundata.

Ambrosius Episcopus Mediol. Psal. 118. Concione 6. Nemo nostrum sine peccato fuit, nisi solus Dominus IESVS. Idem in epistolam ad Rom. c. 8.

Anselmus in lib. de conceptu Virginali, c. 2. 8. & 20.

Anselmus Episcopus Conturbiensis in li. cur Deus homo. lib. 2. c. 15. & 16. Virgo tamen vnde assumptus est in iniquitatibus concepta est, & in peccatis concepit mater eius.

Augustinus, Ecclesiæ lumen, in psal. 34. super ea verba. Ego autem cum mihi molesti essent. & li. 2. de Bapt. paruulorum, c. 24. super Ge. ad litteram, c. 18. li. 53. contra Iul. cap. 9. & 20. de ciuit. Dei, c. 6. Nullo prorsus excepto, & sunt loca 57. In quibus pater sanctiss. tantum Christum excludit, & 51. lib. de Nat. & Gratia, c. 36. Loquendo de peccato actuali, non de originali, B. Virginem excludit.

B

Basilius Episcopus Cæsari. li. de bapt. cap. 2. Nemo est à sordibus purus. Ad eius aures scribit D. Aug. in lib. contra Iulia. Nos omnes ægritudinem peccati cōtraximus, quoniam Eua ligno prohibito ieiunare noluit & propter hoc medico indigemus, qui nō est opus sanis, sed ægrotantibus.

Beda in Hom. supra Ioan. in oct. Epiph. Præcursor, vt cognouit Christum, Agnum vocauit, quia illum solum, præ cæteris mortalibus singulariter innocentem ab omni peccato cognouit.

Bernardus epistola ad Canonicos Lugdun. quæ 174. admonet, nè hæc solemnitas celebretur.

C

Cassiodorus Monachus, psal. 138. Solus Christus sine peccato esse dignoscitur.

Catherina Senensis, hoc ex reuelatione docuit, vt testatur D. Anton. 1. par. tit. 8. capitolo 2.

Cæsarius Episcopus, in quodam sermone. Propter originale peccatum, quòd omnes de Adam contraximus.

Ciprianus, in stola de paruulis baptizandis. Omnis paruulus ab Adam carnaliter propagatus contagium mortis antiquæ, prima natiuitate contraxit. Et D. Aug. li. 3. cōtra Pelagium dicit B. Cyprianus ad Cirinum scribens. Nemīnem, nisi solum Christum esse sine peccato dixit.

Cyrillus in Leuit. lib. 1. par. 1. col. 2. Masculus verò est, qui peccatum, quod est fœminæ fragilatis ignorat solus. ergo ille masculus, qui solus sine macula est, qui peccatū non fecit. & super Lucam. Non est distinctio omnes enim peccauerunt.

E

Eusebius Emissenus, de Natiuitate Domini. A peccati originalis nexu, nullus immunis extitit, nec ipsa Dei Genetrix redēptoris.

F

Fulgentius ad Donatum. Solus mediator noster sine peccato fuit.

G

Gregorius, lib. 11. moral. Solus Christus, in persona sua mundus à peccato extitit. & li. 9. c. 7. Solus, sine culpa peruenit. & hom. 8. in Ezech.

Gregorius Episcopus Nis. lib. contra Nouatianos. Omnes in iniquitatibus concipimur.

Gregorius Nazianze. in Christo, nihil de [illegible] culpæ inuenitur.

H

Hildefonsus Episcopus Tolet. in lib. de Virginitate B. Mariæ. Sancta Virgo, nisi in Vtero matris sanctificata fuisset, minimè eius Natiuitas colenda esset.

I

Ilarius Sanctus, authore D. Aug. in lib. contra Iulianum, & Claud. capitulo quarto. Omnis caro excepta illa, quæ sine peccato venit,

a fol. 242 usque ad fol. 246 [illegible] loquitur Vincentius Bandellus quam Grysaldus

venit in similitudinem carnis peccati, sub peccati origine, & sub peccati lege nata est.

Ireneus Episcopus, hoc idem sensit, vt refert D. Augustinus.

Isidorus sanctus, & Episcopus lib. sententiarum, c. 12. & 14. Peccatum in omnes homines originaliter transit.

M

Maximus Episcopus, in Assumptione. Fuit sanctificata ab omni contagione originalis culpæ.

Mauritius Beatus Episcopus Parisiens. Anno 1175. Statuit cum vniuersitate, ne hoc festum celebraretur.

O

Olympius Episcopus Hispanus, Anno 347. vt dicit D. Aug. li. 1. & 2. contra Iulianum.

Origenes Doctor. Anno 254. I. Leuit. hom. 7. Magnus Sacerdos IESVS, qui solus peccatum non fecit, & paulò inferius. Ipse solus peccatum non habuit. & in Num. homil. quinta.

P

Prosper Sanctus Episcopus, Anno 456. lib. 2. de vita contemplatiua. Christus solus, sine peccato conceptus.

R

Remigius Sanctus Episcopus, Anno 465. super Psal. Deus Deus meus. Beata Virgo fuit ab omni macula peccati mundata. & super Esa. c. 2. & epist. ad Rom. c. 8.

Doctores Theologi Neoterici.

A

ARmachanus Episcopus Hiberniæ. 3. dist. tertia. A peccato originali per primā sanctificationem, in vtero Matris fuit mundata.

B

Brucardus Episcopus in summa lib. 20. c. 11. In præuaricatione Adæ, omnes homines innocentiam perdidisse.

E

Effrem, qui vixit Anno 354. de passione Domini. Christus solus sine peccato fuit.

Erardus Episcopus & Martyr, de Nat. Beatę Virg. O fœlix Puella, quæ concepta in peccato, purificatur ab omni peccato.

F

Fisiologus de laudibus Christi.

G

Græcus super Lucam. Solus Christus sine peccato concipitur.

Gulielmus Episcopus in 3. lib. summę. Contraxit B. Virgo in sui conceptione peccatum originale.

Gulielmus Cancellarius Parisiens. in Rationale Diuinorum officiorum. par. 2. cap. de Purificatione. Festum conceptionis non est approbandum quia concepta est in peccato originali.

L

Linconiensis, in principio Psalmorum. Tenebras peccati originalis abiecit.

O

Odo Episcopus Tuscu. in serm. San. Nati. fuit ante sui Natiuitatem à peccato originali per gratiam in Vtero Matris mundata, vt conciperetur Deus.

P

Paratus serm. 4. de concept. Purificauit eam à rubigine, idest ab omni macula originalium peccatorum.

Paulus Episcopus Burgen. in lib. quem vocat Scruptinium scripturarum.

Pictauus in summa. Omnes homines ab Adā per libidinosam propaginē illā deriuatos originale contraxisse peccatum.

Petrus Magister sent. 3. dist. 2.

Petrus Tripolitanus ad Rom. c. 5. Solus Christus à mortis debito liber fuit.

Petrus Damianus Cardinalis in Natiu. Beatę Virg. Vnusquisque cum Propheta hūc versiculum, veraciter dicit. Ecce enim in ini-

iniquitatibus conceptus ſum. & de contemptu mundi, c. 19. Ex ipſa carne Virginis, quæ de peccato concepta eſt.

Petrus Capuanus, in ſumma de Trinitate. De incarnatione Verbi.

Polidorus 4. par. ſuæ ſummę.

Præpoſitiuus Doctor Pariſienſ. in ſumma, c. de Sanctif. B. Virgo contraxit in ſui conceptione peccatum originale.

R

Rabanus, Anno 822. ſuper Matth. Illum ſolum ſine peccato reperi.

Ricardus de Sãcto Victore, Anno 1134. ſuper Eſa. Ecce Virgo illud remanſit in Virgine & purgata fuit.

Ricardus Epiſcopus Gremonẽ. in ſumma de diu. off. c. de Nat. B. Virg. Feſtiuitas conceptionis Glorioſæ Virginis eſt prohibenda, quia in peccato originali concepta.

Ricardus de Hibernia. 2. q. 7. ar. 2. Beata Virgo fuit concepta in peccato originali.

Ricardus de Anglia. 2. diſt. 31. q. 1.

S

Seuerianus Epiſcopus in hom. poſt Dominicam Trinitat. Solus Chriſtus ſine peccato venit.

Seuerinus Boetius, Anno 494. In lib. de duabus naturis. Cum ex Maria Virgine corpus ſuſcepit, quæ in primi parentis præuaricatione peccatrix fuit.

Seuerinus Doctor, Anno 434. ſuper Matthæ. Chriſtus ſolus ſaluos fecit omnes electos à peccatris eorum.

Stephanus Doctor Pariſienſ. in epiſtolam ad Heb. Per gratiam ſanctificationis, fuit à B. Virgine culpa deleta.

T

Theodorus Tueton. Anno 1103. in lib. de hiſtorijs noui, & vet. teſtam. Qui ſolus Chriſtus erat ſine culpa.

Theodorus Epiſcopus, Anno 347. ſuper Ioã. Adam cum omni ſucceſſione iuſtè mortuus eſt, quia peccauit.

Theophilus Epiſcopus, Anno 385. ſuper Lucam, cap. 2. Nulla prolem genuit ſine peccato, niſi B. Virgo.

Titus Doctor, Anno 367. ſuper Luc. Nullus homo ſine peccato inuentus eſt, niſi ſolus Chriſtus.

V

Vgo de Sancto Victore, de Sacramentis, par. ſecunda, capitulo quarto.

Z

Zacharias Epiſcopus de concordia Euangeliſtarum. IESVS ſolus veraciter Sanctus natus eſt.

Theologi ex ordine Ciſtercienſi.

A

Anibaldus Doctor Pariſ. 3. d. 3. Per infuſionem animæ ſanctificata fuit.

G

Græcus, Eccleſ. 7. B. Virgo, & omnes (excepto Chriſto) ſunt in peccato originali cõcepti.

I

Iacobus Anglicus, ſuper Cant. B. Virgo fuit à macula peccati originalis, in Vtero matris purgata.

Ioan. 3. diſ. 3. Fuit in orig. peccato concepta.

Ioannes de Ceruo. 3. diſt. 3. Fuit in peccato originali concepta, ſed per ſanctificationem mundata.

Ioannes de laudibus B. Virg. Fuit ab originali peccato in Vtero matris purgata.

M

Marinus de nat. B. Virg. Sola B. Virgo Filium ſine peccato concepit.

N

Nicolaus Gallus ſuper Lucam 1. c. In Vtero Matris ab originali peccato mandata erat.

Nicolaus de Achara de Natiu. B. Virg. Licèt originale peccatum habuerit, &c.

P

Petrus de Parma, de Natiuitate Beatæ Virginis.

S

Soecus in Nat. B. Virginis. Beata Virgo fuit depurata à peccato originali.

Doctores Theologi ex ordine Prædicatorum.

A

Albertus Magnus. 3. dist. 3.
Albertus Brixiensis Doctor Pa isien. In summa, lib. 3. Tract. 4. c. 6.
Aldobrandinus de Toscanella, in serm. Nati. B. Virginis.
Angelus de Bononia, in sermone Natiuit. B. Virginis.
Angelus de Bononia. 3. dist. 3. Non fuisset redempta.
Antonius de Bononia, in Nat. B. Virginis.
Antonius de Parma, in sermone de Passione Domini.
Anibaldus. 3 dist. 3. Fuit in peccato concepta, sicut cęteri.
Armandus, de Bello Visu, de Conceptione Collatione 34.
D. Antoninus Archiepiscopus Florētinus. pri. par. Tit. 8. c. 7.

omnes stant pro peccato originali et ab eis aquero quidma sicut nobis uir ... (handwritten margin note)

B

Bartholomęus de Bononia, super Lucam.
Bartholomęus spineus in q. propria quodlib. probat hoc de fide esse.
Bombologninus Doctor Parisien. 3. dist. 3. q. 1. artic. 2.
Bonifacius de Cremona in Assumptione, & Purificatione B. Virginis.

C

Constantinus, in Nat. B. Virginis.

D

Dominicus de Catalonia, in tractatu de Conceptione.
Dominicus Soto, de Nat. & gratia lib. 1. ca. 9.
Durandus in 3. dist. 3.
Durandellus, in 3. dist. 3.

F

Franciscus Ferrar. 3. cont. Gen. c. 50.
Frāciscus Herculanus Perusinus Lector pręstantiss. lectionib. de peccato originali.

G

Gabriel Barletta, in sanctificatione B. Virginis, postquam aliorum retulit sententias.
Gualterius de Anglia Cardinalis. 2. par. suæ summæ in tractatu de peccato originali.
Guidus Doctor Parisien. in fęsto Annunciat.
Guilielmus Doctor Paris. Episcopus Lugduni in Purificatione B. Virginis.
Guilielmus Doctor Parisien. in Eccl. c. 7.
Guilielmus de Roma in Nat. B. Virg.

H

Herueus, quodlib. Quarto, quæst. vltima.

I

Iacobus Episcopus Doctor Parisiē. Eccl. 7. B. Virgo fuit à macula peccati originalis per Sanctificationem mundata.
Iacobus Perusinus, Episcopus Perusinus, in serm. Annunciationis.
Iacobus de Voragine de conceptione.
Iacobus Ægidii de Barchinona.
Iacobus de Beneuento in Nat. B. Virginis.
Ioannes de Turręcremata Cardinalis in tractatu de Conceptione ad Concilium Basiliense.
Ioannes Dñicus Cardinalis, sup Magnificat.
Ioannes de Neapoli, in quodlib. 1. q. 12.
Ioannes Sterlingatus. 3. dist. 3.
Ioannes Parisien. 3. dist. 3.
Ioannes Balbus, in Catholicō litera. Virtus.
Ioāes de Verdiaco in postilla super Cātica.
Ioannes de Francoforte, super Iob, ca. 14. Et in sanctificatione.
Ioannes de Sancto Geminiano, in Annuntiatione.
Ioannes de Monte nigro, in tractatu de conceptione.
Ioannes de Gallicis, in primo, & secundo sermone Aduentus.
Ioannes Episcopus Bossinæ, in 3. sent.
Iot de Bublia, quodlib. 14. q. 1. art. 4.
Isidorus Mediolanensis, in Additionibus Ioānis Caprioli, à Paulo Soncinate abbreuiatis.

L

Leonardus Mansuetus Perusinus, Generalis. In serm. Nat.
Leonardus de Vtino, in Nat. B. Virginis.

Mel-

M

Melchior Canus Episcopus, libro 7. de locis Theologicis, c. 2.
Michael de Furno Doctor Parisi. in Natiu. & Annunciat.
Moneta, in 3. lib. summæ. Solus Christus fuit ab omni peccato immunis.

N

Nicolaus Gorram Doctor Parisien. super Lucam, c. 1.
Nicolaus Trouec Anglicus, quodli. 3.
Nicolaus Alexius Inquisitor, Perusinus, in cõcione de sanctificatione.
Nicolaus Esculanus, in Nat. Domini.

P

Paganus, in Nat. B. Virginis.
Paulinus Bernardinus Lucensis, in quodlib. de Incarnatioae.
Petrus de Clauo in Legendario, c. de sanctificatione B. Virginis, & probat sic esse de fide.
Petrus Galdinus, in serm. de Circuncisione.
Petrus Hieremias Siclus, in sermone de peccato originali.
Petrus Veronensis de Scala, in sermonibus.

R

Raphael Ianuensis, in tractatu de conceptione.
Raimundus pęnitentiarius Gregorii noni, in summa tit. de Feriis.
Rainerius de Pisis, 2. par. suæ summæ.
Rubertus de Anglia Cardinalis. 3. dist. 31. q. 1. art. 1.
Rubertus Olchot, in sapient. lectione. 160.
Romanus, in 3. dist. 3.

B

Sinibaldus Romanus Cardinalis. Tertia distinctione, tertia.

T

Thomas Aquinas Doctor Angelicus. 3. parte, q. 27. art. 2.
Thomas Patriarcha Hierosolimitanus, in Assumptione B. Virginis.
Thomas Anglius super Psalmo vigesimoseptimo.
Thomas de suetonia, in compendio Theologiæ, lib. 4. c. 3.
Thomas Caietanus Cardinalis, in opusculo de conceptione.

V

Vgo Cardinalis, super Eccl. c. 7.
Vrrigo de Argentina libro 5. suæ summæ, ca. 5. & 7.
Vincentius Historialis, in tractatu de laudib. B. Virginis.
Vincentius Sanctus in sermone de Conceptione.
Vincentius Bandella in tractatu de conceptione Serenissimo Magno Duci Ferrariensi.
Vincentius Herculanus Perusinus, & Episcopus Perusinus super Lucam, & si ad manus meas non deuenerit.
Vincentius septartius Perusinus, lectionib. in 3. partem D Thomæ.
Vincentius Banchellus Pratẽsis, in quodlib. de peccato originali. Qui de fide probat esse dicendum, & huius Doctissimi atque absolutissimi pręceptoris sentẽtię subscribo.

Doctores Theologi Minoritæ.

A

ALexander De Ales 3. par. de sanctificatione, art. 1. Necesse fuit, ut B. Virgo à parentibus generata carnaliter, originale peccatum in sui conceptione contraheret, & articulo secundo. Beata Virgo in primo instanti suæ conceptionis sanctificari non potuit. Et inferius. Quod nõ est secundum Catholicam fidem tenendum.
Aluarus Episcopus in libro de planctu Ecclesiæ. De Matre Christi Beatissima, tenẽt sancti, & maximè Augustinus & Bernardinus, quòd nunquam peccauit, tamẽ in originali peccato concepta fuit, & sunt indeuoti Beatæ Virginis, eius deuoti per hoc apparere nituntur.
Antonius Sanctus Patauij sepultus, in Natiuitate, Beatæ Virginis fuit in Vtero Virginis, à peccato sanctificata & sine peccato nata.

Ber-

Videatur Alua de hoc in libro: Radij solis

B

Bernardinus Sanctus Senensis, in opere tertio sermonum, in Tract. de B. Virg. sermomone quarto.
Beltrandus Cardinalis, in Nat. B. Virg. Prima, & secunda conceptio non debet celebrari.
Bonauentura Sanctus, ac Cardinalis expressè. 3. dist. 3. q. 1. art. 1. & hæc est cōmunior, & rationabilior.
Brucardus Episcopus, in summa li. 20. ca. 11.

C

Corradus de Saxonia, in libro super Aue Maria.

E

Ægidius Hispanus, in summa, cap. de Maria, fuit in peccato originali concepta.

E

Frāciscus de Ast. Dominica 3. post Trinitatē.

G

Guilielmus occham. 2. d. 3. q. 1. ad sextū. Concedo, quòd Beata Virgo fuit concepta in peccato originali.

H

Henricus in Natiu. B. Virginis.

I

Iacobone in rimis. Potenza virtuosa si te ha sānctificata.
Ioannes Genesius in Rosario, capitolo quinto.
Ioannes Scotus. 3. di. q. 1. Nisi scripturæ repugnaret, teneret esse sine peccato concepta.
Ioannes Rigaldus, quem Gabriel Barletta refert.
Ioannes Ricardus Episcopus incompendio Theologiæ.
Ioānes Apistrin. de auth. Papę 3. in principio.

L

Landulphus, in postilla, super illis verbis. Exurgens Maria.
Lucas in Nat. B. Virginis. In vtero matris per sanctificationem mundata fuit.

N

Nicolaus de Lira, super Lucam, Spiritus Sanctus, &c. Bene dicitur superuenit in te, quia prius uenerat, ipsam adhuc ī utero matris existentem, ab originali peccato purgando, ut communiter dicitur.
Nicolaus de Hauqueuilla, in Assumptione Beatæ virginis.

P

Philippus Calerius, super ea uerba. Aue Gratia plena.

R

Reginaldus Archiepiscopus, in 3. d. 3. Si Virgo Maria sine peccato concepta fuit derogatur Christo.
Ricardus de Media villa. 2. dist. 3. art. 1. ad sextum. Anima Beatæ Virginis, ex sui vnione ad carnem, peccatum originale contraxit, sicut dicit Aug. super Genesim, & Ansel. libro. Cur Deus homo.
Repertus. 3. distinct. 3. q. 1. Secundum mentem Doctorum, in sui conceptione contraxit originale peccatum.

T

Thomas de Ales. in lib. vitæ B. Virginis, c. 12. Beata Virgo, in peccato originali concepta fuit, ut dixit Aug. 10 super Gen. ad literam. Sed ante Natiuitatem, per sanctificationem mundata, ut dicit Anselmns, & Bernardus.

Doctores Eremitani.

A

Albertus Patauinus in sermone. 3. Feriæ, post Dominicam Passionis.
Augustinus de Ancona in postilla super Lucam.

B

Bernardus Episcopus, quodlib. 6. quæstione, penultima.

Ægi-

E

Ægidius Romanus Cardinalis.

F

Facinus in 3. dist. 3.

G

Geraldus, in quodlibeto.

Gregorius de Arimino. 2. dist. 2. q. 2. Et duodecim rationibus corroborat.

H

Henricus de Vrimaria in Natiu. B. Virginis.

I

Iacobus de Viterbio, in primo quodlibetorum.

Ioannes de Saxonia. 3. d. 3. Beata Virgo contraxit peccatum originale.

Ioannes Stingarius eodem loco.

Ioannes Theutonicus in Natiu. B. Virginis, fuit in peccato originali concepta.

Ioannes Gellicus, in Natiuitate.

Iordanus sermo. secundo, de Conceptione. Secũdum communem opinionem Doctorum, per breuissimum tempus fuit in peccato originali.

V

Vgolinus Vrbeuetanus. 2. d. 30. q. 3.

Doctores Theologi Carmelitæ.

Guidus quodlib. 3. q. 13. Sequendo rationes, & authoritates Sanctorum Doctorum Canonum, salua puritate Virginis, teneo, ꝙ Beata Virgo fuit concepta in peccato originali, & si aliter dicerem, timerem ne me Aug. tanq̃ Hereticum deuitandũ diceret.

Ioannes Bacconitanus. 4. di. 2. q. 4. art. 1. & 2. & 3. lib. quodlib. q. 12.

Paulus de Perusia. 3. dis. 3. Solus Christus fuit ab originali peccato immunis, ut dicit Ber. Aug. & Hiero. quia B. Virgo traxit ab Adam.

Doctores Iuris Pontificij.

A

AVtor speciali, qui summa summarum dicitur. Tit. de Ferijs. q. 8. Festum conceptionis non est celebrandum.

B

Bartholomeus Brixiensis, de Cons. distinctione 4. c. Pronunciandum. Festum conceptionis Beatæ Virginis non est celebrandum.

Bartholomeus Piscanus, in summa, c. de Ferijs. Non propter hoc datur intelligi, quod in sua sanctificatione fuerit Sancta.

Bernardus Papiensis d. 3. c. Pronunciandum. Conceptio Beatæ Virginis non est celebrãda, quia in peccato originali concepta.

D

Dominicus Dominici Bonon. super Magnificat.

G

Galuaneus Bonon. Ext. de Ferijs, capit. Conquestus. Festum conceptionis non est celebrandum.

Gratianus, de Cons. d. 3. c. Pronunciandum. Fuit in originali concepta.

Gulielmus Dur. 2. par. speculi. Tit. de Ferijs. Festum conceptionis non est celebrandũ.

H

Hostiensis, in summa de pen. & remiss. §. Quis debet confiteri. Sine peccato originali nullus conceptus est, sed gloriosa Virgo sanctificata.

I

Ioannes Theutonicus, de Cons. dist. 3. capit. Pronunciãdum. Fuit in originali cõcepta.

Ioannes Andreas. 2. par. Tit. de Ferijs, c. Conquestus. Eadem verba scribit.

Ioannes Calder. eodem loco. Festum conceptionis non est celebrandum.

Ioannes compilator summæ Canonicæ, cap. Firmissime. B. Virgo est in utero matris cũ peccato originali nata.

L

Laurentius de Cons. c. per baptismum. Quia in peccato originali concepta fuit.

P

Petrus de Butrio, in repertorio litera, Conceptionis.

Petrus

Petrus Mediolan. de Consf.dist.4.c. Firmissimè. Festum conceptionis non debet celebrari.

R

Raimundus in primo Tract. suæ summæ. Titu.de Feriis. Eo quod in peccato concepta fuit, sicut cęteri homines.

S

Stephanus antiquus decreti Glossator. Per gratiam culpa deleta.

V

Vgo Episcopus Ferrarien.de Cons.d.4. cap. Firmissimè. Conceptio non debet celebrari.

His ergo tantorum Doctorum testimonijs demonstratur illam originale peccatum contraxisse. Imò Bartholomeus Spineus Doctor præstantiss. & sacri Palatij Magister, in quæst. propria de hac re, probat alteram opinionem eorum, qui docent eam non contraxisse esse Hæreticam, & hanc nostram tanquam de fide sequendam probat. Cum quo est Magister Paulinus Bernardinus Lucensis vir Doctissimus, ac prouinciç Abrutii Regularis vitæ instaurator, hic in suis quodlibetis rationibus, & authoritatibns corroborat hanc sententiam.

Maria.

8 *Maria non est dicenda gratia plena.* Erasmus. HÆR. Mordet Doctores Erasmus, imò textum Euãgelii taxat, & quòd perperam uocatur gratia plena, nam hoc non legitur in Euangelio inquit, sed gratiosa. Frustra more suo discedit à communi Patrum expositione, quoniam & D.Amb. Græcæ linguæ peritissimus, sic legit. Cũ quo est Theophilactus Doctor Græcus, Et Athan. in sermone de Sanctissima Deipara. Hieronym. etiam, in serm.de Assumptione. Hanc Salutionem D.Iacobus in Liturgia, siue in Missa sua docet, dicens. Aue gratia plena Dominus tecum. D.Aug. serm.2. de Annũciatione Dominica. Petrus Chrysologus Archiepiscopus Rauennas serm.140. & 143. ait. Aue gratia plena, quia singulis gratia est se largita per partes, Mariæ verò simul se dedit gratię plenitudo. Fulgentius in sermo.de laudibus Mariæ. Cum dixit gratia plena, ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Effrem in oratione de laudibus Sanctissimæ Dei Matris. Aue Domina Maria plena gratia. Chrysosto.in Liturgia siue in Missa sua. Quorsum ergo Erasme in re manifesta nodum quæris? Sequamur ergo Ecclesiæ Doctrinam.

9 *Maria Virgo fuit purgata per Conceptionem Filij Dei, quæ antea erat in peccato.* Eras. Deceptus est Erasmus, dum arbitratur, tunc Mariam Virginem fuisse ab omni peccato mundatam, Christo incarnante. Nam antea erat ab initio suæ conceptionis, ut ex superioribus apparet. Fuit tamen copiosioris gratiæ plena, cum Christum concepit. Et sic interprætandus est Arnobius in expositione Psalmi.14.

10 *Maria Virgo purgatione indiguit post partũ.* HAER. Reclamant Doctores omnes, & contendunt Beatam Virginem fuisse plenam gratiæ, vt ostensum est. Quod uerò mouet quosdam dictum Origenis. Hom. 14.in Lucam, Mariam post partum purgatione indiguisse, intelligenda sunt, quo ad bene esse, nè scandalum pareret.

11 *Mariæ vulua in partu est aperta.* ERRON. Pugnat hoc dictum cum Theologis omnibus, qui docent Dominum clauso Virginis vtero, per integra Virginitatis claustra prodiisse instar radij solaris per vitrum, & sic docet, D.Thom.3.par.quæ.28. Qui D.Amb. uerba secenda commentariorum in Lucam apertam esse scribit, & Orig. idem dixit. Hom. 14. in Lucam, & Tertullianus in fine libri de carne Christi. Qui non loquũtur de patefactione illa uteri, quę euenit aliis mulieribus, sed talis fuit vt non uiolaret Virginei pudoris claustra.

12 *Maria Virgo non cognouit ab initio Christi diuinitatem.* ERRON. Nunquam mihi persuadere potero, B. Virginem non cognouisse à principio sui filii diuinitatem. Quoniam & Angelus ei hoc prædixit. Filius altissimi uocabitur. Et quomodo electa fuit in matrem, si non cognouit Mysterium quod futurũ erat. Si eius qui nasciturus ex ea erat, non erit finis regni, profectò & illum Deum ipsa Virgo prudentissima cognouit. Quid quod Prophetæ cognouerunt,

gunt, quomodo non mater. Id uero; quòd Euthymius in commentariis, in Lucam, c. 2. Et non cognouerunt parentes eius, vbi sentire uidetur, quòd eo tempore non cognouerint IESVM fuisse Deum. Quod & Orig. videtur dicere. Hom. 20. in Lucã. Et ipsi non intellexerunt verbum, quòd loquutus est eis, c. 2. Chriso. etiam. Hom. 20. In Ioan. deficiente vino, &c. c. 2. Quæ omnia, & his similia, nil aliud significant, nisi quod non habuerint plenam cognitionẽ omnium mysteriorum diuinitatis, & humanitatis, sed sicut Dominus, quo ad aliqua proficiebat, sic & Beata Virgo in cognitione, licet fide omnia semper tenuerit, & decentem semper habuit de eo fidẽ, ac opinionem.

12 *Maria non habuit plenam fidem erga Christũ, ad primam Angeli salutationem.* TEM. Doctores ex antiquis patribus, qui B. Virginis encomia cecinerunt putant eam fidem plenam semper fuisse, at quando Angelus ei nunciauit se esse Dei Matrem electam, dixit, quomodo fiet istud, non ex infidelitate, sed ex uehementi admiratione ex re insolita, & huc tendit illud, qui cito credit leuis est corde. Sic interpretanda sunt uerba D. Chrisost. Hom. 49. & Orig. Hom. 17. In Lucam. Theophil. Luc. 2. Et D. August. in quæst. super Lucam. Qui omnes uidentur affirmare, quod Beata Virgo, aliquando infidelitate laborauerit. Imò Orig. eo loci scribit Beatam Virginem, in morte Domini hesitasse. Sic ea exponit, D. Thom. 3. par. q. 27, art. 4. non pro dubitationis genere, quæ ex infidelitate oritur, sed ex animi admiratione.

13 *Maria Virgo, sic in die iudicij iudicabitur, ut igne sit purganda.* HÆR. Cum sit pura ab omni culpa profectò non erit cur egeat purgatione, vbi enim est macula, ibi opus est purgatione. Mariã verò fuit sine peccato, vt cum Diuo Augustino, ac D. Tho. conclusum est, hinc sequitur, quòd in die iudicij, non erit igne purganda. Quod de Apostolis sentiendum est, qui in gratiam cõfirmati sũt. Hoc cum D. Aug. 20. de Ciui. Dei, cap. 8. Docent Scholastici. Si quando verò Orig. Lact. Vel alius dicat omnes esse eo tempore igne purgandos, non est audiendus.

Maritus.

Marito licet uxorem adulteram eicere, & ea viuente alteram accipere. HÆR. Difficillima fuit inter fratres controuersia, multi. n. ex verbis Domini Matth. 19. Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur Ambr. in c. 7. primæ ad Cor. huius est sententiæ, quod eam dimittere possit, & ea viuente alterã ducere. Chris. Hom. 17. in Matth. & Hom. de repudio. 1. ad Cor. 7. ait. Nam quando vir dimiserit vxorem absque causa stupri, quando alter eiectam viuente viro duxerit, cũ eiecta, illa punietur. Euthy. in Matth. c. 5. Tertul. lib. 4. aduersus Marcionem, elucidans. D. Matt. sententiam. Theoph. Luc. cap. 16. Hilar. Canone 4. in Matth. D. Aug. de fide, & operibus, c. 19. ait. Quisquis vxorem, in adulterio depræhensam dimiserit, & aliam duxerit, non uidetur equandus is, qui excepta causa adulterij dimittunt, &c. Zacharias Papa decreuit, vt vir reiecto marito, qui ei Sororem construpauerat, alteri viro nuberet, si continere nollet. Et habetur. Caus. 32. q. 7. Concubuisti cum Sorore vxoris tuæ, &c. Conc. Mogut. & Tribur. vt eo loci scribit Gratianus, dicit. Si quis, cum Nouerca sua dormierit, ad coniugium potest peruenire neuter, sed vir eius potest, si vult aliam accipere, si se continere non potest. Cardinalis Caiet. in Matth. c. 19. idẽ sentit. Amb. Compsæ Archiepiscopus, 1. ad Corint. Videtur ei durum, & iniquum, quod vir teneatur perpetuo luctuosam ducere vitam, &c. His tamen non obstantibus, in Trid. Concilio, aliter est definitum. sess. 24. Canon. septimo.

Martyr.

Martyr est, qui moritur, & interficitur à tyranno, etiam quod ore neget, sed corde credit, quòd est satis. Basilides. HÆR. Non satis esse ad exactam Christi fidẽ, credere tantum ore, demonstratur ex sacris literis. Nam Matth. 10. dicitur. Qui me negauerit corã hominibus, negabo & ego eum coràm patre meo, qui in Cœlis est. Rursus. Matth. 5. Beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Adhuc, nunquam licet mentiri, ergo nec negare Christum. Tertia, Dominus, Apostolis, ac eorum successoribus dixit. Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria. Act. primo. Demum, D. Paul. ad Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore con-

Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem, non fuit sic. D. Paul. 1. ad Corin. 7. Vxori vir debitum reddat, similiter autem, & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet sed mulier. Et post pauca. Ijs autem qui matrimonio iuncti sunt, pręcipio non ego, sed Dominus vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit manere inuptam, aut viro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat. Et ad Eph. 5. Propter, hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Husi accedit Euaristi Roma. Pont. ac Martyris authoritas, epistola prima ad omnes Episcopos Aphricanos. Qua propter filii Carissimi, & meritò Illustres fide Catholica suffragante, ita peracta, legitima scitote esse connubia. De hoc sacro statutum fuit in Concilio Later. sub Innoc. Tertio, c. 59. Et Florent. dicit (de sacris) septimum est Sacramentum matrimonij, quod est signum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, secundum Apostolum dicentem, Sacramentum hoc magnum est. Concilium Tridentinū. sess. 24. Patrum afferre testimonia in re certa superfluum est. Nam Leo Magnus, epistola 92. ad inquisitiones Rustici Episcopi Narbonendi, cap. 4. ait. Vnde quum societas nuptiarum, ita ab initio constituta sit, vt præter sexuum coniunctionem haberet, in se Christi, & Ecclesię Sacramentum dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. D. Amb. li. de Abraham, cap. 7. Nulli licèt scire mulierē præter uxorem. Ideo coniugii tibi datum est ius ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Et in caput. quintū ad Ephes. Chrisost. Hom. 20. in epistolam ad Ephes. Reuera namque, reuera inquā, magnum mysterium est, & magnum mysterium relicto parente eo qui te genuit, eo, qui aluit, etiam ea, quæ peperit, &c. Adhęrere uirum illi, quæ antea neque uisa fuit, neque aliquid commercij, cum illo habuerit, atque hanc etiam omnibus præferræ. D. Aug. lib. de bono coniugali, ca. 18. In nuptiis plus ualet Sanctitas Sacramenti, quam fęcunditas vteri. Et libro 1. de nuptiis, & concup. cap. 10. & 21. Non tantum fęcunditas, cuius fructus in prole est, nec tātum pudicitia, cuius uinculum est fides, verumetiam quoddam Sacramentum nuptiarum comendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Fulgentius epistola prima, de Coniugali debito, & uoto continentiæ emisso. Ideò clamat Apostolicæ prædicationis authoritas. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Lactantius, libro sexto, de uero cultu, cap. 23. post medietatem. Sed diuina lex, ita duos in matrimonium, quod est in corpus vnum paro iure coniungit, vt adulter habeatur, quisque cōpagem corporis in diuersa distraxerit, &c. Erasmus arguit. Dionys. nou numerat. Respondeo quòd nec præsentiam ponit, sed ea tm̄, quæ ad hyerarchicū ordinē attinēt.

2 *Matrimonium est Diaboli inuentum, non Dei.*

Manichęi. HÆR. Primus humani generis parens, diuini Spiritus instinctu, dixit. Hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, &c. Sic Dominus, & D. Paul. docuit, quod & Sacramentum appellauit, quo loci, & Caiet deceptus, qui interpræ tatur de pro mysterio, non Sacramento, & quod D. Paul. dixit Mysterium, non Sacramentum, quæ expositio aduersatur, non tātum patribus, imò, & Concilio Florentin. Quod Sacramentum exposuit, vt supra dixi. Non ergo Dęmonis, sed diuina est institutio ipsum matrimonium, ut authoritates supradictæ demonstrant.

3 *Matrimonium, secundum non est Sacramentū.*

Montanus. Græci. Aliqui ex Græcis negāt secundas nuptias, cum quibus fusius disputaui Cretæ, & Corcyri. Et hæc hæresis ex sacra historia exploditur, & patribus. Ex ueteri testamento habemus, quod Abraham, mortua Sara, duxit secundam, nomine Cethuram. Gen. 27. Ruth mortuo primo uiro nupsit alteri. Sara uxor Tobiæ Iunioris, habuit septē viros, & postea Thobiæ Iuniori est coniuncta, & utraque mulier laudatur. At dicunt fuisse quidem in veteri lege concessum, quod in nostra est reuocatum. Hæc responsio nulla est. Namque. D. Paul. ad Rom. 3. Vocat adulteram mulierem, quæ fuerit cum alio copulata, at non eo mortuo, & ni. ad Cor. 7. Si dormic-

mierit uir eius, libera est à lege uiri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro, & cui uult nubat tantum in Domino. Est ergo locus manifestus D. Pauli.

Matrimonium per fornicationem potest dirimi.

Montanus. Eras. HÆR. Matrimonij nexum esse indissolubilem Dominus ostendit, imò & verba primi hominis. Relinquet homo patrem & matrem. Et Dominus adiungit. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et alibi omnis, qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit mechatur, & qui dimissam è uiro ducit mechatur. Hanc perpetuam colligationem repetit. D. Paul. Mulier alligata est legi, quanto tẽpore vir eius uiuit. Et 1. ad Cor. 7. Simile docet, ad Rom. 7. Quid enim Clarius dici potest qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego sed Dominus vxorem à uiro non discedere, quod si discesserit, manere inuptam, aut uiro suo reconciliari, sic Corinthiis scribit. Canon Apostolorum 48. hoc docet. Si quis Laicus vxorem propriã pellens, alteram, uel ab alio dimissam duxerit communione priuetur. Synodus Mileui. D. Aug. interfuit, c. 17. Visum est nobis secundum Euangelicam, & Apostolicam doctrinam, neque dimissum ab uxore, neque dimissam à viro altero matrimonio copulari, sed manere inuptos, aut reconciliari, eos autem, qui non obedierint inter lugentes referri. Idem decretum est in Synodo Affricana, ca. 65. ac Elibert. tempore Can. 8. & 9. nanque Can. 8. ait. Vxor si relicto viro, alteri nubat, communione priuetur. Et Can. 9. Si quis reliquerit maritum adulterium, & alteri nupserit, non uiuat, cum eo. Et Agat. Can. 17. Statuit, ne uxor ad libitum dimittatur. Conci. Flor. his verbis idem sanxit. Quamuis autem ex causa fornicationis liceat, scilicet parti Innocenti thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonij vinculum legitimè contractum perpetuũ sit. Patres huius etiam sunt sententiæ. Orig. Tract. sept. in Matth. ait. Scio, quosdam qui præsunt Ecclesiis, extra scripturam permisisse aliquam nubere viro, priore uiuente, & contra scripturam quidem fecerunt dicentem. Mulier ligata est, quanto tempore uiuit vir eius. Item uiuente uiro adultera uocabitur, si fuerit cũ altero viro, & infra non accipit legitimè secundum sententiam Christi, sed magis mechatur, quasi alienam accipiens. D. Ambr. in ca. 16. Luc. Noli vxorem dimittere, nè Deum tuæ copulæ diffitearis authorem. Etenim si alienos, multò magis vxoris debes tollerare, & emendare mores. Audi quid dixerit Dominus. Qui dimittit vxorem, facit eam mechari. Et inferius. Dimittis ergo vxorem, quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, sed Diuina prohibet. Quæ Deus coniunxit homo non separet. D. Hieronym. epistola 30. in epithaphio Fabiolæ ad Oceanum. Præcepit Dominus vxorem non debere dimitti. excepta causa fornicationis, & si dimissa fuerit manere inuptam. D. August. lib. de bono coniugali, ca. 7. Vsque adeò fędus illud initum nuptiale cuiusdam Sacramenti res est, vt nec ipsa separatione irritum fiat, quandoquidem viuente viro à quo relicta est mechatur si alteri nupserit, & ille huius mali causa est, q. reliquit. Idem, c. 25. & 18. Theodoretus, li. 9. de curatione Græcarum affectionum. Basil. can. 9. Epiph. hær. 59. Isid. li. 2. de off. Eccl. c. 29. Demum Concil. Tridẽ. sess. 24. Can. 7. aperte hoc definiuit. Scholastici, inter quos D. Thom. & peritiores sunt huius sententiæ. vide verbo, Repudium.

Obiectiones hæreticorum.

Nedum hæretici, & recentiores Magdeburgenses, verum & nomine Religionis viri doctissimi duram, ac asperam hanc Ecclesiæ definitionem diiudicant, inter quos Caiet. & Catherinus. Eorum ergo motiua soluamus. & in primis hæreticorum argumẽta quib. suadere arbitrantur matrimoniũ non esse Sacramentum. Primo ergo insurgunt. Colligunt Papistæ, ex verbis Apostoli, ad Eph. quinto. Vbi dicit. Sacramentum hoc magnum est, quòd matrimonium sit Sacramentum. At Sacramentum in sacris literis non significat signum rei sacræ, sed rem absconditam. & in Græco dicitur mynisterium, vnde D. Pau. 1. Cor. 4. ait. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorium Dei, idest Sacramentorum, non ergo ibi D. Paul. loquitur de Sacramento, sed ex ignorantia colligunt.

Respondeo, quòd hęc vana interpraetatio, nedum hæreticis, sed & ipsi Caiet. fuit erroris occasio, vt supra dixi. Quem locum D. Pauli, Patres, & Concil. Flor. interpraetantur pro Sacramento, & non pro mysterio, quod & D. Pau. Hebræis scribens sic exposuit. Honorabile connubium. Hinc Dominus, interfuit miraculo nuptiarum decorauit solemnia.

Secundò, nusquam legitur matrimonium conferre gratiã, ergo non est Sacramentũ. Respondeo, ꝙ ex eo Ecclesia colligit Sacramentum hoc conferre gratiam, quia constituitur homo ex spiritu, & anima, ac corpore, & quia Deus benedixit primis parentibus, profecto aliquid plus continet nostrum matrimoniũ, cum & aĩa sit capax gratiæ. Tertio, qđ vero possit fieri separatio probatur. Nam mulier copulatur uiro, ut filios suscipiat. ergo quando non sunt filii poterit cum altero coire, & dicere. Decepisti me. Respondeo, ꝙ & si alter coniugum sit sterilis non fit separatio, nam Abraham diu cum Sara vixit in sterilitate, sic & mater Samuel longo tempore fuit sine filiis, & demum etiam Elisabeth, non ergo iusta & sufficiens causa separationis est sterilitas. Quis enim certò scit, quod si alteri uiro coniungatur, quod filios generet? Pater enim suppremus est Deus ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Et tantum fornicationis causa separantur coniuges. Quarto D. Amb. & alii dicunt licere propter fornicationẽ dimittere vxorem, & alteram accipere sic sonant saluatoris verba. Dicitur, ꝙ D. Amb. lib. 1. de Abraam, c. 4. contrarium scribit. Sed uos (inquit) moneo viri, qui ad gratiam Domini tenditis, non commisceri adulterino corpori, qui enim se iungit meretrici vnũ corpus est, &c. Vbi docet, prohiberi, ne dimissa uxore propter adulterium alteram ducat. Et hoc Ecclesiasticum dogma perpetuò tradit, ac tenet vniuersalis Ecclesia, tã Orientalis, quàm Occidentalis. Quod ẽt alij dicũt de hoc supra verbo, Maritus sunt exposita, adhæreamus itaque Ecclesiæ statuto. Dr̃ 2. ex Mag. sent. ꝙ vitiatus fuit text. nã & super Luc. contrarium docet, c. 16. & hoc suadet quia D. Aug. imitator Amb. alterã probat sñiam. Dico 3. ꝙ sicut D. Cypr. de baptismo errauit, sic Ambr. de matrim. Quinto, dñs excipit tm̃ fornicationẽ, apud Mat. Rñ. ꝙ Dñs intendit comparare adulteriũ factũ ab eo, qui non hẽt vxorẽ fornicariã. q. d. si peccat & est adulter, qui vxorẽ excepta fornicatione dimittit, multò magis, q sine cã dimittit. sicut magis peccat q scit bonũ, & nõ facit, licet peccet, & ille, q per ignorãtiã errat. sic rñ. D. Aug. de adul. coniug. c. 9. Consulto ẽt Dñs hic obscure loqtur, qa pharisei insidiabantur illi. Dr̃ 2. ꝙ particula illa non est exceptiua, sed restrictiua dimissionis, sic & D. Pa. exponit. j. Co. 7. vxorẽ à viro nõ discedere, ꝙ si discesserit maneat inupta, aut viro suo reconciliet. Sexto, nõ sunt pares vir, & vxor, quo ad matrimoniũ. Et hoc ꝙ assumit Eras. falsũ est; nã quo ad cõiugiũ eadẽ est lex utriusq; vt Doctores cõi assensu docẽt. Septimo, nõ poterit uir caste viuere, ergo vel aliã ducere põt, uel iniqua lex. Hoc Erasmi, & Catherini argumentũ fuit ante solutũ à D. Aug. ad Pollẽtiũ. Et si hoc ualet (inquit) multi sunt, q plures uxores ducẽt. Vt q hẽt infirmã, & nõ põt reddere debitũ ducet alterã, vt & li. 2. de bon. Cõiug. c. 11. ait. Demũ obs. ꝙ non pcipit Dñs ut uxorẽ adulterã cõmittat, sed viri arbitrio relinqt si nõ pseuerat. Octauo melius est nubere q̃ uri, inqt. D. Pa. Rñd. ꝙ Apl̃s loquit̃ de liberis, ac solutis nõ de cõiugatis. Nono. D. Pa. liberũ facit. 1. Cor. 7. dicẽs. Nõ .n. seruituti subiectus est fr̃, aut soror eiusmodi. Rñdeo, ꝙ sẽsus. D. Pa. nõ est quẽ luth. arbitrat̃, sed qđ infidelis discesserit ĩ odiũ scilicet chr̃ianę fidei, discedat, qa liberatus est, & põt alteri cõiũgi. Et causã reddit. Nõ .n. seruituti subiectus fr̃, aut soror, i. Chr̃ianus, uel Chr̃iana, ut teneat̃ infidelẽ aliquo mõ seq, aut cõtẽdere ĩ iudicio, vel alibi pro eius cohabitatione, & subdit cãm, qa, in pacẽ uocauit nos Deus, nõ in cõtẽtionib.

5 *Matrimonium non est, nisi nascantur filij.* Vuiclef. HAER. Sacramentum consurgit ex materia forma, & ministro, vbi enim ista tria reperiũtur, illud verè est Sacrũm, vt decreuit Cõc. Flor. Rõne ẽt suadet̃, nam ante ortũ sobolis est sacrum ẽt apud eos, ergo ẽt ꝙ non oriant̃ filij remanet Sacrm̃. Nanq; nedũ ad multiplicationẽ adinuẽtũ est mr̃imoniũ, sed ad sãctã hoĩnũ cõfederõ nẽ. Et significat ẽt Chr̃i, & Ecclę unionem.

6 *Matrimonium, vt Sacramentum non confert gratiam.* Luth. HÆR. Ex superioribus confutatur. Et Conc. Flor. ac Trid. Can. 1. de-

decreuerunt illud gratiam conferre.

7 *Mr̄imoniū inter Beatā Virginē, & Ioseph, non fuit uerū mr̄imoniū.* Vuitcl. HÆR. Contra hoc supra verbo Iosef disputatū fuit, & ex loco Euāgelii conuincebat̄. Nā D. Luc. ait. Cū esset despōsata Maria, &c. Et alibi. Ecce pr̄ tuus, & ego dolētes querebamus te.

8 *Mr̄imoniū Clerici, ac Religiosi professi cōtrahere possunt.* Luth. Eras. Centuriatores. HÆR. Multa ex sacris l̄ris, cōcilijs, ac pijs. adducta sunt, verbo castitas, adeo, vt ea repetere indignū sit, & alia addere superfluū. Nemo ergo mittēs manū suā ad aratrū aptus est regno Dei, admonet Dn̄s Luc. 9. Nō ergo Papa id uetat, nēpè nō posse cōtrahere mr̄imoniū, sed q̄ a ultro se abdicarūt coniugio dn̄i seruandū ꝑpetuo cęlibatū, aut voto expresse nūcupato firmarūt aut sacrorū ordinū susceptione saltē tacitè cōprobarunt, vn̄ nō licet amplius laxatis habenis primā fidē Deo, & Ecclæ datā fallere, vel irritare, sed qđ uouerūt reddāt. Hoc decreuit Synodus Calcedonēsis generalis Can. 16. Si quā Virgo se dedicauerit Deo, & similiter Monachus, nō licere eis iūgi nuptiis. Si vero inuēti fuerint i hoc faciētes maneāt excōicati. Statuimus uerò eis posse fieri humanitatē in hoc, si ita ꝓbauerit loci Eps. Et Epiph. Her. 59. cōtra catharos. Post multa, q̄b. ꝓbat, ꝙ mr̄imonio cōtracto viuētes nō suscipiant̄ ab Eccl̄a ad Præsbyteratū, Diaconatū, aut subdiaconatū, docet ēt, ꝙ q̄ uiuūt in mr̄imonio cōtracto in sacris ordinibus vtunt̄, non agūt s̄m Canonē Eccl̄asticū. Et hæc sunt verba. Dico āt ꝑ repētina mysteria, ac necessitatē, ꝙ decorū est, vt Præsbyter, Diaconus, & Eps Deo sit deditus. Si. n. ēt populo pręcipit Sāctus Ap̄ls dicēs. Vt ad tp̄s vacēt orōni, q̄to magis Sacerdoti idē p̄cipit, vt īdistractus sit inquā ad vacādū s̄m Deū Sacerdotio, ꝙ in sp̄ualib. necessitatib. ac vsib. ꝓficit̄. Et idē repetit ī cōpēdiaria vera doct. fidei Ap̄licæ, & Cathol. Ecclæ. Multa alia dicta sūt ī superiorib, verbo castitas.

9 *Mr̄imoniū, dēt anteponi, ac p̄stātius est virginitate.* Luth. Eras. HÆR. Ne acta agamus, satis erit referre, q̄ Flo. ac Cōc. Trid. decreuerūt. Ait nāq; Flo. Comēdationes tñ dicimus, si ulterius à cōiuglo abstinētes in castitate ꝑseuerauerint. Et hoc ex cōi Ecclæ definitione cōfirmo. Quæ sp̄ docuit, nō posse Sacerdotes mr̄imonio copulari, ꝙ est signū eius excellētiæ supra cōiugatos. Hic āt cāute obseruādū est. Nā cōparat̄ status cōtinētiæ statui cōiugali absolute, nō tñ cōparat̄ cōtinētia Sacro mr̄imonij, vel mr̄imonio vt Sacr̄m, hoc. n. mō mr̄imoniū ꝑfectius est, quo ad opus operatum. Etenim ꝑ opus operatū mr̄imonij, i. per ipsum Sacr̄m, siue ꝑ ipsos actus exteriores cōtrahētiū, q̄ cōsēsū exprimūt cōfert̄ gr̄a, nō āt ꝑ statū cōtinētię, licet cōtinēs ex opere operāte, i. ex actione sua, mereat̄ ampliorē gr̄am, q̄ status nuptialis. Sic ergo cōiugiū vt Sacr̄m nobilius est virginitate, sed ut est pars tēperātię p̄stātior est ipsa castitas. Ferr. 4. cōt. Gēt. c. 78.

10 *Mr̄imoniū, nō est cā ecclesiastica.* Marloratus. HAER. Peruersus iste homo nō aliter sentiēdū esse arbitrat̄ de sacro mr̄imonii, q̄ de emptione, & vēditione, cuius cōtractus, ac mutuus eorū cōsēsus iu[illegible]icare Iuriscōsulti est, quasi nō plus benedictionis īteruenīat inter uirū & uxorē q̄ in fundi, aut horti vēditione, qđ est erroneū. Hinc & cōcilia toties q̄d de mr̄imonio sētire dēamus decreuerūt. Rursus, si mr̄imoniū est Sacr̄m, qua rōne dn̄t mittere falcē in Messē alienā, tractent fabrilia fabri, & uitent catholici scripta Marlorati, q̄ oīa ueneno respersa sunt. Hoc & in Concil. Trid. est repetitū. sess. 24. Can. 12. & c. 8. de Reformat.

11 *Mr̄imoniū nō impedit̄ ꝑ cognationē sp̄ualem.* Luth. HAER. Sācta Synodus ꝓhibet ne cōtrahat̄ mr̄imoniū inter baptizatū, & illius pr̄em, ac mr̄em, nec nō inter baptizātē & baptizātū, baptizatiq; pr̄em, ac mr̄m, q̄m inter istos est sp̄ualis cognatio, ad primum ergo & secundum gradum restringitur, alia uero impedimēta explicabo inferius.

12 *Impedimēta mr̄imonij, nō potuit Ecclesia decernere, ac assignare.* Eras. Hær. Pōt Eccl̄a oīa, q̄ ad Sacra ꝑtinēt declarare, hinc & mr̄im. leges p̄figere. Et cuius est mr̄im. actus iudicare, eius, & omnia ad illud spectātia sancire.

13 *Mr̄imonij gradus, q̄ scribunt̄ Leuitici, c. 18. pōt Papa dispēsare.* TEM. Recolēdū est, p̄cepta veteris legis esse diuersa, nōnulla iudicialia alia ceremonialia alia moralia. Prima duo cessāt, q̄ illi populo tm̄ sūt p̄fixa, tertii gn̄is p̄cepta sūt de actibus virtutum, ac per hoc sunt semper eiusdē roboris, ut docet. D. Th. par. 2. q. 104. 3. Primi ordinis præcepta si de se cessāt nulla alia egēt dispēsatione, vel si ea opus fuerit, poterit sūmus Pōtifex dispēsare. Scđo loco est obs. qđ gradus, q̄ impediūt mr̄imoniū à Deo assignati sūt

isti. Primus qđ filius cũ mře, non cõtrahat mřimoniũ. Secundus filius cum Nouerca. Tertius. Frater cum sorore, siue ex patre, siue ex matre tantum dummodo sit in eadem domo genita.
Quartus. Pater cum filia.
Quintus. Cum nepote.
Sextus. Nepos cum amita.
Septimus. Nepotis cum fratre patris.
Octauus. Cum auunculo.
Nonus. Cum Nuro, idest vxore filij.
Decimus. Cum sorore fratris ea viuente, licèt post mortem possit cũ ea contrahere.
Vndecimus, Pater cum filia.
Duodecimus apud Lyran. sic prohibetur, inter filiam fratris. Hij gradus sunt in Leu. Arbitrantur ergo multi quòd ista sint præcepta iudicialia, ac addunt, quòd Papa potest dispensare in omni gradu, præterquã inter patrem, & filiam, quoniam sunt per se coniuncti, ac vna caro. Existimant etiã, ꝙ auus potest contrahere cum nepote.
Alij verò dicunt, quòd sunt præcepta moralia, atque ideo nec possunt dispensari. Quia sunt iuris naturæ, vt docet D. Thom. quarto. distinct. 40. 3. & par. 2. quæstio. 100. 8. tertium. Scribit, quòd sola Diuina authoritate possunt dispensari, ac mutari. Roboratur hoc. Quæ pertinent ad actus virtutum, sunt indispensabilia. Gradus illi sunt huiusmodi, quia fundantur reuerentia, inter affines, ac continentia, ex eodem authore. 2. 2. q. 154. art. 9. non ergo poterit Papa dispensare.
Tertio. Præcepta de gradibus matrimonij respiciunt vniuersaliter totam naturã humanam. ergo non sunt tantum illi populo inulgata.
Quarto. Diuus Thom. libro quarto, distinctione quarta scribit. Hæc prohibitio respicit Christianos, quia quo ad aliquos gradus sunt de iure naturę, ac moralia præcepta, vt illi quo ad parentes, quo ad filios de iure Diuino. Hinc noluerunt Pontifices dispensare, vt quis possit accipere filiam de fonte leuatam. Beda etiam in historijs Anglorum scribit, quòd duo fratres possunt duas sorores accipere, quia non sunt diuino iure prohibita. Ex quo sequitur, quòd non in alijs, ac per hoc erunt moralia præcepta. Adhuc Diu. Grego. vt habetur 35. quæstio. tertia. capit. quædam. Non potest cum Nouerca dispensare, quia sunt Diuino iure prohibitæ, ergo erunt præcepta moralia. Et D. Ioan. Bapt. fuit Martyr, quia admonebat hærodem non posse cum vxore fratris contrahere matrimonium, ergo non erunt iudicialia. Caietan. verò. secunda, secundæ, quæstione 154. artic. 9. Probat quòd Papa potest dispensare cum omnibus personis coniunctis, nisi cum patre, & matre, quia naturali iure est prohibitum. Imò addit, quòd si deficeret tota natura, non poterit filius cum matre contrahere, sine diuina dispensatione, nam quod suo genere est prohibitum, nulla ratione fit licitum, nec mentiri liceat, ne pereat mundus. Nam & si maius sit bonum totius naturæ, quàm priuatus honor, non tamen interficiendus est iustus etiam Rusticus, vt patria saluetur. Et si tantum mater, & filius saluarentur in mundo, nõ possent coire, nisi Deo reuelante, & ad eum esset recurrendum. Aduersus hanc opinionem sunt, quæ adducta sunt. & ut Spineus in suis quodlibet. testatur Clemens Septimus Pontif. Maxim. Anno 1534. Mense Martij, post diutinas controuersias inter Theologos, ac iuris pontificii Doctores, decreuit, ac determinauit hoc esse sentiendum.
Argumenta soluit Spineus, nec nostrum omnia referre, aut confutare.

14 *Matrimonij gradus nullos potest Papa dispensare.* HÆR. Communis assensus Theologorum, imò & vsus Romanorum Pontificum hoc dictum damnat. Nam, (vt testis D. Anton.) Martinus Quintus, dispensauit vt vnus acciperet sororem eius quã fornicarie cognouit. Rex Portugalliæ duas sorores habuit prima defuncta.
Cum Rege Siciliæ fuit dispensatum, vt acciperet sororem Patris, non ex utroque parente, sed ex vno tantum. Rex Angliæ contraxit cum vxore fratris defuncti, quia quãdo decedit frater sine liberis potest papa dispensare, & hæc est lex Deuteron. sic Diu. Augustin. exponit. Vgo. Liran. Turr. Cremat. distinctio. 35. quæstione secunda. Et est determinatio Ecclesiæ, de diuortiis. capit. Deus. Vbi statuitur, quòd conuersi ad fidem & habeant vxorem fratris secundum legem Moysi remaneant. Naturale est enim fratris suscitare magis ex uxore mariti, atque etiam ipsius mulieris, magis ex stirpe mariti appetere filios.

Post

Post multa Concil. Trid. cap. 5, in fine, aduertit, quòd in secundo gradu, non dispenset, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Et Caie. 2.2.q. 154.9. dicit, quòd in omnibus potest Papa dispensare preterquam, cum patre, & filia, quia ius naturale uetat. Imò si tota humana natura deficeret, non potest nisi Deo reuelante. Palud. 3.d.340.q.2.

15 *Matrimonium non habet determinatam materiam, ac verborum formam veluti alia Sacramenta.* HÆR. Nemo etiam in Phylosophia modicè uersatus auderet hoc docere. Quæ enim est actio, quæ præfixam non habeat formę uerborum, ac materiã. Etenim actus quilibet bonus, vel prauus erit, ac ea de causa uirtus, uel uitiũ erit, atque ideò & materiam circa quam, & verba, quibus in aliquo genere locetur. Verba ergo, quæ exprimunt consensum, sunt forma: materia verò sunt actus exteriores, benedictio verò Sacerdotis non est forma Sacramenti, sed Sacramentale quoddam. Vt docet. D. Tho. 4.d. 26.q.2. primo ad primum. Ricardus verò arbitratur, quòd verbum primo prolatum ab altero coniugum sit materia, & uerbum secundo prolatum ab alio sit forma. Quando ergo dicitur, ego accipio te in uxorem, habet locum materiæ, & quando subiungit. Ego accipio te in uirum est loco formę. Sic & Bon. 4. dist. 28.q.5. Et Scholastici omnes.

16 *Matrimonium contractum inter mutum, & mutam solis nutibus, non est Sacramentum.* Scandalosa. Non auderem uirum nostræ Religionis doctissimum oppugnare, nisi ille obstaret omnium Doctorum consensui. Melchior Canus, libro octauo, capitulo quinto ad tertium, de locis Theologicis, putat, ac probat matrimonium solis nutib. contractum non esse Sacramentum, cuius sententia pugnat cum eo, quod à patribus in sacro Concilio Florentino fuit definitum.

Cum enim Concilium illud, formam omnium Sacramentorum explicasset. Tom. 3. pag. 105. de sacramento matrimonij uerba faciens dixit, uerba contrahentium, esse non formam, sed causam efficientem, quia in Sacramentis causæ efficientes, habent rationem materiæ, & formæ, quia nõ habent eam imaginem extrinsecam materiæ, & formæ, & sunt quasi materia non uerè materia. Tridentina Synodus docet, quòd libero contrahentium consensu uera sunt matrimonia. Hic interuenit mutuus consensus, ergo uerum erit Sacramẽtum. D. Thom. tertia parte q. 29. articulo secundo. Scribit, quòd mutuus consensus animorum constituit uerum matrimonium. Scholastici omnes satis esse assensũ contendunt. Non enim exigitur, vt equa lance omnia Sacramenta mensuremus, sed in aliis exigitur expressa uerborũ prolatio, hic uero consensus quouis modo expressus. Vt docet. D. Tho. 4.d. 27.q. prima 2.q1a.2.

17 *Matrimonium contractum per procuratorem est ne uerum matrimonium?* Si expendantur quæ ad Sacramentum matrimonii exiguntur, profectò negandum erit, matrimoniũ per procuratorem contractum esse verum matrimonium. Nam receptio Sacramenti est personalis. Secundò dormientes non possunt contrahere matrimonium, ergo nec absentes per procuratorem. Tertio, quis poterit absolui per procuratorem? ergo neque matrimonium cõtrahere. Quarto Sacramenta exigunt personam suscipiẽtem, & cui ministrantur, ergo non sat erit procurator. Licet tamen non sit Sacramentum est uerum coniugium, dirimens quoscunque contractus. Poterit & hoc coniugium facilius dirimi authoritate Apostolica, quam si esset contractum per ipsos consanguineos. Caiet. in quodlib.

18 *Matrimonium contractum, non propter prolem, sed alia de causa, puta propter fornicationem, est ne licitum?* Quatenus ex communi doctrina Sanctorum colligere potui, non uereor affirmare, matrimonium tale esse Sacramentum, ac licitè contractum. Dauid namque, qui accepit puellam vt eum calefaceret, non accusatur. Si etiam mulier velit accipere Eunuchum in virum erit verum matrimonium, & si hoc non sit neque ad proles suscitandas, neque ad libidinem explendam. Sed vt aliis de causis auxiliari possit. Saluatur namque in his finis matrimonij proximus, qui est mutua potestas corporis.

Senes etiam nunquam hac de causa coniunguntur, ut coeant. Iacob ob pulchri-

tudinem accepit Rachelẽ. Ille etiam qui accipit propter diuitias non peccat, nisi sit finis primo intẽtus, sed quod sint causa applicationis, & primarius finis sit coniugiũ. Vt in suo simili eueniret. Quod Sacerdos non sit celebraturus, superuenit amicus & celebrat, non peccat. Hinc soluitur hæreticorũ obiectio, interuenit pecunia in matrimonio, ergo vel committitur Simonia, vel non est Sacramentum. Neutrum est, sed datur pecunia pro matrimonio, quatenus officium est naturæ. Caiet. in quodlib. Ferr. 4. cont. Gent. c. 78.

19 *Matrimonium Clandestinum est verum matrimonium?* Doctores Scholastici affirmant illud esse verum Sacramentum vbi interuenit mutuus consensus expressè, etiam ꝙ desit minister, vel testes. Prohibitum tamẽ est propter scandalum, & reddit utrunque coniugem infamem, cum periculo homicidij aduersatur etiam vitæ humanæ, quæ in politia consistit, hinc Euaristus Papa nominat adulteria, nedum stupra, & fornicationes. 30. q. 5. c. Aliter. Si ergo vocat adulterinum contubernium, quomodo erit Sacramẽtum. Probant alij, ꝙ matrimonium si fuerit clandestinum, idest sine Sacerdote, non potest d ci clandestinum etiã quia est sine testibus, vel sine denunciatione) tunc non erit Sacramentum. Calyxtus, in epist. ad Galliarum Episcopos. Cyricius ad Cumerium Tarracon. Episcopum, c. 4. Nicolaus 31. q. 2. c. Lotherius. sic Horsmida. Euaristus. Isidorus, quos refert Gratianus. 30. q. 5. Prodidere. sic Concil. Cartag. vt refertur 30. q. 5. cap. sponsus. Lugdun. vt habetur 35. q. 3. c. Nulli. Later. de sim. c. cũ in Ecclesiæ corpore. Cõstantiense sub Martino V. in fine Concilij. sic Clem. de priuigiis Religiosi. Amb. epist. lib. 1. epistolarum epist. quę scribitur ad Vigilium. Qui omnes ea ratione affirmant esse Sacramentũ, si interueniat Sacerdos. D. Thom. etiam 4. cont. Gentil. c. 78. Sacramenta ea esse, quæ per ministros Ecclesiæ dispensantur. Concil. Trid. sess. eadem. c. 1. in principio, de reformatione uidetur aliter decernere. Quod verè sint matrimonia etiam clandestina, licèt prohibeat & annullet quãdo sic fuerint contracta.

20 *Matrimonij actus ante benedictionem nullum est peccatum.* HAER. Qui Sacramentalia Ecclesiæ cõtẽnit hic nemine Catholico refragante peccat saltem uenialiter. Licèt ergo nulla lex apertè dicat esse peccatum, quoniam Ecclesiæ consuetudo, quã in Concil. Trid. innouauit obligat contrahentes, ut prius à Parocho benedicantur, qui transgreditur ad libitum certè veniale crimen committit, si interuenerit contemptus erit mortale. Caiet. in quolib.

21 *Matrimonium contractum, an ante carnalem copulam possit dirimi, sine Religionis ingressu?* Variè loquuntur Doctores. Namque Magister, quem aliqui sequuntur negat posse dirimi, 4. dist. 26. At D. Thom. D. Anton. & Caiet. affirmant posse Romanum Pontificem illud matrimonium dirimere. Nam duo sunt in matrimonio. Primo significat coniunctionem animæ cum gratia. Secundo coniunctionem Christi cum Ecclesia, ideò & quo ad aliqua significata potest dirimi. Et licèt Dominus dixerit. Quod Deus coniunxit; aduertendum illum dixisse, post ea verba. Erunt duo in carne vna, sic & D. Paul. ad Aphes. Leonem huius fuisse sententiæ ex magistro colligitur, ac Gratiano 27. q. 2. Romani alij Pontifices id decreuerunt. Vt Eugen. Quartus, & Martinus Quintus, quarum diplomata D. Ant. testatur se legisse. Ratione suadetur. Illa coniunctio non est tanta, quin per Religionis ingressum, non possit dirimi, ergo Papa poterit. D. Thom. quarto, distinc. 27. quæst. prima, artic. 3. quæstiuncula 2. ad primum scribit. Matrimonium contractũ significat coniunctionem spiritualem inter Christum, & animam, & tamẽ est solubilis. Et ad secundum repetit, matrimonium contractum tantum non est perfectũ & ideò non habet omnimodam indissolubilitatem. Imperfecta ergo, ac perfecta copula reddit matrimonium solubile, &c. Caietan.

22 *Matrimonium potest ne Eunuchus, aut Castratus contrahere?* Ex doctrina D. Thom. ac fermè omnium Theologorum respondetur. Quod si mulieri talè impedimentum fuerit notum, & voluerit contrahere poterit, quoniam alia de causa copulatur, quã ad prolem multiplicandam, & sicut multis de causis potest contrahi matrimoniũ, sic non est coartandum ad vnam tantum. Hanc sequitur Pal. & D. Anton. Armilla.

Ver-

Verbo, Matrimonium. 48.

23 *Matrimonium infidelium, si vnus, vel ambo ad fidem veniunt debet dirimi.* Huius opinionis fuere nonnulli contra quos est authoritas Innocent. de diuortiis, cap. Gaudemus, dicens. Per Sacramentum baptismi non soluuntur coniugia, sed crimina dissoluuntur, & confirmant Theologi, ex Decretali, de conuersione fidelium. Si verò alter infidelium pertinax fuerit, tunc fidelis non poterit cum eò habitare, sed dêt se separare, quo ad thorum, si nō quò ad vinculum, & hoc docuit D. Paul. 1. ad Corint. septimo, & 28. quęstio. prima. c. Si infidelis. Si enim dirimeretur matrimonium scandalum oriretur, si quando ad fidem cōuerteretur, & vellet cum eò viuere. At si infidelis, non modicus contra nostram fidem insurgat, poterunt etiam simul habitare; non tamen cogitur, sed remanet fidelis sui iuris, ac quod voluerit amplecti poterit, nempè reijcere, vel detinere. Hanc sententiam sequuntur in 4. d. 39.

24 *Matrimonij actus sunt peccatum.* Armeni. Almaricus. HAER. Negarunt nuptias isti, ac affirmabant esse licitas, vel permissas, vt maiora mala euitari possent, quos errores Almaricus sepultos iam ad auram reuocauit. Cuius hæresim impugnant Catholici. Quoniam repugnat hæc opinio peruersa, nedum sacris litteris, sed etiam legi naturæ, nam actus coniugales sunt iustitiæ, quoniam vir potestatem habet in corpus mulieris, vt admonet D. Paul. & 1. ad Tim. scribit. Quidam discedent à fide, in spiritu Dœmoniorum prohibentium nubere, & iubentiū abstinere à cibis quos Deus creauit. Hoc de fide probat Ecclesia ex verbis Domini supra nominatis.

25 *Matrimonij impedimenta vanæ sunt ab Ecclesia inuenta.* HAER. Qui more belluino viuere volunt nullum agnoscunt discrimem, & pro suo uelle laxatis habenis veneri se totos mancipatos dederunt. At qui & naturæ legibus astringuntur, qui Dei præceptis inseruire student, non cum quouis matrimonio copulantur, vt ex Leuit. diximus.

Talia ergo sunt impedimenta.

Error, conditio, votum, cognatio crimen.
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas
Si sis affinis, si fortè coire nequibis
Hæc socianda vetant connubia iuncta retractant.

In quorum explanatione scribit Hostiens. & Theologi. De impedimentis scribit Calixtus I. epistola secunda, capit. quarto. Coniunctiones cōsanguineorum fieri prohibentur, quando has, & Diuinæ, & seculi prohibent leges. Leges ergo Diuinæ hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solum eiiciunt, sed & maledictos appellant. Leges ergo seculi infames tales vocant & ab hæreditate repellunt, &c. Hæc ille. Concil. Lateran. Generale, sub Innocentio Tertio, capit. 50. Non debet repræhensibile iudicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoq; varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit, quoniam ipse Deus ex his, quę in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo. Cum igitur prohibitiones de coniugio in secundo, & tertio affinitatis genere minimè contrahendo &c. Post alia. Prohibitio quoquè copulæ coniugalis, quartum consanguinitatis, & affinitatis gradū de cætero non excedat, quoniam in vlterioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari. Hæc Concilium Trid. sess. 24. Canon. tertio, & quarto, & in Decreto de reform. renouat omnia hæc.

Primum ergo impedimentum est error. Vt si intendo contrahere cum vna contraho cum alia, vel cum primogenita, & erit secundo genita, tunc non est matrimoniū, quia est error circa personam, & quo ad substantialia, vt dicit Schola. Si error sit quo ad accidentalia, vt puta arbitrabar esse pulchram, & est deformis, tenet, quia iam consentit in personam.

Secundum, est conditio, vt dictum est esse liberum & est ancilla vel seruus, quia ergo sit deterioris conditionis nullum est matrimonium. At si seruus contrahit cū Domina, quam putabat esse seruam tenet, quia nobilioris est conditionis.

Tertium, est votum. Quando quis est professus Religionis approbatæ, & hoc, vel tacitè, vel expresse non potest contrahere, & si contrahit nullum est. Si verò fuerit simplex uotum, impedit contrahendum, at non dirimit contractum, sed si contra-

hens excommunicatur. Qui verò in minoribus ordinibus fuerit constitutus, si contrahit non dirimitur.

Quartum est cognatio, vel naturalis, uel spiritualis, vel legalis. Naturalis impedit vsque ad quartum gradum inclusiuè. Spiritualis cognatio in Sacramento baptismi, & confirmationis contrahitur. Legalis est per adoptionem, vt inter adoptantem, & adoptatum, & filios, ac nepotes. Impedit etiam inter adoptatum, & filios naturales adoptantis, ac legitimos. Demum inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter adoptatum, & vxorem adoptati.

Quintum est crimen. Quod in duplici est genere. Homicidij & adulterij. Si enim alter coniugum quærit interficere alterũ, ille qui occidit, non potest accipere eum, qui superest viuus. Quando etiam alter coniugum adulteratur, & quærit interficere per se, vel per alium, tunc copulari non poterit cum eo, cum quo adulterium commisit, de hoc plures sunt casus.

Sextum impedimentum est disparitas cultus, vt baptizatus cum infideli, poterit tamen cum hæretico.

Septimum. Quando vi, ac violentia cogitur quis accipere in vxorem, & talis fuerit vis, quæ cadat in constantem virum, quam & vir constans timeret, & quia aufert libertatem, ideo impedit contrahendum, & dirimit contractum. Octauum est ordo, nam si quispiam fuerit sacris initiatus, non poterit contrahere, & si contrahit non tenet & est excommunicatus.

Non est ligamen. Qui enim alteri alligatus fuerit per verba de præsenti, nõ potest cum alia contrahere, & si contrahit matrimonium nullum est, etiam quod non consummasset cum prima, secus tamẽ est, quando sunt tantum sponsalia.

Decimum est iustitia publicæ honestatis. Quæ est ex Ecclesiæ statuto, & est propinquitas ex sponsalibus proueniens. Et conuenit cum affinitate, & cognatione. Differt verò ab affinitate, quia affinitas prouenit à carnali copula, & à spirituali cognatione. Differt à propinquitate, quæ dicitur consanguinitas, quoniam hæc non est ex Ecclesiæ institutione, sed à naturali generatione. Quod vt magis elucescat, exemplo expono. Vetat iustitia publicè honestatis, grã cõtrahere matrimoniũ inter illos, inter quos sunt, vel fuerunt sponsalia purã, & certa, & hoc vsque ad quartũ gradum. Vt Laurentius mortua sua sponsa, vel etiam viuente, non potest contrahere cum aliqua consanguinea suæ sponsæ vsque ad quartum gradum. Quod tamen non esset, si sponsalia ex defectu consensus, non essent vera sponsalia. Sic D. Thomas exponit in quarto, & Ricard. quarta d.41. quæstione tertia, artic. primo. Palud. quæstione secunda. Et innouat Concil. Tridẽ. Vbi supra.

Vndecimum affinitas, de qua supra, & vsque ad quartum gradum.

Duodecimum, est impotentia coeundi, quæ de se euidens est, vel apud summulas legat, qui non percipit, quia fusius de his scribere non exigit nostrum institutum.

Melchisedech.

Melchisedech non fuit purus homo, sed Angelus, vel Spiritus sanctus. HAER. Primæ sententiæ fuit Origenes si D. Hieronym. credimus, in epistola ad Eugenium, quam opinionem Dydimus Origenis discipulus est sequutus, vt idem D. Hieronym. testatur Diuus Augustinus, lib. quæstio. veteris, & noui testamenti scribit, eum non fuisse hominem purum, sed quandam Dei virtutem, videlicet Spiritum sanctum, qui tũc in forma humana apparuit. Hæc Diuus Augustinus quæstione 109. Idem in libro de hæresibus, loco trigesimoquarto. Hanc hæresim Melchisedechianis ascribit. Vnde aliqui hac de causa negant librum quæstionum noui, & veteris testamenti esse Diui Augustini. Si etiam Diuus Augustinus eius fuisset sententiæ saltem retractasset. Epiph. lib. secũdo, aduersus hæreses, q̃ hæresi decimaquinta refert, quosdam dixisse. Melchisedech fuisse unigenitum ipsum, ac naturalem Dei filium, qui in humana specie Abrahæ apparuit. Iudæi tradunt illum fuisse hominem iustum, Dei Sacerdotem, sed ex impura meretrice natum, & ob id tacet scriptura genitores. Ireneus, & Hippolitus dicunt fuisse Regem Hierosolymæ, quæ primum salem postea Iebus, ad extremum Hierusalem appellata sit. Diuus Hieronymus putat

non

non fuisse Regem salem, sed regnasse in salem oppido iuxta Schytopholim Regionis Sichem in tribu Ephraim, vbi palatiũ Melchisedech fuisse magnificum ex magnitudine ruinarum diiudicatur. D. Thomas scribit ipsum esse primogenitum Noe licèt scriptura non dicat. tertia par. quæst. 22. sexto, ad tertium. Liranus in Genesim, capitulo decimoquarto non dissentit à Diuo Thoma. & exponit verba Apostoli ad Hebræos, capit. septimo. Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque principium, neque finem dierum habens. Quia scripturæ non nominat, nec scripsit sub eius nomine. Vel dicerem, quòd ad allegoriam loquitur D. Pau. nempè de Christo, qui fuit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Sic etiam Felicianus explicatione 17. probat. & Sixtus. tomo secundo, lib. quinto, annot. 91. Et hæc communior est sententia: nam scriptura dicit, quod erat Sacerdos, ac Rex, & obtulit pro Abraham panem, & vinum.

Mendacium.

- Mendacia verba vocat Pharao, verba, quæ loquebatur ei Moyses. Exod. 5. b
- Mendacium non suspiciendum à iudice. Exod. 23. a
- Mendacium fugiendum. Leu. 19. b
- Mentiens se Saulem occidisse, occiditur à Dauide. 1. Reg. 1. b. c
- Mendaci Sibę dat Dauid bona Miphiboseth. 2. Reg. 16. a
- Mendacium officiosum vnius Prophetæ, ut alterum pasceret describitur. Tertij Regum 13. c
- Mendacem spiritum mittit Deus in os Prophetarum, vt decipiant eos, qui verbum suum contemnunt. Tertij Regum vigesimosecundo. c. d
- Mendacio conficto, accipit Gienti munera. 4. Reg. 5. f. g
- Mendax omnis homo. Isa. 9. d
- Mendacem diuitem adit Dominus. Ecclesiasti. 25. a
- Mendaces Iudæis. Io. 7. d.
- Mendacij pater diabolus. Io. 8. f
- Mendax Spiritui sancto Ananias cum vxore Saphira moritur. Act. 5. a

Mentiri.

Mentiri licet quandoque. Erasm. HAER. Asserit Erasmus mentiri cum res postulat nullum esse piaculum, verum pro re, & tẽpore expedire.

Confutatur primò ex sacris literis. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Secundo delictum oris ipsorum, sermonem labiorum.

Tertiò sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, linguam mendacem, proferentem mendacia, testem fallacem. Et os, quod mentitur occidit animam sap. Esai. quoque ait. Veh filij mendaces. Ecclesiasti: decimonono. Noli velle mentiri omne mendacium. Diuus Paulus ad Ephesios capitu. quarto. Propter quod deponentes omne mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Et ad Colossens. decimotertio. Nolite mentiri inuicem. Innocentius Tertius. titulo de vsuris, capitulo super eo, Docet non esse pro uita alterius seruanda mentiri. Diuus Augustinus libro de mendacio, furius probat non esse vnquam mentiẽdum. Isidorus lib. Synonimorum, ait. Omne genus mendacij summopere fuge, nec casu, nec studio loquaris falsum nec etiam, vt præstes mentiri studeas, nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas, caue mendacium in omnibus. Hæc Isido. Scholastici in hanc ueniunt sententiam.

Rationibus confirmo. Voces sunt signa conceptus animi, vt scribit Aristot. primo Periem. Ergo oportet voces esse consentaneas illis; alioquin si dissentiunt non indicant, quæ animo sunt concepta.

Ergo, qui mentitur agit contra naturæ instituta, quod nec bruta faciunt, quæ clamore, & sonitu suos indicant affectus. Secundo, si licet mentiri, quomodo homo erit animal polliticum, ac disciplinabile? Et sic tollitur omnis cõuictus, commercium omne corrumpitur si mentiri licet. Et quam fidem vnus alteri præstare poterit? Nam semel mentienti, non est cur ei amplius credamus. Tertio, priuata commoditas, non est publicæ utilitati comparãda.

da. Ergo nec in priuato negocio licèt mentiri, vt bonum hoc totum videatur aboleri Stet ergo Erasmus suis ac suorum mendaciis, nos uero ueritatem loquamur, quoniã Deus uerax est, &c.

Obi ectionas Hæreticorum.

Variæ Sanctorum Patrum sententiæ erroris causa fuere, quod alii minoris nominis errauerunt. Quæ ex sacris literis habent originem. Primus locus. Gen. 12. Dic igitur obsecro te, quod soror mea sis, & sic suasit saræ, vt affirmaret eius sororem esse, cum esset uxor. Huic respondet. D. Aug. Et communis schola, quòd Sara erat Soror ipsius, quia erat filia fratris, nec negauit esse uxorem, occultauit ergo ueritatem, non tamẽ est mentitus, aliud enim est occultare ueritatem, & aliud mentiri, aliud falsum dicere, aliud uerum tacere. Primum semper fuit licitum, non tamen secundum. Secundo, Iacob mentitus est, & subripuit benedictionem Esau. Gen 27. Dicitur, quòd Iacob dixit verba mendacij, non tamen est mentitus. Nam & si persona nõ esset Esau, fuit officio & dignitate, typice ergo loquutus est. Sicut Dominus dixit Ioan. bapt. esse Eliam, non in persona, sed officio. Tertio, obstetrices remunerauit Deus, ergo licèt mentiri. Respondeo, quòd illa merces fuit non de mendacio, sed pro beneuolentia erga Deum. Quartò, Moyses petijt uasa ab Aegyptiis, ut comodarent, & tamen nõ restituit. Respondeo, quòd pro iusta eorũ mercede acceperunt, nec restituere teneãtur, quæ pro commodatione tantum petierant. Exod. 12. Quintò, Ioseph mendaciũ cum iuramento confirmauit. Gen. 24. Per salutem Pharaonis exploratores uos estis. At respondeo, quòd Ioseph nõ iurauit absolute. eos esse exploratores, sed ex conditione, ait enim. Mittite ex uobis vnum, & adducat eum, donec probentur ea quę dixistis uera an falsa sint, alioquin per salutẽ Pharaonis exploratores vos estis. Vel ut D. Augu. q. 139. super Gen. ly estis, interprętandum est, pro habimini. Sexto, micos decepto Saule liberat, à morte Dauidem. 1. Reg. 19. Respondeo, quòd peccauit, nec eius mendacium scriptura approbat, sed pietatem, atque alias uirtutes. Septimo, Dauid coram Achis, mutauit faciem suã, & dimisit eum. 1. Reg. 21. Eadem responsione, qua in superioribus, quòd simulare licèt, ac mentiri minime. Octauo, Hieu Rex Isael, quoniam Sacerdotes Baal interficere non poterat, nisi simulasset se uelle Idolis sacrificare. Ego seruiam in multis, &c. 3. Reg. 16. Proxima responsio ad septimum soluit etiam hoc. Nono, Iudit simulatione uincit Holofernem. Iud. 12. Dicitur, quòd simulare licèt. Vel ut Caietan. Hoc ex pio affectu dixit, secundum mysticum intellectum ideò, nec est mentita. Decimo. Micheas dixit, cap. 2. Vtinam uir essem, non habens Spiritum, & mendacium potius loquerer. Respondeo, quòd dixit hoc ad maximum desiderium exprimendum, & maximam rei certitudinem estq; figurata loquutio. Vndecimo, Esa. cap. 38. dixit Ezechiæ. Morieris, & non uiues. Dicitur, quòd comminatoria est loquutio, sicut & illa Ionę Niniuitis, de subuersione. Duodecimo, Dominus dixit. 3. Reg. 22. Ego ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum. Respondeo, quòd non præceptum, aut Consilium significat, sed permissionem, sicut & illud. Quod facis fac citius. Decimotertio, ex nostræ legis fundatores mentiri non esse piaculum suadetur. Nam D. Paul. simulatæ Petrum repræhendit, Gal. 2. Vt sic Iudæos Christo lucrifaceret. Et idem Timotheum circuncidit. Verum in superioribus hæc sunt exposita. Decimoquartò, Doctores inter quos Chriso. Hom. 32. Super Gen. id docet. Et Hom. 53. Et libro primo de Sacerdotio, probat laude dignum Imperatorem, si fraude non armis inimicos uicerit. D. Hieron. in epistola ad Gal. in ea uerba: Quia repræhensibilis erat, non esse absurdũ si necessitate astringente mentiatur. Hæc dicta possunt pie interpraetari, quòd affirment licitum esse mentiri, sed simulare, ut sępius diximus.

2 *Mendacium est simulare, vel fingere aliquid.*

TEM. Maximis differunt interstitijs mẽdacium, & simulatio, vt ostensum est. Sic & de Dauide legimus, quem dum persequeretur Saul simulatè ad Achis venit. Ait. n. scriptura. Et immutauit os suum coram Achis, & collabatur inter manus eorum, & im-

impingebat in ostio portæ, fluebantque saliuæ ex ore eius in barbam, & ait Achis ad seruos. Vidistis hominem insanum? quare duxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi? Sic ergo amentiæ signis se saluauit Dauid. Differt vero mendacium à simulatione. Quia unum est falsa verbis significatio, alterum vero est falsa facti, & c. Ideò & si vtrunque sit peccatum, non tamen idem sunt. D. Tho. 2.2.q. 111. 1. Nec tamen arbitreris lector pro eodem accipi, mendacium. Simulatio, & occultatio, duo enim prima sunt semper peccatum, at nō tertium. Vt scribit. D. Aug. in Psal. tertium, & sic Sancti occultarunt veritatem, quòd non est vetitum.

3 *Mendacium omne mortale est peccatum*. ERRON. Diuidunt mendacium Doctores, in perniciosum, iocosum, & officiosum. Primum est, quòd in damnū vergit alterius. Alterum quando ad bonum delectabile ordinatur, uel utile. Tertium est etiam, quod ad vtilitatem alterius dicitur. De ratione primi est intentio nocumenti inferēdi, de secundo, vt delectet. Tertiī verò ut adiuuet. Hinc collige, quod qui dicit aliquid non animo detrahendi, non detrahit formaliter, nec peccat mortaliter, nisi fortè per accidens, ratione damni, quod ex ea oritur, hoc eodem modo mendacia perniciosa liberanda sunt, nisi per accidens in in materia fidei, uel damni. Omne tamen mendacium est peccatum, non tamen omne est lethale, nam iocosa, & officiosa, nā finis non est talis, ut mortale cōstituat. Hæc Caiet. art. 5. Et inferius. q. 124. art. 5. Repetit. Quod potius moriendum est, quā mentiendum, etiam uenialiter. Nam mendacium est contra legem, quia prohibitum, & quia tollit feruorem charitatis.

Mendacitas.

Mendacitas Religiosorum damnanda est. HAERET. Oderunt Hæretici, Vuicl. Luth. Eras. mendicitatem, imò omnem Religionis actum, quia eorum mala opera sic redarguuntur. Ecclesia vero mendicitatem approbat, quia nec Dominus domum, uel aliquid simile [illegible]it. Et Sanctissimum conuiuium cum esset celebraturus necessaria ab aliis quæsiuit. Alia scribit Amb. Catar. lib. 2. annot. cont. Caieta. probans, quòd Christus mendicauerit. Vt de Asello quo Hierosolimam est ingressus, & quoniam à Zacheo hospitium mendicauit, & à mulieribus, uictum quæ ei de facultatibus suis ministrasse legitur Hic aduertè lector, ne errare contingat, aliud nāque est affirmare Christum mendicasse, aliud vero nihil habuisse proprium, uel conseruasse. Primum non est hactenus definitum esse de fide, licèt Caiet. probet nō mendicasse, & è contra Catherinus, ac Minoritæ, & Religiosorum mendicitas ab ipso Domino initium habuisse, quodcunque dicatur stat cum fide. At quod nihil proprii retinuerit est decretum à Ioanne 22. Et ad hunc sensum loquuti sumus verbo Christus, sequendo Caietani placitum. Nam quòd proprium conseruauerit negari non potest, nam misit discipulos vt panes emerent, & Iudas erat loculos habēs, cum quo stat, quòd & aliquando potuerit ea mendicare, vt ex locis adductis probant aliqui, hinc religiosa mendicitas D. Dominici, ac Francisci Originem sumpsit. Vt supra contra Caluinum diximus Clericus.

Mercatura.

Mercatura ac negociatio extirpanda esset. Eras. HÆR. In moria de scribit Erasmus, quod omnium stultissimum ac sordidissimum negociatorum genus est, quippe qui rem omnium sordidissimam tractent. Quibus uerbis damnat mercaturam, non mercatorum mores, quam tamen velut necessariam humano vsui patres cōcedunt, & approbat Ecclesia, & ex ueteri ac nouo testamento confirmatur. Nam Abraham emit agrum ab Ephron pro sepultura Saræ uxoris suæ. Gen. 23. Iacob misit filios in Ægyptum dicens, emite nobis necessaria. Gen. 42. Moyses docuit, vt à Moabitis cibos emerent, & aquam emptam haurire, & bibere. Deut. 2. In nostra verò lege scribitur Dominum misisse Apostolos, vt cibos emerent Ioan. 4. Et cap. 6. dixit Philippo. Vnde ememus panes, vt manducent hi. Et Matt. 16. Mulieres emerunt aromata, non ergo explodendus est mercator iustus. Ratione enim

enim demonstratur. Nam ad commune beneficium, & commodum est inducta, omnis enim alio indiget, & sumus inuicem alter alterius membra. D. Tho. secunda, secundæ q. 77.

Obiectiones Hæreticorum.

Primò loco arguunt. Dominus eiecit de templo uendentes, & ementes. Ergo mala est. Hoc ex ipsis uerbis Euangelij deducitur. Nam dixit Dominus. Fecistis domum patris mei domum negociationis. Locum ergo redarguit Dominus, non mercaturam. Vel auaritiam reprehendit, non exercitium uenditionis in se. Secundò. D. Chris. in opere imperf. Hom. 38. eijciendos esse eos mercatores arbitratur, qui emunt res, vt carius uendant. Dicitur, quòd vtique eijciendi sunt, qui auaritia adducti emunt, & vendunt, nec honesto sed rigoso precio, citra iustitiam. Tertiò, Cassid. Psal. 70. idem sentit. Hæc verba eodem modo sunt exponenda. Quartò, Dominus per Ezechiel. c. 28. Minatur multa mala, & Principi tyri, & negociatoribus. Respondetur, quòd pęnæ illæ dantur ob crudelem ac insatiabilem mercatorum auaritiam. Et quinto. Vendunt multo carius quam emant. Ergo reprobanda est mercatura. Dicitur ex communi Doctorum assensu, quòd mercator debet in uenditione plura considerare. Nā quandoque pretium est uariatū, tūc est cōsiderandum periculum, quoniam ex uno loco, in alium portauit, debet suum laborem expendere, demum & expensas, his deductis, ac consideratis, licite carius vendere poterit, nemo enim militauit vnquā stipendiis propriis, dicit. D. Paul. 1. Cor. 9. Et Dominus, dignus est operarius mercede propria. Matth. 10. Et qui pascit gregé, de lacte gregis viuere debet. Non ergo negociatio, sed negociationis iniquitas damnatur, inquit. D. Augu. in Psal. 70. Reling. six. Felic.

2 *Mercatura propter lucrum, vt propter finem ultimum, est nè licita?* Probant aliqui mercaturam licitam esse, etiam si eius vltimus finis, ac primo intentus, sit lucrum. Nam omnes ferè mercatores ea de causa emunt, & vēdunt, & uidetur iniquum omnes damnare. At D. Tho. 2. 2. q. 77. artic. 4. damnat tales mercatores, & peccare eos affirmat, nam talis non est finis honestus, nec necessarius, ideò arbitratur ꝙ liceat lucrari, nam lucrum non est uitium alicui virtuti contrarium, at constituere finem in lucro iniquum est. Possumus ergo lucrari, quoniam nostra donare non tenemur, nō tamen pro fine illud respicere. Caietan. & Armilla.

Meretrix.

Meretrix fugienda, nec sit in populo Dei, nec scortator, Deut. 23. b
Meretrix fugienda, Prou. 23. b
De meretricum pueris iudicium Salomonis, 3. Reg. 3. d
Meretricis ius erga Sampsonem, Iudic. 16. a. b
Meretrices præcedent in Regno Dei, Matthæi. 21. d
Meretrici adhærens, vnum corpus efficitur, primo Corint. 6. d

Meretrices non peccant, nec qui ad eas accedit.
HÆR. Duplici via scortatores, tantum crimen excusant. Prima à legibus permittuntur, altera quoniam Doctores (inter quos. D. Thom.) docent, non teneri ad restitutionem meretrices, iustè ergo acquisiuerūt. Sed eorū errorē reprǽhēdit, ac rationes soluit. D. Aug. lib. de decem cordis, ca. 10. Sic ait. Noli dicere tibi, quando fortè aliquid luxurianter uis agere, uxorem nō habeo facere possum quod uolo, non enim post uxorem meam pecco. Iam nosti precium tuum, iam nosti, quo accedis, quid manduces quid bibas, imo quem manduces, quem bibas. Abstine te, à fornicationibus. Ne fortè mihi dicas ad fornicationē vado, ad meretricem pergo, ad prostitutū eo, nec illud præceptum violo, quo dictum est. Non mœchaberis, quia vxorem non habeo, nec post illam aliquid facio, nec illud præceptum uiolo vbi dictum est. Non concupisces vxorem proximi tui, qui ad publicam uado, in quod præceptum incurro? Charius factus est tibi homo, quàm Deus? Ergo quomodo facis inquis ipsi Deo? corrumpis teipsum? Et unde iniuriam facio Deo, quia corrumpo me ipsum? Vnde

de tibi facit iniuriam, qui uoluerit fortè lapidare tuam tabulam pictam, in qua tabula imago tua est in domo tua inaniter posita ad vanum honorem tuum, nec sentiēs, nec loquens, nec videns? Si quis illam lapidet, nonne inte esse contumeliam factā attendis? Cum uerò imaginem Dei, quod es tu corrumpis inte per fornicationem, & per diffluentias libidinis attendis, quia ad nullius uxorem accessisti, attendis, quia post uxorem tuam nihil fecisti, quia uxorē non habes, & non attendis, per libidinis illicitas fornicationes, cuius imaginem uiolasti? Hoc iussit, hoc præcepit Dominus, ne per illicitas uoluptates corruat templum eius, quod esse cepisti. Nunquid hoc ego dico? Apostolum audite. 1. Cor. 3. & 6. Nescitis, quia templum Dei estis & Spiritus Dei habitat in uobis? Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. Videtis quomodo minatur. Non vis corrumpi domum tuam, quare corrumpis domū Dei. Hactenus. D. Augu. Ex quo colligitur, quod & si permittat Ecclesia meretrices, non sequitur. Ergo non est peccatum, imò est peccatum, quia bona non permittit, sed facit, mala uerò permittit tantum. Quod verò ad restitutionem attinet, fateor non tenetur restituere, imò dare tenetur, qui promisit, atque simulatis verbis acquisiuit tenetur restituere, non tamen quæ meretricio. 2. 2. q. 62. art. 5.

Meritum.

Meritum nullum est in homine, sed sola fide saluamur. Luth. Melant. Eras. HÆRET. Nos ueluti Pelagianos infamant Lutherani, qui non tantum meritum adimunt operibus bonis, sed omnia existimant vana ac futilia præter solam fidem. Ecclesia uerò ex sacris literis confutat hanc hæresim. Primo. Gen. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Secundo, Dominus dixit. Matth. merces uestra multa est in Cœlo. Et ca. 6. de oratione, ieiunio, & eleemosina, legitur esse iudicanda. Et cap. 10. Qui dederit calicem aquæ frigidæ. Et cap. 16. & 2. Corin. 5. Et Psal. 16. Reddet Deus unicuique iuxta opera sua. Et Gen. 15. Dicitur Abrahæ. Ero merces tua magna nimis. Hoc probat parabola de uinea. Matth. 20. Et de semine quoniam fructū afferunt in patientia. Rursus. Matth. 5. Beati pauperes Spiritu quoniam ipsorum est regnum Cœlorum. Et D. Paul. Pluries id ipsum scribit. Ad Rom. 2. Non auditores legis iustificabuntur, sed factores. Et 2. ad Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ, nō solum autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius. D. Pet. 2. ca. 1. Satagite, vt per bona opera vestra, certam vestram electionem faciatis. D. Io. 1. c. 3. Qui facit iustitiam iustus est, sicque iustus est, non solum, qui credit, sed qui secundum fidem operatur. D. Iacob. ca. 2. Sic Abraham iustificatum esse probat. Ex his locis nemo, nisi obstinatus negabit nos in bonis operibus uere mereri. Quæ sanctorū authoritate confirmare superfluum est, nō solum, quia iam in superiorib. id fecimus, sed quoniam apertissima sunt, ac satis quę adducta fuere.

2 *Meritum aliud congrui, vel condigni uana distinctio.* HÆR. Colligunt Doctores hanc nostrorum operum meriti distinctionem, ex sacra historia. Nonnulli Scholastici, dicunt, quòd dispositio, quę gratiam præuenit, potest nuncupari meritum de cōgruo. Inter quos Scot. 4. di. 14. q. 2. Et q. 4. 3. Dur. 1. di. 17 q. 2. & 3. Her. 1. d. 17. q. 3. circa primum. Henr quolib. 5. q. 24. Ferr. 3. 3. cont. Gen. c. 149. Alii dicunt, quod meritum cō grui, est quo primam gratiam meremur. D. Bon. uocat meritum congrui id, quo homo se ad gratiam disponit. 3. d. 4. q. 5. Gerson, uocat meritum congrui id, quo libere eligimus, & Deus acceptat, non ex debito iustitiæ, sed ex sua liberalitate. Merito ex congruo, qui est in gratia, alteri meretur. Vel dici potest, quod meritum ex cōgruo est omne id, quod meretur homo sine gratia quod tamen proprie loquendo non est meritum, ne cum Pelagio errare contingat, qui dixit, quod initium boni operis est à nobis, consumatio verò à Deo, vt scribit. D. Thom. 3. cont. Gent. cap. 149. Sic meruit Cornelius, Act. 10. Hoc idem dicunt de facto obstetricum. Exod. 1. Sic Ieu Rex, quia Sacerdotes Baal interfecit præmiatur. 4. Reg. 10. Et D. Paul. de gētibus dixit. Quod naturaliter ea quæ legis sunt faciūt. Quod etiam alteri quis mereatur, probatur, ex Ecclesiæ consuetudine, quæ orat ꝓ hęrticis, & Iudæis. Et D. Stephanus gratiam obtinuit. D. Paulo, ut docet. D. Aug. sermon. de S. Stephano, & scribūt. D. Gregorium Troiani

iani animam à gehenna liberasse. Hæc de merito congrui. Quo sensu. D. Aug. ad Paulinum epistola 106. dixit. Quod fides meretur charitatem. Meritum ergo congrui, ponimus in peccatore, sed dicitur meritum impropriè, quod vero est in iustificato est meritum propriè dictum, & sic uaria dicta D. Tho. conciliantur.

Meritum condigni est in homine gratia informato, quod tamen non est ex parte operum tantum, sed ex Dei gratia, ac liberalitate, quo meretur homo, & suis operibus datur præmium Dei gratia assistente, & qua sua misericordia debitorem se constituit. Imò D. Tho. 2.2. q. 61. 4. ad primum concedit, quòd in retributione mercedis Dei ad nos, sit iustitia commutatiua. Quæ exponit Caiet. Quod non saluatur iustitia commutatiua propriè dicta, sicut nec inter seruũ, & Dominum. Rursus, Deus, nihil, non suũ potest à nobis accipere, pro quo reddere teneatur, neque nos equiualens acceptis reddere possumus. Concurrit tamen ratio commutatiuæ iustitiæ, pro quanto datur res, pro re, præmium pro merito, quia uerò præmium, & pœna citra condignum datur. Forma verò iustitiæ commutatiuæ est æqualitas simpliciter, quæ modo exposito saluatur in nobis, quia laborantibus in uinea præmium fuit datum, ex pacto inquit conuenisti mecum. Punitio uero peccati ad distributiuam pertinet, unde de Iuda dicitur, quòd abiit in locum suum, & diuinum iudicium est actus distributiuè. Hæc Caiet. de merito condigno dixit Concil. Trident. sess. 6. cap. 16. Vitam æternam hominem promereri, si in Dei gratia decesserit.

3 *Merentur beati in Dei uisione*. TEM. Nedum Temeraria est propositio, uerum & Hæretica, si de merito propriè dicto loquatur. Nam currimus modo, ut compræhendamus, & accepta corona, non remanet propriè meritum, ut ex Apostolo habetur. Et ratio suadet. Nam quid mereri possumus. Non gloriam, quam suntiam assequuti, neque corporis quoniam ex anima redundabit necessario. Hinc docent Doctores, quòd ad meritum exiguntur tria, status uiæ, dominium operis, & charitas, vt scribit. D. Tho. 3. distincti. 18. 2. c. Hinc dicimus, quod inanimata, ac bruta non merentur. Non ergo merentur beati, quia non est in eis libertas ad utrunque oppositorum, nempè ad bonum & malum, non quia non sint bona eorum opera, imò sunt optima laude atque honore digna, non tamen meritoria imò potius habent rationẽ præmii. Hic uerò caue lector, quoniam nec minuit rationem meriti, non posse peccare ex assistentia diuinę gratiæ, ut fuit in B. Virgine & Apostolis post Spiritus sancti gratiam, sed defectus naturalis libertatis aufert meritum.

4 *Merita nostra sunt causa prædestinationis*. HAERET. De prædestinatione suo loco disputabimus, & explodetur hæc hæresis, ex verbis Apostoli ad Roman. nono. Iācob dilexi, &c.

Obiectiones Hæreticorum.

Conatur Caluinus, & alii omnem rationem meriti abolere.

Et primo instant. Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex uobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Hæc Diui Pauli ad Roman. vndecimò, ergo non est ex merito nostra salus.

Respondetur quod uerba. Diui Pauli non excludunt meritum, sed quod ex gratia est meritum non ex nobis, ne quis glorietur, ut Pelagiani.

Dico secundo, quod loquitur de prima gratia, quæ non cadit sub merito, & quæ sic gratia dicitur, non tamen excludit, quæ ad iustificationem requiruntur. Sic ex Gl. ordinaria Diui Augustini colligitur responsio.

Secundò, opera exiguntur non ut acquiramus fidem, ac per hoc, ut simus Christiani. Sed vt ostendamus nos esse christianos, sic Dominus dixit. In hoc cognoscent omnes quod mei estis Discipuli si dilectionem habueritis ad inuicem. Ioan. decimotertio, ergo non exiguntur opera.

Respondeo, quod fides sola non iustificat, vt scribit. D. Paul. Primo Corint. decimotertio. Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, &c. Nihil mihi prodest non ergo sunt signa tantum vt pessimè exponunt, sed causa meritoria.

Ter-

Tertio, fides sola facit bonos, ac iustos, nam prius oportet arborem esse bonam, quam fructus producat. Ergo & homo prius est bonus, & iustus per solam fidem.

Respondetur, quòd fides facit bonos initiatiue, gratia uero formaliter, ac completiue per opera.

Quartò, satis est Christi passio, empti enim precio magno primæ Corint. sexto. Ergo superflua sunt nostra, si suo merito meremur.

Respondeo, quòd passio Christi communicatur nobis per merita sua primo, sed ut capaces simus & coniũgamus Christo requiruntur & nostra. Nam quid prodest oculis orbato lux Cœli, sic nihil, qui per opera non coniungitur Christo. Namque non omnis, qui dicit mihi Domine Domine intrabit in Regnum Cœlorum. Et qui bona egerunt ibunt in uitam æternam, Matth. 25.

Quintò, pergunt addere, quomodo Deus dat præmium propter Christum, & propter nos. Respondeo, quòd Christus est qui nobis primo meruit, & quia sine mediis non distribuit Deus præmium nobis, ideò exiguntur nostra opera.

Sexto ex patrum testimoniis nituntur hãc veritatem euertere. Basil. Psal. 114. super ea verba. Cõuertere animam meam, &c. ait. Proposita est æterna requies his, qui legiti mè in hac uita decertarunt, quæ quidem non secundum operum debitum, ac meritum retribuuntur, sed iuxta Magnificentissimi Dei gratiam his, qui in ipsum sperauerunt exhibetur. Dicitur, quòd D Basil. non excludit meritum bonorum operum, imò in Psalmo 61. scribit. Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur uobis, & inferius. Quia reddet vnicuique iuxta opera sua. Non negat ergo meritum, sed Dei misericordiam extollit, quia remunerat amplissimis meritis nostra opera.

Septimo, D. Bernard. Hom. 61. in Cantic. Cant. Meritum proindè meum miseratio Domini, non plane sum meriti inops, quamdiu ille miserationum non fuerit. Et paulo infra. Ipsa est enim mea, nempè factus es mihi tu iustitia à Deo.

Dicitur, quòd nec D. Bernard. vnquam meritum exclusit, qui Hom. sexagesimaoctaua in Cant. Cant. Ait. Sufficit scire ad meritum, quod non sufficiant merita, sed vt ad meritum satis est, de meritis non præsumere, mens ergo Sanctissimi Viri est, ut nemo de suis meritis præsumat, nec Calui. eius uerba rectè expendit, libro institu. cap. 10.

Octauo. D. Hilarius. Cano. vigesimoseptimo in Matt. Videtur aperte docere, quòd merita vnius, non prosint alteri dicens. Respondet, non posse se dare oleum, quia vnicuique lampadi suæ emere oleum sit necesse, & alienis operibus, ac meritis neminem adiuuandum, Ex quibus uerbis deceptus est Erasmus in scholiis à se editis in Hilarium. Respondetur, quòd intentio D. Hilarii est, non de his, qui in charitate uixerunt, & ex sincero charitatis affectu Sanctos interpellant. Sed negat ab eis, qui suã salutem pro nihilo habuerunt, quibus non est cur aliena merita prosint, cum sua nulla sint. Remanet ergo bonorum operum gloriosus fructus.

Michol.

Micheas.

Mi-

Micheas, quo tempore Prophetauerit, Michex. primo. a

Micheas non fuit vir Sanctus, ac Propheta. HÆRET. Ex sacræ scripturæ testimonio, ex sanctis patribus, atque ex Ecclesiæ approbatione tenent fidelem Micheam virum Sanctum fuisse, qui interpretatur humilis, ac coheres Christi, ortus est in Morastitæ, fuit de tribu Ephraim, licet aliqui scribāt ipsum fuisse ex vrbe Marela, quæ est in tribu Iuda. Vixit eo tempore, quo Oseas, Amos, & Esaias, sub Ozia Rege, vt tradit. D. Hieron. Prophetauit sub Ioatam, filio eius, ac Acaz, & Ezechia regibus Iuda. Vaticinatus est contra Hierusalem, & Samariam, contra Acab ac Prophetas falsos. Prædixit Domini aduentum, dicens. In posterioribus diebus Illustris erit mons domus Domini. Moritur præcipitatus ex alto loco, ac Marathi propria terra tumulum est sortitus, iuxta Polyandorum, anno ab orbe condito fermè ter millesimo ducentesimo quadragesimo. Hæc ex Epipha. de uita, & interitu prophetarum. Ex Athan. in Synopsi. Ac D. Hieronym. in Micheam, libro primo, capit. 2.

Minister.

Minister malus non est minister. Donatus. HÆR. Hoc errore commaculatus fuit. D. Cyprianus affirmans, quod baptizatus ab hæreticis sit iterum baptizandus, & cū Valdesibus Vuit. Vs, & Lutherani aliqui. Quod si uerum esset, quod docet, vane Dominus docuit. Quæ dicunt uobis seruatē, & facitè, secundum opera eorum nolite facere, quod non esset si non remanet potestas. Cayphas etiam, & si impius sententiā tamen tulit. Conc. Trid. sess. 7. Can. 12. Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quę ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent seruauerit non cofice re, aut conferre Sacramentum Anathema sit. Patres hoc senserunt. Chriso. Hom. 8. 1. ad Cor. Nihil propter Sacerdotis uitā Sacramenti gratia læditur. D. Amb. lib. de myst. iis, qui initiantur, cap. 5. Non merita personarum consideres, sed officia Sacerdotum. D. Augu. lib. 3. contra donat. de baptismo non ideò ueriora & sanctiora sunt sacramenta, quia per meliores ministrantur, illa namque per se ipsa vera sunt, & Sāncta propter verum, & Sanctum Deum cuius sunt. & lib. 4. c. 4. Si per vim Sacramenti Dei auarus dimittit peccata, etiam Hæreticus. Si per vitæ meritum nec istè, nec ille. Et Tract. 5. In Euang. Ioannis. Quid tibi facit minister malus, ubi bonus est Dominus? sint ministri iusti si uolunt, si autē noluerint, securum me facit minister meus, de quo spiritus eius dixit. Hic est, qui baptizat. Quos baptizauit Iudas, quos ebriosus, aut adulter, si baptisma Christi erat, Christus baptizauit. Demum li. 5 de bapt. contra donatistas, cap. 19. Quomodo aqua mundat, & sanctificat homicida? quomodo benedicunt oleum tenebræ? Si autem Deus adest Sacramentis, & uerbis suis, per quaslibet administrentur, & Sacramenta Dei, ubique recta sunt, & mali homines, quibus nihil possunt, vbique peruersi sunt. Bessarion Archiepiscopus Constant. lib. de Sacramento Eucharistiæ. Vnde non minus ab indignis Sacerdotibus, atque peruersis, quàm à bonis, sanctisque consecratur. Ex quo manifestum est, non orantis sāctitatem, sed ipsum Dominū propriis suis verbis à Sacerdote prolatis, panem, & uinum in proprium corpus transmutare. Hactenus Bess. D. Thom. 4. cont. Gent. ca. 77. rationibus corroborat. Primo, authoritas in ministris perpetuo manet, quia nunquā denuo consecrantur. Ergo nec tollitur per peccatum. Secundo, ministri Ecclesiæ, non agunt uirtutem propria. Nam Ioan. primo dicitur. Hic est, qui baptizat. Ergo nec per peccatum amittitur. Nec plura de hoc.

2 *Minister est superfluus in Sacramentis.* HÆRET. Misit Dominus Apostolos, ut baptizarent, ac Euangeliū diuulgarent. Ite prædicate Euangelium, &c. Baptizantes eos. Et alibi. Hoc facite in meam commemorationem. Ad quid enim eos elegit de mundo, ad quid piscatores esse uoluit, faciam vos fieri piscatores hominum. Hinc Flor. Synodus, in doctrina de Sacramentis dixit. Hęc omnia Sacramenta tribus perficiū tur, uedilicet rebus tanquam materia, uerbis tanquam forma; & persona ministri conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Quorum si aliquid desit non perficitur Sacramentum.

tum. Et Tridentina seß. septima, Cano. 11. Si quis dixerit in ministris dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem, &c. D. Aug. tract. 80. in Ioann. demonstrat in Sacramentis verbum ministri esse necessarium. Detrahe verbũ, quid est aqua, nisi aqua. accedit verbum ad elementum, & fit Sacramẽtum, etiam ipsum taquam visibile verbum.

3 *Minister malus non peccat administrando Sacramenta.* HAER. Voluit Dominus puros, ac ob omni peccato prorsus immunes esse suos ministros, & legitur. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Leuitic. 19. Mundamini qui fertis vasa Domini. Eccles. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Hinc Discipulorum pedes prius lauit. Qui ergo immundus administrat Sacramenta, polluit Sancta quatenus in se est. Ideo baptizare ex officio in peccato est peccatum. & apud Caiet. Ille est in peccato. qui non est contritus. Sic Doctores in 4. & D. Thom. 3. par. qõ. 64. art. 6. docet quòd baptizare in articulo necessitatis etiam in peccato mortali licet, quia est de necessitate salutis; qui verò ministrat alia Sacramenta in peccato peccat, quia non sunt adeo necessaria. Ibi etiam scribit Caiet. Quod, quando minister tenetur exhibere, possumus ab indigno petere, atque item, quando petens est in extrema necessitate, nam ab vsurario etiam petimus. & à Iudæo, Pagano, ac quouis alio baptismi Sacramentum petere possumus. Immo vero ex Concilio Constantiensi habetur, quòd non licet petere ab excommunicato, & si constiterit incidisse notoriè in excommunicationem, puta per violẽtam clerici percussionem. Hactenus ibi, & in quodlib.

4 *Minister non debet necessariò intendere, quod Ecclesia intendit, dum Sacramenta administrat.* HAER. Ex verbis Domini Florent. & Triden. Concilium probat esse necessariam intentionem Ecclesiæ, & sine hac intentione non perficitur Sacramentum, vt diximus. supra §. 2. Alia lege inferius verbo, Sacerdos, & supra verbo, Clericus.

Miracula.

Miracula non facit Deus. HAER. Nemo adeo obstinatæ est mentis, qui audeat hoc affirmare, quandoquidem ea quæ sacris literis continentur, omnia sunt miracula, si miraculum illud est, quod excedit naturæ vires, ac dęmonis facultatem. & extremæ dementię est miracula negare. Quid enim de creatione vniuersi orbis, de formatione hominis, de productione mulieris ex costa?

Quid de arca Noe, de turri Babel, de igne Sodomorum, de liberatione Israel ex Aegypto, de submersione Pharaonis, de manna de coturnicibus, de aqua ex petra percussa? Nonne Deus dedit Moysi virtutem, vt miracula faceret coram Pharaone, quo cognosceret eum à Deo missum. Exod. 4. b & 14. g Miraculis Deus ostendit se esse cum Iosue. Ios. 3. b Miraculũ grande fuit circa Eliam, & Sareptanam mulierem esurientẽ. 3. Reg. 17. Miraculum fuit quòd terra deglutiret Datan, & Abiron. Num. 16. Miraculo sanatur cecus. Quid plura referre de miraculis.

2 *Miracula quilibet propria virtute facere potest.* HAERET. Ex ipsomet nomine demonstratur, cuius sit virtutis miracula facere. Namque si sunt supra naturæ vires, illius tantum hæc erit potestas, qui naturæ leges excedit. Vnde Nicodemus dixit.

Nemo potest hæc signa facere, nisi fuerit Deus cum eo. Ioannes tertio. Apostoli etiam fatentur non posse miracula fieri, nisi Deo authore. Actuum tertio, b & Diuus Paulus prima Corinthio. duodecimo. scribit Diu. Augustinus, lib. tertio de Trinit. c. 7.

3 *Miracula non fecerunt Sancti.* HAERET. Ex certissimis testimonijs certè colligimus sola vmbra infirmis restituisse sanitatem, ac solo contactu.

Percussæ etiam Iordanis aquæ pallio Elię diuisæ sunt, pertransitque alueum Eliseus sicco pede.

Quid de ferro securis erit dicẽdum, quod Iordanis aqua obrutum ligni contactu ad auras enatauit. Moyses, ac Aaron quot miracula ediderunt in Aegypto, ac deserti solitudine. Mare rubrum virgæ contactu

diuiditur, quo obsortus est Pharao, ac obrutus insanis est adulter aquis, & equites, vbi siccis pedibus Israeliticus populus pertransiuit. Quot vero ediderunt Apostoli prodigia, ac miracula in eorum actis refert D. Lucas. D. Augustin. lib 22. de ciuit. Dei, capitulo octauo, post multa scribit de Beati Stefani reliquiis. Damas. lib. quarto Ortodoxæ fidei. capit. 16. ait. Fontes nobis salutares dominator Christus præbuit Sãctorum reliquias multimoda beneficia scaturientes, vnguentum suauitatis emanantes, & nullus discredat. Bernard. in serm. de quatuor modis orandi. D. Hieronym. contra Vigilantium. Argumentatur contra signa, atque virtutes, quæ in Basilicis martyrum fiunt, & dicit eas incredulis prodesse, non credentibus, quasi nunc hoc quæratur, &c. & deinde. Quomodo in vilissimo puluere, & fauilla nescio qua tanta sit Signorũ, atque virtutum præsentia. Hæc illè. Guil. in vita sancti Bernar. lib. 1. cap. 11. Scribit de fratre, qui indigne ad Altare accessit. Et Lippom. infinita propèmodum. Ad hos etiam in dies experimur, & de Gloriosissima Lauretana Virgine, de Diuis Apostolis Romæ, & de aliis quorum nomina scripta sunt in libro Vitæ. Et qui negat, non authoritate, aut exẽplis conuincendus est, sed igne, quoniam Iudæos imitatur dicentes. Magister volumus à te signum videre, detur ergo signũ Ionæ, hoc est tempestatis, ablorbeat eos os Maris demergantur in prafundum quasi lapis. Exscripsimus supra miraculum Crucis. Verbo, Adoratio. & qua fronte negare possunt miracula, quæ vbique terrarũ conspicimus, digito tangimus, ac experimur? Quot est in Italia videre peragi? Quot in Christianissimo Regno Galliarũ. Quot in Hispania? In Britania, Germania, & Sarmatia? Quot apud Græcos, Syros, & Ætyopes? Quot apud Indos Orientis & Occidentis, quibus promoti tres Reges ex Indijs Romæ his diebus peruenere ad pedes Romani Pontificis, qui eius monitis, ac Christi parere polliciti, ac nostro iugo colla subiecerũt, summo totius Christianæ Reipublicæ gaudio. Hæc omnia sentiunt in seipsis, qui beneficia suscipiunt. Iam ad alia transeamus.

4 *Miracula, si quæ sunt, superuacanea sunt.*

HAER. Omnia à Domino peragunt, vt tempus exigit ac res Ecclesiæ postulat, nec vnquam sancti Spiritus auxilium defuit Ecclesię nec diuortium fecit columba, quã decuit primo nudatam esse, plumisque destitutam, vt interna eius virtus magis cognosceretur, cum tamen vndique circumuolaret teterrimumque Gryphum illum, qui aura occupabat viribus, & potestate loco deturbaret, ac regnantem profligaret. Decreuerat enim omnipotens Deus humilitate expugnare superbiam egestate auaritiam, imbecillitate potestatem, simplicitate versutiam, ignominia, ac confusione gloriam, infirmitate robur, sermonis inopia eloquentiam, inscitia mundi sapientiam, crucis patibulo solium, denique sanguine, & morte regnantem, ac triunfantem, sola ui, & robore spiritus, misso ad hoc mysterium consumandum Christo IESV Saluatore nostro. Sed obtenta victoria depulso hoste, non eisdẽ machinis, non eisdem telis, non eisdem institutis prorsus insistendum erat, sed conueniebat columbam pẽnas assumere, alas extendere, multaq; possidere decus, ac maiestatem seruare intus, ac extra fulgere, de hoste triumphare spoliareque, ac distribuere. Exigebantur miracula, & exiguntur modo in Indijs ad Euangelium promulgandum, oportebat, vt flamma micaret, cuius fulgor tanto magis uigebat, quanto fides in paucioribus seruabatur. Sicut enim carbunculus plus nitet, cum inter atra, ac caliginosa situs est, quàm inter multa nitentia, ita præclara, & egregia virtus vbi rarior, ibi magis conspicienda. Et hoc usu ueniebat in pueritia Ecclesiæ, vbi paucis fidelibus dispersis in multitudine Ethnicorum, & infidelium. Nunc vero Euangelio propagato, & ad Christum conuersis Ethnicis uti non est opus tot, & tam apertis prodigijs ad confirmandam veritatem doctrinæ Christi, ita nec perfulgent tot uiri perfecti. Non ergo superfluæ fuerũt nec hodie sunt miracula, cum nec Dominus venerit ui, ac armis uniuersum acquirere. scribunt Scholastici: Alens. pri. 2. q. 43. memb. 10. prope finem. D. Thom. secunda, distinctione septima, quæstione prima, artic. tertio. Ricchard. quarto distinctione decimaseptima, quæstione tertia, articulo quarto. Brulifer secundo, distinctione septima, quæstione vndecima.

Biel

Biel ſecundo, diſtinctione octaua, quæſtione 2. articulo quarto, dub. primo. Et Valer. Max.

Miſericordia.

Miſericordia non eſt virtus. HAER. Superflue hortatus eſt diſcipulos Dominus dicens. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur, virtuti namque debetur præmium, ac laus & alibi dixit, ut ſimus miſericordes, ſicut pater cœleſtis miſericors eſt. Luc. 6. Miſericordiæ opera tanti facit, ut pro ipſis cœleſte regnũ largiatur. Matth. 25. Miſericordibus, ac liberalibus benedicit Deus. Prouerb. 11. Miſericordiæ laudes referuntur. Prouerb. 14. c & 19. c Definit Seneca, quod miſericordia eſt ægritudo animi, ob alienarum miſeriarum ſpeciem. lib. primo, de Clem. Vel, vt Damaſ. eſt triſtitia de alienis malis. lib. 2. cap. 14. ſcribit D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione 30. Et Palud. quarto, diſtinctione 46. Richard. quarto, diſtinctione 46. quæſtione prima, articulo ſecundo. Scot. quarto, diſtinctione 46. quæſtione quarta, artic. ſecundo. Quo ad Etymologiam miſericordia dicitur. quaſi miſeria cordis, ex cognitione alterius miſeriæ genita. Nec loquimur de ea, vt eſt in appetitu ſenſitiuo, quia ſic eſt paſsio, ſed prout eſt in ratione.

2 *Miſericordia non eſt in Deo.* HAER. Pluries in ſacris litteris de Diuina miſericordia ſit mentio. Exod. 34. a & 20. & Deuteronom. cap. quinto, & ſexto. Numer. 14. c Miſericordiam Dei fatetur Moyſes orans pro populi peccato. Miſericordiam Dei commendat Dauid. Secundi Regum ſeptimo, d Et in Pſalm. millies. Zacharias, ac B. Virgo in Canticis. D. Paul. ad Titum. Non ex operib. iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit &c. Non tamen ſub ſpe Diuinæ miſericordiæ eſt in peccatis permanendum, ut ſcribit D. Auguſtin. de fide ad Pet. capitulo tertio. Veruntamen nullus hominum debet ſub ſpe miſericordię Dei, in ſuis diutius remanere peccatis, cum etiam in ipſo corpore nemo velit ſub ſpe futuræ ſalutis diutius ægrotare. Nec iſta miſericordia iuſtitiam excludit, ut probat Orig. Homil. nona, in Hierem. D. Bernard. ſerm. quinto in Natali Domini, probat miſericordiã eſſe Dei proprium, quia ex ſe ſumit materiam, & velut quoſdam ſeminarium miſerendi. Conſolatur Chriſoſtom. peccatores hac media homi. ſecunda, in Pſal. 50. Hanc virtutem omnium præſtantiſſimam probat D. Thom. in his, quæ proximum reſpiciunt, at reſpectu Dei eſt charitas, qua ei adheremus. de qua D. Paulus ad Coloſſienſes tertio. Super omnia autem hæc charitatem habentes, quod eſt vinculum perfectionis. Vel vt cum noſtris loquar. Charitas quo ad habentem eſt maxima virtutum, miſericordia vero ſecundum ſe eſt maxima. Prudentia etiam eſt ſuperior quia mouet, miſericordia vero in ſubleuatione à miſeria. Quod vero dicitur. Miſericordiam in Deo excellentiorem omni alia virtute, non intelligitur cõparando vnum alteri, & præciſe inter ſe, nam ſic melius eſt Deo, diligere ſe, quam à miſeria nos ſubleuare. At quoniam miſericordia includit, & addit ad charitatem ut lucere ſupra lucidum, ideo dicitur maxima. Hic ergo ſenſus eorum verborum. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius ſecunda, ſecundæ, quæſtione 30. articulo quarto.

Miſſa.

Miſſa ridiculoſa eſt, non ex Diuino inſtituto. Luthær. HAERET. Tantum abeſt, vt fictitium ſit Miſſæ ſacrificium, quod ex Domini inſtituto, ac Apoſtolica traditione habemus. Nam Dominus dixit. Hoc facite in meam commemorationem. Sicut enim manducando cœnam repræſentamus, ſic & offerendo, & vbi nam fieri præcepit, niſi ſuper Altare, vt ex traditione Apoſtolica obſeruarunt Eccleſiæ Orientis, & occidentis. De quo Diuus Paulus ad Hebræos, capit. decimoquinto. Habemus Altare de quo edere, non licet iis, qui tabernaculo deſeruiunt. Andræas Apoſtolus referente Philacteto, ex litteris ſacerdotum Acaiæ Egeæ proconſuli. Immaculatum agnum quot dix in Altari ſacrifico. Et in Canon. Apoſtolorum tertio, & quarto. dicitur. In Miſſa non ſunt offerenda animalia, vel mel, & lac. Et Canon. nono. dicitur, quòd in Miſſa communicandus eſt Sacerdos. & Canon. decimo. Quod tota Miſſa eſt audienda.

dienda. Iacobum Missæ aliqua addidisse testes sunt patres Trullianæ Synodi. Canon. 32. & habetur de consecratio. distinctione prima. cap. Iacobus. Concil. Cart. capitu. tertio, ait, Dominum tradidisse, ut in Sacramento corporis, & sanguinis eius, nihil amplius quam panis, & vinum offerantur. Nihilque frequentius tum in Canone, tũ alias sæpe intonat, quàm hostiam Deo se corporis, & sanguinis Christi puram, & immaculatam offerre testatur Ecclesia. Euaristus Papa epistola secunda scribit, quòd panis, & vinum cum aqua offerantur. Anacl. epistola prima dicit, quòd Missa in locis sacris, & coram populo est celebranda. Quod Missæ tres in nocte Natiuitatis dicantur instituit Thelesf. Papa. Vt vero ex ordine procedamus, & Hæreticos conuincamus. Primo uideamus, vnde hoc nomen originem sumpsit.

Vetustas vocabuli Missæ.

Ex triplici Apostolorum Canone Missę vocabulum habemus. ex tertio, quarto, ac decimo, vt supra. Ex Ignatio epistola tertia ad Smirnenses. Non licet sine episcopo, neque offerre, neque sacrificium imolare, neque missas celebrare. Clemens epistola tertia. Summopere omnibus præsbiteris, & Diaconis, ac reliquis clericis attẽdendum est, ut nihil absque Episcopi licentia agant. Non utique missas, sine eius iussu, quisquam præsbyterorum agat. Alexã. martyr epistola prima ad omnes Ortodoxos, quam citat Concil. Tribu. capitu. decimonono. In sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solemnia, Domino offeruntur passio Domini miscẽda est, ut eius cuius corpus, & sanguis conficitur passio celebretur. S. Higinus Martir. Omnes Basilicæ cum missa semper debent consecrari. S. Pius martyr in decretis suis. vt de oblationibus, quæ offeruntur à populo, vel de panibus, quos deferunt fideles ad Ecclesiam, præsbyter partes concisas hẽat ut post missarum solemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni, die Dominico exinde accipiant. S. Sother martyr in decretis suis. Hoc quoque statutum est, ut nullus præsbyterorum, missarum solemnia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, & ipse tertius habeatur. S. Fabianus Papa, & martyr. Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui orationes, vel actiones, & reliquas obseruationes in missa, secundum ritum implere non potest. S. Macharius Episcopus, vt habetur in Decreto, de consecra Cum ingressus fuerit Episcopus, aut præsbyter ad Missarum solemnia celebranda, nisi passio aliqua interuenerit, nullo modo audeat dicta oratione recedere, vt ab altero Episcopo, vel præsbytero missarum solemnia suppleantur. S. Damasus. Vt legitur in Põtificum vitis. Alex. natione Rom. sedit annos 10. mens. 7. dies 2. Hic passionem Domini miscuit in præcatione Sacerdotum, quando missæ celebrantur. Hic constituit aquam aspersionis cum sale benedici. Thelesphorus natione Græcus, de quo supra.

Leo epistola 8. Necesse est, vt quædam pars populi sua deuotione priuet, si vnius tantum missæ more seruato sacrificium offerre non possunt, nisi, qui prima diei parte conuenerint. Fœlix Pontifex, epistola prima, cap. primo. De Ecclesiarum consecratione, & de missarum celebrationibus, non alicubi, quàm sacratis Domino locis absque magna necessitate fieri debet. Vigilius Pontifex. Pascha vero futurum vndecimo Calendarum, Maiarum die, celebraturos nos esse cognoscite. Ordinem quoque præcum in celebritate missarum nulla festiuitate significamus habere diuersum, sed semper eodem tenore oblata Deo munera. Epistola ad Eleut. capitulo quinto. Concilium Cartag. secundũ, capitulo tertio. Aurelius Episcopus dixit. Audiuit dignatio vestra suggestionem fratris, & coepiscopi nostri fortunati. Quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis Episcopis dictũ est. Chrismatis confectio, & puellarum consecratio, à præsbyteris non fiant, vel reconciliare quenquam in publica missa nõ licere, hoc omnibus placet. Concil. Mileuitanum. c. 12. Placuit etiam illud, vt præces, vel orationes, seu missæ, quæ probatæ fuerint in Concilijs, siue præfationes, siue comendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in Ecclesia, nisi quæ à prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint.

Con-

Concil. Agat. capit. 21. Si quis extra Parochias, in quibus legitimus est, ordinariusque conuentus, oratorium in agro habere voluerit reliquis festiuitatibus. Vt ibi Missas teneat propter fatigationem familiæ iusta ordinatione permittimus. Sexta synodus, vt dicitur, de cons. dist. prima. scribit, quòd Iacobus frater Domini secũdum carnem, cui primum credita est Ecclesia Hierosolimitana, & Basil. Cæsarien. Episcopus, cuius claritas per totum orbẽ fulsit addiderunt nobis Missæ celebrationem. Concil. Trib. Cano. 35. Primum Aurel. Cano. 28. præcipiunt vt diebus festiuis missam audiamus. Si vero scire cupiant hęretici, quid sit Missa audiant Ecclesiæ definitionem. Missæ nomen impositum est ad significandum Dominicæ Cœnæ celebrationem, eam enim repræsentat. Alij vero dicunt. Hoc nomen sumptum fuisse à missione, eo quod Sacerdos tale sacrificiũ ad Patrem transmittat, siue offerat. vt D. Paul. ad Hebr. cap. quinto. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Dicitur secundo Missa quasi licentiatura populi, & quasi missio, seu transmissio, vel dimissio, & ab ea missa ipsa commemoratio Dominicę Cœnæ nuncupatur. Est nãque Missa, cum aspiratione in vltimo. Messiah, vox Hebraica, quæ Græce dicitur Liturgia. Latine sacrum Mysterium, vel sacrificium. Hæc de eius nomine sint satis.

2 *Missa nullum habet in Euangelio fundamentũ.* Vuitcl. HAERE. Colligit Ecclesia, ac Concilia ex ea Domini verba. Hoc facite in meam commemorationem, Sacerdotes debere illud mysterium recolere, ac ipsi facerent, quod IESVS Christus tunc faciebat, hoc est, vt Eucharistiæ sacrificium offerrent. Nam post illa verba in persona Christi prolata. Vnde, & memores dicunt sacerdotes. Nos serui tui &c. Offerimus maiestati tuæ, de tuis donis, ac datis hostiam sanctam. Hæc ostendunt verba tertij Canonis Apostolici. Hoc Concil. Constantiense damnauit.

3 *Missa non est sacrificium.* HAERE. Non modo Altaria, sed & Missæ nomenclaturam adimunt hæretici. Quam tamen esse sacrificium exactissime comprobabo. Primo ex Canone tertio Apostolico. Si quis Episcopus, aut Præsbyter, præter ordinationem Domini, quam de sacrificio instituit alia quædam, puta, aut mel, aut lac, aut pro uino siceram super altare, vt qui contra ordinationem Domini faciat deponitur. Romanæ, atque Apostolicæ sedis antistites, quos supra retulimus hoc confirmant. Anaclet. de consecratione, distinctione secunda. capitu. Episcopus. Clemen. de consecratione, distinctione secunda, capit. hic ergo. Alexand. pri. de consecratione, distinctione secunda. capitulo, nihil. Euseb. de consecratione, distinctione prima. capitulo consulto. Iulian. de consecr. distinctione secunda. capitulo, omne crimen. Fœlix, de consecratione, distinct. prima, capitulo, sicut non alij. Sother in epistola ad Episcopos Italiæ. Syricius ad Cumerium Tarraconen. Episcopum, capit. 1. Inno. I. ad Exuperium Thol. Episcopum, capitu. primo. Leo ad Dioscorum, epistola 79. Posteriorum authoritas non opus est commemorare. Conciliũ Nicenum. Iterum etiam in hac Diuina mensa, ne humiliter intenti simus ad propositum panem, & poculum, sed attollentes mentem, fide intelligamus, situm in sacra illa mensa, agnum illum Dei, tollentem peccata mundi, incruente à Sacerdotibus immolatum, & præciosum ipsius corpus, & sanguinem nos verè sumentes credere hęc esse nostræ resurrectionis Symbola. Et Canon. 18. vel 24. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificij non habent potestatem his, qui offerunt corpus Christi porrigant. Concil. Ephesin. Incruentam celebramus in Ecclesijs seruitutem. Toletan. primum, cap. quinto. Vnd. capit. 14. 12. cap. quinto. Illis vero, & singulari sacrificio participãdum, quoties corporis, & sanguinis Domini nostri IESV Christi immolatio facta constiterit. Nicen. secundum. Act. sexto Legas quousque voles, nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apostolos, neque patres incruentum illud sacrificiũ, quod à sacerdote offertur &c. Brac. Tertium. cap. 1. Antisiod. c. 8. Cartag. 3. Later. sub Inncentio III. Florentin. in Decreto vnionis Armenorum. Nedum sacra Concilia, sed & patres hoc idem docuerunt. Ireneus, lib. quarto, capit. 32. 33. & sexagesimotertio, scribit. esse ex traditione

Apostolorũ ut offeramus corpus, & sanguinem Domini. Andreas Apostolus id obseruauit. vt diximus supra. Agnum immaculatum quotidie in altari crucis sacrifico. Ex epistola Ecclesiæ Achaiæ, quam ante annos plus 400. S. Vuolphenus Abbas, & author libelli de duplici martyrio citant. S. Martialis Discipulus, qui Christum in humanis uidit. Epistola ad Burdegalenses, c. 3. Sacrificium Deo creatori offertur in ara non homini, neque Angelo, nec solum in ara sanctificata, sed ubique offertur Deo munda oblatio, sicut testatus est. eius corpus, & sanguinem in uitam æternam offerimus. S. Hyppolitus martyr oratione de Antichristo. Venite Pōtifices, qui pure mihi sacrificium die, noctuque obtulistis, ac preciosum corpus, & sanguinem meum immolastis quotidie. S. Cyprianus li. 2. epistola 3. Et sacrificium verum, & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri. Tertull. lib. de cultu feminarum. Vobis nulla procedendi causa non tetrica, aut imbecillis aliquis ex fratribus visitandus, aut sacrificium offertur, aut Dei verbum administratur. B. Laurētius. Nunquam sine ministro sacrificium offerre consueueras, de quo legant D. Amb. lib. 1. off. c. 41. Euseb. Cęsar. li. 1. Euang. demonst. ca. 10. Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificium laudis, sacrificamus Deo plenum, & honorem afferens, & sacrosanctum. sacrificium sacrificamus nouo more secundum nouum testamentum hostiam mundam. S. Grego. Nazanz. oratione prima in Iulianum Apostatam. Mox incruenti sacrificii oblatione manus commaculat per quod nos Christo vnimur, necnon passionis, ac diuinitatis eius participes reddimur. S. Amb. in Ps. 38. Sequamur ut possumus Sacerdotes, ut offeramus pro populo sacrificium, & si infirmi merito tamē honorabiles sacrificio. D. Ioan. Chris. Hom. 26. in Matth. Sacerdos altari assistens pro uniuerso orbe terrarũ pro absentibus, atque pręsentibus, pro his, qui ante nos fuerunt sacrificio illo proposito, Deo nos gratias iubet offerre. Idem repetit Hom. 77. in Ioannem. Et Hom. 5. in epistolam secundam ad Timo. D. Aug. lib. 2. Euang. Quæst. Quod ideo iussisse intelligi potest, quia nondum esse cęperat sacrificium Sanctum Sanctorum, quod corpus eius est. S. Sulpitius Seuerus. lib. 2. Dialog. c. 2. Cum hac igitur Martinus oblaturus sacrificium Deo ueste procedit. S. Cyrillus. Contra Nestorium Sanctum, ac uificum, & incruentum in Ecclesiis operamur sacrificium. S. Fulg. lib. 2. de fide ad Petrum, c. 19. In illis ergo sacrificiis, quid nobis esset donandum figurate significabatur, in hoc autem sacrificio, quid nobis iam donatum sit euidenter ostenditur. Scholastici etiam omnes conueniunt in hoc axiomate explicando, & ne sim longus in reliquis excitandis. sat sint tot testimonia contra Hæreticos.

4 *Missa continet multa vana & superstitiosa.*

HAER. Qui in maximis ab Ecclesia discedit, non mirum si etiam in minimis. Patres uero affirmant Diuum Iacobum, uel Petrum primum Missam celebrasse, quæ quidem paulatim creuit, nam primitus tātum offerebant, sicut modo nos offerre cōsueuimus die Parasceuæ dicto Pater noster communionem sumimus. Qui uerò addiderit alia non est satis certum. Tempore uerò Damasi, hoc est, circa annos Domini 400. præter secretum Missæ Canonē, solum Euangelium publice legebatur in templo Dei fideli populo, quasi sermo quidam præparatorius ante consecrationem, & sumptionem. Alii dicunt, quòd Damasus Papa constituit, vt sic legantur. Nonnulli dicunt addita esse alia per Gelasium, ac Cęlestinum, & à Beato Gregorio omnia fuisse expolita. Missa uerò in tres partes secatur. In præparatoriam, in sacrificii mysterium, & in gratiarum actionem. Prima continetur ab introitu vsque ad offertorium exclusiuè, quo tempore Cathecumeni exibant de Ecclesia. Sequitur postea ipsa oblatio. Demum in gratiarum actione perficitur Missa. Vt uerò singula expendamus, introitum ordinauit D. Greg. Et etiā Kirie eleison, quæ à Græcis sumpta sunt. Gloria in excelsis, à Telesphoro est instituta, & in Dominicis diebus, ac Natalitiis martyrum legi uoluit Symoniachus Papa. Collectas. & orationes addidit Gelasius, & Gregorius. Graduale, & Alleluia. D. Ambros. instituit, cantari uerò in Missa D. Gregor. præcepit. Sequentias composuit quidam Abbas Nokkerus de Sancto Gallo, & ad Missas cantari uoluit, ac concessit Nicolaus Papa. Symbolum Synodus prima Cōstantinap. composuit, Can. 7. & Damasus

in Missa cantari instituit. Præfationem Gelasius dictauit. Sanctus Xistus primus cantari instituit. Canonem dictasse Gelasium, ac ei D. Gregor. addidisse multi arbitrantur. Orationem Dominicam esse post consecrationem dicendam instituerunt Apostoli, sed ut cantetur hoc ordine, quem nos seruamus fuit author D. Grego. Quod detur pax instituit Innocentius. Agnus Dei est Sergio authore constitutum vt dicatur. Reliqua, quæ in gratiarum actione obseruantur sunt à D. Gregorio. Earum modo significationem aggrediamur exponere. Dicunt ergo quid tot agunt Sacerdotes in Missa? Earum itaque intentio est. Vt introitus significet aduentum Christi in mūdum, ac uoces profetarum prænunciantium. Kirie significat orationes, & suspiria pro Christo. Gloria in excelsis significat gaudium Angelorum de Christo nato. Collecte significant orationes, & laudes, quib. primo Christo est reuelatus. Epistola gerit vicem legis, & Prophetarū, qui ante Euāgelium fuerūt. Vel exponi potest, quod introitus denotat principium boni operis, & reiteratur, quia in nostra inceptione debemus declinare à malo, & facere bonum. Kirie quod nouem uicibus repetitur, significat inuocationem misericordiæ Dei, qua nouem modis indigemus. Primis trib. ad peccatorum remissionem, quæ committimus corde ore, & opere, & sic contritione confessione, & satisfactione eam demonstrat. Secundis tribus modis, quo ad gratiæ collationem, nempe fidei, spei, & charitatis. Tribus modis, quo ad glorificationem qua gaudebimus, primo de Deo supra nos intra nos de nobis ipsis & extra nos de proximo. Gloria in excelsis Deo, denotat gratiarum actionem. Collectæ deuotam orationem. Epistola & Euangelium nouæ, & veteris legis obseruationem. Graduale, & Alleluia, uitæ actiuæ, & contemplatiuæ perfectionem. Offertorium contribulati Spiritus sacrificium. Secreta statum vitæ. Præfatio statum patriæ. Sanctus, Sanctus, Sanctus exultationem Angelorum præsentiū. Canon transitum membrorum in corpus Christi mysticum. Pater noster filiationē per gratiam. Agnus Dei, qui triplicatur denotat liberationem, per misericordiam à malis præteritis, presentibus, & futuris. Cōmunio significat boni operis consumationem. Tria inde uerba in Missa recitantur. Diuina ut pater noster. Angelica. Gloria in excelsis. Humana & collecta. Tribus idiomatibus utitur, quæ tribus Christi essentiis correspondent. Deitati, animæ, & corpori, & talis fuit titulus crucis. Hactenus de explanatione analytice dicta sint, nō enim nostrum id exposcit institutum.

5 *Missa omni loco, ac tempore dici potest.* HAERET. Sicut in rebus naturalibus, locatū, & locus correspondent, sic suo modo de diuinis est iudicandum. Qua de causa, non citra delectum, sed consulto locus, ac tempus sunt statuta ab Ecclesia ex Apostolorū decreto. Romani ergo Pontifices antiquitus decreuerunt. Primo, quòd post cibum non possit celebrari, vt decreuit Sotherus Papa epistola secunda, & Conc. Cart. 3. ca. 29. & Brac. secundum Can. 7. De loco etiā statutum est, vt in domo non possit dici. Nam Clemens epistola tertia, ait. Quoniam in aliis sacrificare, & missas celebrare non licet, nisi in his, in quib. Episcopus proprius iusserit, hæc Apostoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderunt. Thelesporus Mar. epistola prima. Nocte Sancta Natiuitatis Domini Missas celebrent reliquis enim temporibus Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ. Iulius Papa, in decretis suis. Si qua Sanctorum Basilica à fundamentis fuerit innouata, sine altaris monitione, sine aliqua dubitatione, cū in ea fuerit Missarum solemnitas celebrata, totius consecratio sanctificationis implebitur. Fęlix Papa quarto epistola prima, capitulo primo. Non in aliis locis, quam Domino consecratis ab Episcopis, Missas celebrare, nec sacrificia offerre Domino debemus. Concilia hoc idem repetunt. Laodicen. cap. 58. Non oportet in domib. oblationes ab Episcopis, siue Præsbyteris fieri. Magut. 2. capitulo nono. Missarum solemnia non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis uel ubi ipse permiserit celebranda esse censemus. Demum de cōsecr. d. st. 1. c. Tabernaculum. Et Synod. Triden. sess. 22. Decreto de ref. Prohibet ne in domibus celebrentur. De tempore uerò, dixit Thelesph. Papa, quòd ante tertiam nō celebretur, quia tunc mortuus est Christus. Et Concil. Aurel. capitulo undecimo. Hora tertia Missarum celebratio incohetur.

tur. Hoc innouatum est in Concil. Floren. ac Trid. in decreto de celeb. Miss. sess. uigesima secunda. Ne Sacerdotes aliis, quā debitis horis celebrent.

6 *Missa non exigit uasa sacra.* HÆR. Vt congruo ordine omnia celebrentur, exigit Missarum sacrificium præfixa uasa, sic & optatus Episcopus scribit, libro sexto contra Donat. Quid est tam sacrilegum quam altaria Dei (in quibus, & uos aliquando obtulistis) frangere, radere, remouere, quid enim est altare, nisi sedes, & corporis, & sanguinis Christi? Hoc tamen immane facinus geminatum est, dum fregistis etiam Calices Christi Sanguinis portatores, quorum species reuocastis in massas. D. Hierony. epistola ad Theophilum Episcopum Alex. Qua debeant ueneratione Sancta suscipere, & altaris Christi ministerio deseruire, sacrosque Calices, & Sancta Velamina, & cætera quæ ad Sanctum Cultum Dominicæ pertinent passionis. Theodoretus Episcopus Cyri, capitulo uigesimo Hist. Religiosæ. Ego uerò lubenter parui, & iussa sacra uasa afferri, pagus.n. haud longe aberat, & pro altari vsus Diaconorum manibus mysticum diuinum, & salutare obtuli sacrificium. Damas. in Histor. duorum militum Christi. Deinde ad quosdam transmittit eum fratres procul habitantes, ut afferret ei, quæ ad sacram hostiam consecrādam erat necessaria. Ex Can. quarto. Apostolorum idem uidetur posse deduci. Offerri non liceat aliquid ad altare præter nouas spicas, & uuas, & oleū ad luminaria, & Thimiama, idest incensum, tempore, quo Sancta celebratur oblatio. Concilio Ancy. capitulo secundo. Ita, vt nec panem, & Calicem. Offerant, nec pronuncient. Concil Cartag. tertio, cui interfuit. D. August. capitulo vigesimonono. Vt Sacramenta altaris, non nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo Cęna Domini celebratur. Concil. Matiscon. capitulo sexto. Concil. Rem. capitulo quinquagesimo. Nullus Præsbyter absque amictu, alba, & stola, & Fanone, & Casula vllatenus præsumat Missam celebrare. Concil. Triburien. capitulo decimooctauo. Vasa quibus sacrosancta conficiuntur mysteria Calices sunt, & patenæ.
Zepherinus Papa, ne patenis uitreis utamur constituit. Vrbanus decimooctauo Papa, omnia uasa argentea esse decreuit, nec posse in ligneis uasculis celebrari.

7 *In Missa, vino aqua miscenda non est.* HÆRET. Aduersus Græcos fusius scriptum est à nobis, modo sat erit nostros admonere, quòd Alexander Martyr. epistola prima scribit. Non debet (vt à patribus accepimus) in Calice, aut uinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrunque permistum, quia vtrunque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Iustinus Martyr. & c. Apol. secundo ad Ant. Pium. Vbi desitum est, à præcibus adfertur Antistiti Fratrum panis, & Calix aquæ, & uini diluti. Sanctus Ireneus, libro quinto aduersus Valentini hæreses. Quando ergo & mistus Calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia corporis, & sanguinis Christi. Sanctus Cyprianus, libro secundo epistola tertia. Quæ copulatio, & coniunctio aquæ & uini, sic miscetur in Calice Domini, &c. Libro de Ecclesi. dogm. qui D. Augustin. ascribitur. In Eucharistia non debet pura aqua offerri (vt quidam sobrietatis falluntur imagine) sed vinum, cum aqua mistum. Sanctus Martynus Episcopus Bracar. libro de Græcorum Synodis, capitulo quinquagesimoquinto. Non oportet aliquid aliud in Sacramento offerri præter panem, & uinum, & aquam. Concil. Cartag. tertium, capitulo vigesimoquarto. In Sacramentis corporis, & sanguinis Domini nihil amplius offeratur quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & vini aqua mistum. Concilium Constantinopol. Et uniuersale sextum. Canon. trigesimosecundo. Quoniam nouimus in Armeniorum regione uinum tantum in sacra mensa offerri, aquam illi non miscentes, qui incruentum sacrificium peragunt. Et paulo inferius. Ita peragendum in sacro mysterio ex aqua & uino sacrum poculum ediderunt. Hoc obseruat Ecclesia.

8 *Missæ ceremoniæ, & ordo vanus est.* HÆRET. Explanauimus paulo ante, quæ in Missa obseruantur, quæ à patribus sunt statuta. De introitu scribit Dionys. capitulo tertio Eccles. Hierar. Demum ad Sanctum Altare rediens, Psalmorum inci-

cipit melos, concinentibus secum sacra carmina omnibus Ecclesiastici ordinis gradibus. Sanctus Iustin. Martyr. Apolog. secundo ad Anton. Pium Canon. quinto, hoc subolfecit. Kiric. Concilium Vasense, capitulo septuagesimoquinto. Kyrie eleison, frequentius, cum grandi affectu, ac compunctione dicatur. Gloria. Thelesph. epistola prima. Et Hymnum Angelicum in eis solenniter decantent. Sanctus Damasus in uita Sancti Thelesphori. Thelesphorus natione Græcus, hic fecit ut ante sacrificium Hymnus diceretur Angelicus, hoc est. Gloria in excelsis Deo. Et cum spiritu tuo. D. Chrisostomus. Hom. decimaoctaua secundo ad Corint. Nam cum Spiritu tuo, nil aliud est, quam hoc. Ea, quæ sunt in Eucharistia, idest gratiarum actionis communia sunt omnia. Collectæ. D. Chrisostom. libro sexto, de Sacerdotio. Eum, qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate? imo uero pro vniuerso terrarum orbe legatur, intercedit, depræcatorque est apud Deum, ut hominum omnium non uiuentium modo, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat, qualem quæso esse oportet? D. Augustin. epistola 107. ad Vitalem. Sacerdos ad Altare Dei stans, exhortatur populum Dei orare pro incredulis, ut eos Deus conuertat ad fidem. Et epistola quinquagesimanona ad Paulinum. Vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum antequam illud, quòd est in Domini mensa incipiat benedici. Per Dominum nostrum, &c. Concilium Cartag. tertium. Vt nemo in præcibus, vel patrem, pro filio, uel filium, pro patre nominet. Et cum ad Altare adsistitur semper ad patrem dirigatur oratio. Amen. Sanctus Iustinus Martyr. Apologia secunda. Absolutis igitur præcibus, & gratiarum actione, quilibet è populo, qui adest faustis uocibus acclamat. Amen dicendo. Amen autem Hebraica lingua idem est, quod fiat. Epistola Dionys. de Eccles. Hierar. capitulo tertio. Deinde ministrorum officio, sancta scripturarum lectio suo ordine recitatur. Euangelium. Concilium Valentinum, capitulo primo. Inter cætera hoc censuimus esse obseruandum, ut sacrosancta Euangelia ante munerum illationem in Missa Cathecumenorum, in ordine lectionum post Apostolum legantur. Symbolum. Concilium Tolet. Tertium, capitulo primo. Consulta pijssimi, & gloriosissimi Reccaredi Regis, constituit Synodus, vt per omnes Ecclesias Hispaniæ, & Gallicæ, secundum formam orientalium Ecclesiarum, Concilii Constantinapolitani, hoc est centum, & quinquaginta Episcoporum, Symbolum fidei recitetur. Lotio manuum. Diony. de Eccle. Hierar. capitulo tertio. Vbi verò manus tum Antistes, tum Sacerdotes aqua lauerunt. Pontifex ad medium diuini assistit altaris, circunstant autem soli cum Sacerdotibus electi quique ex ministrorum numero. Panis, ac vini delatio. Qui verò ipsius ordinis precipui sunt, vnà cum Sacerdotibus Sanctum panem, & benedictionis Calicem sacrosanctis altaribus imponunt, cum antè præcesserit ab omni clero vniuersalis laus, atque confessio. Præfatio. Sanctus Cyprianus in orationem Dominicam. Sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo. Sursum corda. Vt dum respondet plebs. Habemus ad Dominum. Admoneatur nil aliud se, quam Dominum cogitare debere Chrisostom. in Enceniis. Non promisisti Sacerdoti, qui dixit. Sursum mentem, & corda. & dixisti. Habemus ad Dominum. Non reuereris, & erubescis? Et illa ipsa hora mendax inueniris. D. Augus. de sancta uiduitate. cap. 16. Nemo est donis Dei Beatus, qui donanti existit ingratus. Quia & illud, quòd inter sacra mysteria. Cor habere sursum iubemur ipso adiuuante id ualeamus, quo iubente admonemur.

Et inferius. Hoc enim continuo commonemur, quia hoc dignum, & iustum est. Gratias agimus Domino Deo nostro. Et lib. secundo de bono perseu. capitulo 13. In sacramentis fidelium dicitur. Vt sursum habeamus corda, quòd munus est Domini, de quo munere ipsi Domino Deo gratias agere, à sacerdote post hanc vocē, quibus hoc dicitur admonemur, & dignū, & iustum esse respondent. Adhuc lib. de Spiritu, & litera, c. 12. In ipso verissimo, & singulari sacrificio, Domino Deo nostro

gratias agere admonemur. Rursus, in illud Matt. Confiteor tibi pater. Noruntfideles, vbi, & quando dicatur. Gratias agamus Domino Deo nostro. Quis autem gratias agit, nisi, qui sursum cor habet ad Dominum? Et item epist. 57. ad Bardanũ. Nosti autem, in quo sacrificio dicatur. Gratias agimus Domino Deo nostro. Demum serm. 44. de tempo. Corda fideliũ cœlum sunt, quia in cœlum quotidie eriguntur, dicente Sacerdote. Sursum corda. Securi respondent. Habemus ad Dominum. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Concil. Vasense. Can. 6. Et in omnib. Missis, siue Matutinis, siue Quadragesimalib. siue in illis, quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt semper. Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine, quo ad Missas publicas dici debeat, quia tam dulcis, & desiderabilis vox, etiam si die, noctuque possit dici fastidium non poterit generare. Nomen Papæ. Et hoc nobis iustum, visum est, vt nomen Domini Papæ, quicunque sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur. Signum Crucis. Chrisost. hom. 55. in Matt. Nam quum regeneremur, Crux Domini adest, cum sacratissimo alimur cibo, quum in ordine statuimur, vbique, ac semper, id victoriæ insigne nobis adsit. D. Aug. tract. 18. in Ioann, & concione 181. de temp. Hoc signo Crucis consecratur corpus Dominicum. Et serm. 19. de Sanctis. Cum eiusdem Crucis charactere Basilicæ dedicantur, Altaria cõsecrantur, Altaris Sacramenta, cum interpositione Dominicorum verborum conficiuntur. Eleuatio manuũ Crucis instar. Non reperi quempiam ex antiquis qui verbum faciat de ea. Memoriæ Sanctorum. Diony. de Eccl. Hier. capit. 3. Adest protinus, atque incunctanter Sanctorum descriptio, coniunctionem eorum indiuiduam, vnionemque cum illo altissimam, & sacratissimam indicans. Chrisost. hom. 21. in Act. Apostolorum. Quid tibi videtur quod pro Martyribus offertur, quod inuocantur in illa hora? Magnus honor, noiari Dño præsente, dum mors illa celebratur, & horrendum sacrificium, & ineffabilia Sacramenta. D. Aug. tract. 84. in Io. Ideo ad mensam Domini, non sic Martyres commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus, sed magis, vt ipsi orent pro nobis, vt eorum uestigiis adhæreamus. & serm. 17. de verbis Apostoli. Habet Ecclesiastica disciplina, quod fideles nouerunt, cum Martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi non pro ipsis oretur, pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur. Demum 22. de ciuit. Dei, c. 10. Ad quod sacrificium, sicut homines Dei, qui mũdum in eius confessione vicerunt, suo loco, & ordine nominantur. Ipsum verò sacrificium corpus est Christi. Consecratio Corporis Christi. D. Iacob frater Domini, in Liturgia sua, cuius meminit sexta synodus Can. 32. Similiter & 8. Rogamus, vt Spiritus sanctus tuus aduenиens, sancta, bona, atque gloriosa eius præsentia sanctificet, & faciat hunc quidem panem, corpus sanctum Christi tui. S. Clemens, ut testes sunt, Proclus Episcopus Nolanus, Methonensis Episcopus. Marchus Ephesin. cum Bessarione. Qui hunc panem corpus Christi, & hunc Calicem sanguinem Christi tui efficiat. S. Basil. in Liturgia sua. Fac panem quidem istum, ipsum honorificum corpus Domini Dei, & saluatoris nostri IESV Christi. Quod autem in calice isto, ipsum sanguinem Domini Nostri IESV Christi, qui effusus est pro mundi vita. S. Amb. lib. 4. de Sacramentis. cap. quinto. Vis scire, quia verbis celestibus consecratur? Accipe, quæ sunt verba. Dicit Sacerdos, fac nobis, inquit, hanc oblationem ascriptam, rationabilem, acceptabilem. Chrisost. hom. de traditione Iudæ. Non enim homo est, qui proposita de consecratione mensæ Domini, corpus Christi facit, & sanguinem, sed ille, qui crucifixus pro nobis est Christus. Ostensio Corporis & Calicis. Dionys. de Eccles. Hier. c. 3. At verò Pontifex, cum Diuina munera laude prosequutus fuerit, sacrosancta, & augustissima mysteria conficit, & quæ antea laudauerat, venerandis operta signis, atque abdita, in conspectu agit, Diuinaque munera reuerenter ostendens ad Sacramenta illorum communionem, & ipse conuertitur, & reliquos, vt communicent hortatur. S. Basil. li. de Spiritu sancto, c. 27. Inuocationis verba, dum ostenditur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis, quis

Sanctorum scripto nobis reliquit. Hæc quotiescunque feceritis. Dionys. de Eccl. Hierar. c.3. Quo circa reuerenter simul, & ex Pōtificali officio post sacras Diuinorum operum laudes, quod hostiam salutarem (quæ supra ipsum est) licet, ad ipsum primo decenter exclamans. Tu dixisti. Hoc facite in meam commemorationem. Vnde, & memores Nos. Clemens in Liturgia sua. Memores itaque nos, passionis, mortis, & resurrectionis offerrimus tibi Regi, & Deo secundum tua præcepta. D. Amb. li.4. de Sacramentis c.6. Et sacerdos dicit. Ergo memores gloriosissime eius passionis, & ab inferis resurrectionis, & in cœlum ascensionis offerimus tibi hanc immaculatam hostiam. Memoria mortuorum in Missa. Tertull. de corona militis. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua facimus, & inferius, & ꝑ anima eius oret, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resurrectione consortium, & offerat annuis diebus. Cypri lib. primo, epis.9. Ac si quis hoc fecisset non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Et item. Non est, quod pro dormitione eius, apud uos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequenter, vt Sacerdotum decretum religiose, & necessarie factum seruetur à nobis. S. Athan. lib. de varijs quæst. quæst.34. Quid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia, etiam peccatorum animæ, cum super illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum, & oblationum. Responsio. Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non vbique in cura, & in exequijs fieret commemoratio. At sicut vitis florescit extra in agro, & odorem eius sentit in vase vinum reclusum, sicque conflorescit et ipsum; ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exangui immolatione, & glorificatione pro ipsis facta. sicut solus ordinat, & præcipit, qui viuorum, ac mortuorum potestatem gerit Deus noster. Chrisost. homil.21. In Acta Apostolorum. Non frustra oblationes pro defunctis fiunt, non frustra præces, non frustra eleæmosinæ, &c. Et hom.41. in prioré ad Cor. Nitiq; (quantum fieri potest) ut iuuetur defunctus, non lachrymis, sed præce, supplicationibus, eleæmosinis, oblationibus. D. Aug. serm.32. de verbis Domini. Orationibus sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleæmosinis, quæ pro eorum spiritibus erogantur. & lib 20. de ciuitate Dei. cap.9. Alioquin nec ad Altare Dei fieret eorum memoria, in communicatione corporis Christi. Adhuc li.9. conf. cap.12. Nam, neque in eis precibus, quas ibi fudimus cum offerretur pro ea sacrificium precii nostri. Demum lib. de anima, ad Renatum, cap. nono. & 11. Nulla ratione conceditur, ut pro non baptizatis cuiuslibet ætatis hominib. offeratur sacrificium corporis, & sanguinis Christi. Lib. etiam de cura pro mortuis agenda, cap.1. Vbi in præcibus Sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius Altare funduntur locum suum habet etiam commendatio defunctorum. Et in Enchir. c.110. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificiū mediatoris offertur. S. Epiphanius, oratione de vera Ecclesia. In his, qui vita defuncti sunt ex nomine memorias facimus orationes ad Deum perficientes, ac cultus Diuinos, & mysteriorum dispensationes. S. Monica. vt D. Aug. lib 9. conf. testatur. Ponite hoc corpus vbicunque, nihil vos eius cura conturbet. Tantum illud uos rogo, ut ad Domini Altare memineritis mei, vbi fueritis. Possidonius Episcopus in vita B. Augustini Episcopi. Pro eius commendanda corporis depositione sacrificium Deo oblatum est, & sepultus est. S. Ioan. Damas. cōcione, quod ij, qui in fide hinc migrarunt sacris operationibus adiuuentur. Diui Apostoli discipuli Saluatoris, qui totum mūdi circulum cepere in tremendis, & impollutis, vitalibusq; Sacramentis, memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt habendam dixerunt. Concil. Cartag.3. cap.29. Si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue Episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt iam pransi inueniantur. Cabilon. secundum, cap.32. Visum præterea nobis est, vt in omnibus Missarum solemnitatibus, pro defunctorū spiritibus loco competenti Dominus deprecetur. Oratio Dominica in Missa. D. Hieronym. lib.3. cont. Pelagium. Sic docuit Christus Apostolos suos, vt quotidie

in

in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui. Pater noster, &c. D. August. serm. in vigilia Paschæ. Ecce vbi peracta est sanctificatio dicimus orationem dominicam, quam accepistis, & credidistis. Fractio panis. Dionys. in eccl. Hier. Sane opertum panem, & indiuiduum aperit in frusta concidens. Chrysost. Hom. 24. in epistolam ad Cor. Sed, quod in cruce passus non est, id, in oblatione patitur, & propter te frangi permittit, vt omnes saciet. Pax datur. Diony. in eccl. Hier. cap. 3. Ad hæc venerandus Antistes orationem sanctissimã peragens, pacem sanctam omnibus nunciat, & cum se mutuo omnes salutauerint, mystica sanctorum recitatio fit. S. Iustynus martyr. apol. 2. Mutuoque nos inuicem osculo salutamus. D. Aug. serm. in sabb. sancto Paschæ. Post ipsam (orationem scilicet Dominicam) dicitur. Pax vobiscum, vt se christiani in osculo sancto. Innocẽ. primus Papa. Epistola ad Decentium episcopum c. i. Pacis osculum dandum post confecta mysteria, vt constet populum ad omnia, quæ in mysterijs aguntur, &c. De sacra cõmunione in Missa. S. Iustinus Apo. 2. Cæterum cum benedictio Antistitis, & fausta illa acclamatio populi finita est illi, qui a nostris diaconi appellãtur dant vnicuiq; præsentium, vt communicent de benedicto pane, & vino, & aqua. Tertul. lib. 3. de coron. mil. eucharistiæ sacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum a Domino etiam antelucanis cætibus, nec de aliorum manu, quàm præsidentium sumimus. Chriso. lib. 3. de sacerdotio. O miraculum, ò Dei benignitatem, qui cum patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ipse tradit volentibus ipsum excipere, & cõplect. & Hom. in Encenijs. Propter quòd accedentes ad Eucharistiam ne putetis, quòd accipiatis diuinum corpus ab homine, sed ex ipsis seraphin forcipe ignẽ, quẽ scilicet Esaias vidit vos excipere. Ante hos est Can. 9. apostolorum. Si quis episcopus, aut presbiter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali cathalogo facta oblatione, non communicauerit, aut causam dicat, vt si rationabilis fuerit veniam consequatur, aut si non dixerit communione priuetur, tãquam qui populo causa læsionis extiterit dans suspitionem de eo, qui sacrificauit, quòd non recte obtulerit, &c. Collecta post sacram communionem. Diony. de eccl. Hier. c. 3. Sumpta demum, atque omnib. tradita communione diuina. Gratias referens, finem mysterijs imponit. Benedictio post missam. Concil. Agatense. c. 47. Missas die Dominico secularibus tenere speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionẽ sacerdotis egredi populus non præsumat. Qui si fecerint ab episcopo publice confundantur. Quæ ergo seruantur in Missa antiquitus sunt statuta: pergamus deinceps ad reliqua.

9 *Missa non est quotidie celebranda.* Vuit. Hus. Luth. HÆRET. Qui ex hæreticis missam admittunt, docebant etiam satis esse vt Dominicis tãtum diebus celebraretur. At si panis quotidianus dicitur, quare quotidie non est sumendus, sicuti in principio nascentis ecclesiæ erat consuetudo. Si quotidie fructu dominicæ passionis egemus, quare non inuocandus. De consec. dist. 2. c. non iste. Accipe quotidie, quod quotidie tibi prodest. Repetit quotidie ecclesia missam. Primo, quia est memoria passionis Christi, subinde, vt tergi propter nostra peccata. Hinc dicitur. Agnus Dei. Namq; petimus quotidie nouam gratiam. Et filiũ patri offerimus, vt efficacior sit oratio. D. Amb. etiam dixit. Quotidie hoc vnicum sacrificium repetimus, quia quotidie peccamus. Diebus vero festiuis ex præcepto ecclesiæ tenentur curati celebrare, vt innouat synodus Trid. Sess. 23. c. 14. in fine. Et Chrys. Hom. 18. in act. apostolorum. Parũ est dicere in sanctis oblationibus nomen tuum semper referri, & quotidie pro illa preces ad Deum fieri.

10 *Missa dimittit ne peccata, quo ad pœnam, & culpam, vel quo ad vnam tantum.* Adeo diuersi sunt Doctores in hac re, vt vix colligere potuerim veritatem. Quidam dicũt, quòd remittit peccata mortalia, & gratiã confert ex opere operato. Quod si verum est, ad quid pœnitentia; namque nec Deus, aut natura abundat in superfluis. Rursum, ergo sacerdos, sine confessione remittet peccata. Adhuc, aliquid aliud vltra sacramenta deleret peccata, Nam licet eucharistia sit inferes, & sacramentum; missæ tamen non est sacramentum, sed quid ad sa-

cramentum ordinis pertinens. Item quæro, de quo loquantur, an de sacerdote offerente, vel audiente Missam, de primo nemini esse potest dubium, nam si sumit certe gratia ei condonatur. At qui audit, quomodo consequitur remissionem per auditum tantum. Nam vel habet contritionem, uel non, si conterit, vel satis erit contritio, uel non; non primum, quoniã Dauid. Dixi. Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. & Natan ei dicenti. Peccaui. & Dominus abstulit peccatum tuum a te. Vel etiam concurrit Missa sicut contritio, & ex equo confert gratiam, uel minus, & quodcunque dicatur est absurdum. Alii arbitrantur, quod illud sacrificium nullam vim ad remittendam peccata habeat, sed tantum ad impetrandum, sicut eleemosina, de qua dicitur. Peccata tua eleemosinis redime. Sic Missa impetratiue remittit peccata mortalia, & venialia. Nec hoc dictum videtur securum. Etenim sacrificia veteris legis offerebant pro peccatis; & qua ratione nostrum erit minoris virtutis? Cum ergo cumulatius nostra conferant gratiã, plus erit eis tribuendum. Cui addo. Aqua benedicta delet venialia. ergo & Missa. Nonnulli dicunt. Quod sacrificium ex opere operato remittit pœnam, at nullo modo culpam. Biel lect. 85. in Can. scribit, quod Missa suam haurit virtutem, a primo sacrificio in Cruce oblato. Et probat, quia in ea tractantur uerba Domini. Matth. 26. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradet. Et hic est sanguis meus, qui effunditur in remissionem peccatorum.

Qui, ergo, hæc verba audit, legit, & credit, nempe Dominum pro suis peccatis passum, ac mortuum, vel dum uidet hostiam & calicem, si pœnitet, & cupit, ac credit sibi exhiberi efficaciam istius sacrificii, hic vere remissionem assequitur. Et ad hunc sensum dixerunt Patres in Missa impetrari indulgentia peccatorum. Demum tractantur in Missa præcipua mysteria salutis nostrę. quo fit (inquit) ut peccata remittat. Hactenus ex eo. Cano vero libro 12. cap. Duplici propositione mentem suam aperit.

Prima est. Eucharistia per se remittit pœnam, & culpam venialium tantum.

Secunda Eucharistia remittit mortalia, non quia offertur, sed quia sumitur. Tunc enim consumatur sacrificium. Et hoc ex opere operato. Et eius est intentio, quod Missa delet in eo, qui sumit. Nam neque omnia sacramenta habent eandem efficaciam, neque effectum. Sed sicut causa vniuersalis modificatur, sic Passio Christi, quæ est causa vniuersalis nostræ salutis. Et in Baptismo tota pœna, & culpa deletur.

Pœnitentia culpam, at non omnem pœnam. sed amplius laua me Domine. In reliquis Sacramentis est remissio peccatorum, sed quasi per accidens, quia non sunt per se, vt confirmatio, ordo, matrimonium, Eucharistia, sed proprias operationes sine gratia habere nequeunt, quæ si peccata reperiat repellet.

Sacrificium vero Altaris, quia propitiatorium de se est, ex se etiam peccata remittit si sumitur. Quæ sententia & pia, & probabilis mihi videtur. Et varia Patrum testimonia conciliantur, dum dicunt hoc esse sacrificium expiatiuum, ac propitiatiuum.

Quę oblatio, sicut in alijs quis meretur gratiam ex congruo alteri, multò magis dum hoc offert sacrificium, & proderit ei, qui offerenti Sacerdoti se comendat. Demum Concil. Trident. sessione vigesimasecunda, capitulo secundo definit. Quòd peccata dimittit, ac gratiam elargitur, si contrito corde accedamus, ac pœnitentes.

11 *Missa quam celebrant Papistæ non est conformis institutioni Domini.* HAERET. Vt saltem suam inscitiam hæretici tueri possint, hoc etiam dictum excogitarunt.

Quod ex eo eius falsitas conuincetur, si cum his, quæ Dominus gessit, ritus Ecclesiæ librabimus. Tria fecit Dominus in Cœna.

Primo benedictionem, siue consecrationem Sacramenti, dicens. Hoc est corpus meum.

Secundo, communicationem, siue comestionem, & bibitionem corporis, & sanguinis Domini, dicens. Accipite, & comedite.

Tertio, dixit Dominus, vt hoc facerent,

Hoc

Hoc facite, &c. Quæ omnia eo ordine nos in nobilissimo hoc sacrificio obseruamus. Nam dicimus. Hoc est. Vbi loquitur Christus per os sacerdotis. Postea comedit. Et Demum sæpius eius memoriam recolimus. Ecce quomodo omnia consonant.

12 *Missa est tantum promissio, & non bonū opus.* HAER. Hoc etiam figmentum adinuenerunt hæretici, quòd missa est sola promissio, & non opus de se aliquid elargiens vel bonum. Si vero Domini verba recte expenderent, suum errorem agnoscerent. Nam dixi, Hoc est corpus meum. Qui manducat me, viuet propter me. Ioan. 6. Et D. Paul. Probet autem se ipsum homo. Demum facimus, quòd ipse fecit. Hoc facite in meam commemorationem. ergo non erit promissio, sed opus bonum ex se ipsum Saluatorem continens.

13 *Missa non prodest mortuis.* HAERE. Ex antiqua Synodorum definitione, ac Patrum consensu, Ecclesia vniuersa tam Orientalis, quàm Occidentalis pro mortuis hoc sacrificium offerre consueuit. Et Concil. Cartag. Quartum. Cano. 79. (Cui D. August. interfuit) dicit. Pœnitentes, qui attentè leges pœnitentiæ exequuntur, si casu itinere, vel in mari mortui fuerint, ubi eis non possit subueniri, memoria eorum & orationibus, & oblationibus comendetur. Et Can. 95. Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanquam gentium necatores, excommunicentur. Concil. Tolet. vndec. Can. 12. De his autem, qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur ab hac vita decesserint, placuit nobis, vt & memoria talium in Ecclesijs commendetur, & oblatio pro eorum delicto à Præsbyteris recipiatur. Concil. Tribur. Cano. 31. prohibet ne oremus pro mortuo, qui furtum, aut rapinam fecit. Concil. Bracar. primū. Can. 34. Florent. in litterris Vasense pri. Can. 4. Agat. cap. 3.

Vnionis. Trident, sessio. 26. & 22. Canone tertio, & capitulo secundo. Dionys. de Ecclesiastica Hierarchia, capitulo septimo. Postea accedens venerabilis Præsul preces super eum sacratissimum peragit, & postea orationes, ipse quoque Pontifex defunctum salutat, &c. & inferius. Præcatur oratio illa Diuinam clementiam, ut cuncta dimittat, per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumque in luce statuat, & regione uiuorum, in finibus Abrahæ, Isaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor, & tristitia & gemitus. Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epistola prima. Mortuos sepelire, & diligenter corū exequias peragere, pro eisque orare, & eleæmosinas dare. & lib. sexto Constitutio. Apostolicarum, capitulo trigesimo. Et Antitypum regalis corporis Christi acceptabilemque Eucharistiam offerre in Ecclesijs, & Cemiterijs nostris. Greg. Nic. authore Ioan. Damas. dicit. Res autem omnibus modis utilis, & Deo in primis grata, in Diuinis præclarisque sacris operationibus eorum, qui in recta fide decesserunt facere memoriam. Epipha. contra Hæret. hæresi 75. Cyprian. lib. primo, epistola nona. Et ideo Victor cum contra formam nuper in Concilio à Sacerdotibus datam Geminium Faustinum præsbyterum ausus sit tutorem constituere, non est, quòd pro dormitione eius apud nos fiat oblatio aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequentetur, vt Sacerdotum decretum religiose, & necessarie, factum seruetur à nobis. Chrisostom. homilia tertia, in epistola ad Philipp. Non frustra ab Apostolis sancitum est, ut in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum, qui hinc discesserunt. Et homilia quadragesimaprima in priorem ad Corinthios. & 69. ad populum Antiochenum. Diuus Augustinus, lib. de Hæres. hæresi, quinquagesimatertia, ait. Fertur Aerius propria quoque dogmata addidisse non nulla dicens. Orare, vel offerre pro mortuis oblationem non oportere. Damas. libro de hæres. de Aerio, scribens sic inquit. Cunque sibi episcopatum denegatum uideret, multa contra Ecclesiam docere instituit, Arrianorum nulli secundus, Adiecit autem quædam de suo.

Negat enim quicquam offerendum pro mortuis. Contra eum idem Damas. in oratione de defunctis, & latius, & elegantius, cum quo Diuus Augustinus, libro de cura pro mortuis agenda. capitulo primo. & vigesimoprimo, de Ciuitate Dei, capitulo decimosexto. Et de verbis Apostoli. serm. vigesimo 4. vel secundum

alios

alios trigesimosecundo. Isid. lib. i. de off. ecclc. c. 18. ex D. Aug. idem probat. Rab. Maior. lib. de instit. cler. c. 44. Sacrificium pro defunctorum fidelium requie, vel certe pro eis orare, quia per totum orbem hoc custoditur credimus, quòd ab ipsis apostolis traditum sit. Beda lib. 5. de Angl. hist. c. 13. vt & Rab. refert. Animabus defunctorum multum prodesse oblata pro eis sacrificia. Et ex D. Greg. lib. 4. dialog. c. 55. confirmat. Bern. serm. lib. super Cant. ca. mortuos viuentium fraudantur auxiliis, uiuentes nihilominus sanctorum qui decesserũt suffragii spoliantes. Hæc retinet ecclesia, & tuentur scholastici. Tertull. de exhortatione castitatis. pag. 581. orig. in Iob. lib. 3. pag. 500. Greg. Naz. oratione 2. in Tul. Impe. Leo Papa in serm. de ieiunio Pentecostes. D. Tho. 4. dist. 21. q. p. art. 9. q. p. art. 4. & alii scholastici.

14 *Missas plures vnus sacerdos omni die poteritne celebrare?* Quuoniam non ieiunus non potest celebrare, vt Sotherus Papa epistola 2. Concil. Cart. 3. capitu. 29. & Brac. 2. ca. 7. hinc sequitur, quòd qui ablutionem sumpsit eo die amplius non possit celebrare. In nocte tamen natiuitatis ex instituto Thelesphori Papæ ieiunus tres dicere poterit, vt habetur de conse. dist. i. c. nocte. & dist. 2. c. sufficit. Casus ponunt quando a ieiuno licita fuit plures Missas dicere, & ex necessitate nõ auaritia. Et quando communicandus est infirmus, vel sepeliẽdus mortuus, vel peregrini adsunt die festo, pro benedictione nuptiarum. Aut quis habet duas ecclesias pauperes, quando vno die occurrunt duæ missæ, de sancto, & feria. Quãdo 15. & prælatus, vel alius in festo venerit, & non potest aliter audire. Armilla. §. 25.

15 Vt vero est ob oculos, quæ de tanto sacrificio sunt in Trident. synodo repetita quis habere possit, hic colligo.

Missa non est sacrificium. HAER. Sessio. 22. can. 1.

Missa non est propitiatio pro peccatis nostris. HAER. Can. 3.

Missa prodest soli offerenti, & non aliis. HAER. Ex eodem Canone.

Missa non prodest mortuis. HAER. ibid.

Missa derogat passioni Christi. HAERET. Can. 4.

Missa ad honorem sanctorum celebrare non licet. HAER. Can. 5.

Missa continet errores. HAER. Can. 6.

Missæ ceremoniæ sunt abrogandæ. HAERE. Can. 7.

Missa, in qua solus sacerdos communicatur ab eroganda. HAER. Can. 8.

Missa debet alta voce eius Canon. HAERET. Can. eodem.

Missa a sacerdote vago, ac notorio criminoso põt celebrari. Damnat Concil. ea. Sess. c. i. de refor. in medio.

Missa cantu lasciuo, & organis admisceri potest. Refutat concilium eodem loco.

Missa noua, potest sub pacto uenire. Confutatur ibidem.

16 *Missa vulgari lingua dicenda est.* Can. 8. dãnatur. Et uetustissimus ecclesię ritus. Nam si summus sacerdos apud hebræos, vt dicitur exod. 30. & Leui. 16. 10. & 14. solus pro populo orabat, ignorante plebe quid ageretur: nec nostri populi tantorum mysteriorum arcana cognoscere debẽt. Adhuc, quæ nam lingua est omnino omnibus nota, sed in eodem regno, ac prouincia, non vna, & eadem est uox, immo nec vnius ciuitatis idioma cum altero est idem. Vilescerent etiam res diuinæ, sic populo expositæ. Demum ecclesia semper uoces ex tribus linguis retinuit, qualis erat titulus crucis. Vt Kirie. Amen, Sabaoth, alleluia, & aliæ latinæ. Basil. etiam, & Chrisosto. Liturgiam non populari lingua, sed ecclesiastica composuit.

17 *Missa. Potest ne sacerdos post ablutionem, si uiderit minutas reliquias tunc sumere?* Negat Scotus 4. dist. 8. Caiet. probat, quòd liceat. Nam si remanet palato coniuncta aliqua pars, vel dentibus licite deglutimus, ergo, & alias si quæ remanserunt. Secundo in parasceue posita parte hostiæ in calice, si adhuc remaneat, sumimus vinum, & suscipimus, ergo licite. Tertio, semper aliquid sãguinis remanet in calice, & vino bibimus ne remaneat. Quarto. Vnus est actus omnium horum ergo sumi possunt, quia sunt partes. Licet ergo non sit ieiunus quando partes sumit, hoc non refert, sed satis quãdo totum sacrificium celebratur. Nec tamen eadem est ratio, ac iudicium de tota hostia dato casu, quo remaneret. Rursum, non est æqua ratio de sacerdote offerente, & de laico, vel alio, qui communionẽ percipit. Nam communicans compleuit totã

suam

suam actionem post ablutionem, at Sacerdos minimè, sed remanent partes. Potest ergo secundo, & tertio reliquias sumere, & particulas quæ digitis hærent. Hæc Caiet. in quodlib.

18 *Missa dum auditur, potest ne clericus horas dicere, qui ex debito tenetur?* Non exigit nostrum institutum confessarios admonere, vel alios de quibuscunque instruere, sed tantum eos, qui fidei decreta scire cupiunt. Hoc vero propositum quæsitum, & si variè soluant Doctores, Caiet. tamen dicit, quòd dum Sacerdos secretè legit, vel loquitur, potest & clericus suas horas persoluere, licet peccet venialiter tamen satisfacit, quia non auditur, nec intelligitur sacerdos. Tunc enim adest attentio, nec exigitur disparata attentio ad horas, & ad Missam, quia illæ non sunt incompossibiles, vt sunt duæ horæ Canonicæ, & non est adeo occupatus vni, quòd alteram destruat. Hæc in quodlib.

19 *Missa non est infiniti valoris.* HAER. Dei virtutem infinitam, cognouerunt & Phylosophi, cum ergo in Missa Dominus ipse offeratur & sic sacrificium erit & infinitæ virtutis quo ad sufficentiam, licet non quo ad efficiétiam, quoniam effectus sunt semper finiti. Veluti nanq; Diuina virtus est finita, quia edit finitos effectus, quia infinitos capere creatura non valet, sic & effectus Passionis Christi, siue in cruce, siue in Altari infiniti præcij est, quia idoneus, vt pro infinitis si essent hominibus satisfacere, nec pretium sanguinis est circumscriptum. At quoniam finiti semper sunt effectus, ideo & finita uirtus, quo ad hoc. Sicut enim lux Solis, maior, & minor recipitur iuxta subiecti capacitatem, sic & uirtus sacrificij diuersa est, & maior in eo, qui magis est in ipso sacrificio coniunctus. Nec Sacerdos limitat, sed ex intentione, & applicatione sua huic, & illi virtutem aplicat, sicut baptizando per eius intentionem sanguinis meritum deputatur. sic & Crucis virtutem per Missam applicat sua intentione, ac limitat. Ex quo soluitur acerrima illa controuersia. An Missa pro vno celebrata pluribus prosit, quod vtiq; verum est, quo ad sufficientiam, at nõ quo ad efficientiam, quia opus est, vt applicetur petenti, ne eius intentio fraudetur. Poterit tamen Sacerdos, siue pro vno, siue pro pluribus celebret suo iure cibum expetere, quod si negat vnus, requirat alium. Imo Sacerdotibus sunt iniurij, qui cogunt vt pro se sacrificium offerat, nec eleæmosinam largiuntur. Quantum vero repetere possit Sacerdos pro uictu, non potest ad certam regulam reduci, sed iuxta diuersitatem locorum sua exigat modeste.

Epitheta, & honorificæ Nomenclaturæ, quibus vetustissimi sancti Patres, Missæ sacrificium nuncuparunt.

Dionys. in Eccl. Hier.

20 Sacrosancta, & augustissima mysteria.
Venerandissima mysteria.
Celeste mysterium.

Ad Demiophilum.

Sanctæ mysteriorum consecrationes.
Oblatio sanctissimi sacrificij.

Constantinus Magnus.

Sancta debetis offerre mysteria. epistola ad Episcopos Tiri collectas.

Eusebius Pamphili.

Horrorem afferentia mensæ Christi sacrificia.
Deo plenum, & horrorem afferens, & sacrosanctum sacrificium. li. 1. de demonstra. Euang. cap. 10.

Gregorius Nazianzenus.

Incruentum sacrificium. oratione in Iulianum.

Ioannes Chrisost.

Mortis Christi celebratio, horrendum sacrificium, ineffabilia sacramenta. hom. 21. in Acta Apostolorum.
Sacra mysteria.
Horrenda mysteria. homil. 41. in priorem ad Corint.
Celebratio venerandorum mysteriorum. hom. 18. in eandem epistolam.
Mysterium omnium maximè horrendũ, & veren-

verendumque. ſerm.3. in epiſt. ad Phil.
Tremenda myſteria.
Tremendum ſacrificium. lib. 3. de ſacerd.

Theodoretus Epiſcopus.

Sacrificatio agni Dominici. Homil. 6. ad Antioch.
Oblatio ſpiritualis, & myſtici ſacrificij. In Exodum.
Oblatio Diuini doni.
Oblatio Diuini myſtici, & Salutaris ſacrificj. In religioſa hiſt. cap. 10.

S. Cyrillus Epiſcopus.

Sancti, ac uiuifici, & incruenti operatio ſacrificij. Contra Neſtorium.

S. Ioannes Damaſcenus.

Tremendum, & impollutum, vitaleq; Sacramentum. In vita S. Balcami.
Incruentum ſacrificium.

S. Egnatius Epiſc. Nicenus.

Sacrificio Chriſti, Agni, qui tollit peccatum mundi.
Quod ergo tot, ac tantis encomijs Sancti celebrarunt, & vſque ad ſydera euexerũt, hæretici derident, ac blaſphemantur. Quorum rationes ſupereſt ſoluere, ut nullus eis remaneat locus tergiuerſandi.

Obiectiones Hæreticorum.

1. Quod non ſit à Xpo. Pluribus vijs conantur Miſſę ſacrificium toilere. Et primo quidem quod non ſit a Chriſto Domino inſtituta. Nam D. Paul. ad Hebr. 7. dicit. Sacerdos noui teſtamenti eſt vnus, & æternus, at non ueteris, & in hoc differunt. ergo noſter Sacerdos non eſt a Chriſto. Reſpondetur, quòd vnica eſt hoſtia diuerſimode oblata, a Chriſto in in Cruce cruẽter, & ab ipſo ſacerdote quotidie in altari incruenter repetitur. Non ſunt ergo duæ hoſtiæ, ſed una diuerſimode oblata. Quia cruenter in propria ſpecie, in altari ſub ſpecie panis, & vini, quæ pſeuerat quotidiana repetitione, dicente Dño. Hoc facite. Vnus etiam eſt Sacerdos, in perſona enim Domini offerunt alij.

Secundo, eodem D. Paulo authore in ueteri teſtamento repetebantur hoſtiæ, ac ſacrificia, At non in noſtro. ergo non eſt a Chriſto. Dicitur, quòd repetitur aliud nouum ſacrificium, ſed idem.
Tertio olim per ſanguinem hircorum, at Chriſtus per proprium ſanguinem æterna redemptione inuenta, quare ergo repetimus. Dicitur, ꝙ oblatio facta per Chriſtum perſeuerat immolatio modo, & repetitur, vt ſic nobis applicetur, non ut iterum patiatur, vt uoluit D. Pau. illis verbis, in miſſa ergo repetitur quod ſemel Chriſtus efficaciſſime obtulit, & eſt paſſus.
Quarto, ſatis eſt mors Chriſti. ergo ad qđ nouum ſacrificium. Reſpondeo, ꝙ vtique mors Chriſti ſatis eſt, ſed eget applicatione, nam quemadmodum eſt eadem hoſtia ſic eadem remiſſio, nec nouam remiſſionẽ affert, ſed eadem repetitur, & ſic pro nobis intercedat.
Quinto ſunt per mortem deleta peccata. ergo ſuperfluum eſt nouum ſacrificium. Reſpondetur, quod nulla eſt conſequentia, nam eſt per mortem chirographum ablatum, ſed remanet applicatio, quæ fit nobis dum immolamus. Nec ſat eſt medici uirtus, niſi nobis applicetur, nec lux ſolis, niſi feneſtra aperiatur. *Quod non ſit ſacrificium.*
Sexto, in ſacrificio, ſatis eſt gratiarũ actio: vt pſal. 49. Sacrificium laudis, &c. & Diu. Paul. vt exhibeatis corpora veſtra. Dauid iterum, Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Et alibi. Beneficientiæ, &c. Nolitæ obliuiſci, &c. Talibus enim hoſtijs premeretur Deus. At his omnibus ſatisfit dicendo, quòd ſacrificium ſumitur in ſacris litteris dupľr rñdetur. Primo propriè. Secundo tranſlatè, & per metaphoram, & tropũ quomodo loquuntur, quæ adducta ſunt, at nos de eo propriè loquimur. *Quod nihiloſ ferat.*
Septimo, ergo noſtri Sacerdotes erunt legales, ſi quotidie offerunt. Dicitur, ꝙ non offerunt nouum ſacrificium, ſed antiquũ repetunt, vt illa efficientia ad plures contrahatur.
Octauo ergo in quauis miſſa occidiĩ Chriſtus. Reſpondeo ꝙ à nobis offertur, vt illud, quòd ab eo fuit oblatum nobis applicetur.
Nono à patrib. dicitur ſacrificium incruentum, ergo ad quid proderit. Dicitur, ꝙ ab eis nominatur incruentum, quia eſt ſine ef

fusione sanguinis, non quia eius applicatio nobis non sit adiumenti, & propitiatoria.

Decimo. Euangelista Marcus, Matth. Luc. D. Paul. non dicunt eum obtulisse, sed Eucharistiam distribuisse. Ditur, quòd ex illis uerbis. Gratias agens, &c. Concludunt Doctores, ꝙ obtulit.

Vndecimo, Patres dicunt, quòd nostrum sacrificium est exemplar eius, quòd in cruce obtulit. Respondeo, quòd utrunque dici potest. Nam D. Petr. dixit. Christum nobis in sua passione exemplum reliquisse, & D. Paul. uocat similitudinem futurorum bonorum. Non obstat ergo cum in externo sacrificio formà sit, & figura sacrificii crucis, & veritas ipsa in se, & sic interpretantur Sancti.

Duodecimo, ergo redemptio nostra, à nobis est, ergo non solum à Christo. Dicitur quòd est etiam a nobis per applicationem suæ uirtutis. Nam licet causa vniuersalis sit sufficientissima, tamen ad particulares applicatur, sic & nos concurrimus. Peccata tua eleemosinis redime. Dan. 4. & Prouerb. 15. Per misericordiam, & fidem purgantur peccata. Neque per hoc detrahimus Diuinæ bonitati qđ actus nostri concurrant. Nam vnaquæque res est propter suam operationem, & ignis ascendit sursum a Deo tamen habet indiclinationem, sic animalia mouent se, & mouentur a primo motore. & omne mouens mouetur, vt docet Arist. 7. de Physico auditu. Hinc dicitur. Iustus ex fide uiuit. & D. Hieronym. colligit. Hominem esse sibi uiuificationis causam, sed tamen supernaturali, ac gratuito Dei dono, & sunt actus nostri dispositiones, sicut & calor ad ignem inducendũ. sicut enim homo, non est causa animæ rationalis est tamen causa ut homo uiuat. sic nec nos sumus causa gratiæ, sed ut per gratiam uiuamus. Et Dominus præcipit. Ablue a malitia cor tuum. & D. Paulus 2. ad Timot. 2. Si quis emundauerit se ab his. & 1. Cor. 15. Gratia Dei mecum. & 2. Cor. 6. In die salutis adiuui te. Nos ergo operamur. Satagite, ut per bona opera uestra certam uestram electionem, & uocationẽ faciatis, ait D. Petrus.

Tertiodecimo, missa est infiniti ualoris. ergo satis est una pro omnib. ergo non opus est eam repetere. Dicitur negando consequentiam. Quoniam Missa est quidem infiniti ualoris, quo ad efficaciã, at quo ad efficientiam, ut sit infiniti ualoris exigitur particularis applicatio, quæ fit per hanc missam huic.

XIIII. Missa est aliud ab Eucharistia nã Eucharistia est donũ cum gratiarum actione percipiendum. Sacrificium uero est pretium. Respondeo, quòd Dominus gratias egit, & dedit. Sic & nos, ideo Eucharistia est sacramentum, & sacrificium, quia suscipimus donum, & offerimus. Sicut & antiquitus oué, vel boué offerebant, & recipiebant dona, & in anima rationali est uis sentiendi, & intelligendi, sic in Hostia est utrunque.

Quintodecimo, remissio peccatorum fit per fidem, ut D. Pau. Rom. scribit. Ergo ad quid sacrificium. Dicitur, quòd in remissione peccatorum duo sunt, pœna, & culpa. Culpa per fidem, & charitatẽ remittitur. Pœna per sacrificium, & charitatem, & fidem alienam, & per participationem, & applicationem Passionis Christi.

Sextodecimo, Missa est testamentum, ꝙ nobis reliquit. ergo recipimus, & non damus. Ergo non est sacrificium. Nam dicitur. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. At in sacrificio damus. Respondeo, quod non est sensus illorum uerborum quem accipiunt hæretici, sed ꝙ calix est noui testamenti ratificatiuus. sic missa non est testamentum, sed potius noui testamenti ratificatio. Si etiam sequitur non esse sacrificium, quia nihil damus, profecto, nec in ueteri lege fuissent sacrificia, q̃ enim omnium donatori donari possunt, cuius sunt omnia. 1. par. 29. Tua sunt omnia & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Et Psalm. 23. Domini est terra. Et quid habet homo, quod non acceperit. sic ergo & damus ut possumus, qđ accepimus

Decimoseptimo, missa est uerbum promissionis, & Christi dantis. Hoc est corpus meum. ergo non est sacrificium? Respondeo, quòd est sacrificium, quia Dominus non solum dedit, sed obtulit, & hoc faciendum esse nobis instituit.

Decimooctauo, Dominus in mensam non obtulit pro aliis, sed tantum sedendo distribuit. ergo nec nos offerre possumus. Iam in superioribus diximus, quòd Christus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech

Quod nõ pro alijs viuis, & defunctis.

sedech obtulit panem, & vinum, ideo non tantum fecit, sed discipulis idem faciendum esse decreuit.

Decimonono, Nullibi reperitur hæc vox in sacris literis. ergo est humanum inuentum. Hoc argumentum in suo simili sæpius repetitur, ac soluitur à D. Thom. tum potissime qñ de diuinis relationib. ac noti onib. disserit. Quod aliqd cōtinetur in sacra scriptura implicite, si non expresse, si non in syllabis tamen quo ad sensum. Sic hoc nomen purgatorium non legitur in Biblia sub aliis tamen verbis exprimitur, nempe quòd Deus purgat peccata, vel in hac, vel in alia vita. Matt. 12. Et hæc vox missa, non habetur tamen id, quod de eius substantia ponitur, Matth. capit. vigesimosexto. Hoc est corpus meum. Hoc facite in meā commemorationem.

Vigesimo, quod pro mortuis offeratur nullibi reperitur mandatum. Dicitur, quòd cum Iudas Machabæus, & Tobias ante illum docuerint mortuos adiuuandos eleæmosinis & sacrificiis, profecto & nostro sacrificio subleuantur & mortui, quod non est inferioris efficaciæ. Et ex Apostolica traditione habemus, vt D. Chrisostom. Rabanus, ac D. Thom. affirmant. Cum quib. est Ioan. Dam. in libello de iis, qui in fide dormierunt, quem latinitate donauit Ludouicus Nugarola, ac Clementi septimo dicauit.

Quod vulgari lingua. Vigesimoprimo, pergunt ostendere, quod vulgari lingua sit dicenda. Nam Basil. libro quæstio. ex variis scripturæ locis. quęstio. 278. Quia cum ignota fuerint præsentibus verba orationis infructuosa est mēs orantis, cum nemo vtilitatem capiat, cum vero præsentes intellexerint orationem prodesse audientibus potentem, tunc is, qui orat fructum habet, quòd hi, qui utilitatem capiunt meliores reddantur. Chrisost. hom. 35. in priorem ad Corint. inquit. Idiotam vero, promiscuam plebem vocat, monstratque non leue incommodum esse, si amen dicere non possit. est autem, quòd dicit huiusmodi. Si peregrina lingua gratias agas, quam nec intelligas ipse, nec cæteris interpreteris, subiicere Amen plebeitas non potest, & illud in secula seculorum, qui finis precum est audiens. Amen, non dicet. Theophil. in commentariis eadem verba repetit. Thomas Caieta. in 1. ad Corinth. capitul. 14. Ex hac Pauli doctrina habetur, quòd melius ad ædificationem Ecclesiæ est orationes publicas, quæ audiente populo dicuntur, dici lingua cōmuni clericis, & populo quàm latine. Quæ omnia Luthero fauent, & antiquum Ecclesiæ ritum euertunt. His tamen Sixtus. Tom. 2. lib. 6. annota. 263. & Felician. Seruita. lib. expl. cathol. parte tertia, explanatio. 48. Et ad Basilium qu dem, quod loquitur non de præcibus, sed de his qui verba faciunt populo, & sacra interprætantur. Ad Chrisostom. dicō, quòd non loquitur de omni oratione, & sacrificio, quod fit in Ecclesia, sed de eo, quod tantum orādo dicimus coram laicis tantum, non de illo, quod canimus in Ecclesia. alij aliter interprætantur. De Caietano vero, dicerē, quòd plus voluerit sapere quàm opus esset, uel quod non de orationibus, quę dicuntur in missa loquitur, sed de aliis, quas canimus ad populos excitandos. Ex his ergo locis, atque aliis, quos de industria omitto, ne in maiorem molem consurgat tractatus, & non aduersariorum confutatur. Hoc vnum itemq; postremum superest.

21 *Missa mali Sacerdotis, nullius est virtutis.* HÆRET. Hanc hæresim & authoritate, & rationibus confutauimus. Nam si sanctitas ministri exigitur. Quis vnquam de Sacramento erit certus, cū nemo sciat ministri sanctitatem? Quis ipsum esse Deo gratum cognoscere poterit? Quis an recte & vera intentione celebret, sunt ergo ista supra nos, nec ea iudicare nostrū est. Veneremur ergo Christi potestatem, non ministri vitam contemplemur, nam & Cayphas homo scelestissimus sententiam protulit. At de his alibi. Et Concil. Constantiens. contra eos statuit, quòd diximus.

22 *Missa pro pluribus à Sacerdote celebrata, satisfacit, ac si pro vno tantum offerret.* Rem hanc discutiunt Sholastici. Pro cuius intellectu est recolendum, quod in missa multa sunt cōsideranda.

Primum quod est Sacramentum.

Secundum quod est sacrificium, in quo tertium est, nempe orationes ultra sacrificium.

Est adhuc in hoc sacrificio id quod offertur, ac demum deuotio offerrentis non dico Sacerdotis, sed eius ad cuius nutus offert Sacerdos.

His expositis, subnecto, quod Missa, ut est Sacramétum sumenti proficit, ac prodest. At ut est sacrificium, ex parte operis operantis. Vna pro pluribus satisfacit, nam offertur Christus, qui est infiniti ualoris, ac uirtutis. Si vero ex parte deuotionis offerentis consideretur, sic qui pro pluribus offert, non satisfacit, ac si pro vno deberet. Demum ex parte orationum, ac præcum, quæ dicuntur in Missa, tales sunt satisfactoriæ pro omnibus. Et sic saluamus infinitã sacrificii uirtutem, atque finitatem ex parte effectus in vnoquoque, ut D. Thom. innuit. 3. par. q. 79. artic. 5. Satisfactio enim respondet non tantum sacrificio, sed deuotoni offerentis, & hac de causa dicitur infinita uirtus, ac finita, infinita, quia pluribus potest respondere. Finita, quia cuilibet secundum suam fidem, & deuotionem. At dicunt. Ad quid si una pro pluribus, tot Missæ? Respondeo id esse ex parte offerentis, ac deuotionis ipsius, atque applicationis. Adhuc, ergo Sacerdos, qui accipit plures eleemosinas peccat, vel non satisfacit singulis eorum. Dico ꝙ sacerdos, si accipit eleæmosinam talem, quæ pro uictu satis sit: non satisfacit si pro pluribus offert, at si tenuis fuerit eleemosina non est eius actio ab alio coarctanda, qui enim auare dispensat, non potest sacerdotis ius impedire, q͂d non quærat, quæ sua sunt. Qui etiam maiorem dat eleemosinam, puta pro triginta Missis D. Gregorii, maiorem ostendit deuotionem, ac copiosiorem gratiam consequitur. Scribit Scot. in 4. distinc. 13. q. 4. & Brulifer ibidem. Biel lect. 26. Canonis. Gerson parte 4. contra superstitiosos sermones. Cameracensis 4. quæst. 5. art. 1. de valore missæ. Caiet. in quodlib. Et Can. 4. li. 12. c. 13. in fine. & alij. Quomodo etiam mortuis missæ sacrificium ferat auxilium superius, verbo, Indulgentia dicta sunt, multa enim hoc loci dicta sunt, & volumé in immensum excresceret si alia adderemus.

Missio.

Missio non est in Diuinis. HAER. Cum sanctissimæ Triadis vnitate, & personarum distinctione ex sa[cra] pagina edocemur, ꝙ vna persona aliam mittit. Pater enim & filium, & spiritum sanctum mittit, & à nemine mittitur. De Filio sæpius legimus. vt faciam voluntaté eius qui misit me Patris. Et alibi, vado ad eum qui me misit. & D. Paul. Misit Deus filiũ suum natum ex muliere factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret. Et ad hoc misit Deus Filium suum in mundum, ut uiuamus per ipsum. De Spiritu sancto dixit. Quem mittet Pater in nomine meo. & iterum, si non abiero non mittam eum ad uos. si autem abiero mittam eum ad uos. Distinguunt etiam Doctores. Quod Missio vna est uisibilis, & alia inuisibilis, quæ fit per gratiã. De qua dictum fuit. Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. De hoc Scholastici post magistrum. 1. dist. 15. & D. Thom. 1. par. q. 44.

Modestia.

Modestia non est virtus. HAER. Moderare cupiditates est profecto laude dignum, & passiones habenis retinere, quod est modestiæ munus. De qua D. Paul. Modestia vestra, nota sit omnibus hominibus. ad Phil. 4. b. & c. D. Pet. 1. cap. 3. b. Modestissimus. & Cicero, lib. 3. Reth. D. Thom. secunda, secundæ, quæst. 143. & Cort. lib. tertio, distinctione octaua.

Mollities.

Mollities non est peccatum. HAER. Scribit D. Hieronym. ad Ephes. cap. quinto super ea verba. Fornicatio autem, & omnis immunditia, &c. Nisi Philosophorum quidam Cynicus extitisset, qui doceret omnem titillationem carnis, & fluxum seminis ex qualicunque attritu, tactuque uenié tem in tempore non uitandum, & nonnulli sapientes seculi in hanc turpem, & erubescendam heresim consensissent.

Nunquam sanctus Apostolus scribens ad Ephesios, capitulo 5. Ad fornicationem etiam

etiam omnem immunditiam copulasset, & ad immunditiam iunxisset auaritiam, non hanc qua pecuniam cupimus congregare, sed illam de qua supradiximus. Hactenus D. Hieronym. & D Paul. 1. Cor. 6. b molles regnum Dei non possidebunt.

Hæc est vitium, quòd opponitur perseuerantiæ, & ex duplici causa gignitur. Primo ex consuetudine. Secundo ex naturali dispositione. Vt docet Diu. Thom. secunda, 2. q. 138 ar. 1. Et Arist. 7. Etic. Paul. Cort. li. 3. dist. 8. Gerson, par. 2. tractatulo de confessione mollitiei. & tract. de pollutione diurna. propositione 2.

Monachus.

Monachorum uestes, & status sunt damnandæ. Vuitclef. HAER. Alia, quæ ad rem hác faciunt inferius verbo, Religio sunt exponenda, hoc loci satis est cum D. Thom. admonere. 2. 2. q. 187. Quod si quandoque apud D. Aug. lib. 2. de serm. Domini, capit. 19. Vel D. Hieronymi, ac Strabi dicta videtur habitum, ac vestes monachorum deludere. sunt interpretanda, de his, qui hypocrisim ostendunt, ac simulatam sanctitatem. Aliàs & monachos honore habendos esse, ex eo cognouimus, qđ tempore Apostolorum fuere. ut scribit Dionys. de Eccl. hier. c. p. 6. parte prima. ac Philo Iudæus, lib. de vita contemplatiua, & eius verba refert Euseb. de ecclesiast. historia, lib. secundo. Magd. vero derident, quod alij naturæ lumini ducti summis laudibus extulerunt, & sequuti sunt communem uitam Esseorũ, inter quos repetit Philo, lib. qui inscribitur, quod solus bonus est liber. & Ioseph. lib. 2. de bello Iudaico. & Plin. lib. quinto hist. naturalis, cap. septimo. admiratur eos quos miram gentem appellat, sine vlla venere, & sine vlla pecunia. & ad hanc vitã pertinet quod Dominus illi adolescenti dixit. Si vis perfectus esse, vade uende omnia quæ habes & dà pauperibus, & veni, & sequere me, quæ uerba Clemens necessario seruanda esse docuit eos, qui irreprahensibiliter militare cupiunt. Nylus etiam Chrysostom. discipulus, in lib. eruditissimo, de nihil possidendo, sic ait, ad magnã dyaconissam Ancyranam. Quæ pulchritudo formæ, & opes appetuntur, & vtriusque horum illecebris non irretiri fortis animi est, sed, qui propositum nihil possidendi susceperunt, maiore adhuc admiratione digni sunt, quippe quos æstimatio diuitiarũ non traxit, neque mentem vanis curis alligare voluerunt. Deinde subiungit. Excellentes itaque æstimandi sunt, qui tanquam in palæstra cogitationes illas vicerunt, quæ mentem impellunt ad assentiendum opinioni populari de opibus amplectendis quasi veris bonis, & non relinquendis illis bonis, quæ omnium sententia magnæ æstimationis esse videntur. Hæc Nylus.

Ad hanc communem uitam Dauid excitauit. Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum. & in Actis Apostolicis. Erat cor vnum, & anima vna, & omnia communia. Basil. capitu. decimonono. Asceticarum constitutionum, ait. Dauid, in Psalmo cecinit. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Diu. Augustin. serm. quinquagesimosecundo, de communi vita clericorum loquens, Professus est communiter viuendi societatem, & professus est quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, sed non soli audierũt non enim ad illos solum ista dilectio, & vnitas fratrum uenit, uenit enim & ad posteros ista charitatis exultatio, & votum Deo. Hæc ibi.

2 *Monachorum uita repugnat Euangelio, & sacræ scripturæ.* HAER. Ex superioribus constat nedum repugnare Euangelio Monachorum uitam, imo est ipsa eius obseruatio. Et ut rem ex remotioribus stabilire, ac confirmare possimus. Recolant inimici nostri, quòd Num. 6. laudantur Rechabitæ, & in exemplum populo Dei proponuntur, quòd vel Ionadab filio Recab obedirent, neque vinum biberunt, domum non ædificarunt, sementem non seminarunt, vineas non plantauerunt, sed in tabernaculis habitauerunt cunctis diebus. Nazaræi etiam, quibus Deus præscribit viuendi formam vmbra nostræ Religionis extiterunt, nanque nihil ex vinea collectum, siue vinum bibebant, vel vnam comedebant, Cæsariem non abradebant, super mortuos non ingrediebant. Demũ & si non sit hec vox monachus, vel Religiosus in Euang. continetur tamen quo ad rẽ

vt de aliis paulo ante diximus. Nulla.n. est scriptura, quæ obedientiam, paupertatem & continentiam non probet. Et vita communis à Christo exordium sumit, qui sic cum Apostolis uixit, quam post eius ascensionem seruarunt Apostoli inuiolatam. Hanc tetigit Dionys. Areopagit. de eccles. hier. cap. 6. de monastica consummatione, & monachos appellat. Philon Alexandrinus, qui beatum Petrum vidit Romæ tempore Claudij Imperatoris, eorum domicilia monasteria uocat, in libro de prima Marci Euangelistæ Ecclesia, vt ait Beatus Hieron. ex quo apparet, inquit D. Hieron. talem primum credentium fuisse ecclesiã, quales nunc monachi esse cupiunt, vt nihil cuiusquã proprium sit. Imo vero secũdum institutionem etiam Apostolorum in Ecclesijs communem vitam obseruabant clerici, vt testis est clem. li. 2. de const. Apostolicis, cap. 58. Si quis presbiter ex parochia aduenerit excipiatur à præsbiteris, si diaconus à diaconis excipere iubet, id est more communis uitæ, siue vt ratio communis vitæ postulat, vt scilicet communicentur eum eis, quæcunque opus erunt. eodem verbo vsus est Eusebius Alexandrinus Archiepiscopus ante annos mille trecentos, in serm. de Dominico die, hortans ad permanendum in Ecclesia vsque ad extremum Missæ, siue sit clericus, siue religiosus. Guiliel. Durantes li. 6. de diuin. offi. inst. c. 7. scribit, ꝙ in pluribus ecclesijs cathedralib. erant communia omnia ipsis canonicis etiam. Meminit de monachis Paulinus ad Seuerum epist. 3. in fine. Pater Antiochus, Num. 89. in principio eos esse imitatores Eliæ, & Ioan. Bapt. dicit. Qui nullũ possidet peculium Monachus, aquila est altiuola, & postea. Qui se exuit possessione facultatum, Eliẹ competitur esse imitator, Ioannis item, & eorum, qui dicunt. Ecce nos reliquimus omnia. Hinc laudat Ecclesia, & admiratur Basilium. Aug. Hiero. Benedictum, Dominicum, ac Franciscum tot Cenobitarum patres amplissimi, si Lutherani, ac Magdeburgenses cõculcant, quasi noster institutus diuersus sit ab Euangelio, qui tamen est ipsissima Euangelica vita. Qua in re, non satis tute scripsit Caietan. Marci 6. dicens ab vniuersa doctrina Euangelica discrepat mandare de cibo potu, vestibus, barba, capillis, & huiusmodi, qui certe fuit sui immemor, qui, 2. 2. q. 183. ar. 3. Qui cum D. Thom. docet, Religiosorum statum fuisse a Christo institutum, & quare, quæ ad ornamentum, vel carnis mortificationem putandum est, nõ esse Deo gratum, ut ea obseruemus, quæ uiam parant ad maiorem perfectionem.

3. *Monachorum vota repugnant vitæ humanæ procreationi.* HAER. Iuxta temporum exigentiam, ac opportunitatem, quædam præcepit Deus, & postea reuocauit. Quando enim non erat adhuc multiplicata natura humana dictum fuit. Crescite, & multiplicate, &c. Modo quia repletus est vniuersus, Beati sunt qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, qui potest capere capiat, quod vt facilius Religiosus, Dei gratia opitulante, omnia abdicauit, ac post terga reliquit, & nudum nudus ad vexillũ Crucis anelat perculcato patre, ac matre. Et ea Deo pollicetur, quæ faciunt ad perfectionem assequendam, de qua dixit Dominus. Si vis perfectus esse uade, vende omnia quæ habes, & veni, & sequere me, quæ ex sacra pagina habemus. Nam de voto obedientię legitur primi Regum 16. Melior est obedientia quam victimę, sic Samuel Saulem repræhendit. Et Dominus obedientiæ formam docuit. Luc. 2. subditus erat illis. & D. Pau. ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem. Continentiæ uotum comendat Dominus. Matth. 19. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. & Ioan. ex nuptiis vocauit. & Discipulis dixit. Qui non reliquerit vxorem. Et Diuus Paul. 1. Cor. 7. Bonum est illis, si sic permãserint sicut ego. De paupertate consilium expressum tradidit Dominus. Si vis perfectus esse, vade vende omnia, quæ habes & da pauperibus. Vota ergo nostra est ipsa obseruatio mandatorum Dei.

Obijciunt Hæretici.

Primo, nullibi habent laruæ istæ fundamentum in Euangelio. ergo omnia cœnobia iustæ sunt à nobis funditus diruta.

Respondeo, imo impie Lutherani nostra diruperunt, ac euerterunt, & gigantũ more, cum Dijs bellum inire non formidarunt, eorum tamen habitaculis imo impudi-

diciſſimis lupanaribus, non relinquitur lapis ſup lapidem qui non cadat, ac destruatur. Ex Euangelio, & antea originem habet cenubitarum institutum, vt ex ſuperioribus apparet.

Secundo arguunt ex verbis D. Paul. ad Roman. vltimo. Rogo vos fratres, ut obſeruetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula, preter doctrinam, quam vos didiciſtis faciunt & declinate ab eis, qui per dulces ſermones fidelium, ac innocentum corda ſeducunt. Tales ſunt religioſi, nam alius dicit. ego ſum Auguſtini, alius Dominici, alius Franciſci, quæ uetat D. Paul. ad Cor. 1. c. 3. Quid eſt Apollo, quid Cephas, quid Paulus? Reſpondeo, ꝙ Luthærani ſunt, quos cauendos eſſe docuit Apoſtolus eorũ ſchiſmata hæreſesq; præcognoſcens nã alius Lutherus, alius Zuig. alius Eraſmus, & alij, quorum capita referre longum eſſet, & nec inter ſe conueniunt principes tenebrarum. Nos vero immitamur Chriſtum & Euangelium, ac ſanctos Patres uiros prudentiſſimos, qui & ſi uoce, diſſentire eos, diiudicent hæretici, una tamen ex illis conſurgit conſonantiſſima armonia, quaſi diuerſis modulationibus, ut ſic eccleſia regina circumamicta tot varietatibus in ueſtitu deaurato mirũ immodum effulgeat, ac reſplendeat.

Tertio, religio mũda, & immaculata apud Deum, & patrem hec eſt, viſitare pupillos, ac viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo, vt docet D. Iacob. 1. Hoc non obſeruant clauſtrales. Reſpondeo, quòd monachus ea de cauſa ingreſſus eſt religionem, ut immaculatum ſe cuſtodiat, quòd vero ſit actus religionis viſitare eos, quos nominat, non ſolum eſt noſtrum munus, ſed & laicorum ſi id opus fuerit, non nego ergo quod docet Apoſtolus, ſed addo quod docuit Dominus, nempe, omnia poſt terga reiicere cũ Abrahamo.

Quarto, vna eſt chriſtiana religio, in qua Abbas eſt Chriſtus Dominus, ad quid aliã fingere? Reſpondeo, quòd hæc cenobitarum religio chriſtiana eſt, & amplectitur nedum Euangelica, ſed & mandata, ſeu conſilia, & quæ perfectionis ſunt.

Quinto, pollutionibus, ac ſodomijs ſunt polluti, ac commaculati. ergo delenda hec eſt religio. Dicitur, quòd ieiunijs & orationibus vacãt, ſacrarum literarum ſtudijs toto pectore incumbunt, nocte ac die pſalmodiæ inuigilant. Et ſi aliquis eſt, inter tot centena millia, qui ſui ſtatus, ac profeſſionis oblitus cadat, luit pœnas, nec religio refulget Sanctorum ieiunijs, quàm erga impios pœnitentia, ac ſeuera iuſtitia, quæ eo eſt magis fugienda quo fermè toto tempore eſt infamis, qui talia agit.

Moniales.

Moniales inſtituere iniquum eſt. Luth. Eraſm.

HAER. Multa quæ pro huius confutatione dici poſſunt, legas inferius. Verbo Virginitas, & ſupra, verbo, Caſtitas. Non mirum ſi Lutherani odio perſequuntur ſacras virgines qui ſponſas Chriſti communes vxores habere voluerunt, vt docuit Lutherus ſcripto, & exemplo, qui monialem ex monaſterio Nymicenſi raptam Catherinam de Bore vxorem duxit. At ſancti ſicut ex Apoſtolorum inſtituto (vt Clem. epiſt. quinta ſcribit) cenobia viris erexerunt, ſic & mulieribus, quod & Pagani Romæ antea obſeruarunt. Imo S. Vigilius Archiepiſcopus Salyburgenſis ante annos plus ſeptingentos quinquaginta in Germania decreuit ne moniales nuberent. At quia hoc dictum iniquum ex proxime expoſitis condemnatur, & ex alijs, ſat erit intentioni noſtræ ea tantum afferre, quæ ſtatuta ſunt in Concilio Tridentino.

Primum eſt, quod moniales ſingulis menſib. confiteantur. ſeſſione vigeſimaquinta, capitulo decimo.

2 Monialibus ter in anno offeratur confeſſor extraordinarius, qui omnium confeſſiones audire debet. c. 10.

3 Moniales eucharistiam intra chorum ſeruare non poſſunt. ibi.

4 Monialium habitum puella, ante duodecimum annum ſuſcipere non poteſt. capitulo 17.

5 Monialis profeſſionem facere non poteſt, niſi eius voluntas, prius cognoſcatur ab Epiſcopo, vel eius vicario. ibidem.

6 Monialis, ſi faciat profeſſionem ante decimumſextum annum expletum, & ſi per annum in probatione nõ ſteterit ante profeſſionem, non admittatur, & profeſſio nõ obligat. c. 15.

7 Monialium renũciatio debet fieri per duos men-

menses ante professionem, alias irrita. capit. 16.

8 Monialis cogi non potest ad ingressum Religionis, imo tales anathematizat Concilium. c. 18.

9 Moniales à monasterio exire non possunt post professionem, quocunque prætextu. cap. quinto.

10 Monialium monasteria, nemo potest cuiuscunque sit ætatis, gradus, vel conditionis, sine episcopi licentia in scriptis data ingredi, quam tantum in casibus necessarijs potest concedere, & qui sine licentia ingrediuntur excommunicantur. capitulo eodem.

11 Moniales bona mobilia, vel immobilia possidere vel tenere non possunt cuiuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint. capit. secundo.

12 Moniales nihil recipere possunt ante professionem præter victum, & vestitum, & excommunicantur dantes & recipientes, quouis prætextu, sine licentia Episcopi, capit. 16.

Paucis decreta Concilij collegi, nec more cõsueto calculũ adhibui, sunt non sint hæreticæ contrariæ propositiones, ex regulis enim in principio assignatis facillimæ probatur, quod, qui negat, vel impugnat communes ecclesiæ leges, hic hæreticus certe est, ad reliqua munus nostrum reuocetur. Approbatæ fuerunt moniales, in Concil. Paris. cap. 4. Aurel. cap. quinto. & Hispal. 2. cap. vndecimo.

Monarchiæ.

Monarchia non est in Ecclesia. Luth. HAER. Ex his, quæ ad primatum Romani Pontificis confirmandum à nobis adducentur Ecclesiastica hierarchia stabilietur, vltra ea, quæ à Dionys. Areopag. & Alb. Phigio copiose scripta sunt. Si enim negatur hierarchia, remanet in Ecclesia ne dum Babylonica confusio, sed & Moysis abstrusissimus chaos.

Mons.

Mons pietatis est vsurarius. HAER. Lateranẽ. Concilium sub Leone Decimo, sess. decima, die quarto Maij 1515. decreuit iustum esse pietatis montem, sub certis illis cõditionib. nõ licet ergo dãnare montẽ Ad exactam vero huius rei notitiam percurramus exponere, quæ Theologi scribunt de eo, de quo ea de causa Theologi est de monte pietatis tractare quatenus vsuram connectit, non quasi de se primo sit de fide, sed per accidens, ac secundario, vt admonet Caiet. Vt vero cognoscamus, an sit licitus, vel vsurarius. Suppono primo, quòd ille tenetur mercedem soluere, in cuius fauorem fit opus. Suppono secundo, quòd nullus tenetur soluere pecuniã pro altero, in cuius gratiam fit opus. Suppono tertio, quòd prius est considerandum in cui fauorem ministrorum labores fiant pauperum ne, an locantium pecuniam. Hinc distinguere opus est, quod opera ministrantium quædam sunt per se intenta, vt quæ ad pignorum venditionem concurrunt. Aliæ sunt per accidens, vt vẽditio pignorum, & alia. Si ergo præparatio pecuniæ ad mutuandum, actus mutuandi sumere pignus, scribere hæc, & expensæ pro libris, conductio domus, maior pars & periculosior est in fauorem, ac utilitatẽ mutuantis, vel aliqua ad commoditatẽ pauperum, sed lucrum est mutuãtis, quia præparatio ad mutuandum, actus mutuandi restitutio pignoris ordinatur ad bonũ huius pauperis, & eius vtile. Tunc dicit Caietan. Quod nullus pauper tenetur ad solutionem mercedis. Quia plurima, ac potiora sunt in fauorem mutuantis, & non pauperis vniuersitatis. Secundo dicit. Quod non omnis pauper qui accipit mutuũ tenetur soluere pecuniam. Quia nec oĩs pauper affert pignus ponderosum ad excutiendũ. Tertio addit. Petrus mutuans, & uniuersitas pauperũ, q ferunt pignora tenentur soluere. Ratio est, quia fiunt in ipsorum fauorem. Quarto connectit. Quilibet pauper, qui affert pignora onerosa, quæ domo egeant, & cæt. debet soluere, quia ipsi gaudent ea vtilitate. Demum dicit. Iniuste exigitur à quouis paupere, quod soluat vnum pro centenario. Quod ex dictis probatur. Dicit ergo, quod tunc mons est licitus, quod soluit vniuersitas pauperum, cui seruantur pignora, & etiã Petrus mutuans. & sic intelligitur Bulla, in qua dicitur, quòd non committitur aliquid, quod sit contra Ius Canonicum: ideo capitula aliqua damnantur, & non

mons

mons in ſe. Obſer. etiam quod mons pietatis adinuentus eſt, a pauperum ſubuentionem, ne à Iudæis vſuras acciperent. Capitula vero hæc ſunt.

Primum quod ſint parati ad commodandum pauperibus tantam ſummam ad reſtituendum infra tantum tempus, & non plus, vt ſic alij ſubuenire poſſit.

Secundum, vt qui accipiunt pignora monti aſſignent ad eius cuſtodiam conſignata, ita, vt uendi poſſint infra annum ſi non reſtituunt, & inde accipiant quod mutuatum fuit Domino pignoris deductis expenſis pro miniſtris.

Tertium. Quod vltra pecuniam mutuatam detur monti alia à prædictis debitoribus, non pro monte, ſed pro miniſtris, ac eorum labore. Confutat etiam Caiet. quorundam placita. Nam aliqui dicunt, quod abſolute licitus eſt, & quòd nihil vſurarium accidit, & quòd tres contractus interueniunt.

Primus inter Petrum mutuantem, & Ioãnem pauperem.

Secundus contractus pignoris, inter Ioannem pauperem, & Petrum.

Tertius eſt contractus locationis, quo miniſtri operas ſuas locant, & pauperes mercedes illis aſſignant, & nullum horum eſt vſura. Alij dicunt, quòd interuenit iuſtitia commutatiua & ideo non eſt vſura.

Tertia opinio eſt, quòd mons fundatur in iuſtitia diſtributiua, ideo non eſt vſura.

Quarta eſt, quòd mons eſt licitus, quia non interuenit mutuum, ſed eſt ſocietas quædam, & eſt contractus temporalis vſus communis depoſiti. Et eſt etiam contractus locationis operarum, ad cuſtodiam pignorum pauperum, ideo mercedem ipſi debent reddere. Mens tamen Caietan. eſt, quòd mons in ſe non eſt illicitus, ſed capitula ſunt conſideranda, atque conuentiones, & ille debet ſoluere, qui vtilitatem ſumit Armilla ſcribit. Verbo, Vſura §.48. & alii fuſius, quæ extra noſtrum inſtitutũ eſt referre. Sat eſt admonere, quod hæreticum eſt, negare montem pietatis, quem Leo approbauit loco dicto.

Mors.

Mors homini non eſt naturalis, ſed per paccatum Adæ facti ſumus mortales qui antea etiam ex natura, non ex gratia eramus immortales.

HAER. Eadem eſt omnino natura ante peccatum & poſt, atque ideo ſicut natura illa, ſibi derelicta erat mortalis, quia ex cõtrarijs compoſita, ſed dono gratiæ erat immortalis, vel factum fuit, vt mori non poſſet, ideo & de ſe poterat mori, & mors naturalis eſt, quia conſequitur ex principijs intrinſecis naturæ, & ipſam ſemper naturam comitatur, in hac vita, & quia nemo eſt Theologorum, qui in hac re non cõueniat, ſupfſua ſunt, q̃ a me adduci pñt.

2 *Mori debebat Adam ſiue peccaſſet, ſiue non peccaſſet.* HAER. Fuerunt nonnulli, inter quos Ioſephus, lib. 1. Iudaici antiq. & Aug. Chiſami Epiſcopus, in annot. in Pentateuchum, ca. 2, dicens, quòd culpa fuit Adam de paradiſo eiectus, non intulit mortem corpori ſed animæ. Quorum errorem ſequutus Pelagius in Concil. Aphricano, capit. 76. fuit damnatus in hæc verba. Quicunque dixerit Adam primum hominem mortalem factum, ita vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret moreretur in corpore, hoc eſt de corpore exiret. non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ. Anathema ſit. D. Aug. etiam ſcribit contra hoc. lib. 13. de Ciuit. Dei, ca. 15. Quoniam peccatum vindicans Deus dixit Homini, in quo tunc eramus omnes. Terra es, & in terrã ibis. Et D. Paul. ante omnes. Per peccatũ mors intrauit in mundum.

2 *Morituri ſunt ne omnes homines ante diem iudicij?* Nedum recentiores ſed Neoterici atque doctiſſimi patres inter ſe glorioſe digladiantur, an omnes homines ſint morituri. Namque Orig. in tertio volumine Epiſtolæ D. Paul. ad Theſſal. exponens illud, Nos, qui viuimus, qui reſidui ſumus. Acatius Cæſarienſis Epiſcopus, lib. quarto ſelectarum quæſtionum. Didymus Alexan. in Com. 1. ad Cor. D. Ambroſius ibidem. D. Auguſtinus lib. vigeſimo de Ciuitate Dei, cap. vigeſimo. D. Thom. primę ad Cor. decimoquinto, affirmant omnes homines eſſe morituros, & deinde reſurrecturos, hoc ſuadent verba Apoſtoli ibi dicẽtis. Oẽs quidẽ reſurgemus, ſed nõ oẽs immutabimur, ſi quidẽ reproborum corpora reſurgent quidem, & immortalitatẽ con-

conſequentur, non tamen immutabuntur ad Dei gloriam, aut alias dotes glorioſorum corporum aſſequentur, ſed perpetuis pœnis, ac miſerijs addicti erunt. Econtra D. Chriſoſtom. hom. 42. in priorem ad Corinth. Theophil. Oecumenius in collectaneis expoſitionum in Paulum. Theodorus Heracleæ Epiſcopus in priorem ad Corint. 15. Diodorus Tarſenſis Epiſcopus ibidem, pluresque alij, arbitrantur, non omnes homines morituros. ſic & D. Paul. 1. ad Theſſal. 4. dicit. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus. His accedit articulus fidei. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. At D. Hieronym. epiſtola ad Minerium & Alexandrum. D. Aug. de Eccl. dogm. & q. 3. ad Dulcitium in arbitrium cuiuſcunque reliquit, quod quiſque ſentiat, quod lubet, & Catholica vtraque eſt ſententia. Quod vero dicit ad Theſſal. interpretatur D. Aug. vbi ſupra de Ciuitat. Dei, quod qui viui reperientur animæ eorum eodem raptu exibunt, & ad eadem corpora immortalia mox redibũt. & licet D. Thom. doceat, quòd omnia corpora debeant incinerari, hoc intelligit ex communi lege non de aliqua ſpeciali gratia. Id etiam quòd ex ſymbolo proponebatur. D. Auguſt. duobus modis dilucidat in lib. de fide & ſymb. cap. 8. Primo, quòd viui dicuntur, qui tunc temporis erunt viui, & mortuis, qui antea mortui erant. Secundo, ꝙ uiuos, i. electos, & mortuos, hoc eſt reprobos iudicabit. Nec plura de his.

3 *Mortem ſibijpſi inferre licet, qua uis de cauſa licet, ſine alia reuelatiõne Dei.* Petil. H AE. Multi fuerunt vt in hiſtorijs ſacris & Gentilium, qui mortem ſibijpſis conſciſcere. Nam Razias. 2. Mach. 14. Se gladio peremit, & laudatur. Fuerunt etiam ſanctæ fœminæ, qui perſequutionis tempore, in fluuium ſe proiecerunt, & ſic ſuæ pudicitiæ inſectatores deuitarunt. Hac ergo in re duplex eſt error. Primus Petiliani qui docuit licere homini ſeipſum interimere, ut commiſſa peccata expiaret, imo eos martyres vocat. Pro cuius confutatione recolendum eſt, quod ſatisfactiones, quæ in ſacra ſcriptura ponuntur, nunquam hanc pœnitentiam proponunt, & mirum, quòd rem tanti ponderis prætermiſerit. Et Iudas damnatur a D. Petro, Act. 1. Quia ſe ipſum laqueo ſe ſuſpendit. De quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuũ, hæreticum eſt ergo eos martyres nuncupare. Euſeb. etiam Cæſar. Epiſcopus, lib. 8. Eccl. Hiſt. Cui conſentire videtur D. Hiero. exponens verba Ionæ 1. Tollite me, &c. Qui affirmant bene quaſdam fœminas egiſſe, quæ propriis manibus ſibijpſis mortem intulerũt, vt virginitatem ſeruarent. Et de Sophronia vxore Præfecti vrbis Romæ, ſcribunt, ꝙ facta ad Deum oratione accepit mucronem, & proprium pectus tranſuerberans animam exalauit. D. vero Hieron. ait. Vnde in perſequutionib. non licet propria perire manu, abſque eo, vbi caſtitas periclitatur, ſed percutienti colla ſubmittere. D. Aug. vero, lib. 1. de Ciuitate Dei, c. 17. Probat, quòd non licet propria manu ſe ipſum occidere. Nam ea ratione, qua prohibetur alterum interrimere, multo magis ſeipſum. Et cap. 20. ait. Non occides demonſtrat generaliter, ꝙ neque adipiſcendæ immortalitatis cauſa, vel ullius cauẽdi mali occaſione, licet nobis met ipſis mortem inferre. Ad hæc. Natura hoc abhorret ne dum in impijs, imo, & in iuſtis. & capit. 25. Repetit, quòd non licet, vt uitemus peccatum dicens. Non committitur ſcelus per carnem, niſi carni conſentiat anima, faciant ſacrilegi quicquid valent in corpus, & ſtupratores. q̃tũ p̃nt maculent illud. Nullum eſt vitium, nullum committitur ſcelus, integra perſeuerat ſanctitas, inuiolata cuſtodita eſt virginitas, ſi anima, & non peccandi uoluntas integra perſeueret. Reponatur in Deo omnis confidentia, ab eo petatur auxilium, certoque ſciatur inuocantibus eum ſemper adeſſe. Quod ſi ſuo infallibili conſilio labi hominem ſinat, vt per carnis infirmitatem peccando conſentiat. ſatius eſt flagitium committere, quod pœnitendo ſanetur, quàm tale facinus, vbi locus ſalubris indulgentiæ non relinquatur. Et cap. 21. eos excuſat, quos legimus ſibi mortem intuliſſe, vt Abraam, & Sauſon. Geneſ. 22. & Iud. 16. Nam ſpiritus iuſſerat & demum, capit. 26. de mulieribus, qui tempore perſequutionis ſe in fluuium demerſerunt, quas Eccleſia, pro martyribus colit. dicit. De his nihil temere audeo iudicare. Quos ſi fecerunt non humanitus deceptæ, ſed diui-

nitus

nitus iussæ, nec errantes, sed obedientes, sicut de Sampsone aliud nobis non est fas credere. De Razia vero licet alias a nobis eius factum sit reprobatum, D. tamen Augustin. epistola ad Dulcitium Donatistam scribit. eius tamen factum non laudatur, sed iudicandum potius quàm imitandum proponitur. sic & de fœminis illis, quarum meminit Euseb. nisi sit speciali motione spiritus sancti illud ab eis factum non sunt laude dignæ, sic interpretatur D. Hieron. & alij huius sententiæ.

4 *Mortui nesciunt quæ hic aguntur.* HAER. supra verbo, Anima fusius comprobauimus mortuos scire quæ hic à nobis aguntur, hic verò paucis declaro, ne forte quod suo loco erat legendum intactum relinquamus. Nam de Sanctis, qui Deum vidēt, nemo dubitare dēnt, qđ nostra videāt & sciāt q vidēt oīa videntē. De Angelis nā que Dominus dixit. Gaudium esse, super vno peccatore penitentiam agente. Lu. 15. D. Ioan. Bapt. adhuc mortali dicitur, quòd viderit cogitationes pharifeorum, & scribarum, quanto magis in gloria modo existens nostra uidet. Abraham. Luc. 16. dicit Epuloni. Recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Modum vero, quo scire possunt mortui, quæ hic aguntur scribit D. Aug. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 14. 15. & 16. Nempe, vel reuelantibus hominibus, qui hinc decedunt, sic Lazarus indicauit Abrahæ vitam Epulonis. Vel quod Angeli, qui adsunt rebus viuentium, nuncient ea mortuis, non omnia, sed quæ tantum illos scire oporteat. Vel quod in speculo diuinitatis, in quo cuncta relucent, videant sancti, quę circa nos aguntur disponente, volenteque Deo. Vel quod mortui diuina dispositione mittantur ad viuos. Verè tamen dicunt aliqui quod naturali cognitione, scire non possunt mortui, quæ hic aguntur, longè enim sunt ab vnoquoq; nostrum, quo sensu dixit Iob 14. Homo mortuus non intelligit, si nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, sed alijs vijs agnoscunt.

5 *Mortui possunt baptizari.* Marcionitæ. HÆ. Theophilacto referente. 1. ad Corin. 15. in ea verba. Alioquin quid facient, qui baptizantur. pro mortuis. scribit. Morem fuisse Marcionitarum, cum aliquis apud eos, sine baptismo discessisset, loco eius, qui mortuus fuerat alium hominem pheretro imposuisse & pro mortuo baptizasse. Quam vero stultum sit hoc dicere sapiens Eccles. nono, dixit. Viuentes enim sciunt se esse morituros. Mortui vero nihi nouerunt amplius, nec habent vltra mercedē, nec partem in hoc seculo, & in opere, quòd sub Sole geritur. Hoc voluit Dominus. Venit nox, in qua nemo poterit operari, & Marci vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Quæ ergo fides in damnatis reperiri poterit. Adhuc, Sacramenta sunt medicamenta viuentium, nun mortuorum. Demum in propria persona sunt suscipienda, non ergo vnus debet pro alio baptizari. Vt vero non essent Marcionite posteris occasio errandi. Concil. Cart. 3. cap. 6. sic statuit. Item placuit, vt corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Dictum est enim à Domino, accipite & edite. Cadauera vero, nec accipere, nec edere possunt. Cauendum est etiā ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, quibus, nec eucharistiam dari licitum est.

6 *Mortuis nihil prodest vbi sepelliantur.* HAE. Antiquissimum, ac religiosissimum sepelliendi ritum damnarunt hæretici, qui ferinum potius animum erga parentes demonstrabant, & omni humanitate orbatū, nam semper sepulturam inter pietatis officia connumerarunt & Thobiæ exemplo suadetur, cap. 12. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos & derelinquebas prandiū tuū, & abscondebas mortuos p diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos. ego obtuli orationem tuā Dño. Laudatur Abraham, quod sepelierit vxorem suam in spelunca duplici. Genes. 23. Laudantur Isaac, & Ismael, quòd Abraham in eadem spelunca sepelierint. Genes. 25. Laudatur Ioseph, qui magno comitatu, & præclarissima pompa portauerit Iacob patrem suum ad terram Chanaam sepeliendum. De adolescente scribit, Luc. 7. Quod portabatur ad sepulturā magna comitante caterua. Laudamus Ioseph, quòd accepto corpore IESV, honorificè sepelierit. Comendat Dominus Mariam, quòd vnguento vnxerit corpus eius in memoriam sepulturæ. Mat. 26. Laudantur Discipuli Ioannis Bap. qui corpus eius a carcere mortuum ad sepultu-

ram transtulerunt. Mat. 14. De sepultura D. Stephani dicitur. act. 8. Curauerunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctũ magnum super eum. Non igitur laceranda canibus sunt relinquenda sanctorum corpora, Na inter Dei vindictas, punitionesque connumerat scriptura priuationẽ sepulturæ, vt noscamus displicere Deo impietatem abiiciendi corpora inhumata, sicut de Iezabele per Eliseum Prophetam ad Regem Iehu dicitur. 4. Reg. 9. Iezabel quoque commendent canes in agro Iezrael. nec erit, qui sepeliat eam, & Hierem. de falsis prophetis, & populos, qui audierunt eos dicitur. capit. 14. Erunt proiect. in uiis Hierusalem præ famæ, & gladio; & nõ erit, qui sepeliat eos. Prodest sepultura ut D. Aug. scribit serm. de verbis Dñi de qua verbo sepultura multa adducam.

Mortuis nihil prosunt viuorum obsequia, preces, & oblationes. Aerius. HAER. Hanc hæresim superius verbo animæ, & verbo missa satis confutauimus.

Moyses.

Moyses non accepit legem a Deo. HAER. Moysis legem venerantur ne dum iudæi, & christiani, sed & Maumethana secta, & ex sacris literis certam est ei Deus legem dedisse.

2 *Moyses non tradidit occulte aliqua mysteria, sed omnia scriptis mandauit.* HAER. vt vanam occasionem excogitarẽt hæretici, ad traditiones euertendas, negarũt & Moysem aliquid occulte docuisse ipsi Iosue: quorum dictum oppugnant hebræi, & ex nostris Hilarius, & Orig. qui probant occulta quędam mysteria ipsi Iosue exposuisse, ac deinceps reliquis succedentibus sacerdotibus magna silentij religione fuerunt reuelata. De his Dauid psal. 43. Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri nũciauerunt nobis. & 27. Quanta mandauit patribus nostris, nota facere filijs ui s. Et Moyses Deuteronom. 32. Interroga patres tuos, & dicent tibi, maiores tuos, & annunciabunt tibi. Et ex 4. lib. eid. capitu. 14. Enarraui Moysi mirabilia multa & dixi, hæc in palam facies verba, & hæc abscondes. Moyses ego Dei consilio multa sic docui, ut orig. Hom. 5. in Num. & Hil. psal. 2. Et Euseb. libr. 7. eccle. histor. capitulo 28.

2 *Moyses ne fuit ne uere, ac proprie sacerdos?* Negare Moysem fuisse sacerdotem, alias temerariũ diiudicauimus. Nã Dauid dixit. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius. Anach. tom. 1. Concil. epistola 3. pag. 64. docet ex hoc loco eum fuisse sacerdotem. Nam ne dum obtulit sacrificia, sed & Aaron, & filios eius consecrauit. De quo mentionem facit Gratianus distinct. 26. sacrosancta, in fi. & glo. ibi. & eadem gloss. d. 21. Decretis, quod authoritati Innocentii cõfirmat. & d. 66. porro. o. Et consi. Hispal. 2. c. 7. Petrus Dam. de contemptu tituli, cap. 14. Moyses cum apostolis dignitatem videtur obtinuisse Pontificum. Qui & si hostias non obtulerit, sacrificia tamen populi offerebat, vt 36. d. si quis vult, & 88. decreuit. Hoc etiam probatur, ex eo quòd Moyses maior erat Aaron, nam instruebat eum, ac redarguebat, vt de pen. dist. 3. inter hęc. Moysi tanquam sacerdoti tradidit Deus potestatem faciendi miracula, & datus fuit Aaron, ut socius, ac coadiutor, & Moysi loquebatur Deus, & ipse Moyses Aaron, immo Aaron dictus fuit a Deo os Moysis. Adhæc Aaron, & Hur filius Caleb sustentabant manus Moysi ex utraque parte dũ oraret pro victoria contra Amalech. Demum Moyses principaliter iudicabat populum. Fuit ergo sacerdos, vt probat Capisto. de auth. Papæ. & quod dicitur a D. Tho. 4. dist. 19. Quod Moyses fuit sacerdos quasi sacra dans, quia acceperat sacra a Deo immediate, & ea primo dedit populo non tamen fuit sacerdos ex officio offerendi. Hæc inquam verba D. Tho. omnia conciliant. Turrecr. li. i. c. 93. ad 8. dicit, quòd fuit sacerdos, in fine capituli.

3 *Moyses est ne vere mortuus?* Aliqui ex patribus inter quos D. Ambro. lib. i. de Abel, & Cain, c. 2. arbitratur non uere fuisse mortuum, sed ad meliorem uitam translatum vt dicitur de Elia. Hanc sequitur hil. can. 20. in Matt. qui putant, quòd uiuat adhuc, & temporibus antichristi simul cum Elia occidetur. Amb. Cathar. in Gen. capi. 3. est huius sententiæ. At probabilior eorum est sententia, ac magis verbis sacræ scripturæ consona, quæ docet eum esse mortuum. Nam Deuter. 34. dicitur, Mortuus est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab iubente Domino, & sepeliuit eum in ualle

terræ

terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo sepulchrum eius, vsque in præsentem diem. Et supra c.32. dicit Dominus ad Moysen. Ascende in montem istum Abatin. & paucis interiectis. Quem conscendens iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis. Quo loci demonstratur eodem modo mortuum esse Moysem quo Aaron. De morte etiam Aaron scribitur. Num. c.20. Hanc opinionem sequitur Rab. Sal. authore Lyranno. & se moriturũ scripsit Deut.34. ait Ioseph. ueritus ne iudæi putarent per eius virtutes a Deo raptum esse.

5 *Moyses duas habuit uxores.* Tem. vanissimo fundamento Ioseph. lib.2. antiqu. hoc docet. quem redarguit Aug. episcopus Chitani. Et quod dicitur. Num. 12. propter vxorem eius ætiopissam: loquitur de Aetiopia, quæ iuncta est Arabiæ, non de ea, quæ est vltra Aegyptum.

6 *Moyses vidit ne Dei essentiam in se, sine aliqua similitudine?* D. Aug. ac D. Thid probant; per modum raptus, negant aliqui: at hoc non est de fide adhuc decretum. legant D. Aug. lib.12. super Gen. ad literam. c. 27. & 28. & epistola de uidendo Deum ad Paulinam. c.12. & 13. ne contrarium docet li. 2. de trin. c 17. & 18. quo loci negat Deũ posse uideri oculis corporeis, quoniam nõ uidebit me homo, & uiuet, at ego nõ ex scribo patrum dissensiones, sed fidei decreta.

7 *Moysis facies fuit cornuta.* Miror quomodo concionatores quidam adeo stulte sacras literas interpretãtur, imo uero magis admiror, quare ecclesia illas imagines non deleat, quę sic cornuta fronte depinguntur, non enim cornibus erat frons ornata, sed & frons, nasus, atque oculi, os, mentũ radiis effulgebat, quo sensu dixit apostolus, & ut non possent intendere filii Israel in faciem eius, propter claritatem illius. 2. Cor.3. Melius ergo est sequi, scilicet, septuaginta interpretum textum, quem sic transtulerunt. Et Moyses ignorabat, quod glorificatus esset affectus cutis faciei suæ. Exo.34. hanc literam sequutus est D. Paulus, & literam D. Hierony. sicut in aliis, sic hoc loci deprauata est. Et pictores errant eius frõtem sic cornutam effigiẽtes, quod tamen tolerat ecclesia, quia bonum male repræsentat.

8 *Moyses, non peccauit incredulitate.* HAER. Fatentur etiam hebræi, Moysem infidelitate peccasse, eaque de causa, dictum ei fuit. Non uidebis terram promissionis, nec intrabis in eam. sic & Chris. hom.40. in Gene. interpretatur. Et D. Hieron. li.2. aduersus Iouin. & D. August. lib.16. contra Faustum. c.16. Arguit enim Moyses uoce diuina, quod eius fidem ad aquas eiiciendum aliquantulum titubauerit. Hoc dicitur. Num.20. o rebelles; & increduli. Num de petra hac poterimus aquam nobis eiicere? Quod uero Nume.11. dicitur, Moysen domino dixisse. Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis, dabo eis esũ carnium mense integro non peccauit cũ infidelitate, sed modum, quo adimpleturus esset Deus requirebat. sic & B. Virgo dixit. Quomodo fiet istud. vnde nec punitus fuit Moyses de hoc; sicut Zacharias: qui nunciante angelo Ioan. Natiuitatem non credidit. Vnde ait hoc sciam? ego sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Qua de re uocis oppressæ pœna plectitur, vt usque ad eius ortum non loqueretur: hic: primo.

9 *Moyses apparuit ne in proprio corpore in transfiguratione Domini, vel aliud assumpsit?* Huius historiæ factũ diuersimode exponitur a Doctoribus. D. Hieron. libro 3. in Matth. cap.7. sic scribit. Considerandum est, quod scribis, & pharisæis signa de cœlo postentibus dare noluit, hic vero ut apostolorum augeat fidem dat signum de cœlo: Elia inde descendente quo ascenderat, & Moyse ab inferis resurgente. Hoc ipsum docet author operis de mirab. sacræ scrip. lib.3. c.10. qui a nonnullis ascribitur D. Aug. At D. Tho.3.p.q.45.ar.3. interpretatur, quod Moyses, nõ assumpserit proprium corpus, sed anima eius alio corpore assumpto apparuit, eo modo, quo angeli in assumptis corporibus apparere solent. Quę sententia probabilior videtur. Ad quid enim corpus proprium Deus uoluit resurgere, pro re tam paruo tempore duratura. Licet Sixtus Tom.2. lib.6. annot.145. in fine dicat. Et ipse Moyses in suo vero corpore, de sepulchro resumpto uidetur.

10 *Moyses non uere, sed imaginarie apparuit in monte, die transfigurationis.* Erron. Doctores omnes, quos uiderim. Matt.17. & Lu.9. expo-

exponunt ueram fuisse Moysis, & Eliæ apparitionem, non imaginariam, ut quidam falso addiderunt in postilla Hugonis. ha. 9. & ex nomine Amb. ibidem hoc confirmant, quæ eo magis sunt falsa, quo nunquam in D. Amb. hoc legimus, caueant ergo concionatores, ne ad imaginariā detor queant. stella.

10 *Moysis libros repudiare possumus*. Ptolomeritæ, HAER. Damnarunt ibi Moysis libros, ut epiph. lib. 3. Arm. 33. refert, & dixerunt, quæ in ipsis continentur non esse, à Deo bono, sed a tribus diuersis opificib. condita: alteram a Deo, qui est medius inter Deum bonum, & diabolum. aliā uero a Moyse iuxta propriam mentem, & non secundum Dei uoluntatem. Tertiam demum, a senioribus iudæorum, ex ipsorum ingenio excogitatam. Manichei vero magis decepti sunt, qui docuerunt ea esse omnia refellenda, quoniam a malo Deo hebræorum sunt dictata. Quorum hæresim ex uerbis, ac obseruantia Domini conuincere non est difficile. Ea enim ratione circuncidi uoluit, in templo præsentari, ut eā a Deo esse suo exemplo confirmaret, qui dixit non ueni soluere, sed adimplere, & discipulis euntibus in Emaus (referente D. Luca interpretabatur quæ de eo per Moysen dicta erāt, quare ergo erit eius lex omnino, uel codices damnandi. Quos receperunt apostoli, ut Can. testatur clemens, & ecclesia vniuersa, tot cōciliis generalibus congregata. Et tot patres suis commentariis dilucidarunt. Adeo ut non sit opus pro huius confirmatione alia afferre, sed eorū tantum obiecta diluere.

Obiectiones hæreticorum.

Impugnant libros Moysis primo. Imperfecta sunt, quæ præcipit, ergo non sūt a Deo. Respondeo, quod eo tempore, & hominibus, quibus data erat perfecta est, erat enim pedagogus ad nostram instruens. Secūdo. Docet aliqua, quæ non sunt a Deo. Veluti est lex repudii, nam Dominus dixit. Matt. 19 Moyses ob duritiem cordis vestri permisit dimittere uxorem, sed non sic fuit ab initio. Deus enim dixit. Erūt duo in carne vna, quod ergo Deus coniunxit homo nō separet. Respondeo, quod ex mala intelligentia scripturarum decepti sunt. Non enim Moyses dedit libellum repudii, sed repudium: hoc est non dedit præceptū de repudio, nec dixit. Qui uoluerit dimittat uxorem, quòd est contra Dei institutum; sed dixit Deut. 14. Si quis dimiserit, non dimittat, nisi prius dato libello repudii, ut sic interposita mora, animus conciliaretur, quod si ad pacem redire nollent permittebat tunc diuortium. Tertio multas continet seniorum eruditiones, quas Esaiæ testimonio, Dominus Matth. 15. reprobat. Respondeo, quòd si quas continebat lex illa traditiones, has certe refellimus, sed legē tenemus, & damnamus alia, quę sunt extra legem. ut illud. Audistis quia dictū est antiquis diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Quarto scribit Deum in tenebris fuisse uersatum, & tenebras fuisse ante lucem conditam, & Deū super aquas tenebris obsitas ambulasse. Dicitur, quod nulla est consequentia non enim eget Deus corporali, ac cœlesti luce non ergo ante temporaneam lucem in tenebris erat. Nec spiritus ferebatur super aquas in tenebris, sed clarissimo suo lumine. Quinto describit Deum admirantē de lucis creatione, atque inde optimam iudicasse. Gen. 1. A. Respondeo, quòd ea verba non sunt admirantis, sed approbantis. Sexto uetat homini ne commēdat de ligno scientiæ boni, ac mali, & similem pecorib. facit. Respondeo, quod cognitio boni, & mali, ex duplici via esse potest vna per sciētiam qualis est in Deo: alia per experientiam. Primam dedit Deus Adamo, secundam ut miseriā pręcaueret præcepto prohibuit, & hinc non maleuolus; sed piissimus medicus nuncupandus est, qui contraria, atque nocumentum allatura demonstrat. Septimo facit serpentem Deo meliorem, & fortiorem. Meliorem, quia dū suadet homini ligni commestionē facit Deo similem, & Deus dixit. ecce Adam factus est quasi unus ex nobis sciens bonum, & malum. Fortiorem, quia uicit nos, quos Deus fecerat. Respondeo, quòd utrūq; est blasphemia, nec meliorem fecit, imo pessimos, & Dei uerba sunt exprobantis non affirmantis. Neque fortior, quoniam si Adā non recessisset a Deo, nūquam esset uictus. Octauo facit Deum ignauum futurorum vel imprudentem cum fecerit Adam casurum. Dicitur quod potius facit Deus cōditorem

torem optimum, quia & liberum cōdidit hominem, suaque gratia ornatum. Nono facit improuidum, dum Adam latentē quęrit dicens. Adam ubi es? Gen. 3. Dicitur, ꝙ vbique sciebat Deus, ubi esset Adam, sed sic uocat, vt sua responsione ad pœnitentiā prouocet, & fatetur se puniturum iuste. Decimo inuidum, ac timentem Deum demonstrat esse, dum angelum ad paradisi custodiam reliquit. Gen. 3. Respondeo, ꝙ iuste fecit dū vetat ne peccatores amplius paradisi ianuas ingredi non permittit. Vndecimo in lib. Exo. c. 20. scribit Deum appetentem sanguinem, & adipem ex omni genere sacrificiorum. Dicitur quòd hæc putare est hominis, qui diuina mysteria capere non potest: non enim Deus illis uescitur, aut nec e delectatur; sed ut illis sacrificijs prænūciaret nobis uerum sacrificiū, ac sacerdotium Christi. Duodecimo errat dum dicit Deum egre ferræ, ut aliis diis sacrificetur. Respondeo, quòd non inconuenit affirmare Deum esse zelotem; nam dicitur. zel⁹ domus tuæ comedit me; & quid absurdi est, ut ipse Dominus honoretur, ac vt pater diligatur. Tertiodecimo iracundū facit, dum obleuia quædam scribit Deum dicit se deuoraturū omnia, nec alicui parcituro, siue iusto, siue iniusto. Dicitur quod iuste iratus est, non contra leuia, sed enormissima, atq; grauissima peccata. Nemini parcit, ut penitus orbis purgetur, iustis retribuens. ac imp os puniens. Quartodecimo iniuria, ac contumelia maxima afficit Christum, ac alios probos, dum dicit. Maledictus omnis, qui pendit in ligno. Deute. 27. Dicitur, quòd maledictus dicitur omnis, qui pendit in ligno, non quia fecerit opus maledictum, sed quia mortem maledictam substinuit, & c. & sic dixit apostolus. Gal. 3. Factus est pro nobis maledictū, hoc est pro nobis mortuus. Quintodecimo. Maledicit etiam pueros, ac omnes uirgines, q̄ non suscitauerint semen in Israel Exo. 23. & Deut. 7. & 28. & tamen Christus, & multi alii non habuerunt sobolem. Respōdeo, quòd spiritualiter intelligēdus est Moyses non quia continentiæ fuerit infensus. Sextodecimo, demum omnem spem futuræ resurrectionis adimit dicēs. Anima omnis carnis sanguis est. Leu. 17. e. Miror quomodo arbitrentur Moysen docere, omnem animam mortalem, cū Num. 19. dicat. omnis, qui tetigerit mortuum, & mortuus fuerit, & non fuerit purificatus, execretur anima eius de Israel, quia adhuc immūdum est. Adhuc dixit etiam post mortem, quia non est purificatus. Quando uero dicit. Animam esse sanguinem non loquitur de substantia animæ, sed per sanguinem significatur. Vel dico cum schola, quod non est propositio identica, quasi anima sit idem, quod sanguis, sed ab effectu, quia in sanguine animæ effectus magis uiget, hinc egregie docent nostri sanguinem decoctū animatum esse etiam anima intellectiua. His uiis redarguebant uetustissimi hæretici Pentateuchum, quos D. Aug. libris contra Faustum soluit; & lib. cōt. aduer. legis. Nec plura.

Motus.

Motus primi sunt peccata. Luthe. HAERE. Id Lutherum docuisse scribunt nonnulli, quod quidem hæreticum est pronunciatum. Nam primi motus non sunt in uoluntate nostra, sed mouentis arbitrio, mouere uero uoluntatem nostram multi possūt vel multa repræsentare eidem, quib. resistere ne obiiciantur non est nostrum; sed tātum assentire, uel dissentire. Rursus, peccatum non est, nisi sit uoluntarium. At primi motus externi non sunt voluntarii, sed ab extrinseco ꝓponēte. Ergo nō sunt. Hoc uoluit Dominus cū dixit. Ex corde exeūt cogitationes prauæ, & c. Mat. 15. & D. Pau. ad Ro. 6. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore, & obediatis cōcupiscētiis eius: qui ergo obedit peccat. & D. Io. 8. qui facit peccatum seruus est peccati, & c. hoc summulæ confessorum docent, uno ore.

Mulier.

Mulier non est ad imaginem Dei. HAER. De vtroq; dictū est Gen. i. Faciamus hominem ad imaginem, & c. sic Theologi exponunt, & D. Aug. li. 3. conf. cap. 32. Hoc ex philosophia roboratur. Nā sunt eiusdem speciei, & sexus non uariat naturam specificā. Verba uero D. Pauli. 1. ad Cor. 2. quæ fuerunt causa erroris aliquibus, quæ sunt. Vir quidem non debet uelare caput, quoniam imago, & gloria Dei est, Mulier autem gloria uiri est, quibus uidetur negare mulie-

mulierem esse ad Dei imaginem, sunt exponenda, non de imagine, sed pro principatu, in quo uir caput est mulieris: non.n. homo est ad imaginem Dei tātum quoad animam: uerum & quo ad dominiū, creaturis enim imperat, & sic homo est ad imaginem dictus, non mulier.

2 *Mulier potest ad sacerdotium promoueri.* Luthe. HAER. Quid est magis cum ratione pugnans, ne dum fide? quæ enim gens barbara id permisit, id uoluit, quod Lutherus probat. Ex ueteri lege scimus. Moysi & Aaron, non Mariæ eorum sorori sacerdotium, & alia munera fuisse concessa. In lege etiam nostra tantum apostolis, qui tantum cœnæ interfuerunt. Id docuit Mal. 2. Labia sacerd. cust. scientiam, & legem requirant de ore eius, quia Angelis Domini exercituum est: quæ mulieri prohibentur a D. Pau. 1. Ti. 2. Docere autem mulieri nō permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio. rationem attulit ibi apostolus, subiungens, Adam enim primus formatus deinde Eua, & Adam non est seductus, sed mulier seducta in præuaricatione fuit. Et doctores sic communi assensu confirmant: pudeat, ergo Lutherum docere, quod natura, quòd lex, quòd scriptura, & ecclesiæ usus damnat.

3 *Mulier potest in ecclesia prædicare.* Luthe. HAERET. Expresse id uetat D. Paul. Timotheo scribens loco superiore, ut diximus.

4 *Mulieris osculum est peccatum mortale, non autem concubitus.* HAER. Damnat direct. 2. par. quæstio. 7. hæres. 7. Vide verbo osculum.

5 *Mulier numque ab homine tangi potest.* HAERET. Directorium confutat. 2. p. quæst. 13. hær. 14.

6 *Mulier potest semper baptizare.* Marcio. HAER. Non enim tempore tantum necessitatis posse mulierem baptizare docuerūt Marcionistæ, nec essent confutādi in hoc, sed dixerunt mulieribus esse permissum, ut semper baptizarent. Apud ipsos enim sunt omnia ludibrio plena, & nihil aliud quam etiam mysteria coram his qui instituuntur, atque initantur in sacris perficere audeant. Hæc epiph. hær. 42. contra Marcionistas.

7 *Mulier potest ad episcopatum assumi.* Repudiati. HAER. Si id, quod minus est, nempe in ecclesia docere prohibuit D. Pau. multo magis id, quod magis nempe præesse ecclesiæ. De hac hæresi scribit epiph. hær. 49. contra Pepulianos episcopi quoque apud ipsos sunt mulieres, & presbyteri mulieres, & alia, quæ nihil differre dicunt. In Christo enim Iesu, neque masculus, neque fœmina. Hæc ille. Cum Doctores omnes.

8 *Mulier præstantior est uiro quo ad naturalia dona.* HAERE. Nonnulli ex modernis, tueri se posse arbitrantur mulierem uiro esse præstantiorem, inter quos speron speronius, Hieronymus Ruscellius, Hieronymus Boerus philosophus absolutissimus, atque elegantissimus, omniumque sciētiarum acerrimus propugnator, ac in Academia Pisana primæ catredæ modo præfunctus, quem Perusiæ, atque Parisiis olim ferme adolescens philosophiam miro omnium concursu exposuit. Hic libello quodam, cui & talem ascripsit titulum more quodam Platonico, rationibus quibusdā acutissimis etrusca lingua hoc demonstrare nititur, quæ ea ratione inuulgare permisit, non quod contra fidem hoc sentiret, (ut mihi sæpius uiua uoce dixit) sed ut aliis obtemperaret. Hæc ergo sunt contra fidem, & ueram philosophiam tam Peripateticam, quam Academicam, ut fusius a nobis probatur, in libro quem edidi lingua Etrusca delle bellezze del mondo, & hunc in lucem exire admittam, ut nobilissimis viris inseruiam. Sunt quidem contra fidem quoniam ex Genesi sacra habetur, quòd Adam primo formatus est eique demandatum, omnium rerum imperium, quique singulis nomina imposuit. ex eo formata est mulier, & nomen sortita est, & dicta virago. Et post commissum crimen præcepit Deus. Eris sub potestate uiri. Salomon etiam, Eccl. 20. scribit, mulieri nō esse dandum primatum, cum quo D. Pau. 1. Tim. 2. D. Quid etiam aliud significare uoluit Deus, Deuter. 22. quod mulier non utatur ueste uirili, nisi quod ea, quæ uirilem exigunt potestatem aggredi non audeat mulier. Doctores omnes communi assensu id probant. & Theoph. 1. ad Timo. 2. dicit. Est namque mulier natura leuior, & facile fallitur. Alia legat lector uolumine dicto. Verum ut aduersariis aliqua concedamus, dicimus, quòd quo ad materiā pro-

ximam

ximam nobilior est mulier, quia ex costa Adæ formata est, & ille de limo terræ. Adhuc quo ad locum, quia ille in agro Damasceno, hæc in terrestri paradiso producta. At non arguunt ista, nobilitatem simpliciter supra hominem, sed quo ad minima quædam.

9 *Mulier, vel uxor non debet esse sub potestate viri, nec ei tenetur parere.* HAER. Sicut qui alligatus est uxori, non debet, nec potest quærere solutionem, sic & mulier, quę viro coniuncta est, non debet quærere solutionem, sed esse sub eius potestate, vt docet D. Pau. & uir habet potestatem in corpus mulieris quo ad matrimonium, & petenti tenetur soluere debitum, alioquin mortaliter peccat, ut Doctores scribunt. Et caueant confessores, ne pietatis, ac continentiæ prætextu permittant mulieres nõ reddere viro, quæ honestè, atque secundũ leges matrimonij petit. Videant summulas. &c.

10 *Mulieres in sexu muliebri, non ingredientur cælum.* Origenes. HAER. Ex Origene occasionem errandi habuerunt alij, quoniam lib. tertio. comm. in epistolam ad Ephesios dicit, in futuris seculis fœminas redigendas esse in viros, & humana corpora in animas. Rufinus Hieronymum obiurgat, qui hanc hæresim sine authoris nomine, ac sine confutatione in commentaria sua transfuderit. Ecclesia nanque nedum de Beata virgine, sed de aliis affirmat suo proprio sexu Beandas. Et Iob dixit. Ego ipse, & non alius. Et Dominus sub similitudine virginum quarum quinque prudentes, & quinque fatuæ, hoc insinuauit. Quid quod Ecclesia Sanctarum fœminarum fęsta celebrat.

11 *Mulieris semen concurrit ne ad generationem necessariò?* Quoniam hæc expendere potius est Phylosophi, quàm eius, qui principia fidei explicat, ideo sicco pede pertranseo, qui cupit legat Caiet. abunde disserentem. 2. 2. q. 154. ar. 12. Huic simile est aliud quæsitum. An mulier actiue concurrat ad generationem, quod non est fide, scire, tamen hæc omnia Theologus debet, vt tueri possint, quomodo B. Virgo fuerit verè Mater Domini. legant 3. par. q. 31. 5.

Multiloquium.

Multiloquium non est peccatum. HAER. Qui Catonis pręcepta paruipendit dicentis, nocuisse fuisse loquutum, audiant Salomonem in Prou. 10. c. In multiloquio inquit non deest peccatum, eo magis, quod nemo est tam oculatus, qui non sæpe allucinari possit, quiq; aliquando non cecutiat, nam & quandoque bonus dormitat Homerus. sunt enim & in formisissimis corporibus næui quidam, nihilq; est omni parte Beatum. Scribit D. Thom. 2. 2. q 148. ar. 6. Multiloquium filiam esse gulæ uitij. Et Caiet. inibi docet, quòd scurrilitas est mortale peccatum, quando uerba ad inhonestum finem ordinentur. Veniale uero, si ad delectationem tantum, quæ tamen cauere debemus. Nam corrumpunt bonos mores, colloquia praua. Et D. Iacobus dixit. Qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir. scribit Alensis tractatum de multiloquio, & Gerson. 1. par. epis. ad studentes collegij Nauarræ.

Mundus.

Mundus non est creatus à Deo, sed ab Angelis. Simon Magus. HAER. Moses docet mundum à Deo factum. In principio creauit Deus cœlum & terrã. & D. Paul. 1. ad Heb. ex psal. Initio tu Domine terram fundasti, & à verbo factum dicit D. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Hoc & peritiores phylosophi, & Arist. 2. & 12. Diuin. Sicut à primo calido omnia calida, sic à primo ente omnia entia, & ab ipso pendet cœlum, & natura, non enim est abire in infinitum in causis efficientibus, sed deueniendum est ad primam, à qua alia sunt & per quã uiuunt. Sicut vnitas est omnis numeri principium.

2 *Mundus est ab æterno, non in principio temporis.* Arist. HAER. Ex eodem loco, Gen. 1. tenent Hebræi, ac fides nostra prædicat, in principio temporis condita esse omnia Et nulla est controuersia.

3 *Mundi materia elementaris non est à Deo, sed ei coæterna.* Seleucus, & Hermias. HAE. Exactissime scribit Moses orbis creationem. Cui subscribit D. Io. dicens. Omnia per ipsum facta sunt. Confutatur hæc her. in direct. 2. par. q. 6. nu. 70. & c. fi. in fi. 24. q. 3 & Alphon.

4 *Mundus non habet finem, quo ad motum, & generationem*. Arist. & Albanenses. HÆRET. Mundi interitum prædicit Dominus, ac signa quæ præcedere debent. & cœlum ac terra transibunt. Si vero Chrisosto. mundum omnino innouandum putat, vel alius cum eo, non est in hoc audiendus. Six. li. 6. 245.

5 *Mundus post resurrectionem erit in eodem statu, in quo modo reperitur*. HÆR. Ex ea quæ diximus proxima confutatione, hoc conuincitur falsum, quòd multi affirmarunt. & Dauid psal. 101. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt tu autem in æternũ permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos & mutabuntur. Rursus. Esai. 30. Luna fulgebit, vt Sol, & Sol septuplũ lumẽ accipiet, ergo in melius commutabitur. Ad hæc. Præterit figura huius mundi ait D. Paul. 1. Cor. 7. D. Pet. 1. cap. 3. Nouos cœlos, & nouam terram, & promissa eius expectamus. Esai. cap. 30. Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora. Et D. Ioan. Apocal. 21. Vidi cœlum nouum, & terram nouam, non qđ alia sint, sed in melius reformata. Sixtus, tom. 2. li. 6. annot. 340.

6 *Mundus alius fuit ante istum*. Origenes. HÆR. An Origenes impudenter, ne dicam falsè, hoc dixerit, vel à corruptoribus fuerint deprauata, affirmare non audeo; sed id constanter affirmo, non esse cum fidei principiis cõsonum hoc dictum, quod scribit, lib. 3. Periarchon. Vbi quærit, qđ fecerit Deus, antequam mundum crearet, & respondet, quòd alium fecit mundum, quòd est hæreticum. D. vero August. li. 11. Conf. cap. 12. Hanc quæstionem vanam illudens dicit. Alta scrutantibus gehennas parabat. Aut si quæstionem dignam perscrutatione putasset, respondere potuisset. Deum nec fuisse, nec esse posse ociosum, operatur enim intra seipsum nobilissimo sui intellectus acie, & uoluntate.

7 *Mundus fuit ne die sexto, uel septimo cõsumatus?* Ob variam Patrum traductionem, factũ est. vt aliqui dixerint, quod die sexto compleuit absoluendo, vt septuaginta traduxerunt. Vel quod die septimo, vt nostra veritas habet compleuerit cessando, vtrunq; ergo tueri potest, nec aduersatur sacræ scripturæ.

8 *Mundus est filius Dei*. Eo sensu, quo dicimus hominem esse paruum mundum, sic & de Christo exponi potest quod Philo Iudæus, li. 3. de vita Moysis, vestimenti Pontificalis, in quo orbis repræsentabatur.

9 *Mundus vniuersus magis est ad Dei imaginem ipso homine*. TEM. Philo Iudæus, in lib. de opificio sex dierum dixit, quòd vniuersus magis refert diuinam imaginem, quã homo, qui mundi pars est. Quod dictum aduersatur communi Doctorum sententiæ, imo sacris litteris, nam de homine tantum dixit Deus. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. In reliquis vero magis vestigium, quam imago reperitur, & frustra laborat Sixtus conciliare eo loci hoc dictum, ac interprætari de imagine, quo ad extensionem.

10 *Mundus renouabitur exactis sex millibus annis à mundi creatione*. HÆR. Qui pro certo id audet affirmare in hæresim labitur, nã de die illo, nemo scit, ait Dominus. nec filius hominis. piè tamen suadent patres post illud tempus futurum iudicium, vt in Neotericos. lib. 7. dist. cap. 7. Iren. li. 5. aduersus hæreses, capitu. vltimo. Hil. in Matth. distin. 17. & alii, quos supra verbo ætas adduximus, qui tamen decepti sunt. Quia non est nostrum nosse tempora, vel momenta, quem pater posuit in sua potestate, act. primo. & fusius refellit D. Augus. in psal. 89. Horum sequaces admonet Diu. Paul. 2. ad Thessal. 2. Rogo per aduentum Domini nostri IESV Christi, vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, quasi instet dies Domini. At Quintus Iulius Hilarion in libello de duratione mũdi, supputat annos omnes ab orbe condito & quòd post sex millia annos erit iudiciũ.

Murmurare.

Murmurare non est peccatum. HAERET. Inter alia præcipua Salomonis documenta, hoc vnum est, vt murmurationem, ac detractionem vitemus. Sapien. primo. & Num. 14. ca. Murmurantibus, filiis Israel Deus prædicit interitũ in solitudine. Hinc D. Pau. hortatur, non esse contra Deũ murmurandum, ne exemplo Iudæorum pereamus. 1. Cor. 10. & ad Philip. 2. Vt omnia sine murmnratione faciamus. Murmur nã-

que

que leuis aquæ strepitus appellatur, hic murmur dicitur secretè obloqui, & maledicere, & hoc vel bonum detrahendum. De quo Brulifer. 3.d.17.q.2.

Mutuum.

Mutuum dare spe lucri non est peccatum. HAE. Legas inferius verbo, Vsura.

N

Naaman.



NAaman leprosus princeps militiæ Regis Syriæ. 4. Regum, cap.5.a

Naaman cum ingentibus muneribus accedit ad Eliseum, vt sanetur à lepra. 4.Reg.5.

Naaman egrè fert, quòd Eliseus non utitur alijs ceremonijs ad sanandum se, sed q̃ ad Iordanem tantum vadat. ibid.

Naaman sanatur, & mundatur a lepra, & cõfitetur Deum Israel. ibid.

Per Naaman gentilem, Deus dedit victoriã Regi Syriæ. ibid.

Naas.

Naas Amonites obsidet Iabes Galaad. 1. Regum 11.a

Nabal.

Nabal impiorum omnium exemplar. primi Reg.25.a

Nabal Dauidi cibum denegat. ibid.

Nabal ebrius occiditur a Deo. ibid.

Naboth.

Naboth vineam suam denegat Regi Acab. 3.Reg.21.a

Naboth lapidatur, ad nutum Iezabel Reginæ impiæ, ibid.

Nabuchdonosor.

Nabuchdonosor totum orbem sibi subiici per Holofernem mandat. Iud.2.a

Nabucdonosor Rex Babylonis Hierusalem deuastat. 4. Reg.24.

Nabucdonosor mors comparatur ruinæ Luciferi. Isa.14.

Nabucdonosor plangitur ab Israele, & irridetur. ibid.

Nabucdonosor Regi monentur obedire Iudæi. Hier.27.

Nabucdonosor iubet eligi, qui doceantur literas Chaldeorum. Dan.1.

Nabucdonosor somnium. Dan.2.

Nabucdonosor statuam auream erigit, quã adorari præcipit. Dan.3.

Nabucdonosor somnium interpretatur à Daniele. Dan.4.

Nabucdonosor septem annis cum bestiis habitat. Dan. quarto, f

Nachor.

Nachor nascitur, & ducit uxorem Melcha. Gen.11.c

Nachor filij ex Melcha. Gen. 12.

Nadab.

Nadab & Abiu, cum Aarone patre, uident Deum in monte Sinai, in specie ignis ardentis. Exod.24.

Nadab, & Abiu offerentes ignem alienum comburuntur a Deo. Leu.10.

Nadab filius Ieroboam regnat super Israelem. 3.Reg.14.

Nadab impiè agit, sicut Ieroboam. 3. Regum 15.

Nadab occiditur a Baasa, qui pro eo regnat super Israelem. 3.Reg.15.

Nahasson.

Nahasson filius Aminadab princeps, in tribu Iuda. Num.1.

Nahum.

Nahum prædicat Dei uindictam in Assyrios, ac Dei bonitatem in Iudæos. Nahum 1.

Nahum prophetia non est recipienda. HAER. Sicut Prophetam virum sanctum tenet ecclesia, sic eius recipit Prophetiam. Hic natus est trans Iordanem fluuium, uersus Begabar, de Tribu Simeon, is ille est propheta, qui post Ionam in ostentum atq; pro-

digium dedit super Niniue, quòd ab aquis dulcibus, igneque terreno olim vastaretur. vt rei probauit euentus. Eius pater fuit Hellisęus, qui etiam est paruus viculus in Galilea. Prophetauit secũdum aliquos tempore Ezechiæ, uel ut Iosephus li.9. antiq. capit. 12. tempore Iöatan Regis Iuda. Eius prophetia est supra Niniuem, quæ nunc dicitur Ninus. Hinc propheta inscribitur onus Niniuæ. Eius etiam prophetiæ intentio est demonstrare mundum esse periturum, ut sic hæc caduca homines cõtemnant, & ad diem iudicij se præparent.

Moritur regnante impio Manasse, & sepelitur in Bagabar, circa annum ab orbe cõditum, ter millesimum ducentisimũ quadragesimumquintum.

Natalis.

Natalem Domini, non venerari debemus ieiunijs præueniendo. Priscillianus. HAER. Hæc hæresis damnatur in Concilio. Brach. capitu. 4. & per consuetudinem, imo præceptum Ecclesiæ.

Nathan.

Nathan Prædicit Deus filium Dauid Christum venturum, qui Ecclesiam ædificaret. 2. Reg. 7. a

Nathan Propheta Dauidem adulterio arguit. 2. Reg. 7.

Nathan prophetæ laus. Eccl. 47.

Nathan unus ex filiis Dauid. 1. Reg. 5.

Nathan scripsit gesta Dauidis, ac Salomonis Regum Hierusalem. 1. Paralipom. vlt. & 2. Paralipom. 9.

Necromantia.

Necromantia est licita. HAER. Hoc ex superioribus confutatur, & nouissimè in regulis Tridentinæ Synodi. Regula 9.

Negligentia.

Negligentia nunquam est peccatum. HAER. Ex ipsa nominis Ethimologia probatur esse iure raro peccatum. Nam negligens dicitur, nec eligens apud Isidorum. Hæc dicitur à D. Th. generale peccatum, ratione materiæ, hoc est boni agendi, & speciale vero quatenus priuat actum rationis hoc est solicitudine. Mortale vero est ex duplici capite, vel prętermittendo bonum ad quod tenemur, vel contemnendo, & ex accidia oritur. D. Thom. 2. 2. q. 54. & Alensis. 2. 2. q. 8. & Gerson par. 26. in Regulis moralibus.

Nehemias.

Nehemias venit Hierusalem, eiusque muros ædificat. 1. Esd. 2. a

Nehemias Pincerna Regis Artaxersis. 2. Esd. primo, a

Nehemias reprehendit transgressores Sabbati. 1. Esd. 13. b

Nehemias increpat Iudæos ducentes vxores alienigenas. 1. Esd. 13. d

Nehemiæ Laus. Eccl. 49. d

Nehemias scripsit librum secundum Esdræ, & alterum volumen, in quo copiosissime complexeus est, quæ Iudæis ex captiuitate Babylonica redeuntibus contigere. Horum meminit liber secundus Machabæorum. c. 2.

Nemrod.

Nemrod robustus vocatur. Gen. 10. b. 1. Paral. 1. a

Neptali.

Nephtali nascitur. Gen. 30. b

Nephtali filij. Gen. 46. c

Nephtali benedicitur. Gen. 49. c. Deut. 33. d

Nepthali sors. Ios. 19. c

Nephtali, non expulsos Cananeos facit tributarios. Iud. 1. g

Neruus.

Neruus fœmoris Iacob tactus ab Angelo emarcuit. Gen. 32. f

Neruum fœmoris, Iudæi non comedunt. Genes. 32. g

Nicanor.

Nicanor à Demetrio in Iudæam mittitur. 2. Mach. 15. c

Nicanoris exercitus probatur, & ipse interficitur, 2. Mach. 25. a

Nicanor die Sabbati Iudæam agredi tentat, 2. Mach. 15. a

Nica-

Nicodemus.

Noe.

Noe ebrietas fuit nè ex vino, uel ex nimio affectu suorum? Sunt qui exponunt ebrietatē Noe ex inordinato affectu suorum, ortum habuisse, nam & vinum in scripturis significat terrenarum rerum immoderatum affectum, quem eligentes, vt Bilius, Achitofel, & Salomon in peccata obscęnissima proruperunt. Nec potuit tam modicum vinum tantam inferre ruinam. sic interpratatur Georg. tom primo. problem. 101. Communis verò dilucidatio est, quod de vino loquatur Moses. Nec mirum quòd modicum fuerit, nam & venenum paruū totum corrumpit comedentem, eoq; magis, quod Noe non erat assuetus illud bibere, nec amplius degustauerat. Sequamur ergo communem sententiam.

2 *Noe non peccauerit ebrietate?* Non desunt, qui eum à peccato excusant, quoniā non industria bibit, sed ignorabat tantam vini malitiam, seu virtutem. nec ante diluuium legimus homines vinum bibisse, sed vitis erat syluestris, quam plantauit Noe. Alij referunt ad Christum, quòd cū amore sit vestib. exutus, denudatus, & derisus à Chā, eius figura fuerit, ac Loth q à filiab. uino opprimit vt accuberet eis. Quæ ergo legimus facta à sanctis Patribus, & errasse, vel venia sunt digna, ac compassione, vel à nobis fugienda, vel ad mysticum intellectum sunt referenda.

Notitia.

Notitiam Filius, & Spiritus sanctus non habent de Patre. Origenes. HAER. Vt alij ante nos ascripserunt hunc errorem Origeni, (vt refert Epiph. in epist. ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum) sis nos eorum dictis subscribentes, licèt hoc à deprauatoribus sit additum, confutabimus cuiuscunque sit dictum. Etenim Dominus. Matth. vndecimo ait. Nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem, quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ergo filius nouit patrem. Et Esaia 45. loquitur Deus pater. Ego Dominus & non est alter formans lucem, & creans tenebras. Et cum in Trinitate licèt sit personarum distinctio eadem sit æqualitas, ac perfectio, sic profectò, quod de patre prædicamus, ac filio, idem & de spiritu sancto sentire cogimur. sic exponunt patres. & scholastici. & D.Thom. 1.par.q.36. art.2. primum, & Lyranus. Matth.11.

Nouum testamentum.

Nouum testamentum est reyciendum, nec à nobis recipiendum. Manich. Anabaptistæ. HAE. Nihil perniciosius ab inimicis excogitari potuit, quam omnia inuertere, ac negare, & ea potissimum, quæ sunt fidei Christianæ constitutissima principia. Contra quos sæpius D. Aug. in libris cōtra Faustum scripsit, tum potissimè lib.33. 3.6. & 7. Et antiqua Ecclesia determinatio tot Concilijs discussa & demum in Flor. & Tridentino. rationibus confirmat hoc D. Augustin. loco citato. Si Aristotelis, Hippocratis, Varronis, ac Ciceronis, atque aliorum codices admittimus, & veros dijudicamus, quare de nostris dubitandum.

Secundo, ijdem codices fuerunt semper in Ecclesia recepti tot seculis, quare debe-

mus nos reijcere. . .

Tertio, Christus (summa veritas) pollicitus est se in Ecclesia semper permanere, quæ ergo deceptionis, vel ignorantiæ tenebre consistere poterunt.

Quarto, si de aliqua, vel minima parte permissum, vel licitum fuerit dubitare ergo de altera, & sic nihil integrum remanere poterit.

Quinto, si de authoribus sacræ scripturæ possumus dubitare: ergo de alijs doctoribus cuiuscunque artis, quæ ergo erit humana Respublica?

Sexto, si detur cuilibet ex sacris literis id admittere, vel negare quod iubet, quæ erit hierarchia humana?

Septimo, nemo est hæreticorum, qui non recipiat aliquam partem noui testamenti. Ex ea ergo nos argumentari possumus ad alias confirmandas, quæ reijciunt.

Octauo, si ex eo, quod Dominus nihil scripsit est nouum testamentum respuendum: ergo multa, quæ sunt phylosophię (ne dicam præstantiora) quæ oretenus traduntur, erunt rescindendæ, quæ tamen ambabus vulnis excipimus, & exosculamur. Fusius scribit D. Aug. lib. de util. credendi. cap. 3. Et communi Ecclesiæ assensu comprobantur.

Obiectiones Hæreticorum.

Faustus Manichæorum impius Dux pluribus insurgit aduersus hanc fidei ueritatem. Et primo.

Euangelistæ non conueniunt, nec cohærent, sed in multis dissident. ergo nec vera sunt, quę scribuntur ab eis.

Primum hoc argumentum ex Chrisosto. nedum soluo, sed contra ipsum retorqueo ac proprio mucrone confodio. Etenim ex eo, quòd in aliquibus (& si minimis, quę fidei iacturam non faciunt) non consonēt, veritatis est argumentum, quòd non simul conuenerunt ad nos decipiendos, neque humana concordia scripturæ mandarunt, sed Spiritu sancto dictante. Sic D. Chrisostom. super Matth. in præfatione docet. Ea verò in quibus dissonos eos esse contendunt supra uerbo, Euangelium, sunt conciliata.

Secundo, ex ueteri testamento multa non recipiuntur, nec seruantur. ergo & de nono idem erit iudicium, ut illud Deum natum ex fœmina, circuncisum, baptizatum, tentatum à Dæmone, & similia, quæ de miserrimo homine vix credi possunt.

Respondeo, quòd mendacissima sunt, quę Faustus assumit. Neque enim Ecclesia aliquid ueteris testamenti reiicit, Imò approbat omnia, quod verò non obseruet, hoc est, quia tantum illi populo data fuerunt.

Tertio, non leue est dubietatis inditium, ꝙ quæ sunt in nouo testamento, sæpius ex prophetis, vel alibi probantur, quæ à Iudæis nostris hostibus sunt confirmanda.

Dicitur, ꝙ ea testimonia in nostræ fidei cōfirmationem adducere, omnem ammouet dubitandi lapillum. Cum enim verum vero cōsonet, non est amplius locus dubii. Nec ad Hebræos est recurrendum. Quoniam fons Iacob, fons Christi est.

Quarto, quænam litera, & textus legendus erit. Non Latina, quoniam authore Amb. lib. de Spiritu sancto, qui contra hæreticos inducit illud D. Paul. ad Philippen. tertio. Spiritu Dei seruimus. Scribit quòd Latinorum codices sunt à perfidis deprauati. Nec ad Græcos recurrendum. Nam D. Hierony. in præfatione quatuor Euangeliorum ad Damasum testatur, eorum codices corruptos esse. & idem dicit D. Ambros. ad Rom. c. 5. Græci (inquit) diuersos habent codices, qui ob studium contentionis à se inuicem discrepant. Hoc demonstrat Origenes hom. 8. in Matth. nihil ergo certi ex tanta varietate poterit colligi.

Respondetur, quod admisso aliquos codices Latinos corruptos esse, & quamplurimos Græcos, non tamen statim sequitur ergo omnes. Potest enim Ecclesia Dei nutu eligere, ex tot Christiani orbis regionibus potiores, & quę magis ueritatem redolent, quæ tot conciliis, ac discussionibus sunt approbatæ.

Quinto hæc editio quam legit Ecclesia, nec cum Græca conuenit, nec cum ea, quā D. Hier. Latinitati donauit ergo de veritate suspecta. Respondeo, ꝙ consequentia nulla est. Nam ea, qua utitur Ecclesia, collegit partim ex vulgata editione, partim ex D. Hieron. & tot Patribus approbata, & demum in rid. Synodo.

Sexto, Nihil scripsit Christus Dominus. ergo

go non erit recipiendum nouum testamẽtum. Dicitur, quod non sequitur, nã Christus non debuit scribere, quia perfectissimum docendi modum habuit, & uerbo docuit, non scriptura. Tamen literis mandauit Senatus Apostolicus diuino spiritu assistente, non voluntate humaua, ut sic homo in virtutis exercitio proficeret ad salutem capescendam, ut scribit D. Tho. pri. 2. q. 106. ar. 1.

Nuditas.

Nudos homines incedendos esse docuit Adam quidam, unde Adamiani nuncupantur. HAE. Qui nudus est diuina veste, de qua D. Pau. induimini Dominum nostrum IESVM Christum, non mirum si non erubescit nuditatem corpoream, ac verenda non vere tur ostendere, adeo erant effrontes, ac inuerecundi. Si hominem Adam antiquum renouare cupiebant, eius gesta imitentur, qui erubescens, fecit sibi perizomata. Genes. 3. Et tunicas pelliceas fecit eis Deus. Voluit etiam Deus, ut populus Israel speciali genere vestimentorum uteretur, quo ab aliis gentibus internosci posset. & Sacerdos habebat aliud uestimentorum genus, quando offerre debebat, ut legitur Exod. 39. & Deut. 22. Et paruulum, ac vagientem Dominum IESVM panis inuoluit Beatissima mater. De cuius etiam veste legitur Ioan. 19. Quod erat inconsutilis: & Apostolos instruit, ut unicam tantum uestem conseruent. Et D. Tho. opus. de Symbolo, ex uerbis D. Paul. 1. Corin. 14. confutat dicens. Omnia honestè fiant. Scribit Direct. 2. par. q. 6. nume. 14. cap. fin. verbo, Adamiani. 24. q. 3. & Alphonsus.

2 *Nudis pedibus necessariò debemus ambulare.* Adamiani. HAER. Inaudita res, quam nulli statutam legimus, nec eam obseruauit, vel Dominus, vel Apostoli, & illi onus imponere uolũt humeris hominum quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. Direct. 2. par. quæstione sexta, numero 70.

Nuptiæ.

Nuptiæ Rebeccę, quanto Dei timore sint celebratę, lege totum caput Geneseos. 24. g.

Nuptias celebrat Laban. Gen. 29. e

Nuptiæ Sansonis celebrantur. Iud. decimo quarto, c.

Nuptiarum sanctitatem docet Rachel Thobiam. Thob. 6. c

In Nuptiis postremus locus eligendus. Luc. 14. b

Nuptiis interfuit Christus cum Matre, & Apostolis. Ioan. 2. a

Nuptiæ.

Nuptiæ sunt illicitæ. Tatianus. HAERET. Etsi cum de matrimonio institutus fuerit sermo, multa, quæ pro hac hæresi confutanda dicta sint. Nunc aliqua repetere contra eam non grauabor. Primo ex Gen. primo, Crescite, & multiplicamini, hac enim de causa formauit Euam. Secundo, ex verbis Domini Matth. 19. Quod Deus coniunxit Homo nõ separet. Tertio Sua præsentia decorauit. Ioan. 2. Quarto D. Paul. 1. Cor. 7. His, qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus vxorem à viro non discedere. Quinto ad Hebr. 13. Honorabile connubium in omnibus, & Thorus immaculatus. & 1. ad Timot. 4. & Cauteriatam habentium suam conscientiam, & prohibentium nubere. De hac re est definitio Concilij Gang. primo, & Brachar. cap. 11. & refert Gratianus distinc. 31. Si quis vituperat. & 30. Si quis nuptias.

2 *Nuptiæ omni tempore celebrari possunt, si fuerit vidua.* Hoc probat Siluest. verbo, Matrimonio. 7. §. secundo. & Armilla. §. 64 Vbi docet quod si fuerint sine solemnitate, &c.

3 *Nuptiæ secundæ sunt damnandæ.* Græci. HAERET. Non piget superioribus (ad errorem Græcorum, quem mordicus tenent) hæc annectere, quæ D. Paulus ad Rom. septimo scribit. Si autem mortuus fuerit vir eius, libera est à lege uiri, ut non sit adultero, si fuerit cum alio viro. & primæ Corinth. septimo. Quod si dormierit vir eius, liberata est à lege, cui vult nubat, tantum in Domino, &c.
Hoc definiuit Concilium Florentinum. Hoc docet Diuus Hieronymus epistola ad Geruntiam. Hoc Diuus Aug. vt Glos. scribit 1. Cor. 7.

Beata autem mulier est, si post mortem uiri, iterum fideli viro nupserit. Quod verò D. Chrisost. ac Hieronym. non rarò uideantur secundas nuptias damnare, hoc ex ardenti quodam desiderio celebrandi continentiam dixisse arbitror. Vnde Diu. Hieron. ea epistola sequitur. Quid igitur? Damnamus secunda matrimonia? Minimè, sed prima laudamus. Abiicimus de Ecclesia Bigamos? Minimè, sed Mongamos ad continentiam prouocamus. Imo verò Tertull. librum de Monogamia hæreticum appellat, & Montanum, & Nouatum, qui secundas nuptias damnabant. Alia legat lector supra verbo, Matrimonium.

O

1 *Obed.*



OBed filius Ruth ex Booz pater Isai, pater Dauid. Ruth 4. d.

Obededon.

Obededon Gentili natione ad Dominum conuerso benedicit Deus, propter arcam Dei, quam in domo sua habebat. 2. Regū sexto, b.

Obedientia.

Obedientia non est virtus. HAERE. Multis modis laudatur obedientia in sacra pagina. Nam Gen. 22. Comendatur obedientia Abrahæ erga Deum, & obedire debemus voci Dei. Exod. 30. D.

Et Saul obedire contemnens voci Dei, abiicitur à Deo. 1. Regum 28. c. & Exod. vigesimosecundo, a.

Instruimur, vt obediamus principibus. Demum Christus Dominus factus obediens vsque ad mortem exaltatur, ac colitur, ut docet D. Paul. Philippens. Docent etiam Theologiam hanc esse omnium virtutum moralium præstantissimam, quæ est propriam voluntatem abnegare, & alterius imperio colla submittere, Saluatoris exemplo, qui non venit ministrari, sed ministrare, & suo exemplo nos vocat, si quis vult uenire post me abneget semetipsum. Mat. 20. Hæc præcepta fuit in terrestri Paradiso, quæque custos, ac mater virtutum est, & hanc maximè Deus ab homine exigit.

2 *Obedire non tenemur prælatis Ecclesiæ.* Valdenses. HAERET. Paucis damnatur hæc hæresis. Nam D. Paul. primæ ad Thessalonic. capitulo quarto scribit. Scitis, quæ pręcepta dederim uobis, per Dominum IESVM, & post pauca. Itaque, qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit Spiritum sanctum in nobis. Et secundæ ad Thessalon. quarto repetit, dicens. Quod si quis non obedierit verbo vestro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Ad hæc idem ad Romanos decimotertio. Omnis potestas à Domino Deo est, & qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, sibique damnationem acquirit. Cui non sunt satis hæc, recolat, quæ Dominus dixit. Matth. decimooctauo. Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus. Et Luc. decimo. Qui vos audit me audit, qui vos spernit, me spernit. Et Apost. cōi consensu dixerunt. Actuum quinto. Obedire oportet Deo magis quam hominibus, ergo & Deo & hominib. obedire debemus. Diuus Thomas secunda, secundæ, quæstione 104.

3 *Obedire tenetur ne subditus, si imminet periculum mortis?* Et si non de fide, hoc quod excutiendum proposui, scitu tamen dignissimum est. Ideo obseruandum primo loco. Quod aliquid subiici alteri dupliciter contigit. Primò formaliter, & directè. Secundò per accidens & per concomitantiam. Primo modo actus animi, non subduntur superiori, sed Deo. At per accidens, & per concomitantiam, quia actus exteriores dependent, qui de se subiiciuntur, hinc euenit, quod superiores aliud ferant iudicium actus qui ex malitia, & aliud; qui ex leuitate, vel passione prouenit. His positis Caiet. arbitratur.

Primo, homo non tenetur obedire superiori in his, quæ pertinent ad naturam.

Secundo, Subditus tenetur per accidens etiam in his obedire.

Probatur, quia potest præcipere omnes actus exteriores virtutum, quibus subditi tenentur obedire, licèt periculum mortis sit annexum.

Atque

Atque ideo tempore pestis potest Prælatus præcipere, vt quis habeat curam infirmi, quia hoc periculum concomitanter se habet ad opus. Et sicut secularis tenetur obedire principi, si præcipiat, vt prælietur, & si adsit mortis periculum, sic Religiosus suo Cenobiarchæ parere debet morte interueniente. At contra hanc determinationem sunt. Primò verba D. Thom. 2.2. q. 104. 5. 6. Respondetur, quòd D. Thom. loquitur per se, & formaliter, non concomitanter, vt nos, & per accidens. Secundò. Nemo tenetur pro vita corporali exponere vitam suam corporalem. Respondeo, quòd Charitas, quæ est maxima virtutum Theologalium, & obedientia, quæ nobilissima inter morales, requirunt, vt pro exercitio virtutum millies exponamus vitam, & sic non pro salute corporis, sed pro virtutis exercitio debet homo seruo infirmo subuenire cum periculo mortis, quoniam bonum animi, idest virtus præstantior est corpore. Tertiò. Humana, & ecclesiastica præcepta intelliguntur salua conscientia, ac consistentia, vt illud de ieiunio, ad quod si nocet cum periculo mortis non astringitur homo. Dicitur, quòd si actus omnium virtutum eadem lance librandi sunt, vtiq; concludit argumentum: atqui non sunt virtutes eiusdem rationis, nec præcepta. Ieiunium concedo seruari ab infirmo, uel sano iustis de causis. Actus verò uirtutis seruare debet, vt fortitudinis, quia non debet fugere. Nec celebrare sine vestibus, nec coram excommunicatis nominatim, etiam si mortē incurreret. Quartò. Timor cadens in constantem uirum excusat ab omni iudice. Respondetur, quòd timor excusat quandoque a toto, vt quando omissio, vel commissio ob mortis periculū a rectitudine non recedit. Quandoque non excusat a toto, sed à tanto coram Deo, quāuis coram iudice excuset à toto, & tūc moriendum est viro forti, potiusquam peccare, etiam venialiter. Hæc Caieta. in opusculo.

5 *Obedire non tenentur Laici potestati temporali, nec statutis Reipublicæ*. HAER. Confutatur, & hoc hæreticorum dictum, qui omnia confundunt, & euertunt, exemplo Domini, qui ne scandalum præberet, ac calumniandi ansam ipsis Iudæis, ac Gentibus tributum soluit pro se, & pro Petro. Imò & Religiosi ad scandalum vitādum, atque humilitatis exemplum debent seculari iudici obedire. Hoc D. Petr. docuit. Subditi estote omni creaturæ propter Deum. 1. Pet. c. 2. Et D. Paul. ad Roma. 13. Itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. & ad Titum 3. Admonet illos principibus, & potestatibus subditos esse. & ad Colossen. 3. Serui obedite per omnia Dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timētes Deum. D. Th. hoc confirmat, ubi supra arti. 6. Scribit Dama. lib. 3. c. 4. Palud. 4. dist. 2. arti. 3. conclusione 2. D. Antonin. par. 4. tit. 5. cap. 11. Gerson. par. 4. sermo. Dominicæ in ramis Palmarum. Tho. de Arg. lib. 4. dist. 29.

6 *Obedire non tenentur filij parentibus*. HAERE. In re manifestissima ex naturali lumine multa referre est tempus ludere. Et D. Paul. ad Colos. 3. Filii obedite patribus vestris per omnia, hoc est enim placitum Deo.

Occidere.

Occidere hominem, nec ob iustitiam licet. Valdenses. HAER. Si impii, atque iniqui homines ob grauissimorum scelerum penā, nec ad mortem damnari possunt, corruēt profectò vniuersa, nec vita, nec Respublica cōsistere poterit, sed morbida facta pecus, totum corrumpet ouile. Et qui nō ducunt nephas aliorum uitam adimere, iustè de eorum interitu statuit lex. Hinc Deus iussit, vt occidantur gentes, quę erant in terra promissionis, ne essent in ruinam populo suo. Deut. 7. C. & Exo. 23. F. Legitur, quod Deus occidit inimicos populi sui Chananęos, antequam ingrederentur terrā promissionis. Deut. 13. Occidi iubet Prophetam miraculis obducentem a fide, & fiducia in Deum. & eodem volumine. cap. 17. Quod occideretur superbus, qui noluisset obedire iudicio iudicum, uel sacerdotum, iuxta Dei legem iudicantium. Ergo homicidas, sacrilegosque punire, nedum nō est iniquum, imò sanctè statutum, ac peccatorum saluberrimum remedium.

2 *Occidere seipsum, quauis de causa licet, vt sit martyrij coronam consequatur. Circumcelliones.* HAER. In superioribus D. Hiero. atque Aug. controuersias conciliauimus, verbo, Martyr.

Occul-

Occulta.

Occulta quaestis superioris, uel excommunicationis imperio sunt detegenda. TEM. Res multis parui ponderis apparet, quo fit ut adeo insaniant, quod non erubescant, quae sub confessionis secreto audierint, postea hortari, ac precipere, ut repetant, ac reuelent suam, ac aliorum turpitudinem detegant, qui magis ad proximi perniciẽ, dedecus, atque interitum, quàm ad medelam, ac salutem anhelant, nec pastores sunt, sed lupi rapaces, passionibus inseruiunt, religionem deturpant, omnem adimunt fidẽ, uadant prius corrigant se, & iuxta praefixũ Saluatoris ordinẽ statuãt, ac iudicẽt. Deus .n. tantũ iudex est rei occultae, nec subduntur iudicio humano, vt docet D. Tho. quol. 14. 12. Et seruare fidem est de iure naturę. sunt enim duo amici, conspirant aduersus aliquem, furatur maritus, reuelat secretè uxori sub sigillo fidei humanae, & ne alicui unquam dicat requirit, pollicetur amicus, annuit uxor. Praecipit Antistes sub anathematis uinculo, ut qui furatus est manifestet, & qui scit. Tunc tam reus, quàm conscius sic talis criminis, non tenetur obedire superioris imperio, sed magis Deo, quã hominibus, ut Act. 5. dicitur, & exponit D. Tho. 2. 2. q. 164. art. 4. Quae tamen grano salis sunt intelligenda, nempe, quod non sit contra periculum corporale, uel spirituale multitudinis uel graue damnum alicuius, uel quod infamia uel indicium non praecesserit, quibus probari possit, ac ad quaestiones uocari. Tunc enim si casus talis contigerit his indutus circunstantiis debet, & reus, & conscius detegere. Tale est crimen haeresis, uel depraedantium, ac deuastãtium ciuitatem. De hoc scribũt Doctores, quos refert Iudiciale Inqui. verbo occultum. Et Armilla, uerbo Accusatio. §. 7. Et ad hunc sensum sunt exponenda uerba D. Aug. serm. 25. de uerbis Domini. Si peccatum publicum est, & apertum publicè corripe, ut ille emendetur, & ceteri timeant. si in secreto est, in secreto corripe.

Ocium.

Ocium non est peccatum. H A E R. Qui multos dies dat ocio, ac turpedine marcescit, mulierum criminum semina colligit, caueat ergo, qui porrectis pedibus ociosus dormit, ut admonet Salomon Prouer. 20. B. & 21. D. Hic enim se, suumque nomen tollit, ac propter uitã uiuit, qui ferijs perpetuis uult uitã uiuere, atque oscitanti nunquàm non similis. Ocium uocat Salomon malorum matrem. Eccles. 33. D. Pugnat ocium cum uniuersa natura, quoniam unaquaeque propter suam operationem condita est. Pater semper operatur. Angeli, coelestes globi, & singula, ut concionatores longa oratione detestari solent. Et Ouid. de remedio Amoris. Ocia si tollas periere cupidinis arcus. Ocium est Acedię filius. Hunc damnat D. Bern. serm. 3. & 6. de Ascensione Domini. Et D. Greg. tertia parte. Curae pastoralis admonitione 16.

2 *Ociosum uerbum, non est peccatum.* H A E R. Exactissimo iudicio discutiendo sunt omnia nostra, & de omni uerbo ocioso eo die reddituri sumus rationem, ut praedixit Dominus. Quod etiam suo honesto caret fine peccatum est, & talis generis est uerbum ociosum, imò non nunquam ut auctor est D. Thom. uerbum ociosum non ipsum erit ueniale, sed mortale peccatũ. pri. 2. quaestio. 72. 5. primum. Et uerbum ociosum est magis peccatum, quàm factum ociosum. 2. distinct. 40. 5. cor. Caueant ergo, qui in utramuis aurem dormitãt ociosi, & quibus est laboris fuga, & tantus est amor ocij, ut nunquàm excitentur, sed bono ocio usquequaque abutuntur, sed luxui indulgent.

Odium.

Odium nunquàm est peccatum. H A E R. Qui à seditiosis factionibus non est alienus, atque ab omnibus dissidijs non est auersus, nec factiones perhorrescit, sed communi habet omnia cum dissidiosis seditionibus, hic agit uitam inhonestam, omni integritate, ac elegantia orbata, & fedissimè peccat; hunc homicidam nuncupat Ioan. primę. capitu. 2. Et praecepit Dominus, ut nos odio prosequentes diligamus. Matt. 5. Hoc ex inuidia oritur, licet sit capitale uitium.

Hoc

Hoc ex malo, ac nocumento minus est homicidio, at ex deordinatione actus grauius est eo. D. Thom. seconda, secundæ q. 34. Et Concil. Aurel. capitu. 31. statuit, ut qui nutriunt odia, sint excommunicandi.

2 *Odio Deus haberi nullo modo potest.* HAER. Docuit aliquando D. August. nempe lib. 2. de serm. Domini in monte serm. 22. dicēs. Nullius ferè conscientia Deum odisse potest. At lib. 2. retract. capitu. 22. retractat, ut minus consonum sacris litteris. Scotus etiam dixit, quod implicat contradictionem, ut Deum odio prosequamur, nisi propter malum aliquod existens, vel apparens, & in Deo nulla est, vel apparet malitia. Quod eget expositione. Nam quòd homo odio Deum habeat, docuit Dauid Psa. 73. (vt refert Diuus Augustinus) superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper: & alibi: odio habuerunt me gratis: & Dominus ipse. Nunc autem veni, & oderunt me, & patrem meum. Brulifer, vt hæc conciliaret scribit. 2. distinctio. 7. questio. secunda. quod Deus in se, & absolutè, non potest odio haberi; sed inquantum puniens, & in suo effectu. Nostri verò dicunt, quod non potest odio haberi in ratione motiui, quia mouere non potest ad sui odium: sed in ratione terminatiui potest, quia potest peruersa nostra voluntas, & Dæmonum ad illum terminari. D. Thom. ibi. art. 1. Et ad hunc sensum consonant omnia dicta Doctorum.

3 *Odio haberi peccatum, nec peccatores possumus.* HAER. Ea ratione, quia piaculum est odio prosequi virtutem, eadem phas est, & vitium aperta fronte persequi. De quo Dauid. Persequar inimicos meos; & alibi. Iniquos odio habui. Non ergo naturam, quæ à Deo est, atque ideo bona; sed uitium detestari possumus; & cum D. Aug. licet dicere quisque valet. Cum dilectione hominum, & odio vitiorum.

Officium.

Officia ac horæ Canonicæ, non nisi vernacula lingua sunt persoluenda. HAER. Quemadmodum Missa non vulgari lingua, sed Latina celebranda est, sic & Diuinū officiū, & Dominus in Cruce exclamauit Patrem deprecans. Eli, eli, lamazabathani. Et quod magis vrget, & mulierculæ ipsæ dicunt: Amen. Hunc morem semper cōseruauit ecclesia.

2 *Officium Beatæ Virginis dicere nunquam tenemur, nec peccato astringitur, qui prætermittit.* HAERE. Ex vetustissima Ecclesiæ lege habemus (vt statutum fuit in Concilio apud Montem Clarum, sub Vrbano Secundo) quod officium Beatæ Virginis persoluamus, vt testis est D. Antonin. 3. par. titu. de Conciliis. Et consuetudinem hāc sanctissimam Regulares retinent, & obseruant: & certis diebus, sic astringimur officiis Beatæ Virginis, veluti aliis Canonicis horis. Hic de regularibus loquor, nec inficior diploma Pii Quinti.

Oleum.

Olei benedictio chimerica est. HAER. Vnde originem ecclesiasticæ habuerint benedictiones, supra verbo, Benedictio diximus. De olio verò traditionem esse Apostolicam, testis est D. Basil. lib. de Spiritu Sancto. cap. 27.

2 *Oleum, non est materia Sacramenti extremæ unctionis: Hus.* HAERE. Ioannem Hus iniquè sentientem de septem Sacramentis damnauit Concil. Constan. sessio. 15. & Florenti. in Doctrina de Sacramentis, dicens. Quintum Sacramentum est extrema vnctio, cuius materia est oleum oliuæ per Episcopum benedictum. & Tridenti. sessio. 14. cap. primo, secundo, & tertio, & Cano. 1. & satis diximus supra extrema vnctio.

Ommissio.

Ommissio non est peccatum. HAER. Ex communi sanctorum interpretatione, ommissio importat prætermissionem boni debiti, in ordine ad legem Diuinam, vel humanam, vel in ordine ad proximum. Primo modo opponitur iustitiæ legali; secundò modo iustitiæ speciali, vt docet D. Tho. 2. 2. quæstio. 79. articulo tertio. Et quidem hoc peccatum nō fundatur in aliquo actu, sed in potētia ad actū, ac operationē;

nec

nec est voluntarium per actum voluntatis, sed quia est in potestate eligentis, & quatenus opponitur præcepto affirmatiuo habet rationem culpæ. Cõnectit D. Bonau. 2. dist. 5. q. 1.

Opus.

Opera nostra omnia, etiam iusti, sunt peccata. Luth. HAER. Pro exacta notitia multorum, qui scholasticæ Theologiæ uacant, decreui quædam præmittere, quæ maximè ad intelligentiam etiam sacrarum litterarum conducunt.

Opera ergo multiplicia sunt. Primo quædã dicuntur opera moralia: & opus elicitum, aut imperatum à recta ratione, ac eius dictamine. Aliud est opus virtuosum, vel laudabile. Et opus virtuosum simpliciter pertinet ad vitam contemplatiuam, vt amare Deum, de quo dicitur: optimam partem elegit sibi Maria. Aliud etiam attinet ad vitam actiuam, vt proximo auxilium ferre.

Opus aliud dicitur bonum, siue bene operatum, ut quod a potẽtia elicitiua est, ad proprium, ac verum finem elicitum.

Opus adhuc, aliud excellens, vel maximæ excellentiæ, & hoc est perfectissimum.

Opus etiam dicitur laboriosum, vt illud, virtutem posuere Dij sudore parãdam, & sudauit & alsit, & est quando non excedit vires nostras, vt falsò al qui interpretantur, sed quoniam est vltimum nostræ potentię, in quod potest.

Opus facile, ex duplici pendet causa. Primo ex affectu operantis. Secundo ex præmio.

Opera quadam sunt uiua, & alia mortua. Viua, quæ ex gratia, ac Charitate sunt. Mortua quæ sine illis, vt opera peccatoris.

Opus carnale est opus peccati, & opponitur spirituali. Nam ista dicuntur opera lucis, ea verò opera tenebrarum. De his Apostolus ad Rom. 13. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & Dominus: Qui malè agit, odit lucem.

Opus pœnale est, quod pœnam infert, vel formaliter, vt tristitia, ac dolor; vel virtualiter, vt Charitas, qua quis eligit pro Christo pœnas subire. Hinc Apostoli, ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.

Opus satisfactorium est opus elicitũ, vel imperatum, Charitate tamen informatum.

Opus supererrogationis, est ad quod quis nõ tenetur ex præcepto, sed consilio: vt illud. Vade, vende omnia quæ habes, da pauperibus, & ueni, & sequere me.

Opus formatum, & informe. Primũ est charitate indutum. Secundum ea orbatum.

Opus aliud operans, aliud operatum. Primũ est, quando valet ad consequendũ aliquid ex instituto, ac pacto, sicut sacramenta nouæ legis valent, ac ex ui Sacramenti conferũt gratiam de se, nisi quis ponat obicem.

Opus operans, est motus interior ipsius agentis. His itaq; præmissis ex schola. Confutatur hæresis Lutheri a nostris. Primo. Deus ob opera sua benedixit Abrahæ. Gene. 22. Noe benedicitur, & alii viri sanctissimi, qui non peccauerunt semper. Et de Iob dicitur. ca. 1. Quod in his omnibus, non peccauit Iob, neque stultum quicquam loquutus est contra Deum. Dauid dixit Ps. 4. Irascimini, & nolite peccare: & Salomon. Prou. 4. Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectũ diẽ. Et Dominus Apostolis dixit. Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrũ. D. Paul. ad Rom. 13. scribens hortatur, vt induãtur arma lucis. Et 1. Cor. 7. Si nupserit Virgo non peccauit, & D. Pet. 2. cap. 1. Hæc enim facientes, nõ peccabitis aliquãdo. Concil. Trid. sess. 6. c. 25. Si semper peccamus, quomodo dictũ fuit a Salomone. Bonorum operum gloriosus est fructus, sed de his hactenus in superioribus.

2 *Opera iusti non debent expectare, vel sperare vitam æternam.* HAER. Cum de merito esset oratio disputatum fuit, & Concil. Tridenti. Cano. 26. eiusdem sessionis reprobat.

3 *Opera peccatoris præsentes status sunt omnia peccatum.* Luth. HAERET. Multa etiam perditissimus homo facit, quæ laude sunt digna. Vt venerari parentes, audire Missam, inimicos diligere, quę non sunt peccata, quia non ex malo fine, neque ex odio Dei. Adhuc, Homo est animal rationale: ergo potest semper aliquid operari, quod sit rationi consentaneum. Hoc idem confutatur ex Cano. 7. sess. 6.

4 *Opus nec vnum moraliter bonum potest homo agere,*

agere, sine gratia. Luth. HAER. Ne dum Lutherus, hoc probat in disputatione aduersus Ecchium, & articulo 36. Sed Gregorius Arim. 2. distin. 26. scribit. Quod homo sine speciali auxilio gratiæ Dei, non potest bonum moraliter operari, & hanc mentem esse D. August. contendit. At isti turpiter errabant, & uideant, quid doceat idem Pater. li. de spiritu, & litera c. 28. quo loci ait. Sicut non impediunt a vita æterna iustum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur, sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. Dicta vero D. Augusti. quæ ab aduersariis adducuntur exponuntur a Roffensi, quod intelligenda de operibus, quæ ad beatitudinem conducunt. Hoc disputatur in Cócil. Trid. eadem sess. & Canone.

5 *Opera uirtutis exercere est hominis imperfecti. Begardus.* Luth. HAERE. Operum vtilitatem, ac necessitatem supra probauimus. Et de Saluatore dixit Lucas, quòd proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines. Et D. Paul. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar. Quæ omnia & centena millia his similia clariora sunt luce meridiana.

6 *Opera facta propter mercedem sunt malæ.* HAERE. Multos audiui in hunc scopulum impegisse, quod redarguit Dauid in Psalm. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Rursus Dominus Luc. 6. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. Et Matth. 4. Agite pœnitentiam appropinquabit enim Regnum cœlorum. Et Concil. Tridenti. Sessione 6. Cano. 31.

7 *Opera moralia, ac meritoria, non differunt.* HAERET. Qui non agnoscit hanc operum differentiam, non potest diuersos Patres ne dicam scripturæ concordare Sermones, vt in præcedentibus ostensum fuit.

8 *Opus nullum est bonum, nisi fiat ex puro, atque sincero amore, quacunq; ex causa fiat etiam spe mercedis æternæ. Brugaurius de Monte Falcone.* HAER. Coincidit hæc hæresis cum sexta proximè confutata. Contra quam sunt quæ dicuntur de laborantibus in vinea, qui pacto conuenerunt. Non ex pacto conuenisti mecum, tolle quòd tuum est, & vade. Et D. Paul. 1. Corinth. 9. dicit: quoniam debet in spe, qui arat arare, & qui triturat in spe percipiendi: & ibidem. Nescitis, quod ij, qui in stadio currũt, &c. Sic currite, vt comprehendatis. & 1. ad Timoth. 4. Pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Demum ad Hebr. 11. Laudatur Abraham de fide, & obedientia propter spem uitæ æternæ. Et ad Coloss. 1. Dilectionem, quam habetis in sanctos, propter spem, quæ reposita est vobis in cęlis. Hoc docuit, & D. Pet. 2. ca. 2. Satagite, ut per bona opera vestra, certam uestram electionem, & vocationem faciatis. His locis Cõcil. Trid. sess. 6. can. 31. Quod spe uitæ licet operari, vt diximus.

9 *Opera moralia sunt simpliciter opera virtuosa, ac bona.* HAERET. Quoniam opera, quæ ex Charitate fiunt, sunt meritoria æternæ uitæ, ac simpliciter bona, hinc uere dicimus, quod quæ sine ea sunt, nuncupari simpliciter bona non possunt. Opus enim quòd est simpliciter bonum, debet habere omnes circunstantias, ut cum D. Augustino libro de Gratia, & libero arbit. cap. 18. dicunt: quo loci Sanctus Pater ait. Quod quicquid se putauerit Homo facere bene, si fiat sine Charitate nullo modo fit bene. & ad Iulia. lib. quarto, cap. tertio. repetit idem. Et omnes discrimen fatentur esse inter opus morale, & meritorium. Vel ut Schola dicit, inter opus bonum secundum quid, vel physicè, & simpliciter, vel Theologicè. Ex quibus deduco, quòd non fuerint inter Romanos, & Gręcos simpliciter sapientes, studiosiq; virtutum, quia inani quadam gloria ducti faciebant, charitate, ac veri Dei cognitione orbati.

10 *Opera infidelium sunt peccata.* HAER. Verbo, infidelis explosus est hic error.

11 *Opera legis Mosaicæ iustificabant.* HAERET. Hoc damnat D. Paulus ad Roma. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem, sine operibus bonis: Vbi non excludit, quòd opera nostra non exigantur ad iustificationem, ut perperam expo-

ponunt hæretici, sed quòd sine operibus legis Mosaicæ, & per fidem IESV Christi est iustificatio. & de his ad Gal. 5. ait. Nã in Christo IESV, neque circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur.

12 *Opera non exiguntur ad iustificationem*. Luthær. HAER. Nisi abundè satis esset probatum, quòd vtrunque exposcitur ad iustitiam Christianam, & quòd non sufficit credere, non pigeret iterum impugnare, at ne acta agamus. Videat Lector supra verbo, iustificatio. & liberum arbitrium.

Oratio.

Oratio sola sat est ad vitam æternam consequendã. Adelphus. HAER. Necessitatem fidei, atque operum demonstrauimus, sine quibus nemo potest ad uitam ingredi.

2 *Oratio est superflua omninò.* Pelagius. HÆ. Non defuerunt nostra ætate, qui hunc errorem ab inferis reuocarent. Vt Abailardus. Vuit. Hus. Luth. & sequaces. Contra quos ex sacris literis testimonia adducere non est difficile. Orauit Moyses propheta, Dominus ipse, & in resurrectione Lazari, & in Cruce, orationibus instabant Apostoli, & Sancti omnes, quid præcibus non obtinuerunt, stat Sol precibus Iosue, reuertẽtib. lachrymis Regis Ezechiæ, nascitur Samuel, Quid, quòd Dominus ipse orandi modum reliquit, Pater noster, qui es in cœlis. Quæ quantæ sit virtutis Concil. Tolet. 4. Can. 9. docet. & contra Pelagium Concil. Milet. contra P. cap. 8. & Gang. c. 5. ac Agaten. c. 21.

3 *Oratio adeo est necessaria ut nunqnam liceat ab ipsa cessare.* Messaliani. HÆR. Hæc ex diametro pugnat cum præcedenti. Si verum esset, quod dicunt, perit omnis politia ac conuictus humanus, & tamen cogimur inseruire corpi uitã tueri, ac ei necessaria prouidere. Epos in primis inuigilare oportet super commissum gregem. Nec aliquid cogit, quod scribit Diu. Paul. 2. ad Thessalon. tertio. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Nam seipsum exponit dum Corint. 1. c. 10. scribit. Oĩa quæcunque facite in gloriam Dei facite. Vel ut placet D. Augus. nulla dies sine oratione esse debet, de hæres. c. 57. Vel ut mihi videtur, adeo orationem extollere uoluit, ut hyperbolicè dixerit. Oportet semper orare.

3 *Oratio ideo inutilis, quia omnia neccessariò eueniunt.* Luth. HAER. Ascribunt & hãc hæresim Luthæro, qui conuincitur ex his, quæ numero primo proximè dicta sunt.

4 *Oratio, quæ vni specialiter applicatur, non plus prodest illi, quam si pro omnibus fieret.* Vuit. HAER. Virtutem Missæ demonstrando confutatur hic error. Et pugnat cum locis dictis, vbi legimus pro multis in speciali orasse Sanctos, & obtinuisse. Pro Petro orauit Ecclesia Act. 12. pro Lazaro orauit Dominus, imo pro se ipso, quando factus in agonia prolixius orabat. Præter multa alia, est definitio Concil. Const. sess. 8.

5 *Oratio Diuinam mutat prouidentiam.* HAER. Triumphator in Israel non parcet, nec penitudine flectetur, vt dicitur 1. Reg. 15. & alibi. ego Deus & non mutor, non ergo tãta est nostrarum præcum efficacia, ut Dei prouidentiam, quæ æterna est variari possit, sed quęcunque Sancti orando obtinent ita prædestinata sunt (authore D. Greg.) vt præcibus obtineantur. Et in hoc est conueniunt omnes, D. Thom. 3. cont. Gent. c. 95. & 96. Vbi & Aegyptiorum error reprobatur.

6 *Orationes sunt inutiles.* HAER. Triplicem errorem legimus circa hoc. Aliquĩ dixerunt ideo superuacaneas esse orationes, quia nullam habet Deus rerum humanarum prouidentiam, ut Epicurei excogitarunt.

Secundus error Stoicorum, qui putabant omnia ex necessitate euenire.

Tertius Aegyptiorum, qui arbitrabantur Deum mouere posse, suis sacrificijs, ac p̃cibus, quos omnes confutat D. Thom. 3 contra Gentiles, capitulo 96. Et Stoici errabant, dum putabant orationes ad nihilum esse utiles, licèt verum docerent Diuinam Prouidentiam immobilem esse in se, at omnino negare fructum orationis repugnat sacræ scripturæ. Ad quid enim hortatur Dominus. Luc. 18. Quoniam oportet semper orare, & nunquam deficere. & 1. ad Thes. quinto. Sine intermissione orate. Et Dauid in Psalm. Respexit

in

in orationem humilium, & exaudiuit preces eorum. Et D. Iacob. 1. Postulet in fide nihil hæsitans: & Ioel 2. Quis scit si cõuertatur, & ignoscat Deus. Sunt ergo orationes maxime utilitatis, non quia ordinem Diuinæ dispositionis immutant, sed quoniam sub Diuinæ prouidentiæ ordine continentur; & eius efficacia ordo inferioris causę immutari potest, Deo annuente, sub quo necessitas ordinis inferioris continetur, tamquam sub eo institutus, immutatur ergo per orationem aliquid de ordine inferiorum causarum ab ipso Deo præfixo: quæ mutatio similitudinariè dicitur penitentia, quatenus ad similitudinem penitentis se habet, eo modo, quo dicitur irasci. Causæ ergo secundæ, quæ ad suos effectus producendos agunt, sunt quæ mutãtur. Et sic interpretãtur dicta sacræ paginæ, & sanctorum ab ipso D. Thom. loco citato.

7 *Orationes omnes Deus exaudit.* HAER. Nõ est absurdum dicere, quòd quorundam orationes Deus nõ exaudiat, nec quòd petunt accipiant. Namq; Prouer. 28. dicitur: qui declinat aurem suam, ne audiant legem, oratio eius erit execrabilis. & Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationẽ nõ exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. & Hiere. 7. Tu autem, noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsi. mihi, quia non exaudiam te. Et Dominus discipulis dixit. Nescitis, quid petatis. & D. Paul. petiit, vt stimulus carnis cessaret, nec ter cum orasset, fuit exauditus. & D. Iacob. 1. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis: & hoc uoluit D. Paul. ad Roma. 8. quid oremus sicut oportet nescimus. Et idem scribit D. Aug. ad Paulinum, & Tharsiam. Vt ergo orationes exaudiantur, quatuor conditiones requiruntur, vt notat Glos. super illud Lucæ. quis vestrum habebit amicũ: Nempe, ut pie perseueranter pro se, & ut ad salutem perseuerat. Pie petimus quando oratio habet omnes circunstantias virtutis, quibus ordinatus actus ex parte agẽtis, quando desunt ergo istæ circunstantiæ, non exauditur oratio. Vide D. Tho. 2. 2. q. 83. 5. ad secundum & 16.

8 *Orationes peccatorum Deus non exaudit.* HAER. Quemadmodum est Hæretica propositio affirmare, quòd Deus peccatores non exaudiat. Quoniam de peccatore legimus. Deus propitius esto mihi peccatori. Et vt exponit Chrysost. D. Thom. referente. Omnis, qui petit accipit. Sic & uera est propositio loquendo de peccatore, ut peccator est, & vt Diuinę iustitię innititur, qui ut sic non exauditur à Deo, & cęcus factus Homo, ille dixit. Nos scimus, quia Deus peccatores non audit. Peccator tamen si oret conditionibus assignatis exauditur à Deo, vt de Cornelio refert Lucas in actis Apostolicis.

9 *Orare satis est mente, nec exigitur vox.* HAERE. Docuit Dauid non tãtum corde, sed voce Deo esse canendũ, dicens. Voce mea ad Dominum clamaui. Cui addunt Theologi, quod qui simul cum aliis orat psallendo, vt Cęnobitę faciunt altè tenentur canere, imò peccant, qui adeo submisè dicunt Missam, vt non audiantur. Orans etiam nihil noui debet facere, quòd alios ad sui admirationem moueat, & in eum conuertãt oculos, non clamando, uel percutiendo pectus, expandendo manus & similia, quæ hypocrisim redolent. Attentè tamen orare debet, nec euagari licet, nam & si nõ teneamur orare, tamen debemus orare attentè, alias mortale, uel ueniale crimen erit.

10 *Oratione temporalia, ac alia victui necessaria nullo modo petere possumus.* HAER. Quæ in oratione petimus sunt, vel spiritualia, & hæc primo, & principaliter petere debemus, vel sunt temporalia, & ista, non vt finis expetere possumus, sed vt adminiculũ beatitudinis. Quo sensu Salomon Prou. 30. dixit. Diuitias, & paupertates, ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. Petentibus dixit Dominus. Nunquid porriget pro pane lapidem, aut pro pisce scorpionem?

11 *Orare pro alijs non possumus.* HAERE. Si Dominus pro aliis, si Moysen, & Propheta Moab præces fuderunt, profecto & nos licitè petere poterimus. Hoc docuit D. Iacob. Orate pro inuicem, ut saluemini, & est Charitatis actus.

12 *Orare pro inimicis non debemus.* HAER. Dilectionem inimicorum, & tempus exposuimus. Hoc locus exigit, vt Saluatoris exemplo, ac D. Stephani pro inimicis deprecemus, ut Dominus præcepit, dicens. Orate pro persequentibus, & calumniantibus

tibus vos. Matth. 5. & grauissimum est peccatum a communi oratione ecclesię eos excludere. Et tempore necessitatis etiam, qui non orat pro eis peccat.

13 *Oratio nunquam est meritoria.* HAER. Si non est meritoria, quare D. Paulus dixit exauditus est, pro sua reuerentia. Et Moyses pro populo idolatra, Samuel, & Iosue, & D. Aug. de orationibus D. Stephani dixit. Si Stephanus non orasset ecclesia non haberet Paulum. Et Psalm. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Et Dominus petite, & accipietis, quod tamen intelligitur adiuncta gratia.

14 *Orationes vulgari, ac nota lingua sunt dicendæ.* HAERE. Linguarum varietas tanta est, ut si lingua omnibus manifesta tenemur orare, vt fingunt hæretici, vnaquæq; Ciuitas peculiares orationes edere debet, quod est absurdum, vt superius, verbo Missa dictum est. Nec sequitur simplices non intelligunt, ergo nō possumus lingua Latina. Nam attentio in oratione duplex est, quædam peculiaris, quæ tantum sapiētibus conuenit, & ea est, quam ipsa præassumpta verba significant. Alia uerò est cōmunis omnibus, nempè mentem Deo vnire a corporalibus eleuando, & hoc omnibus commune est, & in oratione præstantissimum.

15 *Oratio num sit necessaria?* Apud Diuum Thomam & non nullos peritiores oratio est necessaria, vt sic tot uincere tētationes, ac impetus inimicorum possimus. Hoc etiam probant verba Saluatoris. Oportet sine intermissione orare, & ad discipulos, orate ne intretis in tētationem. & D. Paul. ad Thess. 3. p. q. 39. 5.

16 *Oratio est ne in præcepto, vel est de consilio?* Hoc enodare quæsitum difficillimum est. Tamen ex præcedentibus probabiliorem eam sententiam tenio, quę docet eam esse in præcepto: quoniam si est necessaria, profectò eam præcepit Deus utilia, vel ea quę sunt supererogationis ad cōsilium pertinent. Confirmatur ex ipsa definitione: oratio est actus religionis, ac eleuatio mentis in Deum. At mentem in Deum eleuare pręcepitur: ergo & oratio. Oratione etiam, quis amicus Dei efficitur, quod est nobis necessarium. Ergo uerba illa. Petite, & accipietis præcepti sunt nō cōsilii, ad quam de præcepto etiam attinet recte petere. Hanc esse mentem D. Th. elligo ex art. 9. 22. q. dictæ.

17 *Oratio Dominica tantum dicenda est.* HAERE. Vnde originem habuerit hic error non video. Cum D. Paul. 1. Timo. 2. dicat. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus. ergo nō solum Dominicam orationem, sed alias dicere possumus. Hoc roboratur ex statuto ecclesiæ, ac sanctorum consuetudinèm. Demum ea, quæ sunt non modicæ vtilitatis non sunt resecanda, tales sunt orationes, nam illis mētem in Deum eleuamus. ergo non sunt reiiciendæ. Direct. 2. p. q. 14. Her. 18.

18 *Orando possumus quibuscunq; verbis vti.* HAER. Præfixit Dominus ordinem, ac determinata uerba, quo edocuit, non esse nostrum citra delectum omnia uerba in orationem assumere, vt sæpe mulierculæ faciunt, dum superstitiosa dicunt. Caueāt ergo Confessōres dum admittunt quasdā orationes, quæ uerba incognita, ac quasdam imagines, & caracteres, quæ omnia Diabolicæ sunt fraudis opera, vt uerbo superstitio demonstrabo.

19 *Orantes stare debemus die Dominico, & a Pascha, vsque ad Pentecostem, vt instituerunt Apostoli.* Hanc esse traditionem Apostolicam, ut testatur Tertullia. de Corona Militis, dicens. Die Dominico ieiuniū nefas ducimus, uel de geniculis adorare: eadem immunitate a die Paschæ in Pentecosten, usque gaudemus. Basil. lib. de Spiritu Sancto. cap. 27. inter traditiones, ac ritus Apostolicos hoc commemorat: stātes quidem in una Sabbati præces adimplemus, rationem tamen omnes non reddere nouimus, non enim ob id tantum, quòd cum Christo resurreximus, ac in die resurrectionis inuestigare cœlestia debeamus, & propterea concessam nobis gratiam dum stantes oramus, nobis ipsis in memoriam reuocemus, sed etiam quòd expectati seculi imago esse quodammodo uideatur; & post multa, ait, quæ manifesto monumēto quasi migrare ab ijs, quæ præsentia sūt, ad futura mentem nostram efficiūt. Quæ nec ignorauit D. Aug. epistola 119. ad Ianuarium. Stantes oramus, quod signū est resurrectionis, quod debet fieri post resurrectionem. Gratianus refert hanc consuetudinem,

dinem veluti consonam sacris mysterijs sancti Patres in nonnullis Concilijs confirmarunt, de consecr. d. 3. c. Quoniam Synodi Nicenæ, ac cap. Quoniam. Sexti Concilij Cartaginensis, & ex cap. 57. Græcarum Synodalium. Hanc tamen consuetudiné pauci obseruant. Videas Lector Concil. Nicen. can. 20. & Constant. 6. can. 90.

20 *Orantes non debemus genuaflectere.* HÆR. Si honesta consuetudine genuaflectebant antiqui ante Reges, & ante Romanum Pontificem, quare si Deum alloquimur, & præcamur. Hinc Apostoli statuerunt, ut flexis genibus oremus, vt scribit Orig. homil. 5. in Numeros. & Basil. vbi supra dicit, Quoties genuflectimus, ac cósurgimus, re ipsa ostendimus, nos per peccatum in terram delapsos, ac benignitate illius, qui nos creauit in cœlos reuocatos.

21 *Orantes non debemus respicere Orientem.* Quibusdam visum est superstitiosum respicere Orientem dum orát, quod tamen traditio est Apostolica, vt scribit Orig. vbi supra, & Basil. lib. eodem, cap. 27. Inter orãdum, conuerti ad Orientem oportet, qđ nam literarum genus nos docuit. Et Gratianus d. 11. ecclesiastica, quod D. August. attribuitur, quæ sunt potius D. Basilij. Dama. li. 4. de fide ortodoxa, dicit. Hæc auté traditio literis non extat, quemadmodum nec illa, quòd adorare debemus ad Orientem conuersi. Rationem D. Aug. huius assignat, lib. 2. de ser. Domini in monte. Verũ hæc institutio iampridem cessauit.

22 *Orare pro defunctis ridiculosum est.* Luth. HAER. Post insigne illud factum Iudæ Machabæi, subnectit Ecclesia Sancta, ergo & pia est oratio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Hanc ex Tobia didicimus. Panem, & vinum super sepulturam iusti esse ponendum. capit. 4. Perdurat usque in hodiernum diem multis in locis Hispaniæ, & Galliæ hæc institutio, in vsum Sacerdotum, ut pro ipsis orent. Clemens præcipit in persona Apostolorum celebrare exequias mortuorum hymnis, precibus, & lectionibus sacris. Eusebius Alexandrinus, cuius meminit Antherus in sua epistola. Memento (inquit) in oblatione Sanctæ, scilicet Eucharistiæ, parentum, ac fratrum, qui iam de uita decesserunt. Tertull. de corona militis. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus. Et de exhortatione castitatis. pag. 581. Etiã repete apud Deum, pro cuius spiritu postulas, pro quo oblationes annuas reddat. Idem de Monogamia, pag. 596. Enimuerò (vxor) pro anima eius (defuncti mariti) orat, & refrigerium interim postulat ei. Orig. in Iob lib. 3. pag. 500. Diem mortis celebramus, quia nó moriantur ij, qui mori videntur. Propterea, & memorias Sanctorum facimus, & parentum nostrorum, vel amicorum in fide morientium deuotè memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quàm etiam nobis piam cõsummationé in fide postulantes. Cypr li. 1. epistolarum, epist. 9. & alia diximus Verbo Missa.

23 *Orare cum excommunicatis possumus.* HAE. Prohibet Canon Apostolorum 12. Nè cũ excommunicatis oremus, & Ecclesia obseruat.

24 *Orare cum Iudæis, atque hæreticis possumus.* HAERE. Ex Apostolorum decreto, nec nobis licet cum istis orare, vt dicitur can. 63. sed deponitur, qui cum illis orat.

Ordo.

Ordo non est sacramentum. Luth. HAER. Scripturarum testimonijs, Summorũ Pontificũ, Conciliorum, ac Patrum probatur ordinem esse sacramentum. Primo ex c. 6. Act. Apost. Et elegerunt Stephanũ, &c. Hos statuerunt ante conspectũ Apostolorũ, & orantes imposuerũt ei manus. & c. 13. Tũc ieiunãtes, & orãtes, imponentesq; eis manus dimiserũt illos. & ipsi quidé missi (Saulus, & Barnabas) à Spiritu sancto abierunt Seleuciã. D. Pau. ét 1. ad Tim. 4. scrib. Noli negligere gratiã, q̃ est in te, q̃ data est tibi ꝑ Prophetiã, cũ impositione manuũ præsbyteri. & c. 5. Manus citò nè imposueris, neque cõicaueris peccatis alienis. & ad Tit. j. Huius rei gratia, reliqui te Cretæ, vt ea, q̃ desunt corrigas, & constituas per ciuitates Præsbyteros, sicut ego disposui tibi. Gaius in sua epis. ordines sacros refert ad Fœlicé Epm. Damas. in Põtificali. Sozimus epis. 1. ad Hesychiũ Epm. Anaclet. epist. 2. ad oés Epos, ac reliquos Christi Sacerdotes. Et ante ipsum Clemens epist. 1. ad fratrem Domini. Leo epistola 88. ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ. Præter hoc Canone

primo de episcopo loquitur. Et can. 2. de præsbytero, & diacono, & can. 68. Concilia hanc ueritatem discusserunt. Romanũ sub Siluestro. ca. primo & cap. 3. numerat presbyteros diaconos, subdiac. Accolytos, exorcistas, lectores ostiarios. Et Cartag. 4. cui D. August. interfuit. A canone tertio, usque ad nonum decreuit ordinum functiones. Cum quo Concil. Laodic. can. 24. Aquisgr. primum sub Ludouico Pio. ca. 2. usque ad quintum, & sextum. Hispal. secundum. can. 7. Et in generalibus Nic. Cano. 1. cautum est, ne ad ordines promoueri possent castrati, uel qui seipsos abscindunt: & in Calcedo. Cano. 2. quod, qui ordines confert nihil accipiat. Aurel. cap. 7. Non multis ab hinc annis in Florentino in doctrina de Sacramentis dicit, Sextum est Sacramentũ ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo, sicut præsbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum panæ porrectionem. Diaconatus verò, per Libri Euangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis vacui cum patena uacua superposita traditionem. & similiter de aliis per rerũ administeria sua pertinentium assignationem. forma sacerdotij talis est. Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro uiuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et Trid. diebus nostris contra Lutheranos coactum. sess. 23. cap. 1. & Can. 1. vsque ad septimum refert omnes. Patres ante nos de sacris ordinib. scripserunt. Dionys. de eccles. hier. cap. 5. & episto. 8. ad Demophilum monachum. Ignatius epist. ad Antiochenos. Saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, exorcistas, atque Cõfessores. & epist. ad Philadelphienses, ait. Principes subditi estote Cæsari, milites Principibus, diaconi præsbyteris, vt sacrorum administratoribus. Præsbyteri verò & diaconi, atque omnis clerus simul cum omne populo, & militibus, atque principibus, sed & Cæsares obediant Episcopo. Episcopus vero Christo, sicut Patri Christus, & ita vnitas per omnia seruatur. Tertullianus de præscriptionibus hæreticorum. Epiphanius hæresi 42. contra Marcionistas. & hæresi 35. contra Aerium, quòd Episcopus à præsbytero distinguatur. Theophilactus in caput 19. super ea verba. Dominus dedit seruis decem Mnas. & in 1. Thimot. 4. super ea uerba. Nè negligas donum quod in te est. declarat, quid possit impositio manuum Episcopalium in ordinatione dicẽs. Cum impositione manuum psæsbyterij, hoc est Episcoporum. Non enim præsbyteri Episcopum ordinabant. Vide autem horrendum, quantum possit impositio manuum Sacerdotalium. Nicephorus, li. 12. hist. eccl. c. 14. D. Amb. li. de dignitate sacerdotali, cap. quinto. Et in c. 4. ad Eph. in ea verba. At ipse dedit quosdam quidam Apostolos fusius scribit. D. Hier. episto. 1. ad Heliodorum. & epist. 85. ad Euagium, & in Dialogo contra Luciferianos. Victor Aphricanus. lib. secundo, de persequutione Vandalica. D. Aug. lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap. 13. sed si nos malè facimus, ipsi explicent, quomodo Sacramentum baptizati non possit amitti, & Sacramentum ordinati possit amitti, quoniam dicunt recedens ab Ecclesia baptismũ non amitit, ius dandi tamen amittit. Si enim vtrunque Sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur. Neutri Sacramento iniuria facienda est. & lib. de bono coniugali, capit. 24. & 1. de Bapt. contra Donat. cap. primo. Isidorus Hispal. lib. secundo de officiis Ecclesiasticis, capit. 11. & lib. 7. ethimol. c. 12. Rabbanus Maurus, li. 1. de inst. clericorum. Greg. lib. quarto, epist. 52. ad Episc. Galliarum. Cum quib. Schola vniuersa.

2 *Ordines non sunt septem.* HAER. Diuiditur Sacramentum ordinis in maiores, & minores. Patres ab Apostolis hanc ordinis distinctionem didicerunt, inter quos Ignatius ad Antiochenos, ut dixi. Dionys. de eccles. hier. cap. 3. Concil. Rom. sub Sil. cap. primo. & quartum Cartag. de singulis decreuit. D. Amb. in c. 4. ad Ephes. Isid. vbi supra.

3 *Ordo confert gratiam.* HAER. Maxima profectò uirtus est, ut qui rectè initiantur Dei gratiam consequantur. Hoc dixit D. Paul. 1. ad Tim. q. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam per impositionem manuum mearũ. Concil. Florẽ. effectus Sacramenti ordinis est augumentum gratię, vt quis sit idoneus minister. Concil. Trid. sess. 23. cap. 3. & canon. 3.

non.3. D.Cypr.lib.1.episto.6.ad Magnum. D.Aug.lib.2. contra epistolam Parmeniani vbi ſupra. Grego.Mag. in caput 10.libri primi Regum.& D.Thom. cum peritioribus,& D.Amb.1.ad Cor.12. Gratiam habet, qualis uis ſit.

4 *Ordo Sacer non imprimit characterem.* HAE. Ex D.Cypr.de Ablutione pedum elicitur, & decreuit Concil.Trid.cap.3. & can.4. & D. Thom. cum alijs, de quo verbo character.

5 *Ordo Sacer qua vis ætate ſuſcipi poteſt.* HÆR.

6 *Ordines Sacros ſuſcipere poſſunt Clauſtrales ſine ſuperiorum licentia.* HAER.

7 *Ordines conferre, quilibet poteſt Sacerdos etiam quòd non ſit Epiſcopus.* HAER. Hæc omnia ex decreto Concilij Tridentini confutantur.

8 *Ordines bis ſuſcipere quis poteſt.* HAER. Si Characterem imprimit, quomodo poteſt bis ad ſacra promoueri?

Et Can.67.decreuerunt Apoſtoli, quod ordinati, vel ordinans bis deponitur.

9 *Ordinari poſſunt qui ſe caſtrauerunt, vel abſciderunt.* HAER. Res prima facie parui ponderis apparet, quæ ſi exactius expendatur, & quia ex Dei inſtituto pendet, & quod in figura noſtri veri Sacerdotij vetitum fuit, nè ſacerdotio fungeret, qui deformitatem haberet in corpore, multò minus quod non erat Iudæis permiſſum, noſtro nobiliſſimo Sacerdotio conuenire poterit. & ex Apoſtolorum cano.23. idem probatur, qua ſtatuitur, vt qui abſcidit ſe ipſum clericus eſſe non poſſit. Et in Concil. Nicen. can.1. fuit repetitum. Aurel.ca.7.& d. 55. Qui ſe. & c. Pœnitentes, vel inſciti. Qui tamen ex infirmitate in talem deuenit neceſſitatem, vt opus fuerit, tali membro, orbari hic promoueri poterit.

10 *Ordinans poteſt munera, vel aliquid exigere, pro collatione ordinum.* HAER. In ſimoniacam labem incidit, qui accipit aliquid in ordinum collatione, vt decreuit Concil. Calcedo.c.2.& habetur 1.q.1.Si quis Epiſcopus. & Doctores conueniunt in hoc.

De ordine Diuinarum Perſonarum.

Ordo non eſt in Diuiniſſima Trinitate. HAER. Excludere ordinem in Diuinis perſonis eſt confuſionem admittere, ac proceſſionem negare, quam ex ſacris literis expreſſè habemus, vt ſuo loco de vnaquaque exponetur. Quia ergo vna perſona eſt ab alia, vt filius à patre. ego hodie genui te. Hinc & ordinem eſſe inter eas fatemur. Et quia vnumquodque ad ſuum principium refertur. Et hic ordo naturæ nominatur, quia vna ab alia procedit, non quia natura ordinetur. Nec item dicitur ordo eſſentiæ, quia eſſentia non importat rationem principij, ſicut natura. Vt cum D. Auguſtin. docet Magiſter, ac Scholaſtici in primo.& D.Thom.1.par.q.42.

Vt vero hanc exactè diſcutiamus in gratiam Scholæ.

Primo refero ſentẽtiam Scoti, & aliorum.

Secundo loco eam impugno.

Tertio eius obiectis ſatisfacio. Quo ad 1. partem. Scot.1.2.diſt.1.q.1.artic.ſecundo. Duplicem ordinem in Diuinis ponit, nempe naturæ, & originis. In primo inſtanti ponit originem perſonarum. In ſecundo originem creaturæ in eſſe cognito. Primum inſtans adhuc diuidit in tria ſigna originis.

In primo ſigno ponit primam perſonam perfectam habentem memoriam perfectam Diuinæ eſſentiæ, ſupra quam fertur intellectus Paternus ſimpliciter, non productiuè, & tali intentione Pater Beatus eſt ex ſe.

In ſecundo ſigno fertur ſuper eſſentiam productiuè, & producit filium communicando ei uoluntatem ſecundam.

In tertio ſigno uoluntas fertur ſuper eſſentiam amando eam infinitè, & Pater, & Filius producunt amorem infinitum. In ſecundo inſtanti naturæ, intellectus, & uoluntas comparantur ad obiectum ſecundariũ, nempè ad creaturam in eſſe cognito, & aſſignat tria inſtantia.

In primo dicit Patrem intelligere lapidẽ in eſſe cognito.

In ſecundo Filius intelligit lapidem, quia non à ſe.

In tertio Spiritus ſanctus intelligit lapidẽ. Et ſic in ſecundo inſtanti naturæ creatura eſt cognita, & uerbum in primo. Hic etiam in quol.q.pri. ponit prius in quo, non tantum à quo & dicit, ꝙ Pater in primo ſigno intelligit ſe, in ſecundo ſigno producit verbum, in tertio intelligit creaturam, in

essentia sic. In Notionalib. verò dt Patrē, ī primo signo hre vtrāq; fœcūditatē. In scđo pducere verbū, & dare ei uirtutē spirandi. In tertio spirare. Et sic in primo signo Pr̄ est Pr̄ & Filius non est. In secundo Filius est, & Spiritus sanctus non est, & sic ponit prius in quo, non tātum, à quo. Hæc Scot. Bacconitanus. 1.d.6.q.ō.1.docet in Diuinis esse prioritatē, & Patrē priorē Filio, qa est eius prīcipiū. Greg.eo loco, dicit esse priorē, quo ad cālitatē, & prius à quo nō tñ, in quo. Nri, vt Capreol.ac Caiet.sic D.Th.dilucidāt. Capr.q.dē, ꝙ Pr̄, vt Pr̄, nō est prior Filio, sed vt suppositū. Caiet.verò scr. ꝙ Pr̄ vt res, nec vt Pr̄ est prior Filio, sed si concipit Pr, vt hypostasis, à quo Filius est, sic Pr̄ est prior Filio, ac ei præintelligit. Huic subscribimus, & cōtra Scotū sic arguit. Primo Filius nō erit Pri coæternus, ꝙ est hīticum. Nā Verbū erat apud Deū: Añs est manifestū in doctr. Scoti. Secūdo, Pr̄ i j.signo apud Scotū hēt oēm entitatē absolutā, & relatiuā, qa nihil hēt à Filio. ergo in primo signo gñat. Tertio, signa, vel importāt durationē & tūc esset hītis, qa psonæ sunt coæternæ. Vel p hri ab alio, & hoc nō, qa Scot. dicit, ꝙ Pr̄ nō prius spirat q̄ filius. Contra. Pater spirat à se, Filius nō. ergo posterius. Quarto, illud primū, vel aliqd supponit, vel nō. Si aliqd, vel illud est Deus, vel in Deo, vel nec Deus, nec in Deo, nō ẽm, qa adhuc eēt Trinitas, non.n.pēdet Deus à nō Deo. Non primū, qa est, vel essentiale, vel notionale. Nō primū, qa tūc esset sensus, essentia est ī essentia, & sit de rōnali, q̄ oīa sunt falsa. De scđo instāti, quo intelligit creaturā arguit primo. Intellectio, qua Deus intelligit se, & creaturā est penitus eadē. ergo vna non est prior alia, qa essent distincta. Secundo prius natura, pōt esse sine posteriori. Sed Deus, nō pōt intelligere se, quin intelligat creaturas, alr nō esset Deus, nec eius suba. Rursus opi. Scoti de instantib. originis falsa ē, & parū fidei cōsentanea. Nā fingit duo instātia. In j.cognoscit Deus suā essētiā absque ordine ad creaturas, & hęc cognitio in qt nō ē oīno pfecta, qa nō extēdit ad creaturas. In ii.instāti, pducit Deus creaturas ab æterno in quodā esse intelligibili, ꝙ esse nō est purū reale, neq; rōnis, sed mediū inter vtrūq;, & i hoc instāti cognoscit eas in seipsas. Cōtra hoc arguit, qa creaturę essēt ab æterno, qa in illo esse hñt esse participatū. Scđo, error est, ꝙ Diuina essētia pficiat ex cognitiōe creaturarū. Tertio cognitio qua cognoscit Deus ī primo īstāti ē cōphēsiua Dei. ergo p illā cognoscit oēm creat. possibilē. Quarto, Cōc. Senon. dānat Pet. Abæl dicētē aliq rē extra Deū esse, q̄ nō sit Creator, neq; creatura. Hęc cōtra Scot. soluam eius obiecta, ac Baccon. Primo arguit Sco. Si simul itelligit verbū, & creaturas. ergo simul amaret. ergo Spūs sanc. nō necessariò pduceret. Rñdeo, ꝙ creaturæ, vt sūt ī Deo necessariò itelligunt, & amant, nō tñ extra ī seipsis. Scđo, si verbū pcedit ex oīb. cognitis à Pr̄e. ergo verbū à verbo, qa verbū ēt cognoscit. Rñdeo, ꝙ verbū, nō vt verbū, sed vt cognitū in Diuina essētia pcedit à Vbo. Nā si à creatura cognita multò magis à Vbo. Tertio, inter psonā Diuinā, & creaturā nulla ē relatio realis. At Vbi ad id à quo gignit est relatio. ergo Vbū nō dt respectū ad creaturas. Rñdeo, ꝙ creatura nō est primū pductiuū Vbi, iō nec ad eā ē relatio realis. Vel dico, ꝙ creatura, ut Diuinæ essētię idētificata refert ad Vbū, nō in se cōsiderata. Quarto, Paternitas, vt cōstitutiua pr̄is, pintelligit actioni. ergo prior erit. Rñ. ꝙ Pr̄, vt Pr̄ nō est prior, sed vt suppositū. Nā sortes, vt sortes est prior Filio ẽm intellectū, nō tñ vt pr̄, neq; prior prioritate q̄ Sco. fingit. Caie. ēt dt, ꝙ Pr̄, neq; vt res, neq; vt Pr̄ ē prior sed si cōcipiat Pr̄, vt hypostasis à qua est filius, sic & pintellr Filio. Quīto, Pr̄, & Spūs s. nō sūt correlatiua. ergo vnus prior. Rñdet ꝙ si cōparent, vt nō sūt relatiua, sic vnus prior, & Pr̄ spirato, & gñatio spiratione, & prior ē ẽm intellm. Sexto, ergo D. Tho. diminutus, q ista nō docuit. Dr̄, ꝙ D. Th. īsinuat, & ex eo, qđ excludit prioritatē tpis, ac nāę, & q ẽm nrm cōcipiēdi modū aliæ ē rō sat fuit ei. Septimo, si eēt aliqs, quo eodē eēt aliqs, & eodē essēt aliqd, tūc oīno essēt simul nālr cū eo, ad qđ diceret, vt docet D. Th. tūc sic argr̄ ab opposito. Si aliqs eēt aliqs vno prīcipio, & alio prīcipio distiguit ab alio ē nālr prior eo. sed Pr̄ ē Pr̄ p̄nitate, & distinguit spiratiōe à Spūs. ergo est prior spirato. Assūpta verò ppō j.ē D. Th. 1.d.9.q.2.1. Rñ. ꝙ illa ppō nō v3, nisi illa duo prīcipia sint distīcta realr. Baccon. loco supiore cōfirm. Sco. opi. Octauo, prīcipiū ē ī Diuinis. ergo prius. Rñ. Caiet. negādo cōsequentiam, nā de ratione principij est ordo, nō prioritas, vt illi arbitrantur. Nono, D. Aug. de tripli-

ei habitaculo scribit. Tūc uidebimus quomodo pater est prior filio. Dicitur ꝙ mens D.Aug. est ostendere, ꝙ pater est improductus, & ingenitus, non loquitur de prioritate naturæ. Decimò. Concedit D.Tho. 1. & secundam personam: ergo prioritatē. Dicitur, ꝙ Conseq. nulla est, nam importat ordinē, non prioritatē; vel dicit id à quo alius, & qui alius, non prius in quo. Vndecimò. Secūda processio est posterior prima, quia dualitas prior ternario. Dicitur, ꝙ est falsum in Diuinis; vel sequitur ēt contra eos, ꝙ sicut duo tempore procedūt tria, sic & Pater & filius & Spiritum Sanctū. Duodecima. Filius pōt esse sine spiratione; ergo prior. Dicitur quòd tunc non distingueretur. Pro nostra sententia est Idac. Clar. contra Arrium.

De ordine Angelico.

Ordo non est in natura Angelica. HAER. Cōmuni sententia Doctorum post Dionys. Areop. confutatur hoc. Nam sicut negare esse Angelos hæreticum est; sic & distinctionem, atque ordinem: qui ordo fundatur in dono naturæ, & completur in dono gratiæ. Et in prima Hierarchia tres collocant ordines, Seraphin, Cherubin, Troni. De media verò, ac infima non conueniunt Patres. Nanque Dionys. in media connumerat. Dominationes, Potestates, & Virtutes. At Greg. ac Bern. Dominationes, Principatus, & Virtutes. Demū de ordine tertiæ Hierarchiæ apud Diony. sunt Principatus, Archangeli, & Angeli. Greg. verò putat esse virtutum ordinem, & eorum ordinum nomina imposita sunt, à donis Gratiarum in quibus excellūt. Seraphin à feruore Charitatis. Cherubin à scientia, & visione. Throni, dicuntur sedes. Secūdi verò ordinis nomina imposita sunt ex ministerio nostro, & Dominationes, Principatus, quia principatibus præsident. Potestates, quia Dæmonum potestates reprimūt. Tertiæ Hierarchiæ. Virtutes, quia mirabilia operantur. Archangeli, quia in dignitate constituti assistunt. Angeli, quia singulos quosq; nostrum custodiunt. De his supra verbo, Angelus multa diximus, & Doctores in secundo.

Originale peccatum.

Originale peccatum non contrahunt omnes, qui humano semine nascuntur. Pelagius. HAER. Aduersus perfidum Pelagium, tot, ac tāta D.Aug. dixit, ut me pigeat referre. Et sacra pagina hoc peccatū exprimit. Vt Iob, qui maledixit diei suæ. c. 3. Pereat dies, in qua natus sum. Dauid Psalm. 50 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea; quæ non nisi de originali culpa exponi possunt. Eccles. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Et Sap. 1. Stipendia peccati mors. Et D. Paul. ad Roma. 5. Per vnum hominem peccatū intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ad Gal. 3. Conclusit scriptura omnia esse sub peccato. Ad Ephe. 2. Eramus natura filii iræ. Et 1. ad Cor. 5 Si unus pro omnibus mortuus est Christus. Summi Pontifices damnerunt, Innocentius, Zozimus, de consec. dist. 4. c. Firmissimè tene. Concil. Mil. Aphri. & Tridentinū sess. 5. Chrysostom. hoc docuit Hom. 12. in epistolam ad Roma. dicens. Quando peccauit Adam, tum & illius corpus mortale factum est, ac patibile, receptis naturæ uitiis permultis, æquo præterea grauiori, atque effreni reddito. At Christus ubi aduenit per Baptismum nobis illum leuiorem fecit, alius spiritus eū excitans. Et Homil. vndecima in eandem epistolam ait. Corpus nostrum ante Christi aduentum facillime expugnabatur. Vnà ēnim cum morte magna etiam affectuum, veluti examen introierunt; itaque corpus idem non valde agile erat ad eum cursum, qui ad virtutem ferret. Et rursum Homi. decimatertia repetit. In homine vnà cum morte, & affectuum turba introiuit, & paulò inferius. In peccati voraginem demersam. Iterum Hom. in priorem ad Cor. 4. Deus in regenerationis lauacro, mentem gratia tangit, radicale peccatum euellit, & hominem qualis erat, iam olim dum conderetur, immò illustriorem facit. D. Ambros. in epistolam ad Roma. ait. Manifestum ita est, in Adam omnes peccasse, quasi in massa, ipse enim per peccatū corruptus, quos genuit, oēs nati sunt sub peccato, ex eo igitur cūcti peccatores, quia ex eo sumus omnes. Theodoretus in Commenta. episto. ad Roma.

Dicit itaq; Diuinus Apost. ꝙ cū Adam pec

cauisset, & mortalis propter peccatum factus esset, vtrunque ad genus peruenit, ad omnes enim homines mors pertransiit, quatenus omnes peccauerunt, non enim propter primi hominis peccatum, sed propter suum, vnusquisque mortis decretum suscipit. D. Augusti. in Enchirid. ad Laurentium. capit. 64. Excepto quippe Baptismatis munere, quod contra originale peccatum donatum est. Et Scholastici omnes.

2 *Originale peccatum transfunditur tantum, quo ad mortem corporis, non quo ad animæ infectionem: vel transit ad posteros, non culpa, sed occasione, ac imitatione.* HAERE. Non nulli ex quibusdam verbis Chrysostomi occasionem acceperunt errandi, & hoc propositum dictum tueri. Quod ex Concil. Miluitano contra Pelagium vocatum damnatur, & ex Concil. Aphricano, cap. 77. his verbis. Quicunque paruulos dixerit, nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vnde in eius forma baptismatis in remissionem peccatorum non uera, sed falsa intelligatur: Anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus. Per vnum hominem peccatum intrauit, et per peccatum mors, & in omnes homines pertrãsiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia Catholica, vbique diffusa semper intellexit. Huic determinationi subscribit Tridenti. Synodus sessio. 5. Cano. 2. Patres sic exposuerunt. Nam Cypria. vt D. Augusti. Hieronymo scribit, dixit. Beatus Cyprianus, non aliud decretum condens nouum, sed ecclesiæ fidem firmissimam seruans, ad corrigendum eos, qui putabant ante octauum diem Natiuitatis non esse paruulum baptizandum, nõ carnem, sed animã dixit esse perdendam, & mox natum rite baptizari posse, cum quibusdam suis coepiscopis censuit. De hoc Anselmus scribit libro primo de conceptu originali, cap. 27.

Obiectiones.

Pelagianæ sectæ fautores, vt Iulianus Celanensis Episcopus, Erasmus, & Iacobus Faber Episcopus Viennẽsis ex dicto D. Chrysosto. probant suam sentẽtiam, qui Homi. 24. ad Ephes. ait: Corruptibile nobis corpus est, sed incorruptibilis anima, ne igitur, & ipsam corrumpamus. & Homil. ad Neophytes. Hac de causa, & infantulos baptizamus, quamuis non sint coinquinati peccato. Secundò. Theodoretus, in epistolam ad Rom. cap. 5. quod non transierit ad posteros culpa, sed occasione tantum videtur dicere. Tertiò. Author Commentariorum, quæ D. Hieronym. ascribuntur, in epistolam ad Roma. cap. 5. & 7. Vbi definitur, quod peccatum imitatione, non propagatione ad nos deuenerit, ac transierit.

At de Chrysostomo D. Augusti. libro primo, contra Iulianum dicit. Absit, absit, hoc malum de tanto viro credere, aut dicere. Absit inquam, vt Constantinopolitanus Ioannes, loquens de Baptismate paruulorum, qui paterni Chyrographi liberationem habent per Christum, tot, ac tantis coepiscopis suis, maximeque Romano Innocentio, Cartaginensi Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Nazianzeno, Mediolanensi resistat Ambrosio, quòd enim illi senserunt hoc sensit, hoc credidit, hoc docuit, & Ioannes. Hæc D. Augusti. De aliis vero exponi possunt, quòd res tunc non erat trita, ut intelligerent transfusionis modum, fuisse per propagationem, uel imitationem, errabant in modo; si non in re in seipsa. Alii verò dicunt de Chrysosto. quòd dixit infantes non damnati peccato Adam tantum, quasi tantum Adam peccauerit, sed quia omnes fuimus in ipso, ideo non eo peccato, vt illius, tantum fuit sunt damnati: sed quia eramus in illo. De eo uerò, quod refert, ex Homil. ad Nephytos. D. Augusti. dicit eodem libro esse ab aduersariis corruptam, ac malè uersam, nam eo loci non negat Chrysostom. paruulos coinquinatos esse peccato, sed non habere peccata.

De illis, quæ Theodoreti dicimus, qđ exponenda sunt, eo sensu, quo præcedentia D. Ioann. Chrysostomi. Ad tertium respondeo, quòd deceptus est commentator. Adsunt quarto loco, quædam ex D. Ambros. super epistolam ad Roma. Quintò. Mors dissolutio est corporis, cum anima à corpore separatur, est & alia mors, quæ secunda

cunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adæ patimur, ſed eius occaſione propriis peccatis acquiritur. Hæc Ambr. Ego quid facit Adæ peccatum. Reſpondeo, quòd duplex eſt mors, vna qua in perpetuum inferni pœnis alligatur anima: altera verò, qua in limbo: primam excluſit Ambroſ. & ſecundam admittit, vt pœnam peccati.

3 *Originale peccatum contrahit, qui miraculosè naſcitur.* HAERET. Si verum hoc eſſet; & Chriſtus Dominus in peccatis conceptus eſſet, quod nemo hactenus ſomniauit. Rectè ergo Theologi dicunt, quo ſine humano ſemine concipitur immunis à peccato Adæ. Non enim ab ipſo deſcendit per corpulentam ſubſtantiã. De hoc diſputat D.Tho.p.2.

Ornatus.

Ornatus templorum, ac Baſilicarum vanus eſt. LVTH. Summis laudibus extollitur Salomon, qui templum adeo permagnificum extruxit: in Chriſtianæ Religioni piiſſimus Conſtantinus, nec vnquam niſi totius vrbanitatis exuti eos inculcare auſus eſt, quem ritum olim Gentiles, & Turcæ obſeruant, ſoli Lutherani ſunt rerum Diuinarum deſtructores.

2 *Ornatus mulierum ſemper vanus, ac peccant ſe ornantes.* HAERET. Fœminas honeſtiſſimas legimus intentas, vt ſe ornarent. Docent verò Theologi, quando licitè ornare ſe poſſunt, & tunc eſt, quando faciunt vt placeant viro, hoc habemus ex D. Paulo 1. ad Corinth. 7. Quæ nupta eſt, cogitat quomodo placeat viro. Nec mouere illud debet.

Ornatus prouocat, ergo peccat. Nã & pulchritudo naturalis excitat alios, non tamen eſt uetita. Hinc habemus, quod nec artifices, qui ea vendunt peccant. Caieta. etiam ſcribit, quòd oſtendere pectus ſecundum patriæ conſuetudinem non eſt peccatum, nam & primi parentes tantum pudenda cooperiebant. Qui verò illis ſe veſtibus induunt, quibus membrorum effigies apparet peccant. Quod etiam addunt committit mẽdacium, dicitur, quòd eſt officium non pernicioſum, neque item propriè pertinet ad fucationem vtĩ alienis capillis, ſicut nec lana. Mulieres ergo, qui honeſto ſine vtuntur ornatu non peccant. D.Thom. 2.2. quæſt. 169. articu. 2. & Caieta.

3 *Orando ſe mulier nunquam peccat.* HAER. Actio humana ex ſine pendet, vt commune eſt omnium principium, ex quo pendet, quod ſi mulier prauo ſine ſe ornat, puta vt alios ad inhoneſtam concupiſcentiam prouocet, mortal ter peccat. Ea etiam mulier, quæ virum non habet, nec ſperat, aut quærit, peccat ſe ornando, & etiam ſi vtatur ueſte uirili. Hoc eſt, quòd dicitur. Non in tortis crinibus, aut ueſte præcioſa. D. Thom. & Caieta. vbi ſupra.

Oſculum.

Oſculum mulieris etiam propriæ eſt peccatum. Begardi, & Beguinæ. HAERE. Ex multis locis ſacrarum ſcripturarum apertè oſculum ex ſua natura, vel de ſe non eſſe peccatum. Nam & Geneſ. 29. B. legimus, quod Iacob oſculatur Rachelem, & Laban oſculatur filios, ac filias ab eis recedens. Gene. 31. B. & 3. Reg. 19. D. Eliſçus petit oſculari ab Elia. & D. Paul. Romanos hortatur oſculo ſancto ſe ſalutare. cap. 16. & 2. Cor. 13. Multò minus erit damnãdum oſculum inter maritum, ac uxorem. & Caieta. 2. 2. ubi ſupra ſcribit. Quod oſculum ſecundum conſuetudinem patriæ eſt licitum, ſicut eſt oſtendere pectus. Hæc etiam ſententia confirmatur ex decreto Concilii Conſtantienſis, vbi reprobata fuit Buguinarum hæreſis.

2 *Oſculum nunquam eſt peccatum.* HAERE. Non opus eſt multa referre prò huius confutatione, nam Dominus Matth. 5. dixit. Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mæchatus eſt eam in corde ſuo, multò fortius ſi fuerit oſculata. Poſſunt etiam oſcula ad primum finem ordinari, & tunc ſunt peccata, uel quia ſunt ex libidine, quia tunc ſunt actus venerei, & ſicut concubitus eſt prohibitus, ſic & quæ ſunt uia ad illum. D. Tho. 2. 2. 154. arti. 4. & Caieta.

Oseas.

Oseas non fuit uir Sanctus, nec eius Prophetia est recipienda. HAERET. Inter Canonicas scripturas tempus connumerauit Ecclesia Oseæ Prophetiam. Cuius nomen interpretatur Saluator. Hic fuit filius Beeri ex oppido Belomoth, ex tribu Isacar, progenitus. Hunc prophetasse dicunt, non tantum voce, sed & facto, cum vxorem fornicariam duxit, typum Christi gerens, qui ecclesiam fornicariam in vxorem accepit. Prophetauit contra decem tribus Israel, & de reprobatione Iudeorum, ac vocatione gentium. Vixit tempore Oziæ, Ioathan, Acaz, & Ezechię Regum Iuda, obiit, ac sepultus fuit in patria sua, circa annum ab orbe condito ter millesimum, & trecentesimum quadragesimum; eius contemporanei fuerunt, Esaias, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, & Micheas. De his scribit Epiphanius de vita, ac moribus Prophetarum. D. Hieronym. cap. 1. in Oseam. & Glossa in principio, cap. 1.

2 *Oseas peccauit accipiendo uxorem fornicariam.* HAERE. Cum Cerere, & Bacco feruet Venus: his sine friget, non mirum si Germani Hebręi, ac totis venereis dediti, ac mancipati, ex praua intelligentia verborum Domini, ad Oseam dicentes. Vade accipe tibi uxorem fornicationum. capitu. primo. dixerunt fornicationem non esse peccatum, quoniam si esset peccatum, illum præcipere Deus non posset. At Oseam non peccasse nobis in præsentia demonstrare satis est: de fornicatione uerò supra loquuti sumus. Quod uerò non peccauerit ex eo primo demonstratur, quia non accedit ad eam libidine ductus, sed Domino iubente: sicut nec peccauit Abraham paratus occidere filium; nec Phinees, qui Diuini nominis zelo commotus fornicantem occidit. Nume. 25. Non peccauit, quia ex honesto fine accedit, ut acciperet in uxorem, & ex fornicatione ad matrimonium uocaret. Non peccauit tertio, quia typus Christi fuit, eius figuram tenens, ut diximus. Hæc ex Diu. Hieronym. super Oseam. Aug. lib. 22. contra Faustum. cap. 80. & D. Thom. p. 2. quæstio. 94. 5. Qui dicit, quòd excusatur à peccato, quia fuit ex Dei mandato.

Oseas, quo tempore prophetauerit. Ose. 1. a
Oseas accepta uxore fornicaria, Idolatriam populi ostendit. Ose. 1. a
Oseæ petiit auxilium ab Aegyptiis. 4. Reg. 17. a
Oseæ Rex Israel captus, vnà cũ Regno transfertur in Assyrios. 4. Reg. 17. a.

Oua.

Oua non possumus comedere. HAERE. Hanc Manichæorum hæresim refert. Dir. 2. p. q. 13. Her. 12.

Ozias.

Ozias constituitur Rex pro Amasia. 2. Reg. 14. c. 2. Par. 26. a
Ozias pugnat contra Phylistiim. 2. Par. 26. a
Ozias agriculturæ deditus. 2. Par. 26. b
Ozias vsurpans officium sacerdotum percutitur lepra. 2. Par. 26. c
Ozias moritur. 2. Par. 26. b

P

Panis.



Anem temporalem Deum petere non possumus. HAER. Quod in totis orationibus temporalia necessaria petere possimus in superioribus demonstratũ fuit: & quod in oratione Dominica dicimus. Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie, exponit Chrys. de pane tẽporali, & D. Aug. in Epist. ad Probã. docet, quod temporalia quatenus ad virtutẽ conducunt desiderare licet, ergo & petere. Et Doctores conueniunt. Quod uerò D. Hiero. lib. 1. Commen. in Matth. dicit non esse intelligẽdam petitionem de temporali pane, cui consentit Cassianus Colla. 9. debét exponi, quòd ex se, & propter se non sunt temporalia petenda.

2 *Panis non est materia Eucharistiæ, nec transubstantiatur in corpus Christi.* HAER. Multa diximus in huius reprobatione verbo Eucharistia, ac Patrum sententias conciliauimus. Nunc uerò confirmantur ea, ex

facto

facto Domini, qui accepit panem, & ex 2. capit. Act. vbi dicitur in communicatione fractionis Panis. & D. Pau. & sic de pane illo edat. Quod antea Dominus. Panis quẽ ego dabo caro mea est. & qui manducat hunc panem uiuet in æternum. D. Ambr. lib. 4. de Sacramentis, c. 4. Meus panis est vsitatus, sed panis iste panis est, ante uerba Sacramentorum, ubi accesserit consecratio de pane fit Caro Christi. Rursum ibidem. Ergo didicisti, quòd ex pane fit corpus Christi. Hoc & cap. 5. & lib. 5. c. 4. repetit. & D. Aug. in Psal. 98. & li. 3. de Trin. cap. 4. & Ad Iul. epist. 3. exponit uerba D. Paul. sic de pane illo edat, &c. Reliqua lege superius. Hoc vaticinatus est. Venite mittamus lignum in panem eius. capit. 2. Ierem. Tunc miserunt lignum in panem, quando eius corpus cruci affixerunt. Hæc ergo dicta, hæreticis proponantur.

3 *Panem tantum, ac caseum debemus Deo offerre.* HÆR. Quid nam sit in nostro sacrificio ex statuto Domini, ac Apostolorum can. 2. habemus, & explicauimus verbo Missa. Quid ergo fingunt isti hæc esse Deo offerẽda. De qua scriptum est in Direct. 2. par. q. 6. num. 22. c. si. 24. q. 3.

Papa.

Papa falsò dicitur Beatissimus, vel Sanctissimus. TEM. Erasmus damnat ea uerba quib. Romanam Pontificiam dignitatem, ac potestatem explicantur, cuius opinionem olim hæreticam nominauimus, quia non tantum de his vocibus est cum eis controuersia, sed quatenus omnem summi Pastoris adimit, infringit, ac derridet authoritatem. Quod verò iustè sic, sit nuncupandus, ex ueteribus, atque sanctissimis patribus probatur. Nam synodus Alex. ad Fœlicem II. scribit. Domino Beatissimo, &c. Cui Athanasius interfuit. Synodus Calcedo. 3. act. 3. Legati Leonis Rom. Pontificis dicunt. Vnde Sanctissimus, ac Beatissimus Archiepiscopus magnæ, & leuioris Romæ Leo. per nos, & præsentem Sanctam Synodum, hanc cõsuetudinem Ecclesia retinet. D. Hieron. sic Damaso scribit. Hæc est fides Beatissime Pater, quam in Catholica didicimus Ecclesia, in qua si minus perite, aut parum caute aliquid positum est, emendari à te cupimus, qui Petri fidem, & sedem tenes. Et D. Th. ex Concil. Calcedo. contra errores Græcorum, c. 66. scribit. Veneremur secundum scripturas, & canonum definitiones, Sanctissimum antiquę Romæ Episcopum primum esse, & maximum Episcoporum.

2 *Papa non est supra omnes Episcopos.* Græci, & Luth. HÆR. Petrus primas obtinet sedes tam ex historia Euangeliorum, quàm ex Actibus Apostolorum, & Concilijs, quo fit ut etiam Papa eius successor. Hoc dicitur Matt. 16. Beatus es Simon Bariona, &c. Secundo, Dominus soluit tributum pro se, & pro Petro tantum Matth. 17. Tertio, Io. 21. Pasce oue meas dicitur tantum Petro. Et Act. 1. Stans Petrus in medio fratrum.

3 *Papa non est Petri successor, ac eius loco.* Luth. Centuriatores. HAERET. Quoniam eisdem fermè testimonijs, vtraque conuincitur heresis, ideò pauca supra adducta fuere, ut ex istis magis roborentur.

Primo, ex verbis D. Pau. ad Ro. 12. Sicut in vno corpore membra multa habemus, omnia autem membra non eundem actũ habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, sicut autem alter alterius membra. Et 1. ad Corin. 12. Sicut corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus, &c. Ex quibus probatur vnitas capitis ex membrorum unitate.

Confirmatur.

Regnum Christi est æternum, & vsque ad consummationem perdurans huius seculi. ergo & Rex est in hoc regno loco Christi. Adhæc, de Synagoga legimus caput eĩ demonstratum esse. ergo & Ecclesia. Vnde & Exod. 18. dicitur. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut ostendas populo cęremonias, & ritum colendi, uiamque per quam ingredi debeant. Prouidè autem de populo viros sapientes, qui iudicent populum omni tempore. Hoc dicto utitur D. Bern. ad Eugenium, quare Ecclesiæ principem non constituit uisibilem. Roboratur à simili arguendo si in quauis Republica reperitur, qui controuersias dirimat, quare non in Ecclesia

sia vniuersa non erit iudex. Rationes suadent. Non enim est verisimile, vt Christus tam pauco tempore Ecclesiæ de capite cogitauerit. Adhuc ex officio Pastoris confirmo. Pastore mortuo, qui in Pastorem eligitur in eadem etiam cura constituitur caput, ergo Papa, qui loco Petri ponitur, ad eadem munera vocatur. Concilia primas sedes dant Romano Pontifici. Summi Pontificis id docuerunt, nec illi audiendi sũt, qui irridẽt eorum testimonia, quasi in propria causa iudicium eorũ nullum sit. Nam non est illorum, sed Ecclesiæ beneficium. Et eo magis est validum, quatenus multi Græci, alij Hispani, nonnulli Aphricani, partim Galli, & Germani fuere, qui senserunt, ac decreuerunt, quod fides exigit, Diuino afflati spiritu, ut ordinatio Episcoporum, sine Metropolitano non fiat, qui eum cum duobus Episcopis ordinet, ergo ex Petro, atque successore pendet confirmatio, & ordinatio.

Anacletus II. post Petrum epist. prima de oppressione Episcoporum. Difficiliores quæstiones, & maiores causæ ad sedem Apostolicam referantur, super quam Christus uniuersam construxit Ecclesiam, dicẽte ipso ad Beatum principem Apostolorũ. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et episto. 3. Hæc sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super omnes Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assequuta est, sicut ipse Beato Petro Apostolo dixit. Tu es Petrus. Euaristus Episcopus Aphricanæ regionis: Ad sedem Apostolicam, tanquam ad caput, sunt referenda dubia.

Alexander I. ad omnes Ortodoxos. Huius sanctæ, & Apostolicæ sedis apicẽ, summarum dispositiones causarum, & omniũ negocia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi capiti, probat eo testimonio. Tu es Petrus.

Sixtus ad Gallicanas Ecclesias, & Eleuterius ad easdem. Episcoporum iudicia ad sedem Apostolicam referantur, sic Apostoli tradiderunt.

Pius I. ad omnes Ecclesias. Ecclesiarum caput Dominus esse præcepit dicens, principi Apostolorum. Tu es Petrus.

Victor epist. ad Theophilum. Ad Romanũ Pontificem Episcoporum omnium causas ab Apostolorum tempore pertinere definit, &c.

Sixtus I I. citat Apostolorum Canonem.

Zepherinus ad Episcopos Sicilianos. Maiores Ecclesiæ causæ sunt à sede Apostolica terminandæ.

Marcellinus ad Episcopos Antioch. idem docet, ex illis verbis. Tu es Petrus: Ad eã tanquam ad caput sunt referenda.

Eusebius ad Episcopos Campaniæ, & Tusciç: Nec potest prætermitti sententia Domini dicentis. Tus es Petrus.

Melchiades in epist. ad Hispaniarum Episcopos. Priuilegium Episcopos iudicandi. Dominus beato Petro Clauigero sua uice solummodo commisit.

Marcus ad Athanasium. Hæc sancta, & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia.

Iulius ad Orientales Episcopos. Domino instituente prima, atque caput est cæterarum, & ad eam, quasi ad matrem, & apicẽ omnium maiores Ecclesiæ causæ referantur, &c.

Damasus ad Episcopos trium Conciliorũ Aphricanorum. Summas causarum definiri, absque sedis Romanæ authoritate fieri non est catholicum.

Innocentius I. in epistolis ad Concilia duo Cartaginense, & Mileuitanum. Congrue Apostolicę sedis arcana consulitis antiquę regulæ formam sequuti, quam toto orbe semper nostis esse seruatam.

Leo epistola 54. ad Anastium. Gelasius ad Anastasium Augustum. Vigilius in Decretis suis cap. vlt.

Pelagius Secundus ad Episcopos, qui conuenerunt in ciuitatem Constantinopolitanam.

D. Greg. epist. ad Augustinum Anglorum Episcopum.

Bonifacius I I. in epist. ad Eulalium Carthag. Episcopum.

Horsmida ad Episcopos Hispaniæ.

Adrianus ad octauam Synodum Generalem. Et succelleres omnes hanc authoritatem comprobarunt. Et diebus nostris ex Armenia ad Pium IV. & Greg. XIII. ex remotissimis Indijs tres Reges Legatos Romam miserunt, ut supremum omnium caput venerarẽtur, hoc anno 1585. die

Con-

Concilia hoc obseruarunt. Nicenum primum locum Romano dat Pontifici. Secundũ Alexandrino. Tertium Antiocheno. Quartum, Hierosolymitano, ne quis putaret sedem Domini esse in terram.
Concil. Sardic. cap. 3. Concil. Calcedon. act. primo. Concil. Constantinopol. 6. c. 36. Concil. Nicenum secundum, & alia primos honores huic Pontifici detulerunt. Et Synodus Alex. ad Fœlicem secundum, cuius supra meminimus, & cui præerat Athanasius, sic inter alia scribit. Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut eius vberibus nutriamur, quoniam nõ potest mater obliuisci infantem suum.

Patres vetustissimi hoc scriptum posteris reliquerunt.
D. Cypr. lib. 4. epist. 8. ad Cornelium. Nos singulis nauigantibus, nè cum scandalo vllo nauigarent, rationem reddentes, scimus nos hortatos eos esse ut Ecclesiæ Catholicæ radicem, & matricem agnoscerent, ac tenerent. Hic etiam in lib. 1. epistol. 3. ad Corn. eundem. fusius demonstrat non aliũde hæreses esse ortas, quam quia Sacerdotibus non obtemperarunt. & ad Petri Cathedram, atque ad Ecclesiam principalem. &c.
Tertull. de rescriptionibus hæreticorum. Si Italiæ adiaces, habes Romam, vnde nobis quoque authoritas præstò est, &c.
Theodoretus li. 2. hist. Eccl. cap. 4. Ille Ecclesiæ Canonem sequutus, & eos iussit Romam uenire, & Diuinum Athanasiũ, quo pro se in iudicio ipse responderet uocauit, quo loci refert, quòd Roman. Pont. Episcoporum causas iudicet, ac examinet.
Optatus Mileuitanus lib. 2. cont. Donatistas. Probamus eam esse Ecclesiam Catholicam.
D. Hieron. ad Dama. episto. 58. & 57. Ideò mihi Cathedram Petri, & fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam, inde mihi meæ animæ postulans cibum, vnde diem Christi uestimenta suscipi. & inferius. Facessat inuidia, Romani culminis recedat ambitio, cum successore Piscatoris, & discipulo crucis loquor. & postea. Quicunque tecum nõ colligit spargit, hoc est Christi non est, Antichristi est.
D. August. epist. 162. ad Episcopos Donatistarum, & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ Cathedræ uiguit principatus, & cæteris terris vnde Euangelium ad ipsam Aphricam venit, per communicatorias literas esse coniunctum, ubi paratus esset causam suam dicere, si aduersarij ab eo illas Ecclesias alienare conarentur. Et epist. 90. ad Innocentium. Etiam Apostolicæ sedis adhibeatur, authoritas, pro tuenda salute multorum, & quorundam peruersitate etiam corrigenda. Et ad eundem epis. 92. cum patribus Mileuitani Concilij. Quia te Dominus Gratiæ suæ præcipuo munere in sede Apostolica collocauit.
D. Amb. lib. 3. de Sacramentis, cap. primo. Non ignoramus, quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur, & formam. Hanc tamen consuetudinem non habet, vt pedes lauet. Vide ergo, ne forte propter multitudinem declinarit. In omnibus cupio sequi Eccl. Romana.
Ireneus, cap. 3. contra hæreses. Ad hanc Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est eos, qui sunt vndique fideles, in qua semper ab ijs, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ ab Apostolis traditio.
Vincentius Liren. lib. adu. Prop. pag. 646. mihi. Fermè in principio voluminis. Cum ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaqua versum Sacerdotes pro suo quisque studio renitentur, tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus Apostolicæ sedis Antistes, cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit dignum, vt opinor existimans, se reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci authoritate superabat. Hactenus ille. & sequitur. Denique in episto. quæ tunc ad Aphricam missa est (vide Lector Apostolicas literas esse certas, quas negant Centuriatores) Et ijs uerbis sanxit, nihil innouandum, nisi quod traditum est.
D. Bern. epist. 190. ad Innocentium. Oportet ad vestrum referre Apostolatum pericula quæque, & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resecari damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Et lib. 2. de consideratione ad Eugenium. Quis es? Sacerdos

cerdos

cerdos magnus, summus Pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt, &c. Hæc satis. nam singulos referre longum, ac molestum esset, tum præsertim quoniam verbo Petrus multa remanent dicenda.

Scholastici omnes huic subscribunt veritati. Et Patriarcha Constant. in Florent. Concilio. sic suis literis testatum reliquit. Beatissimum Patrem Patrum, Pontificem Romæ veteris Papam, Domini nostri IESV Christi Vicarium esse concedere, atque animarum purgatorium esse non inficior. Datum Florentiæ, die 8. mensis Iunij, 1439. Tom. 3. pag. 507. Demum anno 60. venit ex Assyria Orientali Patriarcha sexagenarius, ut uisitaret limina Apostolorum, qui cum electus esset à clero, & populo petijt à Rom. Pont. confirmationem, ac omnem exhibuit obedientiam, quæ in Concilio Triden. sess. 6. lecta fuere, & hanc fidem confessus est, coram Illustriss. Card. Alexandrino (qui & Pius V. est vocatus) & Amulio.

Hanc Armeni venerantur, ac Rex, & sacerdos Ioannes. Quæ omnia in Tridentino Concilio sunt discussa.

His postremò loco addo, quæ scribit Basil. in epist. data Sabino Diacono ad Pont. Ro. Quod adulterinum est à legitimo, & puro discernas, ac fidem patrum, sine vlla subtractione prædices. Hunc sequuntur Græci &c.

Obijciunt Hæretici.

Romani Pontificis authoritatem, non solum nostri temporis hæretici, sed & antiqui inficiari non erubuerunt, quorum tamẽ fundamenta, multi ante nos euerterunt, & ne aliquid nostro labori deesse videatur, singula fermè, quæ ad aures deuenerunt, hic exscribere, ac soluere constitui.

Primo ergo arguunt. Verba illa. Pasce oues meas, ad posteros etiam referuntur. ergo & illa. Vade retro Sathana, non sapis, quæ sunt Dei. Item, cum esses iunior. At hæc ad successores non pertinent, ergo nec illa Pasce oues meas. Respondeo paucis, quicquid alij dicant. Quod in Petro erant dona peculiari illi homini collata, & ea, quæ pro totius Christianæ reipublicæ gubernatione condonata fuere.

Primo ergo, nec Romanus Pontifex succedit, non enim est hæreses culparum, sic nec earum gratiarum quas Petro vt peculiari homini Deus elargitus est. At in secundis succedit, sicut enim nec tam copiosam gratiam donauit quemadmodum Petro, ut talis persona, sic & eam dedit, quæ pro Christianis gregis administratione sunt necessaria. Ad argumentum, ergo cõcedo, quod nec Papa est successorum errorum, nec gratiarum, quæ illius tantum erant, laborat tamen in æquiuoco argumentatio.

Secundo ergo Petri successores sunt auersi, quoniam dicitur. Confirma fratres tuos. Dicitur, ꝙ ea verba multifariam exponi possunt.

Primò, quòd Petri est confirmare fratres nõ quia errauerint in fide, sed firmati sunt, vt errare non possint, sicut & rei probauit euentus, nunquam enim Romani Pontifices in fidei dogmatibus stabiliendis errauit. Vel potest exponi, ꝙ confirmet alios confratres Episcopos, ne ipsos errare contingat.

Tertio, non dicit Dominus, quòd Papa loco Petri succedat, quod tanti ponderis. Respondeo, quòd pluries solutum est hoc argumentum, quòd si Dominus apertè, & explicitè non dixit, tamen implicite dixit, ut ex locis dictis Concilia, Romani Pontifices, ac Patres deducunt. Pastori namque conuenit habere successorem.

Quarto, nullus alius Episcopus succedit loco aliorum Apostolorum, ergo nec Romanus. Dicitur, quòd non eadem ratio de Petro, & alijs, quoniam Petrus est pastor, & Apostolus, alij verò sunt tantum Apostoli. Pastori verò conuenit habere successorẽ, at non Apostolis, nam Apostolus est legatus, legatus verò non mittitur. Dico secundo, ꝙ nec Petrus, vt Apostolus habet successorem, quia diplomata Romanorum Pontificum non computantur in sacra pagina, habet tamen vt est Pastor.

Quinto, Petro soli dicta sunt ea verba, & ille solus est petra, quomodo ergo ad alios pertinent. Dicitur, quòd aliis etiam conueniunt,

ueniunt, quia idem obtinent officium.

Sexto, si successoribus Petri sunt communia. ergo etiam alijs Apostolis, qui erant viui. Dico, quòd non ex præsentia conuenit sed ex officio, at Apostoli alij non successerunt Petro, sed alius loco eorum, cui illa conueniunt.

Septimo, Romanus Pontifex potest esse hæreticus, ergo deficit fides.

Respondeo, primo quod apud multos (vt suo loco dicam) nullus fuit hæreticus. Secundo, quod vt homo quidam sicut peccare pōt, in alijs, sic in hanc labem incurrere. At vt Pastor, & definiens quæ sunt fidei non potest errare. Quia Diuina gratia, ac Spiritus sanctus est in Ecclesia, nec in communi iudicio errare, vel decipi possit, &c.

Octauo, nemo habuit charitatem Petri, Dicitur, quod satis est, vt succedat in officio, vt in solutione primi dictum est.

Nono, Primi Romani Pontifices recusarunt hanc vocem, vt vniuersales Pastores dicerentur.

Respondeo quod ea de causa, qua noluit D. Greg. Vniuersalis appellari. c. Ecce. distinct. 19. & Clemens Quintus in extrauag. quæ incipit. Meruit carissimi filij, sic declarasse de Franciæ Rege, neque illum, neq; illi subditos homines teneri esse subiectos Romani Pontifici. Quæ omnia ad humilitatem pertinent, quomodo quis arbitrari potest, Greg. non docuisse, Roman. Pontif. Pastorem vniuersalem esse, qui Concil. Calcedon. veluti Euangelium suscepit. capit. Sicut. distinctione 15. à quo Concilio acclamatum fuit Leonem Patriarcham esse vniuersalem, & actione tertia eiusdem Concilij in libellis admissis contra Dioscorum, ideo Leo vniuersalis Archiepiscopus nuncupatur. Hanc vocem Sixtus, Victor, & Eleutherius non repudiarunt, qui Sanctorum numero sunt ascripti. Dico secundo, quòd vniuersalis bifariam potest quis dici. Primo, quia est Pastor, rector omniū ac totius Ecclesiæ. Secundo, quod immediatè vnicuique præest ciuitati, veluti specialis gubernator. primo modo Papa est Pastor vniuersalis, at non secundo modo, quoniam excluderet Episcopos, vel sunt superuacanei. & sic loquitur tex. dicto, capitulo Ecce. & D. Thom. tract. contra impug. Relig. & Caiet. & Albanus. par. tertia. num. 44.

Decimo, Nicenum Concilium statuit, vt Episcopus Ægyptij illos gubernet, & Romanus Romam, vt decimo lib. hist. eccles. cap. 6. dicitur.

Respondeo, quòd mos erat, vt Romanus Pontifex, non tractaret ea, quæ alienæ erāt Dyocesis, nisi in aliquo speciali casu, quod tamen non lædit Papæ authoritatem, quia aliud est posse, quo ad exequutionē aliud, quo ad authoritatem, imò verò multę prouinciæ Romano Pont. subiectæ, eo munere gaudent, & sic intelliguntur dicta Concilij.

Vndecimo, Hierosolymitata est prior, cui Romana soluebat collectas.

Respondeo, quòd non fuit Ecclesia prior Petro, sed semper Petro subdita, collectæ soluebantur nō ut matri omnium, sed propter indigentiam.

Duodecimo Clemens dicit. Iacobum, qui dicebatur Iustus, Apostolorum Episcopum statuunt. Dicitur, quòd dictum vnius Clementis, non ualet contra tot. Dico secundo, quòd Apostoli dum erant Hierosolymis modestiæ causa, quasi subditos in aliena Dyocesi hunc honorem referebāt, ideò consulto dicitur, nō quòd Dominus, sed Apostoli hoc statuerunt.

Decimotertio, Apostoli erant pari consortio præditi honoris, & potestatis, inquit Cyprian. de simpl. præl. tract. 3.

Respondeo quo ad Apostolatum erant pares, sed Petrus, ut caput erat superior, ideò & addit Cyp. sed exordium ab vnitate proficiscitur. De quo verbo Petrus scribam.

Decimoquarto, Victor Papa, volens excommunicare Orientales, prohibitus est ab Ireneo Lugdun. Episcopo.

Respondeo, quòd orta est discordia pro celebratione Paschæ, nam celebrare volebant Luna 14. Et Victor excommunicare uoluit, restitit Ireneus non authoritate, sed vnitatis zelo.

Quint⁹ decimo, Orientales Episcopi non obediunt Iulio Papæ. Dicitur quòd Orientales expulerunt Athanasium, & Paulum, qui confugientes ad Iulium Papam, citatis, & excommunicatis hæreticis, fuerūt restituti.

Quid dicis hæretice, ecce mille, & tot annis fuit potestas Papæ, in Orientales Episcopos, & Asiæ, & Ægypti.

Sexto-

Sextodecimo, Constantinus Papa, constituit Papam supremum.
Respondeo, quòd non Constantinus, sed Dominus locauit primo loco.
Decimoseptimo, erũt dãnati tot Sancti martyres, qui nunquam sub Papa fuerunt. Dicitur, quòd nemo fuit vnquam (inter Sanctos) rebellis Romano Pastori.
Decimooctauo, quando vnquam instituit Episcopum Alexandrinum, Antiochenũ, Constantin. Dicitur, quòd institutio Episcopi, quòd fiat à Romano Pontifice, non est necessarium, fuerunt tamen Ecclesiæ illæ ei subiectæ, & à Leone X. vsque in hodiernum diem cœperunt venire Romam pro confirmatione. De quo alibi, verbo Episcopus.
Decimonono, quidam deposuerunt Chrisost. Dicitur, quòd iniquè factum fuit.
Vigesimo, Episcopus gerit curam suburbanarum Ecclesiarum. ergo par Papæ.
Respondeo, quòd ex Can. 6. Nicen. Concil. non habemus, quòd sit par Rom. Pontifici, dicẽs puerilis mos est, sed quòd in sua Ecclesia gubernet. Orosius verò, qui Concilio præfuit, statuit, vt depositiones Episcoporum possent Romæ appellare, quod proposuit Athan. & Chrisost.
Vigesimoprimo, Papa non vult aliquem esse Episcopum, nisi ab eo accipiat pallium, quòd est iniquum. Dicitur, quòd quilibet Archiepiscopus confirmat suos, & aliquando quia est Vicarius Papæ, vel non est iniquum, imò sanctum ad virtutem seruandam.
Vigesimosecundo, Episcopi omnes debẽt ordinari à suis prouincialibus. ex Concil. Nic. & Pontificali. Fateor, quòd nunquam Episcopus ordinatur à Papa, sed à tribus Episcopis, vt dicitur dist. 64. Cum prouinciales.
Vigesimotertio, Concilium decreuit, primum esse Hierosolymitanum Episcopũ. Dicitur, quòd eo tempore fuit statutum, vt esset prior tempore, at non dignitate, & authoritate. Imò & locus commutatus fuit vt dixi sup. Non enim eodem tempore Apostoli sedes obtinuerunt.
Vigesimoquarto, quo iure, respublica quę libera est, tenetur Romano Pontifi. obedire? Dicitur, quòd ex eorum pendet uoluntate, quia elegerunt viuere secundum institutum, vel quia à Deo Romanus Pontifex constitutus est omnium hominum caput. Veneremur ergo Romanam Sedem omnium caput, quam Concil. Nic. primũ. Constant. 8. & Florentinum agnouerunt. Hanc Hierony. ex Asia coluit. Augustin. ex Aphrica in Innocẽtio. quòd ille in Damaso. Cyprianus in Concilio. Athanasius ex Aegypto in Marcello, & Iulio. Ambros. ex Italia. Superioribus annis 1561. ex Asia. & diebus ab hinc paucis ex remotissimis Indijs, vt diximus in Gregorio XIII. & ad alia his similia veniamus.

Ex huius hæresis confutatione pendent sequentes, ac falsæ demonstrantur, ideò tãtum eas refero, sine reprobatione, sed moneo, nè quempiam errare contingat.

4 *Papa non est cæteris Patriarchis Prælatus.* HAER. Non omnibus Apostolis, sed Petro tantum dictum fuit. Luc. 22. Confirma fratres tuos. D. Thom. contra errores Græcorum. c. 71.

5 *Papa non habet primatum in tota Ecclesia.* HAER.

6 *Papa non est supra totam Ecclesiam.* HAER.

7 *Papa non est totius Ecclesiæ sponsus.* ERRO. Quamquam sint allegoricè dicta tamen uti solent patres hac uoce, de quo dicitur. Quia ergo ad spiritualem generationem operatur, non sibi, sed Christo, cuius etiam vices gerit, ideò & sponsus dici potest. De quo D. Thom. contra impug. Turrecrem. lib. 2. cap. 27.

8 *Papæ non debent omnes esse subiecti.* HAER. Probat D. Thom. ad Regem Cypri, cap. 3. dicens. Huius Regem mynisterium, ut à terrenis spiritualia essent discreta, non terrenis Regibus, sed Sacerdotibus est commissum. & præcipuè summo Sacerdoti Christi Vicario, cui omnes Christianos reges oportet esse subiectos, sicut ipsi Domino IESV Christo. Hactenus ille. Vide inferius. num. 16.

9 *Papæ non tenentur de necessitate salutis, fideles obedire.* Græci. HÆRET. Capitu. 72. contra errores Grecorum, probat esse falsum ex Cyrillo. D. Thom.

10 *Papa non confirmat alios Episcopos.* HAER. Multa diximus verbo Episcopus, quæ ut magis confirmentur, testimonio Clementis roborantur illa. Hicli. 3. c. 4. dicit, quòd Episcoporum ordinationes sine authoritate successoris B. Petri fieri non poterant, secundum Apostolicam constitutionem.

Cum

Cum enim B. Petrus sanciat, ut electionẽ Episcopi à presbyteris, & populo factam Metropolitanus approbet, si nihil obest. Et rursus idem cum duobus Episcopis Episcopum ordinet, consequitur, ut ex ipsius Petri, id est ex successoris eius authoritate confirmatio electionis factæ, & authoritas electionis faciendæ pendeat. Hanc intuens Leo Magnus, in epistola ad Anastasium, capit. 6. scribit. De persona autem consecrandi Episcopi, & de cleri, plebisq; consensu Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in prouincia beneplacuerit scire te faciat, ut ordinationem ritè celebrandam, tua quoque firmet authoritas. & paulò post, in eodem decreto præcipit, ut de electione Metropolitani referant Episcopi prouinciales ad Vicarium Pontificis Archiepiscopum Thessalonicensem, ut authoritate eius firmetur. Sic & in principio Christianæ fidei Episcopi, & Archiepiscopi Germaniæ parebant Romano Pontifici. Non ergo vsurpat sibi, uel uindicat, & arrogat Romanus Pontifex, quę suæ non sunt potestatis, sed suis clauibus utitur à Deo collatis. Hanc scribit authoritatem Marcellus Pontifex epistola prima ad Episcopos Antiochenæ Prouinciæ. Si verò vestra Antiochena, quę olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est, quæ ei nõ subiecta sit ditioni, ad quã omnes, quasi ad caput, iuxta Apostolorum earumquæ successorum santiones, Episcopi, qui noluerint, uel quibus necesse fuerit suffugere, eamque appellare, ut indè accipiant tuitionem, & liberationem, unde acceperunt informationem, atque consecrationem. Hæc ibi. His accedit, quòd Photius. Patriarca Constantinopolitanus ad Nicolaum primum scribit, & per legatos suos, quos ad habendam synodum Constantinopolitanam, misit, petiit, ut ordinationes Episcoporum à Romano Pontifice peterentur, cui tanquam capiti ecclesiæ Catholicæ debebantur. Quibus deduci potest, quo tempore, & quam ob causam ordinationes Episcoporum Ecclesiarum Græcarum, & totius Orientis à Pontifice Romano peterentur. Et eius hæc sunt verba. Qui locum sanctitatis vestræ tenebant, sermonem nobiscum habuerunt de iis, q. ordinationes, à seipsis iampridẽ accipiūt, oportere eos reuertere, & ad matricem recurrere. sic Latine interpretatur Turrianus. Et sic ingenue agnoscit Photius ordinationes Episcoporum, de his enim sermo est, ad Pontificem Romanum pertinere, ut eas scilicet approbet, & confirmet esseque Ecclesiam Romanam omniũ matricem, sic enim Tertull. vocato & hortatur Pontificem, ut propter pacem, & charitatem de iure ordinationum libens concedat. Atque ita Pontificem fecisse, testis est Synodus Florentina quæ à Græcis, & Latinis habita est, in qua nulla de hac re quæstio, aut controuersia fuit. Ad hæc Anacl. epist. 3. dicit quòd Sacerdotalis ordo, & potestas clauiũ, quæ data est à Christo per Petrum, ab ipso incœpit singulariter, & eidem primo, & singulariter data potestas ligandi, atque soluendi, ut per eum ad alios Apostolos transierit uis huius potestatis. ergo in hoc iure singulari succedit successor eius, ita ut per eum ad alios Episcopos successores Apostolorum transiuit. Ex Canone etiam 39. Concilii Niceni hoc idem roboratur, quia est princeps omniũ Patriarcharum, quia ipsi data est potestas sicut Petro, tanquam Christi Vicario in omnes principes. D. Dionys. in lib. de Eccles. & cœlesti hierarchia docet, quòd ab ipso Hyerarcha in omnes hyerarchię personas lumen irradiationis perfluere. Diu. Cypri. vt dicitur. 24. q. 1. c. Loquitur. Comparat Ecclesias particulares ad Ecclesiam Romanam, sicut radios ad Solem, fluuios ad fontem, ramos ad radicem. Rursus Hyerarchia Ecclesiastica, cœlesti comparatur, sed ibi omnia ab vno, ergo & in nostra. D. Thom. 4. cont. c p. 76. dicit. Soli Petro promisit. Tibi dabo claues Regni cœlorum, vt ostenderetur potestas clauiũ, per eum ad alios deriuanda, ad conseruandam Ecclesiæ vnitatem. D. Antoninus. 3. par. tit. 22. c. de forma elect. Papæ, & de authorit. collegij, Papa mortuo ait. Quod à Petro deriuata est authoritas ad Apostolos. Verum de hoc supra. verbo Episcopus loquuti sumus, satis est vt aduersariorum motiua soluamus. Caiet. demum. 2. 2. quæst. prima, art. 6. Solus Papa inquit, non ab ipsis Apostolis, aut alijs, sed ab ipso Domino creatus est, dicente Ioan. Pasce oues meas.

Obie-

Obiectiones aduersariorum.

Hoc quæsitum quo ad utranque partem tueri posse tangit Caiet. in opus. Verum si rem exactius consideremus, altera pars, quæ à Papa negat confirmationes episcoporum, pugnat cum fide, ut probatum est, & sacris Patribus, & ansam hæreticis quã maximam præbet, tum uel maxime centuriatoribus, qui dicunt, quòd Papa hanc potestatem usurpauit. Ideò antiquam ecclesiæ Romanæ potestatem, quam antiqui cognouerunt, mea est intentio tueri, & aduersariam partem cõfutare, imò idem Caiet. in hoc uidetur conuenire. Nam capi. lo tertio. de authoritate Papæ cuius sunt uerba. Petrus authoritate sibi cõcessa uia ordinaria debebat aliis conferre authoritatem cum fuerit omnium caput, sed præuenti gratia speciali, à Domino fuerũt. Ex quibus colligitur, quod de iure, à Petro dependebant. At quia obiectiones supra sũt solutæ, & infra uerbo Petrus disputabitur sat erit hoc loci ista dixisse.

11 *Papa, non potest dici Rex.* HAER. Hanc propositionem ea ratione hæreticam censemus, quatenus Pontificiam, Romanamque dignitatem parui facit, quę suprema omnium est. Dicitur nanque Rex à regendo authore Isidoro, & sic Christus fuit Rex, sic Papa loco eius, & eius Vicarius. Rursum, si dicuntur princeps Apostoli. ps. 44. Constitues eos principes super omnem terram, & filiæ Regum in alio loco, & D. Aug. exponens; natę sunt filiæ Regum; & ecclesiæ filię Apostolorum filiæ Regũ sunt, Ille enim Rex Regum. illi autem Reges, de quibus dictum est. Sedebitis super duodecim. Hæc D. Augu. Ob humilitatem tñ recusarunt hoc nomen, ut scribit Aluarus lib. de potest. Ecclesiastica. Tur. Crem. lib. 2. cap. 89. in fine. sic nec Christus uoluit adorari aliquando, ut Rex. infra. nu. 21.

12 *Papa, non succedit loco Petri in primatu, & amplitudine potestatis.* HAER. Licèt ex superioribus, sit hic error explosus, tamen pressius eum expendamus, ne quis impingat in hunc scopulum. Superiores ergo authoritates hunc confutant. Vide uerbo Petrus.

13 *Papa nõ est Christi Vicarius in terris.* HAE. Locum Domini Romanos Pontifices tenere, non est difficilè demonstrare. Primo Chrysost. ea uerba. Ioan. ult. Pasce oues meas, id est loco mei prępositus est, & caput fratrum tuorum, ut ipsi loco mei tę assumentes ubique terrarum te, in throno tuo sedentem prædicent, & confirment. B. Cyrill. Alex. lib. Thesaurorum, dicit, quòd Apostoli in Euangeliis, & epistolis affirmarũt in omni doctrina Petrum esse loco Domini in omnio capitulo, in omni electione & cõfirmatione. Synodus Calced. hoc suadet dicens, nos Romanum Pontificem posse appellare. Innoc. 3. extra de transl. episcoporum. c. inter corporalia. Qué constat esse Vicariũ Christi. Etiam extra de elect. in 6. Vbi periculum maius. Grego. 10. ait. Vbi agitur de creatione Vicarii Iesu Christi successoris Petri. Demum Orig. ut habetur Matt. 16. in glo. Vide quantam potestatem habeat petra, supra quam ædificatur ecclesia.

Contra hoc.

Verùm impugnant aliqui ex uerbis Apostoli. 2. ad Cor. 16. Pro Christo legatione fungimur. & primę. Cor. capit. 4. sic nos existimet Homo; ut ministros Christi. &c. ergo omnes Apostoli sunt Vicarii Christi. Secundo, canit ecclesia in præfatione. Gregem tuum, pastor ęterne non deseras, sed per beatos Apostolos. &c. Quos operis tui Vicarios. &c. At nec ista impediunt, quin Papa non sit Vicarius principalis, quales & fuerunt Apostoli, sed non primarii, quoniam sub Petri imperio, ac capite erant. Turr. Crem. lib. 2. cap. 37.

14 *Papa non habet plenitudinem immediate à Christo.* HAER. Ex multis locis sanctorum patrum euertere possem hanc hæresim, sed potiora collige, ne in immensum crescat uolumen. Ex Diony. 6. cęl. Hier. conceditur opus, unum primum in quouis ordine. Secundo, potestas papalis est prima in tota ecclesia, ergo à nulla dependet, aliàs non esset prima. Tertio potestas Vicarii, deriuatur ab eo, cuius est Vicarius, ergo Papæ, à Deo. Quarto non est ab homine, talis potestas, ergo erit à Deo, & confirmãtur hæc ex dist. 21. c. In nouo. & c. Quamuis. & dist. 22. c. Sacrosancta. Tur. Crem. c. 52. lib. 2.

Obie-

Obiectiones Hæreticorum.

Negant hæretici, quæ Ecclesia docuit, & tenet, sed tamen, nec inter se conueniunt. Nonnulli enim, hanc potestatem ab Apostolis arbitrantur emanare, alij à Concilijs, aliqui ab Imperatore. Multis à Cardinalibus, quidam verò dicunt, quòd licèt hæc potestas originaliter, & immediatè sit à Deo, tamen quo ad exercitium est ab Ecclesia.

Primi suam sententiam probant. Petrus ab Apostolis obtinuit primatum, ut ex Anacleto dicitur. c. In nouo. d. 21. Ipsumq. principem esse voluerunt.

Secundo, Papa est Vicarius Petri, ut dicitur d. 63. c. Ego Ludouicus.

Tertio, sequeretur, quod Papa non posset transferre sedem à Roma ad alium locum, quia Vicarius tenetur sequi legem Domini sui, & tamen Petrus transtulit.

Solutio.

Verum nè ex multis argumentis confundi quempiam contigat soluamus præfata.

Ad primum dicitur, quòd loquitur Anacl. de voluntate consequente, vt suo loco exponam.

Ad secundum dico, quòd impropria est loquutio dicere Papã esse Vicarium Petri.

Ad tertium dico ex Palud. quòd Papa sine speciali reuelatione, non potest transferre sedem, quod verò hoc D. Petrus fecerit, fuit Deo reuelante, huic responsioni consentit. Turrecr. & alij.

Qui verò secundæ sunt opinionis, quod potestas Papæ sit à Concilijs, sic suadent.

Primo ex authoritate D. Hierony. dist. 95. c. Olim. Olim idem præsbyter, qui, & Episcopus, & antequam Diaboli instinctu studia in religione fierent, idest dissensiones, & diceretur in populis. ego sum Pauli. ego sum Apollo, ego autem Cœphę. communi presbyterorum Concilio Ecclesia gubernabatur. Postquam autem, vnusquisque eorum, quos baptizauerat suos esse putabat, non Christi, in toto orbe terrarum decretum est, ut unus de præsbyteris supponeretur, & schismatum semina tollerentur, & paulò post. Ita Episcopi nouerint se magis consuetudine, quàm dispensationis dominicæ veritate, præsbyteris esse maiores, & in communi debere regere Ecclesiam: ergo Papalis superioritas non est à Christo. Dicitur, quòd non est sensus D. Hier. quem hæretici diiudicant, ut etiam supra est expositum, verbo Episcopus, sed qđ, quo ad nomen, non est differentia apud antiquos, qui enim dicebatur Episcopus, dicebatur præsbyter, ac ad schisma euitandum nomina sunt imposita distincta, sic respondet D. Thom. Alioquin, cum vna de hæresibus Arrij fuerit ista, ut scribit D. August. non est credendum eam D. Hierony. docuisse.

Secundo ex c. Concilia. dist. 17. dicitur, ꝙ ex Conciliis habetur hæc authoritas.

Respondeo, quòd ex Conciliis declaratiuè habetur, non tamen initiatiuè.

Qui tertiam sequuntur opinionem, sic probant. Nam dist. 96. c. Constantinus, Dicitur, ꝙ Constantinus statuit, vt Ecclesia Romana, & Pontifex sit caput.

Respondeo, ꝙ hoc falsissimum est, nam ante Constantinum fuit Rom. Pontifex, sed tamen Constantinus inulgauit eam authoritatem nè ignorantiæ prætextu se quispiam excusaret, & etiam honorauit.

Quod uerò à Cardinalibus sit Papalis authoritas probant.

Primo, Cardinales sunt causa quod aliquis sit Papa. ergo etiam quòd eam authoritatem habeant. Dico pro huius solutione, quod in Romano Pontifice duo sunt consideranda.

Primum formale, quod est eius authoritas, secundum materiale, quod est esse determinatam electionem ad hunc, vel illũ.

Primum est à Deo, secundum à Cardinalibus, quod est determinare authoritatem ad hanc, vel illam personam.

Secundo, Cardinales restringunt futuri Pontificis authoritatem. ergo est ab eis.

Respondeo, quod antecedens est falsum.

Tertio, nisi electus sit vnctus, & coronatus, non potest Papa authoritatem suam exeq.

Dico, ꝙ Antecedens est falsum. Nam statim habet suam authoritatem.

Quarto, Ecclesia statuit, ut à duob. partib. sit electus.

Respondeo, ꝙ licèt Ecclesia possit determinare, quæ sunt in electione necessaria, non tamen authoritatem, nam hoc est formale, illud verò materiale.

Quinto, Ergo Papa non potest renunciare Papatui, quod est falsum, imò nec deponi. Respondeo, negando consequentiam, nam & anima nostra est à Deo, & tamē exigitur humana actio, de quo inferius.

Sexto, ergo Ecclesia non potest restringere Papæ facultatem, ut in collatione beneficiorum, & similia. Dico, quòd vtique ecclesia non potest, imò tota potestas ecclesiæ est à Papa.

34 *Papæ authoritatem potest Ecclesia restringere.* HAER. Cum iam sit demonstratum Pontificiam hanc potestatem esse à Deo immediatè, non erit difficilè suadere eam non posse ecclesiam restringere. Nam quę à Deo sunt, nemo potest ad talem conscendere facultatem, ut ea, vel restringere, vel ampliare valeat.

Secundo, quæ est superior omni alia, non potest ab inferiori coarctari.

Tertio, nemo potest detrahere priuilegijs Romanæ sedis, vt dicitur d. 22. c. Omnes. Inter alia verò hoc vnum est.

Quarto, Vicarij facultatem nemo potest augere, nisi ille, ad quem pertinet, & quē constituit suum vicarium. ergo tantū Deus.

Quia vero hæc ex superioribus pendent, hæc dixisse satis erit.

35 *Papa non habet actionem coactiuam, supra fideles.* HAER. Multiplici capite hanc hæresim, ut moris est, conuincam.

Et primo, ex sacris litteris. Matt. 16. Dictū fuit. Tibi dabo claues Regni Cœlorum, quæ exponuntur pro potestate.

Secundo, Matt. 18. Quæcunque ligaueritis super terram &c.

Tertio, Matt. 26. Petrus tantum exemit gladium, & amputauit auriculam eius quo cognoscitur futura eius authoritas.

Quarto Luc. 22. dr̄ Ecce duo gladij, hic, q̄b. duplex Pontificis potestas designatur, nam & Dominus dixit. satis est.

Quinto, si pastor Petrus fuit à Domino cōstitutus, Io. vlt. Pasce oues meas, quomodo non habet super oues facultatem?

Sexto, D. Pau. 1. Cor. 4. ait. In virgo veniā ad vos, in charitate, & spiritu mansuetudinis, ex quibus demonstratur iurisdictio, eo magis, quo illum tradidit Sathanæ. Hoc idem probant Conciliorum gesta, in quib. hæretici sunt suis dignitatibus depositi, dānati, & excōmunicati. In Niceno Arrius. In Constantinopolitano Macedonius. In Ephesino Nestorius. In Calcedon. Euthices. In Constantiensi Vuitclef Vs. In Florentino inimici Romanæ Sedis. In Tridentino Lutherani omnes. Diplomata Romanorum Pontificū idem confirmant. In hanc veritatem confirmandam, consensus est totius Ecclesiæ, ac Patrum.

Instantiæ aduersariorum.

Ea verò, quibus vanissimam hanc sententiā, probant aduersarij sunt.

Primo, Dominus. Matt. 20. dixit. Principes gentium dominantur eorum, vos autem non sic, &c. Hoc Saluatoris dictum vsque in præsentem horam in ore omnium versatur, nec bene intelligitur, nam non excludit Dominus per hoc potestatem Ecclesiæ, & aufert ab Apostolis, de quibus cecinit vates. Constitues eos principes super omnem terram. psal. 44. sed damnat Gentilium dominationem, ac tyrannidem, & eorum, qui quærunt eam. & pastores Ecclesiæ intendunt saluti filiorum, non sicut serui, sed veluti pastores ouibus, & patres filiis, ac medici infirmis.

Scdo, Christus nō habuit ptātē, ergo neq; Papa. Non veni ministrari, sed ministrare. Respondeo, ꝙ hoc etiam est hæreticum, ꝙ Christus etiam quatenus homo nō habuerit coactiuam potestatem. Nam dixit. Data est mihi omnis potestas, Matth. vlt. Et quomodo dedit Apostolis, si nō habuit. Quæcunque ligaueritis. Nec administratio destruit authoritatem Domini, nā non vt seruus ministrauit, sed vt Magister, ideò dixit. Vos vocatis me magister, & Domine, & benè dicitis. Sum etenim. Io. 3.

Tertio, Christus si habuit, non exercuit. ergo neque Papa. Dico, ꝙ & hoc falsissimum est, & demonstro. Nam præcepta dedit. Nisi quis renatus fuerit denuo. Ioā. tertio, & Io. 6. Nisi manducaueritis carnē filii hominis. De pœnitentia. Matth. 4. Pœnitentiam agite. De amore. Hoc est preceptum meum. Ioan. 15. & quis præcipit, nisi authoritatem habens, vt docet D. Grego. & habetur 24. q. 2. c. Quod præcipitur.

potestatem exercuit, quando vendentes, & ementes de templo eiecit. Mat. 21.

Quarto, Orig. super illud Mat. Reges gentium, exponit ꝙ prælatorum potestas sit amoris tantum.

Respondeo, ꝙ Orige. mens non est excludere potestatem, sed docere, quod principale in prælatis sit amari, & non timere, vt in regula dixit D. Aug.

Quinto, Chrisost. eodem loco, ait. Principes autem Ecclesiæ fiunt, vt seruiant.

Respondeo, ꝙ nec intentio Chrisosto. est. quam arbitrantur, sed quòd principalis finis est humilitas, & non tyrannidis, ut gentes.

Sexto, ex D. Amb. deducunt, ꝙ lachrymis, & orationibus debemus malis resistere, non per temporalem potentiam, ut refertur. 23. q. 8. c. Conuenior. Dicitur, ꝙ ex illo loco docemur, quòd non liceat in propria persona armis resistere, & expugnare pro bono temporali, non tamen temporalem potestatem excludit, quam contra Theodosium Imperatorem exercuit. d. 96. cap. Duo quippe.

Septimo, Chrisost. lib. 2. de sacerdotio, c. 3. dicit. In Ecclesia verò non coactum, sed acquiescentem oportet ad meliora cõuerti, quia nec nobis à legibus data est talis potestas, quod authoritate sententiæ homines cohibeamus à delictis

Respondeo, quòd loquitur de his, qui nunquam fidem susceperunt, non enim cogendi sunt ad fidem. Et huic simile in Concilio Tolet. 4. de Iudæis fuit definitum. c. de Iud. 4. d. 45. De quibus D. Pau. 1. ad Cor. 5. Quid enim mihi est de his, qui foris sunt.

Octauo, nemo militãs Deo implicat se negociis secularib. 2. Tim. 2.

Dicitur, ꝙ gubernare fideles, corrigere, lites dirimere, controuersias componere, non est se implicare negociis secularibus. sed amare contentiones, discordiis fauere, est se implicare negotijs secularib.

Nono, D. Bern. ad Eug. dicit de Apostolis. Lego Apostolos iudicandos, stetisse nõ lego iudicantes. ergo nec Papa.

Respondeo, quod loquitur de tumultuosis litibus, nec iudicium damnat.

Decimo, D. Gregor. ac glos. super illud ad Cor. Secularia igitur iudicia, videntur excludere hanc potestatem ab Apostolis.

Respondeo, ꝙ excludit negocium rerum temporalium non omninò, sed, ut principaliter intentum, finis enim est spiritualium administratio, temporalium verò, vt subseruiunt spirituali. Et sic confutatur error Marsilij de Padua, docentis, quòd nec Papa, nec Ecclesia vniuersa, sine Imperatore, potest temporalem potestatẽ exercere.

Hæc verò & similia, eo clariora reddẽtur, quo inferius temporalis regni administrationem Papæ competere demonstrabo. satis hoc loci.

16 *Papæ statutis, ac legibus non tenemur obedire.* Cẽturiatores. HÆR. Communis est Lutheranorum omnium hic error, qui nedum ex authoritate D. Thom. quæ parui, ac nullius ponderis est apud eos, verum ex alijs quamplurimis. Quænam oris restitit vnquam pastoris imperio? Et D. Paul. ad Heb. vlt. dixit. Obedite præpositis vestris & subiacete illis. Et Dominus præcepit Synagogæ, ut suo parerent sacerdoti, Deuterono. 17. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Deo tuo, decreto iudicis morietur homo ille, & auferetur malum de Israel. Et Saluator noster. Quæcunque dixerint uobis, seruate, & facite. Matth. 23. & Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Hinc ortæ sunt hæreses, vt Cyprianus testatur loco superiori. Meritò itaque tam in Basil. quã Florent. sunt isti reprobati. & ex dictis probatur, quòd & suis legibus sint omnes subiecti. Et D. Thom. cap. 22. aduersus impugnantes religionem demonstrat. & Cyrilli testimonio corroborat, quo & Greci conuincantur.

Aduersariorum rationes.

Nituntur Græci, & Lutherani suam sententiam ijs vijs stabilire.

Primo, Sola Diuina voluntas est recta, ac regula nostrarum actionum. Fiat voluntas tua, ergo ei soli obedire tenemur.

Solutio.

Quis non videat, quomodo hoc argumentum sit Goliæ gladium. Si enim parere Deo debemus, ergo & Papæ, quia hoc Deus præcipit, ut ostensum est. Et quia

eius est Vicarius, nec vnquam sine causis secundis gubernat inferiora Deus.

Secundo Papa potest errare, & deficere. ergo non debemus obedire. Dicitur quòd errare in his, quæ ad communes Ecclesiæ mores pertinent non potest, nec in fide. Vel si constet quòd in aliquo speciali casu erret, tunc non tenemur.

Tertio, Sacerdos veteris legis erat subiectus Regi. ergo & noster. ut elicitur ex 19. Exodi.

Respondetur ex Bon. quòd non est eadem ratio, quia in veteri testamento, non erant tantæ authoritatis sacerdotes, sicut nostri, hinc dicebatur Regnum sacerdotale. At nostrum sacerdotium præstantius est, quia dicitur regale Sacerdotium à D. Petro, ac præponitur.

Quarto, Episcoporum potestas est à Deo. ergo eis tantum obediendum.

Respondeo, quod & Episcopi sunt subiecti Romano Pontifici, ut superius probatum est. & sola Romana Ecclesia primatum tenet super alias, ut habetur disti. 22. c. Quamuis.

17 *Papa non est eligendus, sed & succedit alius, vel eo viuente potest successorem eligere.*

ITEM. Non est facile hoc demonstrare, Deo tamen duce, veritas explicabitur. Ex verbis Apostoli ad Heb. 8. probatur. Nam translato sacerdotio, necesse fuit, ut translatio legis fieret. Sacerdotale verò Regnū Aaron fuit per carnis successionem, ergo nostrum per electionem decuit esse. Et Dominus non de Tribu Leui, ex qua erant Sacerdotes, sed Regali Iuda carnem assumpsit. Adhuc Moysi non filij succederunt, sed extraneus Iosue ex alia Tribu. Rursus in lege Euangelica non est differentia tribuum.

Ratione etiam suadetur, nam oportet eum esse perfectum, & sic electione, & non successione euenit. Ad hæc, qui præest multitudini, eius electione, non aliorum fortuna debet præesse, distin. 23. in nomine Domini.

Quod verò non possit Papa cogere ad successoris electionem, probatur primo, ex fallibilitate humani iudicij, hoc docuit D. Pau. 1. Tim. 3. Oportet pastorem testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, Et Turrecrem. dicit, ca. 17. circa medium. Vnde de iure naturali, & quasi Diuino videtur esse, quod non faciat sibi successorē. Quod verò Dominus elegerit Petrum nō est eadem ratio cum Papæ successoribus. & item, quòd Petrus successorem elegerit, nam erat plenus Spiritu sancto. Vel qđ elegit Clemētem interueniente totius Ecclesiæ consensu, ut dicitur. dist. 63. c. Quanto. & c. Plures. & glossa dicit, q̄ Clemens renunciauit Papatui. Lino 8 q. 1. c. Si Petrus. §. His omnibus. Ideò ordinatum fuit sub Alexandro Tertio, q̄ à duabus partib. eligeretur. de elect. cap. Licet. Hoc tamen annoto, quòd non loquor in casu, & periculo Ecclesiæ.

18 *Papa non est immediatus prælatus, & iudex omnium, nec potest, quòd alij prælati.* HÆR.

Ordo hierarchiæ, exigit non solum, quod detur vnus superior, sed quòd eius potestas sit supra oēs, vt 2. sen. d. 9. repetit D. Th. Et illa vulgatissima propō hoc confirmat. Quicquid potest virtus inferior, pōt & superior. Rursus, potestas Papæ est potestas vniuersalis. Pasce oues meas, aliorum verò specialis. Adhæc. Rex in Regno est supra omnes, sic Papa in Ecclesia.

Confirmatur.

Nam Episcopi dantur, vt coadiutores, sicut Moysi. Demum ex Concilio Calcedon. roboratur, vbi Leo dicitur. Leo Sanctissimus Apostolicus, uniuersalis Patriarcha per multos annos uiuat. Et si Papa est Vicarius Christi, profectò omnia sunt subiecta, & in omnes potest suam authoritatem exercere. Et errores Ioannis de Polli. confutantur à Ioanne XXII. in ext. Vas electionis, de quibus suo loco. Et D. Anton. ex verbis D. Petr. corroborat. Conuersi estis ad Episcopum, & Pastorem animarum vestrarum. 1. Petri. 2. D. Chrisosto. super illa verba. Pasce oues meas, i. ego caput fratrū tuorū. D. Th. 2. d. 19 q. 1. art. 3. & 4. d. 17. q. 7.

Obiectiones.

Durum admodum aduersariis uidetur, quòd vnius, & eiusdem duo sint iudices. ergo vel Papa, vel Episcopus.

Respondet D. Th. cum quo Turrecrem. & Diuus Antoninus. Quod vbi sunt duo ordinata non inconuenit, & quòd vnus sit prin-

principalis, & alius secundarius. sic sunt Parochus.

Secundo, in Angelica hyerarchia, qui sunt vnius ordinis, non pertinent, nec agunt, quæ sunt alterius ordinis. ergo nec in Ecclesiastica.

Dicitur primo, quòd superiores Angeli possunt illuminare totum orbem, & omnes alios Angelos.

Dico secundo, quod non est omnino eadem, ut docet D. Thom.

Tertio, ex similitudine humani corporis, in quo unum membrum non potest, nisi parti coniungi. ergo & in Ecclesia.

Respondeo, quòd omnia membra à capite dependent.

Quarto, ergo Episcopi non sunt iudices ordinarii. si Papa omnia iudicat, Ex superioribus est solutum, nam superior causa nō amouet inferiorem.

Quinto, dicitur, ꝙ proprio sacerdoti oīs vtriusque sexus tenetur confiteri. Dicitur, quòd ly proprium accipitur pro ut distinguitur contra alienum. Vel proprius ex officio, alius ex delegatione. sic interpretantur Alb. & D. Thom. & recentiores illam decretalem.

19 *Papæ authoritas non est maior quam totius Ecclesiæ.* HAER. Hanc verbo concilium confutauimus, & quod Papa sit supra generale Concilium, hactenus demonstrauimus. Hanc etiam, quam modo explodendam suscepimus hæreticam iudicauimus, eo quia capiti superioritatem amouet, & excludit Christi Vicarii facultatem. Et pastor semper est supra totum gregem. Ecclesia etiam sic in suis precibus Deum deprecatur. Quem Pastorem Ecclesiæ tuæ præesse uoluisti. Calyxtus Papa. d. 12. c. Non decet. Anacletus, d. 22. c. Sacrosancta. Adhuc Rom. Pontifex est supra totam Ecclesiam. Fidelis seruus, & prudens, quē constituit Dominus super familiam suam. Leo Papa in ser. sue confirmationis de hoc gratias Deo refert. D. Ber. ad Eug. uocat eū principem possesionis Domini. Quid etiā est, ꝙ Moyses orauit, ut suo loco aliū principem Deus eligeret. Num. 27. Si fuit in synagoga quare non in Ecclesia. Demum est Christi Vicarius, & ut definitum fuit in Cōcilio Constan. ac per Mart. V. & D. Thom. hoc docet contra errores Græcorum. c. 63.

Obiectiones.

Quoniam aduersaria obiecta non modicam habent ex sacris literis apparentiam, ideò ea soluere statui.

Primo arguunt, Papa est membrum Ecclesiæ, nam non est totum corpus. ergo mēbrum. ergo non maior.

Respondeo negando consequentiam, loquendo de potestate iurisdictionis. Nam potestate iurisdictionis potest unus peccator excedere multos iustos, at potestate meritorum, vel amplitudine virtutum poterit Ecclesia Papam excedere. Imo verò exemplo corporis demonstratur. Nam caput influit in omnia membra. sic & in Regno Rex est supra omnes, negatur ergo consequentia. Etenim, & Christus Dominus dicitur membrum & caput Ecclesiæ, non tamen minor.

Secundo, totum est maius sua parte. ergo Ecclesia Papa.

Respondeo, quòd assumptum est falsissimum, nam & anima apud peritiores est nobilior toto composito, & pars intellectiua ipso toto, & sic omnis pars potentialis, quid enim totum sine illa parte, & tamen pars remanet, ut in homine fatemur post mortem animam subsistere, quod nec aduersarij negarent. Verum est etiam, de toto quantitatiuo, & toto integrali. Nam, nec Ecclesia est maior Christo.

Tertio, est dictum D. Hierony. Quod orbis est maior vrbe, si authoritas quæritur. dist. 43. c. Legimus.

Respondeo, ꝙ D. Hieron. loquitur non de authoritate potestatis, aut iurisdictionis, sed consuetudinis, quæ tanto maioris authoritatis esse dr̄, quanto est generalior, & à plurib. obseruatur, & ꝙ de authoritate consuetudinis loquatur ex eo patet, quod in vrbe erant quædam consuetudines, ut quidam diaconi præficerentur presbyteris sic & Cano r̄nd. Quarto, Papæ authoritas est ꝑꝑ ecclesiā, ergo inferior, q̄a semꝑ deterius est ḡra melioris, vt docet Aris. 1. Polit. R̄ndetur, ꝙ falsa est consequentia, nā pastor esset ouib. ignobilior, & princeps, vel Rex ipsa plebe, & Angeli sunt in nostrum minysterium missi. Vel Ecclesia nobilior quo ad gratiam, non iurisdictione.

Quinto, in tota Ecclesia est maior sapientia, & charitas. ergo nobilior.

Dicitur, ꝙ falsissima est consequentia, & Valdenses decæpti sunt. Quod vbi maior est sapientia, ac charitas, sit & iurisdictio. Nã super Cathedrã Moysi, &c. Adhuc D. Pau. qui raptus est vsque ad tertiũ Cęlum esset maior Petro. & laici nonnulli sunt doctiores, ac sanctiores, ergo illi habent clauem Ecclesiæ. Demum dico, ꝙ ẽt esse poterit, ꝙ maior sit Sapientia in Papa, q̃ in tota Ecclesia, quia ille solus non potest errare. Sexto, Ecclesia est mater. filius verò Papa, ergo inferior. Respondeo, ꝙ Ecclesia dicitur mater, quia eius fides exigitur in baptismo, & per applicationem eius, quo Christiani efficimur. At Papa dicitur Pater. Audi filia, & vide &c. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Sicut ergo Dominus dictus est filius Synagogæ. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & tamen est eo longè nobilior. Sic Papa per baptismum est filius Ecclesiæ, tamen ratione prælationis, & authoritatis est maior. Nec inconuenit, ꝙ diuersis rationib. quis dicatur & pater, & filius, sic Episcopus est filius mulieris, & eius pater.

Septimo, Ecclesia est Domina, at Papa minister, sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores, 1. Corint. 4. Dicitur, quòd Ecclesia dicitur Domina, ex illo dicto. Dominam gentium, sed non nisi in prælatis, & in summo, qualis est Romanus Pontifex. At inferius ex professo de hoc.

Octauo, Ecclesia est Regina. Astitit Regina à dextris tuis. psalm. 44. Papa non est Rex. Principes gentium dominantur eorum. Nec Christus Regem esse uoluit. Respondeo, quod consequentia nulla est, nam & Beata virgo dicitur Regina, non tamen authoritate dicitur maior, sic & Ecclesia non est maior Papa, quo ad iurisdictionem. Papa etiam est Rex, vt proximo loco demonstrabo.

Nono, Ecclesia est sponsa Christi, tanquã sponsam ornatam viro suo, ait D. Ioan. At Papa Paranymphus est, nõ sponsus. ergo. Eadem responsione satisfit. Nam & Sinagoga erat sponsa, & tamen Moyses erat superior. Falsum est etiam quòd Papa, non sit sponsus Ecclesię, vt probatum est supra.

Decimo, Ecclesia non potest errare, at Papa potest errare. ergo inferior.

Respondeo, quòd Ecclesia sine Romano Pontifice potest errare, at Papa minimè in rebus fidei, ut apertum faciam.

Vndecimo, vltima resolutio fit ad Ecclesiam. Dic Ecclesiæ docet Dominus, id est toti Ecclesiæ, ut ibi exponit glossa.

Respondeo, quòd nomine Ecclesiæ non est accipiendum ipsa Ecclesia per orbem diffusa, sed prelatus, de quib. dictum fuit. Quæcunque ligaueritis. Et Chrisost. exponit. Dic Ecclesiæ id est his, qui Ecclesiæ præsunt. Et ex glosa decreti, dic Ecclesiæ, idest prælato & sacerdoti. Vel dic Ecclesiæ, i. iudicibus, vt corrigatur. Non ergo loquitur de Concilio congregato, uel de Ecclesia per orbem dispersa, & sic eum locum exponunt patres.

Contra loquitur Petro ipse Dominus, & ꝙ nullus ad se remittatur admonet, sed ad ecclesiam. Dicitur, quòd ex eo, quia correctio fraterna omnes respicit. Et quando priuata persona errat, dic Ecclesiæ, id est prælato. Si uerò publica persona errat, dic Ecclesiæ, id est Ecclesiæ sic congregatę, vel coràm congregatione excommunica, ut ex D. Hieronym. colligitur. Non ergo ibi alium udicem, quàm per seipsum Petrũ definiendum docet, & hoc obseruauit in Ananiam, & Zaphiram ipse Petrus. Et sic apparet, qualis sit sensus glosæ. Et quomodo toti Ecclesiæ poterit denunciari, & quomodo tam graue onus portare prælati poterunt, vt pro cuiusuis correctione congregantur, imò sic omninò periclitaretur iustitia.

20 *Papa non habet plenitudinem potestatis.*

HAER. Romanam Pontificiam authoritatem licet ex superioribus mihi uidear satis explicasse, verum ut hæretici magis conuincantur, Sanctorum Conciliorum, ac Patrum testimonijs ostendo. De qua Dominus, Matth. 6. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cęlis. Huic addo locupletissima testimonia. Cyrilli Alex. in lib. thesaurorum. Sicut Christus accepit à Patre Dux Sceptrum Ecclesiæ gentium, ex Israel egrediens, super omnẽ principatum, & potestatem, & super omne quodcunque est, ut ei genua cuncta curuentur, sic & Petro, & eius successoribus plenissimè commisit. Grysog. etiam ad consulta uulgatorum in persona Christi ait. Iam tibi confirmo, quod meum est plenũ. Innocentius III. vt habetur de pœnit. & remis.

remis.c.Ex eo. Cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis. D. Bern.lib.de consid.ad Eug. Greg. Nazianzenus scribens Imperatoribus Constantinopolitanis, dist, decima. c.Suscipitis. Scholastici conueniunt, inter quos D.Thom. in quolib.& 4.d.36.q.4.& 4.cont.cap.76.in fi. & de regimine principum. lib.3.capit.10. & 19. Iuris Pontificij Doctores confirmāt multis testimoniis, quos refert Illustrissimus Cardinalis Alba.in lib.de Pontif.pot. par.2. in prin.nu.14.

21 *Papa non eam habet authoritatem in ecclesia, quam habet Rex in regno*. HAER. Ideò hæreticum est hoc dicere, quatenus Pontificiam minuit authoritatem, nam Papa ampliorem habet quàm Rex in regno, nē pè spiritualem.

Quod verò dicunt. Principes gentium dominantur eorum, vos autem non sic. Non excludit potestatem, sed tyrannidem. Rursus, quod Dominus noluerit, ut Rex adorari, non sequitur Papam non esse Regem, quoniam Dominus non decens, nec congruum erat tunc, quia erat natura Rex, & nomina ab Esaia assignata eius dignitate demonstrant. Et visum esset multis, q. eius authoritas ab homine penderet. Demum, vt nos instrueret hæc mundana esse vitanda. Voluit tamen ante mortem adorari in die Palmarum, nè ignorantiæ prætextu ab impiis damnaretur.

De hoc supra num.11

22 *Papa alia de causa, quam pro hæresi potest ab Ecclesia iudicari, & habet superiorem*. HAE. Fortè hoc dictum, quod nos hæreticum cēsemus, aliqui defendere non verebuntur, sed expendatur quæso rationes, & fundamenta nostra, imò aliorum peritissimorū, & videant, quod noua non sunt, quæ edimus, sed ob oculos breuiter explicamus. Nam infidelitas tantum contrariatur Papatui, alia verò pugnant cum illis conditionibus, quæ ad bene esse requiruntur.

Adhuc, Papæ potestas suprema est in Ecclesia.

Hinc Rex Dauid. ait. Tibi soli peccaui. Rursus ista potestas supra Papam, vel est secularis, vel Concilij vniuersalis, non prima ut verbo Imperator probatum fuit, neque secunda, vt verbo Concilium demonstratum est.

Quarto, in omni ordine datur vnus primus, ac suppremus ad quem omnia iudicare pertinet.

Quinto in motibus datur unum primum, ergo & in rebus spiritualibus.

Sexto, causæ summi Pontificis Deo reseruantur, quia eius est Vicarius. & habetur q.9.3.c.Aliorum.

Hoc ex sacra scriptura suadetur. Nam Exod.19. Bestia, quæ tetigerit montem lapidabitur. & 2. Reg. dicitur, quod Oza percussus est à Domino, quia archam tetigit. Hunc ergo fidelem seruum constituit super familiam suam. Luc.12. Et quoniam quæ à Deo sunt, ordinata sunt, ut docet Apostolus. ergo, & authoritas Ecclesiæ.

Confirmatur authoritate Romanorum Pontificum.

Primo Anacleti. dist.79. Can. Eiectionem. Eiectionem summorum Pontificum sibi Dominus reseruauit.

Secundo, Bonifacius, c.Si Papa habetur. Huius culpas redarguere præsumit nullus quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi deprahendatur à fide deuius.

Tertio, Innoc. q.9.3.c.Nemo. Nemo iudicabit primam sedem.

Quarto, Gelasius, eodem loco. c.Ipsi sunt. Ipsam ad nullius comeare iudicium.

Quinto, Idem Gelasius eodem loco cap. Cuncta. Nec quicquam de eius liceat iudicare iudicio.

Sexto, Adrianus in Cōcilio Romano, quæ & 8.Synodo Generali lecta sunt. De eo verò, quemquam iudicasse non legimus, & quòd Honorius fuerit iudicatus, hoc fuit, quia de hæresi fuit accusatus.

Septimo, Innocen. III. in serm. consecrationis Romani Pontificis, hoc idem testatur.

Octauo, Eusebius Papa. 2.q.7.capit. Oues. Quod non liceat oues Pastorem iudicare.

Verum cui ista non sunt satis, addo Conciliorum determinationem. Nam in primo Concilio Romano, præsidente B. Siluest. sic fuit definitum. Nemo iudicabit primā sedem quoniam omnes à prima sede iustitiam desiderant temperari.

Secundo, Marcellinum nemo ausus est iudicare, qui Idolis sacrificauit, nec Synodus ausa est ferre sententiam, sed dixit. Prima sedes non iudicatur à quoque.

Tertio, Synodus Calcedo. damnauit Dio-

ſcorum, qui contra Leonem Papam excommunicationis ſententiam tulit.
Quarto, contra Symmachum noluit quiſpiam dare ſententiam, licet Rex Theodoricus inſtaret, tamen Synodus reſpondit, Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem, minorũ non ſubiacere iudicio.
Quinto, Synodus 8. Generalis Conſtantinopo. dicit. Non tamen audacter ſententiam dare, contra ſummos ſenioris Romæ Pontifices.
Sexto, in Concilio Conſtantien. fuit definitum, ac à Martino Quinto confirmatum, ꝙ Papa Canonice electus ſuppremam habet in Eccleſiaſtico poteſtatem. Hoc confirmat Bonifa. 8. in epiſtola decretali, quæ incipit. Vnam ſanctam. ait. Si deuiat terrena poteſtas iudicatur à ſpirituali, ſi deuiat ſpiritualis iudicatur minor à ſuperiori, ſi verò ſupprema, à ſolò Deo, non ab homine poteſt iudicari. Doctores ſcholaſtici hoc docent vno ore. D. Tho. 4. diſt. 19. Alb. Mag. Alex. de Ales. Bon. Petrus de Tarant. in 4 Riccor. Pet. de Palu. Her. Aug. de Ana. in proprio tract. Turr. Crem. lib. 2. capi. 93. Caiet. cap. 17. & 96. Alb. part. 1. nume. 196. Capiſt. de auth. Papæ, & Concil. argumento 19.

Obiectiones.

Multa ſunt contra hanc ueritatem ualidiſſima argumanta, quæ digna duximus in medium afferre, ut quiſque præ manibus habere poſſit, & more noſtro, paucis, iiſq; neceſſariis e plicabimus.
Primo, arguunt. Plus nocet Eccleſiæ odiũ Dei, quàm hæreſis, ut docet D. Tho. 2. 2. q. 34. arti. 2. Item, plus nocet, quod bona Eccleſiæ diſſipeutur.
Reſpondeo, quòd hæreſis eſt maior omnibus, nam mutat ſtatũ hominis, & de Chriſtiano & Eccleſiæ membro, reddit ac conſtituit Diaboli membrum, & liceat character remanet hoc nõ impedit. Si verò Papa eam hæreſim doceat magis nocet, ſi verò tacet eſt per accidẽs, quod rectè gubernet.
Secundo, non eſt in ſcriptura quod magis pro hæreſi iudicetur. Reſpondeo, quòd & hoc eſt contra eos, nam & neque eſt in ſacris literis ſtatutum, quòd pro aliis criminibus. Dico ſecundo, quòd de hæretico dicitur. Hæreticum hominem, poſt ſecundã, & tertiam correctionem de uita.
Tertio, Bonifacius, & alii exprimũt, quod pro hæreſi poteſt iudicari, ita alius alium caſum poterit adolere. Dicitur, quòd non eſt eadem ratio de hæreſi & aliis peccatis.
Quarto, Concilium poteſt iudicare pro hæreſi, ergo pro ſimonia quod eſt minus. Reſpondeo, quod conſequentia uera eſt cæteris paribus, modo cætera non ſunt paria, nam hæreſis mutat ſubiectum. Dico ſecundo, quod nec eſt uerũ quod poteſt unus poſſit alius, nam intellectus poteſt intelligere, non tamen odorare, & homo generare hominem, non tamen Leonem.
Quinto, gladium de manu furioſi debemus auferre, ergo & à Papa clauem. Dicitur, quòd aliud eſt auferre, aliud reſiſtere iniuſtè corrigẽti, & iudicãti, ac gubernãti, primum non poſſumus, ſed ſecundum.
Sexto, Papa tenetur ad purgandum ſe de infamia authore D. Hier. Dicitur quòd ad remouendum ſcandalum tenetur, non tamen, ut iudicio alieno ſubijciatur, ſic facit Damaſus coràm Epiſcopis & Greg. ex humilitate, 2. q. 7. Petrus.
Octauo, Papa poteſt renuntiare, ergo & & deponi. Dicitur, quòd non eſt eadem ratio, nec inuiata Eccleſia renũciare poteſt, de quo aliàs. Dico ſecundo. Quod Eccleſia eſt ſubdita Papæ, non Papa Eccleſiæ.
Nono, non prouidit Deus Eccleſiæ, ſi infirma nõ poteſt reſecare, nec reipublicæ, aut domui. Dicitur, ꝙ remedium, nõ prouidẽtiam humanam ſed ad orationes recurrendum, non enim diuina ſunt humanitus cõfudenda. Et ſi oratio, ut commune remedium eſt in reliquis neceſſaria, multo magis in hoc, non deponendus.
Decimo, in Concilio Conſtantienſi fuit depoſitus Ioannes 23. & Baſil. Eug. 4. & non pro hæreſi. Reſpondeo, quòd eo tempore, nullus erat certus Papa, quem nec Eccleſia, nec Concilium deponere poteſt. De Baſilienſi dicitur, quòd non fuit ab Eccleſia acceptatnm, ſed remanſit Pontifex.
Vndecimo, humanum iudicium aliquando aliter ſentit de Papa.
Dicitur, quòd non eſt noſtrum iudicare niſi in hæreſi.
Duodecimo, ſit Papa à ſaracenis detentus, nec reditus remaneat ſpes.
Reſpondeo, quòd nec Petrus in Carcere fuit depoſitus, ſed oratio fiebat ab Eccleſia. At ſi teſtes ſunt de morte, elegatur alius, ſi

rediret & falsum testarentur primus esset Papa non secundus.

Tertiodecimo, si statim post electionem morerentur Cardinales, nec superstes testis esset, de sua electione.

Respondeo, quòd tunc incertus esset, & ideò deponitur.

Quartodecimo, uiuentes Cardinales non faciunt fidem de electo. Dico, quòd tunc non est certus Papa.

Quintodecimo, Papæ infami non obediunt populi, ergo deponendus. Nego consequentiam, sed orare debet plebs.

Sextodecimo, si promittat iuramento cedere, ut Ioannes 23. debet stare promisis, alioquin deponi. Dicitur, quòd debet, non tamen potest cogi, quia nulla est authoritas supra eum. Et si periurium est scandali occasio, non refert, nam super Catredam Moysi sederunt. &c. Nulla ergo potestas supra Papam nullus casus, nisi pro hæreti.

Decimoseptimo, si peccauerit in te frater tuus, dic Ecclesiæ. At Papa frater est, ergo coràm Ecclesia accusandus.

Respondeo, quòd Dominus Petro dixit de fratre, alioquin superiorem, ac seniorē obseruare debemus, non increpare, nec idē iudicium de Papa, qui est Rex, & princeps cum aliis.

Decimooctauo D. Paulus Petro in faciem restitit. 2. Gal. Dicitur, quòd aliud est resistere, aliud se opponere, primū est etiā inferioris, secundum non nisi superioris.

Decimonono, legitur act. 11. Quod repræhenderunt Petrum, quare intrasti ad uiros preputium habentes, & manducasti cum illis. &c. Dicitur ex D. Greg. 2. q. 7. c. Petrus. Quod poterat officii authoritate respondere, sed ex humilitate sustinere uoluit, nec etiam uim habet consequentia.

Vigesimo, Concilium Constant. & Basil. diffinierunt. Concilium esse superiorem Papa. Hoc solutum est, supra uerbo Concilium.

Vigesimoprimo, B. Clem. epistola ad Iacobum fratrem Domini, dicit eum esse instructum à D. Petro. Tu tanquàm, qui non docueris, quæ ad salutem hominum pertinent, deponaris. Dicunt quidam eam epistolam nō esse authenticam, qui multo ante Iacobum mortuus est.

Dico secundo, quòd deponitur, si non docet quæ sunt fidei.

Dico tertio, quòd legendum est puniaris.

Vigesimosecundo, glosa. disti. 4. c. Si Papa. Quod Papa contumax potest deponi. Respondeo, quòd illa glosa deleri debet, & eadem authoritate contemnitur, qua probatur.

Vigesimotertio, si Rex fuerit in tyrannum conuersus, potest ciuitas sibi prouidere, ut docet D. Tho. lib. de regimine principum, ergo & Papa.

Respondeo, quòd non est idem iudicium, quia authoritas Papæ est à Deo immediatè.

Vigesimoquarto, si Papa iniustè aliquem damnaret, possumus resistere, & impedire, ergo & in aliis. Hoc est solutum ex superioribus, aliud est resistere, aliud eum iudicare.

Vigesimoquinto, Peccātem coràm omnibus argue. 1. ad Tim. 4. Dicitur, quòd ostēdere Papæ, quòd sit occasio ruinæ in Ecclesia, & obsecrare, ut patrem, ut se abstineat, congruum est, at non arguere, nec iudicare, quasi inferiorem. nec D. Pau. idem iudicium de omnibus peccantibus facit, nam inferiores arguere, superiores rogare debemus.

Vigesimosexto, multi Romani Pontifices sunt iudicati Ecclesiam scandalizātes. Rñdeo, quod nullus certus & indubitatus Pōtifex unq̄ sic est iudicatus. Nam de Marcellino legimus, suo proprio iudicio, cum noluisset Synodus condemnare, sed dixit. Tu ergo in sinu tuo causam collige tuam, tuo proprio ore te iudica, audiens hæc Marcellinus ait, Ob Idolatriæ scelus, quòd infelix commisi, me iudico deponendum. Felix etiam & si legatur depositus, & quia noluit fauere hæreticis fuit in exilium missus, & liberius hæreticus substitutus, immeritò ergo damnatus. Anastasius verò, ut dicitur distinct. 19. capit. Anastasius, fuit à Deo depositus, quia cum Photio, & Achatio communicauit. Multi alii referuntur, qui non fuerunt verè & Canonicè electi, sed uel simoniacè, uel tynarranicè, ut Sergius loco Christofori. Et Constātino, quem Stephanus de sede eicit. Et Benedictus Nonus, qui simoniacè fuit electus Canonicè, loco cuius fuit simoniacè positus Stephanus, tandem hic fuit depositus, & Benedictus restitutus.

De

De Ioanne 12. diuersimode scribunt, & quod cesserit, ac renūciauerit papatui quàm plurimi dicunt. Dæmon dico, quòd Imperatores, ut Otho inter alios, potius ui, quàm iure deposuit, & loco illius substituit, licet Ioannis uita esset ruinæ occasio totius ecclesiæ. Hæc ex Doctoribus nominatis.

22 *Papa potest se submittere pro quouis crimine sententiæ aliorum in foro exteriori.* SCAND.

Propositionē istā scādolosam iudico. Et rōnibus probo. Nā sicut Clericus nō pōt face re, ut aliquis eum suadente Diabolo percutiat, & non sit excommunicatus, sic ergo nec Papa poterit se submittere aliorum iudicio, à minori ad maius.

Secundo Non potest simplex Clericus iudicari nisi à suo Episcopo ex c. significasti, de foro competenti, ergo nec Papa.

Tertio implicat contradictionem, ut aliquis sit superior, & ab alio iudicetur, ergo implicat, quòd sit Papa, & discutiatur ab alio eius uita.

Quarto non potest Papa aliquid statuere, quòd eius minuat authoritatem, ergo nec quòd ab alio iudicetur.

Quinto Deus sibi reseruauit iudicium de moribus Romani Pontificis, vt dicitur. 24. q. 3. c. Aliorum. & c. facta.

Sexto Papa est Vicarius Christi, ergo non potest circa suam facultatem aliquid definire, quòd minuat, nisi à Deo fuerit ei reuelatum.

Septimo legitur 14. q. 3. c. Sola, sola Romana Ecclesia, sua authoritate de omnibus ualet iudicare, de ea verò nulli iudicare permittitur. D. Thom. 4. ubi supra, docet, quòd Papa, non potest alteri concedere facultatem, ut eū excomunicet. Alb. Mag. D. Buona. dicunt. Quia prælatus super omnes est, prælatio quæ attenditur quantum ad prælationem super homines in eum haberi non potest, nec ipse alteri dare saluo iure suæ dignitatis, ratione cuius potest dicere. Tibi soli peccaui, & ideò non potest alteri dare ptātem se excomunicandi. Hactenus ex illis, quibus subscribit. Tur. Cre. lib. 2. cap. 104. Cum ergo nemo agat in seipsum, nec Papa quauis de causa debet humano iudicio se subiicere, hoc etiam hyerarchiæ ordo suadet.

Obiectiones.

Qui hunc errorem defendunt, his rationibus probant.

Primo, Leo Papa Quartus, ut legitur. 2. q. 7. cap Nos, scribit Ludouico Imperatori. Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem, non seruauimus uestro, ac missorum uestrorum, uolumus emēdare iudicio. Et ibi glosa dicit, quòd hic Papa se submittit aliorum iudicio. Respondeo primo, quòd ly iudicio, sonat, non sententiā; sed discretionē, dico. Secundo, quòd non loquitur de his, quæ concernunt mores Pontificis, sed priuatas aliorum controuersias; dico. Tertio, quòd sicut Dominus, ex humilitate se submisit aliorum iudicio, sic Papa eadem de causa, non ergo de iure, sicut nec Christus.

Secundo, glosa. c. in Synodo, dicit, quòd Papa potest dare tantum Imperatori, ut deponat ipsum. Dicitur, quòd uel non recipienda. Vel piè exponenda.

Tertio, multi Romani Pontifices de obiectis criminibus, corām Concilio se purgarunt. Vt c. Mandastis. 2. q. 5.

Respondeo, quòd ex humilitate, & sponte hoc fecerunt, nec ut coram iudicibus fecerunt, sed quasi cum confratribus ad Ecclesiæ ædificationem, ut dixi proximo loco.

Quarto, Adrianus se, & totam Ecclesiam submisit Carolo Magno Imperatori. Dicitur, quòd non id fuit, ut ueluti iudici se subiiceret, sed ad hæreses extirpandas, ut auxilium sic ab Imperatore peteret. Non ergo cum tanto Romanæ Sedis discrimine, alterius iudicio Papa, iustè se potest submittere.

23 *Papa si fuerit criminosus, nullum habet Ecclesia remedium, ut eum ad salubriora excitet.* ERRON. Si Ecclesiæ præces tanti sunt roboris apud Deum, pro temporalibus consequendis, quanti erunt si fundat pro Romano Pontifice, ad Deum ergo reccurendum eo erit tempore. Nam cor Regis in manu Domini, & quocūque uoluerit uertet illud, hic Nabucdonosorem crudelem in tantam commutauit deuotionem. Alterum est remedium, si Papa imorigeratæ uitæ fuerit, ut benignè corrigatur, ac mansuetis uerbis totius Ecclesiæ scādalum ob oculos ponant, qui primas Sedes in Cardinalium collegio obtinent. Tertium esset, si non resipiscit, ut totum collegium, & Ecclesia ei resistat, prauam uitam exprobando, sic & Paulus Petro in faciem restitit. Quartum, ut si per simoniam fuerit electus,

ctus,non recipiantur ab aliquo collata per eum beneficia. Quintum, si hæc non prouocãt ipsum ad meliora uocetur tunc Generale Concilium,hoc usus est Ecclesia cõtra Marcellinum. Demum,si Deus nõ prouidet Ecclesiæ credẽdum est,quod sic peccata nostra exigant, & sic Dominus per Osæam. 13. dicit. Dabo uobis Regem in furore meo, nam propter peccata populi facit Deus regnare hominem hypocritã. Nec est malum tollerare, quòd Deus permittit, & tollerat, semper tamen Spiritus Sanctus est in Ecclesia. Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus & sicut permisit nauiculam fermè periclitari, nec passus est est eã naufragium facere, sic nec Ecclesiã fluctibus submergi patietur, contra quam portę inferi pręualere non possunt. Magis ergo est tollerandus Romanus Pontifex, quàm deponendus,& iudicandus, ut Anacletus dicit, in epistola ad omnes Episcopos,& sacerdotes.

24 *Papa potest ab Imperatore iudicari, & deponi.* HÆR. Multa in superioribus uerbo Imperator, contra recentiorum errorem diximus, in hoc loco summis labijs rem tango,& Imperatorum exemplo,ac gestis aduersarios conuinco uelint nolint. Videant ergo quid nam Christianissimi Cęsares aurea Ecclesiæ ętate, de Romanorum Pontificum potestate decreuerint. Constãtinus Augustus,in suo ędicto mirum in modum eorum authoritatem extollit, quem uniuersalem Episcopum nominat, ac omnium sacerdoutm principem. Valentinianus Augustus ad Theodosium Imperatorẽ Patrem scribens,sic loquitur. Dignitatem propriæ uenerationis. B. Petro Apostolo intemeratam seruemus, quatenus Romanæ urbis Episcopus, cui principatum Sacerdotij super omnes, antiquitas contulit, locum habeat,ac facultatem de fide, ac sacerdotibus iudicandi,hæc leguntur, in epistola præambulari synodæ Calced. Valentinianus,ac Martianus, in epistola ad Leonem eum inuitantes ad synodum Calced. aiunt. Tuam sanctitatem principatum in Episcopatu fidei possidentem iustum credimus alloquendum. Maximus Theodosio Episcopo Cesareę. Cyrill. Alex. lib. Thesaurorum. Chrysost. Hom. 55. in Matt. Hierony. Dam. Bern. ad Eugenium dicant iam diximus qui omnes in hac ueritate consentiunt, ne ad longiora ueniamus, hæc sint satis.

25 *Papa non est supra Imperatorem.* HAER. Hanc & in superioribus uerbo Imperator confutauimus. Tantum reuoco ad memoriam gesta Romanorum Pontificum, qui Reges, & Imperatores earum dignitatibus explicarunt, ac de sedibus eiecerũt. Zacharias Regem Francorum, nõ pro iniquitatibus eius, quàm pro eo, quòd tantæ dignitatis indignum iudicauit regno priuauit, & Pipinum Caroli Magni Patrem, in eius locum subrogauit,ut scribitur. 15. q. 6. c. Alius. Innocentius Papa contra Archadium Imperatorem excomunicationis sẽtentiam protulit, dist. 96. c. Duo. Stephanus Papa secundus, Imperium à Græcis ad Germanos transtulit. De elect. c. Venerabilem. Honorius Tertius Federicũ Imperatorem anathematizauit, & proceres eius à iuramento fidelitatis absoluit, quem postea Innocẽtius Quartus in Concilio Lugdun. ab Imperiali dignitate deiecit, ut legitur in 6. de re. iud. c. Ad Apostolicæ. His vetustiora addo, quòd Innocẽtius primus, ob iniustam Ioannis Chrysostomi expulsionem anathemate notauit Archadium Augustum. D. Ambr. huius Archadij patrẽ nomine Theodosium, non multò ante ab Ecclesia expulerat, ob innocentem quorũdam Christianorum sedem. Gelasius primus Anastasium Imperatorem, non rectè de religione sentientem, excomunicationis nexu obstrinxit. Adrianus primus Desiderium Longobardorum Regem, ad direptionem Romanę urbis properantem, ędicto Pontificio, in Insubriã reuerti coegit; accitoque Carolo Magno Francorum Rege, Longobardicum iugum ab Italiæ ceruice excussit. Gregorius Tertius Leonem Tertium Imperatorem, quòd omnes sacras imagines de tempo deleri iusserat, comunione fidelium interdixit. Leo Tertius, cum cernert Christianæ reipublicæ curã à Græcis Imperatoribus negligi, transtulit Romani Imperij iura à Constantino Irenes filio ad Carolum Magnum Francorum Regem, eique titulũ Augusti, ac Imperatoris insignia contulit. Leo octauus ex iustis de causis, ex francis ad Germanos Imperium transtulit, & Othonem Saxonum Ducem, primum ex Germania Imperatorem appellauit. Nec lõgè post Gregorius

gorius Quintus concessit Germanis principibus perpetuum ius eligendi principes Cęsares. Gregorius septimus Henricum Tertium Imperatorem, Apostolicę sedi rebellantem, sacris omnibus interdixit, & Imperio deposuit, nec illum ad pristinam dignitatem restituit, nisi ueniam erroris exorantem. Alexander Tertius Federicum Aenobardum Imperat. quòd Romanam Ecclesiam iniusto bello oppugnaret anathemate irretitum, & Imperatoria maiestate deiectum, nó prius ad Imperiam Maiestatem reuocari permisit, quàm ille supplex culpam sibi ignosci præcaretur. Prætereo breuitatis studio, Vrbanum Secundum, cuius edicto, uexillo, sacrum illud, ac memorabile bellum aduersus Saracenos confectum est. Omitto Gregorium Quartum, Leonem Quartũ, Nicolaum primũ Ioannem octauum, ac alios plerosque qui bellicis expeditionibus, Italiam, Siciliam, uariasque Hispaniæ oras à seruitute saracenorum eruptas in libertatẽ redegerunt. Taceo, ꝙ Carolus Quintus post tot dissidia cum Romano Pontifice, Bononiam vt à Clemente septimo Imperij Coronã obtineret, accessit, quam consuetudinem perpetuò obseruandam scimus. Nec refero quomodo Pius Quintus ęternæ memoriæ Pontifex, Cosmum Mediceum Florentiæ Ducem nouis titulis insigniuit, & uocauit Magnum Ethruriæ Ducẽ, ac Corona Regali decorauit ob insignẽ pietatẽ in Romanam Sedem. Hic Christianos principes Philippum Austriacum Hispaniæ Regem, Serenissimam, ac Christianissimam Rempublicam Venetam tanto fœdere sibi copulauit, ut non timuerit aduersus ualidissimas Turcharum uires expugnandas mittere, & insignem, ne dicam singularem illam uictoriam in sinu Lepanthi reportauit. Quid, quod Imperatores, Reges Respublicę, & quiuis Christianus Princeps Romam mittit legatos, ac nũcios ad Romanum Pastorem totius Ecclesiæ, & Romæ habitant. Hæc ergo certò certius authoritatem Pontificiam, ac Romanam supra Imperatorem demonstrant, quibus si addas superiora nihil est, quod huic loco desit.

26 *Papa non potest uerba sacræ scripturæ rectè interpretari.* HAER. Hoc inter alia tanquàm de fide principium opus est probare, quo alia stabiliatur. Quæ enim domus est, uel ciuitas bene disposita, cui nõ detur caput, à quo ea, quæ necessaria sunt declarari iuxta temporum exigentiam possint. Nam & Aristo. authore in quouis genere datur unum primum, quòd est mensura aliorum omnium.

Secundo, Moysi ac senioribus datum fuit, exod. 18. ut si quid dubii oriretur declarare possent. ergo & in Ecclesia erit successor Moysi, D. Ambr. supra illud, Luc. 15. dictum tantum Petro, due in altum, idest in profundum disputationum dicit. D. Hier. suæ fidei professionem Damaso approbandam, atque discutiendam reliquit.

Tertio, una debet esse fides, in Ecclesia id ipsum dicatis omnes ait D. Pau. primę Co. 1. ergo ad regulam Romani Pontificis sũt ea reuocanda.

Quarto, Innocentius Siluano seni, Valentino, & cęteris, qui in Milmitana synodo cõuenerant hoc scribit, ut habetur. 24. q. 1. c. Quotiens.

Quinto, Concilium octauum Generale actione quartà, refert uerba quæ scripsit Phocio Patriarchæ Monacho.

Sexto, Cornelius ad Petrum mittitur erudiendus. D. Pau. ad Petri magisterium uenit, & mãsit apud eum diebus multis. Hinc D. Marcus rogatus ab aliis, ut scriberet, quæ à D. Petro audiuit, scripsit Euãgeliũ. Erit ergo Pontifex tantæ authoritatis, quæ aliis doctoribus datur.

27 *Papæ decreta, ac leges non sunt recipiendæ.* Vuit: & Protestantes. HAER. Si legum cõditoribus, quorum prudentia uniuersus terrarum orbis regitur, tantum authoritatis tribuimus, quare non Romano Pontifici, cuius sanctiones diuino, ac humano Cõcilio roborantur, & firmissimis rationum basibus innixæ perdurant. Et hæretici ex hoc malo principio, in omnem hæresim prolabuntur. Videant isti, ne plus sapiant, quàm oporteat sapere. Proindè sanctissimi Damasus, & Leo, quorum alter secundum uniuersale Conciliũ, alter verò quartum Calced. Apostolica authoritate firmauit, omnia, inquiunt, decretalia prædecessorum nostrorum ita ab omnibus Episcopis & generaliter à cunctis sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis illa commiserit, ueniam sibi deinceps nouerit denegari. Agato Papa qui sextam Synodũ uniuer-

uniuersalem per Legatos suos instituit, & institutam sua authoritate firmauit, sic ait. omnes Apostolicæ Sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquàm ipsius Petri uoce firmatæ. Nicolaus Primus uniuersalis Concilij iudicio sanxit. Vt Anathema esset, qui cunque decreta Romani Pontificis contépsisset. Sanctus quoque Adrianus Papa, Reges anathematizauit, qui Sedis Apostolicæ decreta uiolare præsumpserint. His accedit, quòd in Concilio Constantiensi contra Vuicl. est definitum, & damnatur eius hæresis. Decretales epistolæ sunt Apocryphæ & seducunt à fide Christ. D. Aug. ut dicitur. distinct. 19. cap. In Canonicis scripturis, Videtur dicere, quòd inter Canonicas scripturas sint epistolæ Apostolicæ Sedis connumerandæ. At dicunt. Nemo potest iudex in causa propria, ergo nec Papa poterit statuere, quod sua decreta recipiantur.

Respondeo, quòd non est causa Pontificis, sed totius ecclesiæ. Hactenus Aymarus Archiepiscopus Remen. in lib. de Synodis. c. 3. Tur. Crem. lib. 2. c. 108. Et Albanus parte 3. num. 67.

28 *Papa errare potest in his, quæ ad fidem pertinent.* HÆR. Potissima heresis, quæ uniuersam infecit Ecclesiam hæc est, & ianua omnium hæresum, & basis Babiloniæ. Quæ ea maiori diligentia discutietur, ac confutabitur, qua maiorem inde reportent hæretici ruinam.

Primo ergo, demonstratur ex uerbis Domini. Rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et ité Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hoc Concilia omnia clamant, hoc Patres unanimi consensu definiunt. Imò semper in cótrouersiis semper ex quauis parte uniuersi ad Romanum cósilium, recurrût non Constantinopolim, aut alibi & quomodo pascere poterit, qûo Claues tenet? Adhuc si aliquod oriatur in Ecclesia de rebus fidei dissidium, quo confugiendum erit? non ad Concilium, nam non semper Ecclesia Concilium congregare potest. Romani ergo Pontificis erit lites omnes componere. Rursus, Papa est, qui iudicat, ac damnat hæreticos, ergo eius iudicio stare debemus. Demum hoc esse priuilegium Romanæ Sedis Concilia definiunt, & summorum Theologorum authoritas confirmat. D. Cypri. de simpl. prælat tract. tertio. Alienum esse ait prophanum esse, hostem esse, qui uniuersalis Ecclesiæ non tenet unitatem hoc est lumen unum, unde multi radii, radicem unam, unde multi rami, fontem unum, unde multi riui, petram unam supra quam Ecclesia ædificata est. idem lib. quarto epistola. 9. Qui Cathredam Petri, supra quam fundata est Ecclesia deserit, in Ecclesia se esse non confidat. Ambro. pro eodem penitus habet, Catholicum esse, & cum Romana Ecclesia conuenire. D. Hierony. de nomine hypostasis ad Damasum, prophanum esse & periturum, qui Petri Cathredæ, & Romanæ Sedis fidem non fuerit sequutus. Leo exortem Diuini mysterii eum esse affirmat, qui ausus fuerit à Petri soliditate recedere, & impiam præsumptioné, quæ petræ illius firmitatem Deo ædificante constructam nititur uiolare, ut habetur distinct. 19. capitu. Ita Dominus. Nicolaus definit hoc esse priuilegium Romanæ Sedis. 22. distinct. capit. Omnes, Quod confirmat Concilium octauum act. primo & 3. Vbi códemnati fuere Phocius, & Michael qui hoc inculcabant. Illud demum refero, quòd in Concilio Complutensi, damnatus fuit Petrus Oxomensis, qui asseruit Ecclesiam Romanam errare posse, quòd à Sixto Quarto fuit confirmatum, quo factum fuit, ut ille sententiam reuocaret in hanc formam. Consentio sanctæ matri Ecclesiæ Romanæ & Sedi Apostolicæ, & ore, ac corde confiteor illam me fidem tenere, quam Dominus Sixtus Papa authoritate Apostolica, & Euangelica tenet. Et omnes, qui contra hanc fidem uenerint, dignos æterna damnatione pronuncio, hucusque Concilio Compl. Martinus Quintus, in fine Concilii Constantien. Sacro (inquit) approbante Concilio mandamus Archiepiscopis. &c. Aliter sentit quàm Romana Ecclesia docet, & obseruat eos, tanquàm hæreticos iudicetis. Ex Concilio Florentino, ac Tridentino hoc idem colligitur, quæ omnia ad Romanam referunt Ecclesiam definiendam. Ecclesia Catholica uniuersa hoc docet, & Scholastici probant. Caiet. secunda, secundæ q. 1. art. 6.

Obiectiones.

Eorum argumenta saluamus, quibus aduersarii hanc ueritatem inficiantur. Arguunt primo. Ioannes 22. docuit. Iustorum animas ante diē iudicii, non uidere Deū, & qui hoc Parisiis non iurasset, non poterat Theologiæ insignia suscipere. Et tamē est hæreticum definitum à Benedicto, ergo errat Papa.

Respondeo, primo, quòd fuit eius sententiæ antequàm ad Pontificatum esset assumptus. Dico secundò, quòd ut homo particularis potest habere opinionem hæreticā, non tamen ut Ecclesiæ Pastor, ac definiendo. Imò, ut Benedictus dicit in sua extrauaganti, Non potuit Ioannes morte præuentus determinare ueritatem. Quod uerò aliqui dicunt, quod non errauit Ioannes, sicut nec Ireneus, Theophilactus, Chrysost. oratione 3. contra iudæos in principio qui hanc docuerūt sententiam, nec eo tempore erat damnata. Hoc meo quidem iudicio, falsum est dicere. Nam si Papa potest determinare aliquid, quod postea ab alio successore hæretico reputetur, nil certi est in nostra fide, stemus ergo primis responsionibus.

Secundo, Celestinus dicit, quod si alter cōiugum in hæresim labitur, dissoluitur matrimonium, ut dicitur de Diuor. c. Quāto, Quòd tamen est contra Euangelium.

Respondeo, quòd non loquitur definitiuè, sed opinatiuè. Vnde Innocentius Tertius ait. Licèt quidam prædecessores nostri aliter senserint, uel sensisse uideantur, sensisse dixit, non definisse.

Tertio, Alex. Tertius, de sponsa duorum. c. Licèt asserit aliquos suos prædecessores determinasse, quòd si post matrimonium cōtractum per uerba de præsenti, non consumatum tamen, aliud matrimonium consumetur, primum dirimitur secūdum est ualidum, quòd est error in fide, & moribus. Respondetur eadem responsione, nempe quòd Alex. accipit iudicasse, uel determinasse, pro sensisse.

Quarto, idem Alex. de test. def. ca. Cum esses, Dicit falsum est, quòd rescindantur testamenta, quæ non sunt quinque, uel septē testium definitione confirmata, & tamen lex irrita facit hæc testamenta.

Respondeo, quòd non est contra Euangelium, quòd plures testes requirantur, alioquim Leo Quartus, & Siluester in Synodo Rom. ca. 3. contra Euangelium edidisset, quòd non damnaretur Episcopus, nisi in 72. testibus probaretur, nec huius contrarium definit Alexan. sed quòd iurisperitis placet, ut in legatis pijs duo, uel tres solū testes à iudicibus exigantur.

Quinto, Innocentius primus, in epistola ad Ruffum, & Eusebium. ca. primo, uidetur dicere, quòd teneamur ad obseruantias ueteris legis dicens. Qui uiduas acceperunt ad summum sacerdotiū agnoscimus peruenisse, quòd contra legis esse præcepta, nemo est, qui ignorat, cum Moyses clamet uxorem Virginem ducat sacerdos. Ecce, ꝙ ex ui ueteris legis probat hoc. Et Innoc. Tertius. c. Per uenerabilem. ait. Qui filii sunt legitimi, cum quamdam legē Deuteronomii retulisset. ait. Quod ibi decernitur in nouo testamento debet obseruari. Huius contrariū docet Ecclesia, & in Flor. Conc. est definitum. Dicitur, quòd ea quæ sunt ueteris legis, non sunt obseruanda, ut eius sunt legis, sed quatenus ex Euangelica pendent ex noua Ecclesiæ institutione.

Sexto, Nicolaus ad consulta Bulgarorum, ut habetur de consi. dist. 4. c. A quodam Iudæo, ait. Quod non sunt rebaptizandi, qui in nomine Christi sunt baptizati. At Pelagius ad Gaudentium, & Zacharias, cū quo peritiores ècontra docent, nullum esse baptisma, si in nomine tantum Christi confeeratur. Dicitur, quòd Nicolaus non respondet huic quæstioni, quæ nec ei proposita fuerat, sed an baptizatus à Iudæo, uel pagano sit iterum baptizandus, & suam circa hoc aperuit opinionem. Dico secundo, quòd est intelligendus tempore necessitatis, sicut modo confertur ordo, licèt nō adsit liber, & Calix, qui tangitur, & balsamū, ut erat tempore Apostolorum.

Septimo, Nicolaus Tertius in extrauaganti. Exiit, qui seminat, de uerborum significatione ait. Abdicationē proprietatis omnium rerum tam in speciali quàm in communi Christum Dominum, & uerbo, & exemplo docuisse. At Ioannes 22. in extrauaganti. Cum inter nullos hoc esse erroneum decreuit.

Respondeo, ut tetigi supra, uerbo. Mendicitas. Quod non est hactenus de fide definitum, an Christus mendicauerit, licèt Alphon-

phonſus lib. 10. contra Oecolampadium, dicat eum mendicaſſe. In eadem domo manete manducantes, & bibentes, quæ apud eos ſunt Luc. 10. Et Theophilactus eo loci dicit authore D. Thom. in Catena aurea. Vide igitur, qualiter diſcipulos mēdicaſſe inſtituit, & pro prçcio, eos nutrimentum habere uoluit. Quæ Theophilacti uerba aliter tranſtulit Oecolamp. dicens. Vide igitur, quomodo diſcipulos ad inopiam inſtruat dicens. Cibum pro mercede habebitote. Et ex induſtria inquit Alphōſus uerbum mendicandi mutauit, quia mendicitatem uocat Eccleſiæ peſtem. De Religioſorum uerò mendicitate in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. damnatur articulus 24. Vuit. dicētis. Fratres tenentur per labores manuum, uictū acquirere, & non per mendicitatem. Huius articuli prima pars eſt ſcandaloſa, & præſumptuoſè aſſerta, pro quanto ſic generaliter, & indiſtinctè loquitur, & ſecunda eſt erronea, pro quanto aſſerit mendicitatem fratribus non licere. Hæc Synodus. Non eſt itaque damnanda mendicitas. Quod verò Ioannes dicit, loquitur exponendo Nicolaum. Nam Chriſtus dum aliquid habuit infirmorum perſonam induit. Et quod aliquid habuerit hæreticum eſt negare, nam teſtes eſt Luc. 22. & Ioan. 4. & 13. & de Apoſtolis legitur, quòd in communi retinuerunt. act. 4. Turr. Crem. pro conciliatione horum ſummorum pontificum plurimum inſudat. Et tandem dicit Chriſtum duas habuiſſe paupertates diuerſis temporibus. Vno enim tēpore Chriſtus, & Apoſtoli nihil retinuerūt nec in communi, nec in ſpeciali, ſed à mulieribus, quæ Chriſtum ſequebantur, accipiebant, Hoc ſuadet miraculum de multiplicatione panis, & piſcis, quando Andreę dictum fuit: Vnde ememus panes, & reſpōdet. Eſt puer unus hic. Dixit Dominus, unde ergo nihil habebat, & ſic loquitur Nicolaus. Alio verò tempore habuit in communi, & ſic docet Ioannes. de his uerbo, Religioſi.

Octauo, Si mulier fuerit infirma, nec poteſit reddere debitum, maritus alteram ducat, ut D. Grego. ait. At apud Gratianū hoc eſt contra Euangelium, ut dicitur. 32. q. 5. c. Dixit.

Reſpondeo, quòd loquitur de illis, quæ ante contractum matrimonium erant infirmæ. Vt de frigidis dicitur.

Nono, Gelaſius dicit contra Eut. & Neſt. Peracta conſecratione, remanet in altari ſubſtantia panis, & uini, & tamen hoc eſt hæreticum. Dicitur, quod liber ille non eſt Gelaſij. Nam & in ſeptimo Concilio productus eſt falſus liber Vigilij Romani Pontificis. Vel fortè loquitur, ut priuatus homo, non ut iudex Eccleſiæ.

Decimo, probant Romani Pontifices primatum Romanæ Sedis, ex illis uerbis. Tu es Petrus, quòd eſt ridiculum.

Reſpondeo, quod nō eſt ridiculoſum, imò neceſſarium illud deducere, ſicut Concilia ac patres unanimi conſenſu affirmant, & aliud. Hoc facite in meam commemorationem.

Vndecimo, Petri fides defecit, & fidelior factus (ait D. Amb. diſt. 50. c. Fidelior) fuit, Ergo & Papæ deficere poteſt. Dicitur, ꝙ nec Petri fides deficit, ut ſuo loco exponā.

Duodecimo, exprobauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, ergo defecit.

Reſpondeo, quòd eſt eo modo, quo ſupra diximus exponēdum. Dico ſecundo, quòd nec Petri fidem tangit, qui cito cucurrit ad monumentum, quomodo ergo non credididit. At D. Ambro. loquitur de fidelitate, qua, quis circa amicum habere debet, & pro confeſſione fidei, ſic Theophilactus, Amb. Chriſoſt. & Beda, exponunt.

Tertiodecimo, Trullana Synodus repræhendit conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ de ieiunio ſabbati. Dicitur, quòd nullam habet hæc Synodus authotitatem, de qua ſupra loquuti ſumus. Nec ſtatutum Concilij ualet, niſi fuerit à Papa confirmatum, & talia ſunt, quæ tunc decreta fuere.

Quartodecimo, quādo Dominus dixit Petro, illa uerba, non magis erat caput Antiochenæ quàm Romanæ, ergo.

Reſpondeo, quòd ſunt ad eum locum referenda, quo erat eius fides, & locus ultimo obtinendus. Et dato, quòd Petrus habuerit eam prærogatiuam quando fuit Antiochæ, tamen etiam Romæ cum inibi tranſtulit Sedem, ut Leo in ſerm. ſecundo ſuæ conſecrationis dicit.

Quintodecimo, Doctores exponentes ea uerba non interpretantur de Romana Eccleſia, quatenus contra alias diſtinguitur. Dicitur, quòd imò Doctores, Cyrill. Chryſoſt. Hiero. Leo, Bern. Tho. Alber. & alij dicunt,

sunt, quòd loquitur de Ecclesia Romana, quæ est caput, ac magistra aliorum.

Sextodecimo, Romana Ecclesia est pars, ergò, quòd de toto dicitur, nēpè nō posse errare, non est ad caput restringendum.

Respondeo, quòd id, quòd toti conuenit, potest præstantiori parti attribui, sicut, φ homo intelligit, dicimus, quòd intellectus intelligit. Dico secundo, quòd nunquàm dictum est de tota Ecclesia, quòd non possit errare seclusò eius capite Romano. &c.

Decimoseptimo, Quid intelligitur, quòd dicitur, Papa non potest errare, aut de solo Papa aut de alijs etiam clericis, aut cū Cardinalibus. Non primum, quia Papa potest habere malam fidem.

Respondeo, quòd loquimur de Papa solo, qui ut iudex Ecclesiæ non potest errare, licet ut priuatus homo possit.

Decimooctauo, Sit Papa hæreticus, tunc definitio eius erit hæretica. Dicitur, quòd eo casu, non poterit definire contra fidem, sed uel speciali auxilio illuminabitur, uel ad mortem deueniet Deo disponente, uel aliorum consilio non permittet Deus eum errare. sic de Anastasio dicitur, qui fuit Diuino nutu disponente percussus.

Decimonono, Decreta Anastasij, de quib. scribit Grannus. dis. 19. sunt contra fidem. Dicitur, quòd sententia Anastasij tueri potest, nempè quod precisi ab Ecclesia etiam uera Sacramenta cōferant, vt inferius manifestabo.

Vigesimo, Stephanus dānauit Formosum Papam, & ordinationes eius irritas esse decreuit. Ioannes Nonus confirmauit ordinationem, & in Synodo collecta Rauennę damnauit omnia, quę Stephanus decreuerat. Respondeo, quòd ea, de quibus ortum fuit dissidium non erāt de fide. Nam cum Formosus esset Cardinalis degradatusque fuisset usque ad habitum Laicalem, & iurasset, nec ad Episcopatum, nec Romam reuersurum. Stephanus Sextus credens, φ talis non potuisset reassumi ad Episcopatum condemnauit eum, & ordinationes eius, & sententias irritas esse. Successor verò Ioannes Nonus credens, quòd his non obstantibus esset uerus Papa, confirmauit ordinationes illius, & cōtra eum gesta Rauennę in Concilio reprobauit, quæ non ęrant de fide. Hęc Tur. Crem.

Vigemoprimo, Ioannes 22. uidetur reuocasse, quod Nicolaus ordinauerat, nempè quod Fratres Minores in rebus oblatis eis nihil iuris, & Dominii habent, & solū tantum denudatum ab omni iure, Dominio, atque proprietate, tàm in speciali quàm in communi.

Respondetur, quòd hoc non est fidei, & nō pertinet ad communes mores Ecclesię. Dico secūdo, quòd Nicolaus loquitur de immobilibus, Ioannes de mobilibus, quorū usus est simul cum re ipsa.

Vigesimosecundo, Sixtus Quartus in sua extrauaganti decreuit Celebrari festum Conceptionis, quod est contra omnes Doctores, ut supra diximus, qui exponunt ad sensum literalem uno ad omnes, qui uirili semine sunt concepti.

Respondetur, ad mentem Caiet. & Cani, quòd hoc non est de fide, & tunc potest Papa declarare, quę sint tenenda etiam contra Doctores, nec tenetur sequi eorum placitum. At Spineus, ac B. Paulinus Bernardinus, dicunt hoc esse de fide, & opinio, quòd Beata Virgo nō contraxerit originale peccatum est hæretica. Et Papa decreuit festū illud celebrandum, sed non prohibuit alterum.

Vigesimotertio, multi summi Pontifices Priuilegia Religiosis mendicantibus concesserunt. Quę tamē Tridentina Synodus reuocauit, & postea iterum Pius Quintus concessit, postremo Gregorius Tertiusdecimus reuocauit.

Respondeo, quòd hoc non est de fide. Et quilibet potest eas immunitates elargiri, & alius pro temporum oportunitate, uel alia de causa anullare. Nullus ergo remanet scrupulus, quòd Romanus Pontifex iudicando, & definiendo ut Pontifex possit errare. Et ex dictis omnis remouetur dubitatio.

29 *Papa est ne maior Ioanne Euangelista, siue quouis alio Apostolo?* Hoc errare fecit multos, & ualdissima fuit (ut audiui) inter nostros superioribus annis disputatio, dum quidam partem affirmatiuam hęreticam diiudicabant, alij verò uera esse tuebātur. Hoc loci referam, quòd sentio, & primo, ex Caiet. Qui in opus. authoritate Papę. c. 4. in fine, sic dicens Papa puta Linus, Cletus, aut Clemens erat respectu D. Ioannis, sicut excedens, & excessum. Nam erat superior,

perior, quia erat Apostolus. Erant æquales in potestate exequutiua regiminis Ecclesiæ. Erat Clemens excedens in authoritate regiminis, q2 successor ac Vicarius Petri. Erat Ioannes superior, quia poterat condere librum Canonicum. At minimè Clemens. Et item sententia Ioannis præualuit sententię D. Petri in rebus fidei, ac ad mores nostros. Hæc Caiet. Quod verò Papa sit maior Apostolo dicitur. distin.21. §.1. Et est in loco Petri, ac Paulo maior.2. q.7.puto.dist.21.in nouo. Et Papa est Vicarius IESV Christi, & non Paulus, extra de translat. quanto. & c. Inter corporalia. & extra. Vt Ecclesia benef. c. Vt nostrum. In administratione ergo Papa est maior, vt Capist. dicit de autho. Papæ, & Concil.pag.95.

30 *Papæ authoritas est nè maior, ac præferendæ authoritati Patrum sententię, vel è contra?*
Hoc quod est omnium difficillimum, in cuius explicatione viri nobilissimi insudarunt, vt soluamus, præmitto. Quod ea, de quibus est dissensio, aut ad fidem pertinent, aut non.

Secundo, aut sunt iam determinata esse de fide, aut noua de eis dubitatio oritur. Puta. An aliquis liber sit canonicus veniat in Ecclesia disceptatio, de quo nunquam aliqua in præcedenti fuit. Sic positis fundamentis.

Respondeo, ꝙ si altercatio non est de fide, tunc sententia Pontificis potior erit. Nam potest Papa tollere, quæ sunt statuta in anteactis Conciliis, vt in superioribus probatum est. ergo eius sententia etiam patribus est præstantior. Quia plus est decisa remouere, quā ne decidātur impedire, eo magis, ꝙ in Conciliis Pontificia inerat authoritas hic autem non. Imò verò, quæ nam habent Patres in dicendo authoritatem sine Pontifice? Quis doctoratus insignia donat, priuilegia, & immunitates, & ipsa Synodus nonne robur à Pontifice accipit? Et principaliter Conciliorum potestas in Papa consistit, d.17.c.Per totum, & Conciliorum decreta Pontifici attribuuntur. ca. Si quis dogmata, 25. q. secunda. Hoc probat quòd Archid. c.1. Porrò. dist.66. Quod Papa, potest immutare formas sacramentorum, etiam ab Apostolis traditam. Quæ Patribus non licent. Adhæc. Suppremi iudicis est omnia dirimere, atque componere, & omnia ipsi vni, ac soli seruantur.

Rursus, si Papa, vt Patres, ac Concilia definiunt errare non potest in his, quæ sunt fidei, ergo nec in aliis à maiori ad minus. Demum, quid aliud significat, quod patres omnes suas lucubrationes, aut inter neotericos D. Hieronym. & alij, & recentiores, Romano submittunt iudicio. Hoc est, quod dicebamus, nunquam oues contra Pastores, nec membra contra caput venire posse, nec milites contra Ducem. Eius ergo suppremi Pastoris adhæreamus sententiæ.

Si verò controuersia sit de his, quæ sunt fidei. Tunc, si Papa melioribus moueretur rationibus, eius sententia potior esset. Sic dicunt. Abb. Card. Alexandr. c. Anastasius, & Rosell. in tract. de Concil. At in casu dubio, patrum opinionem præferendam esse arbitratur Cardin. & Papam aliter sentiēdum veluti hæreticum condemnandum. Quę cōsistere non possunt. Nam fides vna est, ut admonet D. Pau. ad Eph. 4. Vel ergo ea, quæ sunt fidei patrum est munus definire, vel Romani Pontificis. si patrum, quō oportet vt ad hoc, ꝙ Concilium sit stabile à Papa confirmetur. & quomodo Papa erit suppremus iudex. Præterea, qui nam erit Palemon, ut iudicare possit, cuius nam rationes sint meliores Papæ, aut patrum.

Adhuc, Papa non potest, in dubio deponi, aut iudicari, sed tantum in hæresi manifesta. ergo nec si contra patres definiat.

Item. Soli Pontifici dictum est. Quodcunque ligaueris, & cuiuscunque decidendæ quæstionis fidei iurisdictio tradita est, & præsertim negocium fidei. ergo solus poterit.

Rursus quibus locis aduersarij probare possunt, quod patres sint in dubiis contra Pontificem amplioris authoritatis.

Nam de Papa certum est testimonium, & Conciliorum, ac patrum sententiæ, qui dixerunt, omnem dubitationem, ad eam sedem esse referendam.

Quando vnquam fuit angustata, ac restricta Pōtificis potestas, ut Doctorum debeat submitti definitione in dubiis, vt elicitur ex capit. Solitæ. de maiorit. & obedien. & in extrauaganti. Vnam sanctam, eo titulo, &c.

Baldus peritissimus conciuis in procem. Decretal. dicit. In Pontifice totum esse monarchiam spiritualem, & ipsius potestatem ab omni regula, quæ coarctet absolutam esse. His addo. Aut solus Pontifex potest iudicare quæ sunt fidei, aut non. Si negas, hoc pugnat cum omni decreto, etiã Patrum. Si affirmas, hoc est, quod quærimus, & dicimus. Imò verò dicunt aliqui, quòd Papa se voto astringere, vt credat, quę Concilium definit, nam amplissimam suam potestatem non potest restringere, nec alteri se obligare. Nam Pontificia potestas à Deo est, & authoritas ad quæstiónes fidei emergentes soluere. Demũ quando vnquam inferius agit in suum superius, modo potestas omnis est à Papa, ergo non potest contra ipsum. Præterea, si maior pars, vel minima, vel omnes simul præualent in dubiis contra Papam, quale erit in Ecclesia caput? & tunc essent æquales summo Pontifici, quòd est falsum. nam ille est maximus, aliorum princeps, & caput, vt est videre apud Doctores supra nominatos. & c. Solitæ. de maior. & obed. & cap. Si Petrus. 8. q. 1. errauit ergo Pan. ext. de electio. cap. Significasti. probans, quòd magis auctoritati Doctoris, quàm Papæ sit standum. Nam autoritas residet principaliter in Pontifice Romano. Caiet. 2. 2. q. 11. artic. 2. & in c. Cum Beatiss. 24. q. 1. Quare vocatur in sexto Concilio Constantinop. Act. 18. Pater patrum, summus Papa, & Apostolicæ summitatis Antistes. Et si quis non teneret Papam non omnibus præesse, est hæreticus, ut habetur dis. 22. capit. 1. in textu. D. Thom. 2. 2. q. 1. art. decimo.

Concludit, vt diuersitas opinionum tollatur, necesse esse, vt in quæstióne fidei, solus Pontifex maximus iudex sit supremus. Non ergo ei est æqualis omnium Doctorũ conuentus. Adhuc. Omnes Doctores, vel quisque eorum, vel in aliquo errauit, vel fuit dubius, varius, anceps in rebus fidei. At Romanorum Pontificum nullus, ergo huic acquiescendũ non illis. Pro hac veritate, quæ rationibus validissimis innititur, sunt authoritates aliæ. Est in primis glo. cap. Quodcunque. 24. quæstio prima. Quæ mouet hanc difficultatem, videlicet, quę nam sententia præferatur, totius ne Ecclesię, an Ecclesiæ Romanæ, & adductis pro vtraque parte argumentis, Pontificis sententiam esse præferendam citat. c. Hæc est fides, qui textus de solo Pontifice, & quæstione fidei loquitur. Archid. dist. 19. c. Anastasius, hac quæstione mota, & argumentis pro utraque parte factis decidit se quendam esse Glos. in dicto c. Quodcunque, quæ ad Pontificis fauorem sententiã postulat, est etiam glo. c. In istis. distinct. 4. Quæ ait in condendis statutis semper præferendum esse Pontificis sententiam Episcoporum sententiæ, nisi contra fidem loquatur. citat ca. Sunt quidam. 25. q. prima. Qui textus loquitur de pertinentibus ad fidem. Et ita Dom. de S. Gem. in dicto cap. in istis exponit. D. Aug. idem sentire arbitror ad Paulinum epistola 106. Cuius meminit Alciatus in episto. inter claras. C. de sum. Trin. Beatus Isid. (vt dicitur distin. 21. c. Cleros) dicit, quòd Pontifex est princeps sacerdotum, & ad eum pertinet, quid vnusquisque facere debeat, non ab alijs docendus est, quid circa fidem tenendum sit, vt Synodus Florentina declarauit, dicens. Papam omnium Christiánorum Doctorẽ existere. Accedit, quia principaliter pro fide Petri oratum fuit, & ei a Christo dictũ fuisse nouimus. Confirma fratres tuos. Luc. 22. Et sic Petri est alios confirmare, & non ipse ab alijs. Hæc ergo satis, quod propositum est, probant. Et error Panormit. refellitur. qui ext. de elect. cap. Significasti, dixit, quòd magis est standum autoritati Doctorum, quam Papæ in reb. fidei. Caiet. 2. 2. q. 11. 2.

Obiectiones.

Qui Pontificiam, ac supremam Romanæ vrbis non præferunt potestatem, his locis mouentur, ac suam stabiliunt sententiam [illegible]

Primo, Papa non potest aliquid definire, quod sit contra communem expositionem literalem sacræ scripturæ, quam Patres omnes vno ore confirmant, ac tradunt, quia illa est ipsissima fides, nec est verosimile omnes esse deceptos; ergo Papa non est maioris authoritatis, quàm sint Doctores omnes.

Respondeo, quòd illa expositio, quam Doctores communi consensu assignant est ab

ecclesia

ecclesia iam recepta, & tenetur Papa illi assentire, quia uiuens Pontifex potest in his obligare successores: & non est locus de ea amplius dubitandi: nos verò loquimur de his, quę hactenus non sunt definita, & dubia. Vel etiam dico, quòd expositio Doctorum ab ecclesia recipiatur pendet a Papa, & ille iudicat, quòd ille sit sensus litteralis.

Secundò, orbis consuetudo maior est vrbe: ergo illa erit recipienda, quæ à plurib. definitur ueritas.

Respondeo, quòd consequentia nulla est, nam populus maior est, quàm pauci prudentes, immo stultorum est infinitus numerus: & paucorum prudentia multorum stultitia præualet. Et Dominus pro Petro tantum rogauit. Vel ut diximus supra uera est de authoritate consuetudinis, quæ tantò est maior, quantò fuerit generalior, & à pluribus obseruatur, vt Caiet. in opusc. de Pote. Papæ, c. 19. docet.

Tertiò periculum est, fidem nostrã unius solius arbitrio relinquere, ergo non Papa præualet.

Dicitur quòd assumptum est falsum, nam vnus solus est totius Reipublicæ humanæ gubernator, entia nolunt malè disponi, vnus ergo princeps. Rex vnus est in Regno, & Dux in exercitu, pastor inter oues, qui tantæ fidei, ac potestatis erit maioris, quanto illa à Deo erit.

Quarto, Vbi maior est charitas ibi maior sapientia. ergo sanctis potius standum erit quàm impio Pontifici. Hoc argumentum Valdensium, ac aliorum est Achilles, & falsissimum est, nam impijssimi Caiphæ consilio stetit Synagoga tota.

Quinto, ad quid ergo concilia vocantur?

Respondeo, quòd in Concilijs non congregantur, quasi maiorem inde Papa authoritatem reportet, sed vt omnium sentẽtiæ discutiantur, & quisque, quòd lubet proferat, & aduersariorum rationibus satisfiat, & nemo conqueri possit, quod inaudita parte condemnetur, & inde simpliciores magis adducuntur de ea credenda.

Sexto, superfluæ sunt ergo tot Sanctorum dilucidationes, si Papa solus potest decernere.

Respondeo, quòd nedum superfluæ; sed hæreticæ sunt, nisi se, & sua oĩa summi iudicis terreni iudicio, ac sentẽtiæ se submittãt.

Dico secundo, quòd sunt iam ab Ecclesia, ut consona sacramenta fidei recepta, & inde ad alios deuenit radiorum sanctorum lumen, & aquæ sapientiæ salutaris vnda, & riuulus, irrigans totam Ecclesiam.

Septimo, qui maior est uestrum sit minister uester, dixit Dominus. Mar. nono. Ergo Papæ authoritas non erit maior.

Respondeo, quòd superioritatem non tollit Dominus de Ecclesia, sed tantum humilitatem coniungit. Vnde dixit. Vos vocatis me Magister, & Domine, & benedicitis, sũ etenim. Ioan. 13. & tamen singulorum discipulorum pedes lauit. Et dixit. Vos estis lux mundi, Sal terræ.

Octauo capiti tantum cõuenit, quòd sit supra alia membra. At Christus est caput, vt docet D. Pau. ad Ephes. 1. Vel ergo habebit Ecclesia duo capita.

Respondeo, quod non sunt duo capita, nã Christus, & Papa sunt vnus, & idem caput, sicut Episcopus, & eius Vicarius sunt vnũ Tribunal, & hoc dicitur in extrauag. Vnã Sanctam. de maior. & obed. Vnam Sanctã. Nec Papa meretur nomẽ capitis, nisi quatenus est Christi uisibile instrumentum, & eius vices gerit in terris. Hinc Cornelium Petrum adeundum esse præcepit, à quo necessarias traditiones accipere debuerat. Act. decimo.

Nono, Petro tradita est potestas nomine Ecclesiæ. ergo, ut dicit D. Aug. & habetur. 24. q. 1. c. Quodcunque. Huic respondent nostri, quòd toti Ecclesiæ tradita est potestas in habitu, in actu exercito Rom. Pontifici. Pasce oues meas. Hoc significare uoluit Oseas. c. 1. Congregabantur filij Iuda, & filij Israel, & ponent sibi caput unum. & 24. q. 1. c. Audiuimus. dum ait Petrũ pro omnibus, & præ omnib. potestatem accepisse, subiungens pro omnib. ad denotandam vnitatem, & præ omnib. ad denotandam prælationem. Vel dico, ꝙ Ecclesia in suo capite accepit.

Decimo, errat, qui contra Patrum sententias definit. Dicitur, ꝙ non errat Papa, nisi quando contra scripturam sacram apertè aliquid decernit. Nam sicut authores nominati dicunt, Papæ sententiam sequendam esse contra Patres, quando meliorib. rationib. mouetur. ergo non errat.

Vndecimo, Papa potest errare, ut dicitur. c. Nunc autem. dist. 21. at non ecclesia uniuersalis.

uersalis. C. a. recta. d. quæst. p. 24. Iam diximus supra, quòd Papa, vt Homo errare potest: quia omnis homo mendax, tamen sin. torie non erret, in dubio errare non censetur: vel locus ille intelligendus est de iudicio personali ipsius Pontificis, aliter quomodo adimpleatur: ego rogaui pro te Petre. Aliud ergo est loqui de opinione Papæ, aliud de sententia Papæ, & docet D. Tho. quodlib. 9. art. vlt. & Caiet. In dubiis ergo Papæ nō patrum definitionem sequi oportet.

31 *Papa non debet confirmare Concilia.* HAERET. Sicut Concilium sine capite non potest congregari, ita nec authoritatem habet sine eo. Nam quis uidit congregatas oues sine pastore? Papa, etiam præest ecclesiæ. Vel si ad alios pertinet, facilè oriri schisma contingit. Idque etiam probatur e primo Machab. cap. 4. Vbi Simoni summo Sacerdoti fuit tributum, conuentus sine ipso fieri non posse. Hoc in Niceno Concilio fuisse statutum multi Patres sanctissimi dixerunt.

Iulius primus, qui paulò post illam Synodum fuit ad Pontificatum euectus, epistola prima, & secunda ad Episcopos Orientales.

Athanasius ad omnes Episcopos Aegypti, Thebaici, & Lybici, in Alexandrina Synodo congregatis, sic ad Felicem Secundum scribunt. Hoc ipsum Galla Theodosii Augusti mater in Epistola ad filium confirmauit, dicens.

Legatos Romani Pontificis secundum Niceni Concilii definitionem solitos esse Cōciliis præsidere.

Nec miretur quispiam, quod inter illius Synodi constitutiones non reperitur, nam quamplurima sunt ab hæreticis deleta, ac detruncata, ut Felix Secundus in eius decretis restatur, & habetur in epistola Concil. Sardic.

Adhæc confirmanda est decretum Concilii Calcedo. act. 10. vbi scriptum est. Cecropio proponente ab omnibus patribus acclamatum esse, illud appellari Concilium iure non posse, quòd non esset Apostolica authoritate firmatum.

Legimus etiam Synodum quoque contra Symmachum Papa iussu Theodorici coactam decreuisse ad ipsum Papam, quamuis accusatum pertinere Synodum illam cogere, ne alioqui irrita foret.

Marcellus primus, Epistola secunda ad Damasum, & ad tria Concilia Aphricæ, ac Iulius primus dicunt ab Apostolicis, ac eorum successoribus traditum fuisse, Concilia non debere absque Romani Pontificis sententia celebrari. Et numquam sine capite aliquid fixum potest statui.

Pelagius Secundus, quæ acta sunt in Concilio Neapolitano, irri a esse dicit, ut appa ret in eius epistola decretali.

Damasus epistola quinta eadem ratione constituit Concilium Ariminense nihil prorsus statuere potuisse.

Hinc & Synodus Antiochiæ collecta ab Arrianis fuit nullius momenti, quia absq; Romani Pontificis authoritate conuenerant, ut Authores Græci lib. 4. hist. tripart. dicunt.

Stephanus etiam, cuius festum Greci 24. die Septembris venerantur, damnat Concilium congregatum de abrogandis imaginibus, quod sine eius authoritate fuit cō gregatum.

Quid? quod patres Niceni Concilii definierunt authoritate Syluestri petierunt confirmari sua decreta, in quo fuit Osius Episcopus Corduben. & Vincentius, & Victor uices gerentes Romani Pontificis, vt legitur in præfatione ad Concilium Sardicense, in quo plurimum honoris Romano Pontifici delatum est, ut apparet ex 4. & 7. cap.

Quod verò in Constantinopolitano nulla fiat mentio Romani Pontificis, tamen hoc fuit ab ipsis Græcis Romanæ sedis hostibus abrasum; immo & Romano Pontifici primas dat sedes Concilium illud.

In Concilio Ephesino primo, nouimus Cyrillum Alexandrinum vice Papæ Celestini præsidisse.

Calcedonensis gesta suadent non esse sine consilio Leonis coacta, nam multum deferunt ei. Et Valentinus, ac Marcianus in epistola ad Leonem rogant, ut magna Synodus Calcedo. ipso authore colligeretur, & hoc testatur Leo episto. 45. ad Synodum illam scribens.

Sic ergo Romani Pontificis debet Synodus authoritate firmari: De hoc verbo Concilium.

32 Ad

32 *Ad Papam non pertinet sacram scripturam declarare, ac dubia remouere, & soluere.* HAERET. Huius heresis confutatio ex proxima pendet veritate, & inde conuincitur.

33 *Papa approbare non potest, aut reprobare opuscula, vel opera Doctorum quæ ad fidem pertinent.* HÆR. Qua, nam alia eget confutatione hoc dictum? Nam si Concilia etiam generalia confirmare, vel damnare Romanus Pontifex potest, multò magis opera, vel scripta Doctorum. Quid, quod sententia Papæ præualet omnibus illis? Hoc expresse dicit Nicolaus. dist. 19. cap. Si Romanorum. Si Romanorum Pontificũ decreto opuscula cæterorum approbantur, vel reprobantur, ita quòd verè Sedes Apostolica approbauit, hodie tenetur acceptum, & quod repulit hactenus inefficax habeatur. Vbi gl. Argumentum, quòd approbat, vel reprobat, & nos approbare, vel reprobare debemus. 24. q. 1. Hæc est fides. & 39. quæs. 9. verum. Demum, si sacra scriptura eget iudicio Ecclesiæ, ut supra diximus, & efficacius demonstrabitur, quomodo Doctorum dicta non egent approbatione. Hoc videntes Doctores etiam excellentissimi nominis omnia à se ædita, iudicio Romani Pontificis relinquunt.

34 *Papa tenetur amplecti maiorem partem Concilij.* HAER. Ex principijs præmissis sequitur, quòd hoc pronũciatum nedum sit erroneum, verum & hæreticum. Nam pauci sunt sapientes, at stultorum multus numerus, non ergo multitudinis cogitur Pontifex subscribere definitioni. Rursus quadringenti Prophetæ Acab mẽtiti sunt, ex ore verò Micheæ solius & contemptibilis veritas est manifestata, ut legitur 3. Regum 22. In Synagogæ Concilio vnius Cayphæ iniqui præualuit sententia. Non sunt igitur Diuina iudicia humanis traditionibus moderanda, & Dominus in paucis sæpius, quàm in multis suam exarat virtutem, sapientiam, & gratiam.

Rursus maior pars Concilij secundi Ephesini Dioscori adhæsit, nec tamen legati piurium sententiæ subscripserunt. Hoc Domini verba ad Petrum suadent. Nam dixit, Rogaui pro te, ne deficiat fides tua, & tu non unum, vel alterum, sed siue paucos, siuè multos confirma fratres tuos. Damasus etiam vnum Vincentium, & alios paucos opposuit maximę multitudini in Concilio Ariminensi, ut apparet in eius Epistola ad Episcopos, per Illiricum constitutos. Demum hoc idem scribit Leo ad Anatholium epistola 51. Quod siue per plures, siue per pauciores Ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus autoritate sit vanum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum.

Hæc Leo. Non ergo numero conuincendi sunt hæretici, nec fidei decreta expendẽda, sed meritô.

35 *Papa aliquando determinauit contra saniorem partem Concilij.* HAER. Quoniam verum vero consonat, hinc sequitur quod Papa contra veritatem expositam à Patribus in Concilio, non possit determinare. Imò nec vnquam contra ea, quæ fidei sunt, aliquo modo legitur decreuisse. Et hoc ex dictis verbo, Concilium confirmatur.

36 *Papa quauis parte proposita de fide, vel quæstione, statim dignoscere poterit sine aliquæ discussione, & disquisitione.* Hoc dictum verum esse poterit, & falsum: nam tanta poterit esse Ecclesię necessitas, ut statim (posito casu) respondere opus sit, & tunc quoniam Deus non deficit in necessarijs, imò omnibus pręsto est, suo lumine, quid decernendum sit, summo Pastori palàm faciet, ac manifestum, & rursus, cum semper assistat Spiritus sanctus ad Ecclesiæ vtilitatem, concludere debemus, quod necessitate urgente, veritatem determinabit Romanus Pontifex.

Falsum erit hoc dictum, quoniam, nõ dormientibus, & oscitantibus adest Spiritus sanctus, vnde Apostolis congregatis, non statim reuelatum est qui de fide sentiendum esset, sed facta fuit maxima disquisitio, Act. decimoquinto.

Diuus Paulus diebus quindecim cum Petro mansit, ut instrueretur, quo cognoscimus non solum Pauli studium, sed Petri diligentiam.

Adhibeat ergo Romanus Pontifex prius consilium, & utranque partem expendat, ac precibus ad Deum fusis postea, quę sit veritas diiudicabitur.

Præstet itaque, quod in se est, cum de fide pronunciat, & tempus adest.

37 *Papa non potest diffinire qui liber sit Canonicus.* HAER. Contra hoc est Ecclesiæ totius decretum, & Nicolai, d.19. c.Si Romanorum. Et Innoc.c.Maiores de Baptismo. Demum, quæ de fide pronunciat, vera sunt, nec potest errare. Reliqua inferius, verbo, Scriptura.

38 *Papa potest ad libitum determinare contra Sanctorum doctrinam, in his, quæ manifestè sunt fidei statuta.* HAER. Sicut dubia omnia, quæ sunt fidei exponere, ac declarare potest, quicquid è contra Sancti definiant. Sic in his, quæ recepta sunt, ut de fide, statuere non potest, imo tunc Papa esset hæreticus. Nam tenetur credere, ac seruare ea, quæ tanquam materiam fidei proponunt sancti patres, & prædecessores Romani Pontifices decreuerunt, sic enim successores potest Papa obligare, vt suo loco confirmabo inferius.

De temporali dominio Papæ.

39 *Papa iure Papatus est totius orbis dominus.* ERRON. Si esset Papa totius orbis, rerumque omnium temporalium Dominus, quorsum duo gladij in Ecclesia Imperij, ac Episcopi.

Secundo, si Dominus interdixit Apostolis. Luc. 22. Principes gentium dominantur eorum, vos autem non sic. ergo nec Pontifici conuenit hoc dominium.

Tertio, Petro nunquam fuit iure Episcopatus concessum orbis imperium, ergo nec Papæ eius Vicario.

Quarto, si Papa iure Papatus est Dominus omnium. ergo alij principes iniustè, & tyrannicè occupant, quod est hæreticum.

Quinto, si Papa est Dominus totius orbis. ergo alios potest compellere, vt reb. temporalibus renuncient, ac ei restituant.

Sexto, si Papa est dominus: ergo potest imperia, & regna donare cui voluerit.

Septimo, spiritualis potestas est data Petro, temporalis verò fuit multò antea. ergo non Papæ collata est.

Octauo, Constantinus donauit Ecclesiæ Occidentale, ac Italiæ Imperium, vt dicitur dist.96. c.Constantinus. & 12.q.1.capit. Futuram. Et quidam decipiuntur, dum vocant restitutionem, non donationem. Nam si restituit. ergo Imperatores, Reges & Respublicæ, quæ non restituunt damnatur, si verum est, quod dicunt, nempè illa fuisse restitutionem, quia Papa, vt Christi Vicarius est totius Dominus, & hoc Albano erat impugnandum. D.Bern. in hanc venit sententiam. lib.2. de consid. ad Eugenium. Exi in agrum, ager mundus est, tibi creditus est, exi in illum, non sicut Dominus, sed tanquam villicus videre, & probare, vnde exigẽdus es reddere rationem. D.Th.2.2.q.100.1.septimũ. dicit Papa non est Dominus, sed dispensator. & q̃uis bona & res Ecclesiæ sint Papæ, vt principalis dispensatoris, non tamen sunt eius, vt Domini, ac possessoris. Caie. ibi. Turrecrem. lib.2. cap.113. Conueniunt in hoc. Quod ergo est interdictum Apostolis, nempè Monarchia temporalium, etiam Papæ, nec sibi vsurpare potest iure Papatus rerum Dominium. Sixt. lib.6. annot.72. Ex quibus deducitur primo, quod falsum sit. &c.

40 *Papa est Dominus rerum temporalium, sicut Imperator, & Rex.* ERRON. Hoc conuincitur falsum ex testimonio Nicolai. distinct.96. c.Cum ad verum. & dist.10. cap. Quoniam.

41 *Papa sic est Dominus rerum temporalium, quod ab eo pendent veluti spiritualia.* ERRON. Ex dicto dist.22. cap. Omnes. confutatur. & dist.19. cap. Ita dominus. Et Imperium est à Deo, & si fuerit Catholicus non debet priuari, nec à Papa quo ad temporalia si iustè administret, dependet. dist. 96. cap. Si Imperator, & est dictum Ioannis Papæ, quod roboratur ex Innocentio, cap. Quæsitũ. 21.q.4. Adhuc, Deus fecit duo luminaria magna.

Ratione confirmatur. Prius non dependet à posteriori. At prius fuit Imperium Pontificia dignitate. ergo ab ea non dependet.

42 *Papa sic habet potestatem in temporalib. quod regulariter de feudis eorum, ac possessionibus iudicare potest.* ERRON. Autore Innocentio, non debet Papa de se huiusmodi iudicare. Nam dicit ext. de iud. capitulo Nouit. Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum Regem spectat iudicium, nisi fortè iure communi per speciale priuilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum. & Alexander Tertius, capit. Causam. ext. qui fil. sint legitimi.

D.Ber.

D.Bern. ad Eugen. confirmat. In criminibus, non in possessionibus potestas uestra, propter illa siquidem has accipistis claues Regni Cœlorum. & inferius. Habent hæc infima terrena iudices suos Reges, & principes terræ.

Demum, ad quid duplex potestas nempè Pontificia, atque Imperatoria. Nisi ergo sit de fide periculum, vel pro fide non mittit Papa falcem in eam.

43 *Papa tantam habet rerum temporalium potestatem, quòd ád ipsum Principes tenentur appellare.* ERRON. Hæc propositio impugnatur authoritate Alexand. Papæ. cap. Si duobus. extra de appell. & ex approbata Ecclesiæ consuetudine, quæ eos in sua libertate relinquit, nec necessariò sunt omnia ad Papam referenda, nisi subsit fidei iactura.

44 *Papa adeò est dominus rerum temporalium, quod ad libitum potest ea cui vu t donare.* ERRON. Si rem exactè contemplemur, & primum rerum temporalium donum, ac cui fuerint illa donata requiremus, fatebimur, quòd non Papæ, sed toti Ecclesiasticæ communitati sunt elargita, atque ideò non est eius dominus, neque ad libitum potest dispensare. Et 12. q6.1. cap. Episcopus ex Concilio Niceno habetur. Episcopus Ecclesiasticarum rerum habet potestatem ad disponendum erga omnes, qui indigent cum summa reuerentia, ac timore Dei. Potest ad vsum pauperum dispensare, vel pro Ecclesiæ defensione, ac demum ad dignitatem suæ personæ, Cōuenit D.Thom. ac alij loco superiore.

45 *Papa ita habet rerum temporalium dominiū, sicut Spiritualium.* ERRON. Ex dictis conuincitur hic error, namque duo posuit Deus in Ecclesia, & spiritualium, at temporalium administratores, ut suo quisque munere fungatur.

46 *Papa nullum habet Dominium rerum temporalium.* HAER. Hec ex diametro cum superioribus pugnat, quæ tamen falsissima est. Nam iustè multa possidet, & Ecclesia veneratur summos Pontifices, & sunt Cathalogo Sanctorum adscripti, qui tamen res temporales receperunt.

Secubdo, in toto orbe, oportet, vt sit vnum primum, ad quòd omnia ordinentur, & cuius sit omnia administrare, ac regere, ergo erit Papa, nam neminem illi superiorem vnquam cognouit Ecclesia, nec Imperatores.

Tertio, Papa potest delinquentes corrigere, & si à fide apostatauerint priuare, vt dicitur 19.q.6. cap. Alius. Hoc exemplis superioribus roboratur.

Quarto, Papa potest illos excommunicare, & absoluere à seruitute.

47 *Papa non habet vtrunque gladium.* HAE. Hoc Doctores vno ore tuentur, ac probāt, inter quos D.Thom. 2. Hoc D. Bernard. ad Eugen. ante dixerat, exponendo ea verba. Ioan. 18. Conuerte gladium tuum in vaginam, & adducit illud, Ecce duo gladii hic.

48 *Papa Diuino iure nullo modo habet temporalem iurisdictionem.* TEMER. Potestas profectò Romani Pontificis omnis à Diuino iure aliquo modo pendet. Sic & quoniam omnes priuare potest rebelles, & dū nostra occupant, quod totum à Diuino iure dimanat.

49 *Papa sua authoritate non potest legitimare.* ERRON. Non nisi temerarius negabit tantam Pontificis authoritatem, & affirmabit sibi vsurpasse legitimationem filiorum. Hanc legitimationem legimus extra, qui filii sint legitimi, capitu. Per venerabilem. & in quauis religione ad sacros ordines promouentur, atque ad prælaturam ex Pontificis facultate, ac dispensatione.

50 *Papa vacante Imperio non potest alium eligere Imperatorem.* HAER. Tota Ecclesiæ hyerarchia perit, si hoc affirmamus, & tot Imperatores tyranni fuissent, quod nemo hactenus docuit. Probatur ex cap. Licèt. de foro compet. & in Clem. ext. de re iud. pastoralis.

51 *Papa non potest auferre dominium, quod habent infideles supra fideles.* ERRON. Peritiores omnes affirmant, quòd licèt Dominium sit iuris humani, tamen fideles ab infidelibus Diuino iure distinguuntur, & nō merentur infideles nobis præesse.

Hæc D.Th. 2.2. quæstione decima, articu. decimo.

52 *Papa non potest Iudæos punire.* ERRON. Exemplis receptissimis demonstratur, quod si quando Iudæi, aliquid contra fidem docent, vel quæ nostræ sunt fidei perturbant, quod Papa eos punire poterit, si

est uidere; extra de Iudæis. cap. postulasti. & ex cap. sæpe. 28. quæst. prima. ex Concil. Toletano.

53 *Papa non potest Tyrannos, uel bona ecclesiæ possidentes punire, ac expoliare.* ERRON. Ex prædictis confutatur etiam hic error, nam punire potest agentes contra legem naturæ, sicut & alios: & sua redimere licitè quisque potest. lege in Clem. de Iudęis, & Saracenis. c. unico.

54 *Papa potest Paganos Dominio, vi, & armis expoliare, etiā quod nulla adsit causa.* SCANDA. Nostra fides non armis, ui, aut metu est propagata, sed signis, ac uirtutibus, ieiunio, & castitate, & nudi, ac discalciati orbem vniuersum peragrarunt ecclesiæ fundatores. Sic nec Romanus Pontifex debet Dominio priuare, ac honesta libertate, sed hortari, & uiros probos, qui uerbo, & exemplo ueritatem explicent ad eos mittere. Dominium nāque & libertas est naturale beneficium, vt cum Aristo. 1. Polit. alii docent.

55 *Papa potest Paganos vi ad fidem compellere.* HAERE. Neminem tantæ inscitiæ esse arbitror, qui dicat homines ad fidem esse compellendos. Hoc enim pugnat cum tota sacri Euangelii historia, ac nostræ fidei principiis, ut numero suprapositio fuit explicatum. Et Dominus Apostolis præcepit dicens. Ite in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, scuto fidei, galea salutis, & Christi armis induti, omnia subuerterunt, uicerūt, & ad ueram uitam reuocarunt.

56 *Papa, supra schismaticos nullam habet authoritatem.* HAER. Quod de hæreticis in præcedentibus probatum est, hoc & multò fortius de schismaticis affirmamus. De quo Sil. §. 9.

Obiectiones.

Tot ac tanta, quæ de temporalium rerum facultate Romani Pontificis diximus, multis modis ab aduersariis impugnantur. Primò. Claues regni cœlorum, quæ datæ sunt Petro, non connotant rerum temporalium potestatem: ergo Papa non habet.

Respondeo, quòd in collatione principalis accessorium intelligitur, & ea quæ comitantur.

Secundo, Christus Dominus noluit tanquam Rex adorari.

Respondeo ex D. Thom. eo loci, ut iam diximus supra, quòd noluit tanquam Rex adorari, quia nolebat humanum testimonium, & eius dignitati derogasset, si Rex ab hominibus adorandus esset, qui semper fuit omnium Dominus. Tertio, quia instruit humanam dignitatem detestari.

Tertio, Dominus dixit ei, qui dixerat ei. Magister dic fratri meo, ut diuidat mecū hereditatem, Cui Christus sic respondit. Homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem super uos? Luc. 12. Dicitur, ꝙ hoc non excludit potestatem quam tunc exercere noluit propter duo, primo quia dedignabatur habere in re tam parua. secundo, ut ostenderet, quòd ex lege naturę omnia sunt communia, & diuisio est diaboli inuentum, Deus verò non est diuisionis, ut docet D. Pau. 1. Cor. 19.

Quarto, Regnum meum non est de hoc mundo. Respondeo, quòd ex hac autoritate non habetur, ꝙ non sit Rex, imo oppositum. Tu dicis. Dico secundo, ꝙ non dicit Regnum meum non est in hoc mūdo, sed de hoc mundo electione, s. mundana, aut succesione in Regno, venerat enim vt nos redimeret. At completo redemptionis mysterio sui Regni administrationem Petro contulit, & hanc potestatem exercuit in Ananiam, & Zaphiram, Act. 5. de quo infra.

Quinto, Duæ species diuersæ non possunt esse in eodem. ergo nec temporalis, nec spiritualis potestas.

Respondetur, quòd falsum assumit, nam in Christo Domino utrunque fuit, nec ista duo sunt ex natura distinctæ, imò apud Aegyptios sacerdotes erant Reges. Et Melchisedech fuit Rex, & Sacerdos.

Sexto, officia debent esse distincta. ergo ista duo etiam. Dicitur, quòd vnus Christi Vicarius potest ista duo exerceri, & qđ inferiores possunt distinctè, superior vnitè potest.

Septimo, reddite, quæ sunt Cæsaris Cęsari. Matth. vigesimosecundo. Ergo distincta sunt.

Respondeo, quod non erat Domini mens distinctas assignare iurisdictiones, sed quęsito respondere, nempè, quod tributum soluendum erat.

Octauo, nemo militans Deo implicat se negocijs secularib. ad Tit. 2.

Dicitur,

Dicitur, quòd uetat ne Clericus cupiditatis, aut negotii causâ implicet se negotiis secularibus, Charitatis gratia licèt, ut D. Tho.docet.2.2.q.7.ar.2. Ad correctionem ergo,& uitiorum extirpationem licet.

Nono, iudex Laicus, non iudicat Ecclesiastica, ergo nec Ecclesiasticus temporalia. Dicitur, quòd nulla est consequentia, nam Laicus non est capax Ecclesiasticæ potestatis, nec inferior potest, quæ superior.

Decimo, Si uis pfectus esse u de, uēde oīa, q̄ habes. Mat.19. Ergo repugnat pfectioni. Respondeo, quòd actualis renunciatio nō est necessaria ad perfectionem, sed secundum animi preparationem ut docet D. Thom.2.2.q.184.7.& multi fuere diuites sancti. Et Dominus utranq; ptātē habuit.

Vndecimo, ergo superflui sunt Imperatores,& Reges. Dicitur, quòd consequentia nulla est, nam Papa iure papatus non habet hoc dominium, sed inquibusdam casibus, ideò utrunque est necessarium. Remanet itaque in Pontifice utraque authoritas,& in ipso est principaliter inquit Caie. Iurispontificii uerò possessores non mittant falcem in messem alienam, nam tractant fabrilia fabri.

57 *Papa non potest aliquem cogere, ut Episcopatum suscipiat.* ERRON. Sublata hac potestate ab Ecclesia, perit ordo uniuersus hyerarchiæ. Rursus, quomodo poterit Ecclesiæ commodis, ac utilitatibus consulere. Demum, quare oues Pastoris uocem sequi non debent. Vltimo, Deus Ecclesię suę non satis prouidit, si pro rerum, ac temporum oportunitate non adest, qui gubernet. D.Tho.4.dist 28.in fine.

58 *Papa non potest uti Claue potestatis, in quemlibet de Ecclesia.* HAER. D. Dyon. autore, cap.5.Hyer.eccl. Pontificum ordo primus quidem & secundum deriuati ordinationem subtilissimus, ac nouissimus, etenim in perficitur, & impletur omnis hyerarchia dispositio. De hoc D.Pet.2.ca. primæ suæ epistolæ. Conuersi estis ad Pastorem, & Episcopum, & Pastorem animarum uestrarum. Et hoc de Romano Pontifice uerum est. Nam Cyrillo autore, omnes Diuino iure, caput inclinant, & tanquàm ipsi Domino Iesu obediunt. Hoc Chrysost. alio loco sup, pasce oues meas. idest loco mei præpositus, & caput esto fratrum. Hoc D. Tho. contra Impug. religionem.

59 *Papa non potest committere alicui, ut excommunicet.* HAER. Non est credendum, quòd Romani Pontifices,& sancti abuterētur hac potestate, quam in Ecclesia uidemus,& experimur, nēpè, quòd Papa hanc iurisdictionem aliis communicat. Hoc gladio utuntur Inquisitores, & Prælati in subditos, si quando opus fuerit.

60 *Papa, non potest committere alicui, sine Parochi autharitate, ut audiat confessiones. Ioannes de Polliaco.* HAER. Si supremam in omnes habet summus Pontifex potestatem, ut sæpius est demonstratum, poterit ea uti ac alteri facultatem illam concedere. Habent Religiosi mendicantes hoc Priuilegium à Sixto Quarto, ut in uolumine Priuilegiorum apparet. Et Inquisitoribus p̄cipitur, ut ad tantum errorē euellendum inuigilent. Caueāt ergo Cōcionatores, nā & Senis Anno Iubilei. 1575. Audiuimus quemdam (non sine totius ciuitatis perturbatione) hoc exponentem populo, quo tēpore, nos in comitiis Prouincialibus contrariam partem disserendam proposuimus ad eius hæresim conuincendam, & ab ipsa ciuitate penitus extirpandam, nemo tamen in campum descendit, & tamē adhuc Senis concionator morabatur. Sicut ergo Papa Religiones cōfirmat, sic & Priuilegia elargiri potest.

61 *Papa nō potest confirmare Religiones.* HAERE. Huius contrariū tot annis docuerunt Sancti, & Romani Pontifices usi sunt hac facultate. Quæ omnia à capite,& Christi Vicario pendent.

62 *Papa nunquam dispensare potest.* HAERE. De uotis dicemus, de gradib. ēt matrimonii Martini, ac Celestini sunt exēpla, qui in eis dispensarunt, de quibus supra.

63 *Papa in primo gradu matrimonij potest dispensare.* HAERET. Et si Romanus Pontifex in aliquibus gradibus affinitatis dispensare possit, non tamen inprimo, tàm in recta linea patris & filiæ, quàm transuersali, fratris, ac sororis, de quibus uerbo, Matrimonium.

64 *Papa potest ad libitum Rempublicam, aut Reges instituere sicut Episcopos.* HAERE. Ex his, quæ dicta sunt, quò ad tēporaliū rerū potestatē confutatur hic error. Etenim directè habet potestatem circa spiritualia, ex se. At temporalium in ordine ad spiritualia. Hoc Alex.3, docuit.

65 *Papa dispensare non potest, quo ad tempus Confessionis.* HAER. Licet ex sacris literis, ac Conciliis probatum sit confessionis præceptum, tempus tamen ex antiqua Ecclesiæ institutione, atque patrum consensu à Romano Pontifice confirmante Concilio Lateraési est statutum. Cauere tamen debet Pastor, ne dispenset sine rationabili causa, ne sit dissipatio potiusquàm dispésatio; nostrum tamen non est dijudicare. Hoc docent Theologi Scholastici in 4. dis. 18. ac iuris Pontificii professores.

66 *Papa non potest unquàm commutare vota.* HAER. Vsus Clauium hoc exigit inter alia, & ad hoc se extendit, ut experientia cõprobatur & diplomatibus summorum Põtificum, ut Doctores omnes uno ore affirmant.

67 *Papa potest nulla causa exigente uota commutare.* HAER. Sicut nemo potest proprio suo iudicio uotum suum dispensare, quia non gerit uicem Dei (nisi tamen uotum illud esset illicitum) sic Papa, non potest (qđ cum omni humilitate scribo) ad libitum uota relaxare, aut commutare, quia nõ est Dominus, sicut nec rerum temporalium, ita quoniam non omné obtinet sicut Deus amplam potestatem, sed in ædificationem Ecclesiæ, ac limitatè ad pascendum oues, at Deus, & Christus est qui aperit, & nemo claudit. Nam quemadmodum non potest Papa stante lege, me ab eius obseruátia eximere, quia lege stante obseruatio est de iure naturæ, ita stante uoto, non potest omninò irritare. Poterit ergo Papa, in melius commutare, quia gerit uicem Dei, nam qui promisit centum oues, potest 200. aureos dare, sic & dispensatio requirit. Commutatio verò debet esse de æquali, uel ad maius. Et sicut Papa non potest cohibere bona, sic nec taliter commutare. D. Tho. 2. 2. q. 88 art, 12. & Caiet. & Medina in summa confessorum.

68 *Papa potest committere Diacono, ut absoluat à peccatis in foro pœnitentiæ.* HAER. Quoniã de Sacramentis, atque eorum ministris ferre sententiam non possumus, nisi quatenus ex sacris literis, & Conciliis constat, & cõmunis sententia Doctorum est quod tunc Apostolis collata sit potestas, quando erant Sacerdotes, hinc deducimus præfixum esse pœnitentiæ ministrum, quod est sacerdos. Hinc etiam dicunt, quòd Laicus potest audire confessionem in casu, non tamen absoluere. Demum nulla est necessitas, quæ Papa astringatur ad hoc, ut Diaconus sua authoritate absoluat. D. Thom. 4. dist. 7. q. 5.

69 *Papa potest committere simplici Sacerdoti, ut conferat sacros ordines.* TEM. Quædam sunt in Ecclesia quæ respiciunt corpus mysticũ, quæ administrare non licet, nisi Episcopis, qui sunt Ecclesiæ Pastores Apostolorum successores. Ad hæc si Episcopus ad hoc est institutus, & Diaconus potest, ex superioris authoritate, quæ erunt propria Episcoporum munera? Nam & Missam celebrare, confessiones audire, & alia generis huius possunt & Sacerdotes, si ergo etiam sacros ordines cõferre poterunt, nihil erit Episcopis proprium. Nec satis est dicere, quod possunt in casu necessitatis, nam nulla erit tanta necessitas, quod nullus reperiatur Episcopus, nam poterit Papa alios ad Episcopatum uocare, uel ipsos ordines conferre. Non ergo ad libitum debet quæ ex Ecclesiæ institutione, uel traditione Apostolica habemus uiolare, ac permutare.

70 *Papa non potest committere simplici Sacerdoti, ut conferat Minores ordines.* TEM. Minores ordines nullum habent actum supra corpus Domini uerum, nec eius materiã, ideò optimè Gregorius ex plenitudine potestatis concessit simplici Sacerdoti, ut conferret confirmationis Sacramentum. De quo D. Tho. 4. dist. 8. q. 5. art. 3. & 3. p. q. 27. artic. 11.

71 *Papa non potest dare Indulgentias plenarias.* HAE. Pastor est, qui pascere debet oues, claues habet ad aperiendum Thesaurum, ac cœlum, qua ratione optimè dispensare potest merita passionum Christi, & sanctorum, de qua uerbo Indulgentia. Imò uerò solus Papa potest dispensare Indulgẽtias tantas, autore D. Tho. 4. dist. 19. q. 12. Quales uerò Episcopi dispensare possint, in Cõcilio Lat. sub Innoc. Tertio fuit definitum, & quòd cum dedicatur Basilica non extẽdatur ultra annum, in eius uerò anniuersario dedicationis quadraginta dies. Vt in c. Cum ex eo, ad fin. extr. de pen. & de excess. Præl. ca. Prælatorum. Vide inferius nume. 99. & 100.

72 *Papa potest nouos omninò articulos fidei statuere.* TEM. Consulto in hac propositione addi-

addidi, quod sint omninò noui, quod intelligitur nullo modo, saltem implicitè non continentur in sacris literis. Hoc enim nō potest. At quæ implicitè continebantur potest explicare, & sic fuit de symbolo, cui secundum temporum, ac hæreticorum confutationem post illud Apostolicum alia addita sunt. Nam nouo lumine illustrata, sicut non omnes libros Canonicos simul approbauit, sic quæ fidei sunt, nō simul explicauit, sed tamen ea quæ explicitè docet, ac proponit, eliciuntur, ac probantur ex sacris literis, & non suo priuato iudicio, ac sententias sed ex ijs fundamentis.

73 *Papa potest noua instituere Sacramenta ac recepta abolere.* HAER. Sacramenta Diuina institutione sunt in Ecclesia, atque ideò ea abolere non potest. Ex quo etiam sequitur quod Deo institutore habemus Sacramēta, quod Papa, ea instituere nō possit, quia sunt Diuini ordinis. Declarat tamen ex sacris literis, uel Apostolorum traditione, quænam sint uera Sacramenta, & quam contineant uirtutem. D. Tho. 4. ut infra exponam.

74 *Papa non potest Canonizare Sanctos.* HAER. Lege uerbo. Ecclesia.

75 *Papa errat in Canonizatione Sanctorū.* HÆ. Recurre eodem loco.

76 *Papa non potest congregare Concilium.* HAE. Scripsimus uerbo Concilium.

77 *Papa non potest, aut debet confirmare Concilium.* HAER. Inibi etiam dictum est.

78 *Papæ non post à Synodo Appellari.* HAE. Eodem loco confutauimus.

79 *Papa non potest dispensare in statutis factis ab Ecclesiæ prælatis.* HAER.

80 *Papa, non potest dispensare cum Bigamo, aut illegitimè nato, ut ad ordines promoueatur.* HAE. Hæc omnia ex suppositis Principijs conuincuntur, quoniam Papa est superior in tota Ecclesia.

82 *Papa non potest dispensare cum Sacerdote, non induto sacris uestibus, ut consecret corpus Christi.* TEM. Commune Scholasticorum placitum est, quod Papa dispēsare possit in his, quæ ab Ecclesia sunt instituta, ac positiui sunt iuris. Et causa urgente poterit in similibus dispensare. Disputat D. Tho. quolib. 4. art. 14.

83 *Papa non potest in his, quæ statuerunt Canones Apostolorum, dispensare.* ERRON. Concesso, quòd sint authoritatis atque autentici eorum Canones, potest tamen dispensare in illis, quatenus non pertinent, uel definiunt ea quæ fidei sunt. Nam ut Ecclesiæ Pastores statuerunt quæ eo tempore conducere uidebantur Ecclesiæ totius utilitati, nec tamen summum Pastorem obligare potuerunt, quin aliud definire poterit sua prudentia, nec prædecessores sequentes Pontifices in his ligare poterunt. Hinc licitè suffocata commedimos, quod tamē ab eis prohibetur, hinc sabbato Ieiunamus, quod illi non permittunt, nisi in Sabbato sancto, & alia consimilia, & librū tertium Machabeorum non recipimus, quod approbatur ab eis. Hoc dicimus etiam circa ea quæ in epistolis scribunt. nam quæ Diuini sunt sacris, ut illud de Circuncisione Gal. 5. non potest Papa reuocare. Quæ uerò propria authoritate definit, ut ad Cor. Cætera cum uenero disponam, potest Papa dispensare. Vt D. Tho. docet eo loci.

84 *Papa non potest simoniam committere.* ERR. Si potest esse hæreticus, ut suo loco demōstrabo, utique in simoniacam labem incidere poterit, quod nisi esset frustra, ac uanus esset Doctorum, ac Ecclesiæ statuta qd eo casu agendum sit. D Tho. 4. dist. 25. quæstio. 1. 5.

85 *Papa non potest decimas exigere.* HAER. Aduersus hunc errorem scripsimus uerbo Decimæ.

86 *Papa humiliori ueste uti debet.* TEM. Non satis est Pontificis Romani authoritatem conculcare, quod omnia quæ ad eius decorem pertinent derident, ac impugnant. Vtuntur honestissima, imò & nobilissima ueste ad nobilitatem suam explicandam, atque manifestandam. Hoc Reges Sanctissimos fecisse legimus, & de Dauide. 2. Reg. 6. & Hest. 14. & à sanctis Pontificibus institutum, quod summi fecere Sacerdotes ueteris legis, ac Synagogæ.

87 *Papa si errat, & sit scandalum Christiano gregi, nullo modo debet corrigi.* HAER. Hoc dictum ideò nota hæresis annotauimus, quia repugnat sacris literis, de Paulo nanque legimus, quòd in faciem restitit Petro, quia repræhensibilis erat, ergo & Papa potest ad meliora uocari, si suis moribus erit ruinæ occasio. sic & hunc locum exponit D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 4. & nos supra hoc eodē uerbo. Et Adrianus docet, in Synodo 8. act. 7. Propter hæresim licet Papæ resistere, nā

tunc

tunc non est amplius Papa. Caiet. etiam 2. 2. scribit, quòd si Papa uel prelatus scandalizet Ecclesiam, tenentur Principes arguere, & quasi murum se opponere, ne subditorum uita propter ipsum pereat. Videas nu. 22. Nō omni de causa debet redargui, uel increpari, nam insaniæ, ne dum temeritatis indicium est, quòd filius patrem, discipulus magistrum obiurget, ac iniquis increpationibus derideat.

88 *Papa propter hæresim non potest à Concilio iudicari.* HAER. Si fuerit Romanus Pontifex hoc flagitio coopertus, ac perditus prauo facinore hoc, poterit à Concilio redargui, & hoc probatum est supra.

89 *Papa non potest esse hæreticus.* ERRON. Hanc Alb. Phygii nouam opinionem, nedum Bartholameus Caranza, uerum & alii nostræ familiæ tueri audent, quam tamen ipse Miranda uocat potius, quam ueram in fine quæstionis. Si uera quæ Albertus scribit, oportet omnia gesta antiqua de Marcellino, & aliis omninò delere, nam emendari, uel corrigi non possunt.

Hoc etiam nedū aduersatur hystorię, quā recepit, & approbauit hactenus Ecclesia, sed obsistit decretis Romanorum Pontificum, & diebus nostris Paulus Quartus sanctissimus, qui suo diplomate declarat & statuit, qui nam iudicare possit Pontificē hæreticum, cuius meminit Iudiciale Inquisitorum, Verbo Papa. §. vltimo. De Marcellino scribunt, quòd Idolis turificauit timore percussus, qui depositus fuit. lege summam Conciliorum. pag. 13. Quem & si Episcoporum Romanum Concilium iudicare recusauerit, sed dixerit. Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio, & certè, non nisi de hæresi potest à Concilio iudicari, Nam exercens infidelitatis signa, vt Marcellinus fecit tempore Diocletiani, & Maximiani Augustorum, etiam si fecerit sine animo tali, peccat peccato infidelitatis, quo ad actus exteriores, & debet puniri statutis pœnis, licèt non fecerit tali animo, & ob timorem cadentem in constantem virum, quoniam ecclesia iudicat exteriora signa. Mitius tamen agendū est, quia fuit propter timorem, hæc Caiet. de Marcellino. 2. 2. q. 12. ar. 2.

Anastasius, vt dicitur dist. 19. c. Anastasius, quoniam fuit hæreticus non connumeratur inter Romanos Pontifices, immo Anastasius, qui idem nomen assumpsit, noluit nominari Anastasius Tertius, sed secūdus. Quid huic respōdere potest Albertus? Honorium ab hæresi scio, quòd aliqui uindicent, & quòd post eius mortem ab Orientalibus fuit hæreticus dictus, de quo scribit Psellus in Carmine de septem Synodis. Hæc tamen falsa esse iudicant, quoniā Agato Papa, sub quo sexta Synodus celebrata est, cum cōdemnauit ponentes vnā uoluntatem tantum in Christo, & vnā operationem, uidelicet Sergium, Pyrum, Paulum, & Tyrum, nullam de Honorio mentionem facit.

Alii legunt etiam Honorium fuisse anathematizatum in sexta Synodo Generali, Act. 4. in Epistola ad Concilium. Hoc testatur Beda, de Natura rerum, cap. 67. in sexta synodo ait. Macharius, cum suis sequacibus simul, & præcedentibus, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrro anathematizatus est. In libro etiam Pontificali, refertum est. Leo Secundus, sextam Synodum suscepisse, in qua cōdemnati sunt Cyrus, Sergius, & Honorius. Verum dato, quòd nullus fuerit hucusque hæreticus, vt Ossius conatur demonstrare disserens contra Brentium: tamen quin esse possit nemo dubitare debet, Et ratio ualidissima est. Nam ut priuatus, atque ut Doctor est, auctor esse poterit alicuius hęresis, hoc damus aduersariis, & ipse Ossius: licet hæreticus esse non possit, ut Pontifex, ut Christi Vicarius, ut Gubernator ecclesiæ, quoniam præsentem habet Spiritum Sanctum, præsertim fidem explicans: & si ad hunc sensum loquitur Albertus non errat. At si alio sensu loquitur decipitur, & contra ipsum est Epistola Leonis, in fine sextæ Synodi ad Constantinum. Vbi post susceptum, confirmatumque Concilium, Anathematizamus inquit, Cyrum, Sergium, necnon & Honorium, qui hāc Apostolicam Ecclesiam, non Apostolicæ traditionis doctrina lustrauit, sed prophana traditione immaculatam fidem subuertere conatus est.

Hoc etiam probatur ex sexta Synodo Romana 218. Episcoporum; vbi dicitur, A multis antecessoribus nostris Synodaliter decretum, atque firmatum est, ut oues pastorem suum, nec repręhendere, nisi à fide exorbitauerint, præsumant. Idem scribit Anacletus epistola tertia, & Ioannes

Papa,

Papa, in epistola ad Zachariam & in 8. Synodo. Non est igitur negandum, quod sūmus Pontifex hæreticus esse possit, ut exépla prædicta demonstrant. At quod in fide i iudicio erret, uel errare possit nec diximus, nec iudicauimus, imò tanquàm hæreticum deuitamus. Hanc nostram sententiam sequuntur Theologi peritiores. Inter nostros Soto 4. dist. 2. 2. Cano. lib. 6. cap. vlt. ad undecimū. Albanus, p. p. num. 127. Capistrinus. p. 3. in principio primæ quæstionis, qui decem rationibus hoc confirmat. Et exemplo Liberii, qui suasu Imperatoris Arrianis adhæsit & per sex annos hæreticus ab omnibus est reputatus, ut dicitur in Cronica Martiniana. Et de Anastasio, qui cum Photino conuenit, ut dicitur in eadem Cronica & dis. 19. p. q. p. c. Anastasius. Hoc idem, ut mihi uidetur ex Cōcilio Basil. patet. tom. 3. pag. 145. ubi exemplo D. Pauli, qui in faciem Petri restitit confirmat, & Anastasii, & Liberii. Romana itaque maiestas, ac Christi Vicarius nō eget nostro mendacio, ac ut suam quisque opinionem mordicus tueatur, debet omnia scripta in historiis peruertere. Si enim hoc damus hæreticis, patet scampus ad hoc, ut alia ad libitum negent, sicut & nos, quādo contra nostram sunt sententiam.

Obiectiones.

Suadent alteram partem, his rationibus, quæ, quoniam unica solutione soluuntur omnes rationes simul exscribam, postea unico uerbo satisfaciam.

Primo, arguunt. Dominus Rogauit pro Petro, & successoribus, ne fides deficeret, ergo non potest esse hæreticus.

Secundo, Christus fundauit Ecclesiam supra unitatem, ac ueritatem, ergo Papa nō potest errare.

Tertio, Christus promisit fidelibus semper secum esse, ergo non potest errare, quia si in aliquo remanet, profectò non nisi in capite.

Quarto, Portę inferi cōtra Ecclesiam prę ualere non possunt, ergo nec errare.

Quinto, Ad Papam pertinet omnes quæstiones desinire, ergo non potest errare.

Sexto, Cyrillus li. Thesaurorum dicit. Romana Ecclesia ab omni hæretica seductione im maculata persistit.

Septimo, D. Thom. quolib. 8. art. ult. scribit de Canonizatione Sanctorum, quod Deus non permittet Ecclesiam errare, sicut promisit. Ioan. 14. Cum quo alii Doctores. His itaque rationibus probant Papam nō posse errare. Solutio Verum istæ non obstant ueritati, & sententiæ quæ nobis probatur, sed ex distinctione quam supra adduximus, quæ est Card. Caiet. & Ossij, & Cardilli, ac aliorum soluitur prima. Quod aliud est loqui de Papa ut iudex pastor Ecclesiæ, ac Christi Vicarius est, aliud ut priuatus homo, ac Doctor. Primo modo non potest errare, & hoc probant rationes adductæ. At secundo modo potest, ut probauimus.

90 *Papa potest in iuramento dispensare, sicut in uoto.* ITEM. Nulla authoritate, nec uera ratione hoc dictum fulciri potest, nec eadem uoti, ac iuramenti conditio, nam in iuramento est ius tertii, quod tolli non potest, ac alteri donari. Nec tamen dicimus iuramentum esse penitus indispensabile. Nam esse poterit iuramentum inhonestum, & inutile, atque ideò tunc poterit dispensari. Dispensari tamē dicitur, quia quod sub iuramento cadebat, non cadit amplius, nō autem contra iuramentum inse, sed quatenus Diuino præcepto opponitur. Demum obseruandum, quod iuramentum, & uotū conueniunt & differunt, conueniunt quo ad dispensationem, commutationem, & irritationem. Differunt quo ad materiam quia uoti est bonum super erogationis, iuramenti necessarium. Differunt, quia in dispensatione uoti attendendum est, quod magis est Deo gratum, in iuramēto, quod homini, quia propter hominem fit. D. Th. & Caiet. 2. 2. q. 89. art. 9.

81 *Papa nisi sanctè, ac iustè uiuat, non est Papa.* Vuit. HAER. Sępius hanc uanam Vaddésium, ac sequatium hæresim cōsutauimus. Contra quos est, quòd Dominus ait, quæ dicunt seruate, & facite secundum opera eorum nolite facere. Hinc iniqui Cayphæ sententiæ Synagoga subscripsit, & Euangelista apposuit, cum esset Pontifex anni illius. Hæc in Concilio Constātiensi damnata est.

82 *Papa est Rex Babiloniæ nec ullam habet authoritatem.* Luth. HAER. Quoniam satis Papæ authoritatem, ac ipsum esse Christi Vicarium demonstrauimus, superuacaneum est hic repetere.

Pe-

83 *Papa symoniacè electus est uerus Papa, nec debet deponi.* HAER. Antiquo statuto Ecclesiæ scimus talem non esse legitimum Pastorem, & in Concilio Later. sub Iulio Secundo sess.5. declaratum fuit, quod Papa simoniacè electus non sit verus Papa. De quo Armilla. verbo Papa. §.2.

84 *Papa ui, ac metu electus est uerus Papa.* TEM. Disputant omnes de ijs, quæ ad germanã electionem exigantur, & communi assensu dicunt, quod metus aufert libertatem, qua sublata, non est electio. Non ergo tũc Canonicè electus nam repugnat vis, ac metu electioni, quia remouent libertatem, atque ideò pugnat, quod aliquis sit Papa & non sit electus, & si erit electus, non vi, ac timore, sed alia canonica uia est eligendus, quod apud omnes est receptissimum, non erit Papa, quia non intrat per ostium, in ouile ouium, neque Pontifex appellari meretur, nec Pontificia subnixus est autoritate, néc inter Pontifices numeratur. Armilla. uerbo electio. §.28.

85 *Papa potest eligere se ipsum.* TEM. Ex communi Doctorum consensu tenent peritiores, quod nullus absolutè potest eligerẽ se ipsum, imò ut scribit Armilla, uerbo electio. §.31. electio illius, qui requisitus consentit electioni in suam personam anteq̃ fieret illic electio cassanda est, quia præsumitur ambitiosus in 6. c. Cum post pœnitẽtiam. Neque (inquit) potest, quis se ipsum eligere quamuis iurasset meliorem eligere, & talem se esse putaret. Hæc ibi. Et sicut non põt quis Episcopatum appetere, sic necse ad suppremam dignitatem eligere. Posset fortè dari casus, quo poterit se ipsũ eligere, sed nos iudicamus ea, quæ sunt per se, & quæ à Doctoribus scribuntur cõmuni assensu.

86 *Papa non debet à Cardinalium Collegio eligi.* HAER. Antiqua iura Romanis concedũt ius eligendi Pontificem (dist.63. c. Ego Ludouicus) & quodam tempore etiam Imperatoribus, quia erant deuoti, & contra schismaticos pugnabant, & hæreticos. dis. 23. in homine, & 63. Adrianus. c. In Synodo, at quia abutebantur, fuit ablatum, & nunc ad solos Cardinales deuoluta est potestas eligendi. ext. de elect. 6. Licèt, ac duę partes Cardinalium exiguntur ad certam Pontificis electionem. Et hoc certum est apud omnes Doctores.

87 *Papæ electio deficiente toto collegio Cardinalium, non remanet in Ecclesia.* HAER. Deficeret Deus in necessariis, si deficiente collegio Cardinalium non deuolueretur authoritas eligendi alteri, ut Deus optimè cõsulit Ecclesiæ utilitati, & ideò, si quando p̃ casum nullus esset purpuratorum, Romanus Clericus eligere poterit, uel Imperator Concilium congreget. Videas Lector Aug. de Ancona. & fil. elect. 3. §. 1. & in 6. de elect. c. Vbi periculum.

88 *Papa uxoratus si fuerit ignoranter electus nõ est uerus Papa.* HAER. Non negant Doctores talem nõ esse eligendum, tamen si fuerit electus est uerus Pontifex, quoniam & Petrus uxorem habuit, debet uerò uxorẽ relinquere sicut & Apostoli fecerunt. Ecce nos relinquimus oĩa, & Dominus dixit, Qui non relinquerit Patrem aut uxorem propter me, non est me dignus.

89 *Papa potest ne Purgatorium expoliare?* Hoc ex dictis uerbo Indulgentia enodatur, & forte, quod à nobis in huius explicatione dicetur, durum alijs uidebitur. Ideò eos rogatos uelim, ut rationes nostras expendant, & postea sententiam proferant. Sunt qui dicant, quod Purgatorium non potest expoliari, quia Indulgentiæ sine rationabili causa non ualent; & talis esset expoliatio. Tum etiam quia non omnes sunt capaces merito Indulgentiarum, ut D. Aug. docet, ac Thomas, Tũ tertio, quia nec Christus omnes liberauit. 3. part. q. 52. 8. primũ 4. Nec omnes faciunt, quod ad ueniã consequendam exigitur. Demum si Papa dispensaret sic Indulgentias, Deus non acceptaret. At si rem intimius contemplemur, & nodum attingere, non erit absurdum, quod Papa expoliare possit Purgatorium. Hoc enim non repugnat Diuinæ Iustitiæ, imò quàm plurimum conuenit. Iustitiæ quidem, quoniam sua merita (quæ ut nostra aliquo modo dici possunt, quatenus per gratiam applicantur) satisfaciunt pro pęnis concurrente etiam aliqua nostra actione. Non repugnat bonitati, qm̃ uult omnes illas animas saluas esse, & possunt illæ esse participes bonorum, quæ in Ecclesia fiunt. Demum, quis suffragia Ecclesiæ ad hãc, uel illam animam restrinxit, ac limitauit, imò sunt infiniti uigoris de se. Cũ ergo causa sit sufficiens profectò non impedita quatenus in se est, hunc effectum, pro-

producere poterit. Ad quid etiam tot præces in ſacrificio Miſſæ. Rurſum, ſi expoliare nõ poſſet, aut impedimentũ eſſet, ex parte diſpẽſatoris, quia nõ põt diſpẽſare. Aut ex parte rei diſpẽſatæ, quæ non ſit tãtæ efficaciæ, aut ex parte eius, cui applicantur, quia non eſt capax. Non primum quoniã Papæ datæ ſunt claues ad aperiendum & ſoluendum; & non errat, ſi pro affectu cauſis aliis concurrentibus diſpenſat bona Ecclefiæ ad animarum ſalutem. Non ſecundũ, qm̃ merita paſſionis ſunt tantę uirtutis imò infiniti ualoris, quod & Lutherani p̃dicant. Non tertium quoniam poterit eſſe caſus, in quo omnes animæ, quæ ibi reperiuntur ſint capaces. Solutio verò eorum, quæ dicuntur. Primo ſoluitur quoniam negamus cauſam non eſſe rationabilem. Secundum etiam, quòd non omnes non ſint capaces, poterit enim eſſe ut aliquando ſint. Tertium, ſoluo, quoniam multo maiora miracula fecerunt ſancti, maiora horum facient, quam Dominus fecerit. ſic & poterit expoliare Papa, licet Dominus non omnes liberauerit. Temporale Regnum exercet Papa, quod Chriſtus non exercuit, tot Baſilicas conſtruit, & præsbyteros, & Epiſcopos, quos tamen non fecit Dominus, & multa alia, quæ tamen authoritate Saluatoris, & eius cuius uices gerit, facere non uereor. Quartum, quàm ſit falſum, ex eo deducitur, quòd ſi Deus non acceptat orationes Eccleſiæ, ac ſacrificia, quare inſtituit, iniquus, crudelis eſt Dominus, ſi munera non ſuſcipit, & ſignata non ſunt, quæ ſerui omni humilitate, & deuotione benigno multa non reſpicit. Nec em̃ tantum de priuata cuiuſuis oratione, ſed totius Eccleſiæ ſuæ ſponſæ. Videant ergo Doctores quàm pia ſit hæc noſtra ſententia, quæ ſicut omnia iudicio Eccleſiæ ſubmitto.

100 *Papa nullam indulgentiam pro mortuis diſpenſare poteſt.* HÆR. Multa verbo Indulgentia diximus, & recenſuimus, quid Doctores ſenſeriat circa hoc. Verùm quoniã durum multis uidetur, quod Papa diſpenſet indulgentias mortuis per modum ſuffragij, ideò adhuc confirmo, & taceo errorem Hoſtienſis, qui negat indulgentias mortuis cõferri poſſe; nam plures Pontifices, eas diſpenſarunt. Quod verò per modum ſuffragij, & non authoritatiue.

Probatur.

Nam ampliſſima Petri poteſtas limitatur p̃ illa uerba ſuper, ſic gloſſa interlinearis, quam citat D. Tho. in cathena aurea. Matt. 16. ſuper verbo Claues, id eſt (inquit) præſentis iudicij poteſtatem. Cur dixit præſentis iudicij? nimirum ad differentiam futuri, quod ad ſolum Chriſtum pertinet, qui ſolus conſtitutus eſt iudex mortuorum. Et ſuper verbo, quodcunque ligaueris, id eſt (inquit gloſ.) quemcunque indignũ remiſsione iudicaueris dum uiuit, apud Deũ indignus iudicabitur, & quodcunque ſolueris, id eſt (inquit) quemcunque ſoluendum iudicaueris dum uiuit, remiſsionem peccatorum conſequetur à Deo. D. Hier. ſuper verbo, Quodcunque ligaueris, ſimilitudinem inducit Sacerdotis Leuitici, ac noſtri, quod ſicut ille lepram, ſic iſte peccata dimittit, at lepra erat uiuentium, non mortuorum, ergo & peccata viuentium. Liranus, illic. Quia (inquit) ſuppoſito hic in terra debito vſu clauium, Deus illum approbat in Cœlis, aliter non. Vgo Cardin. exponit, ut gloſa interlin. Dionyſ. Cartuſ. Quodcunque ſolueris ſuper terram, id eſt (inquit) quemcunque in Eccleſia militante abſolueris, abſolutus erit in cœlis, & qđ Petri poteſtatem ad Eccleſiam militãtem reſtrinxerit. Ioannes Mayron. ſcribit particulam ſuper terram referri poſſe ad uerbum ligaueris, & ſic poteſtatem Pontificiã ad uiuos reſtringi. Franc. de May. ſerm. 1. in uincula Petri. Hoc idem docet. Angelica etiam dicit. Indulgentias largiri pro mortuis Pontificem, non per modum indulgẽtiæ (nam indulgere ſuperioris eſt) ſed per modum ſuffragij duntaxat. Biel lectu. 57. in Canonem Miſſæ, hoc idem ſentit. Catharinus, lib. 3. apologiæ in ſine ad tertium argumentum, ſuffragio dat Papa indulgẽtias pro mortuis. Albertus Phyg. controuerſia 3. explicans ea verba, Quodcunque ligaueris, eſt etiam huius ſententiæ. Thomas Ely. tract. de indulg. in piorum Clipeo ſic etiam exponit. Nacl. Cano lib. 12. pagina 853. Non ergo eſt Cajet. inuentum (vt quidam arbitrantur) ſed aliorum expoſitio, ut ſic diſcrimen inſinuent, quomodo uiuis, & quomodo mortuis proſint indulgentiæ,

gentir, quod nec exacte percipit Viguerius. Ver.24.num.200.sic interpretatur Iacomellus contra Medensē, hanc sententiā ut pote magis consonam concionatores populo exponant, & si quis hæc absona diiudicat, uideat prius, quòd nō pro arbitrate quiuis Pastor determinare debet, sed quod uel sacris Theologis, uel saniori parti est consentaneum. Est huius opinionis Klin. de locis communibus. li.3. c.14. ad tertium. D. Anto.3. part. tit.23.& Isid. Medional. disput.3.

Obiectiones.

Veritas illustrior erit si cauillis satisfiet, sic ergo ratiocinantur aduersarij. Papę potestas intensiuè & extensiuè potest in totum corpus mysticum, & in quamlibet sui partē, ergo & in Purgatorii animas. Hæc ratio nihil contra nos concludit, nam fatemur, quod possit, sed controuersia est de modo, aut authoritatiuè, uel per modum suffragii negamus primo modo, fatemur secundo modo.

Secundo, Papæ potestas est supprema, ergo potest in omnes.

Respondeo, quod admissa consequentia negamus, quod possit authoritatiuè, concedimus per modum suffragii.

Tertio, magis uidetur, quòd habeat autoritatem in Purgatorio, quàm in cœlo, sed Papa habet in cœlo, ergo & in Purgatorio.

Respondeo, quòd minor falsissima, imò hęretica est, quam nam habet in cœlo potestatem? An ne eos tradere Sathanæ? An remittere, aut retinere peccata? An legibus ieiunia præscribere? & dies Festos, & id similia.

Quarto, pōt summus Pōtifex animas purgatorias, participes facere bonorum, quæ fiunt super terram, ergo & liberare.

Respondeo, quòd erunt participes modo exposito.

Quinto, uirtus, quæ potest in medio, potest etiam in fine, ac in principio. Papa habet in terra, ergo & in Purgatorio.

Respondeo, quòd nulla est consequentia fit enim transitus de loco ad locum.

Sexto, positis extremis, intelligūtur & media, at Deus dat authoritatem in extremis nempè cœlum, & terram, ergo & in medio, quale est Purgatorium. Dicitur, quòd non concludit, & falsum assumit, nam & multa possunt in principio, quæ in medio non agunt. Rursus fit transitus de loco ad locum, uel tertio concedo, quòd possit non tamen eodem modo.

Septimo, Papa potest penitentibus ex hac uita decedentibus ueniam relaxare, ergo & post hanc uitam.

Respondeo, quod consequentia nulla est, ut sæpius diximus.

Octauo, non dicit Euangelium super terram tantum, ergo uec uos debetis addere.

Respondeo, quòd implicite continetur, & inibi restringitur Petri authoritas, nam si Pontifex alicubi ligatum mitteret, quis nō cognoscit, quod limitatnr pro eo loco sua autoritas.

Nono, D. Tho. in Cat. Aurea, super illis uerbis. Quodcunque ligaueris, ex sententia Constantinopolitani Concilii, sic ait. Quomodo autem præsumunt quidam dicere, de uiuis tantummodo hæc dicta esse. An ignorant quia iudicium anathematis, nihil aliud est, quàm separatio? euitandi sūt autem illi qui apessimis culpis detinentur siue in uiuis sint siue non, à nocente enim semper resurgere necessarium est, sed & Aug. religiosæ memoriæ (qui inter Affrica nos Episcopos splenduit) diuersæ epistolæ recitantur, significantes quod oportet & hæreticos anathematizare, talem autem Ecclesiasticam traditionem, & alii affricani Episcopi seruauerunt, sed & sancta Romana Ecclesia quosdam Episcopos anathematizauit, licèt in uita sua, non fuerint accusati. Dico, quòd Deus habet in mortuos Ecclesia authoritates. Prima dispensando indulgentias, secunda anathematizando, pōt utrunque modo tū exposito, & sic uerba Concilii, & Aug. sunt interpt̄ada.

Decimo, claues in sua amplitudine sunt creditæ Petro. ergo & in defunctos. Dicit ꝙ claues authoritatiuè, in viuos, suffragando in mortuos.

Vndecimo, claues sunt mortis, & inferni, ergo. Soluitur ex dictis.

Aduersantur alij huic veritati, & contendunt Papam nullam in mortuos habere autoritatem, & probant. Primo D. Aug. non conuu-

connumerauit inter suffragia mortuorum indulgentias. ergo nec sunt.

Respondeo, ꝙ arguere negatiuè insipientis est, nec opus est omnia explicasse D. Augus. vel si admittit alia suffragia, quare nõ indulgentias.

Secundo, iudex inferior non habet authoritatem in superiorem, & eius subditos. ergo nec Papa in mortuos, qui sunt sub Diuino iudicio.

Respondeo, ꝙ verum est, quod de se non habet authoritatem, sed ei delegat superior. Vel authoritatiuè non potest, sed suffragando.

Obiectiones, quod nullæ sint indulgentiæ.

Erant in superioribus verbo, Indulgentia, hęreticorum obiecta soluenda, at quoniam infirma, ac facillima diiudicari intacta reliqui, at vt alijs morem geram, in præsentiam soluam. Nituntur inficiari thesaurũ Indulgentiarum.

Primo, Indulgentia, si in ea sunt tot seruanda non est indulgentia, sed satisfactio.

Respondeo, ꝙ quatenus respicit illum, cui donatur, indulgentia nuncupatur, vt uerò Deum respicit, est satisfactio.

Secundo, si à pœna peccatorum absoluit, vel uirtute clauium, aut passionis Christi.

Respondeo, ꝙ absolutio fit uirtute clauiũ, quia applicantur per illas.

Tertio, consulunt, vt faciamus multa pro consequutione indulgentiarum, ergo, uel non sunt indulg. uel uanum est consilium.

Respondeo, quòd ex parte sumentis requiritur actio, si enim merita passionis Christi nobis applicantur, non ociosos, vel sonniculosos nos esse oportet, sed laboriosos, & industriosos.

Quarto, per contritionem, põt quis effectum indulgentiarum consequi. ergo frustra dantur.

Dicitur, quòd nulla est consequentia alioquin per contritionem possumus saluari. ergo varia sunt Sacramenta, quis non vident falsitatem.

Quinto, Merita Christi fuerunt plenè remunerata, iuxta illud. Propter quod, & Deus exaltauit illum.

Dicitur, ꝙ Christus non mœruit sibi quia ab initio conceptionis fuit semper Beatus, meruit ergo nobis.

Sexto, Sanctorum merita sunt citra condignum remunerata, vt docet Apost. Non sunt condignæ passiones huius temporis. ergo nobis applicari non poterunt.

Respondeo, ꝙ mœrita Sanctorum, ut suis proprijs viribus immitebantur, sunt citra condignũ præmiata, ut uerò à Diuina gratia erant, sic & alijs mœrentur, ut iam diximus ꝙ ex congruo mœrentur nobis. Alij dicunt, ꝙ vt merita, sic fuere pręmium cõsequuta, ut uerò satisfactoria minimè.

Septimo, ergo pœna mortis poterit per indulgentias remitti.

Respondeo, ꝙ non est eadem ratio, nam mors sequitur ex naturæ defectu, at peccatum personam, ad cuius pœnam remouendam & indulgentia.

Octauo, nulla fit mentio in scripturis de indulgentijs.

Dicitur, ꝙ hoc duplici capite falsum est. Primum, ꝙ nulla sit in scripturis memoria dę indulgentiis, nam pluries habentur, ũt demonstratum superius. Dico secundo, ꝙ consequentia nulla est. Multa enim sunt de fide, quæ in scripturis non sunt.

Nono, vnusquisque secundum proprium laborem, mercedem accipiet, ut docet D. Pau. ad Rom. 3. ergo vanæ sunt.

Respondeo, ꝙ indulgentia non excludit laborem. imò exigit, & ideò ea omnia sunt seruanda, quæ in Bulla præcipiuntur.

Decimo, ut unus pro alio satisfaciat requiritur intentio, at nullus Sanctus habuit hãc mentem.

Dicitur, ꝙ minor est falsa, nam charitati hoc proprium est, vt quærat proximi salutem.

11. Nullus Sanctus fuit sine peccato. ergo non potuit pro nobis satisfacere.

Negatur consequentia, nam & Iob dixit. Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas quam patior in statera, quæ grauior appareret. Satisfecerunt ergo plus, quam opus esset.

12. Mœrita Christi sunt sufficientissima. ergo frustra in Bulla ponuntur męrita Sanctorum.

Respondeo, quòd ponuntur ad congruentiam, non ad necessitatem, vt sic maior thesauri copia explicetur.

13. Nullus in hac uita sufficienter impleuit Diuina mandata. Cum feceritis hæc omnia, dicite, quia serui inutiles estis.

Respondeo, quòd nemo proprio conatu, & libero arbitrio adimpleuit, sed Dei gratia, & qui negat Arrianus est.

14. Deus est pijssimus, ergo remittit de se peccata. ergo indulgentiæ sunt superfluæ. Dico, ꝙ Deus pius vtique est, sed & iustus, atque ideò ut debita soluantur exigit, redde rationem villicationis tuæ. Et idem docuit sub parabola de seruis, quibus dispensauit bona sua, & rationem exposcit ab eis.

15. Christus sufficientissimè satisfecit. ergo vanæ sunt indulgentiæ.

Respondeo huic, quæ est Achilles Lutheri, & consequentia nulla est, nam exigitur suæ passionis applicatio, quæ fit per opera nostra.

16. Ergo indulgentiæ faciunt peccata impunita.

Respondeo negãdo consequentiam, nam indulgentiæ continent, ac requirunt nostram, & Sanctorum opera, ac pœnas. Hactenus de his.

101 *Papa non potest renunciare Papatui.* ERR. Iustis de causis potest Papa renunciare papatui, licèt ratione cuiuscunque scandali inuitum de sede eijci non potest. Quod verò renunciare sui sit iuris exemplo Clementis, cui Linus successit, & eo mortuo Cletus, & iterum successit Clemens, vt habetur. 8. q. 2. c. 1. vers. disputat hic mundus, & Celestinus Quintus renunciauit, cui successit Bonifacius Octauus. Marcellinus et renunciauit. De quibus nemo dubitat veros fuisse Pontifices. scribit D. Antonin. 3. par. tit. 13.

102 *Papa potest ne dispensare in his, quæ diuini sunt iuris?* Communis Theologorum est sententia, quod Papa dispensare non possit, in his, quæ Diuini sunt iuris, ut in sacramentis, & ijs, quæ ad fidem pertinent, quia inferior nõ dispensat superioris præcepta, ut D. Thom. scribit in 4. d. 27. & 15. q. 3. art. 2. & pri. 2. q. 97. art. 4. tertium.

103 *Papa potest dispensare in his, quę sunt contra ius naturale.* ERRON. Eodem fermè fundamento demonstrant Doctores, quod Papa dispensare nõ possit, in his, quæ pertinent ad ius naturale. Deus enim est naturæ autor, & ea seruari debent, quæ ab illo lumine pendent, nec destruere, aut amouere leges naturæ aliquis ualet. Et conueniunt Canonistæ cum Theologis. Sot. 3. dis. 17. Dur. 1. d. 47. q. 4. Altisiodor. 3. tract. septimo, quæstione quinta.

104 *Papa potest in vsuris dispensare.* ERRO. Ex vtraque parte sunt uiri præstantissimi. Affirmatiuam probant Iason, in principio, C. de summa Trin. & adducit Ancar. consil. 243. & Paul. de Cast. consil. 307. volu. 2. & alios, qui dicunt ꝙ Papa non potest tollere ius Diuinum, sed tamen limitare, vt docet Bartol. & alij. l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure Soc. consil. 13. & cons. 28. Decius consil. 112. & sicut potest dispensare, quod de monacho fit non monachus, & in decimis, & bigamia, sic in omnibus quæ non sunt contra fidem. Et Vinc. Host. Ioã. And. Abbas in c. Proposuit, de concessione prębendarum, quam sententiam nonnulli ex Neotericis defendunt. Theologi verò, Papam dispensare non posse arbitrantur, licèt Papa permittat. Hanc sententiam ratione probo.

Primo, si dispẽsare potest, ut usura sine peccato committatur, hoc non erit, nisi ob id, vt maiorem vtilitatem consequamur. At non sunt facienda mala, ut eueniant bona, D. Paulo autore. ergo nec tunc potest dispensare. Non enim puer est in puteo proijciendus, ut baptizetur, nec mulier prægnans occidenda, ut infans saluetur.

Secundo, vsura est contra legem naturæ, vt peritiores contendunt, ergo non potest dispensari, quia non potest contra eam ut diximus.

Tertio, est contra ius Diuinum vsura. Vt suo loco manifestabo. ergo in ea non potest dispensare. Et demum, quis vnquam facere potuit, ut uitium sit uirtus, vel vitiis committere liceat. Vel usuram, quam Papa dispensante aliquis committit non erit peccatum, quod affirmare, quàm sit absurdum, me tacente omnes asserunt.

105 *Papa vxoratus potest nè reddere debitum?* Nos aliàs fuimus cum Piorum Clypeo, qui docet, quod poterit reddere. Rem verò melius considerantes post tot annos, pallinodiam cano, & errorem puto, quod Papa vxoratus possit reddere debitum. Nam Clemens ait, epistola secunda. Ministri (inquit) Altaris, siue diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem suam coniuges suas reliquerunt, ex quibus apparet, ꝙ ex præcepto D. Petri non potest Sacerdos nec cum propria

priā vxore rem habere. de quo Verbo Sacerdos fusius.

106 *Papa potest instituere Sacramenta.* HAE. Quoniam Sacramenta non ex positiua lege, sed Diuina pendent, ac sacris literis habemus, non poterit Papa, vel destruere, vel instituere, sed declarare, si aliquod emerserit dubium. Et hoc commune est apud Doctores.

107 *Papa potest mutare formam Sacramentorū.* HAER. Fuerunt aliqui huius opinionis, inter quos Archidiac. dist. 66. capit. Porrò, quòd Papæ potest mutare formam Sacramentorum ab Apostolis traditam, vt Alba. refert secunda par. num. 113. Quorum sententia hæretica est. Nam si potest mutare formam Sacramentorum, poterit & ipsa Sacramenta variare. At hoc non potest, vt Doctores omnes affirmant, quia sunt iuris Diuini, ergo nec formam.

Secundo, forma est, quæ dat esse rei, auctore Aristot. secundo, de anima, text. 7. ergo si potest auferre, vel mutare formam Sacramentorum, etiam ipsa Sacramenta.

Tertio, ea, quia sunt Diuini iuris, non potest Papa amouere, talia sunt formæ Sacramentorum. ergo mutare non poterit. D. Th. 4. d. 17. q. 4. 3.

108 *Papa sine Sacramentis potest peccata dimittere.* HAER. Exigit virtutem superiorem solutio peccatorum. ergo Papa non potest.

Secundo, Deus statuit hunc ordinem. ergo non potest Papa citra eum agere.

Tertio, si Papa potest sine Sacramentis. ergo Sacramenta superfluunt.

Quarto, Vicarius delegatus non agit, nisi quatenus exigit, vel cōmittit supremus. ergo Papa non potest, nisi quantum Deus concessit. ergo nec sine Sacramentis.

Quinto, nullibi apparet, nec ratione fulcitur, quòd Papa sine Sacramentis delere peccata possit. ergo fictitiū erit affirmare.

103 *Papa etiam si nulla adsit ratio potest officio quemlibet priuare, etiam cum illius infamia.* TEM. Scandal. Non eget longa confutatione, hic error, nam iustitiam iudices semper præ oculis habere debent, nec poterunt contra aliquem agere, quod in eius damnum, & infamiam vergat, nisi iustitia exigat. Imò autore D. Thom. Sicut non potest Papa, meum auferre librum, & alteri dare vel aliquod aliud tpale, sic nec ea, quę afferunt infamiam, omni alia re preciosiorem. Qua ergo ratione potest Papa vni Abbatiam, vel prioratum auferre, & eum expoliare sine causa? Hoc enim est religionem inculcare, ac dissensiones inter Cœnobitas disseminare. Quod de Pastore summo dico, hoc nullo fortius, de quouis alio, qui est superior contendo. Non enim est in potestate superioris, vel confirmantis electum uirum probum, ac prudentem nō confirmare, sic nec in eius arbitrio erit confirmatum priuare. Sil. §. 12. Papa. Tab. Papa. §. 5. Armill. §. 13.

110 *Papa potest inaudita parte reum condemnare.* SCAND. Sicut citatio est de iure Diuino, vt suo loco probatum est, sic & defensio est de iure naturæ, vnusquisq; enim sua defendere, ac vitam, & honorem tueri cupit. Hunc morem Dominum obseruasse in accusatione adulteræ cognoscimus, atque etiam in extremo iudicio.

110 *Papa potest cogere electores, vt vnum tantum eligant, quem proposuit.* SCAND. Et si prima facie, hæc ad fidem pertinere non videantur, tamen quatenus respiciunt cōmunem Christianorum vitam, ac pacem fidei sunt, eo magis, quòd in sacris Concilijs est de his definitum, & à summis Pontificibus decretum, ac Theologis disputatum. Ex his ergo deducimus, quòd vnum tantum ut eligamus nemo potest cogere. Nam de ratione libertatis est electio, at libertas non vnum tantum, sed plura respicit, ac vt plura eligibilia proponantur exposuit.

Pugnat ergo ex diametro, quòd sit electio, & quòd vnum tantum eligatur, & hæc ex propriis terminis, ac vocum significatione, nemine reclamante sunt certissima. Videat qui negat Diuum Thom. prima secunde, quæstione decimatertia, artic. quinto, & Syl. Tab. Armill. & alios verbo electio, quæ nec Phylosophia abhorret.

Disputantur hæc à Gregorio Vercellense Dominicano viro Doctissimo speciali quadam quæstionem. Ea occasione, quod semel à superioribus, vt unus eligeretur fuit propositum.

111 *Papa in nullo iudicio potest errare, nec vnquam.* TEMER. Qui Pontificum consilium sic extollunt, quasi numquā, neque

vt Papa, dum humana dijudicat, neque vt homo, ac singularis persona, euertunt potius, quàm confirment Apostolicæ Sedis autoritatem. Namque homo est, & omnis homo mendax. & multa in ciuilibus, ac iuris positiui decreta sunt, quæ tueri nõ possunt, sed eos deceptos esse, nostræ familiæ lumina (quibus tamen semper fuit cordi Apostolicam autoritatem extollere, affirmant.

In quibusdam enim, quæ non solum à sciẽtia, sed prudentia pendent errare posse non infirmam reddit eius dignitatem.

Vnde de matrimonio aliter Alexan. aliter Celest. aliter Innocen. senserunt, quæ sunt ciuilia, nec ad fidem pertinent, vt scribit Miranda.

Rursus Concilium Lateranens. iudicauit tot religiones esse Ecclesiæ Dei incommodę, & Lugdunense idem repetit, imò quosdam ordines iam approbatos, tanquam Ecclesiæ noxios, atque inutiles abolendos esse decreuit.

Cęlestinus Quintus vitam, statumque Fratricellorum confirmauit, quam Ioan. Vigesimosecundo, infirmam iudicauit confirmationem.

Rursus Paulus Tertius ordinem, quem in Italia Frater Baptista Cremensis instituit, literis suis probasse dicitur, & nuper Venetijs est explosus. Multa ergo sunt à posterioribus meliori consilio refutata, quoniam non ex firmo decreto, sed Pontificis opinione prodierunt.

112 *Papa fatuus potest nè deponi?* Hoc quod sic indistinctè quærit, non potest satisfieri, nisi cum distinctione, nam si in perpetuam dementiam inciderit, & nulla remanet salutis spes, nec refugium, debet alterum eligere, Concilio congregato; nec Ecclesia debet sine capite diutius esse. Si verò Papa habeat lucida interualla nõ potest fieri electio. Fusius videas hæc disputata in Piorum Clypeo.

113 *A Papa ad futurum Concilium licet appellare.* HAER. Excommunicationis sententiam tulit summus Pontifex (vt dicitur in extrauag. Iulij secundi. Suscepti Regiminis. & apud summulas Confessorum. Verbo, excommunicatio declarantur) contra eos, qui à sententia Papæ appellant ad futurum Concilium. Armilla. Excom. 27.

114 *Papa non potest committere simoniam.* ERRON. Sicut summus Pontifex in hæresim potest incidere, sic & simoniam committere. Hoc certum est apud Doctores. D. Thom. secunda, secundæ. q. 4. 1. ad septimum.

115 *Papa non potest à permutante aliquid exigere.* ITEM. Si alteri permutanti aliquid petere licet, quare non Romano Pontifici. Nam quicquid potest uirtus inferior, potest, & superior. Exigit tamen Papa ex rationabili causa, nempè ad mensam suã applicando, vel ad aliquod subsidium. At hæc minima sunt, & declarat Caietan. in opusculis.

116 *Papa dispensat nè cum committente secum simoniam?* Apud Pal. 4. dist. 25. quæs. 4. 1. dispensat, Panorm. verò, cap. 1. de sim. negat, ꝙ dispenset. Hanc sententiam amplectitur Caiet. Nec ratio suadet, quod dispenset, quia nec dispensare potest, nam Diuino iure est prohibita Simonia. Nec satis est dicere, Papam esse iniquum. Nam peior esset, dum non tantum vult vendi, sed vult iustè possidere. Adhæc si Papa conferret beneficium, excommunicatum non dispensat, si non absoluit, ergo nec in simoniaco.

Demum, tales dispensationes sunt iniquissimæ dissipationes. Et quia Papa est agens voluntarium, non agens naturale, ideò agit, non quantum potest, sed quantum vult, nec supponendum, quod velit omnia relaxare. Tenentur ergo restituere in vtroque foro, nisi Papa post factum dispenset, vel in hoc facto velit suspendere iura, & exprimat. Caiet. disputat de hoc, in opusc. & 2. 2. q. 100. art. 6.

117 *Papa potest Religiosum professum prorsus ab omni obedientia eximere.* ERRON. Consulto sic loquuti sumus, quoniam nemini dubium esse debet, quod Papa potest religiosum ab obedientia huius, & illius eximere, at absolutè ab omni obedientia non potest, nam voto Deo pollicitus est, quod Papa abolere non valet.

Caietan. dicit, quòd totaliter Papa non potest Religiosum à suã obedientia eximere sed partialiter, siuè quòd nõ teneatur huic obedire Apostolico præcepto. Diuus Thomas, secunda, secundæ. q. 186. art. octauo, ad tertium.

118 *Papa pōt nè se submittere iudicio alterius?* Vt hoc soluamus quæsitum, dicendum, ꝙ Papa, quo ad excommunicationem non potest se alterius iudicio submittere, quia nec se ipsum excommunicare potest, nec alteri committere, quod enim ei non conuenit, nec alteri committere poterit.
Leo tamen Papa se subiecit Imperatoris Imperio, & authoritate à Papa obtenta poterat iudicare. Quando tamen fuerit iudicatus est quo ad iustitiam illi sententiæ submissus, at non quo ad potentiam, quia remanet superior, & potest reuocare omnia. Hinc & Dominus se Pilato submisit. scribit de hoc Caiet. 2.2.q.67. articu. primo.
119 *Papa an ante coronationem sit authoritatis, necne?* Superuacaneum est hæc discutere, vbi contra hæreticos est concertatio, & quæ canonistæ exactè exponunt. Illud pro certo tenendum est. Papam, post electionem, statim verum & legitimum esse pastorem, ac plenam, atque exactam habere potestatem. Coronatio, & consecratio, quæ fit à Cardinali Episcopo Hostiensi, tanquam à Metropolitano, in Ecclesia Lateranensi, uel D. Petri, aut vbi commodius poterit fieri, sunt ista ad solemnitatem. Nouissimè Capist. scribit de his par. tertia, in principio.
120 *Papa non est pastor totius Ecclesiæ.* HÆR. Peritiores ex verbis Domini. Ioan. vltim. Pasce oues meas, probant esse omnium Pastorem, namque absolutè dixit oues. Rursum, oportet esse unum totius Ecclesiæ caput. Adhuc, si non est eius custodiæ deputatus Christianus grex, cuius erit illum custodire, ac pascere?
Tertio, si dissidium oritur inter Episcopos cuius erit componere? Hoc idem ex Concil. Calcedon. probat D.Th. Vbi Leo sanctissimus, & Apostolicus & vniuersalis Patriarcha per multos annos viuat, dictum fuit, cap. 67. cont. Græcos.
Quarto, Papæ potestas deriuat ad alios, ut supra dixi, ergo est omnium Episcopus.
Quinto, Papa potest uti potestate clauium in omnes, quia est caput omnium, vt docet D.Thom, 4.d.19.q.1. tertio. Et in eo est hyerarchia omnis consummata. Hoc confirmatur authoritate Cyrilli. Cui (inquit) Diuino iure omnes caput inclinant, & tanquam ipsi Domino IESV obediunt.
Sexto, Papa est proprius Sacerdos cuiuscunque, quia ad ipsum pertinet cura, magis quam ad proprium Sacerdotē, & accipitur proprium, non vt diuiditur contra cōe, sed cōtra extraneū. D.Th. trac cont. impug. relig.
Septimo Papa est immediatus prælatus cuiuslibet fidelis. Nā non impedit ubi sunt duo ordinata, quod unus sit principalis, alius secundarius, sic est Papa, Eps, & parochus, qui sunt immediatè habentes curā eiusdem, sed diuersimodè. Vt scr. D.Th. 4. d.17.q.7.
Octauo, Papa potest committere, ut quis prædicet, vel confessiones audiat non requisito proprio parocho, & ideò sunt pœnitentiarij Romæ ex antiqua consuetudine. D.Thom. ibidē. ergo Papa ex his locis est uniuersalis, ac immediatus pastor omnium, & vniuersalis meritò nominatur, licèt sic nominari recusauerit D. Gregor. quia remanet semper proprius Episcopus vt exponit D.Th. cont. impug. relig.
121 *Papa est nè maior Angelo?* Hoc eatenus fidei est quæsitum, quatenus ex sacris literis dependet. ex quibus apertè habemus, ꝙ homo, quo ad naturam minor est Angelo, vt ad Hæb. cap. 1. docet cum Dauide D. Pau. at iurisdictione est Angelo maior, qa ei datæ sunt claues, non Angelo. August. de Anc. sic soluit.
Papa etiam nobilior Angelo, quia sacramenta administrat.
Papa maior Angelo, quia curam gerit totius Christianæ Reipublicæ.
Papa est maior Angelo cognitione, nam licet vna hyerarchia aliam illuminet, & illa Papam, tamen habet Spiritum sanctum assistentem, & Dominum.
Papa est maior, quia est Christi Vicarius.
Papa Sāctos inter Diuos ascribit. sic ergo Angelis est superior.
122 *Papa necessariò mutat nomen, vt verè sit Papa.* HÆR. Nescio qua occasione, in hunc lapillum impegerint aliqui, & in re clara cecutierint.
Nam quorsum necesse est vt nomen aliud assumat, quam iurisdictionem, ex hoc haurit Papa?
Imò post Petrum per quadringentos annos, semper proprium nomen seruauerunt, sed postea ab Ecclesia Romana ordinatum fuit, vt mutaretur triplici de causa, vt notat Archidiaconus, libro

sexto, in principio.
Primo, quia Petro mutatur Cephas in Petrum.
Secundo, quia innouatur.
Tertio, quia, aliqui habebant quędam nomina indecentia. D. Antonin. 3. par. tit. 23. cap. vlt.

123 *Papa non potest sibi casus reseruare.* HÆR. Ex authoritate suppręma Romani Pontificis consueuerunt Romani Antistites hos casus reseruare.
Primus, quæstio de fide. 24. q. 1. Ipse tantum soluit.
Secundus, translatio Episcopi electi, & cõfirmati. ext. de transl. c. Inter corporalia.
Tertius, depositio Episcoporum. 3. quęs. 6. quamuis. capit. Dudum. Idem de Abbatibus.
Quartus, acceptatio renunciationis Episcoporum, uel Abbatum, qui immediatè subsunt Sedi Apostolicæ. 8. q. 3. Denique.
Quintus, quod Episcopi subsint Archiepiscopis. 16. q. 1. Frater. Idem de Religiosis.
Sextus, restitutio depositorum ab ordine. 2. q. 6. à Deo.
Septimus, interprætatio priuilegiorum suorum. ext. de iud. cum venissent.
Octauus, immutatio sedis Episcopalis. 7. q. 1. temporis. idem de conuentibus, ext. lib. de Doni. comm.
Nonus, constituere nouam sedem Episcopalem. 16. q. 1. fœlix.
Decimus, subiicere vnum Episcopum alteri. 16. q. 1. temporis.
11. Vnũ Episcopatũ in duos diuidere. ibi.
12. Commutatio voti Hierosolymitani. ext. de voto. c. Ex multa.
13. De voto continentiæ simplici.
14. De voto continentiæ solemnizato.
15. Quod quis veniat contra iuramentum licitum. ext. de iuram. c. Venientes.
16. Irregularitas contracta per adulteriũ, & cum hoc, quis est confessus, vel conuictus in iudicio, ext. de Iud. & si Laici.
17. Quando quis scienter permisit se bis baptizari. de cons. d. 4. eos. & c. Quibus.
18. Recipere bis eundem ordinem. 1. q. 7. c. Saluberrimum.
19. Bis confirmatus, de cons. d. 5. dictum.
20. Quando quis fecit se ab hæreticis ordinari ad subuersionem fidei. 1. q. 7. conuenientibus.
21. In ordinatione simoniacè facta, ex parte ordinatoris, & ordinati. 9. quæst. 1. ab excommunicatis.
22. In retentione beneficij scienter simoniacè obtenti, vel dignitate.
23. Quod bigamus ordinetur. Ext. de bigamis. cum nuper.
24. Clericus non ordinatus ministrans, ex. de non ord. mi.
25. Corpore vitiatus impediens exequutionem ordinis, vt si monoculo, uel digito carens, d. 55. per totum.
26. In homicidio, vel mutilatione membri voluntarij, siuè cum peccato, vel sine, aut ex iustitia iudicis, vel dantis fauorem. d. 50. si quis viduam.
27. In excommunicatione maiori, recipiẽtes ordines. ext. de sent. excommunicationis. c. Illorum.
28. Si apostata à religione recipit ordines. ext. de Apost. c. fin.
29. In excommunicato maiori suspenso, vel interdicto ministrante in aliquo ordine sacro, talis irregularitas à solo Papa absoluitur.
30. In illegitimè nato, quo ad ordines maiores, vel beneficiorum curatorum, & dignitatum. ext. de fil. præsbyt. his qui. At nobis tollitur per religionis ingressum. d. 56. per totum, non tamen quo ad prelaturam.
31. Quod vnus habeat plura beneficia cũ cura, nisi sint unita. ext. de præsb. capitulo Annexa.
32. Episcopatum habeat, qui ætate 30. an. ext. de elec. c. Cum nobis.
43. Ecclesias curatas ante 25. annum. ext. de elec. c. Licèt Canon.
34. Dignitates non curatas, ante 20. annũ.
35. Quod subdiaconi ante 21. annum diac. 22. sacerdos 24.
36. Exercens, & ordinatus ante ætatem.
37. Concilium Generale solus Papa congregat. d. 27. per totam.
38. Solus Papa potest condere legem vniuersalem. 25. q. 1. §. si ergo. circa medium.
39. Solus Papa potest personam Ecclesiasticam suo iure priuare. q. 3. q. per principalem. & d. 19. in memoriam.
40. A se excommunicatum nominatim absoluere. de elect. c. Venerabilem.
41. Solus Papa potest absoluere excommunicatũ à suo legato. ext. de of. leg. c. qrenti.
42. Solus Papa cognoscit in causis appellatione remota. 9. q. 3. cuncta.

43. Ad

43. Ad Papam remotis mediis appellatur.
44. Solus Papa ubiq; utitur pallio ad pleni tudinem potestatis. ext. de vsu pallij. c. Ad honorem.
45. Ipse concedit aliis pallium. d. 10. palliū.
46. Quod sit Episcopus non existens in sacris. ext. de elec. c. Dudum.
47. Solus Episcopus confirmat Imperatorem, & deponit. ext. de elec. c. Venerabilem.
48. Secularis iudex tyrannus priuatur à Papa. 17. q. 4. si quis deinceps.
49. Absoluit ab excommunicatione, & suspensione, quas sibi reseruat.
50. Electionem nondum factam pronunciat nullam, si fiat. ext. de elec.
51. Canonizat Sanctos ipse solus. extra de ven. Sanctorum, c. primo.
52. Quod qui plures dignitates habeat in eadem Ecclesia, etiam ꝙ curam non habeant. ext. de præb. c. Multa.
53. Quod ualet in positiuis, facit non ualere. ext. de exceſſ. præl. c. tanta.
54. Potest Monachum è Monasterio extrahere, & secum, vel cum alio principe tenere. 9. q. 3. c. fi.
55. Sententia eius facit ius. ex. de sen. & rei iud. in causis.
56. Eodem die ordinat, quo consecratur. ext. de elec. c. Quod sicut.
57. Solus dispensat in gradibus prohibitis, licèt non in omnibus, quia sunt de iure naturali.
58. Potest tollere leges, quo ad vtrunque forum, quando vertitur in animæ periculum. ext. de præscr. c. fi.
59. Potest solus concedere indulgentias plenarias, ac generales.
60. Potest extendere indulgentias ad animas, quæ sunt in purgatorio.
61. Potest legitimare, quo ad spiritualia vbique, quo ad temporalia, quando assentiunt Magnates.
61. Nouas potest restituere religiones.
62. In omnibus Ecclesiæ præceptis dispensare, ut in ieiunio, & aliis, sed ex rationabili causa.
63. Potest hominem absoluere ab obligatione, qua tenetur homini. 9. q. 3. per principalem.
64. Nullo crimine potest accusari, aut condemnari, nisi pro hæresi. 3. 40. si Papa.
65. Nullam excommunicationem, suspensionem, irregularitatem incurrit.
66. Simplici sacerdoti potest committere, ut conferat ordinationem.
67. Simplici Sacerdoti potest committere ut conferat minores ordines, & consecratio Ecclesiarum, & Virginum.
68. Potest concedere laico facultatem, vt excommunicet.
69. Potest dissoluere matrimonium contractum per uerba de præsenti. Hęc omnia ex diuersis colligit D. Antoninus. par. 3. tit. 23. cap. 8.

Errores de potestate Papæ.

Primus, potestas aliorum prælatorum est à Deo sicut Papæ.

Secundus, Parochiani non possunt reduci in Deum, nisi à parochis.

Tertius, Episcopi non sunt immediati curati parochianorum.

Quartus, Papa, & Episcopus non possunt audire confessiones populorum, sed parochiani tantum.

Quintus, Papa non potest dare licentiam, ꝙ alteri, quàm parocho confiteatur. Qui non tantum sunt errores, sed hæreses, quia ait Pelagius 21. quamuis. Qui detrahit ius suum ab Ecclesijs iniustus est, qui autem detrahit ius suum Romanæ Ecclesiæ, hæreticus censendus est. Hæc docet Heru. de potestatæ Papę. & D. Antonin. 3. par. tit. 23.

Sextus, Papa non potest diuitias retinere. Direct. 2. par. q. 14. ser. 20.

Septimus, Papam esse Antichristum, ac ꝓcursorem maiorem. Direct. 2. par. quęſ. 15. her. 53.

124 *Papa in nullo potest ligare successorem.*

HAER. Regula illa par in parem non habet potestatem, quæ habetur, l. nam magistratus. ff. de arbit. capitu. Innotuit, quòd pares à paribus cogi non possunt, fuit in causa vt aliqui arbitrarentur, neque in his quæ fidei sunt Papa posse successorem obligare. Quod si verum est, non essent fixa nostræ fidei principia. Regula verò illa est, vt sic, ideò nec Papa ex sola authoritate Papatus obligat, sed vt Diuinæ assistentiæ dirigenti, tunc enim Papa excedit seipsum, & definit iudicialiter, & ligat irreuocabiliter, licèt Papa vt sic pręcisè non habeat potestatem super alium Papam. Caiet. 2. 2. q. 1. art. 60.

125 *Papa an possit dispensare in traditionib. Apostolicis.* Vide verbo Traditio, nu. 3.

126 *Papa mortuo, quæ remanet authoritas in Ecclesia?* Caiet. respondet, quòd de Ecclesia ac Synodo Accephala nihil inuenit, quia nihil authoritatis est sine capite, q̃uis merita multa. Nec remanet authoritas legislatiua, quia non est integra Ecclesia. Potest tamen ordinare per modum societatis, & nihil, nisi authoritate Romani Pontificis implicitè, vel explicitè.

Confirmatur, quia lex est ab eo, qui habet curam communitatis, Demum, quę sunt fidei pendent tantum à Pontifice.

127 *Papa mortuo potest nè conferri Episcopatus?* Negat Caiet. Quia in Papa tantum est suprema potestas. Et quia Beatus Petrus instituit successorem. Nec Concilium potest imò nec fortè Episcopum priuare. trac. de auth. Papę, & Concil. c. 11. ad primam rationem.

128 *Papa omnia potest.* HAER. In ore omnium (qui nesciunt, quid dicant, nec attendunt, quòd loquantur) est hæc propositio, quæ absolutè prolata est hæretica, nã quæ, quæ sunt Diuini iuris, quæ ad fidem pertinent non potest tollere, quæ sunt Sacramẽta Ecclesiæ, non potest amouere, quæ sunt Ecclesiæ temporalia bona non potest ad libitum dispensare. Indulgentias etiam sine legitima causa non potest donare, & huius generis quamplurima, quæ sunt de iure Diuino, quæ verò sunt legis positiui, & pertinent ad Ecclesię vtilitatem omnia potest. sic ergo exponitur, & declaratur propositio, vt ex superioribus est manifesta.

Paradisus.

Paradisus Cœlestis, & Beatorum fictitius est. HAER. Suppono prius, quid hoc nomen Paradisi importet, nempè hæc vox Græca est paràdeisos. Et pomarium significat, dum verò ad Cœlestem restringitur, Dei visionem importat, & vbicunque Deum clarè quis uidet dicitur Paradisus, inquit Biel. lect. 67. Can. De quo Nominus ad Latronem. Luc. 23. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Et pro confesso Doctores omnes habent nemine reclamante.

2 *Paradisus terrestris non est locus corporeus, sed allegoricè intelligitur scriptura.* Philo Origenes. Amb. Mediol. HAER. Hanc vetustam eorum sententiam aliqui Græci tuentur, cum quibus contingit nobis cum illis Cretæ disputare, qui nec intelligunt, quid loquantur. Quis enim non uidet sensum verborum Moysis esse loqui de loco corporeo, cum dicat. Gen. cap. 2. b Plantauerat antem Dominus Deus Paradisum. Iosephus antiquissimus historicus esse locum terrestrem non inficiatur. Quid? qđ Adam fuit inde expulsus, ad quid Angelus cum gladio ad eius ianuam? B. Aug. li. 8. cap. 1. super Gen. tres opiniones refert circa hanc rem. Vnam eorum qui tãtummodo corporaliter Paradisum intelligi uolũt. Aliam eorum, qui spiritualiter tantum. Tertiam eorum qui utroque modo. Breuiter ergo ut dicam, tertiam mihi fateor placere sententiam. Hæc Aug. Cui D. Th. & Theologi omnes subscribunt. & inibi esse dicebamus Eliam, & Enoc, de quo Eccl. cap. 44. Enoc placuit Deo, & translatus est in Paradisum.

3 *Paradisus terrestris vbinam est?* De loco, ac situ Paradisi non est certum, aliquid traditum à Patribus. Antiqua tamen fuit opinio, esse in altissimo monte, de cuius culmine aquæ ad inde cadentes reddunt habitatores & fundos, ac facto ibi magno aquarum lacu, quatuor inde flumina progredi. Chrisosto. dicit. Plantauerat Deus hortum in eodem secundum Orientem, & posuit illic hominem, quem formauerat. Diuus Augustinus. & Damas. lib. secundo, de ortodox. fide, capit. vndecimo. Diuus Thom. prima parte, quæstione 102. primum, secundum, & tertium. & Strabus, dicunt in Orientali parte esse positum, nam in Oriẽte omni terra excelsior collocata est optima temperie, & aere subtilissimo, atque splendidissimo, huic consonant, quæ docet Aristotel. secundo lib. de Cœlo. Quod Oriens est in dextera parte, quæ nobilior est sinistra.

Demum in Oriẽte esse arbitrantur septuaginta Interpretes ad aures D. Thom. 2. 2. q. 84. 3. tertium. Quare verò flumina, quæ è Paradiso emanant in diuersis locis reperiantur, in causa est impedimentum ipsius terræ, quæ flumina suo recto tramite inundare non sinit. & sic Francisci Georgii, ac aliorum allegorias confutauimus.

4 *Paradisus terrestris ante mundum corporeum est conditus.* ERRON. Mihi ipsi nunquam suadere potui, quod Paradisus sit ante factus, nec authorem hoc docentem legi, nisi ꝙ aliqui D.Hieron. hoc attribuũt, quod certè animo capere non possum, virum Doctissimum id excogitasse, & Geor. tom.2. probl.31. de mente D.Hieron. scribit ꝙ Paradisus sit creatus ante alias creaturas, & nil aliud est q̃. fœlix animarum nostrarum status. At D.Hierony. in Dan.c.10. ait. Conticescant eorum deliramenta, qui vmbras, ac imagines in ueritate sequẽtes, ipsam conantur euertere veritatem, vt Paradisum, & flumina, & arbores putent allegoricè legibus se debere subruere.

Demum nulla suadet ratio, quod sit ante alias creaturas conditus.

5 *Paradisus post lapsum Adæ, desijt esse.* HAE. Fuerunt nõnulli, inter quos Aug. Chisam. Episcopus, qui putauerint, post Adæ peccatum, penitus euersum esse terrestrem Paradisum. Quod pugnat non tantum cum hoc, quòd Deus nihil destruxit, sed quia ecclesia docet inibi habitare Enoc, & Eliam.

6 *Paradisus terrestris ad lunarem globum contingit.* Hoc docuit Beda in explanatione Gen.2. & scribit Paradisum esse locum in editiori parte terræ situm, & à terræ planitie usque adeò elatum, ut globum Lunæ contingat.

Cuius sententia pugnat cum aliis nedum D.Thom. loco citato, & ratio non suadet, quòd eo loci posset homo habitare, quod certum est, apud quemuis mediocriter eruditum.

Parabola.

Parabolis, ac similitudinibus non vtitur scriptura. HAER. Quoniam gaudet animus cum ex his, quæ sibi familiaria sunt, & perspecta ducitur ad perfectorum cognitionem. His de causis arbitrantur Catholici, sub metaphoris Diuina mysteria in sacrapagina esse tradita.

Imò & Plato, & ante ipsum quamplurimi uiri præstantissimi talia inuenerunt, quibus animus, quasi adminiculis allectus disciplinam susciperet.

Crassa enim nimis, & inepta est humana mens, ad rerum notitiam capessendam, & pluribus eget pedagogis, & his superadditis uelut alis, ad altiora uehitur. Recitantur in sacris literis quàm plurimæ similitudines. & 3. Re.4.D. Parabola lignorũ. Iud. 6. Parabola uasorũ transmigrationis. Ezech.12.A. Parabola de Iudæis assumptis in populum Dei. Isa.5.A. Parabola duarum aquilarum. Ezech.17.A. De Saluatore nostro etiam apertum habemus testimoniũ, quoties in parabolis loquutus sit, & de eo fuerat Prophetatum. Aperiam in parabolis os meum. Quæ omnia, ea de causa euenerunt, quoniam Diuina intelligibilia exilem, ac debilem intellectum nostrum longo interuallo superant, sicut oculum Nycticoratis lumen Solis. Alia enim in superficie, alia in medulla continentur, nec parabola sonat, quod apparet exterius. De his D. Hiero. scribit, eccl. ult. Prouerbiorũ librum, non ut simplices arbitrantur, patentia habere præcepta, sed quasi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirsutis castanearum operculis absconditus fructus inquiritur, ita in eis Diuina sunt altius perscrutanda.

Paralipomenon.

Paralipomenon libri, non sunt Canonici. HAER. De hac, uerbo Regum inferius scribam.

Pascha.

Pascha Domini apud Christianos, semper quarta decima Luna est celebrandum. HAER. Orta olim est inter Episcopos Asiæ dissensio de celebratione Paschæ, quod semper quartadecima Luna debet celebrari, cuius contrarium omnem dirimendo controuersiam in Niceno Concilio est definitum, ut legitur lib.2. Hist. Trip. capit.12. Est etiam alius usus Ecclesiæ, quod die Dominico celebrat, & non alio. Apostoli etiam can. 8. uetant, ne cum Iudæis Pascha celebremus. scribit etiam Euseb. lib. 5. capitu. 17. hanc esse Ecclesiæ consuetudinem, & obseruata fuit apud Palestinos. Et Nicena Synodus promulgauit omnibus eo die esse celebrandum, quia non omnibus notus erat Canon Apostolorum, & in eadem Synodo excommunicantur, qui cum Iudæis celebrarent, & tales erant. Audiant hæretici, qui Pascha cum Iudæis celebrabant,

Direct. part.2.q.6.num.61.Turrian.lib. 1. cap.7. Alphon. de Castro. impugnant.

Patriarcha.

Patriarcha non est subditus Romani Pontificis. HAER. Si non esset Patriarcha summo Pontefici subiectus, nec punire posset ipsum, si quando erraret. Nec hoc nomen est portentosum, ut Lutherani dicunt, imò usitatum apud Clem. & Anacletum, nec aliquid sequitur, non habetur in sacra scriptura, ergo fictitium. Nam licuit sumere ex umbra ueteris testamenti uerbum, & ad ipsam imaginem rerum noui testamenti, sicut Apostolus ait accomodare. Et Patriarcha dicitur apud Græcos qui propinquius accedit, ac succedit sanctis Apostolis, qui sunt noui testamenti, tanquàm Patriarchæ, ac patres patrum, & hāc nominis significationem habemus in can.44. Niceni Concilii, quo loci vocat Patriarcham Metropolitanum, & Episcoporum caput, si non hoc nomen non horuit Nicena Synodus, sed à sanctis Apostolis excogitatū accepit, quare despiciunt Centuriatores, nisi quia summo odio prosequitur Ecclesiasticam hyerarchiam. Hucusque de nomine, quantum uerò ad rem quod solus Romanus Pontifex sit superior, & quòd eius sit alios confirmare, supra probatum est & exemplo Phocii Constantinopolitani, qui scribit de Sophronio Hierosolymitano Patriarcha hic ad Honorium Romanum Pōtificem scribit de suo fide & ab eo firmari postulat, & Paulum Apostolum se sequi dicit. D. Thom.4. cont. Gent. ait. Vt ostendatur potestas clauium per eam ad alios deriuanda ad conseruandam Ecclesiæ ueritatem. Et 4. distin.24. ult. Quamuis omnibus, sit communiter potestas data ligandi, atque soluendi, tamen in hac parte ut ordo aliquis seruaretur, primo soli Petro data est, ut ostendatur, quòd ab eò debeat ista potestas descendere. sic ergo prælati omnes Papæ imperio subijciuntur. At quia de hoc sæpius loquuti sumus, satis sit hæc admonuisse.

Pater.

Pater non prius dicitur in Diuinis, quàm creatū. HAER. Verbis D. Pauli probatur quod prius de Deo dicatur, nam scribit. Ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Imò & Saluator noster ait. Vnus est enim pater uester, qui in cœlis est. Hanc expositionem D. Tho. Caiet. & alii amplectuntur dicamus ergo Pater noster, qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum.

2 *Pater in Diuinis, non est alius à filio.* HAER. Quando in sermonem de filio incidebamus, hæc hæresis fuit confutata. Nam neque Trinitas esset, nisi alius esset filius. Neque uerum, quòd filius esset missus, neque uirum personarum baptizandum esset, neque tres essent, qui testimonium darent in terra. His & Athan. dicenti. Alius Pater alius Filius, alius Spiritus Sanctus subscribit Ecclesia.

3 *Pater non est principium totius deitatis.* HÆ. Omne, quod est, habet aliquod principiū, licèt ad unū deueniri oporteat à quo omnia & ipse à nullo. Talis est pater à quo filius, aliàs nec pater posset dici. Et hoc insinuat D. Ioan. & uerbum erat apud Deum, & D. Ambr. apud D. Tho. pater est principium totius deitatis. & D. August. lib.5. de Trin. cap.14. idem probat. & lib.4. cap. 20. & Scholastici in primo dist.29.

4 *Pater non est proprium nomen Diuinæ personæ.* HAER. Adeò proprium est hoc nomē primæ diuinæ personæ quatenus respicit actiones ad intra, quòd alteri conuenire non potest. Hinc Dauid. psal.2. Ego hodie genui te. Et sua uoce testatur, Hic est filius meus dilectus. Et Philippus. ostende nobis patrem. si ergo nomina ad naturam rei explicanda sunt adinuenta, sicut natura una in se, quòd ab alia distinguitur, sic & nomē naturam illam repræsentans.

5 *Pater non est ingenitus.* HAER Constitutissimum est principium apud omnes Phylosophos, ac Theologos, quod datur unum primum, quod alia omnia producit; & à nemine depēdet. Ideò Deus pater à se est, nec ab alio genitus, nec factus, ut Athan. & Hil. docent.

6 *Pater genuit seipsum Deum.* HAERE. Ex D. Aug. conuincitur hic error, qui lib.1. de Trinit. cap. 1. ait. Qui putant eius potentiæ esse Deum, aut seipsum genuerit, eo plus errant, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis, nec corporalis creatura: nulla enim res est, quæ seipsum gignat. Cui magister subscribit, & schola uniuersa.

7 Pater

7 *Pater & filius sunt duo principia Spiritus Sancti.* HAER. Non est controuersia in hoc, nec aliquem legi, qui hanc sententiam tueatur. Nam sicut una est uoluntas, ac amor, sic vnicum Spiritus Sancti principium, ut scribit D. Augusti. lib. 5. cap. 14. circa finem, & scholastici in primo distinctio. 11.

8 *Pater, & filius sunt ne duo spiratores, vel unus tantum?* Digladiantur scholastici hac in re. Namque Aegid. arbitratur, quod sicut tres personæ erant, non in eo, quod plures, sed in eo, quod uniuntur in aliquo absoluto puta in Deitate: sic Pater, & Filius spirant non in eo quod plures, sed quatenus in absoluto uniuntur, ut est Deitas: & non possunt dici tres Creatores, quia vna est Deitas creans, sed duo spiratores, quoniam Deitas non spirat, sed personæ. Alii uerò rem melius contemplantes docent, quod duo sunt spirantes propter distinctionem suppositorum, sed unus spirator propter unam spirationem, quia spirans adiectiuum est, & spirator substantiuum. sic exponit D. Tho. Scot. Alb. Carthusianus, & peritiores omnes.

9 *Pater est prior filio, natura, tempore, ac dignitate.* HAERE. Quicquid sit de prioritate signi, quam fingit schola Minoritana. Loquimur modo de prioritate naturę, qua nullo modo natura poterit esse Pater prior filio, sicut sol natura, non est prius radio, nec ignis suo calore. Lumen de lumine, sic Filius, à Patre. Et ęternus est patri, sic exponitur illud, ego hodie genui te, idest æternitate. Et D. Ioannes, In principio erat. In ęternitate uerò nihil est prius, aut posterius, hanc expositionem tedum Ath. uerum & Catholici omnes cõtra Arrium sequuntur.

10 *Pater est ne aliquo modo prior filio?* Responderent, Scoti discipuli, quod est in aliquo signo prior, eo enim, quo pater est sic filio prior unde frui potest vna persona sine alia. Hanc tamen prioritatem schola nostra non agnoscit. Fatemur tamen aliquo modo patrem esse priorem filio, non secundũ rem neq; naturam, nec intellectum, quia in diuinis non reperitur nisi essentia, quæ cum sit eadem, & nihil sæipso prius, ideò nec pater. Reperitur etiam relatio, quę est simul natura & intellectu, atque ideò cum in Deo nõ sit, nisi essentia & relatio, & quo ad essentiam vna persona non est prior alia, quo ad relationem etiam relatiua sunt simul natura sequitur, ut non sit talis prioritas. Quando verò apud D. Tho. legitur, quod pater est prior filio, intelligitur sub aliquo partiali conceptu, & modo concipiendi & sic exponitur illud. Hypostasis patris est prior actu notionali. Aliud ergo est loqui de persona patris in se, aliud de ea sub aliquo conceptu, & tali determinato. D. Tho. 1. p. q. 42. 3. secundum. Capreol. 1. distin. 6. q. 1. ad secundam probationem, contra sextam infime distinctionis. Et Caie. 1. p. ubi supra. & 2. 2. q. 8. art. 5. & sic tolluntur obiectiones aduersariorum, apud Vall. in formas. pag. 441.

11 *Patri conuenit uisibiliter mitti.* HAER. Sicut pater à nullo est, sic mitti non potest, nec conuenit, nec ullibi legimus esse missum. D. Aug. lib. 2. de Trin. cap. 5. & D. Th. 1. par. q. 43. art. 4.

12 *Pater genuit filium uoluntate.* HAER. Arrianorum hæresis inter alias vna fuit, qđ filius Dei sit pura creatura & quod pater filium genuerit uoluntate, quasi principiũ. Catholici verò Fatentur, quòd non uoluntate, sed natura filium genuit, & cum Hilario dicunt lib. de Synodis, omnibus creaturis substantiam attulit Dei uoluntas, filio autem naturam dedit ex initiabili, & non nata substantia perfecta Natiuitas. Talia quippè cuncta creata sunt qualia Deus uoluit illa esse, filius verò natus ex Deo talis subsistit, qualis pater. Nec Hil. circa mediũ & D. Aug. lib. ad Orosiũ, dialogo 65. tom. 4. Neque uoluntate, neque necessitate genuit pater filium. Et concors Doctorum concentus est, quod pater non genuit uoluntate, quasi principio productiuo operis, sed uoluntate, ut dicit concomitantiã, sicut sum homo uoluntate, quia uolo me esse hominem, ac mihi placet sic esse. D. Tho. 1. par. q. 41. art. 2. cum quo alii, ut testatur Carthus. p. dist. 6. q. 8.

13 *Pater est causa filij.* HAER. Apud Græcos reperitur hoc dictum authore D. Tho. & inter alios Theodoretus Cyri Episcopus, ut libr. cont errores Græcorum refert D. Tho. At Latina Ecclesia damnat talem locutionem, ne faueat Arrio, quòd filius sit causatus, aut minor patre, dicitur, quòd pater est principium filii, non tamen causa, quia causa ab effectu distinguitur re, at nõ prin-

principium, & principiatum. Hæc sunt apud omnes manifesta.

14 *Pater non semper operatur.* HAER. Ex malo intellectu illorum uerborum. Requieuit Deus die septimo ab uniuerso opere quod patrarat, quę scribit Moyses, Gen. 2. Putarunt aliqui, quod Deus perambulet cardines cęli, nec nostra considerat. cuius errorem confutare possumus ex uerbis Domini dicentis. Pater meus, semper operatur, & ego operor Ioan. 5. Quæ verò dicit Moyses, non sunt accipienda quasi modo non operetur, sed quia requieuit ab operibus, quæ tunc fecit, idest ab instituendis rerum naturis, ut iam ultra non faceret mundum, à quo opere post perfectionem cessauerat, sed in rerum administratione semper operatur, & sic loquutus est Dominus, quòd semper operatur.

Patientia.

Patientia non est uirtus. HAER. Qui negant patientiam esse uirtutem, nec mereri aliquid nec apud Deum, nec homines poterunt. De patientia nanque Dominus dixit. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Hæc sic à Cicerone definitur in Ret. Patientia est honestatis & utilitatis causa rerum arduarum, ac difficilium uoluntaria, ac diuturna perpessio. Hæc est in concupiscibili subiectiuè, ut docet D. Tho. 2. 2. q. 136. 4. secundum. Nec sine gratia consequi eam possumus, de sua ergo ratione est aduersa ęquo animo tollerare.

Patientia nulla ratione Deo attribui potest. HÆ. Huic assertioni reclamāt sacræ literæ, quæ Deum patientem appellāt, ac eius patientiam commendant. Vt in psal. 85. & tu Domine Deus patiens, & multæ misericordiæ ac uerax. & psal. 144. Dominus patiens, & multum misericors. Eccle. 8. Centies peccator facit malum, & à Deo per patientiā expectatur. & ad Rom. 9. Substinuit Deus in multa patientia uasa in interitum. & D. Pet. 1. cap. 3. Expectabunt Dei patientiam in diebus Noe. D. Aug. in lib. de patientia dicit. Patientia Dei prędicatur non in hoc, quòd malum aliquod patiatur, sed in hoc, quod expectat malos, ut conuertantur. Ex quo habemus interpraetationem aliquorū Doctorum, qui negant in Deo patientiam. Nam, ut importat, quod aduersa, & contraria tollerentur non est in Deo, ut uerò significat tollerantiam, qua errantes expectat, est in Deo, quo sensu affirmant omnes & primo modo negat D. Chryso. qui hom. 2. in epistola ad Coloss. dicit, quòd sacræ literæ non attribuunt Deo patientiam.

Paulus.

Paulus Apostolus non fuit uir Sanctus, nec eius epistolæ sunt recipiendæ. HAER. Fuit olim dubitatio de quibusdam epistolis D. Pauli, at ex Ecclesiæ difinitione omnes sunt hodie receptæ, quæ in sacro Bibliorum uolumine continentur. Eius uerò sanctitatem omnes uenerari debemus, quam ne dum Lucas in actis Apostolicis, & D. Chrys. sed omnes usque ad sydera tollunt. De epistolis uerò, referre singulas dubitationes aduersariorum longum esset, atque eius, quas mouent expositores, ideò potiores illas exscribam hæreticorum.

Obiectiones.

Nefariam hanc hæresim multis argumentis probauit Faustus, quæ D. August. soluit. Contendit Faustus epistolas D. Pauli esse falsatas in his locis, ac per hoc repudiandas.

Primus, Ad Rom. 1. scribit. Christum esse ex semine Dauid. Et ad Corint. 2. cap. 9. dicit. Nos neminem nouimus secundum carnem, & si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam nō nouimus. Quæ inter se contrariantur.

Respondeo ex D. Aug. lib. 11. cont. Faust. c. 4. Quod ista conueniunt inter se, & sensus uerborum ad Cor. est, quod noueramus Christum ante mortem secundum carnis mortalitatem, sed iam à mortuis resurrexit, & nunc non nouimus amplius mortalem, quia Christus resurgens à mortuis iam non moritur. Quod (ait) noueramus secundum spem iam non nouimus, sed cōpletum est, quòd promissum fuerat.

Secūdo, longe secus scribit ut personis, ac qualitatibus ingeniorum se accomodaret unde ait. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, omnibus omnia factus sum, ut Christum lucrifacerem. Dicitur, quòd utique omnibus omnia factus non fallendi gratia, sed compatiendi, quòd non est in conue-

conuemens, Imo sapientissimè factum, ut eos lucrifaceret.

Tertiò, multa scribit humano ingenio nō Spiritu Sancto dictante, ut ad Gal.5. Vtinā abscindantur, qui uos conturbant. Et alia similia.

Respódeo, quòd nec dum humana loque retur, fuit Spiritu Sancto destitutus, sed ab ipso conuersionis die repletus fuit, unde & uniuersa eius dicta recipimus. Hæc ex D. August.

2 *Paulus fuit Petro in omnibus æqualis.* HÆR. Quomodò sit salsa hæc ꝑpositio, infra uerbo Petrus demonstrabo. Et si tamen in authoritate regiminis non fuerit Petro ęqualis, fuit tamen maior, quia uocatus fuit dū Dominus erat in cœlo, ideò ponitur ad dexteram. D. Tho. Gal. 3.

3 *Paulus fuit ne virgo?* Potius affirmandum est eum fuisse Virginem, quàm vxoratū. Nam p. ad Cor. c. 7. B. ait. Dico autem non nuptis, & uiduis, bonū est illis, si sic permanent, sicut & ego. Ex quibus uerbis Oecumenius Græcus ait. D. Paulum Virginē fuisse. Theodoretus etiam sic exponit. D. Hieron. ad Eustoch. eum Virginem fuisse dicit. De Virginibus (inquit) Apostolus prę ceptum Domini non habeo, cur? quia ipse ut esset Virgo, non fuit Imperii, sed propriæ uoluntatis. Neque enim audiendi sūt, qui uxorem habuisse confingunt, cum de continentia disserens, & suadens perpetuā castitatem intulerit. Volo autem uos esse sicut me ipsum. Hæc Hiero. D. Ambr. quoque eum Virginem fuisse exstimat, non tā tum castum.

4 *Paulus errauit dum Petrum reprehendit.* HAER. Ne dum D. Tho. & alii expositores recentiores, imò Patres iustè eum redarguisse Petrum contendunt in obseruatione legalium, quia cogebat gentes Iudaizare, suæ cōuersationis exemplo, quo meruit sic reprehendi. D. Tho. 2.2. q. 33. 4. secūdum. De quo loquuti sumus, num liceat summum Pontificem arguere.

5 *Paulus, nunquàm fuit membrum Diaboli.* HAE. Qui hoc affirmat, totam sacræ hystoriæ seriem cōtēnit Nam describit D. Luc. conuersionem & eius Festum agit Ecclesia, non est ergo audiendus Hus, qui dum negat Paulum fuisse membrum Diaboli, se filium Diaboli esse demonstrat, Nec plura in re manifesta.

6 *Paulus num in raptu essentiam Dei viderit?* Quoniam non scribimus controuersias Scholæ, sed Catholicam veritatem exponimus, vt imitatores D. Thom. Quod in suo felicissimo raptu viderit Dei essentiā arbitramur. Audiui arcana verba, quæ nō licent homini loqui. sic tenet D. Augus. lib. de vid. Deum, vt testatur D. Thom. Et hæc visio fuit per lumen gloriæ transeuntis, nō permanētis, vt in Beatis. licèt ex sacra scriptura apertè non habeamus, vt Caiet. aduertit, tamen sic sentit D. Aug. & ignorauit estasim, ideò dixit. Siuè in corpore, siuè extra corpus nescio, nec anima fuit à corpore totaliter separata. vsque ad tertium Cœlum fuit raptus, nam Cœlum Empyreum dicitur tertium, respectu cœli aerei, & cristallini. Dicitur tertium, quia prima cognitio est sensitiua, secūda imaginaria, tertia intellectualis. Demum dicitur tertium, quia prima est hyerarchia, secunda, & tertia. Has omnes transiuit D. Paul. in quo tamen fides remansit, quia non vidit omnia Fidei mysteria, sic & in Prophetis remanet, quæ verò vidit exitura in actum, credit secundum præparationem animi. Hucusque D. Thom. & Caiet. 2.2. q. 175. ar. tertio. Recordabatur tamen in raptu illo per aliquas species, sicut remanet in nobis species post visionem.

Paupertas.

Paupertas adeò est necessaria, vt diues nullus saluari possit. HÆR. Fuere aliqui viri Apostolici dicti, qui adeò paupertatem extulerunt, vt dicerent, neminem esse beatitudinis capacem, nisi pauperes. Quos verbo diuitiæ confutabamus. & Diu. Augustin. damnat lib. de hæres. capit. 49. Nam multos saluos esse docent Sacræ literæ, qui diuitias retinuerunt. & quare Dominus dixit. Redite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, quare soluit tributum, & Paul. errauit, quando dixit. Cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Direct. 2. par. q. 15. her. 2.

2 *Paupertas sola omnia peccata dimittit.* HÆRET. Ad quid D. Paul. adeò charitatem extollit, vt nihil esse gratum, sine ea dicat, si satis paupertas sola. primæ Corint. decimotertio.

3 *Paupertas est inutilis, imò noxia. Desiderius Longobardus.* HAE. Hoc dictũ è diametro pugnat cum superiore, imò cum uerbis Domini, Si uis perfectus esse, uade uende omnia, quæ habes & da pauperibus. Et Apostoli dixerunt. Ecce nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quibus respondet. Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. & alia multa huius generis.

4 *Paupertatem esse necessariam Clericis, nec aliquid retinere licet dixit.* Vuit: & hus, quos ualidissimis rationibus confutauimus uerbo. Clericus.

Pax.

Pax non est uirtus. HAER. Ne dum in sacris literis pax commendatur, sed à quouis alio, & nemo est, qui tranquillo animo uiuere nõ querat, nisi magis Bruto quàm homini sit similis. Hæc finis est Ecclesiasticæ, atque politicæ legis. Pax verò sic à D. Aug. definitur. Pax, lib. 19. de Ciuit. Dei. cap. 13. & est trãquillitas ordinis, idest quieta, & suauis concordia debitum seruans ordinem, ubi enim non est odio, ibi est confusio, ubi confusio, ibi pacis perturbatio. De qua Dominus. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Pacem ergo diligamus, quam nobis testamento Iesus reliquit. Pacem meã do uobis. & tunc Deus pacis, & dilectionis erit uobiscum. Hæc enim est charitatis effectus, & duo requirit. Primum concordiã. Secundum ordinem concordantium inter se, unde si ui, uel metu aliquid fiet, non est pax. Nec est formaliter effectus charitatis, sed causaliter, quoniam est perfectio consequens ad charitatem. Sicut enim ignis calefacit, & rarefacit, per unam met uirtutem, ita per charitatem fit mutuas consensus ac concordia, non quæuis, sed in bono, nam nõ est pax impiis, dicit Dominus Isa. 59. Nec contraria sunt hæc D. Tho. qui ar. 4. dicit pacem, non esse uirtutem, sed charitatis effectum, nos uerò diximus esse uirtutem, quia reddit bonum habentem, & opus eius perfectum, alio enim modo D. Thom. accipit nomen uirtutis, nempè pro principali, ac Theologica de quibus scribit eo loci. 2. 2. q. 29. per totam. & alii uno ore conueniunt.

Peccatum.

Peccatum corrumpit naturam. HAER. Lutheranorũ simile est asserto, quod p peccatũ non remanet liberum arbitrium, sed amissum, ac destructum est. Quod si uerum est ad quid tot comminationes & præces Ecclesiæ, tot conciones ut peccatores ad Deum redeant, si enim liberum arbitrium, uel natura destructa est, quomodo quærimus locum pœnitentiæ, ut supra, uerbo. Liberum arbitrium diximus. Vnde D. Thom. & alii post Dyonisi: dicunt, quòd natura etiam in dæmone remanet libera, licèt infirma, ac uiribus extenuata, non tamen corrupta. sic interprætantur, quæ Dominus dixit, de homine illo, qui descẽdebat ab Hierusalem in Hierico, qui incidit in Latrones, & fuit spoliatus, ac multis plagis percussus. sic D. Aug. lib. de Trin. c. 4. A. exponit. & D. Tho. pri. 2. q. 85. 1. & 2.

2 *Peccati, ut macula est Animæ, Deus est causa.* HAER. Doctores disputant de hoc, at D. Aug. (quem alii sequuntur, lib. 13. de Trin. cap. 12.) docet, quòd Deus est causa quia permittit. Scholastici inter quos D. Tho. ac discipuli distinguunt, quòd bifariã peccatum potest expendi.

Primò, vt actus quidam in genere rerum naturalium, & sic ad causas naturales referendum esse dicunt. Vt uerò consideratur in ordine rerum moralium, uel melius, ut macula est, at malum priuãs animam gratia sic est in prauam uoluntatem referendum. Errauit ergo Philippus Melãthon, qui dixit Deum eodem modo esse causam perditionis Iudæ, & uocationis Pauli. Est uerò Deus causa peccati alterius, ut pœna est præcedentis peccati, ut scribit D. Tho. p. 2. q. 87. 2. & Caiet. ibi, & fulcitur authoritate Augu. At peccatum non per se, sed per accidens est pœna alterius.

3 *Peccatum ueniale, & mortale, non distant in infinitum.* ERRO. Parui momenti fortè primo aspectu aliqui hanc propositionem diiudicabunt, alia ideo falsa, atque impugnanda est, quia repugnat principiis Theologiç. Nam peccatum tollit gratiam, ac filium Dæmonis constituit, quæ duo distant in infinitum. Rursum ex parte auersionis distant, quoniam unum auertit à Deo, at non aliud: ex parte uerò conuersionis conueniunt, nam in eodem genere

sunt

sunt primi motus adulterii, ac adulteriũ. De his legas apud D. Tho. pri. 2. q. 72. arti. 5. Quo loci Roellinus addit, ex parte auersionis distant in infinitum, non quo ad actum.

4 *Peccatum actuale, & originale non differunt.* HAER. Ex ijs, quæ dicta sunt de peccato origiuale, horum distinctio elucescit. Nam originali est, quod ex peccato primi parentis transfunditur etiam in pueris, nullo eorum actu concurrente, actuale uerò à proprio pendet arbitrio, sic enim nomina Doctores interpretantur. Illud ergo ab aliena, hoc à propria pẽdet uoluntate. Et hoc pro confesso habetur in Ecclesia. De originali dictum fuit. Per peccatum mors, & in quo omnes peccauerunt. De hoc qui facit peccatum seruus est peccati. At de his alibi satis diximus.

5 *Peccatum ueniale actuale est ne grauius originali?* De fide hoc non est, tamen quoniam in locum incidimus, quodnam sit maius exponemus, & se habent sicut excedentia, & excessa. Nam peccatum ueniale ideò grauius, quia est uoluntarium, propria uoluntate. Secundo, quia debetur ei pœna sẽsibilis. Tertio, quia præsupponit originale. At sub alia consideratione originale maius est, quia nos Dei gratia expoliat, ac omnium malorum est radix. Rursum originale dicitur æquiuoce pecaatum. sic ergo Roell. part. 2. q. 82. p. secundum. dicit, quòd originale maius, quia priuat gratia. Capreol. 2. dist. 30. ad primum Dur. q. 1. pag. 228. col. 1. arbitratur, quòd inter omnia peccata originale est minimum, quia non uolũtarium uolũtate personæ sed principii. D. Tho. 2. dist. 33. q. 1. tertium.

6 *Peccatum ante Christi mortem omnes damnauit nec ullus est saluus.* Armeni. HAER. Huius dicti falsitas ex utroque conuincitur testamento. Nam multos fuisse sanctos narrat sacra hystoria. Noe. Loth. Abraã Moyses, Dauid, & tot Prophetæ. de quibus dixit. Recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacub filij autem regni eiicientur foras. Et in Ascensione Domini, captiuam duxit captiuitatem, quos è limbo liberauit. Ineptissimè ergo hoc dicitur.

7 *Peccatum non est à libero arbitrio, sed à Dæmone.* Valentinus, Armeni, Albanenses. HAER. Videant quid dixerit Dominus, Perditio tua ex te Israel. Et ad quid uocauit, Adam ubi es? & Caim, vbi est Abel frater tuus? quare Dauid dixerit, tibi soli peccaui: & proditor peccaui tradens sanguinem iustum: & filius prodigus. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, pater peccaui in cœlum, & coram te. De Magdalena hoc idem narrat Euangelista, & de alio. Iam sanus factus es, noli amplius peccare. His locis probatur, quòd homo liberè peccet, & sua iniquitate polluitur, non solum Demonis tentatione.

8 *Peccatum est opus factum à quouis iusto. Luth.* HAER. De operibus contra Lutheranos cum disputabamus superius demonstrauimus falsissimum hoc esse. Contra quem est decisio Concil. Tridenti. sessio. 6. Cano. 25.

9 *Peccatum nullum computatur habenti fidem. Aetius.* HAERE. Si remanet fides sine charitate, & gratia, ut supra probatũ est; quomodo non poterit homo peccare. Immo nec fides iustificat, sine gratia, ne ergo idem repetamus, non alia hic pro confutatione dicam.

10 *Peccata aliqua sunt irremissibilia. Armen.* HAER. Quã nam concessit Petro, ac alijs Apostolis potestatem, nisi ut peccata remittat, qualis erit vsus clauium? Quodcunque ergo ligauerint erunt ligata, & quodcunque soluerint erunt soluta. Matt. 16. & Ioan. 20. De duritia verò cordis, ac vt explicaret eius difficultatem, dixit Dominus. Quod peccatum vnum non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro.

11 *Peccatum minus nunquam est tollerandum, etiam si permittatur gratia maioris mali uitandi. Valdenses.* HAERE. Testimonio Saluatoris confutatur dicentis. Moyses ad duritiam cordis vestri permisit uobis dimittere vxores vestras, ab initio autem nõ fecit sic. Matth. 19. Permittit ergo diuortium, & aliquando etiam Ecclesia, ut suo loco dixi. Adhæc. Zizaniam permittit Dominus in agro, ut triticum simul eradicetur. Matth. 13. Habemus etiam ex dist. 13. C. Nerui. Quod princeps potest minus malum permittere, ut maius euitetur. Nam tunc non consulimus malum, nec inducemus, sed ad minus malum, quod si e regione cum illo comparetur est inducere ad bonum: sic exponit Caieta. quòd fecit Loth, qui exposuit filias ad maius malum cui-

euitandum. De quo disputat Soto de Iusti. & Iure lib. 6. quæst. 1. arti. 5. Caieta. 2. 2. q. 38. articu. 4. & de vsuris dicunt Doctores, quòd ecclesia eas permittit ad maius malum euitandum, rapinas, & furta. Sil. Tab. vsura. §. 1.

12 *Peccata sunt paria, nec unum alio grauius. Iouinianus.* HAER. Falsa essent Domini verba. Matth. 5. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Secundò: qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Tertiò, quare peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile. Non ergo omnia eadem lance libranda sunt, & errauit schola Stoicorum. Contra Iouin. scribit D. Hieronym. Direct. 2. par. quæs. 4. num. 4.

13 *Peccare amplius non potest, qui semel fuerit Iustificatus. Iouinianus. Pelagius.* HAERE. Hanc hæresim tueri fuit in animo Beguardis, ac Breguinis de Alemania. Quæ repugnat fidei, dicenti. Qui stat, uideat, ne cadat. & Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra. & Ioan. 1. c. 1. Si dixerimus, quòd peccatum nō habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Sic & in Conci. Viennensi fuit definitum, & habetur de hæret. c. ad nostrum. & in Trid. Concil. sess. 6. Cano. 13.

14 *Peccata omnia uitare possumus absque auxilio Dei.* HAERE. Si sufficientes non sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, quomodo peccata vitare nostrum erit. Sine enim suo auxilio nihil facere possumus, Dei ergo auxilium exigitur, ut supra diximus. Direct. 2. p. q. 4. Hær. 10.

15 *Peccatum mortale, & ueniale non differunt. Caluinus.* HAER. Deducunt Theologi ex sacris litteris horum discrimen. Nam mortale mortem infert æternam. Veniale verò facit dignum, ac reum pœna tēporali, ac venia dignum. De illo, ibunt ij in supplicium æternum. De hoc uerò, septies in die cadit iustus.

16 *Peccatum omne hominis iusti est veniale, Reprobi verò omne est mortale. Vuit.* HAERE. Putant omnes Doctores. Adam esse à Deo electum, & tamen ei dictum fuit. In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. De Dauide etiam 2. Reg. 12. legimus, quòd dixit. Miserere mei Deus post homicidium, & adulterium. De D. Petro: qui statim lachrymatus est. De Paulo. Domine, quid me uis facere? De Latrone. Hodie mecum eris in paradiso: & de similibus certum est, quòd mortaliter peccauerunt.

17 *Peccatum mortale constituit hominem hæreticum.* HAER. Quid esset hæresis, supra exposuimus, quæ præter peccatum mortale multa alia requirit: vel si mortale peccatum facit hominem hæreticum, quot essēt fideles? Iustè ergo reprobari debet. Direc. 2. p. q. 10. hæresi. 10.

18 *Peccantibus non est comminata damnatio, sed præbentibus tantum exemplum.* HAERE. Quomodo datur æterna pœna iis, qui in mortali decedunt, si non fuit antea comminata. Esuriui, inquit, & non dedistis mihi manducare. Quid aliud clamauerūt Prophetæ? Quid Dominus propria uoce? quid Apostoli, quid ecclesia in auribus nostris sæpius intonat? Conuertimini ad me in toto corde uestro, & alia huius farinæ. Directo. 2. p. q. 11. hæresi. 14.

19 *Peccatum originale proprijs uiribus potest tolli.* HAERE. Damnatur in Concilio Tridenti. sess. 5. Cano. 3. Et ad quid sacramentum Baptismi. Falsò, dixit Dominus. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto.

20 *Peccatum originale non deletur per Baptismum.* HAERET. Virtutem, ac efficaciam Baptismi supra recensuimus, & Concil. sessio. eadem. Cano. 5. confutat hanc hæresim.

21 *Peccatum nullum est, nisi infidelitas.* HAERE. D. Paulus, sicut fructus spiritus refert, sic & carnis homicidia, adulteria, fornicationes. Et Dominus. Ex corde exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria, &c. Demum septem esse uitia capitalia omnes Catholici affirmant, & ex sacris litteris suo ordine demonstrauimus.

23 *Peccata mortalia capitalia non sunt septem.* HAERET. Pugnat hæc propositio cum communi ecclesiæ definitione: & quod sint septem, prima uitia nemo est Catholicorum, qui neget. Reuoco lectorem ad præfixum ordinem alphabeti, ubi sunt omnes authoritates exscriptæ.

Pœna.

Pœna ecclesiastica nulla est. HAERE. Quod de

censura ecclesiastica erat supra dicendum, hoc loci exscribam, Et pœna compræhendit interdictum, suspensionem, & excommunicationem, ut legitur ext. de verb. sign. c. Quærenti, quæ quidem censura vim habet à clauibus. Hæc à Canonistis sunt petenda & de unaquaque scripsimus.

2 *Pœna peccati nulla est.* HAER. Hoc si uerũ esset, periret ordo uniuersi, nec subsisteret mundus. Nam oderunt peccare mali formidine pœnę, oderunt peccare boni virtutis amore. Quæ verò sit peccatorum pœna in hac uita, quotidie experimur, quę uerò in alia remaneat, demõstrauibus verbo, Infernus, & infra de Purgatorio redibit oratio.

Pœnitentia.

Pœnitentia non est Sacramentum nouæ legis. Luth. HAER. Docuit Lutherus, quod non exigitur pœnitentia, sed optima pœnitentia est noua uita, quæ non ex sacris literis, sed iniquissima officina deprompsit. At Ecclesia semper hanc medelam suscepit. Ex verbis Domini. Tibi dabo claues regni Cœlorum. Mat. 16. & Io. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Quæ in ueteri lege fuit figurata. Leu. c. 4. & 5. Et Matth. 8. dictum fuit. Vade ostende te Sacerdoti. & Luc. 13. Ite ostendite uos Sacerdotibus, & factum est, dum irent, mundati sunt. In Concilio Constantiensi contra Hus, damnatur eius hæresis, quæ dixit. Sacerdotes quomodolibet criminosè viuentes infideliter sentiunt, de septem Sacramentis Ecclesiæ, Concilium Floren. dicit. Quartum Sacramentum est pœnitentia, cuius quasi materia &c. Trid. sess. 14. cap. 14. Patres conueniunt. Cyprian. lib. 1. epist. 2. ad Cornelium. Ipse legem dedit, vt ligata in terris, etiam in Cœlis ligata essent, solui autẽ possent illic, quæ hic prius in Ecclesia soluerentur. Cyrill. Alex. lib. 12. in Ioan. c. 56. inter multa dicit. Nam aut credentes & vitæ sanctimoniæ probatos homines ad baptismum inducunt, & indignos inde diligenter expellunt, aut Ecclesiæ filios peccãtes quidem increpant, pœnitentibus autẽ indulgent. Basil. homilias scribit de pœnitentia. Tertull. lib. de pœnitentia. Chrisostom. homil. 85. in Ioannem. Non tamẽ, vt mortuos suscitarent, & virtutes ostenderent, sed vt peccata dimitterent. Ambros. lib. primo, de pœnit. capitu. 20. Ecclesia in vtroque seruet obedientiam, vt peccatum & alliget, & relaxet. D. Hieronym. epist. prima ad Heliod. Qui claues regni Cœlorum habentes, quodammodo ante iudicij diẽ iudicant, qui sponsam Domini sobria castitate conseruant. D. Augustin. lib. 20. de Ciuit. Dei. cap. 9. & de uerbis Domini sermo 8. Quis peccatorem mortuum peccatis resuscitabit, nisi qui remoto lapide clamat dicens. & inferius. ergo in confessione fit accusatio Dei laudatio est. Dicit ergo aliquis, quid prodest Ecclesia, si iam cõfessor voce Dominica resuscitatus prodit. & serm. 44. Opus est ergo, ut qui reuixit soluatur, & ita permittatur. & idem docet in psal. 101. concione secunda. Scholastici omnes in 4. disputant de hoc.

4 *Pœnitentia nedum necessaria est, sed superflua.* HAER. Quoniam nascimur filij iræ, & per baptismum in Dei adoptionem recipimur, & iterum per propria peccata fit homo Dei inimicus, ideò opus fuit Sacramento pœnitentiæ, quo ex mortuo viuus, ex impio pius, ac ut Deo reconcilietur, quibusdam etiam de causis vocant Sancti pœnitentiam secundam tabulam. Hoc Dominus per Ezech. dixit, capit. decimooctauo, & uigesimotertio. Viuo ego dicit Dominus nolo mortem peccatoris, sed ut cõuertatur impius à uia sua, & uiuat. Conuertimini à uijs uestris pessimis, & quare moriemini domus Israel? Concil. Lateranens. sub Innocent. capitulo primo. Si post susceptionem baptismi quispiam prolapsus fuerit in peccatum, per ueram pœnitentiam semper potest reparari. Concil. Florent. Effectus huius Sacramenti est absolutio à peccatis.

Concil. Trident. sessione decimaquarta, capitulo secundo, demonstrat differentiam baptismi, ac pœnitentiæ. Et sessione sexta, capitulo decimoquarto, uocat pœnitentiam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam.

Tertull. lib. de pœnitent. Collocauit in uestibulo pœnitentiam secundam, quæ pulsantibus patefaciat, sed iam semel, quia iam secundo, sed amplius nunquam, quia proximè frustra.

3 *Pœnitentia non remittit peccata.* HAER. Hoc confutare facillimum est. Nam aperta sunt in sacris literis testimonia, De Dauide.2.Reg.16.& psal.50.& 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Ex Ionæ prophetia hoc confirmatur.capit.3. Et Dominus. Mat.3. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum Cœlorum. Et Luc. 3. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Act. 26. dixit D. Paul. Annunciabam, ut pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, aliqua pœnitentiæ opera facientes. & 2.ad Cor. 12. Et lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditiam, & fornicationem, & impudicitiam, quam gesserunt. Concil. Flor. eodem loco, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis. Trid. eadem sess. capit.3. Patrea etiam locis supra citatis.

4 *Pœnitentia non habet tres partes.* HAER. De vnaquaque suo loco probatum fuit, & Concilium Florent. sic scribit pagin. 508. Quartum Sacramentum est pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes.

Quarum prima est cordis cõtritio ad quã pertinet, vt doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero.

Secunda est oris confessio, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter.

Tertia est satisfactio pro peccatis secundũ arbitrium Sacerdotis, quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium, & eleæmosynam. Forma huius Sacramenti, sunt uerba absolutionis, quæ Sacerdos profert cum dicit. Ego te absoluo. Et Trid. sess. 14. Can.4. & Scholastici in 4. dist. 14.

5 *Pœnitentiæ Sacramentum nullo modo exigit manuum impositionem.* Vuitcl. Non est manuum impositio de necessitate Sacramenti, nec tamen paruipendenda, namque in vsu erat in primitiua Ecclesia, vt dicitur de conf. d. cap. Manus. & Concil. Niceno. c.9.& Cartag.32. Hinc D.Aug. nuncupat hoc Sacramentum manuum impositionẽ, ut habetur 1.causa. c. Manus. Quæ cerimonia ex ueteri lege originem duxit, qm̃ tũc Sacerdos dum peccata populi confitebat, manus capiti hirci emissarij impositas, pœnitentis figurã gerebat. Qm̃ verò non est necessaria, non fit de ea mentio in Concil. Florent. ac Trident. & pauci hanc obseruant consuetudinem.

6 *Pœnitentia non poterit esse tanta in hac vita, ut deleat omnia peccata.* HAER. Et si durum uideatur hoc conuincere dictum. Tñ exempla in sacra pagina sunt manifesta, quę demonstrant huius falsitatem. Nam Latroni, dictum fuit. Hodie mecum eris in paradiso. Et D. Paulo, statim dimissa sunt omnia, ex reprobo, factus est uas electionis. Et quæ ratio suadet, ut Dei gratia, quis plenè satisfacere non possit, ac omnẽ reatũ non remoueat. Schol. hoc docent. 4. d.15.

7 *Pœnitentia ad remissionem peccatorum nulla exigitur, neque virtualis.* HAER. Pro qualitate criminum dẽt homo satisfacere, nã sicut nullum malũ remanet impunitum apud Deũ, sic nec bonũ irremuneratum. Hinc Scholast. dñt in 4. d. 15. q.2. ar.1. & est authoritas D. Aug. in Ench. c.71. Quam refert Gratianus de pe. d.3. c. De quotidiana. De quotidianis itaq; (inquit) breuibus, leuibusq. peccatis, sine quib. hæc uita nõ ducitur, quotidiana oratio fideliũ satisfaciat, s. Pater noster. Ad uenialium ergo remissionem aliqualis contritio exigitur, uel pectoris tunsio, uel aquæ benedictæ aspersio.

8 *Pœnitẽtia quæuis delet omninò reatum pœnæ, ac peccatorum.* HAER. Quemadmodũ naturale agens pro rerum qualitate, ac actione, diuersam, uel maiorem, & minus efficacem exigit actionem, sic in moralib. in suo simili, nec omnis pœnitentia potest esse tantæ uirtutis, sicut alia, sed secundũ eius latitudinem, sic & effectus eius, nempè pœnarum remissio. Et Concil. Triden. sess. 6. can.30. Hoc definiuit, quod cum de purgatorio erit locus disputandi, nos explicabimus.

9 *Pœnitentia, his qui semel lapsi sunt, nullum affert adiumentum.* Nouatiani. HAERE. Hæresis ista (me arbitro) ex uerbis D. Pau. ad Hæbr. Occasionem accepit, qui dixit, Impossibile esse eos, qui ceciderunt, iterũ renouari per pœnitentiam. Quæ certè iniquè interpretantur, ut uerbo epistola diximus. Si enim uerum esset, quod Nouatiani affirmant, falsa sunt, quæ Dauid cecinit, psalm.50. post peccatum.

Miserere mei Deus. Et Iob 41. Tu quidẽ gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

Hoc

Hoc docuit Dominus sub illa similitudine, quòd seruus noluit sui conserui misereri, sicut eius fuerat misertus Dominus. Matt. 18. Ad quid etiam. Matth. 9. Non est opus ualentibus medicus, sed malè habetibus. Demum hoc admonet David. Ps. 102. qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates suas. Hoc in Concil. Rom. & Nice. cap. 8. fuit statutum, & innouatum, in Tridenti. sessio. 6. cap. 14. Cano. 29. & sessio. 14. D. Thom. scribit. 3. p. quæst. 84.

10 *Pœnitentia non distinguitur à Baptismo.* HAER. Tetigimus supra hunc errorem, de quo scribitur in Concil. Trid. & quantùm sit inter ea sacramenta discrimen demonstratur. Ex ministro, nam nō nisi sacerdos est minister pœnitentię, at Baptismum in necessitate quilibet conferre potest. Ex effectu, & reiteratione. sessio. 14. cap. 12. & Cano. 2.

11 *Pœnitentia, quæ fit timore pœnæ, noxia est. Luth.* HAERET. Damnauit Lutheri errorem Conc. Triden. sess. 6. Cano. 8. Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei, de peccatis dolendo confugimus, vel à peccato abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere. Anathema sit.

12 *Pœnitentiam non connotant illa uerba. Accipite Spiritum Sanctum, &c.* HAER. Cauet Concilium Trid. ne quis neget illa Saluatoris uerba, loqui de pœnitentia. Nam & alia Concilia, & patres de pœnitentia illū locum interpretātur, ut dictum fuit supra. sess. 14. can. 3.

13 *Pœnitentia non est uirtus.* HAER. Maximum agnoscunt discrimen Scholastici inter pœnitentiam, uirtutem, & sacramentum. De qua D. Tho. 3. p. & Alexā. 1. p. q. 54. memb. primo, & Bonauentu. & alii omnes.

14 *Pœnitentibus non potest Sacerdos præscribere tempus. Magdeburgenses.* HAER. Non mirum, quòd negēt præscriptionem temporis in pœnitentia, qui nec pœnitentiam admittunt. Quid enim utilius, quàm tempus taxare creditori, ut uel sic resipiscat, vel aliàs in posterum caueat, ne in foueam incidat. Immò uero Ionas Dei mandato dixit Niniuitis, Adhuc quadraginta dies Niniue subuertetur. præscripsit ergo Deus pœnitentiæ tempus. Non est tamen huius temporis differere, num legendum sit, quadraginta dies, ut Aquila, Symmachus, & Theodosius interpretati sunt, uel quadraginta tribus, ut Iustinus Martyr in Dialogo contra Triphonem, siue tres dies, ut nunc est, apud 70. interpretes, hoc non refert, nam apud omnes præfixa est pœnitentia. Et Dominū sine magno mysterio, putamus certis quadraginta diebus ieiunasse. Hoc etiam uoluit significare in parabola de arbore fici. Luc. 3. vbi introducit agricolam deprecantem ne eam succidat; ait enim. Domine dimitte illam, & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, & siquidem fecerit fructum: sin autem in futurum succides eam. Canone etiam 24. Apostoli decreuerunt, quod laicus, qui se castrauit, tribus annis excommunicari debet. Concilium Nicenum, & antiqua fuit ecclesiæ nascentis cōsuetudo, quā reliquerunt Apostoli, certum tempus pœnitentiæ assignant. Abeant ergo uiri isti impudicissimi.

15 *Pœnitentia nulla est post hanc vitam.* HAERE. Inferius cum de purgatorio erit oratio, confutabimus eam, de qua disputat Caieta. in opusculis.

Peregrinus.

Peregrinis etiam in necessitate constitutis beneficia impendere non tenemur. HAER. Ascribit Alphon. hanc hæresim cuidam Diotrepho, Apostoli coeuo. Nos uerò Sanctorū uestigiis inhærentes (vt etiam natura suadet) cum Abraham hospitio eos recipiamus: ac cum Martha. Quid? quod Loth fuit ab incendio Sodomæ, & Gomorræ liberatus, quia hospites recepit. Gene. 19. & Exod. 23. Peregrinis molestus non eris. Et Leui. 23. dicitur. Postquam messueritis segetem terræ uestræ, nē secabitis eam usq; ad solum, nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas. Adhæc, Deut. 14. Peregrino, qui intra portas tuas est, da, ut comedat. In nouo etiam testamento, de Zacchæo legimus, quòd dum Dominum recepisset. Hodie huic domui salus à Deo facta est. Et in iudicio Dominus dicet. Hospes eram, & collegistis me. Hanc urbanitatem ostenderunt illi duo Peregrini, qui ibant in Emaus dum dixerunt: Mane nobiscum

Domine, quoniam aduesperascit. Optimè ergo Orig. arbitratur Loth ob hospitalitatem fuisse ab incendio liberatum, ut scribit hom. 5. in Genesim.

Periurium.

Periurium nullum est peccatum. HAER. Hoc grauissimum est peccatum, imò semper est peccatum, ac contrarium religioni. & si attendit qui iurat etiam ex ioco, uel lapsu linguæ peccat, & grauius, q̃ qui homicidium committit, imò tenet locum secundum post Idolatriam. Ille verò est periurus, qui iurat uerum, putans esse falsum, vel falsum pro uero. Vt scribit D. Thom. 2.2. q. 98. At qui iurat uerum putans esse verum, non est periurus, ut annotat Caiet. art. 1. Neque etiam est periurus, qui iurat facere rem aliquam iniquam, sed propter defectum iustitiæ peccat, idem art. 1. Periurus est, qui iurat facturum se aliquid, sed non est huius mentis. Quia ergo importat contentum Dei, hinc semper est mortale peccatum, uetitum Leu. 19. Non periurabis omninò. Caie. etiam addit, artic. 4. Qui periurat ex inaduertentia, peccat mortaliter, si etiam sic sit habituatus, nam talis habitus non excusat. Biel uerò distinguit, qđ periurium accipitur strictissimè, propriè, & communiter. Primo modo pro iuramento falso. Secundo pro iuramento, quo sciẽter, uel ignoranter iuratur falsum, aut dolosè uerum, vel q̃ uergit in deteriorẽ exitum. cõiter est omne iuramentum, in quo deficit iustitia, ueritas, vel iudicium.

Periurium sex modis committitur, ut idẽ scribit. primo dum sciẽter iuratur falsum. secundo dum dolosè iuratur uerum, quod putatur falsum. tertio, dum ignoranter iuratur falsum, q̃ creditur esse uerum. quarto, dum non seruatur promissum iuramento firmatum. quinto dum iuratur illicitũ, q̃ vergit in deteriorem exitum. sexto, dũ iuratur indiscrete. 3. d. 39. q. 2. ar. 1. Gerson 2. par. tract. de præceptis Decalogi cap. 6. Brulifer. 3. d. 39. q. 1. & alij Scholastici eodem loco cum Magistro.

Perseuerantia.

Perseuerantia non est virtus. HAER. Quam si necessaria perseuerantia, Dominus sæpius ostendit. Nemo mittens manum suã ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei. Qui perseuerauit usque in finem hic saluus erit. Mat. decimo. Qui perseuerauerit pulsans, accipiet quod petit. De hac scribit D. Thom. 2.2. q. 127. art. 1.

Perfectio.

Perfectus quilibet est sicut Apostoli. HAER. Scribit de hac Direct. par. 2. q. 12. nu. 4. & de se euidenter falsum conuincitur.

Perfectionem homo assequi potest in hac vita, vt vlterius progredi non possit. HAER. Dãnatur eodem loco, q. 7. num. 1. In statu viæ pura creatura semper ad meliora progredi potest.

Personæ.

Personæ Diuinæ non sunt plures. Neotus. Sabellius. HAER. Ex eo isti sunt decepti, quod distinguere nescierunt inter personam, & essentiam. Nos verò (Deo reuelante), ex sacris eloquiis, nedum vnam fatemur essentiam, sed cum eius idemptitate, etiam personarum numerum. Quem explicare uoluit Moyses dicens. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Genes. 1. Hanc veneratus est Abraam ad Ilicem mambræ, qui tres uidit, & vnum adorauit. Gen. 18. Et Dauid. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. & Isa. 6. Angelos audiuit ter dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Dominus ẽt præcepit, vt in nomine Trinitatis baptizetur. Baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. Hoc docuit Paul. ad Rom. 11. Ex ipso per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum Amen. Et D. Ioann. 1. cap. tertio. Tres sunt qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Afferrè verò in hanc rem Patrum sententias, superfluum est. Direct. par. 2. q. 6. nu. 41.

2 *Personæ Diuinæ non sunt coæternę.* HAER. Omnem prioritatem temporis, & naturæ remouent Doctores in sanctissima Trinitate, vt sæpius probatum est, & cum Athanasio dicit Ecclesia. Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Per-

3 *Personæ Diuinæ non sunt inter se æquales.* HAER. Quemadmodum vna est natura, sic est perfectio, ac per hoc æqualitas, vt contra Arrium demonstrat Ecclesia, cuius perfidiam, non semel, sed pluries Sãcti expugnarunt. Æqualis Pater, æqualis Filius, æqualis Spiritus sanctus. & Dominus. Ego & Pater vnum sumus.

4 *Personæ Diuinæ non sunt tria supposita distincta.* HAER. Tres sunt qui testimonium dant in Cœlo. Quod verò textus Græcus, vel Cirill. & Bed non legant tres. Hoc prouenit, quia est ab hæreticis deprauatus.

5 *Personæ Diuinæ re ab essentia distinguuntur.* HAER.

6 *Personæ Diuinæ omnes assumpserunt naturam humanam.* HAER.

7 *Personæ Diuinæ, non omnes intelligunt.* HAERET.

8 *Personæ Diuinæ omnes formant Verbum.* HAER.

9 *Personæ Diuinæ non idem volunt.* HAER.

10 *Personæ Diuinæ omnes spirant Spiritum sanctum.* HAER.

11 *Personæ Diuinæ non omnes tres diligunt.* HAER.

12 *Personæ Diuinæ non omnes sunt causa rerum.* HAERET. Propositas hæreses confutare, non opus est hic, quia proprio loco scripsimus. De hac etiam affirmant, quòd opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Vnde in principio creauit Deus Cœlum, & terram.

13 *Personæ Diuinæ non distinguuntur per originem, nec relationem.* TEMER. Quo distinguantur Diuinæ Personæ digladiantur Doctores, dum alij penes originem, alij per relationem, quod verò nullo horum distinguantur, & repugnare vniuersis Theologis, & qui aliam viam fingunt, aduersantur omnibus alijs.

14 *Personæ Diuinæ non habet proprias notiones.* HAER. Doctorum omnium Schola locat in Diuinis Personis notiones, ac proprietates, vnde Ecclesia canit. Vt in confessione ueræ, sempiternæ Deitatis, & in Personis proprietas, & in essentia vnitas, & in maiestate adoretur æqualitas. Dam. li.3. ortodoxæ fidei, c.5. circa prin. & Scholastici omnes in primo. d.26.

15 *Persona vna est in Diuinis vnitate collectiue, non autem essentiæ.* HAER. Vide Direct. par.2. quæst.7. numero secundo.

16 *Persona vna sine alia nihil potest agere intrinsecè.* HAER. Si verum hoc esset, ergo sicut Pater intelligendo producit Verbum, etiam Filius, & Spiritus sanctus, quod est hæreticum. Adhuc vbi remanent ac notiones, ac proprietates Personarum. Direct. ibidem. q.9. ar.23.

17 *Personis sunt omnia communia.* HAER. Non essent distinctæ, si omnia, quæ prædicantur de persona Patris, conuenirent personæ filij, vt sic. Hinc dantur notiones.

18 *Persona non est in Diuinis.* HAER. Ex superioribus confutatur hic error. Ad hæc nomina coegit nos necessitas disputandi cum hæreticis. Nec sunt vitanda, cum non sint prophana, nec à sacrarum scripturarum sensu dissona. Et Doctores omnes cũ Athanasio dicunt. Alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti.

19 *Personæ nomen non est commune tribus Personis.* HAER. Cum vnaquaque persona subsistat in Diuina natura, non est cur aliquis affirmet hoc nomen de vna, & non de alia. Vnde cum August. dicunt. Cum quæritur, quid tres, respõdendum est, tres personę, quia commune est eis, id quod est persona. li.5. de Trin. c.9. & li.4. & Scholastici. 1. d.25.

Pertinacia.

Pertinacia nullum est peccatum. HAER. Ex ipsa nominis Aetimologia cum Isidoro demonstratur esse peccatum, nam pertinax dicitur, quasi omnino tenax. Excedit nanque medium ipse pertinax, & ex inani gloria oritur, quia est pertinax ad manifestandum propriam excellẽtiam, & ex propria sui delectatione perseuerat. Caueant ergo qui sunt duræ ceruicis, & qui semper Spiritui sancto resistunt, & assimilat D. Th. incontinenti, ac molli. Hæc constituit hominem hæreticum in præambulis dicebamus. D. Thom. 2.2. q.138. ar.2. Cortesius 4. distinct.8.

Petrus.

Petrus non fuit à Christo, caput Ecclesiæ constitutus. HAER. Quod Dominus Petrum Ecclesiæ caput constituerit ex ipsis verbis Euangelij probatur.

Nam ei datæ sunt claues. Ego dico tibi, quia tu es Petrus. Matt. 16. & cap. 17. Soluit Dominus tributum pro Petro tantum. & Ioann. 21. Dictum fuit ei tantum, pasce oues meas. Concilia hoc definierunt. Patres vna armonia idem resonant. Cypria. epistola ad Quintum. & de simpl. præl. tractat. tertio. Sed exordium ab æqualitate proficiscitur. Basil. serm. de iudicio Dei, ait. Petrus cæteris antelatus Discipulis fuit, cuique magnificentius, quàm reliquis omnibus datum testimonium est, magis quam reliqui omnes Petrus appellatus, cui claues regni Cœlestis sunt commissæ. Dionys. epist. ad Timot. Petrum dicit fuisse Ecclesiæ fundamentum à Domino vocatum. Chrisost. hom. 55. super Matt. Leo conc. 2. Orig. hom. 1. in Matt. & 5. super Exodum. Teoph. Luc. 22. Cyrill. lib. 2. cont. Iouinianum. D. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum, & epist. ad Marcellam. Scholastici omnes conueniunt.

2 *Petro non plus fuit collatum, quam alijs.* HAE. Hæc ex proxima hæresi pendet, nam si Petro non fuit plus quam alijs collatum. ergo nec fuit caput, si plus, ergo supra alios fuit. Quod ex eo probatur, quia supra hãc petram fundauit Ecclesiam, & ei datę sunt claues. Tertio, dum dedit claues aliis Apostolis dixit in numero singulari in cœlo, quando verò Petro consignauit, dixit, numero plurali, quia claues aliorum, nõ sunt tantæ perfectionis, sicut Petri, vt exponit Orig. Ratiocinatur sic Caiet. Petro dantur claues ad aperiendum, aliis ad soluendum, at nobilior actus earum est aperire, secundus verò non adæquatus est soluere, nam claui aperimus, non soluimus primo. quæ sic dantur Petro, ergo plusquam alijs. Secundo, Petro dantur claues secundum suam totalitatem, alijs non sic. ergo plus collatum est ei.

Tertio, Petro dicitur tantum duc in altum, vt laxaret retia. ergo plus collatum est. nam non sine mysterio Dominus loquitur.

Patres semper plus tribuunt Petro, vt in superioribus dicebamus. Demum eius est confirmare alios.

Obiectiones.

Quod verò idem aliis contulerit Dominus probatur.

Primo, Claues datæ sunt omnibus. Quęcunque solueritis erunt soluta. ergo non plus Petro.

Respondeo ad antecedens, quòd quo ad aliqua data sunt Petro, vt explicatum est.

Secundo, quorum remiseritis peccata remittuntur. ergo claues Petri datnur aliis.

Respondeo, quod aliis non dantur in sua totalitate, & datæ sunt quidem claues ordinis, non authoritate regiminis. dantur aliis etiam quo ad iurisdictionẽ, at claues Petri sunt superiores illis.

Tertio, omnes Apostolos æqualiter misit, dicens, sicut misit me uiuens pater. ergo non plus quam aliis, &c.

Respondeo, ꝙ Petrus fuit caput, & fundamentum, & ad hoc electus.

Quarto, fuit missus cum Ioanne. Miserunt Petrum & Ioannem dicitur in alijs cap.

Respondeo, quod quo ad ea, quæ pertinẽt ad Apostolatum fuit missus, in quo erant pares, quia omnes erant legati. Petrus verò non tantum erat Apostolus, sed caput & Pastor omnium, & oues sunt ei consignatæ, aliæ rationes verbo Papa, sunt solutæ.

Obiectiones Lutheri.

Primatum Petri arguit Lutherus, & multi post ipsum, & primo. Non habetur ex scripturis primum esse constitutum Petrum, nam negant iuristę colligi posse ex illis verbis. Tu es Petrus, vt scribit Glos. dist. 50. c. Significandum, & de elect. c. Significasti.

Respondeo, quòd vnius glosæ dictum imò omnium eius farinæ est audiendum, nec Panorm. adhæremus, qui sicut in multis, ita in hunc scopulum impegit.

Secundo, ergo erunt duo capita in Eccles.

Respondetur, sicut & sæpius auribus est inculcatum, quod vnum est caput principale, & uerum, aliud secundarium loco illius & verum si aliis comparetur, tamẽ stat loco alterius, ideò non dicuntur duo.

Tertio, alios omnes Apostolos alloquebatur, & dixit. Vos autem, quem me esse dicitis?

Respon-

Respondeo, quòd omnes utique interrogauit, sed Petrus est petra, & ei tantum dictum fuit. Tu es Petrus, & ipse respondit.

Quarto, Petrus tardè fuit Romæ. ergo antea non fuit Ecclesia.

Respondeo, ꝙ & si non fuerit statim Romæ, tamen erat Ecclesia.

Quinto, Dominus dixit Petro. Dic Ecclesię, si frater non audierat correctionem, ergo maior erat Ecclesia Petro.

Respondeo, quòd non loquebatur Petro, nec alicui Apostolorum, sed indefinitè.

Sexto, dictum fuit Petro. Vade post me Sathana, quomodo ergo alios instruere poterat?

Respondeo, ꝙ contraria de eodem affirmari possunt, & de Dauide dictum fuit. Inueni hominem secundum cor meum, & tamen peccauit.

Septimo, si successoribus Petri conuenit priuilegium esse caput, quare non culpę, & de eis non potest dici. Vade retro me Sathana.

Respondeo, ꝙ non est eadem ratio, nam nec alij Apostoli negarunt Dominum.

Dicitur secundo, ꝙ transeunt ad posteros ea, quę sunt officij, at non personalia.

Octauo, quę D. Petro dicta fuerunt, non sunt dicta successoribus. ergo non est caput Papa.

Respondeo, ꝙ D. Petrus, omnem Ecclesiã representabat, & erat typus inquit D. Augustinus.

Nono, accipit claues ab Ecclesia dum eligitur.

Respondeo, quòd aliud est eligi, aliud accipere claues, primum verum, secundum est falsum, nam ille à Christo sunt, sicut & Sacramenta, quę tamen mynisterio Sacerdotum, & uirtus à Domino, sic nec Papa à Cardinalibus accipit claues, neque Papa moriens relinquit claues Ecclesiæ, neque Ecclesia dat Cardinalibus, neque Cardinales Papæ. Sunt ergo in manu Dei inuisibiliter datæ, sicut est in Sacramentis. Neque Papa est Vicarius Ecclesiæ, sed Christi.

10. Quando Petrus accepit claues, nõ erat Episcopus Romæ.

Respondeo, ꝙ seruauit claues, quas acceperat.

11. Claues accepit, quando erat plenus Spiritusancto. ergo malus Papa nõ hẽt claues.

Respondeo, ꝙ satis est fides in Papa, quę & in Petro erat. Ideò infidelis non potest esse Papa.

12. Non remansit fides in Petro, quia pręualuit ancilla hostiaria.

Respondeo, ꝙ nec ancilla præualuit, quia in negatione non permansit, sed fleuit amarè. Dico secundo, ꝙ post resurrectionem ea verba D. Petro dicta fuerunt, at ancilla antea præualuit, vt exponit D. Hier.

13. Petrus nullum Apostolorum misit, nec ordinauit. ergo nec fuit caput.

Respondeo primo, ꝙ nulla est consequentia, nam multi Rom. Pont. nullum Cardinalem miserunt, nec crearunt. Dico secundo, ꝙ non omnia sunt scripta.

14. Non fuit dictũ, pasce omnes oues, sed oues. ergo non erat caput. Dicitur ꝙ propositio indefinita æquipollet vniuersali. Nam qui relinquit bona sua, profectò omnia bona sua relinquit.

15. Apostoli profecti prædicauerunt vbiq; quomodo ergo solus Petrus est caput.

Dico, ꝙ omnes prædicauerunt, sed tamen vnus erat omnibus superior.

16. Papa non mittit ad Turchas, ergo vel peccat, vel non est omnium pastor.

Respondeo, ꝙ de his, qui foris sunt, non est nostrum iudicare, inquit D. Paul. Dico secũdo, ꝙ nullum afferunt fructum tot concionatores, & Religiosi, qui & Bizantij morãtur, & Mahumetis sunt subiecti.

17. Petrus non pauit omnes, sed erant alij Apostoli.

Dicitur, quòd & Dominus alios vocauit, & instituit Apostolos, sed unum omnibus prætecit.

18. Pascere non significat principari. ergo Papa non habet super alios potestatem.

Dicitur, ꝙ Pastoris officium est præesse, & tria sunt Pastoris. Primum doctrinæ traditionem. Secundum vitæ exemplum. Tertium, correctio, quam contra Ananiam, Zaphiram, & Simonem Magum ostendit, ac exercuit D. Petrus.

19. Gregorius se vocat seruum seruorum, quomodo ergo est caput?

Respondeo, ꝙ si hoc verum est, Papa erit omnium seruus.

Dico secundo, ꝙ ex humilitate est ab eo introductum, sicut & Dominus instituit. Qui maior est vestrum erit minister vester.

20. Petrus in Actis Apostolorum dicitur æqualis omnibus.
Respondeo, quòd nedum æqualis aliis dicitur, sed superior, ut aliàs demonstrauimus.
21. Petrus accepit suæ sententiæ confirmationem, à D. Iacobo, Act. 15. Ergo non erat superior.
Respondeo primo, quòd hoc est cōtra aduersarios, qui docent, quod Apostoli erant æquales, modo dicunt, ꝙ Iacobus erat superior.
Dico secundo, ꝙ nulla est consequentia, nam & Papa, & Imperatores, & Respublicæ princeps vocat alios, non tamen sunt inferiores.
22. Matthiam Petrus non ordinauit. ergo non erat caput.
Respondeo sicut iam tetigimus, ꝙ Petrus ordinauerit alios, licèt ex scripturis non habeamus, quia nec omnia sunt scripta, tamen id tenemus pro certo, & de Matthiæ electione id pro certo docemus, ꝙ à D. Petro fuit uocatum concilium, & quòd sors fuit à Deo, & ordinatio à D. Petro, licèt non fuerit ab eo immediatè electus.
24. Victor voluit excommunicare Episcopos Asiæ, & prohibitus fuit ab Ireneo Lugdunensi Episcopo. ergo non est supra omnes. Antecedens habetur in hist. Ecclesiast. lib. 5.
Respondeo, ꝙ omnia in hoc argumento assumpta sunt mendacia, nam excommunicauit de facto.
Dicitur secundo, ꝙ nō Ireneus prohibuit, imò conqueritur de facto, fuit enim dissensio de celebratione Paschæ & Ireneus die Dominico celebrandum cum Victore dixit.
25. Iulio I. noluerunt obedire Orientales Episcopi, vt dicitur li. 4. hist. trip.
Dicitur, ꝙ si res exactè pensetur, ac legatur contrarium erit dicendum, nam li. 4. c. 15. & 16. contrarium legimus, & Episcopos suis Ecclesiis restituit.
26. Papa humano decreto, nempè Constātini est superior inquit Platina.
Respondeo, ꝙ non eo animo refert Platina hæc scripta esse, nec à Constantino gesta, sed ꝙ Constantinus permotus sanctitate Benedicti decreuit, ut deinceps, quem Cletus Romanus elegisset, ille esset verus Pontifex, nulla alia expectata authoritate Imperatoris, vt antea fieri consueuerat.
27. Quando instituit Episcopos Asiæ, vel Aegypti.
Respondeo, quòd eodem tempore fuerūt à Romano Pontifice confirmati, quo fuerunt Episcopi, & hodie ex Armenia Romam veniunt pro confirmatione Episcoporum.
28. D. Hierony. de viris illust. refert, quòd Achaus Episcopus Cæsarien. deposuit Liberium. ergo non est supra alios.
Respondeo, quòd hoc non reperitur in D. Hieron.
29. Omnes Episcopi sunt successores Apostolorum. ergo pares.
Dicitur, quòd consequentia nulla est, vt ex dictis est manifestum, nam succedunt in regimine Ecclesiæ, sed sunt inferiores Roman. Pont.
30. Multi Sancti in primitiua Ecclesia non fuerunt sub Papa.
Dicitur, ꝙ hoc purum est mendacium.
31. Hierosolymitana est prima, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Christus inibi sacrificium obtulit. Spiritus sanctus venit super Apostolos, hæc totius fidei est radix.
Respondeo, ꝙ admisso antecedente consequentia nulla est. Nam Petrus dicitur petra, & non carnaliter est intelligendum Christi Regnum, & Petro dictum fuit. Pasce oues.
32. Legitur in hist. Eccl. lib. 10. c. 5. ex Concil. Niceno. Apud Alexandriam, & in Vrbe Roma vetus consuetudo seruetur, vt vel ille Aegypti, hic suburbanarum Ecclesiarum solicitudinem gerat. non ergo est caput ex Diuino instituto.
Dicitur, ꝙ sensus Concilii est explicare authoritatem Episcoporum in suis Ecclesijs, qui vocati sunt in partem solicitudinis.
33. Metropolita debet Episcopos ordinare, vt docet Concil. Nicen. & Pontificale. Hoc argumentum vsque in hodiernū multorum animis insedit, ꝙ sic soluitur, nempè ꝙ Metropolitanus debet alios instituere ex Romani Pontificis decreto, ꝙ per se, vel per alios ordinet, nec derogat eius authoritati.
34. Habetur ex lib. vlt. hist. ꝙ honoris prærogatiua detur Episcopo Hierosolymorū.
Dicitur, ꝙ non comparat Romano Pontifici, sed aliis, ut ex Concilijs apparet.

35. Ergo & D. Ioanni debent alij Episcopi succedere.
Respondeo, ꝙ in donis personalibus nemo succedit, & D. Ioannes non erat Christi Vicarius, sicut Petrus.
36. Christus est caput Ecclesię, qui dicit. Ecce ego vobiscum sum, qui & Paulum vocauit, ad quid ergo Papa, quo mortuo, nec Ecclesia est sine capite.
Respondeo, ꝙ si hoc uerum est, nec Imperator est in Ecclesia quorum sanctiones mordicus tenent, ac Pontificias refellunt.
37. Omnis Sacerdos in mortis articulo habet eandem authoritatem quam Papa. ergo ad quod Papa.
Dicitur, ꝙ assumptũ est falsum quo ad corpus mysticum.
Dico etiam, ꝙ aliud est loqui de his, quæ sunt per se, aliud verò per accidens.
38. Habemus ex 3. Concil. Cartag. & d. 19. c. Primæ: Quod primæ sedis Episcopus nõ appelletur princeps Sacerdotum, vel summus Sacerdos, sed tantum primæ sedis Episcopus. ergo nec Papa.
Respondeo, ꝙ non loquitur de Romano Pontifice, vel Patriarcha. Nam Romanũ Pontificem superiorem uocat oĩb. aliis.
39. Papa potest errare, vt ait Panorm. c. Significasti. de elect.
Respondeo, ꝙ Panor. non est sequendus in hoc, qui vt schismaticus fuit pileo priuatus, quo in Concilio Basil. fuerat decoratus.
40. Paulus Petrum repræhendit, ergo non erat superior. Hoc supra solutum fuit, cui addimus quod Petrus, vt homo poterat repræhendi, non tamen quo ad definienda, quæ ad Ecclesiæ regimen.

3 *Petrus non erat super omnes Apostolos.* HAE. Ex eisdem locis sacræ scripturæ probant, quod erat super alios tanquam pastor. & D. Th. annotat, ad Gal. c. 2. quæ & Concil. Florẽ. decreuit, nam dicitur Petrus caput. Vt verò omnis dubitatio tollatur, ac rectè intelligantur, quæ dicuntur aliquando ab aliis, obserua. Quod Apostoli considerari possunt, quo ad potestatem ordinis, secundo quo ad iurisdictionem. Primo modo sunt æquales, non secundo. sunt etiam æquales, idest pares, quia sunt similes. sunt æquales, quo ad fidei defensionem, ideò Paulus Petrum defendit, ut dicit D. Tho. 2. 2. q. 33. 4. secundum.
Sunt pares in exequutione authoritatis, non in authoritate regiminis, ideò dixit Dominus. Docete omnes gentes, baptizantes eos, & non tantum Petro ista sunt data. Conuenit Caiet. de autorit. Papæ, c. 2. in fine. & Turrecrem. & D. Anton. & nostri omnes.

4 *Petro nullo modo alij Apostoli erant subiecti.* HAER. Grauissima est controuersia de hoc, adeò tamen affirmatiua pars mihi probatur, quod alteram negatiuam hæreticam censeo.
Nec tamen in principio aliquos errare hic contingat præmitto, quod Apostoli inter se bifariam comparari possunt.
Primo quatenus Apostoli, & sic omnes erant pares, vel æquales. alio modo, quatenus oues Christi ab eo hic corporali cõuersatione separati, & sic Petrus tantum est pastor, & reliqui Apostoli sub eius cura. &c.
Primum probatur, quòd essent æquales, & primo Matth. vltimo. Dat facultatem baptizandi, ac docendi. Luc. decimoquarto. conuocatis duodecim Apostolis dedit illis uirtutem, & potestatem super omnia Dęmonia, & vt languores curarent, & misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.
D. Paul. primę ad Corint. decimosecundo. Posuit in Ecclesia primum Apostolos, Gl. interlin. verbo primum, dignitate, & tempore.
Adhæc Luc. vigesimosecundo, omnibus dicitur. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum.
Item Roman. octauo, Nos primitias spiritus.
Demum, Apocal. decimosecundo, Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina Apostolorum. Vocauit Deus omnes Apostolos, & sic etiam sunt æquales, & non mediante Petro.
Quo ad hoc uerò, quòd Apostoli erãt oues Christi, constituit Dominus suum Vicarium Petrum supra eos, & dixit. Pasce oues meas, confirma fratres tuos. Et sic fuit Pastor vniuersalis, & caput aliorum, à quo tota potestas deriuare debet. Vtrunque ergo uerum & quòd erant æquales, & quòd Petrus erat maior.

5 Petrus

5 Petrus non debebat, vt pastor alios pascere. HAER. Quis negare audeat Petrum omnium pastorem esse electum, cui dictũ fuit. Pasce oues meas. Ergo vel omnes, vel istas, aut uagè sumitur, uel nullas. Non istas tãtum, quia dicit meas, at omnes sunt suæ, non uagè, quoniam prouidere sic uagè, & illimitatè, non est sapientis, ergo omnium pastor erit.

Rursus fiet unum ouile, & vnus pastor, ergo nunc unus est pastor. Theophil. & alij dicunt. Finito prandio commissionem omnium ouium dedit Petro, & non alijs. Hæc ex superioribus confirmantur.

Obiectiones.

Nituntur destruere vnitatem pastoris.

Primo, impossibile est, vt unus pascat omnes. ergo non omnium erit pastor.

Respõdeo, quòd nedum impossibile imò necessarium est, sic & Phylosophia suadet.

Secundo, peccasset Petrus si omnes non gubernasset, & non poterat.

Respondeo, quòd potuit, quia & alij vocati sunt ad curam regiminis.

Tertio, Petrus nullum misit Apostolum.

Respondeo, quòd hoc non opus fuit, quia à Domino missi fuerant.

Quarto, alij Apostoli absque Petri authoritate ordinabãt Episcopos. Dicitur, quòd à Domino facultas data fuit, quæ tamen de iure à Petro erat exigenda.

Quinto, Apostoli fuerunt distributi in diuersis mundi partibus, ut essent Pastores.

Respondeo, quòd hoc ad Apostolatum pertinet, non ad pastorale munus ipsius Petri, ideò nec eius authoritas est imminuta per hoc; quia Apostolatus pertinet ad legationem, pastoratus ad exequtionem.

Sexto, Petro data est cura Circuncisionis, ergo non omnium erat Pastor.

Respondeo, quòd duo sunt in Petro. Alterum, quòd erat Apostolus, secũdum, quòd erat caput, & Pastor, ut Apostolo consignatus est populus Circuncisionis, ut Pastor erat supra omnes.

6 *Petrus non fuit Princeps factus.* HAER. Nõ possunt laici (veræ Religionis, imò sui ipsius desertores) audire Petrum principem factum esse, & tamen ex Diuino munere ei collato deducitur. Nam & si pasce, non significet principare, tamen significat actũ Ecclesiastici Principis, & supponit principatum, quia præsupponit Pastorem & nemo potest pascere nisi superior. Pascere significat oues Christi regere non solum docere, ut exponit D. Aug. sed pascere est confortare, ne in fide deficiant, & errantes subditos corrigere. Principatus ergo D. Petri explicatur per ly pascere, quia in Pontificatu non dignitas est appetẽda, sed pastus, sic dixit D. Pau. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Pastor etiam est propter utilitatem populi, at Principes gentium dominantur eorum. Principatus eius est soluere, ac ligare, idest infirmum arcere à grege, & eius authoritatem in utroque foro importat. Demum. Quare cõsignantur oues, si nullam habet in eas authoritatem?

7 *Petrus nullo modo, quo ad authoritatem ab alijs Apostolis differt.* HAER. Hæc quo ad rem supra est confutata, & si non quo ad nomina, quæ ut res exactius consideretur, adhuc sic exponitur, ac declaratur Petri, ac aliorum Apostolorum discrimen.

Primum est, Petro data est potestas ordinariè, alijs uerò ex speciali gratia.

Secundum, Petrus factus est Vicarius Iesu Christi Generalis. Alij uerò delegati, uel legati. Pro Christo legatione fungimur. 2. ad Cor. 5. Hoc enim importat nomen Apostoli, quãmuis in præfatione dicatur: operis tui Vicarios.

Tertium, Ille solus super omnes Apostolos, alij minimè supra se inuicem.

Quartum, Petri potestas nõ erat cum sua persona finienda, sed erat in successoribus conseruanda, aliorum uerò cum ipsis.

Quintum, potestas Petri, & potestas regiminis. Pasce. Aliorum verò est potestas exequtiua, hinc non absolutè in præfatione dicuntur Vicarij, sed operis. Petrus enim ex proprio suo officio gubernabat, alii uerò ex priuilegio Domini delegantis, qui aliàs à Petro eam authoritatem habere debent. Nam Episcopus, ex officio prædicat, fratres uerò ex delegatione. Ergo pares erant quo ad ordinem, at quo ad iurisdictionem Petrus supra omnes, sicut Episcopi omnes sunt pares, tamen est Papa supra omnes. Fuerunt pares, quo ad iurisdictionem idest similes. Fuerunt pares, quo ad

fidei

fidei deſenſionem. Fuerunt pares, quo ad authoritatem regiminis, at nō quo ad exequutiuam. & ſic interpræatur D. Cypr. dictum, de ſimpl. Præl. tract. 3. in principio, pag. mihi 248. Apoſtoli ait, fuerunt pares conſortio honoris, & poteſtatis.

8 *Petrus fuit prior alijs ordine tantum, non poteſtate. Centuriatores.* HAER. Conantur iſti hanc uanam ac pernicioſiſſimam ſententiam confirmare quodam dicto D. Aug. & Cypriani, quod proximo loco adduximus qui tamen decipiuntur. Nam ſi tantum erat primus ordine non in poteſtate, idem eſſet, ac ſi diceret. Petrus erat primus in numerandis Apoſtolis, ſi hic eſt ſenſus, quęro quare erat prius numero, cum Andreas eſſet ſenior, & prius ad Apoſtolatum uocatus, uel quare potius in ordine illo prior erat Petrus, ſi omnes erant ęquales, & nullum erat inter eos diſcrimen. Adhuc, quomodo poſſumus numerum ab ordine diſtinguere. Ciuitas enim requirit utranque prioritatem, & qualis erit numerus ſine prioritates ordine, neque politia ſine ordine eſſe poteſt, ut D. Aug. Phyloſop. docuit 3. & 4. lib. de Republica. erat ergo in Apoſtolis ordo cū politia & hoc facer ille Corus Apoſtolicus exigebat. Rurſum, ordo non poteſt eſſe ſine magiſtratu, & poteſtate, hoc duce ratione Maumethana ſecta fatetur. Rectè ergo Anacletus Pontifex, & Martyr epiſtola 3. Beati Apoſtoli inter ſe ſtatuerunt, ut Epiſcopi ſingularum ſcirent gentium, qui inter eos primus eſſet, ideſt primus in eorum ordine, quatenus ad eū potior eorum ſollicitudo pertineret. Canō 34. Apoſtolorum uocat primum ac Metropolitanum, quia iubet, ut cognoſcat eum, qui in eis primus eſt, ideſt in eorum ordine, & eum ducat ceu caput. Hunc Canonē renouauit Synodus Nicena, & Nicenum Canonem Antiochena, cap. 9. Iubet enim, ut omnes Epiſcopi cuiuſcunque Prouincię agnoſcant Metropolitanum Epiſcopum, qui eis preeſt. Admiſſo ergo, quòd D. Aug. dicat, quòd Petrus erat prior in ordine, nō adimitur poteſtas, imò conſequitur, alioquin confuſa eſt Chriſtiana Reſpublica. Cyprianus etiam docet eſſe pares, quo ad Apoſtolatum, at fatetur prioritatem, ac nobilitatem, ordo enim (inquit) ab unitate pficiſcitur. Et idem epiſtola ad Florentium, ſiue Puppianum dicit ſupra Petrum eſſe fundatam Eccleſiam. Et in epiſtola ad Antonianum loquens de Cornelio facto Epiſcopo Romano, & cum poſt primum nupſit, ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt unum, qui ſolius eſſe debeat factus eſt, nō iam ille ſecundus ſed nullus eſt. Eſt ergo ex Cypriano Epiſcopus Romanus primus non numero, ſed loco, honore, ac poteſtate, ac hoc talis fuit Petrus ante ipſum. Hoc probant eius uerba, quod aliundè hæreſes & ſchiſmata ortæ non ſunt, niſi quia prioritatem in Sacerdotibus agnouerunt.

9 *Petrus nullam Apoſtolis alijs dedit authoritatem.* ERRON. Difficilè eſt ſuadere hoc dictum eſſe erroneum, uerum liberè dicam, quòd ex aliis grauiſsimis Patribus collegi. Nam Anacletus epiſtola 3. uidetur dicere, quod poteſtas clauium data ſit ſanctis Apoſtolis per Petrum, à quo (inquit) Sacerdotalis ordo cępit. Et Leo primus ait. Non niſi per Petrum dedit, quicquid aliis non negauit. Cum enim hæc poteſtas ad paſcendum, & gubernandum populum Dei, & oues Chriſti omnes, Petro commiſſas propriè, & neceſſariò pertineat, niſi per unum caput cæteris Apoſtolis data eſſet, non potuiſſet gubernatio Eccleſiaſtica ſimilis eſſe gubernationi domus, in qua unus tantum paterfamilias eſt caput.

Secundo, hoc ex diſt. 22. c. Sacroſancta. Inter Apoſtolos quædam fuit diſcretio, licèt omnes Apoſtoli eſſent, Petro tamen à Domino conceſſum eſt, ut omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cęphas, id eſt caput, & principium teneret Apoſtolatus.

Tertio, Cypria. ad Nouatianum. & habetur 24. q. 1. ca. Loquitur Dominus ad Petrum. Quamuis omnibus Apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam parem, ideſt cōem autoritatem tribuat &c. Et poſt alia, quæ ſupra dicta ſunt. Exordium ab vnitate proficiſcitur.

Quartò ex D. Auguſt. hom. 124. ſuper Ioānem uocat primum, & abundantiore gratia donatum. D. Thom. 4. cont. Gentil. ait. ut oſtenderetur poteſtas clauium, per eū ad alios deriuanda, ad conſeruandam Eccleſiæ vnitatem. Hoc repetit 4. d. 24. & alibi, de quibus verbo Papa, & uerbo Epiſcopus, & D. Antonin. 3. par. titu. 22. de forma electionis Papæ, & authoritate Collegij mortuo Papa, dicit. Quod à Petro deriuata fuit authoritas ad Apoſtolos Turrecre. lib. 2.

lib.2.ca.54.probat etiam rationibus, quia si Petrus non habuit authoritatem super Apostolos, nec ipsi verè essent subditi. Caiet.dicit, quod de iure ab eo tota authoritas esse debuerat, si à Domino non esset collata. Demum ex Anacl. epistola 1.ad Episcopos Antiochenæ Prouinciæ, confirmo dictis, de Beato Petro, Vnde acceperunt informationẽ, atque consecrationem.. Verũ hoc ex superioribus confirmatur, ideò hęc satis.

10 *Petrus nunquàm fuit Romæ.. Centuriatores.*

HAER. Vt Romanæ Ecclesiæ labefaciant authoritatem, hoc etiam excogitarunt. Petrum nunquàm fuisse Romæ, quod quàm sit fictitium, ac cum sacris Doctoribus, ac hystorijs pugnet facillimum erit suadere. Clemens enim testis esse poterit, qui Petrum fuisse Romæ, ut Simonem Magum conuinceret, & ueritatem Euangelij prædicaret, scribit dicens. Itaque cum aliquãdo in theatrum meridie Simon prodiisset, iussissetque populo, ut Petrum quoque in theatrum raperent, promittebat se per aerem uolaturum, cum uerò cuncti promissi huius suspensi tenerentur, iamque à Dæmonibus in altum sublatus Simon sublimis per aerem uolabat dicens, se in cęlum ascẽdere, ut inde bona ipsis suppeditaret, cunctique, qui astabant illum tanquã Deũ concelebrarent, Petrus manus in cœlum pariter cum mente tendens, Deo supplicabat, ut illam pestem per filium suum Dominum nostrum rumperet, & uires Demonum quibus ad fallendum, & perdendum homines utebatur, amputaret, ita tamen illum rumperet, ut non occideret, itaque intuens in eum Petrus, eum uolare uidebatur. Si ego inquit homo Dei sum, & uerus Apostolus Iesu Christi, & Doctor pietatis in Deum, & non seductor ut tu Simeon. Iubeo malis potestatibus Diaboli Apostatæ, quæ Simonem Magum uehunt, ut eũ dimittant, ut ex alto præceps feratur, cum risu eorum, quos decepit. Hæc cum dixisset Simon Magus dimissus, cum ingenti fragore, & sonitu decidit & uehementer elisus, coxam, & anteriores partes in plantis pedum fregit. Et multitudo uulgi. Vnus (inquit) tantum uerus Deus, quem Petrus iustè prædicat, ac multi quidem defecerunt ab eo, non nulli uerò illius interitu digni, in doctrina eius nefaria perseuerauerunt. Hæc Clem. lib.6.de Const. Apostolicis. c.8. Theodoretus ante nos per annos mille ferme, & ducentos exponens uerba. D. Pauli ad Romanos. Desidero uidere uos, ut aliquid impertiar uobis gratiæ spiritualis ad confirmandos uos, idest simul consolari in uobis per eam, quæ inuicem est fidem uestram, atque meam, ait. Desidero uenire uos, ut comunicem id, quod ego accepi, quia Petrus Primus Euangelii doctrinam illis tradiderat. subiungit ad cõfirmandos uos, quod perindè est, atque diceret, non aliam doctrinam uobis trado, sed traditã confirmare uolo. Hæc ille. Chrysost. explanans illud. Primum, quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum, pro omnibus uobis, quia fides uestra annũciatur in uniuerso mundo: Petrum dicit docuisse, prius Romæ. Idem affirmat Theophilactus nominatim de Petro, & Paulo. D. Hiero. testatur uenisse Petrum Romam, anno secundo Claudij ad expugnandum Simonem. Iam enim antea in Iudæa disputando, & prædicando cum eo pugnauerat. De uiris illustribus. Ireneus lib.1. contra hæreses anno quarto conuenit cum hoc Aduentu Petri Romam, sub Claudio ad debellandum Simonem, quia multos decipiebat. & in magno honore habebatur. Iustinus Martyr in Apologia ad Antoninum. Pro Deo habitum fuisse, & statua inter duos pontes cum hac inscriptione positam scribit. Simoni Deo Sancto honoratum. Et si hæc testimonia non sufficiunt, legant Euseb. lib.2. cap.14. Tertull. lib.1. aduersus Iudæos. Ireneum lib.3. Cypri. ad Cornelium lib 1. epistola.3. Athan. in Apologia de fuga sua. Lactantium de uera sapientia. libr. 4. cap.21. Amb. lib. epistola 32. Maximum Hom.5. in Nat. Apost. August. de consensu Euang. lib.1. cap.10. Et iterum Theodoretum in psal. 116. Gregorium Magnum. li. 6. epistola.37. Gregorium Turon. lib.2. ca. 25. Nic. sand. de Visib. Monar. Ecclesiæ. nu. 228. Niceph. lib.2. capit.27. dicit, principio Imperii Neronis eiectum ex urbe Petrũ. Præter hos sacros Doctorum, sunt aliorum scriptorum testimonia. Nam Tranquillus in Claudio, cum ait cap. de quibusdam ciuilibus gestis, & ordinationibus ejus, Iudeos impulsore Christo assiduè tumultuantes. Roma expulit. Paulus Orosius li. 7. sic dicẽs. Exordio regni eius (nempe Clau

dii

dij Imperatoris) Petrus Apostolus Domini Nostri IESV Christi Romam venit, & Saluatorem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit, potentissimisque virtutibus approbauit, atque exindè Christiani Romæ esse cœperunt. Et paulò post. Accidit etiam eodem tempore, præsentis gratiæ Dei grande miraculum. Si quidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ Legatus bellum ciuile molitus, legiones multas, fortissimasque ad Sacramenti mutationem pellexerat. Itaque die dicto, vt in vnum vndique ad nouum Imperatorẽ conueniretur, nec Aquilæ ornari, neque cõuelli quoquomodo signa, moueriuè potuerunt. Exercitus tanta, & tam inusitata miraculi fide motus, & conuersus ad pœnitentiam, Soribonianum quinto statim die destitutum interfecit, seseque Sacramento prioris militiæ continuit. Tristius, ac pniciosius vrbi Romæ, nihil vnquam fuisse, quam bella ciuilia, satis notum est. Deinde subiungit. Itaque propter aduentum Apostoli Petri, & tenera Christianorum germina, vix dum adhuc pauca, ad Sanctæ fidei professionem erumpentia, hanc exorientem tyrannidem, & consurgens istud ciuile bellum, neget quispiam Diuinitus esse compressum, qui præteritis temporib. de compressione bellorum ciuilium simile probarit exemplum? Hucvsque Orosius vir indubitatæ fidei, qui fuit tempore Diui Augustini, & eius rogatu historias scripsit. His addo, quòd ex verbis, quæ leguntur in actis, c.15. Quando Petrus dixit, in illa Synodo Hierosolymitana. Viri fratres, uos scitis, quoniam ab antiquis dieb. Deus in nobis elegit per os meum audire gentes Verbum Euangelij. & credere. Si ergo Deus elegit Petrum ad prædicandum gentibus, & Roma erat caput gentium, quomodo non prædicauit Romæ, & eius verba non sunt adimpleta. Vel dicat functius, & Molineus, quis primum Euangeliũ Romæ prædicauit? Paulus, vel Barnabas, vel alius, & uidebimus, quòd nec inter se conueniunt, nec assignare sciunt, quis fuerit primus. Stemus ergo definitioni, imò communi historiarum consensui, uec vana nos à certis dimoueant.

11 *Petrus non prædicauit Romæ.* HAERE. Quare veneratur Ecclesia huius viri Sanctissimi corpus, si non fuit Romæ, & tamen honorificè in Basilica D. Petri recondim seruantur. Vel si fuit Romæ, quid naegessit, quade causa inibi profectus est. Dimum Petrum Romæ Euangelium inuuagasse, ostendunt uerba D. Pauli, quæ su pr adducta sunt.

14 *Petrus non fuit Romanus Episcopas.* HAE. Ex ipso D. Petro probatur ipsum fuisse Romanum Episcopum, sic enim scribit, in sua priore epistola. cap.5. Salutat uos Ecclesia quæ est in Babylone, ubi glosa Bedæ dicit. Babylon nominat Romam propter cultũ Idolatriæ. sic & D. Hierony. exponit, in li. de uiris illustribus. Idem D. Hierony. super ea uerba ad Rom.1. Desidero uidere uos, ut aliquid uobis impertiar. &c. Hoc ex præfatione Concili Niceni confirmatur.

D. Ambro. epistola contra Anxentium, sic loquitur, de Beato Petrõ. Noctè muros egredi cœpit, & uidens in porta Christum sibi occurrere, urbemque ingredi ait, Domine quo uadis? Respondit Christus, uenio Romam iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem Diuinum pertinere responsum. Hæc Amb. Hoc idem consutatur authoritate illorum, quos iam nominauimus.

13 *Petrus nunquàm exercuit Principatum.* HAERET. Qui exactè expendit, quæ Lucas in actis Apostolicis scribit cap. quinto, quando sine alio Concilio sententiam mortis tulit in Ananiam, & Sapphiram uxorem eius, qui mentiti sunt Apostolicis de prætio agrorũ suorum, quos uendiderant, quibus se præsentem fuisse testatur Clemens epistola.5. quod tamen intelligendum est, non quod Clemens præsens fuerit, qui non erat Hierosolimis, sed quia aliqui fuerunt præsentes, qui erant Romę cum Clemente, sic interprætatur Turrianus lib. secundo cap.16. in fine. Sed institutum nostrum prosequamur. Ad primatum Petri pertinet, quod scribit Matt.4. 17.18. & 19. & Luc. capitu. Quinto. Ioann. 6. Imò act. primo, dicitur, Exurgẽs Petrus in medio fratum dixit, Adhuc in die Penthecostes ipse solus alios defendit. act. secundo.

Rursum, præsente Ioã. Clandiũ sanauit, & corã populo defendit act.3. Adhęc in Cõc. defendit se & Ioannẽ act.4. Disputat cum Simone, ac eius mortem præcatur act. 8. Demum

Demum suscipit gentes in suam potestatem, quando uidit linteum, in quo erant bestiæ, & reptilia: & facta est uox, surge Petre, macta, & manduca. act. 10. Ex his ergo locis mihi uideor satis demonstrasse, quomodo Petrus primatum exercuerit.

14 *Petrus fuit Pastor tantum prædestinatorum, & non omnium hominum.* HAER. Hoc uanissimum est inuentum, & hoc docuisse Caietanum non dubitant aliqui scribere, quòd tamen nec somniauit vir Doctissimus, ac Pontificiæ potestatis acerrimus propugnator. scribit. Ioan. 21. super ea uerba. Pasce oues meas, &c. Quàmuis omnium Christianorum cura commissa intelligatur Petro, soli tamen prædestinati, qui soli agni, & oues Iesu Christi sunt explicantur pascendi, ac regendi à Petro, quia huc tendit institutio Pastoralis officii. Hæc Caiet. Qui nil aliud intendit dicere, quòd sicut oues Chri sunt prædestinati, & illos sua efficacia pascit, sic ad eos principaliter tendit cura Pastoris, nec excludit, quin & alii sint ipsi subiecti, qui enim hoc docet potius est Donatista & Caluinista, quàm Catholicus, atque ideò confutandus. Si enim Petro nõ sunt nisi prædestinati subiecti, ergo non alii, ergo non erit omnium Christianorum unum caput, ac per hoc totius Ecclesiæ.
Secundo, ignoramus qui sint prædestinati, ergo ignoramus, qui sint eius curæ.
Tertio, Angeli habent custodiam omniũ, ergo & Petrus.
Quarto, ad quid dedit potestatem ligandi in cœlis, si tantum prædestinatorum est Pastor?
Quinto, Petrus est Christi Vicarius perfectè. ergo omnium.
Sexto, Qui sunt prædestinati sunt, etiam de Ecclesia, ergo sub cura Petri. Hæretica ergo illa sententia.

15 *Petrus non fuit Christi Vicarius.* HAER. Doctores omnes, super ea uerba. Pasce oues meas, testantur, Petrum Christi Vicarium esse constitutum, ad quod munus obeundum, longè antea designatus fuit, & quasi præparatus, ut magis aptus fieret, atque idoneus. Quod ex superioribus confirmatur.

16 *Petrus dum Ecclesiam docebat, aut oues in fide firmabat, errare potuit.* HAER. Pollicitus est Dominus Petro, quod eius fides, nõ deficeret, & quòd eius erat alios confirmare. Luc. 22. & Matt. 16. Portę inferi, non præualebunt aduersus eam. Ne ergo tota rueret Ecclesia, oportuit fundamentum fixũ stabilire, atque ne deficeret, firmare.

17 *Petro defuncto, non est qui Diuino iure ei succedat.* HAER. Quoniam Christi regnum est ęternum, ideò semper est, qui ei præsit. Quod supra uerbo Papa fusius demonstrauimus.

18 *Petri peculiare priuilegium transit ad successores.* TEM. Alia sunt Petro concessa, ut illi personæ, alia, quæ ad Ecclesiam gubernandam attinent. Prima non sunt in successoribus, non enim Papa est hęres priuilegiorũ Petri, sicut nec culparum, sed earum tãtũ, quæ ad Ecclesiam gubernandam conducunt. Nam neque Episcopi succedunt in authoritate extraordinaria aliorum Apostolorum, sed ordinaria tantum. Apostoli etiam fuere in gratia confirmati, non tamen Episcopi confirmantur.

19 *Petrus non habuit claues ecclesiæ in sua propriâ persona, sed ecclesiæ tantum.* HAER. Non perceperunt Lutherani mentem D. Aug. tract. in Ioannem 124. super ea uerba. Tu me sequere. Quod quando Dominus dedit claues Petro, repræsentabat totã ecclesiam; quasi uelit per hoc dicere, quod in persona ecclesiæ, & non propria, claues contulerit; quod tamen est falsum. Nam in persona contulit claues, sed ecclesiæ; semper ergo erit congregandum Concilium. Vel quare si in persona ecclesiæ, non usus est numero plurali, & non dixit, omnibus discipulis, sed Petro tantum. Non tamen inficior dari ecclesiæ, quia finis usus clauium est ipsa ecclesia. Verum de hoc aliàs diximus.

20 *Petrus negando Christum amisit nè fidem?* Non conueniunt Patres in hoc. Nam Hil. in Psalm. commentariis explanans uersiculum, Psalm. 52. Non est qui faciat bonum. Dicit, quòd Petrus in negatione Christi lingua prorupit, firma tamen fides confitendi Christum, usque ad martyrium ex animo eius non recessit. Prudentius huic subscribit. Fleuit negator, denique ex ore prolapsum nefas, cum mens maneret, Innocens animusque seruaret fidem. Hæc in hymno ad Galli cantum. D. Ambro. lib. 10. comm. in Lucam. excusans Petri negationem, ait illum non negasse esse Deum, sed negasse eum non esse tantum hominem.
Quasi

Quasi diceret. Nescio Galilæum, nescio Nazarenum, quem Dei filium noui. At D. Hieronym. melius rem expendit, lib. 4. in Matth. dicens. Scio quosdam pii affectus erga Apostolum, locum hunc interpretatos, ut dicerent, Petrum non Deum negasse, sed hominem, & esse sensum. Nescio hominem, quem scio Deum. Hoc quàm friuolum sit, prudens lector intelligit, sic defendunt Apostolum, ut Deum mendacii reum faciant. Si enim iste non negauit: ergo mentitus est Dominus, qui dixerat. Ter me negabis. Cerne quid dicat. Me negabis, non hominem. Hæc Hieron. cui Theophil. & alii fermè omnes. Cui & nos subscribimus. Nam quare fleuit, si non peccauit? quare errorem suum prædixit Dominus, si non peccauit. hunc sensum tenet ecclesia.

21 *Petrus simulatoriè fuit à D Paulo repræhensus, an verè?* Ea quæ scribit D. Paul. ad Gal. 2. In faciem ei restiti, quoniam repræhensibilis erat, quàm plurimi ex Neotericis exponunt, simulatione vsus Petrus peccando, & Paulus reprehendendo ad vtilitatem discipulorum, & summa utriusque animi concordia: sed quidam addũt, quòd simulando peccauit, inter quos Orig. in Comm. epistolæ ad Gala. & in 10. Stromatum uolumine. Alii verò dicunt ne simulando peccasse, quia licet uti simulatione pio animo iuuandi. Sic Theodorus Heracleę Episcopus, in epistolam ad Gal. Euseb. Emisæ Episcopus, in epistolam ad Gal. Dydimus Alex. in comm. epistolæ ad Gal. Appollinarius Laodiceæ Episcopus inibi. Chrysostom. eodem loco. Hierony. Theodoretus. Theophil. ibi. Cassianus. lib. 27. collat. Oecumenius in Collectaneis epistolæ ad Gal. Hi conueniunt cum exposita sententia. D. Augu. Thomas, & recẽtiores, dicunt, Petrum verè, ac iusta de causa fuisse reprehensum. Vt supra dicebamus.

22 *Petrus, quem D. Paulus dicit repræhendisse, non fuit Petrus Apostolus, sed alius ex septuaginta.* Hoc dictum & si authoritate Clementis Alexandrini, in quarto dispositionum volumine confirmari possit, atque etiam Oecumenii in Collectaneis explanationum huius loci ad Galat. qui & Eusebii Cęsariensis primo Hist. ecclesiæ corroborat. Tamen peritiores omnes, quos modo recensuimus de Petro Apostolo interpretantur, & fusius D. Hieron. probat hanc opinionem esse fictitiam, atque friuolam. Nec alius fuit Cęphas, præter Petrũ Apostolum.

23 *Petri epistolæ duæ non sunt Canonicæ.* HAERE. Eas semper sacra Concilia receperunt. Laodicenum. Cartag. tertium. Florẽti. ac Tridentinum. Ex secunda verò epistola, de qua magis est dubitatio, scribit Anacletus epistola sua tertia, & inducit quædã verba tertii capitis inquiẽs. Propter quòd Carissimi expectantes, fatagitæ (vt ait Petrus) immaculati, ac inuiolati inueniri in pace. Hoc demonstratur ex ipsis uerbis D. Petri, dicentis: Scripsit uobis Carissimus frater noster Paulus: at certè nullus Apostolus fuit charior Paulo ipso Petro, cum simul una die coronati sunt, & ita dilexerunt se, ut in morte non sint separati, canit ecclesia. Demum si non est D. Petri, erit fabulonis cuiuspiam, qui audet scribere. se fuisse unum ex his, qui in mõte Sancto fuerunt, & uiderunt magnificam Christi gloriam de cęlo allatam: qui certè, ut Euangelista testatur fuit Petrus. Rectè ergo ecclesia definiuit eam esse Canonicam.

Obiectiones.

Quod verò fuit erroris occasio Luthero. est dictum Euseb. lib. 3. histo. ca. 25. dicens. Petrus Apostolus prædicationis suæ monumẽta, per pauca reliquit. Vna etenim eius epistola est, de qua nullus omnino dubitat, nam de secunda multis incertum est. Secundò. Confirmatur authoritate D. Hierony. qui in lib. de viris illustribus, ait. Secunda Petri epistola à plerisque eius negatur, propter styli eius cum priori dissonantiam. Verum hæc facillimè soluuntur. Primò ergo dico, quòd tam Euseb. quàm Hieron. non propriam, sed aliorum refert sententiam.

Dico secundò, quod aliquo tempore forte licuit dubitare, non tamen hodie: quia quod tunc non fuerat definitum, hodie est certum. Quod verò stylus sit alius, id fuit pro necessitate rerum. Vel etiam tanta diuersitas non ex authore, sed translatore oritur, non ergo negare possumus esse Canonicam.

24 *Petrus scripsit ne aliud, quàm sit Canonicè approbatum?* Refert Sophronius ex Hieronymo hos libros D. Petrum scripsisse, præter duas Canonicas epistolas. Primus prædicatio inscribitur, Secundus Euangelium, Tertius Actus, Quartus Reuelatio, Quintus Iudicium. De primo meminit Clemẽs Alex. in 6. Stromaton, his uerbis. Petrus in prædicatione dicit. Cognoscite unum esse Deum, qui fecit omnium principium, & finis habet potestatem, & qui non cadit sub aspectum, De quo etiam Orig. tom. 13. in Ioannẽ. De Euangelio Petri Serapion, qui anno Domini ducentisimo Antiochiæ fuit Episcopus, particularem librum conscripsit ad Fratres Rhosi Ciliciæ, sic enim Euse. commemorat. De actibus Petri, & aliis libris, Euseb. lib. 3. Hist. eccl. capit. 3. ait. Ille uerò libellus, qui dicitur actus Petri, & qđ nominis eius Euangeliũ nuncupatur, sed, & quæ dicitur eius prædicatio, & eius Apocalypsis in scripturis Canonicis non habentur, sed nec aliquis quidem ueterum, uti eorum testimoniis inuenitur. Nicephorus etiam de Apocalypsi ait, illegitimam apud ueteres esse iudicatam. Orig. etiam de libro, qui est de actibus Petri dicit, quòd nõ habetur inter Ecclesiasticos, quia neque Petri est ipsa scriptura, neque alterius cuiuspiam, qui spiritu Dei fuerit inspiratus. Petri etiam Itenerarium sub nomine Clementis æditum, Gel. dist. 15. inter libros suspectæ fidei collocat. Hactenus, de uita, authoritate, & scriptis D. Petri, quæ apud hæreticos sunt dubia.

Phylosophia.

Phylosophiæ studium, ueluti perniciosum abyciendum. Eras: Cornelius Agrippa. HAERE. Longa digressione Erasmus in Moria, & Agrippa homo uanissimus in libro de uanitate scientiarum, hoc docẽt, quorum errores sic confuto. Primo ex sacris literis. Nam D. Paulus ait (dum instituit Atheniẽses) ipsius nos genus sumus, quòd est Arati Astronomi, Et scribens Corin. citat illud Euripidis. Corrumpunt bonos mores, colloquia praua. Ad Titum utitur illo testimonio Epimenidis. Cretenses semper medaces, malæ bestiæ, uẽtres pigri, non ergo sũt uana ac omninò Hoccipendenda Phylosophorum dicta. Quod testimonio patrum confirmo. Nam Ecclesiæ Doctores fuere Phylosophi, ut Dydimns, Iustinus. Origenes, Gregorius Naziãzenus, Basilius, Gregorius Nissenus. Damas. Aug. Hier. Ambr. & alii omnes. Et ut rem pressius consideremus, exscribam eorum uerba. Nam de Basilio testis est Athan. in oratione funebri eius obitus. D. Hiero. disserens aduersus Iouinianum, uariis Phylosophorum dictis utitur. D. Aug. lib. 2. de Doct. Christiana, demonstrat rerum naturalium cognitionem summopere necessariam. Euseb. li. 5. Hist. eccl. capit. 10. ait. Consuetudo antiquitus tradita seruabatur, ut Diuinarum scripturarum Doctores in schola Ecclesiastica habeantur, uiri dumtaxat scĩa, & eruditione probatissimi. Quid dicam de D. Tho. & aliis innumeris patribus, qui ergo damnat Phylosophiæ studium, ne aduersatur tot patribus, uerũ & cum ratione pugnat. Nam omnes homines scire desiderant. Direct. 2. part. q. 11. num. 5.

2 *Phylosophi unde eam cognitionem habuerunt?* Nemini dubium esse debet, ꝙ earũ rerũ studium hauserunt Deo Duce, & ueritas à quocũque dicatur à Spiritu Sancto est. Et Amb. affirmat, quòd Pittagoras fuit circũcisus. Alex. etiam dicit, quòd fuit discipulus cuiusdam Iudæi. Plato etiam à nostris doctrinam assequutus est, ut Amb. Aug. & Clemens testantur. Aristoteles conuersatus est cum quodam Iudæo, ut scribit Clearchus Peripateticus lib. de somno. Verũ de hoc, non est nostrum scribere, nisi quatenus quisque cognoscat, quod si Phylosophia est, Deo authore, nemo condemnare eam iure potest.

3 *Phylosophi sunt ne aliqui saluati?* Non dubitat Iustinus Martyr, & Clemens Alex. affirmare, aliquos esse salutem ęternam consequutos. Iustinus nanque sic ait, in lib. quæstionum à gentibus propositarum, quæst. 8. Qui cum ratione uixerunt Christiani sunt, etiam non nouisse Deum existimati sunt, quales apud Græcos Socrates, Heraclitus, atque alii similes. Clem. uerò lib. 5. 6. Stromaton. Eos (inquit) qui ante Christũ fuerunt, honesteque uixerũt, esse iustos factos, uel per legem, uel per Phylosophiam sed defuisse eis tantum fidem Christi, quare in inferno expectasse Christi & Apostolorum Aduentum, eorumque ibi prædicatione esse conuersos, ut in Christum crede-

rent,

rent,& sic esse demum seruatos. Hæc Clemens. Hoc tamen pro certo de fide dicendum est, quòd si sunt salui, ut Sybillæ & alii, non nisi per fidem Christi saltem implicitã, puta fide tenuerunt unicum esse Deũ omnium reparatorem, ac redemptorem. Non enim est aliud nomen sub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hoc ergo totius, ac omnium salutis origo: hic verè totius mundi seruator. Iauell. etiam de mente D. Th. scribit, quòd Socrates, & Pithagoras sunt salui, si seruauerunt legem naturæ 1. par. tract. de Prædest. c. 10.

Pietas.

Pietas non est specialis uirtus. ERRON. Non vno modo pietas accipitur, sed multis, nã aut intelligi potest Dei cultus, quam Græci Thasebiam uocant. Pietas ergã Deum, & parentes se extendit, & pietas dicitur de cultu Diuino, & ea uirtute, qua Deus colitur, unde sic idem est, quòd Religio, ut dicit Bon. Religio uerò est latria quæ ad seruitutem Diuinam exteriorem pertinet. A, uulgo sumitur pietas pro actibus misericordię, quia Deus testatur hos actus sibi debere fieri. Et Deus dicitur pius, ex misericordiæ actibus, licèt pietas à misericordia differat. Pietas est specialis uirtus circa parentes, & patriam in quibus includuntur omnes consanguinei, ciues, amici, & alii eiusdem patriæ. Pietas adhuc respicit in proximo Dei imaginem. Misericordia est erga omnes, qui in miseria sunt constituti, ac respicit conformitatem naturæ & indigentiam. Pietas beneficia impendit ratione debiti. Misericordia sub ratione gratuitæ subleuationis. Pietas etiam est erga Deum, at non misericordia. Hęc ex Augu. lib. 10. de Ciuit. Dei cap: 4. & D. Tho. 2. 2. q. 101. Bonau. 3. dist. 35. q. 6.

Pollutio.

Pollutio uoluntaria non est peccatum. HAER. Ex communi patrum doctrina, imò ex ipsa naturæ lege hoc esse peccatum, nemo infitiari potest, pugnat enim cum natura nèdum Diuino præcepto, & qua ratione ab aliorum tabernaculis excludebantur polluti, & quare docuit Dominus, quomodo sit expianda nocturna pollutio, si uoluntaria non est peccatum. Deut. 23. B. Verum de hoc plura scribere me pudet, quod animalia fugiunt.

2 *Pollutio nocturna, semper impedit sacramenti perceptionem.* In schola D. Tho. hoc negamus: nam non semper est peccatum, ut quando est sine causa præcedenti, & sine complacentia subsequenti, ideò nisi eueniat occasione uitiosa, poterit sacerdos celebrare, uel alius Eucharistiam sumere, ut scribit. 4. dist. 9. art. 4. q. 1. 2. 3. Palud. uidetur etiam esse huius sententiæ, licèt addat, quòd in casu necessitatis liceat. dist. 9. q. 3. Ricard. 4. distin. 9. arti. 2. q. 3. conuenit, quòd si prouenit ex peccato mortali, non licet, at ex ueniali non prohibet. Brulifer. 2. dist. 25. q. 12. Biel. lect. 19. Can. Alex. uerò Alensis, quem sequitur Alb. & Bon. ac forte Palud. mea sententia è contra dicunt, quod non potest pollutus, quacunque de causa, etiam sine peccato, celebrare, quia ordo uirium peruertitur, & anima in hoc opere fit tota caro. Et sicut degustato spiritu desipit omnis caro, sic è contra & amplius gustata carne, desipit spiritus, & fit carnalis, generat etiam frequenter in anima hebetudinem, ac deordinationẽ. Ideò abstinendum est, donec fuerit reordinata natura, quod fit regulariter spatio. 24. horarum, unde ad tantum tempus debet abstinere. Sed opinionem D. Tho. tanquàm securiorem amplectimur. Vbi enim nulla est culpa nec pœna præfigenda est, sit ergo uir pius, ac Religiosus, qui nullam dedit occasionem, nec causam huius inordinati actus, & cum lachrymis petat sanctissimã Eucharistiam, qua ratione hac pœna erit plectendus. Quid, quod natura (etiam me repugnante) suo munere fungitur, & quare naturalia munera, sunt impedimento salutis, ac gratiæ?

Potentia.

Potentia Dei non est infinita. HAER. Plura sunt quæ Dei in exhausam, ac incircunscriptã potentiam demonstrant. Vnum inter multa est ipsa Creatio ex nihilo, atque iustificatio post crimen commissum. Verum hoc etiam Phylosophi, ac Barbari pro-

comperto habent, ideò non eget longa oratione. Recolant nostri eius, quòd dixit Angelus B. Virgini. Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

2 *Potentia Dei non potest facere, nisi quæ fecit.* HAER. Quomodo esset infinita, si terminos præfigamus. Hoc quotidie nouis prodigiis falsum esse conuincitur, & Dominus dixit, Pilato. An nõ possum rogare patrem & exhibebit mihi, plusquàm duodecim Angelorum legiones. Matt. 26.

3 *Potentia Dei non potest facere meliora, quàm fecerit.* HAER. Potuit perfectiora diebus illis, quando uniuersum condidit, & quare modo non potest, quis cohibet eius uoluntatem? quis fræna tenet eius omnipotẽtię? Infinita est, nec aliquibus cancellis clauditur, nec meliora facere, uel contradictionem implicat, uel Dei mutationem connotat, sed potest abundantius facere, quàm petimus, aut intelligimus, ut probant scholastici 1. distin. 14. Et supra uerbo, Creatio, probatum fuit, quod Deus potest facere aliam terram. Et Caiet. scribit 1. part. q. 50. 1. primum ad primum dubium. Quod uniuersus potest esse perfectior, quo ad species, non tamen quo ad gradus specificos; & sensus est quod naturæ specificæ sunt pfectæ in sua specie, ad eò, ꝙ perfectiores quo ad gradum illum esse non possunt: at potest alteram speciẽ perfectiorem Deus Creare, & quod nemo negare debet. De Potentia Dei, plura scribit D. Augu. lib. 21. cap. 8. & 18. de Ciuit. Dei. & scholastici.

4 *Potentia obedientialis, quid sit, uide, uerbo Resurrectio. num. 1.*

Potestas.

Potestas spiritualis non supereminet temporali. HAER. Quoniam, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, ut D. Paul. scribit, necesse est ut in regno Ecclesiæ ordo reperiatur. Et certè ex sacris literis demonstratur spiritualem potestatem excedere temporalem.

Primo, antiquitate, nam in Abel exordiũ cœpit, qui fuit Virgo, Martyr, & Sacerdos: & eius munus fuit Deo acceptum. Originis nobilitate: nam spiritualis in nouo testamento est à Christo immediatè. Tibi dabo Claues. Pasce oues meas. At temporalis, ut plurimum Tyrannicè fuit occupata, ut testantur hystoriæ de Assirijs, & Caldeis, quorum Regnum in Nembroth incepisse testantur, quòd de Romanorum etiã Imperio certum est.

Tertio, est nobilior dignitate, quia & spiritus corpore.

Quarto, est amplioris dignitatis spiritualis ipsa temporali.

Quinto, ex fine est nobilior. Nam finis spiritualis potestatis est uiuere secundum rationem.

Sexto, temporalis iudicat terrena, spiritualis ęterna. Hęc probat. Turre. Crem. & alij.

Obiectiones.

Non desunt, qui dicant temporalem præcessisse spiritualem antiquitate. Quia Cayn fuit prior Abel.

Respondeo, quòd Cayn non fuit verè Dominus, sed ut occupauit.

Secũdo, Dominium temporale cępit tempore legis naturæ in Nembroth, Gene. 10. Sacerdotium uerò tempore Aaron, & legis scriptæ, Exod. 28.

Respondeo, quòd sacra scriptura post diluuium meminit incępisse sacerdotium, &. quòd Noe ædificauit altare, & tollens de eunctis pecoribus suis. &c. Obtulit super altare Gen. 9. Quæ oblatio præcessit Nembroth. Dico secundo, quòd regnum, ac Dominium Nembroth fuit usurpatum, non ligitimum.

Tertio, uerum sacerdotium in Christo cœpit. Regnum verò in saule, ut dicitur 1. Regum 10.

Respondeo, quòd & in Mose, & Aaron incępit sacerdotium ante regnum, & fuit uerum sacerdotium, non fictitium, aut falsũ, & si fuerit figuratiuum.

Quarto, potestas utraque est à Deo, ergo ex Origine, una non est nobilior alia.

Respondeo, quòd uerum sacerdotium, & regnum utrũque est à Deo, tamen falsum, ac despoticum est ab homine, atque ideò tunc spiritualis Origine, si huic Dominio comparetur est nobilior.

Quinto, D. Pet. 1. capi. 2. Subiecti estote omni humanæ Creaturæ propter Deum, siue Regi, tamquàm præcellenti. ergo hæc pręcedit.

cedit. Dico, quòd ſenſus D. Petri, non eſt, quòd ſecularis poteſtas præeminat, ſed quia comparatur ad ſeruos, qui Regi obedire tenentur.

Sextò, Soluitur tributum temporali poteſtati. ergo maior.

Reſpondeo, quòd Eccleſia nō debet ſoluere tributum poteſtati temporali, vt ſuperiori, ſed pro pace, ac quiete. Nec etiam de bonis Eccleſiæ, ſed de ijs, quæ Clerici paterno iure poſſident.

Septimo, Moyſes qui fuit Imperator, ac dux populi, fuit maior Aarom qui fuit Sacerdos. Exod. 24. ergo Moyſes erat maior.

Reſpondeo, quod & Moyſes fuit Sacerdos. Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius. Gloſa ait. Nota quod Moyſes Sacerdos dicitur, qui & ſi non hoſtias, tamen vota obtulit Deo, & pro populo ſupplicauit. Dico ſecūdo quòd Aaron fuit in aliquibus maior Moyſe, & Moyſes etiam Aaron, non tamen quia commiſſa fuit temporalis cura, & vt Dux; ſed quia cum eo Deus loquebatur. Aaron uero maior erat, quia primogenitus, ſecundo quia preuiderat eum ſummū Sacerdotem electurum.

2 *Poteſtas tàm ſpiritualis, quàm temporalis per mortale peccatum amittitur. Vuit. Vs.* HAERE. Aliqua diximus in ſuperioribus contra hæc hæreſim, in Concilio Conſtatienſi damnatam, quæ ut plenius confutetur, hic iterum ex ſcripta eſt. Etenim malis miniſtris dona ſua diſpenſat Deus. Nam Hier. 27. Et nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas, in manu Nabucdonoſor Regis Babylonis ſerui mei, &c.

Secundo, Matth. 23. ſuper Cathedram Moyſi ſederūt Scribæ, & Phariſei, quæcunque dixerint uobis ſeruate & facite.

Tertio, D. Pet. p. cap. 2. Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

Quarto, Iudas & ſi prauus erat, tamen & inter Apòſtolos.

Quinto Cayphas iniquiſſimus Pontifex tulit ſententiā. Demum ex Concil. Cōſtat. ſeſſ. 8. articu. 4. damnatur, ac Trid. ſeſſ. 7. Can. 12.

3 *Poteſtas, non eſt à Chriſto immediatè Diuo Petro collata.* HAER. Hoc erroneum imo hæreticum dictum, ex ſacra ſcriptura reprobatum eſt, verbo Petrus, de quo in Direct. p. 2. quæſt. 12. nu. 3. Ei nanque dictum fuit, Tibi dabo Claues Regni Cęlorum.

Præceptum.

Præcepta Dei adimpleri non poſſunt. Luth. & Eraſm. HAER. Probant exemplis Luth. & Eraſmus, quòd Dei præcepta adimpleri non poſſint, & quod impoſſibilia ſint. Et primo de dilectione Dei. Secundum eſt. Non concupiſces. Quę duo, neminem adimplere poſſe affirmant. Quæ ſi uera eſſet, iniquiſſimus eſſet Deus, qui præcipit, quæ obſeruari non poſſunt, ac iniuſte tranſgreſſores punit. Cauſa uero errandi fuit, quod præceptum illud. Non concupiſces ad primos motus concupiſcentiæ cohibendos pertinere putauit, & non potius, ne deliberata uoluntas concupiſcentiæ turpitudinī aſſentiat. Dicamus ergo cum Domino. Iugū meū ſuaue eſt, & onus leue, & alibi. Præcepta eius grauia non ſunt. Sic Concilia, & Patres interpretātur. Trid. ſeſſ. 6. Ca. 11. Baſil. Hom. 32. Aug. de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 10. & 24. Et ad Bonif. cap. 13. Cum his teneamus, & D. Hierony. Si quis dixerit Deum impoſſibilia præcepiſſe. Anathema ſit, & quod nobis ipſis, ac proprio marte non poſſumus id Diuino auxilio nos poſſe compertū eſt, & quòd per amicos poſſumus, per nos ipſos poſſe uidemur, ut docet D. Thom. cum Ariſtotele. Direct. 2. p. queſt. 10. num. 14.

Præceptum nullum eſt in Euangelio. Luth. HAER. Videas lector in quantam dementiam uir iſte deuenerit, quaſi non legerit. Matt. 5. Non ueni ſoluere, ſed adimplere. Et alibi. Hoc eſt præceptum meū, ut diligatis inuicem. Et Ioā. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt intrare in Regnum Dei. Et Ioann. 15. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta Patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Lucas etiam 13. Niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimul peribitis. Demum ſi nullum eſt præceptum, nec etiam præuaricatio, nam ſine lege non eſt, ut D. Paul. ad Rom. 4. dicit. Si ergo uolumus ad uitam ingredi ſeruemus mandata. Matth. 19.

3 *Nihil eſt Deo gratum niſi quod fuerit ab eo mandatum, ac præceptum. Lutherani.*

HAER. Quid præcepit primis Filijs vt offerrent & tamen respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Gen. 4.

Secundo, Gen. 8. odoratus est Dominus odorem suauitatis.

Tertio, placuit Deo, quòd Phineęs interfecerit Israelitem coeuntem cum muliere Madianitide, quòd tamen ei præceptum non fuerat. Num. 25.

Quarto, Austeritas D. Ioan. Bapt. fuit Deo grata, non tamen demandata. Multa & his similia, quæ uoto assumentur, Deo sunt grata, non tamen pręcepto.

4 *Præceptum Diuinum adimplere meritoriè possumus, sine gratia.* HAER. Hoc Pelagij dictum supra explosum est. Licet enim nihil sit, quòd unus Homo possit cum gratia quòd alter sine gratia non possit, quo ad substantiam operis, & si non quo ad modum, ideo gratia exigitur, ut sic adimplere possit, ut docet D. Thom. Ver. q. 24. primo ad secundum, sextum. & quintum, & artic. 14. De quo in Concil. Trid. sess. 6. Can. 3. & antea Concil. Cartag.

5 *Præcepta omnia ab Apostolis tradita sunt perpetuò seruanda.* HAER. Multa Apostoli in suis Cano. statuerunt pro temporum opportunitate, ut & congruo honore Synagoga sepeliretur, ad quæ nos non tenemur; sed summus Pontifex reuocare potest, ut illud quòd Sabbato non ieiunemus, & quod nomine Christi tantum baptizetur, & alia quæ penitentiis taxantur, omnia enim ista sunt temporia præcepta, ut & abstinentia à suffocatis. Quædam uerò præcepta sunt perpetuò seruanda, quæ fidei sunt prima principia, ut quæ ad Sacramenta pertinēt. Cano. lib. 3. cap. 5.

6 *Præceptum omne obligat ne ad mortale peccatum transgressorem?* Non opus est repetere, quomodo distinguantur præceptum, & consilium. Nam consilium est de bonis, quorum opposita non sunt mala, ut consilium castitatis. 1. Cor. 7.

Præceptum est de bono, cuius oppositum est malum ut dilectio.

Præcepta etiam moralia habent pro materia actus bonos, quorum contraria charitati repugnant; aliqua uerò habent pro materia aliqua, quæ charitati non contrariantur, ut sunt præcepta abstinentiæ, affabilitatis, vrbanitatis, & consimilium, sunt enim ista de obseruandis modis debitis in sumendo cibum, aut conuersando, aut iocando, quorum contraria non sunt contra Charitatem, quamuis mala, & peccata sint in genere moris.

Rursus duo sunt genera moralium pręceptorum quædam habent uinculum peccati mortalis, ut quæ sunt necessaria ad dilectionem Dei, & proximi. Alia habent uinculum peccati uenialis tantum, ut quorum uiolatio stat cum Charitate, siue sint de iure naturæ, ut non esse mentiendum, esse affabilem, & similia; siue sint de iure positiuo, ut benedicere mensam, & similia præcepta ex regula D. Augustini. Ex his itaque habemus, quod non omne præceptum obligat ad mortale; sed illud tantum quod est præceptum antonomasicè, & non quod ex politicis pendet.

Præcepta uerò Prælatorum in Prædicatoria familia, ideo ad mortale obligant, quia sunt circa materiam uotorum ad quæ tenemur. Disputat Caiet. in opus. & est huius sententiæ. Quæ ideo ab alijs negatur, quia nesciunt distinguere, & arbitrantur omnia præcepta esse eiusdem ordinis.

7 *Præcepta Decalogi omnia dispensari possunt.* HAERE. Meritò Esai. capitul. 24. quosdam reprehendit de hoc. Adhæc, præcepta continent bonum commune, & ordinem iustitiæ, ergo dispensari non possunt. Præcepta nanque primæ Tabulæ continent bonum commune in ordine ad Deum. Secundæ uerò ordinem Iustitiæ, inter homines obseruandum, ideo sunt omninò indispensabilia.

Obseruandum etiam, quòd ordo Iustitiæ secundum pręcepta legis naturaliter est seruandus, at quo ad determinatum modū fallit; Hinc nec Deus dispensat, quia seipsum negare non potest, neque Prælati.

Obseruandum 3. Quod dispensatio in aliquo particulari casu, in quo si uerbum legis obseruetur, contrariatur intentioni legislatoris, licita est.

Obseruandum, 4. Quod occidere hominem per Iustitiam nō est homicidium, nec dispensatio, ut docet D. August. de lib. arb. Nec etiā, quando sabbato fit aliquid, quod ad salutem pertineat, ut dicitur Matt. 12.

sic ergo præcepta primæ tabulæ nullo modo possunt dispensari. In præceptis ergo iuris naturalis dispensare nec Deus potest, sed in iudicialibus, ac cęremonialibus (inquit) Palud. 3. d. 40. q. 1. q'a. 1. & 2.

8 *Præcepta secundæ tabulæ possunt nè aliquo modo dispensari?* Varij sunt scholastici circa hoc. Nam Scot. arbitratur, quòd præcepta secundæ tabulæ non sunt de iuræ naturæ, neque ut principia, neque ut conclusiones necessariæ, sed ut ualde consona iuri naturæ. 3. dist. 17. Durand. 1. dist. 47. q. 4. scribit, quòd præcepta quartum, & quintum secũdæ tabulæ possunt dispensari. Ocham 2. di. 19. dicit, quòd in aliquibus, nè dum potest dispensare, sed contraria præcipere. Alij uerò dicunt, quòd præcepta tàm primæ quàm secundæ tabulæ secundum ordinẽ Diuinæ Iustitiæ, quem continent sunt indispensabilia. At per ordinem ad aliquem actum, à Deo dispensari possunt, at talis dispensatio non est relaxatio præcepti, aut declaratio illius in hoc casu, aut actu, sed facere, quod istæ actus, non sit homicidiũ, qui sine hac authoritate esset homicidium sic in actu Abrahæ fecit, ut actus ille non esset homicidium, sed imolatio imperata à superiori. Hic etiam obs. Quod uoluntas Diuina non potest determinari ad aliquid uolendum extra se, nisi à seipsa libere. Determinatur tamen ad rectitudinem, aut obliquitatem. Et sic respectu complexorum non incõuenit uoluntatem Diuinam esse determinatam, quod oportet Scotum fateri, quia dantur aliqua præcepta per se bona, & prohibita per se mala, ut prima præcepta iuris naturæ, ad quæ Diuina uolũtas est sic determinata, ut à rectis non possit obliquari, nec dissonare. Nam sicut Diuinus intellectus est ad seipsum determinatus, ut intelligat, & omnia in se, sic Diuina uoluntas. Bergomensis etiam dubiosi 8. conciliat. Quod præcepta in communi continẽt intentionem legislatoris, scilicet conseruationem boni communis, uel ordinẽ Iustitię & uirtutis, ut omnia præcepta decalogi sunt omninò indispensabilia, non autem alia. Rursum, præcepta secundæ tabulæ, ut pertinent ad uirtutem, nõ possunt dispensari, sed quantum ad solitum modũ uirtutis. Adhuc dicitur, quòd in præceptis secundæ tabulæ potest dispensari remouẽdo dispositionem contrariam præceptis illis, non tamen ea remanente. Demum in his præceptis potest dispensare remouendo ab actu rationem indebiti, non tamen ea remanente. Hactenus ille. D. Tho. 1. 2. q. 100. 8. Caiet. *Prædestinatio.*

Prædestinatio non est in Deo. HAER. Multa sũt admiranda atque difficillima in hac re, nè dum in sacris literis, sed patribus, de quibus nec Ecclesia aliquid definiuit. At hoc, q hic est propositus error, facillimè confutatur. Nam Dominus dixit. Luc. 12. Nolite timere pusillus grex complacuit enim patri uestro, dari uobis regnum. Et D. Pau. ad Rom. 9. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Item, miserebor, cui miserebor, & misericordiam præstabo, cuius miserebor. Item, cuius uult miseretur, & quem uult indurat. Et ad eph. 1. Elegit nos ante mundi cõstitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Et ad Rom. 8. scimus, quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui secũdum propositum uocati sunt sancti. Et 161. Quos præsciuit, & prædestinauit. Negare ergo prædestinationem falsissimus, ac uanissimus est error.

2 *Prædestinati sunt omnes homines.* HAER. Si omnes homines sunt prædestinati, quomodo uerum erit, quod Dominus ait. Multi sunt uocati, pauci uerò electi, & quinque erant Virgines prudentes, & quinque Fatuæ, & mentitur D. Pau. Esau odiu habui. Hoc scribit Fulg. ad Monimum quæst. 1. & communis est Doctorum sententia 1. dist. 40. Caueant ergo concionatores, nè populo opinionem Catharini, explicent, nempè omnes homines esse prædestinatos. 3. cont. Gent. cap. 161.

3 *Prædestinati non eliguntur.* HAE. De Prædestinatorum electione dixit D. Paul. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ad eph. Et ad Rom. dicit esse uocatos, ergo eligimur, ac diligimur à Deo.

4 *Prædestinatus etiam, si omnia peccata committat, saluabitur.* Sigilbertus. Hus. HAE. Per multos annos sepultus iacuit hic error, quem fetidum è, Sepulchro euocauit Hus. Aduersus quem sunt uerba Domini dicta Cayno. Nõnè si benè egeris, mercedẽ recipies? Ge. 4. Et Hier. dicit, qui pœnitentiam egerit, suscipiet eum Dñs, & in die iudicij ex commissis criminibus damnabitur impius, & saluabitur iustus. c. 18. Necessitatẽ

etiam operum demonstrauimus in superioribus.

5 *Prædestinationis causa sunt opera nostra.* HÆ. Vetustissimam hanc hęresim D. Paulus cõfutauit scribens, Tito. 3. Nõ ex operibus Iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit, Et Romanis, ca. 9. Antequàm nati essent aut aliquid boni fecissent, à uocante dictum est, Iacob dilexi: Esau autem odio habui. Et maior seruiet minori, quæ sunt errores Pelagij. Non est uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Et cui uult miseretur, & quẽ quem uult, indurat, quare quia Moysi dicit. Miserebor cui miserebor, & misericordiam præstabo, cuius miserebor. Et ratione confirmatur. Nam gratia est effectus p̃destinationis, & non cadit gratia sub merito. & ad Rom. 9. Volẽs Deus ostendere irã & notam facere potentiam suam, sustinuit multa uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet. &c. Adhæc Diuina Prouidentia est causa rerum omnium. Et quos prior dedit illi, & retribuetur ei, quoniam ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia, ut cum D. Paulo concludit D. Tho. 3. cont. Gent. cap. vltimo. Quo loci annotat commentator, quòd uerum est, de totali effectu prædestinationis, & de Diuino actu prædestinante, quæ duo ab ipsa gratia pendent, quæ non habet causam merita nostra. Verum si loquamur, de aliquo partiali effectu putæ gloriæ, sic gratia est causa gloriæ. Secundo loco debent Catholici obseruare, quod ordo Diuinæ Prouidẽtiæ erga electos habet plures gradus. Nam alij gratiam iustificantem præcedunt, alij sequuntur, Qui præcedunt sunt dilectio, electio, prædestinatio, & uocatio. Qui sequuntur sunt argumẽtum gratiæ, Iustitiæ profectum, & adeptio summæ fęlicitatis. Opera nostra non sunt causa eorum, quæ primo ordine locantur, nã hæc est hæresis Pelagiana. Secundi verò ordinis sunt causa meritoria. Si quidem ab ęterno statuit Deus gratiam augere, bonaque multiplicare ijs, qui prima gratia, primisque bonis utuntur, ac vitam æternam condonare. Rursus, si consideremus causam finalem, in operibus nostris respectu illorum graduum, qui Diuinæ gratiæ succedunt, sic sunt causa. Nam Deus elegit, gratiam dedit, ut benè utentes, gloriam consequantur. Hoc dixit D. Pau. elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Et ad hunc sensum dixit Orig. lib. 1. epistolæ ad Rom. Chryso. ad Rom. cap. 9. Ambr. in epistolã ad Rom. 8. Hier. 9. 10. ad Hedibiã, quòd Deus prædestinauit eos, quos uidit Iustitiam sequuturos, ac uirtutes. sicut artifex, qui aptiores materias, ac suæ arti congruentes eligit, ac suo loco collocat, si uerò intelligant opera omninò esse causam prædestinationis decipiuntur, ut D. Augu. ait. 1. retract. cap. 25. Vbi fatemur eam opinionem, se esse sequutum, quia non dum sciuerat fidem ipsam, quæ datur ex Spiritu Sancto ex Dei dono. Nam quàmuis, credere, uelle, in nostra sit uoluntate, Deus tamẽ illa in nobis principaliter operatur. Hæc D. Augu. à quo nec Magister 1. dist. 41. nec D. Thom. 1. par. q. 23. & aliqui recentiores descendunt. Sixtus tom. 2. annot. 251. lib. 6. Fœlicianus, part. 3. expl. Cathol. explic. 21. Ergo cum D. Tho. concludamus, quòd ex mera Dei uoluntate pendet, sicut ex simplici eius uoluntate procedit, quòd cũ omnia ex nihilo sint facta, quædam tamen sũt aliis digniora. 3. cont. Gent. cap. 161.

6 *Prædestinatio imponit necessitatem prædestinatis.* HAER. Duplici uia demonstro hoc esse falsum. Primo Deus ab initio cõstituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui, apposuit ante eum ignem, & aquam, uitam & mortem, ut ad quodcunque uoluerit, manum extendat. Ergo remanet homo liber. eccli. 15. Secundo, si prædestinatio cogit prædestinatum, ergo & reprobatio reprobatum, ergo iniquè damnatur, ergo prædestinatio nullam imponit coactionem.

7 *Prædestinatus non potest esse membrum Diaboli.* HAER. Concilium Constantiense nefariam Hus doctrinam damnauit. Nam D. Petrus negauit, peccauit, & fleuit, D. Paul. fuit p̃sequutor. Mattheus, & sancti alii, Latro, Magdalena erant omnes sub peccato, & tamen erant prædestinati.

8. *Predestinatio non est certa.* HAER. Hanc prædestinationis certitudinem D. Pau. expressit, cum dixit. Certus sum enim, quia neque mors, neque uita, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Hoc idem omnes affirmant Doctores.

9 *Prædestinatus, ut sic potest damnari.* TEM. Dam-

Damnatio repugnat prædestinationi, & sicut albus non est niger, sic nec prædestinatus est damnatus, ergo qui est prædestinatus, saluabitur, sicut qui est albus necessariò est albus. At quoniã prædestinatio nullam imponit necessitatem, poterit malè operari, & damnari, sicut & Dauid dixit. Deleantur de Libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. De quo apud scholasticos disputatur. Vt est apud Cartus. 1. d. 40. qui refert D. Tho. Ales. Bon. Alb. Dur. Ric. esse huius sententiæ.

10 *Prædestinatio nullo modo iuuatur præcibus sanctorum.* HAER. Sicut merita non sunt causa prædestinationis in se, sic præces aliorum, nõ pñt esse causam prædestinationis in se, actus enim Dei prædestinantis est liber. effectus tamen prædestinationis iuuari potest. Hoc schola probat ex Ge. 25. ubi dicitur, quòd Isaac rogauit Deum pro Rebecca uxore sua, & dedit conceptum Rebeccæ. Et de Samuele Propheta. 1. Re. sic & illud D. Pet. interprætantur 2. cap. 1. Satagite, ut per bona opera uestra, certam uestram electionem, & uocationem faciatis.

Prædicare.

Prædicare potest quilibet Christianus etiam superiore reclamante. Valdenses. Vuicle. Vs. Aduersus eos, sunt quæ scribit D. Paul. ad Rom. 10. Quomodo pdicabunt nisi mittantur? & ad Heb. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo, tanquã Aaron. 3. Apostoli à Domino missi sunt ad prædicandum. Mar. 16. 4. De Ioã. Bapt. dicitur, quòd fuit missus à Deo. Et alia consimilia, qbus probatur, eos esse deceptos. Et damnãtur in Conci. Const. sess. 8. ait. 14. & Trid. sess. 24. cap. 4.

2 *Prædicare possunt etiam excommunicati*. Vuicle. HAER.

3 *Prædicare potest quilibet sacerdos, etiam repugnante summo Pontifice*. HAER.

4 *Prædicare publicè nemo potest*. HAER. Has hæreses ex superioribus confutare possumus, & decreto Concilij Tridentini, in eodem loco.

Præsbyter.

Præsbyteri sunt æquales Episcopis. HAER. Verbo Episcopus excellentiam præsbyteri recensuimus, quæ tamen subijcitur Episcopo tanquàm superiori.

2 *Præsbyter ab Episcopo ordinetur*. Canon. Secundus Apostolorum.

3 *Præsbyteri propriaus parochiam*. Can. 15.

4 *Præsbyter non potest percutere*. Can. 28.

5 *Præsbyter rebellis ab Episcopo deponitur*. Ca. 32.

6 *Præsbyter suo Episcopo rebellis, non debet ab alio Episcopo recipi*. Can 33. & Concil. Nice. cap. 5.

7 *Presbyter triginta annos non ordinetur, quia tunc Baptizatus est Dominus.*

8 *Presbyter illiteratus Missam celebrare non audeat.* Hæc Fabianus Papa epistola tertia.

9 *Præsbyter non potest ducere uxorem & si adulter deponitur, & fornicator*. Concil. Neoces. & dist. 28. c. Præsbyter.

10 *Præsbyter esse non potest qui peccauit*. Conci. Neoces. cap. 9. Hæc duximus exscribenda ut cognoscant præsbyteri, quæ sui sunt muneris.

Primicerius.

Primicerius qui & Cantor secundum Hostiẽsem, sciat se esse sub Archidiacono, sicut & Archipræsbyter. Primicerij munus est, ut doceat Diaconos, & reliquos gradus in ordine positos, & disciplinæ, & custodiæ insistat, sciens se pro eis redditurum esse rationem. Et Primicerius dicitur apud Isido. quasi primus in cãtu, uel primus in Coro. scribit D. Ant. 3. par. tit. 20. cap. 8.

Princeps.

Princeps non sunt mali sua uoluntate, sed Dei iussione. HAER. Ex sacris literis confutatur. Nam Hier. 22. dicitur, de malis prophetis, quòd ipsi sunt mendaces, & eadem ratio uidetur de aliis principibus. 2. Oseæ 8. dicitur. Ipsi renouauerunt & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui, Permittit tamen Deus eos regnare propter peccata populi, ut de Hieroboam legitur. 3. Reg. 12. Et Esa. 10. Vè Assur, uirga furoris mei, & beculus ipse est, in manu eius indignatio mea.

Processio.

Processio non est in Diuinis. HAER. Processionem hanc reuelatione cognouimus, de qua Dominus dixit. Ego ex Deo processi. Ioan. 7. Qui, & cap. 1. Verbi processionem refert. Disputant Scholastici. 1. d. 13.

Processio verbi, non est generatio. HAERE. Econtra definit Ecclesia in symbolo. Genitum non factum, consubstantialem patri. De qua psal. 2. Ego hodie genui te. Et alibi. Ego qui aliis generationem tribuo, sterilis ero.

3 *Processio alia non est in Diuinis, præter generationem verbi*. HAER. De Spiritu sancto etiam docet Ecclesia, quòd procedat à Patre, & Filio. Qui ex patre, Filioque procedit. & proprio loco fusius probabo.

4 *Processiones sunt plures quàm duæ ad intra in Diuinis*. HAER. Contra hoc est definitio Ecclesiæ, atque communis confessio Doctorum. Non enim habemus, nisi Filij, ac Spiritus sancti processionem, quæ probare non est opus, nec hereticus aliquis ab hoc dissentit.

Prodigalitas.

Prodigalitas non est peccatum. HAER. Damnat Salomon prodigalitatem. Prouer. 5. b & Luc. decimoquinto dicitur de filio prodigo, quòd disipauit omnia bona sua, & pœnitentia ductus, uenit ad patrem à quo receptus fuit, & osculatus. Corrumpit enim bonum virtutis, quæ in medio locatur, & licèt auaritię opponatur, est tantum peccatum, quia modum excedit. De qua scribit Arist. 4. Ethic. Quod est circa possessiones pecuniæ, sicut deficiens. non autem sicut superabundans in eis. Et est contra naturam authore D. Thom. quia immoderatè dispensat. pri. 2. qó. 32. 6. secundum. Et semper est peccatum, non principaliter propter quantitatem, sed propter inordinationem dandi, quibus non debet dari, & propter quæ & sicut debet. & maximè in clericis est hoc peccatum. Et prodigus peccat in se, & in proximum, ac illiberalitati. Hæc Diuus Thomas secunda, secundæ, q. 119.

Prodigus.

Prodigus magis, vel minus peccat auaro? Ex Arist. ac D. Tho. locis citatis habemus, ꝙ prodigus minus peccat auaro. Nam auaritia magis distat à virtute opposita.
Secundo prodigus est vtilis.
Tertio, prodigus quando uenit ad Senectutem non dispergit, sed congregat. Demum prodigus peccat non retinendo, auarus verò quia nimium retinet, quod & naturæ repugnat.

Prophetia.

Prophetia non importat cognitionem. Montanus. HAER. Non vident Sancti quomodo uerè posst esse propheta sine cognitione. Vnde quem nos vocamus prophetam, antiquitus dicebatur videns. 1. Reg. 9. & Isid. lib. 1. & D. Paul. 1. ad Cori. 11. dixit. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Vel si non exigitur cognitio, ergo Asina Balaam, & Caiphas fuere prophetæ.
Propheta etiam apud Lyranum dicitur quasi procul fans, quia fatur, idest loquitur denunciando ea, quæ procul sunt, siue remota à naturali cognitione humana. & duo exigit propheta. Primum eleuatio, secundum reuelatio, & prius monetur homo, vt attendat intentè. D. Thom. 2. 2. qó. 171. primo. Et loquimur de prophetia propriè, non communi vocabulo.

2 *Prophetia potest esse falsa*. HAER. Quoniā nō uolūtate humana allata est prophetia, sed Spiritu sancto inspirante loquuti sunt sācti Dei, ut docet D. Pet. 2. c. 1. Et D. Pa. ad Hæbr. 1. Multifariè multisque modis olim Deus loquens Patribus in prophetis, nouissime, &c. Et Luc. 1. Sicut loquutus est per os Sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius. sicut ergo verus magister nō potest discipulum fallere, ita nec Deus. Quod enim est prophetatum, est imposibile non esse, sicut id, ꝙ est præscitū. Puta a, est prophetatum, necessariò erit, & consequens est necessariū, ut consideratum in suo esse præsentiæ, non tamen respectu nostri, ut futurum nobis.

3 *Prophetia adimpletur nè omnis?* Aliq. in Schola nostra distinguunt prophetiam vnā esse com-

comminatoriam, vel secundum ordinem causarum secundarum ad effectus, tunc aliter euenit, ut morieris, & non viues, & talis fuit prophetia Ionæ Niniuitis.

4 *Prophetia est per naturalem cognitionem.* HÆ. Prophetia est à Spiritu sancto, quæ eleuat hominem supra suam naturã, quo ad substantiam actus, at non quo ad modũ, quia nec exigitur gratia. Obs. ẽt, ꝙ quidã actus sunt homini incõmunicabiles, ut creare, alia verò cõmunicantur, vt suscitare mortuum, firmare Solem, & hoc deprecatiuè: alij, vt videre Deum, ad quod anima eleuatur, talis est prophetia, non tamen est ꝑ cognitionem naturalem, quia non uoluntate humana allata est. 2. Pet. c. 1. Et ut annotat Caiet. D. Th. corrigit, quæ dixit. q. 12. de ver. ꝙ prophetia est naturalis cognitio.

5 *Prophetia non reuelatur homini per Angelos.* TEM. Post Dyon. cap. 4. de cęl. Hier. peritiores affirmant, ꝙ hoc ordine Deus reuelat, nempè medii cœlestibus spiritibus, q̃a, q̃ à Deo sunt, ordinata sunt, ut dicit D. Paul. Rom. 13. Hic verò est considerandum, quod illud lumen est à Deo immediatè, quia fides est tantum à Deo, multò magis prophetia, sed est ab Angelo nõ causante lumen, sed proponente, distinguente, & Docente. Deus enim est qui mouet interius uoluntatem, at Angelus potest instigare. Hæc cum Caiet. articulo secundo, quæst. 172.

6 *Prophetia requirit bonos mores.* HAER. Ex verbis Domini. Mat. 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & eius responsione. Nescio uos, deducitur, prophetiam esse posse sine gratia. Item D. Paul. 1. Cor. 12. dicit posse esse sine charitate. Debet tamẽ propheta habere pasiones, quæ non conturbent ipsum, alioquin, nec mens eleuari poterit. Et Arist. deceptus est, qui dixit, q̃d hæc reuelatio fit tantum optimis, licet glosetur à D. Thom.

7 *Prophetia nullo modo potest esse à Dęmone.* HAER. Nemini dubium esse debet, ꝙ prophetia fit etiam à Dęmone, hinc falsi prophetæ dicuntur. 3. Regum 18. & prophetæ Baal. Multa enim cognoscit Dęmon, quæ nos ignoramus, & quibus ille reuelat, eius prophetæ dicuntur. Illuminant enim per imaginariam uisionem, aut loquendo. Differt hæc à Diuina.

Primo, quia illa simpliciter, hęc non.

Secundo, quia illa cum illuminatione, hæc verò non.

Tertio, illa non fallit, hæc verò est falsa, q̃a nec futura in se cognoscit, quę omnia sunt manifesta in sacris literis. & cum D. Aug. 12. super Gen. ad literam docent alij. Vera tamen nonnunquam dicunt, sicut Balaam. Numer. 24. Orietur Stella ex Iacob.

8 *Prophetæ vident quæ reuelant in Diuina essentia.* TEM. Dionys. & D. Thom. dicunt, quòd uident in similitudinibus non Diuinam essentiam, nam hoc erit in patria, ut scribit D. Paul. 1. Cor. 13.

Et obseruandum, quòd species intelligibiles possunt esse in nobis.

Primo, quia nouiter sunt impressę à Deo, vel ab Angelo in phantasmatibus, sicut .n. sphæra superior mouet inferiorem, sicut superiores hominem, sic euenit in somniis, & freneticis, aliquando non sentiuntur ꝓpter primum fluxum, ut in pueris, vel ex hebetudine sensuum, quando phantasmata sunt inepta, uel ex defectu applicationis, uel ex alio impedimento.

Secundo est ex eisdem adiutis lumine superiori, nam ex eisdem formis imaginatis consurgit ueritas secundum illustrationẽ altioris luminis, ut puta ex imagine Leonis conspicitur, quòd erit Leo ex Tribu Iuda.

Tertio, quando ex immediata impressione sunt à Deo, ut quando Apostolis dedit sciẽtiam. Prophetia ergo est per nouas species. Ego uisiones multiplicaui. Ose. 12. Ac per alienationem à sensibus. Nec semper cognoscunt quę prophetant, ut Cayphas, & Ionas, qui nolebat ire, nec obedire.

9 *Prophetia datur secundum naturalem dispositionem.* HAER. D. Paul. docet, 1. Co. 12. Hęc enim omnia operatur unus, atq; idẽ spiritus. Et quia est à Deo, non exigitur alia dispositio, quia potest simul disponere, & inducere formam, non exigit ergo quo ad suam causam dispositionem, quia Deus potest omnia simul producere. At ex parte prophetæ requirit imaginationẽ dispositam, & quòd non sit ebrius, non ergo ex naturali dispositione sunt prophetę, ut putauit Arist. sed ex Diuino instinctu, ac lumine. D. Thomas ubi supra, articulo tertio. & Direct. secunda par. quęst. quarta, num. sexto.

Pro-

10 *Prophetis, quorum reuelationes in sacris literis continentur, non est credendum.* HAER. Testimoniis Prophetarum sacri Euangelistæ sæpius vtuntur, & dicunt, vt adimpleretur, quòd dictum est per Prophetam. Et D. Pet. Act. 10. b. ait. Cui testimonium perhibent omnes Prophetæ, dementissimus ergo fuit Faustus, dum Prophetis sanctis non adhibuit fidem. contra quem D. Aug. lib. 12. & eius obiectiones sunt.

Obiectiones Hæreticorum.

Si Prophetis credimus. ergo perit fidei simplicitas.

Respondeo, quòd prophetia non destruit simplicitatem fidei, sed subtilis perscrutatio eorum, quæ fidei sunt. Nec testes in rebus fidei euertunt, alioquin ad quid D. Pa. dicit, quomodo audient sine prædicante, Roman. 10.

Secũdo, Prophetis si credimus, ergo prius illis, quàm Christo.

Respondeo, quòd Prophetæ generant quodammodo fidem, dum ea, quæ fuerũt completa, vidimus.

Tertio, Gentilis non credet Prophetis Hebræorum.

Respondeo, quòd Gentilis videns, quę Prophetæ prædixerunt de eorum ruina, ædificatione Ecclesiæ, & alia credunt eis.

Quarto, superflua sunt testimonia Prophetarum, vbi sunt patris, & sui ipsius testimonium. Nam Pater dixit. Hic est filius meus dilectus. & ipse idem, ait. Si mihi nõ creditis, saltem operibus credite. Io. 5.

Respondeo, quòd vltra ea testimonia, Prophetis credimus, vt magis stabiliatur fides. Secundo, vt sic Hebræos ad fidem prouocemus, dum sua recipimus, & gentiles dũ vident, quæ illis euenerunt esse, completa.

Quinto, Dominus dixit. Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt, & latrones. Ioan. 10. Ergo non debemus credere.

Respondeo, ꝙ malignè addunt, non enim est sic legendum, sed omnes quot venerũt fures sunt, & latrones. Vel dico, ꝙ loquitur de eis, qui venerunt vt propriam gloriam, non Christi celebrarent. Hæc ex D. Aug. li. 16. contra Faustum. c. 12.

Proprium.

Propria retinere nemini licet. HÆR. Verbo Diuitias confutaui. Et Direct. 2. par. q. 4. num. 6.

Prouidentia.

Prouidentia non est in Deo. HAER. Ethnici nonnulli arbitrabantur omnia casu euenire, contra quos supra disputauimus. Et Salomon repræhendit. Sap. 14. Tu autem Pater prouidentia tua ab initio cuncta gubernas. Et ex mille locis idem habemus.

2 *Prouidentia Dei ad hæc minima non se extẽdit.* Auerroes. HAER. Vndiquæ clamant sacræ literæ, Deum nobis in omnibus præsto esse, ac prouidere. & Dauid. Qui dat niuem sicut lanam, & nebulam sicut cinerem spargit. Et Dominus, ait. Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Et alibi. Respicite volatilia Cœli. &c. Et lilijs agri dixit. Quod Salomon in tota gloria sua, non fuit sic ornatus. Disputat D. Tho.

3 *Prouidentia Dei necessitatem rebus imponit.* HAER. Cum de oratione in superioribus esset oratio, rem hanc tetigimus, & extremas sententias confutauimus, & alibi idem fecimus, ideò ad ea reuoco lectorẽ.

Prudentia.

Prudentia non est virtus. HAER. Nedum Dominus prudentiam comendat, dicens. Estote prudentes, sicut serpentes, verum, ad eandem hortatur D. Pet. primæ, capitulo quarto, b. Et Dauid laudatur tanquam prudens in omnibus. primi Regum 18. b. Abigail etiam laudatur tanquam prudẽs. Primi Regum 25. A. De hac Phylosophi multa scribunt, inter quos Arist. 6. Ethico. Hæc (authore D. Aug.) est cognitio rerum agendarum, ac fugiendarum, & est in ratione practica, quia est recta ratio rerum agibilium, ac singularium cognoscitiua. Differt ab arte, quoniam prudentia seipsam applicat, at non ars.

Dicitur prudentia, apud Isidorum, quasi porrò videns, quæ visio intellectiua est, qua aliquo modo futura cognoscimus.

Obser-

Obseruãdnm ẽt quod habitus speculatiui dicuntur artes, quasi aliquid facientes per determinatas uias, non tamen dicuntur prudentiæ, artes uerò dicuntur factiuæ ad extra per intellectum practicum, & ea quę applicantur ad aliquid faciendum pertinent ad uoluntatem, ut applicantẽ, ad artem uerò ut applicatam. Prudentia uerò respicit ex intellectu uerum, ex appetitu bonum. Obseruandum adhuc, quòd prudentia ponitur quandoque in cogitatiua, quãdoque in intellectu. In cogitatiua, quoniam cognitio singularium pertinet ad cogitatiuam, quæ est ratio particularis, sed est in intellectu, ut in principali, & in memoria & cogitatiua secundario. Est hæc uirtus necessaria ad uitam humanam, & secundum essentiam suam est uirtus intellectualis, sed quantum ad matteriam conuenit cum moralibus, est enim ratio rerũ agibilium. Ideò nec est medium inter morales, & intellectuales uirtutes, sed quo ad hoc inter intellectuales locatur 6. etic. & à D. Tho. inter Cardinales. De hac etiã scribũt nři, ꝙ est principalior inter omnes uirtutes intellectuales, & morales, & sapit naturã utriusq;. Nã includit in se omnes alias uirtutes, & sicut scientia ex præcognitione principiorum dependet, ita prudentia Synderesim requirit ex qua possit Syllogizare in ordine ad appetitum rectum. Est ergo talis ordo, ꝙ primo synderesis ꝓstitit uirtuti morali suum obiectum, quòd est finis, & sic uirtus moralis, ad quam pertinet tendere in finem pręcognitum ac præstitum sibi à synderesi tendit actu, qui uocatur uelle, uel intẽtio, tertio loco ũenit prudentia habens se ad synderesim sicut scientia ad intellectũ, & utitur duabus præmissis, quæ sunt principia conclusionis. Prima bonum rationis, tãm in passionibus, quàm operationibus est prosequendum. Secunda hic, nunc, & cętera, & tunc sequitur conclusio, nõ in actu signato, sed exercito, idest actualiter sumus in iudicij exercitio. Differt prudentia à ratione naturali, quia ratio naturalis præstituit finẽ in esse cognito, & ui intentionis: prudentia uerò uia exequutionis, & in particulari cum circũstantijs. Demum obseruandum, quò Scotus posuit plures prudentias, sicut plures sunt artes, nostri uerò unicam tantum numero, quia obiectum unicum est contingens agibile, & subiectum unum, nempè intellectus. Sicut ergo sensus communis unus est, circa omnia sensibilia, ita prudentia una circa omnia agibilia. Hæc ex D. Th. pri. 2. q. 58. 60. & 66. & Caiet. & Roellino commentarijs. & 2. 2. q. 48.

Psalmus.

Psalmi Dauid continent falsa, ac per hoc sunt refellendi. HAER. Hanc hæresim tueri uoluerunt Nicolaitę, Gnostici, & Manichæi quorum errorem augere non erubuerũt, dicentes Dauidem non fuisse Christi prophetam. Hic uerò error refellitur. Primo testimonio Domini dicẽtis. Matt. 22. Quo modo ergo Dauid, uocat eum Dominum in spiritu dicens. Dixit Dominus Domino meo. Et D. Luc. 2. refert, quòd Peregrinis interpretabatur omnia quæ erant scripta per Moysen, & psalmos. D. Petr. in actibus Apostolorum. cap. 15. Dauid dicit in libro psalmorum. Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper. Apostoli etiam act. 2. testati sunt secundum psalmum esse Dauidis dicentis. Domine qui Spiritu Sancto per os patris nostri Dauidis pueri tui dixisti. Quare fremuerunt gentes. D. Pau. ad Rom. 4. dicit, sicut scriptum est in psalmo secundo, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et ad Rom. 11. psalmum trigesimũ primum, & 63. Dauidis esse testatur. Hos receperunt Apostoli inter sacros Canones, & Ecclesia uniuersa.

2 *Psalmi Dauidis nihil Diuini continent.* HAE. Ex eisdem locis confutatur.

3 *Psalmi nihil de Christo continent. Thæodorus.* HAER. Miror quomodo deceptus sit uir iste, cum Dominus de se loquutũ esse Dauid, cum scribis dissereus edocuit. Hic dãnatur, ac notatur in actis quintæ Synodi.

4 *Psalmi non sunt cantandi in Ecclesia.* HAER. Vetustissimam hanc Ecclesiæ consuetudinem seruare debemus, quam sancti receperunt, & approbatur in Concilio Loidi.

Obiectiones Hæreticorum.

Reprobant psalmorum uolumen hæretici. Primo, quia nulla est coniectura quæ eos approbat, nec habemus eos esse Dauid. In calce etiam psalmi 72. dicitur finite sunt orationes Dauid filij sui, qui ergo sint Daui-

dis

dis notantur. Respondeo, ꝙ si ideò librum Psalmorum Dauidis esse iustè negamus, quia nulla fit mentio de autore, poterunt Anabatistæ negare etiam libros Moysi, & tamen Saluator approbat dicens, Ioan. 1. Moyses de me scripsit. Non mirum itaque quòd non proponatur nomen autoris, nã Hæbrei, non semper vocant ab autore, ut librum Iosue, sed vel à prima libri dictione, sicut liber Genesis. Vel à materia, vt librum Regum, & Psalmorum ab ipsis Psalmis, & odis præmisso autoris nomine. Dominus tamẽ autorem esse Dauid dixit, loco citato, quod autem post finẽ 71. Psalmi scriptum est. Finite sunt orationes Dauid, referendum est ad eas, quibus Dominum deprecatus est pro salute, ac Regno Salomonis, & non ad eum psalmum.

Secundo, non est Dauidis psal. 136. vbi luctus Babylonis commemoratur, & reditus de captiuitate Babylonis, quæ fuerunt postea, & quæ canit psalmo 125.

Respondet D. Aug. lib. 17. cap. 14. quòd potuit Spiritus prophetanti Dauidi aliqua futura reuelare, sicut Rex Iosias regnaturus post annos amplius quàm trecentos, cuidã prophetæ, cum suo nomine reuelatus est. Quæ verò tanquam præterita narrantur ea, quæ sunt futura, dicit D. Hierony. hunc esse morem prophetarum, vt de futuris tã quam iam præteritis pronuncient, ex prophetię certitudine.

Tertio, Multi affirmant minorem partem esse Dauidis, ergo nec sunt recipiendi.

Pro huius explicatione fusius postea scribam, modo sat sit nosse, psalmos fermè plurimos, vel omnes esse autore Dauide.

Quarto, Dauid nõ fuit Propheta, sed Rex, nam prophetæ dicuntur, qui ad prophetãdi munus assumebantur, Dauid verò vocatus fuit ad gubernationem.

Respondeo, quòd & Hæbrei inimici nostri non dubitant affirmare illum esse prophetam, & psalmum 2. 44. 110. de Messia exponunt.

Quinto foderunt manus meas, ac pedes meos, ad Christum aptari non possunt. nã lege præcipiente debebant rei cruci suspẽdi, non transfigi.

Respondeo, quòd impleta est prophetia de Christo, & quoniam eo tempore erant sub Romanorum Imperio, iam non exactè puniebantur secundum legem Mosaicam, sed vt libitum erat Romanorum presidi. Quod verò addunt, quòd in textu Caldaico legitur. sicut Leo manus meas, & pedes meos obseruauerunt. Hoc nihil nos mouet, nam apud Hebræos legitur, ut nos habemus, ideò translationem Caldaicam eijcimus.

Sextò, in omnem terram exiuit sonus eorum, quomodo ad Apostolorum prædicationem applicari potest?

Dico, quòd respicit futurum tempus. Vel vt ait D. Hieron. in Matt. 24. nõn fuit aliqua gens, quæ Christi nomen ignoraret, & quã quam non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis gentibus opinionem fidei, non potest ignorare.

Alij dicunt, quòd Apostoli prædicauerunt Euangelium omnibus gentibus, quia fuit præceptum personale eis datum, & Marcus clarè dicit, quòd fuerunt profecti, vt prædicarent vbique, cap. 16. Et Chrisosto. latè probat hom. 1. in epist. ad Rom. & homil. 8. 1. Cor. cap. 4. per hæc uerba psalmi. In omnem terram exiuit sonus eorum. Nam si vnus Paulus tanquam Sol ab Oriẽte, vsque in Occidentem venit in Hispaniam, & tot Prouincijs, vt est uidere in Actis Apostolorum, quid alij fecerunt. & licèt non in omnem prouinciam, ac ciuitatem prædicauerint, tamen eorum fama vbique peruenit. & sic loquitur D. Aug. ad Eschium, quòd ad barbaras gentes Aphricæ peruenit prædicatio Euangelij. sic Dydacus stella scribit Luc. vlt. Super ea uerba. Et prædicare in nomine eius pœnitentiam, &c.

Septimo, multa sunt, quæ horret pius animus. Vt illud: Expugna impugnantes me. Fiant tanquam puluis. Persequar inimicos meos. Et similia.

Respondeo hæc esse dicta zelo charitatis, vt sic à peccatis, ad Deum cõuerterentur. Vel pro zelo iustitiæ Diuinæ. Veneremur ergo huius viri Sanctissimi hymnos.

5 *Psalmi omnes sunt nè Dauidis?* Non minuit psalmis authoritatem, sint nè omnes Dauidis, uel cuiuscunque alterius, nam eos omnes recipit Ecclesia. Patres tamen varij sunt de autore. Ferunt aliqui hanc questionem, ante Origenem non fuisse ambiguam, sed cunctos credidisse, ac literis mãdasse omnes psalmos esse Dauidis. Sic censet Origenes, Ambr. Hil. Aug. Euthymius, Cas-

siodorus, de quo disputat Ludou. Viues de ciuit. Dei. lib. 17. cap. 14. Hierony. verò & aliqui ex Hæbreis ad Sophronium scribit. Psalmos omnes eorum testamur authorũ, qui ponuntur in titulis, Dauid, scilicet, Asaph, & Iudith filiorum, Core, Eman, Ezarithæ, Moysis, & Salomonis, & reliquorũ, quos Esdras primo volu. compræhendit. Quod verò difficilius est in hac re, sunt verba D. Aug. Nam de titulo psalmi primi, ait. Non enim omnes psalmi à Dauide æditi sunt. Communis tamen Ecclesiasticorum Doctorum sententia est, omnes psalmos esse à Dauide dispositos, atque editos, sed tamen ab aliis iussu, ac mandato Dauidis esse scriptos, nam & psal. 109. de quo Dominus testatur fuisse Dauidis. Mat. 22. non est ab eo, sed ab alio scriptum ex titulo demõstratur. Alij verò distinguunt, ut sic concilient omnes psalmos editos esse à Dauide non tamen ille omnes cantauit. Vel quo ad materiam, & subiectum omnium psalmorum esse Dauidis dicunt Aug. & Chrisosto. at diuersimodè fuere dispositi, atque accommodati à nominatis illis cantorib. & ad diuersa musica instrumenta aptatos, & sic omnia consonant.

Puer.

Puer omnis baptizatus non saluatur. Bucerus. HAER. Contra omnes docuit Bucerus, quòd puer, qui est baptizatus, non omnis saluatur, sed aliqui non baptizati saluantur, & alij baptizati damnantur. Contra quem sunt, quæ scripsimus verbo Baptismus, & quæ docet D. Pau. ad Titum tertio. Deus secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per IESVM Christum Saluatorem nostrum.

Secundo, virtus Christi maioris efficaciæ est peccato Adæ, ergo sicut peccatum damnat, & baptismus saluat, sic arguit D. Paul. ad Rom. 5.

Tertio, quicunque baptizati sunt, Christum induerunt ad Gal. 3. ergo erunt salui. Demum originale peccatum, quo tantum damnantur pueri, per baptismum deletur, ergo saluantur.

2 *Pueri in Limbo per Indulgentias liberantur.* HAER. Qui non habuerunt vsum liberi arbitrij, non possunt etiã inde liberari per Sacramentorum etiam vi, nec indulgétiæ, nec etiam locus in quo sunt, capax est indulgentia. Hoc pro confesso Doctores oẽs recipiunt, alia vide uerbo Limbus.

Purgatorium.

Purgatorium nullum remanet post hanc vitam. Armeni. Græci. HAER. Priusquam ex instituto ordine confutetur hæc hæresis, q̃ in Græcia uiget, & contra quã scripsimus in malleo contra errores Græcorũ, pro Ill. ac Dño meo Colendiss. Bernardo Suriano Archiepõ Corcyrensi, hic ẽt postq̃ aliqua præno tata fuerint, rem aggrediar.

Primũ est, ꝙ purgatoriũ remanet pro aĩab. purgandis usque ad diem Iudicij, & non omnium hominum, sed eorũ, quorum animas ab baptismi fonte renatas scimus.

Secundo, præmitto, ꝙ post culpã remanet sp pœna, quæ raro tota in hac vita deletur.

Tertio, dico, ꝙ licèt homo iustus, sit à peccato mortali immunis, tamen uenialia plura committit, de quibus dicitur, Dimitte nobis debita nostra, & alibi septies in die cadit iustus, & rursum. Si dixerimus, ꝙ peccatum nõ habemus, nos ipsos seducimus, ideò ad hæc expurganda est purgatorium.

Quarto addo, quod nihil potest cœlum ingredi inquinatum, ut Apoc. 21. dicitur. Et Esa. 53. Via sanctorum vocabitur, non trãsibit per eam pollutus. His iactis fundamẽtis, ex sacris literis demonstrabo, Concilijs, ac Patribus, ac communi assensu Theologorum esse purgatorium.

Primo Thob. 4. Panem tuũ, & uinum tuũ, super sepulturã iusti constitue, ut inde pauperes refecti, pro defuncto orent.

Secundo, de Iuda Machabeo, dicit 2. c. 14. Sãcta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

Tertio, erit peccatum in Spiritum sanctũ, quod nõ remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro. dixit Dñs, Mat. 12. ergo est aliquod, ꝙ in futuro remittetur.

Quarto, Esai. hoc prędicit, 4. c. Abluet Dñs sedes filiorum Sion, & sanguinem Hierusalem leuabit de medio eius, in spiritu iudicij, & in spiritu ardoris.

Quinto, Malac. 3. c. Ecce venit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad uidendum eum? Deinde ipse enim, quasi

igneis

ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios leui, & colabit eos, quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.

Sexto, Luc.14. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddēs nouissimum quadrantem.

Septimo D.Paul.1.Corin.3.ait. Si quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides præciosos, ligna, stipulā, vniuscuiusq; opus manifestum erit, dies enim Domini declarabit, qui in igne reuelabitur, & vnius cuiusque opus quale sit ignis probabit.

Octauo, D.Ioan.Apoc.5. scribit. Et omnē creaturam, quæ in Cœlo, & super terram, & subtus terram, & mare, & quę in eo sunt omnes audiui dicentes: Benedictio sedenti in Trono, & agno, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum.

Nono, Beatus Pet.1.c.4.dicit. Propter hoc & mortuis Euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant verò secundum Deum in spiritu. & quis erit locus ille ad quem descendet Dominus Euangelizare? non infernus, ergo purgatorium.

Decimo, 1.Reg.31. dicitur, quod sepulta sunt ossa, in nemore Tabes, & ieiunauerūt septem diebus. His ergo testimonijs sacrarum literarum demonstratur purgatoriū.

Concil. Flor. in literis vnionis statuit.

Item definimus, si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omissis, eorum animas pœnis purgatorijs, post mortem purgari, &c.

Cōcil.Trid.ses.25.par.1.in Decreto de purgatorio. Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs, potissimum verò acceptabili Altaris sacrificio iuuari, &c.

Hoc verò in Concilio Cartag.4.Cano.95. Fuit ante definitum, quod animæ per suffragia viuorum subleuentur, & Toletanum. 11.Can.12.Tribur. Can.31. Brac.1.ca.34.

Patres idem docuerunt.

Dyonis. Areopag. de Eccl.Hier. capit.7.ab Apostolis refert esse statutum, vt pro mortuis oremus.

Clemens, lib.8.ca.41. Orare iubet. Oremus pro fratribus nostris, qui in Christo requieuerunt, vt Deus summæ erga homines charitatis, qui animam defuncti suscepit, remittat ei omne peccatum voluntarium, & inuoluntarium, & propitius ei factus, collocet eum in regione piorum, idest solutorum.

Orig. homil.6.in Exodum. exponit verba D.Paul.1. ad Cor.13. & inquit. Veniendū est ergò omnibus ad ignem, veniendum est ad conflatorium, sedet enim Dominus & conflat, & purgat filios Iuda. Malach.3. Hæc Orig.

D.Cypr. lib.4.epist.2.de carcere hoc scrib. Aliud est adueniens stare, aliud ad gloriā peruenire, aliud missum in carcerem non exire, donec soluat nouissimum quadrantem.

Chrisost. (licèt Marcus Ephesi Episcopus in Apologia, quam pro Græcis purgatoriū reijcientibus, in Concilio Basileæ obtulit, neget Chrisosto. purgatorium agnouisse) hom.32.in Matthæum.

Nam si multæ barbaræ gentes vnà cum defunctis res eorum cremare solent, quanto equius tu defuncto filio, tua tradere debes, non ut in cenerem redigantur, sed vt gloriosum magis illū reddas, putas eum maculis inquinatum abijsse, da ipsi sua, vt illis se à maculis detergat. Idem homil.41. in epistolam ad Corin. & 3.in epis.ad Philip. Et ad populum Antioch. 69. ac 4. in epist. ad Heb. Pro qua re, dic mihi, præsbyteros vocas, & psallentes, nonne, vt consolationem recipias, nonne vt honores discedentem? Hactenus Chrisost. & quid respondere potest Marcus, ac Græcia vniuersa?

Gregorius Nyssenus, in serm. de defunctis. Si quis in hac labili vita peccata purgare minus potuit, post transitum hinc per purgatorij ignis conflationem, citius magis, ac magis fidelis sponsa sponso dona, & hostias in passionis memoriam affert pro filijs.

Theodoricus Episcopus Cyrensis, super verbis Apostoli. 1.Cor.13. ait. Dicit Apostolus, quòd saluabitur, sic tāquam per cōflatorium ignem purgantem quicquid interuenit per incautelā præteritæ vitæ &c.

Athanasius hoc etiam docuit, referente Damasceno.

Epiphanius contra hæreses, hæresi 75.

Da-

Damascenus li. de hæresibus de Aerio scribens ait. Cunque sibi Episcopatum denegatum videret, multa contra ecclesiam docere instituit Arrianorum nulli secundus. Negat enim quicquam offerendum pro mortuis.

Ex Patribus Græcis contra Græcos dimicauimus, ostendamus, quid Latini scriptū reliquerint.

D. Ambro. 18. vtitur illis verbis, Transiuimus per ignem, & aquam, psal. 65. ad probandum purgatorium. & iterum 1. Corin. 13. dum dicit. Sic tamen quasi per ignem, ostendit saluum illum quidem futurum, sed pœnas ignis passurum.

D. Hieronym. in fine 18. libri commentariorum super Esaiam, sic ait. Sicut Diaboli, & omnium negatorum, atque impiorū, qui dixerunt in corde suo non est Deus, credimus æterna tormenta, sic peccatorum atque impiorum, & tamen Christianorū, quorum opera igne probanda sunt, atque purganda moderatam arbitramur, & mixtam clementiæ sententiam iudicis.

D. Aug. mille in locis, tum lib. 2. de Genesi contra Manichæos, cap. 20. Sed qui fortè agrum non coluerit, & spinis eum opprimi permiserit habet in hac vita maledictionem terræ suæ in omnibus operibus suis, & post hác uitam habebit, uel ignem purgationis, vel pœnam æternam.

D. Greg. in tertium psal. pœnitentialem. vers. primo. Scio futurum esse, ut post huius uitę exitum, alii flammis expietur purgatoriis, alij sententiam æternæ subeant damnationis.

D. Ber. ser. 66. super Cantic. Non credunt autem ignem purgatorium restare post mortem, sed statim animam solutam à corpore, vel ad requiem transire, vel ad dānationem.

Paulinus Nol. Episcopus. psalm. primo. Opus per omne curret ignis arbiter, quòd non cremarit, flamma probarit.

D. Tho. supius, tum 4. cont. Gent. cap. 91. probat purgatorium.

Magister 4. di. 2. & omnes alij Scholastici vno ore docent purgatorij pœnas.

Isid. li. 1. de Eccl. off. c. 18. affirmat ab Apostolis traditum, ut pro defunctis oremus.

Isid. Mediolan. disputa. 3. cont. Luth. scribit contra hunc errorem, & sequentes.

Obiectiones Hæreticorum.

Omnes fermè heretici moderni hæresim Aerij iam ante mille annos tueri audent, & Centuriatores post Luth. & Valdenses negant purgatorium, & Annas Burgensis sic probat.

Primo, quia latro statim receptus est in Paradiso. ergo non est purgatorium.

Respondet Concilium Florentinū, quòd animæ hic expurgatæ mox ad Cælū euolant, & quæ summa contritione dolent cōmissa, qualis fuit latro, qui dixit. Nos iustè factis digna recipimus. sunt verò aliquę non purgatæ, & istę igne probantur.

Secundo, in historia diuitis, & Lazari dicitur, quòd unus in inferno, alter in sinu Abrahę fuit sepultus. & nulla fit mentio de purgatorio.

Respondeo, quòd potest esse iustus, qui pęnitentia se expurgauerit, & cœlum ingrediatur, & etiam peccator, qui ad inferna descendet, sicut & locus citatus suadet non tamen sequitur, ergo non est purgatoriū, nam tertium genus hominum datur.

Tertio, scriptura sacra non agnoscit, nisi duplicem locum, ibunt ij in supplicium æternum, iusti in uitam ęternam. Matt. 25. ergo non est purgatorium.

Respondeo, ꝙ dicta verba loquuntur post vniuersale iudicium, & tunc non erit, nisi vel æterna gloria, aut æterna supplicia.

Quarto, probant ex lib. Mach. qui non est authenticus.

Respondeo, quòd est Canonicus ille liber, vt iam suo loco diximus.

Quinto, nō habetur in sacra scriptura hoc nomen purgatorium. ergo inuentum Papistarum.

Respondeo, quòd habetur implicitè, nam D. Paul. ait. Qui saluus erit, si tamen, quasi per ignem, & Malach. non ergo exigitur, ut omnia quo ad nomina implicitè contineantur, & frustra contentio fit de nomine quando de re constat.

Sexto, D. Aug. li. 5. Hypog. tertium locum ait Ignoramus, nec in sacris lteris inueniemus.

Respondeo, quòd D. Aug. loquitur de loco perpetuò post iudicium. vide numero septimo.

2 *Purgatorij pœna non est ignis.* HAER. Ex locis.

locis superioribus tàm sacrarum literarũ quàm sanctorum patrum, ac Conciliorũ, apparet pœnas purgatorias esse igne exoluendas.

3 *Purgatorium. Animæ in purgatorio existentes non sunt securæ de sua salute. Luth.* HAER. supra uerbo anima, confutata fuit hæc hæresis.

4 *Purgatorium est status merendi.* HAER. Eodem loco explosa fuit, hæc Luthæri phãtasia.

5 *Purgatorij ignis non purgat à peccato veniali.* HAER. Ex D. Greg. ac alijs patribus D. Tho. imò Ecclesia, tenet, quòd purgatorij ĩgnis peccata leuiora remittit. Soto. 4. dist. 19. q. 3. art. 3.

6 *Purgatorium. Animæ inibi existentes peccant sine intermissione. Luth.* HAER. Hic est articulus trigesimus apud Roff. qui confutatur, quoniam sunt animæ in Charitate confirmatæ.

7 *Purgatorij pœna est æterna.* HAER. Post uniuersale iudicium nõ remanet purgatoriũ, ut definit Ecclesia. Hoc docuit D. Augu. 5. Hypog. postquàm assignauit Beatorum ac damnatorum pœnã, ait. Tertium penitus ignoramus, immò nec esse in sacris script. reperiamus, finge Pelagiane locum ex officina peruersi dogmatis.

8 *Purgatorij pœna eadem omnes animæ torquentur.* HAER. Si non sunt eadem peccata, ac culpa, nec pœna eadem debet esse. Respõdet ergo supplicium, commisso crimini. Quod & de pœna damnatorum & gloria Beatorum diximus, quia stella differt à stella.

9 *Purgatorium potest nè Papa expoliare?* Verbo Papa opinionẽ nostram probauimus, hic referam, quę scribit D. Anton. Qui negat, quòd Papa possit expoliare, & quòd adulti, qui non sunt renati, nisi baptismo in voto, non possit. At quo ad omnes alios, potest per satisfactionem, quia simpliciter dixit. Dominus. Tibi dabo claues regni cœlorum D. Greg. ab inferno liberauit. De mẽte D. Tho. dicit, quòd non potest, quia indulgentia nõ esset iusta nec causa rationabilis. Verũ quomodo ista accipienda sint, reuoco lectorem ad superiora. At instant. Si Papa potest expoliare, & non expoliat, ergo erit crudelis. Huic Luth. obiectioni, negatur consequentia. Nam multa possumus, quæ non licent, ait Apostolus.

Puritas.

Puritas conscientiæ constituit hominẽ hypocritã. HAER. Imò puritas, & cordis munditia adeò Deo, Angelisque cognata est, ut eis detur præmium Diuinæ uisionis, dicente Domino. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Si esterna hæc puritas adeò grata est, ut antiquitus fuerit conca, & speculi in ingressu templi, & Dauid præcabatur Dominum. Asperges me Domine hysopo, & mundabor. Naam Syrus fuit ad Iordanem missus. Et Dominus Petro renitenti, Si non lauero te, nõ habebis partem mecum, & Magdalena laudatur, Hæc autem, ex quo intraui, non cessauit lachrymis rigare pedes meos. Et Esai. antea nos hortatur. Lauamini, qui fertis vasa Domini, & Saluator. Vnge caput tuum, & faciem tuam laua, procuremus ergo nedum externum candorem, sed Spiritus puritatem.

Pusillanimitas.

Pusillanimitas non est peccatum. HAERET. Summulæ omnes ex Doctorum sententia probant pusillanimitatem quandoque esse mortale peccatum.

Hinc seruus repræhenditur, qui accepta pecunia abscondit, & fodit in terram. Mat. 25. Luc. 16. peccat ergo qui non aggreditur, quæ potest, & contra naturam ociosè uiuit. Eò magis peccat, quo pusillanimitas oritur ex superbia, dum quis nimio sensu suo innititur, & reputat se insufficientem. Opponitur etiam pusillanimitas magnanimitati, nam magnum, & paruum opponuntur medio, in quo est uirtus, nam magnanimus magnum, pusillanimis paruum habet animum. Et dupliciter se retrahit magnanimus à magnis, primò secundum affectum. secundò, secundum exteriorem exequutionem, quæ est effectus primæ, & fit homo piger. Hos consolandos esse admonet Paul. ad Thessal. 5. c.

Q

Quadragesima.

QVadragesimæ ieiunium est humanum inuentum, non Diuinnm institutũ. Luth.

Cen

Centuriatores. HAER. Digladiantur aliqui circa quadragesimæ institutionem, nam aliqui arbitrantur esse Apostolorum inuentum, alij à Thelesphoro Romano Pontifice Septimo, post Petrum esse sancitam. Nonnulli verò (quibus assentio) dicunt ab Apostolis esse traditam Domino tamen præcipiente. Et hoc probant autoritate Egnatij epist.4.ad Philipp. dicentis. Quadragesimam nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conuersationis. Non est à Thelesphoro, nam Egnatius fuit multò ante, de quo Dionys. lib.de Diuinis nominibus, & Diuinum appellat. Thelesphorus Papa in sua epist.pręcipit hoc ieiuniũ. Eius meminit Theoph. Alex.li.3. Paschalis fermè in princ. Orig. in Leui.hom.10. Habemus quadragesimæ dies ieiunio consecratos. Amb.ser.25, & 3. in Quadragesima. Non enim fratres leue peccatum est fidelibus indictam quadragesimam à Domino non ieiunare. D.Hier. par.1.epis.4. contra Montanum hæreticũ. Nos vnam quadragesimam, secundum traditionem Apostolorum toto anni tempore nobis congruo ieiunamus. D. Aug. ser. 1.feriæ 4.post Dominicam 2.quadrag.ait. Sanctam quadragesimam abstinendo ipse Dominus consecrauit, totam non obseruare sacrilegium est, ex parte autem uiolare, peccatum. Chrisost.hom.1.in Genesim, & hom.de ieiunio primi Paschæ. Pet.Chrisogolus, ser.16. Quod quadraginta (inquit) diebus ieiunamus, non humana inuentio, sed authoritas Diuina est. Hoc unanimi consensu patres tenent, ac obseruauit Ecclesia uniuersa tam Orientis, quàm Occidentis. Dicitur uerò quadragesima, quia per hos quadraginta dies, uirtus Decalogi per libros quatuor Sancti Euangelij impletur. Vel quia dignum est, ut carnem nostram quaterdecies affligamus. Vel quia in his offerre contendimus decimas dierũ. uel ut docet D. Augus. Creaturæ inuisibili debetur ternarius numerus, sed creaturæ uisibili debetur quaternarius, propter calidum, frigidum, humidum, siccum. Vnde si denarius numerus ducatur per quaternarium, qui competit corpori, per quod administratio geritur, quadragesimum numerum conficit, ex D.Th.2.2.q.147.art.5. Videant ergo Germaniæ Epicurei, quanti sit ponderis, & authoritatis quadragesimæ ieiunium, & nobiscum, imò cum Domino, Moyse, & Helia ieiunent.

R

Redemptio.



Edemptio nostra à nobis tantum pendet. HAER. Pelagiani. Proximus est hic error, qui operibus nostris nimium tribuebat, & de causa nostræ salutis sacræ literæ plenæ sunt. & Dauid. Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. D. Petr. Redempti estis de uana uostra conuersatione, non auro, & argento sed præciosiss. Sanguine Agni immaculati Christi IESV. Causa ergo principalis Dominus est, non tamen sine nobis, & applicatione secundarum causarum, & nos concurrimus. Vnde dicitur. Dan.4. Peccata tua eleæmosinis redime. Et prou.15. Per misericordiam, & fidem peccata purgantur. Et 16. Misericordia, & ueritate redimitur iniquitas. Neq; per hoc detrahimus misericordiæ, & gratiæ Dei, quòd actus nostri concurrant. Nam unaquæque res est propter suam operationem, & ignis ascendit sursum, & à Deo habet inclinationem, sic animalia mouent se, & mouentur à primo motore, quoniam omne mouens mouetur, ex 7. Phys.tex.1. Hinc dicitur. Iustus ex fide uiuit. & D.Hierony. colligit. Hominem esse sibi iustificationis causam, sed tamen supernaturali, ac gratuito Dei dono, & sunt actus nostri dispositiones, sicut calor ad ignem inducendum. Nam sicut homo nõ est causa animæ rationalis, est tamen causa, ut homo uiuat, sic non sumus causa gratiæ, sed ut per gratiam uiuamus. Ablue à malitia cor tuum. Si quis emundauerit se ab his. 2. Timot.2. In die salutis adiui te. 2. Cor.6. Gratia Dei mecum. 1. Cor.15. Non ergo solus Christus, nec tantum homo, sed ambo ad redemptionem, ac salutem concurrimus.

Regnum.

Regnum Christi futurum erit in delitijs carnis. Cherintus. HAER. Quis poterit huius hominis impudentiam sine stomaco confutare?

Regnum Dei non est esca, & potus, & non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei. De his litera B, Beatitudo.

Regnum Christi non est perpetuum. HAER. Id pollicitus fuerat Angelus B. Virgini, Regni eius, non erit finis. Et alibi. In quo cũ Christo regnabunt in æternum. Et Dan. 7. Potestas eius, potestas æterna, & regnum eius, ꝙ non corrumpetur. & 3. Reg. 3. dicitur. Stabiliam tronum eius vsque in sempiternum, ꝙ de Salomone non potest intelligi, quia in transmigratione Babylonis defecit, ut dicit Lact. li. 4. Diuin. inst. c. 13.

Rex est nobilior Sacerdote Euangelicæ legis. HAER. Cum de Sacerdote erit oratio, sacerdotij dignitatẽ supra Regem demonstrabo, licet in veteri lege, vt placet D. Hie. fuit Rex nobilior.

Regula.

Regulas paucas, sed summopere necessarias hic subnectam, quibus hæreses dignoscantur. Prima. Si aliqua sunt in hæreticorum codicibus, quæ non habentur in nostris, illa ab hæreticis inserta fuere. Veluti illud, Luc. 24. ô stulti, & tardi corde ad credendum, vbi Marcionis textus legit, vbi nos dicimus. Quæ loquuti sunt prophetæ. Quæ loquutus sum vobis.

Secunda, si quæ nos habemus, hæretici abraserunt à suis.

Tertia, si aliquid est in eis, quod fauet, vel desit quod destruit.

Quarta, si facta collatione codicum hæreticorum cum nostris, illi non conueniant, tunc certè non erunt synceri, neque digni, ut fides adhibeatur.

Relatio.

Relationes non sunt in Diuinis. HAER. Hæc nomina: pater filius, quid aliud significant, & quomodo est pater, si ad filium non refertur; vel filius, si non ad patrem. Hæc sunt manifesta cuiuis perito.

Relatio in Diuinis distinguitur realiter à persona. HAER. Hoc neque Philosophi de Deo affirmarent, de quo D. Thom. 1. par. q. 40. 1. qui, & art. 2. dicit, quòd relatio distinguit personas in sanctissima Trinitate. & Scholastici in prim. sent.

Religio.

Religio Diaboli est inuentum. Guliel. de Sancto amore. HAER. Vox Domini fuit dicens. Si vis perfectus esse vade, uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, ueni, & sequere me. Et Apostolis. Qui non reliquerit patrem, matrẽ, & agros propter me non est me dignus, hæc Domini consilia Cœnobitæ imitantur.

2 *Religiosi possunt propria possidere.* HAER. Repugnat voto, ac promissioni Deo factæ de paupertate uoluntaria. Et innouat Trident. Synodus. sess. 25. c. 2. de reform. dicẽs, Nec quispiam bona, tam uirorum, quàm mulierum possit bona mobilia, vel immobilia possidere, vel retinere cuiuscunque dignitatis fuerint.

3 *Religiosi negotia, quasi mercatores, exercere possunt.* Scand. Vetitum est sacerdotibus negocia secularia exercere, ut apud summulas confessorum est videre.

4 *Religiosi nec aliquid in communi possunt retinere.* Vuit. HAER. Si Dominus retinuit, quare seruare necessaria non poterunt cõuentus, ut meminit Trid. Synodus. ca. 2. & cap. 3. 1. Non tamen Capuccinis, & Fratribus de obseruantia D. Francisci licitum est, ut sess. 25. c. 3. Statutum est.

5 *Religiosi, sine licentia claustra exire possunt, cum prætextu adeundi superiores.* SCAND. Prohibet sacrum Concilium, & ut sui instituti desertores puniantur ab ordinariis locorum. c. 4.

6 *Religiosi possunt ex vna ad aliam quam uoluerint transire religionem.* SCAND. Nedum Doctores docent, uerum & Concil. Trid. sess. 25. c. 9. in fine uetat, ad artiorem tantum licet transire.

7 *Religiosus, quo ad ea, quæ ad vota pertinent, non peccat grauius simplici laico.* ERRO. Communis est Theologorum assensus, & ratio suadet, ꝙ seruus sciens uoluntatẽ Domini uapulet multis, ratione etiam ingratitudinis, & hoc significare uoluit Dñs, dicens. Si in Tiro, & Sydone hæc fecissem. Grauius peccat, quia potest resistere. Secũdo, quia maiorẽ habet repugnantiam. Tertio, propter scandalũ. Leuius verò peccat, si proueniat ex surreptione, uel infirmitate naturæ, & cum minori affectu. D. Th. pri. 2. q. 73. 10. Et 2. 2. quæst. 186. 10. & 10. tertio, tertium.

8 *Religiosus, non tenetur obedire magis summo Pontifici, quam suis superioribus.* HAER. Sicut superior sphera mouet inferiorem, sicut exigit, sic unicuique reddere debemus quòd suum est. Modo Romanus Pontifex caput est, à quo omnes dependent, & qui alios confirmat, primo ergo nostrum est, ei parere, & hoc natura suadet, & œconomia.

9 *Religiosi omnes sunt à Dæmone instituti. Vuit.* HAER. Huic similem confutauimus supra, & talis est odij natura, quod in durissimos casus inducat. Quæ hactenus Ecclesia approbauit, & sacri Pontifices ambabus ulnis exceperunt, hic blasfematur, & conculcat perfricata fronte, quæ nemo ante inficiari ausus est. Abeat uir iniquissimus, si tamen uirum nominare licet, qui nullã humanitatis effigiem retinet.

10 *Religiosorum Cænobia, qui erigit, peccat.* HAER. Perspice Lector homines morigeratissimos, qui suam approbant belluinam professionem, damnant diuinam, ac Sanctam. Licet Duci Saxoniæ tot Religiosorum redditus detinere, licuit Lutheranis omnia solo equare, & religiosos expellere, ac interficere, qui noua seminantes, à suis patribus recedentes, in tantam insaniam (proh dolor) deuenerunt, ut quæ Dei sunt non cognoscant.

11 *Religiosi iuxta sua instituta uiuentes sunt ministri Dæmonum. Vuit.* HAERET. O ter, quaterque infelicem, qui adeò desipis, ut Diuinam Diabolicam, Diabolicam Diuinam arbitreris uitam, omnia peruertis, omnia cõfundis. Nec mirum, qui ab incunabulis Diuina instituta conculcasti, & à Sanctorum semitis declinasti, & adhuc uiuens te in Auernum sepultum intueor.

12 *Religiosi manibus tenentur uiuere, non eleæmosinis. Vuit.* HAER. Ideò nos insectatur, & Erasmus nostros accusat mores, ut quemlibet minus cordatum, ab hoc genere uitæ suscipiendo retraheret, ac deterrere posset, sed opus, & operam ludunt, plures enim nobiscum sunt, ijque viri sanctissimi, nec eorum dicta acerba, à nostro instituto reuocare poterunt, & quos semper coluit Ecclesia, nos ueneramur, ac suscipimus. Dignus ergo est operarius mercede sua, qui altari deseruit, de altari debet, & uiuere, & si nos spiritualia seminamus, paruum est, ut de temporalibus eorum bonis frugem reportemus, ut uerbo Clericus fusius probauimus.

Religiosorum statum Basil. Hierony. Aug. summoperè celebrarunt, & summis encomiis hoc genus vitæ extollit Basil. dicens. Quid itaque huic tanto bono comparari potest, unus pater, quidem unus, supernum imitantur parentem, filii uerò multi mutuo concordiæ, Charitatisque certamine, inter se superare conantur. Quam uirtutis formam huiuscemodi referent? non profectò humanam, sed celestem. De his Dauid in Canticis ait. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fatres in vnum.

13 De Religiosis, decreuit Tridentina Synodus, quod habitum suæ professionis celare non possunt. Et quod &c.

14 Religiosi professionis uota non emittant, nisi anno sextodecimo expleto, & si secus euenerit professio sit nulla. De quo Marcellus Papa. Concil. Tollet. 10. Cano. 6. Constat. Can. 40. & 41. Quod non fiat nisi anno quintodecimo.

15 Religiosus, qui ui, aut metu dicit se esse ingressus Religionem, debet intra quinquennium coram superiore suo, & ordinario, suas causas dicere, & tunc discedere poterit, at non sine licentia.

16 *Religiosus potest ne exire Claustra, ut suis parentibus in necessitate constitutis subueniat, uel etiam petita, & non obtenta licentia?* Difficilimum est hoc soluere quæsitum; & quoniam nostros limites exit, intra quos ea, quæ de Fide sunt, tantum continentur. Ideò paucis rem hanc absoluo. Et primo suppono, quod nodus quæstionis sit, non de Nouitio, sed Religioso professo. Et parentibus, pietatis causa necessitatem, non quamuis, sed quam antonomasicè uocamus, nec aliunde habet, quo uiuat.

Licentia petita, à uero Prælato, cuius est hoc concedere, & si petit, & negat, quid agere debet, obedire Prælato præcipienti, ne exeat claustra, uel suis auxiliari? Hoc ergo quærimus.

Alexand. de Ales huius est sententiæ, quòd Religiosus potius debet obedire, quam claustra exire, Nicol. de Lyra. Matt. quintodecimo, quòd si Pater erat in extrema necessitate constitutus antequam

religionem ingrederetur, non debet ingredi, at si uenit in eam calamitatem post professionem non tenetur. Hanc sequitur Angelica. Religio. §.31. Sil. Religio 6. & eam esse D. Tho. affirmat.

Tertia opinio est Henrici de Gandauo, quodlib. 6. q. 18. Probat alteram partem, nempè quòd debet subuenire, quia est de iure per se. Ric. idem dicit, quòd iure naturali, ac Diuino tenetur subuenire.

Quarta est Caiet. 2.2. q. 101. art. 4. qui scribit, quòd Religiosus patri in extrema necessitate constituto, aliunde non habenti, tenetur subuenire etiam petita, & non obtenta licentia, & etiam filius uxoratus. Hanc Armilla sequitur. verbo Pietas. Viguerius. Verit. 17. & 18. uidetur aliter sentire. Sed quicquid sit de aliorum placitis. Ego huius sum sententiæ, quod si religiosus petijt licentiam, ut inopi subueniat patri, & non obtinuit, tuta consciẽtia potest claustra exire.

Probatur primò, Gratia non destruit, nec tollit naturam, ergo religio ea, quę sunt iuris naturalis, & Diuini. Antecedens est cõstitutissimum Theologiæ principium. Consequentia probatur, quia Religio est actus latriæ, ac Diuini cultus, quæ naturalẽ, ac Decalogi mandata non tollit, sicut nec lumen maius minus.

Secundo, præcepta charitatis obligant tẽpore necessitatis etiam inimicos, hoc est de fide, ergo multò magis alios.

Tertio, in præceptis primæ tabulæ non cadit dispensatio, ut communis Schola docet. ergo tenetur filius patri subuenire. & cęt.

Quarto, uirtus non destruit uirtutem, sed sunt connexæ. ergo nec Religio charitatem, & pietatem.

Quinto, quæ religio sine charitate esse debet, uel potest, qui enim non diligit suos, quos uidet, nec externos diliget.

Sexto Religiosus ille, aut tenetũ amare parentes, aut non. Si primum, ergo det signa, namque in tali casu, tenemur signa amicitiæ, & dilectionis ostendere. Si non tenetur amare, quis unquam naturæ leges, ac Diuina instituta reuocauit?

Septimo, necessitas facit licitum, ac legi non subiectum, ut dicitur de ferijs. capitulo, Licet. Hoc dictum interprætantur Iuristæ, ac Theologi pro extrema necessitate, quòd illud, quòd est contra legem, non est malum de se, puta, quia ex aliqua circunstantia potest licitè fieri, quia tali necessitate occurrente, nõ requiritur aliqua dispensatio, sed authoritate propria, potest quisque contra legem uenire, ut Angelica, & Sil. dicit uerbo Necessitas.

Octauo, Papæ præcipienti aliquid contra ius naturæ, & Diuinæ non debemus parere, multò minus aliis inferioribus eo. & cũ Panormitan. capitu. Inquisitionum, de sententia excommunic. & capitu. Si quando, de rescriptis. Siluest. uerbo Obedientia. §. quinto. Tab. §. octauo. Armill. §. sexto. Ex D. Thom. Ergo nec religiosus, in casu, quo parentes suo egeant auxilio.

Nono in extrema necessitate, licet furari etiam Ecclesiæ, quod aliàs esset sacrilegum, ut Angelica fatetur. §. secundo, ergo multò magis licet religioso subuenire, &c.

Decimo, priorem locum inter uirtutes obtinet charitas, ut Corinthis. scribit Diuus Paulus. ergo religiosus debet seruare præcepta charitatis, & postea Religionis.

His rationibus motus, que meum conuincũt intellectum, arbitror tutius esse, ut Religiosus suis subueniat, quod est charitatis, imò legis naturalis præceptum, natura enim duce, Cyconia uetulis parentibus fert opem.

Diligamus & nos non uerbo, neque lingua, sed opere, ac ueritate.

Religiosus.

17 *Religiosus factus Episcopus tenetur nè ad obseruantias?* Postubiquam eò deuentum est, ut de Religiosis ea expenderemus, quæ & si non sint de fide, maximam tamen inde reportamus utilitatem, ideò & hanc propositam discutiamus.

Dicimus ergo, quòd Religiosus factus Episcopus debet ea obseruare, quæ prius ex debito morali, non tamen legali, quæ declaro & probo.

Debitũ morale est ex naturali rõne sola, à coactiua uirtute uim hñs, & occasionaliter ortũ habet à lege extante, nam nisi lex ma-

neret

neret in suo robore, ratio naturalis non obligaret principem ad legis obseruantiã, sicut nec subditos, quos lex primo, & secũdo recta ratio obligat, ut uis coactiua ad obseruantiam Debitum legale est à lege, ut à coactiua uirtute, lex enim nisi habeat coactiuam uirtutem, lex non est, ideò supra illum, supra quem non habet uirtutẽ coactiuam, nõ est lex, nisi secundum quid, nempè ut directiua, ideò princeps est solutus à lege, quia nec pœnæ subiacet, quod est de ratione legis, authore D.Tho. pri.2. quęs.92.2. Probatur modo, quod dicimus. Episcopus non subiacet pœnæ regulæ, ergo nec regulæ ex debito legali.

Secundo; nulla esset differentia inter purũ religiosum, & Episcopum.

Tertio multa quæ sunt in regula repugnãt episcopi dignitati, ergo non tenetur.

Quarto, non tenetur intra Claustra manere, quòd est statutum legis, ergo nec ad alia similia. Probatur, quòd ex debito morali teneatur.

Primo, Episcopus tenetur tendere ad perfectionem, ergo & ad quæ sunt in Religione, quæ ad perfectionem prouocet.

Secundo, Apostolis dixit. Qui non reliquerit patrem & matrem, ergo & Episcopos, respiciunt ea uerba, hæc autem antea obseruabat, ergo & factus Episcopus.

Tertio, ab obseruantia uotorum non est solutus, ergo tenetur nè dũ ex debito morali, uerũ & legali. Quæ ergo materia sunt uotorum, debet ex debito legali seruare, quæ uerò non connotant uota, sed perfectionem, quæ dignitati Episcopali non derogat, debet obseruare. Hæc ex D.Th.2.2. q.185. artic.8. Vbi dicit, quòd ad omnia nõ repugnantia tenetur. Dubitatio uerò non modica est. An die Natiuitatis si uenerit feria.6. possit cõmedere carnes, quas in Cęnobio non poterat. Caiet. uarius est, nam 2.2. scribit, quòd non potest, at in Opus: è contra affirmat, quia debet cùm alijs conuersari, & eis conformari, præcipuè in tanta solennitate, & colligit ex D. Tho.3.par. q.40.2. & hoc magis mihi probatur.

Secundo, Monachus factus Episcopus, soluitur à iugo legis, ut dicitur. 18.q.1. capitu. Vnico.

Respondeo, quòd soluitur coactiuè, & à debito legali quo ad aliqua, non à debito morali.

Tertio, eodem loco dicitur, quod non tenetur ad ieiunia. Soluitur ex eadem responsione, non enim tenetur ad debitum ieiunij, sed ex morali decẽtia. Hæc ex communi Doctorum definitione, & bonorum vsu.

18 *Religiosis licet nè impij, ac iniusti Prælati fugere præcepta, & nolle ei subesse?* Vtrunq; definire difficilè est. Nam si fuerit Prælatus vi electus, ac superiorum fauore, cui electores resistere non audẽt, & qui sic assumptus est, non tanquàm Aaron à Deo uocatus, sed suorum suasionibus, nec per ostiũ ingressus fuerit, sed aliundè, sequitur ut dispergat oues, & si Dei timorem ob oculos haberet, si Religionis zelum, si denique totius familiæ pacem & commune institutum, dum uideret sic se electum, qui aliàs nunquàm esset, profecto non suspiriis, ac animo palliato se indignè uocatum affirmaret & hanc suam electionem in superiorum arbitrio locaret, sed omninò in eorũ manibus resignaret: & qui in causa est tantæ tempestatis cum Iona in profundum Maris esset submergendus. Sed tanta est ambitionis, ac fucatæ sanctitatis vis, ut si quando excommunicationis sententiam potius expectent, si casus occurrerit, statim colla submittunt, & onus suscipiunt, quod aperto ore se summo odio prosequi, profitebantur. Qui ergo sic præest, & non amore, & charitatis ordine administrat, quæ sunt religionis, suis etiam indoctis, primas Catredas, dispensat, hunc & illum optimè mœritum suo priuat munere, Cęnobiarchus nouos, qui suis foueant uotis præficit, neotericos, atque probatissimos patres deponit, nulla exigente Iustitia, nemine reclamante, huius viri perditissimi (si quis fuerit) imperio, ac præceptis uir probus, ac probatæ uitæ, poterit obsistere, & si ad superiores non detur appellatio, fugere poterit, iuxta præceptum Salomonis Eccl. 4. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra impetum fluminis. Secundo, probatur, quia dum fugit, nec occasionem dat persecutori. Tertio, Iudas Ioseph, uẽdidit, ut eum à fratribus liberaret. Quarto, Rebecca misit Iacob in Mesopotamiam, ut à manibus Esau eriperet. Quinto, dilatio temporis Tyranni furorem mitigat, hinc data est lex, ut cautè agantur omnia.

Sexto, dum vir morigeratus, atque literis educatus alijs prodest. Sic Moyses ad alienos confugit.
Septimo, Elias ab iniqua Iezabele aufugit.
Octauo, Saluator in Aegyptum fugit, & alibi legimus, quòd perambulabat Galilæam, nolebat enim in Iudæam ire. & iterum. Abscondit se, & exiuit de templo.
Nono, dum fugam arripit, non se discrimini committit, sicut Petrus, nã spiritus promptus est caro autem infirma.
Decimo, Dauid sæpius fugit.
11. Filij Prophetarum multoties in speluncis se abscondebant.
12. Vrias prophetans contra Hierusalem, quem summa diligentia quærebat Rex Ioachin, monitus est à Hieremia, vt fugeret in Aegyptum.
13. Apostoli se absconderunt.
14. D. Paulus per sportam dimissus est.
15. Antiquitus erat ciuitas refugij.
16. Dominus dixit. Si vos persequuti fuerint in unam ciuitatem, fugite in aliam.
17. Et alibi dixit. Cum videritis abhominationem, &c. Fugite ad montes.
18. Apostoli dixerunt. Quoniam indignos vos iudicastis verbo Dei, Ecce conuertimur ad gentes.
19. Episcopi licitè fugere quandoq; possunt, quod nonnulli fecere, vt scribit Diu. Thom. 2.2.q.185. Si ergo licet etiam iniustè ad mortem damnato fugere, nè iudici obedire debet, sic & Religiosus tyrannicè oppressus, si non habet quo confugiat, det locum iræ, & fusis ad Deum præcibus expectet consolantem Dominum cum Elia, fugiat cum Israelitico populo obstinatum Pharaonem, & videbit inimicos post terga aquis obrutos. Et confractis vinculis ab Angelo cum Petro fugiat. Nec apostata est nuncupandus, quandoquidem ille est Apostata à religione, qui deponit, vel occultat habitum, & cum scandalo inter laicos uitam ducit. At qui ab vno conuentu recedit, & moratur in alio, & qui viuit extra claustra cum habitu, & intentione redeundi ad cœnobium non est Apostata, licèt non citò redeat propter vitæ austeritatem, vel iniustè opprimitur. His simile docet Caiet. & vocat fugitiuos, qui ob uitæ austeritatem relinquunt claustra. 2.2.q. 12. art. primo. Imò Caiet. 2.2.q.125.4. scribit, ꝙ qui citatus est à tyranno non tenetur venire, nec ei obedire.

19. *Religiosus assumptus ad Episcopatum potest suæ Religionis habitum dimittere.* In Concilio Constantiensi, can. 27. decretum fuit, ꝙ non mutet habitum, & hoc semper consueuit Ecclesia.

20. *Religiosi à laicis, ac Episcopis, quauis de causa debent iudicari.* ERRON. Quod Athanasius in epistola ad solitariam uitã agentes scribit, hoc in Concilio definitum est, ꝙ clericus nõ adeat Imperatorem. Cõcil. Antio. can. 11. & 12. & Miluit. c. 19. quod clericus non adeat iudicem secularem. Et Agat. cano. 24. Athanasius verò sic testatur de Hosio Cordubensi Episcopo ad Constãtium Imperatorem. Desine quæso, & memineris te mortalem esse, reformida diẽ iudicij, serua te in illam diem purum, nè te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea à nobis disce. De Constantino refert Ruff. li. 1. hist. Eccl. cap. 5. Quod cum sententia Concilij Niceni allata esset, tanquam à Cœlo prolatam veneratus est. De Episcopis verò quam actionem erga regulares habeant, Trid. Synodus dicit. Quod qui degit extra monasterium, ab ordinario tanquam delegato Sedis Apostolicæ corrigatur. sess. 6. c. 30. & sess. 25. c. 14. Quod qui intra claustra degit, & ita notoriè extra deliquit ut populo scandalo sit, Episcopo instante à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigẽdum facere puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus à suo superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Hæc Concilium.

21. *Religiones si extirparentur proficuum esset Ecclesiæ.* HAER. Hoc redolet hæresim Vuit. & sequacium, & miror quomodo quidam viri doctissimi, sed imprudentissimi in hoc, ausi sint hoc in Tridentino Concilio Patribus proponere, ut Religiones tũ potissimum mẽdicantium eliminarentur, quasi, uelociosæ essent, vel malum Diuina consilia seruare, & tot annis Ecclesia recepit, beneficijs prosequuta est, tot extiterũt Sancti, tot uiri omnium scientiarum genere refertissimi, tot sanctissimi, ac prudentissimi Romani Põtifices, ex terrestri hoc delitiarum Paradiso, ad fidelium solamen, tot contra hæreticos dimicarunt, sic ergo.

tot

tot recepta ab eis beneficia compẽsantur, quis in Tridentino Concilio disputauit aduersus inimicos nostræ Fidei? extirpentur Religiosi, qui vel ociosè, vel non dicam, nõ austeram ducunt uitam, sed laxatissimam, & uitijs potius, quàm pœnitentiæ commodàm, cum pueris intra nedum claustra, sed cellulas dormientes, sic uestibus decorati, quòd maiestatem, non religionem ostendunt, non die, noctuque psalmodiæ, atque in choro canentes, sed vel per ciuitatem vagantes, vel extra exercitij causa, ut sic commodius uentri indulgeant, uel coram principibus sæpius omnia secularia negocia tractantes, hi sunt repudiandi, ij procul eliminandi, non quos uidemus studiis, orationib. & ieiuniis occupatos, ac uiros morigeratissimos. Et si quãdo datur unus, vel plures, qui sint scandali occasio, uel sui instituti desertor, non ob id, religio tota extirpanda, non enim si brachium fuerit infirmum, corpus totum abscindimus, uel igne torquetur, sed pars tantum infirma. Vetustam ergo monachornm uiuendi rationem, ac institutum ambabus uulnis excipiamus, quæ non in noua tantum, sed veteri lege exordium sumpsit. Nazarȩi enim sub lege Mosayca, monasticam uitam profitebantur, & ad tempus alii, alii perpetuò Deo se sponte, sua per uota consecrare soliti sunt, de quibus in Nume. scriptum est. c.6. Vir, siue mulier, cum fecerit uotum, vt sanctificetur, & Domino se uoluerit consecrare, à vino, & ab omni, quod inebriare potest se abstinebunt, quod sanè vitæ genus sequutus est Samson, de quo Angelus dixit. Erit puer Nazareus Dei ab infantia sua, & ex utero matris suæ, usque in diem mortis suæ. Iud. 13. Talis etiam fuit Elias, ut ex 3. lib. Reg. habemus, quem principẽ atque auctorem monasticæ uitæ historia tripartita narrat lib. 1. c. 11. Hoc dixit D. Paul. ad Hæb. Quosdam fuisse, qui circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Monasticam vitam in nostra lege instituit Ioan. Bapt. qui uictus tenuitate, asperitate vestitus, hæremi incolatus ad unguem, hæc quæ nos seruamus expressit, & eius exemplũ sequuti sunt multi, ut in Actis Apostolorum legimus, cap. 3. Quod Hierosolymis habebant omnia cõmunia, ita, vt nemo suum aliquid esse diceret, plurimè etiam tenere puellæ eo tempore, quod Eusebius testatur contemptis mundi illecebris, & Faustum pro nihilo ducentes in castitate, paupertate, & obedientia Domino seruierunt, atque hoc institutum uiuendi Diony. Areop. Apostolorum discipulus in Eccl. Hier. c. 6 nobis explanat, & mirabiliter omnium mentibus subiicit, tum aliquot eius verba exscribere lubet, ad confutandum huius hominis temeritatem. Alii (inquit) vocauerunt eos famulos, propter purum, & assiduum Dei famulitium, alii Monachos à Monade, idest unitate propter ipsorum vitam indiuisibilem, & singularem, quæ unit nos simplicium contemplatione, & tractatu ad cõformitatem Diuinæ simplicitatis, & perfectionem amabilẽ Deo, propter ꝙ Ecclesia continuò attribuit eis perfectiuam gratiam, & Sacerdotali non Pontificali benedictione benedicuntur. Modum deinde prosequtur benedicendi monachum, quid ille pollliceatur se obseruaturum declarat, sed consultò prætermitto. Mendicantium verò institutum à sanctissimis Patribus Dominico, & Francisco tot elapsis annis cœpit, & vbique terrarum splenduit, ac floruit. Hãc paupertatem, ac mendicitatem, quam hæretici tantopere uituperant, laudant Basil. in regula Monachorum, atque in serm. de renunciatione uitæ. Hieron. ad Heliodorum, ac Rusticum. Aug. li. 17. de Ciuit. Dei c. 4. Tertul. li. de defin. Eccl. dogm. Bern. in prima declamatione. Cassianus plurimis in locis collationum, ac demum Trident. synodus post alias, nõ ergo religiones sunt extirpandæ. Summa verò diligentia quæsiui, qua ratione, uel autoritate motus sit, uir ille (quem ex nomine reprehendere nolo, & sit mihi notum) vt patribus id consuleret. Responsum mihi fuit, quod longa oratione demõstrauit, quod Deus multa quæ olim approbauit, reuocat, ac damnat, iuxta temporum exigentiam. At istud non mouet, quandoquidem ea quæ reuocat ueteris legis, hoc pactum est, quia erũt figura, atque umbra nostræ legis, ꝙ docuit Apostolus, dicens. Omnia in figuram contingebant illis, & ideò legalia, ac ceremoniæ cessare debebant. At in nostra fide, nihil vmbraticum, sed venit ueritas, atque ideo ratio illa non militat. Nihil ergo habet aduersarius contra Cȩnobitas. De his

scribit Philo Iudæus in lib. de vita contemplatiua, vt refert Euseb. in 2. de Eccles. hist.

22 *Religionis ingressus est superstitiosus.* Erasm. HAER. Fateor ex affectu loquor de re ista, non tamen talis est, ut impediat ne possim cernere verum. Quod religio non sit superstitiosa, probatur contra Erasmum. Primò, in veteri lege erant Nazarei, filii prophetarum, successores Eliæ, ac Leuitæ. Dominus etiam dixit. Mat. 8. ei, qui respõdit, se uelle patrem sepelire. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et Matt. 10. Qui amat patrem, & matrem, & vxorem plusquã me, non est me dignus. & 19. Omnis, qui reliquerit patrem, & matrem. Et Luc. 9. Nemo mittens manũ suã ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei. Hoc D. Hieron. scribit ad Helio. c. vlt. percalcatum perge patrem. Gratianus ex Synodo 5. 20. qõ. 1. D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 5. & 6.

Obiicit Erasmus. Tenemur obedire parẽtibus. Respondeo, ꝙ in his, quæ sunt eis necessaria. Secundo, mutant nomen baptismi, ꝙ est irrisione dignum. Dicitur, ꝙ imò laudabile, quia renascimur. Tertio, nolũt potius obedire prælato, q̃ parẽtibus, quòd non conuenit. Dicitur, quòd prælatus est pater spiritualis, atque ideò dignior.

Reliquiæ.

Reliquiæ Sanctorum non debent venerari, nec adorari. Vigilantius. Vuit. Vs. Erasmus, & Moderni. HAER. Non solum errauit Vuit. Vs, & alii, uerum & ante ipsum Vigilantius debacchatus est, contra quem inuehit D. Hieron. & longa oratione confodit, & digna sunt æterna memoria, nos etiã hanc hæresim conuincamus proposito ordine. Ex sacris literis. Primo, Gen. 50. habetur ꝙ corpus Iacob Patriarcha translatum est ex Aegypto in terram Canaã contra faciem Mambrę. Moyses ossa Ioseph, cũ populũ ab Aegypto tranduxit, secũ tulit. Exo. 13. Sacra Concilia hoc definierũt. Cõcil. Lat. sub Inno. III. c. 62. to. 2. pa. 963. Cartag. 5. to. 1. pag. 447. c. 14. vbi dicitur, & omninò nulla memoria martyrũ probabiliter acceptetur, nisi, aut ubi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sunt. Epauense, eod. to. pag. 995. c. 25. dicit Sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus, non portantur, nisi forsan clericus cuiuscunque parochiæ, in cuius Ecclesia esse contingãt, qui sacris cineribus psallenti frequentia famuletur. Rursus to. 2. in synodo Nic. act. 4. pag. 509. co. 1. refertur miraculum de Reliquiis S. Martyris Anastasij. & Act. 3. pag. 498. col. 1. alterũ ponitur exemplum. Synodus Prouincialis Moguntina, anno 1540. c. 49. hoc probat, tõ. 3. pag. 938. col. 2. & antea statutum fuit in Concil. Garg. c. 20. Demum in Triden. sub Pio IIII. sess. 25. Hoc & Patres obseruarunt, & testatur honesta corporum tumulatio, de qua Diony. c. 7. Eccl. Hier. Hoc testatur B. Ambr. in serm. de passione B. Agnetis. Chrisost. in serm. B. Babilæ. & hom. 66. ad populum Antiochenum, & de laudibus. B. Pauli hom. 5. tom. 3. D. Aug. de Eccles. dog. c. 73. & li. 1. de ciuit. Dei, c. 13. & li. 22. c. 8. & x. Hoc ex Vita B. Luciç cõfirmat, quæ orabat ad tumulum B. Agathæ, cui apparuit, & consolabatur ancillam Christi. Quid plura? hoc vnanimiter docet, & obseruat Ecclesia, & qui cõtrariũ sentit hæreticus est, ideò, & Pius IIII. in Bulla professionis fidei, hoc inseruit. Caueas errorem Cardinalis Iacobi de Vitriaco, serm. 1. Dominicæ tertiæ post Epiphaniam, qui dicit Sanctorum reliquias non esse adorandas, sed venerandas.

Reprobatio.

Reprobatio est ne ex meritis, hoc est peccatis, vel ex Dei tantum voluntate? Altissimum, ac difficillimum est dubium, & dissentio inter Patres. Nam multi quos supra nominaui, affirmant aliquos esse reprobatos ex eorum demeritis præuisis, & hoc dicebant etiam de prædestinatione. Alij verò cum D. Augustino, quem in superioribus sequuti sumus arbitrantur, Deum prę sciuisse omne genus humanum peccare, & quòd aliquos inde eripuit ex sua misericordia, non ex eorum præcognitis meritis, sed ex beneplacito suæ voluntatis, ut ostenderet suam misericordiam, aliquos verò non eripuit, sed reprobatos reliquit, non ex eorum de meritis, sed ex uoluntatis beneplacito, ut iustitiam demonstraret iusto iudicio, in peccato relinquens.

Huic subscribere uidetur D. Tho. 3. cont. Gent. cap. 161. dicens, ita, quòd in aliis Iu-

stitiæ ordo manifestetur. Hinc est, quod Apostolus dicit ad Rom. 9. Volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiā suam, sustinuit in multa patientia, uasa iræ apta in interitum, ut ostēderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Et addit, quod huius nulla ratio quærēda est, sed sicut ex simplici eius uoluntate processit, quod cum omnia fierent ex nihilo, quædam facta sint aliis digniora, & sicut ex simplici uoluntate artificis procedit, ꝙ ex eadem materia disposita, quædam uasa format ad nobiles usus, & quædam ignobiles, ut ait D. Pau. ad Ro. 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud uerò in cōtumeliam. Hæc D. Tho. Quod confirmatur, ex eodem D. Pau. ibi. Cui vult miseretur, & quem vult indurat. Hoc dixit Dominus. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te, Matth. 11. Vbi Caiet. Noli ergo disputare de causa electionis, & reprobationis, cur Deus istos elegerit, & non illos, hinc enim habes primam, & supremā, & ultimam causam. Hæc Caiet. Dominicus Soto tuetur hanc sententiam, ad Rom. 9. Multi uerò patrū hanc D. Aug. opinionem, ex nomine repræhendunt, tàm antiqui quàm recentiores. Inter quos Amb. Catharinus, ca. 9. ad Ro. Iacobus Sadoletus lib. 2. in epistolam ad Romanos. Verùm quoniam forte non perceperunt mentem Sanctissimi Patris, atq; Angelici Doctoris, ut omnia concilientur, hæc annotanda præmitto. Primùm, quòd non eodem modo se habet prædestinatio respectu prædestinatorum, & reprobatio, respectu reprobatorum. In reprobatione enim est peccatum, secūdum, quòd Deus non releuat à peccato, tertium, non infundit gratiam, quartum est ipsa pœna. Primi nullo modo Deus est causa, & quo ad hoc reprobatio non est à Deo, sed praua hominis uoluntate, Deo permittente, permissio uerò non est malum, nec ea de causa dicitur Deus causa peccati, quia qui permittit illud esse non agens ad oppositum nec indirectè est causa, sed tunc esset causa indirectè quando in illa actione præberet aliquod auxilium, sic ergo Deus non est causa reprobationis, sed respectu aliorum triū utiq; est causa. In prædestinatione uerò est causa omnium. In reprobatione ergo est causa ex parte nostri, nempè peccatum, at in prædestinatione nihil est ex nobis, lapsus ergo in culpa non est causa reprobationis, sed ipsa culpa, primo modo loquitur D. Tho. quod quo ad illa tria est causa, at secundo modo, quo ad culpam in se, negat D. Augu. & omnes. Nam culpa (inquit) est præuisa & pœna præparata. Et sic tollūtur omnes dubitationes, quomodo Deus permittat mala, nam permissio nō est malum, & quòd non sit crudelis, quia pœnam præparat, non peccatum causat. Nec Diuina Iustitia in se est cā reprobationis, sed tantum præscita, causa uerò est ipsa culpa, cui Deus pœnam præparat. Hæc D. Augu. lib. 1. retract. cap. 25.

Repudium.

Repudiare licet Christiano uxorem, & aliam ducere. ERRON. Licebat Hæbreis ex lege Deuteron. 24. capi. dare libellum repudii, ubi dicitur si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatē, scribet libellum, & dabit ei in manu, & dimittet eam de domo sua cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii & dimiserit eam de domo sua, uel mortuus, fuerit non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia polluta est, & abhominabilis coram Domino. Hæc Moyses. Vnde factum est, ut existiment Iudæi illum præcepisse maritis, ut quacunq; de cā uxores infensas dimittāt, & alterā ducant. At Dominus phariseis interpretatur, Matt. 19. Quod Moyses ad duritiam cordis permisit dimittere, sed ob fornicationem, & qui dimissam duxerit fornicatur, quasi uelit dicere, unū est permissionis dimittere, & alterum preceptū dimissā ducere. Nec Moyses dicit. Quicunq; uoluerit, dimittat uxorem, quod est Diuine legi contrarium, sed si quis dimiserit, non dimittat nisi dato prius libello repudii, ut sic interposita mora, aius in odiū præceps libelli cōscriptione retardaret, & quid mali esset uxorē dimittere interim cogitaret, præsertim cùm hmōi literas sanctas nulli nisi solis scribis licebat, quod dissidiū, si hoc tempore nō pacaret, permittebat illā dimittere, & aliā ducere, nō tanq̄ licitū, sed remediū ad maius malū euitādū, nè uxorē interficeret. Nō ergo preceptum fuit, sed permissum Iudæis

&

& Christianis, neutrum licèt, vt admone D. Pau. 1. Cor. 7. præcipio non ego, sed Dñs vxorem à viro nō discedere, quod si discesseri manere innuptā, aut viro suo recōciliari. Et Romani decepti sunt, qui permittebant vxores dimittere, & quacūque de cā etiam occulta, vxorem misso libello repudij eijcere. Hoc esse licitum Th. Caiet. & Catharinus probant, cōtra quos supra scriptū est. Verbo Matrimoniū. Et quod dubiū gignit tex. D. Mat. 19. Hoc alii Euangelistæ explanant, tanquam eius loci interprætes, Marcus, & Lucas parenthesi illa excepta fornicationis causa prætermissa, simpliciter dixerunt. Qui dimiserit vxorem, & aliā duxerit mæchatur, aut mechatur super eā ꝙ omninò verum est. Et quod Matt. paulò ante dixerat. Quod Deus coniunxit homo non separet, non discrepat, sed explanat, vt potius intelligeretur, non licere alterū ducere propter fornicationem prioris dimissæ. Sic & Apostoli Can. 38. interprætantur prætermissa parenthesi fornicationis, & dicit. Si laicus uxore sua dimissa, alterū duxerit, aut ab alio dimissam eiiciatur ex Ecclesia, s. tanquam publicus adulter. Sic Basil. Mag. can. 9. & Lactantius deceptus, li. 6. Diu. hist. Patres tamen aliqui permittūt diuortium, at non dirimunt Sacramentū. Vt Nil. Chrisost. Augustin. Euth. Theoph. Alii permiserunt, & iusserunt repudia certis nationibus ob incertus, & talis est Zacharias Papa, & Patres in Conciliis Prouin. lib. Mog. ac Triburina, & Episcopi, qui tempore Origenis repudia concesserunt, quos tamen damnat Orige. licèt permiserint, nè deteriora sequerentur. D. Hieron. Fabiolam dicit fecisse contra præceptum D. Pauli. Iustinus laudat fœminam, quæ diuortium fecerat, at non ait alteri nupsisse. Caietan. & Catharinus probabiliter loquuntur. Stemus Concil. sess. 24.

Regum liber.

Regum liber non est Canonicus. HAERET. Hanc hæreum cundemnare non erit difficile, nam antiquitus Ecclesia quatuor lib. Regū recepit. Dr verò Regū (testè D. Hie. in prol. Galeato. Non enim multarum gētium scribit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur à materia sic dictus, eò ꝙ Regū cōplectātur historiam. Author, non est omninò perspicuus, ut idem scribit in epistola ad paulinū. Quis uerò ait, illa omnia in hoc unum collegerit uolumen, non dum satis constare putant. Alii enim Esdram, hanc hystoriam contexuisse, alii Hieremiam authorem esse colligunt ex eo, quod ultimi regum, & libri Hieremiæ idem fere sit finis. Alii dicūt primum & secundum esse Samuelæ authore nobis traditos. Non nulli ut uetustissimi patres, inter quos Isidorus dicunt Samuelem scripsisse primam partem, primi libri Regum. Dauid uerò scripsisse sequentia usque ad calcem secundi. Tertium & quartum post mortem Dauidis uerosimilius est scripsisse Samuelem, ut scribit Ioā. Dried. lib. 1. cap. 3. de eccles. scriptoribus. Quicūque fuerit author, satis est nobis eam historiā approbatā fuisse ab Ecclesia. De libro ēt. Paralipomenon nō est certum quis scripserit, ut tamen Ecclesia recipit, Paralipomenon uerò uox Græca est, & latine dicitur liber pretermissorum, ut Isid. tradit 6. Etimol. Alii uerò ex hebris uerterunt, uerba dierū. Et D. Hiero. uocat Cronicam totius hystoriæ, idest temporaneum, uel Cronica Cronicorum, eo quòd totum cōplectatur tempus ab Adam, usque ad captiuitatem Babylonicam factam sub Sedechia in qua terminatur ultimus liber Regum, è sicut & secundus Parolipomenon. Authorem putant Rabini, & Ioan. Dried. Vbi supra fuisse Esdram. Reges uerò in Hierusalem à Dauide usque ad captiuitatem Babylonicam fuerunt. 21. præter Athaliam Reginam matrem ocholiæ, quæ regnauit annis septem post mortem filij. Et per annos quadringentos. Ex his fecerunt, quòd erat malum, 12. ecepta Athalia. Reges uerò qui regnauerunt in samaria, cum redisset ex Aegypto, à Ieroboam, usque ad Oseæ Regna, sub quo osea finitum est regnū in sumaria, tunc enim cessauit & perdita est Samaria, quam deinceps Assirij inhabitarunt, ex quibus orti sunt hæretici samaritici anni Regni fuerunt in samaria. 241. Reges uniuersi fuerunt decem & nouem, & omnes secūdum peccatum Ieroboam, qui fuit primus, quod malum erat fecerūt. Hæc Athanasius in synopsi.

Respublica.

Respublica non potest condere leges. Marloratus. ERRON. Quo magis distinctius agenda, cauendaque calleret homo, lex humana opus fuit. Ea est, à naturali profecta, alioquin futilis est, & inanis, nec sibi uim legis uindicat. Hanc Respublica condere, potest, quæ si iusta fuerit, ac naturali consimilis, ac ab ea dimanans seruari debet, at iniusta minimè, ubi hoc resciatur. Et subest conditor legis suis legibus ex debito morali, ac directione, non coactione, & legali debito, quòd dixit Imperator. Digna Vox maiestatis imperantis est, legibus alligatum se principem profiteri. Et quisquis iuris, in alterum statuit, ipse debet uti eo. Hæc tamen reipublicæ potestas, non pendet à spirituali, ut ab illa instituatur, suamque accipiat facultatem, ut possit cogi, ammoneri, & corrigi, nisi quando à Diuinis legibus rebellaret. Regimen nanque hominum à Deo est, & aliud à spirituali. Nec reipublicæ gubernatores sunt à Deo immediatè instituti, præter Saulem & Dauidē sed à populo, ut dicitur. L. Quod placuit. ff. de const. princip. Respub. eo melior, nō quo maior, sed cuius administratio magis Iustitiæ consonat. Hæc potest maleficia ulcisci, & uita & bonis, ciues expoliare. Leges, quas cōdere debet, nec arduè, nec uiolentè sint, sed leues, & suaues, quo ad fieri potest, & omnes eis subiiciet. Prohibeat nimiam libertatem, nimiamque seruitutem. Tunc laude digna est respub. quando uirtuosi, ac probi dominantur, non merito diuitiarum, ac nobilitatis, sed uirtutum, ac prudentiæ. Et ea nobilior, quàm in qua egenum, & ignobile uulgus dominatur. Respublica etiam ea instituenda est, in qua præsint nè dum uiri modesti, & qui tranquillitati student, sed ex his, qui acrimoniam, uitamque bellicosam sequūtur. Gubernatores oportet eē ueros Phylosophos, ac probatissimos uiros, qui nec Auaritia, nec ambitione prouocentur. Demum moderata est tribuenda magistratibus authoritas, ac moderata in subditis seruitus exigitur. Et nihil est perniciosius ad hoc, ut Respub. in Tyrannidem conuertatur, quā libertatis insatiabilis cupido. Hæc disputauimus Senis. 1575. & Lucæ. 1579. in comitiis nostris. Et nulla est, quæ magis & rationi, & prudentiæ consonas condat leges, quàm Veneta Serenissima Respublica, & Prudentissimus Senatus, ut rei probat euētus, nemo adhuc ei imperauit, nullis aliorum legibus ceruicem, aut colla subegit, quam perpetuo seruaturam Deū precor. Sunt enim uiri Christianæ fidei acerrimi propugnatores, bonas artes, earūque professores plurimi æstimant, in omnes sunt beneuoli, liberales, ac magnifici, & eorum humanitas est pro Clypeo, & muro contra liuoris impetus. Et ingratissimus mortaliū essem ni eorum in me animum agnoscerem & beneuolentiam, quam multiplici argumento expertus sum, quibus nè dum gratiam habeo & habiturus sum immortalem, & ipsis me, meaque omnia uolens, ac libens condono, ac fateor me magnopere eis deuinctum esse, finem dicendi faciā, maiora enim sunt beneficia, quàm ut orationem postulent. S. [illegible] est in re nostra, ꝙ Augus. Marloratus Caluinianus deceptus est dicens, quòd legis humanæ non obligant, & quòd transgressores non peccant.

Restitutio.

Restitutio non est ad salutem necessaria. Græci. HAERET. Guido Carmelità, inter Græcorum errores hunc connumerat, quem sequitur Alphon. & Soto lib. 4. de iust. & iure. quæst. sexta. art. 2. & Med. in summ. her. Sępius eos sciscitatus sum dum Cretæ, ac Corcyræ pro Theologo Archiepiscopis inseruirem, nemo unquàm hanc uigere inter eos hæresim, dixit, nec Doctores eorū id unquàm somniarunt. Verū & quicquid sit de hoc nam extincta forte est. Si tamen ad aures reuocaret quispiam, recolant eam esse hæreticam sententiam. Nam Thob. capit. duodecimo legitur. Cum uocem baiulantis edi audisset, dixisse scriptum est. Videtè, nè forte furtiuus sit, reddite eum Dominis suis, quia non licet nobis, aut edere, ex furto aliquid, aut contingere. Et Ezech. 33. Nemini paret Deus, nisi rapina restituatur. Ex quo iure alienum retinere licet? Vel si uerum erit, licitum erit furari. Meritò ergo dicamus. Quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et Eras. deceptus est super illis uerbis. Luc. 11. Quod superest

est date eleemosinam, ait. Illud adnotandum, cum modo fecerit mentionem rapinæ, non fieri in remedium restitutionis mētionem, tantum pollicetur eleemosina data, omnia fore munda. Conueniunt Doctores omnes. Quid uerò, & cui sit restituēdum, nemini est dubium, licet Chrisost. Hom. 53. in Matt. circa finem, dicat. Quod, qui aliena retinet, debet duplum restituere, quòd uerum est ratione alicuius damni, uel ex furto, uel retentione subsequuti. De his in summulis.

Resurrectio.

Resurrectio Humanorum Corporum non erit. Saducæi, & Phylosophi. HAER. Iam sæpius contra Saduceos fuit a Phariseis, imo Domino fortissime dimicatum, quod extremæ est dementiæ de resurrectione dubitare. Imò adeò certa est resurrectio, quod & quidam phylosophi subofecerunt, ut scribit D. Aug. de Ciuit. lib. 12. cap. 13. & lib. 22. ca. 25. de quorum numero est Pithagoras, & Plato in Phedro, uel de pulchro. De resurrectione apertissima sunt testimonia in vtraque lege. Iob. cap. 14. Esai. 26. Resurgent mortui, & suscitabuntur, qui sunt in monumentis. Elias, ac Eliseus mortuos suscitarunt. 3. & 4. Reg. Dominus Lazarum quatriduanum, & adolescētē. Resurrectionem futuram ostendit D. Paul. quia alias inanis esset Fides nostra, & gloria nostra.

2 *Resurrectio erit naturali virtute, non diuina.* HAER. Non est dubium, quod uirtus naturalis non est tantæ efficaciæ, quod possit idem numero reparare, quod & Phylosophi dicunt. A priuatione ad habitum non datur regressus. Et ex parte principij non potest dici naturalis, quia non est aliquod principiū naturale, quo resurgere possit. At ex parte termini, quia anima coaptato sibi corpori vnitur, naturalis dici poterit. Est in homine non potentia passiua naturalis, quia esset etiam actiua, & unicuique potentiæ passiuæ naturali correspondet actiua, erit ergo potentia obedientialis, de qua D. Aug. posse habere Fidem, & Charitatem naturæ est hominis, & huic potentiæ passiuæ obedientiali correspondet Diuina actiua potentia. Potentia uerò obedientialis est ipsa Creatura ad faciendum in ea, quod Deus uoluerit, quæ necre ab ipsa natura rerum distinguitur, sicut nec potentia materiæ ab ipsa materia. Hæc à naturali potentia secernitur, quia naturalis ad actum naturalem inclinat, at potentia obedientialis est, ut tantum recipiat subiectum. De hac scribit Caiet. p. p. q. 1. primo, & Ferr 3. cap. 45. & 102. & 115 & primo cap. 3.

3 *Resurrectio potest naturali ratione demonstrari.* ERR. Non est tantæ Virtutis naturale lumen, ut huc pertingat. Vt D. Aug. lib. 4. de Trin. cap. 16. & cum eo omnes Theologi docent.

4 *Resurrectio Christi, non est causa nostræ resurrectionis.* HAER. Affirmat D. Paul. scribens Corinthijs. Primitiæ dormientium Christus, & ex cap. 4. & 6. ad Rom. colligunt Doctores Christum esse causam nostrę Resurrectionis.

5 *Resurrectio non erit ministerio Angelorum, nec eam aliqua signa præcedent.* HAER. Signa predixit Dominus manifestè. Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis. Et D. Paul. ad Thessal. 5. Venient in iussu, & in tuba Dei, & Ecclesia canit. Tuba mirum spargens sonum, quæ figurata fuit, per tubas Sacerdotales Iosue, in ruina Hierico.

6 *Resurrectio non erit in fine mundi.* HAERE. Hoc Iob docuit cap. 14. Homo dum dormierit non resurget, & interprętatur, sic futuram in fine mundi.

7 *Resurrectionis tempus Angeli scire possunt.* HAER. Horam, & tempus nostræ resurrectionis nemo pro certò nosse potest, de quo Dominus dixit. Matt. 24. De die illa, & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum, nec Filius, sed solus Pater. Non enim est nostrum nosse tempora, uel momenta, quę Pater posuit in sua potestate.

8 *Resurrectio non erit eiusdem numero, sed specie tantum.* HÆR. Attribuunt aliqui Origeni hunc errorem, & alij negant, & quicquid sit de hoc, est hæreticum dictum. Nā non esset vera resurrectio, si non idem resurgit. De qua Iob cap. 19. Ego ipse, & non alius. De Lazaro etiam, ac aliis, habemus exemplum, quod idem omninò resurrexit.

9 *Non erit resurrectio, nisi sexus Hominis, non Mulieris.* HAER. Armeni hoc docuerunt, ut quidam scribunt, contra quos est D. Aug. 22. de Ciuit. Dei cap. 17. & Doctores omnes.

10 Non

10 *Non resurgent Vires sensitiuæ, & Animales.* HAER. Idem omnino corruptum resurget, quo ad partes corporis, & licèt earum vsus non sit necessarius, tamen ut natura sit integra, totum corpus resurget.

11 *Resurget corpus impalpabile.* HAER. Eutychius id arbitratus est, contra quem pugnant uerba Domini. Palpate & uidete. Et Thomę. Infer digitum tuum huc.

12 *Resurgent corpora iterum mortalia.* HAER. Ex D. Pau. habemus, quod corpora nostra erunt immortalia, nam Christus resurgēs ex mortuis, iam non moritur, & 1. Cor. 15. Seminatur in corruptione, surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Et mors non erit ultra. Apoc. 12.

13 *Resurrexit Dominus die Sabbati, post Parasceuem. Armeni.* HAER. Quomodo die tertia resurrexit, & quomodo fuit tribus diebus in corde terræ?

14 *Resurgent omnes ætate perfecta, ac iuuenili.* Hoc Theologi docent exponentes illud D. Pau. Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Romana Ecclesia.

Romana Ecclesia non est supra omnes. HAER. Dignitatem Romani Pontificis fusius litera P. demonstrauimus. Primatum uerò Ecclesiæ Romanæ, habemus primo ex epistola 1. & 3. Anacleti Papæ, qui fuit Græcus. Ex Zepherino epistola. 1. Lucio epistola prima. Marcello. Mectriade. Concilium Nicenum primum locum Romanæ, secundum Alessandrinæ. 3. Antiochenæ. 4. Hierosolymitanæ, nè quis putaret sedem Domini esse in terram. Concil. Sard. capit. 3. Calced. act. 1. Concil. Aurel. cap. 2. Concil. Constantin. 6. can. 36. Nicenum 2. Ex his habemus primas Sedes semper Romanam Sedem obtinuisse.

2 *Roma Ecclesia est meretrix.* HAER. Damnat hanc hæresim Direct. p. 2. q. 9. num. 13. & q. 12.

3 *Romano Pontifici non sunt omnes subiecti. Græci.* Plura diximus in superioribus, & quibus non sunt satis legant. Direct. part. 2. q. 14. num. 3.

S

Sabbatum.

SAbbatum cum Hæbreis est sanctificandum. HAER. Non iidem sunt dies obseruationis Iudaici, & nostri. Nos enim non Azimorū Pascha celebramus, sed resurrectionis & Crucis. Nec septem iuxta morem Israel numeramus ebdomadas in Penthecoste, sed Spiritus Sancti ueneramur Aduētum, sic ergo nec Sabbatum cū Iudæis est colendum, ut D. Hieron. scribit, ad Gal. 4. cap. De quo & D. Aug. etiam scribit serm. 251. de tempore, dicens. Ac ideò sancti Doctores Ecclesiæ decreuerunt omnem gloriam Iudaici Sabbatis in illum transferre, & loquitur de Dominica. Et idem pater epistola. 119. ad Ian. ca. 12. & 13. ait. Ideoque inter omnia illa præcepta solum id, quòd de Sabbato positum est, figuratè obseruandum præcipitur, quam figuram nos intelligendam, non etiam per ocium corporale celebrādum suscepimus. Et 13. ait. Dies tamen Dominicus, non Iudæis, sed Christianis resurrectione Domini declaratus est, & ex illo habere cœpit Festiuitatem suam. De hoc scribit Leo Mag. epistola. 81. ad Dioscorum. ca. 1. Et D. Egn. ad Phylipp. qui uixit tempore Apostolorū & uidit Dominum post resurrectionem, ut ad Smyrnenses scribens testatur dicens. Ego non solum Christum natum, & crucifixum in corpore factum uidi, sed, & post resurrectionem noui, & credo esse. Orige. de Sabbati abrogatione. Ho. 7. super Exodum scribit, & rationem reddit, cur dies Dominica Sabbato prælata sit. A quo uerò ista facta sit commutatio D. Aug. & Egn. ferunt ab Apostolis fuisse; sic enim scribit sermo. illo. 151. de temp. Dominicum ergo diem Apostoli, & Apostolici uiri ideò religiosa solennitate habendū sanxerunt, quia in eodem redemptor noster, à mortuis resurrexit. Hoc Concil. Laodic. Phrigiæ cap. 29. statuit. De hoc etiam habemus etiam Ambro. serm. 61. de Pent. Hæc ergo sequamur.

2 *Sabbato ieiunare peccatum est. Græci.* HAE. Est Canon. 65. Apostolorum, qui statuit nō esse ieiunandum, nisi Sabbato Sancto. Ex qua authoritate Trullana Synodus inue-

hit

hic nimis arroganter contra Romanam Ecclesiam, quæ Sabbato ieiunat. Cano. 55. De hac re B. Aug. in Epist. ad Ianuan. cap. 2. scribit consuluisse B. Ambr. & eius sunt verba. Mater mea Mediolanum me consequuta, inuenit Ecclesiam Sabbato non ieiunantem, cœperat perturbari, & fluctuare quid ageret, cum ego talia non curabā, sed propter ipsam consului de hac re Beatissimæ memoriæ Virum Ambrosium, respondit se nihil docere me posse, nisi quod ipse faceret, quia si melius nosset, id potius obseruaret. Cumque ego putassem nulla reddita ratione authoritate sola sua, nos uoluisse admonere, ne Sabbato ieiunaremus, subsequutus est, & ait mihi. Cum Roman uenio, ieiuno Sabbato, cum hic sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam ueneris, eius morem serua, si cuipiam non uis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum matri renunciassem, libenter amplexa est. Ego uerò de hac sententia etiam, atque etiam cogitās, ita semper habui, tanquam eā cœlesti oraculo susceperim. Hæc D. Aug. quæ tamen nō sunt obseruanda, nam hoc tempore determinationi Romanæ Ecclesiæ, quòd sit ieiunandum, uel à carnibus abstinendum, omnes sunt his legibus astricti. D. Aug. verò distinguit, quod sunt quædam traditiones vniuersales, quæ ligant omnes, aliæ uerò, quæ per loca terrarum, regionesq; uariantur, sicuti est, quod alij ieiunant Sabbato, alij uerò non, alij quotidie communicant corpori, & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt. Hæc D. Aug. loco citato ad Ian. Quod uerò Trullana Synodus decreuerit non esse ieiunandum, nullius est authoritatis. Et quo iure potuit Romanæ Ecclesiæ leges præscribere. De hoc supra verbo, Concilium. Non ergo in crimine est Ecclesia Romana non ieiunans, quia est communis tantum orienti hæc consuetudo, quia multi Hæretici, Sabbato, & Dominico die ieiunabāt. Vt Tertull. scribit in Apologetico cap. 16. & Anast. Patriarcha Antioch. & D. Aug. Epist. ad Casulanum. Turr. lib. 1. cap. 21.

Sacerdos.

Sacerdotum dignitas est Papistarum figmentum. Lutherani, Centuriatores. HAER. Quod natura duce summo honore ueteres prosequuti sunt, ut nulli nisi principes, & primates cœremoniarum haberent facultatem. Lutherani adeò desipiunt, ut uelint Christianæ Reipubl. Sacerdotes ab alijs non differe, & Sacerdotes deliri etiam senes, garulæ anus, adolescentes leues Sartores Lanij, & coqui esse posse, sacrificia omnia vulgaria, ac omnibus ea offerre esse datum, quòd Turcharum gens non audet, sed apud eos à communi populo, Sacerdotes quàm plurimum distant. Hoc & Plato docuit, Sacerdotes nempè (ut ait lib. 16. qui est de Regno) magna charitate oportere abundare, propter eorum, quæ tractant magnitudinem. Arist. etiam lib. 3. pol. cap. 10. & lib. 7. cap. 9. author est in Heroicis temporibus Reges Diuinæ rei cultū exercere solitos, nisi talia essent sacrificia, quæ Sacerdotium requirerent, & alio loco scribit. In optima Republica Sacerdotes honoratissimos cōstituendos. Neq; enim, (ait) agricola, neque artifex, neque uilium exercitiorum quisque Sacerdos est deputandus, honos nanque Diis est, à ciuibus impendendus. Cicero, & Valerius scribunt. Tantum studium antiquis obseruandæ Religionis fuisse, ut senatus tūc, quum florebat, Imperium decreuerit, ut de Prinpum filiis, pauci quidem electi. Hetruriæ populis, ad disciplinam sacrorum percipiendam traderentur, ne ars tāta propter tenuitatem hominum, & religionis authoritatem adduceretur ad mercedem, & quæstum. Apud Egyptios etiam legimus consuetum, non licere Regem absque Sacerdotio imperare, & de eorum Sacerdotibus meminit Moyses. Gen. 43. In pluribus quoque Græcorum Ciuitatibus præcipua sacra, à magistratibus summis institui, atque apud Athenienses creato Regi, sacra maxima esse tributa. Tradit rursum Plat. Dialogo 8. de leg. ut unus semper ex magistratibus Deorum, alicui pro Ciuitate sacrificet. Demum nulla unquam etas fuit sine Sacerdote. In lege Naturæ Sacerdotū munus Abel exerauit. Melchisedech, Abraam. In lege scripta Aaron, & Moyses. In Euangelica Christus, Apostoli, & eorū successores. Neque Gentiles fuerunt sine Sacerdote, ut de Numa Pompilio apud Liuium legitur. Dyonis. etiam pri. cap. cœl. Hier. dicit, quod prophanæ multitudinis

fas

fas non est, uel ipsa mysteriorum signa contingere, qua propter Etnicorum Sacerdotibus mos erat, cum de fanis exibant, ubi Deorum responsa recipiebant, musitantes digitoque ori admoto secreta celari. Chrisost. fusius scribit de sacerdotio. Et Anacl. Epistola 2. Sacerdotum ordo originem habet ab Aaron, licet Melchisedech prius obtulerit, non tamen sacerdotali authoritate, sed propria uoluntate, & Petrus post Christum. Et Epistola 3. dicit eos à Domino esse institutos. Ecce ergo Sacerdotum antiquitas.

2 *Sacerdos non est, nisi fuerit uocatus à Domino, tanquam Aaron.* HAERET. Ex uerbis D. Paul. ad Heb. 5. colligunt, ut Sacerdos nemo sit, nisi à Domino fuerit uocatus, quod est falsum, & illi sunt Sacerdotes à Deo uocati, qui ab Apostolis, & eorum successoribus rite, & ordine uocati sunt. Nec uerò sacerdotii nostri ratio popularis est, multorum uè suffragiis declaranda, non de terra conficta, sed de cœlo ducta, atque delapsa est. Resuscita inquit gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, 2. ad Tim. 1, & 1. Tim. 4. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi cum impositione manuum Presbyteri, & ad Titũ primo. Reliqui te Cretæ, ut constituas per Ciuitates Præsbyteros, sicut & ego disposui tibi. Paulus, & Barnabas conti uerunt per singulas Ecclesias Præsbyteros in oratione, & ieiuniis ut mos est, & nũc in Ecclesia fieri solet. Quemadmodũ ergo, q̃ Christũ audiebãt, ij, & Apostolos, & qui Apostolos ij, & Christum, sic qui Apostoli uocabant, hos & Christus uocat, & quos illi à sacerdotio repellebant, hos, & Christus, quod & Christus in Cœna dixit. Hoc facite in meam commemorationem. Si enim hoc, quod præcepit facere sacrum erat, imò sacrificium, Apostolos tunc sinè Sacerdotes instituit, cum iussit facere, quod ipse fecerat, alioquim, nec Christi sacerdotium esset ęternum.

3 *Sacerdos non est proprius minister Eucharistiæ.* HAER. Quid ergo significant uerba Domini modo exposita. Hoc facite in meam commemorationem, nisi quia idẽ faciendum est. tanquam ministris exponit. Vt Concilia ac Patres interpretantur, & Oecumenius ait. Sic sacerdotium Christi æternum est, secundum ordinem Melchisedech. Rursum de Sum. Trin. & Fide Cath. C. firmiter. Concil. Flor. idem definiunt, ex quo habemus, quòd adeò est minister, quòd si aliquis præter Sacerdotem, hoc sacramẽtum conficeret, nullum esset. Tom. 3. pag. 506. Et Concil. Trid. sess. 13. cap. 7. & sess. 22. Can. 2. Et Isid. dist. 25. C. Perlectis, quo loci legitur. Ad Præsbyterũ pertinet Sacramentum corporis, & sanguinis Domini, in Altario conficere, & solis illis, quos Christus Sacerdotes ordinauit dicens. Hoc facite in meam commemorationem.

4 *Sacerdotum dignitas, non est supra Reges, & omnem temporalem potestatem.* HAER. Nedum Catholici, ac uetustissimi Patres, Sacerdotes antecellere Reges, docuerunt. Verum & Plato, & Arist. hic enim libr. 7. polit. cap. 9. ait, non alios fore ad sacerdotium idoneos, nisi uel qui Reges essent, aut Principes Ciuitatis, uel certe, quos post Rempubl. diu suo Concilio gubernatam, aut res in bello præclare gestas, defessos iam, atque defatigatos, omni cura humana, atque labore uacuos esse oportet ut non nisi in authoritate, & etate senatoria sacerdotium resideret. Quam naturæ institutionem Apostoli sequuti, cum sentirent Sacerdotibus Ecclesiæ gubernationẽ fuisse à Christo commissam, eos esse in Sacerdotum ordinem coaptandos, qui uerè Presbyteri essent hoc est seniores. Ita factũ est, ut Presbyteri nomen in eum, qui sacra facit remaneret. Lutherani uerò, ac Magdelurgenses, ueluti noui Coritæ. Num. 16. insurgunt contra Sacerdotum authoritatem, ueluti illi contra Moysen, & Aaron dicentes. Sufficiat uobis, quia omni multitudo Sanctorum est, & in ipsis est Dominus, cur eleuamini super populum Domini? Hæc Coritæ dixerunt, at Centuriatores adulti impii, ac seditiosi. Non est distinctio Laicorum, & Clericorum in sanctitate, quia omnes pii in scriptura dicuntur sancti. Illi dixerunt. Cur eleuamini super populum Domini? Vos dicitis Episcopi, & Sacerdotes non sunt super Principes, & Magistratus. Quantum uerum à ueritatis semita declinauerint isti, pergamus ostendere. Sacerdotibus tradita cura animarũ, Principibus corporum, sic dixit D. Pau. ad Hæb. 13. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem

tionem reddituri pro animabus vestris, quod non dixit de principibus seculi, & magistratibus: si ergo eis obedire tenētur, principes ergo sunt minores. Et D. pet. 2. c. 5. Scribit. Et obseruat Episcopos, ut pascant gregem, continentur nè principes, certè & ipsi sunt oues. Deindè, quis est dispensator fidelis & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis escam in tempore. Aut ergo principes non sunt de familia Domini, aut super eos constituti sunt sacerdotes. Hoc & D. Pau. ait. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Quid ergo plus est ministrare terrena, an Cęlestia? Adhuc. Quibus datę sunt claues regni cœlorum, conficiendi sacramenta, & ea omnia peragere, quæ ad Diuinum cultum attinet. Hæc omnia adeò sunt manifesta, ut imprudens ego essem si plura afferre uelē. At nec tacere possum priorum patrum sentētias in hac re. Nam Clemens lib. 2. const. Apostolicarum. capit. 34. dicit. Nam si de parentibus seculi secundū carnem. ait scriptura, honora patrem tuū, & matrem, ut benè sit tibi, & qui maledixerit patri, aut matri morte moriatur, quāto magis de spiritualibus patribus uerbi Dei moneamur honore & Charitate eos prosequi, ut beneficos, & nostros ad Deū legatos, qui nos per aquam Deo regenerarunt. Spiritu Sancto impleuerūt, lacte verbi Dei aluerunt, & doctrinæ alimento nutrierunt. Et Paulò inferius. Hos æstimate vestros pręsides, hos putate Reges, his quasi regibus uictualia offerte, eos enim eorūque domesticos alere debetis. Vt enim Samuel, in primo de Regibus libro, de rege alendo sanxit populo, & Moyses sacerdotibus in Leuitico, sic nos uobis de Episcopis sancimus. Hactenus Apostolica constitutio, quæ per omnes Ecclesias recepta est. Et cap. 28. eiusdem libri, idem dixit à simile. Quòd si cultores Dæmonum tanto honore suos prosequūtur, multo magis nos. Anacletus etiam ex eodem Clem. prima epistola scribit de maioritate Episcopōrū, & sacerdotum super Principes, & Magistratus. Thelesphorus Papa hoc docet, & eius sūt uerba in epistola. Clerici amplius sunt applicati Diuinis cultibus, & familiares Domini dicuntur, ita moribus, atque conuersatione, atque sanctitate debent esse distincti. Hinc in sacris literis dicuntur aliquando Dij, aliquando Angeli. Nā ad Moysem dicitur. Exod. 22. Applica illū ad Deos, idest sacerdotibus. Et Propheta ait. Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Subiūgit Gregorius, Ecclesiastica quoque hystoria testatur, quia cum piæ memoriæ Constantino Principi in scripto oblatæ accusationes cōtra Episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem qui accusati fuerant Episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat incendit, dicens. Vos Dij estis, à uerò Deo constituti, ita & inter uos causas uestras discutite, quia dignum non est, ut nos iudicemus Deos. Idem Constantinus cupiebat peccātē sacerdotem suo pallio operire. Hoc & Pagani obseruāt erga suos. O miseros Germaniæ populos, quorum animæ uigiliis pastorum, remedijs medicorum, cura patrū, cernimus orbatos. Philo Iudæus scribit in lib. de legatione ad Caium, principes proauos suos iure optimo sacerdotium omni ex parte prætulisse regno. D. Tho. hoc probat li. 1. de regim. principum, c. 14. & adeo potestas spiritualis est superior, quantò et Papa Imperatorem Germaniç instituit, & Reges alios, vt supra uerbo Papa. & verbo potestas probatum est.

5 *Sacerdos in lege Mosayca erat nè nobilior Rege?* Hæretici nostrorum temporum, ut suis faueant, & simulationis potius quàm veritatis amici primū gradum semper in omni lege tribuunt, quòd est hæreticum, At in ueteri lege probant quidem secūdas sedes Sacerdotes obtinuisse, & Reges primas. Hoc D. Hiero. dixit super Hier. c. 13. & Cassiodorus psal. 50. & Philo Iudęus libro de Profugis, & lib. 3. de vita Moysis, quòd summus Sacerdos erat inferior Rege, tamen ingrediens templum erat sacerdos superior, dum laminam Dei nomine insignitam capite gestabat.

6 *Sacerdos ueteris legis non distinguitur à Sacerdote nouæ legie, nec est eo ignobilior. Centuriatores.* HÆRE. Qui non agnoscunt discrimen inter nostros sacerdotes, & plebem, non mirum si nec sciunt distinguere inter umbram, & corpus, inter figuram, & ueritatem. Sicut ergo alia est lex, sic & eius minister, alia sunt sacram, alius sacrorum dispen-

dispensator. Alia est Synagoga, alia est ecclesia. Quæ adeo ab omnibus sunt confessa, ut ea negare insipientis sit.

7 *Sacerdos est quilibet Christianus. Luth. Centuriatores.* HAERET. Non perceperunt Magdeburgenses mentem D. Petr. 1. ca. 2. Vos estis genus electum Regale sacerdotium gens sancta, populus acquisitionis, qui Hebreis loquebatur, & hinc falso concludunt, quòd ex Baptismo omnes simus sacerdotes, & non aliundè, quod commentitium est, ex Baptismo enim sumus Christiani, sed ex ordinatione sacerdotes. & si lex uetus dicit, solam Leui tribum sacrorũ ministerio dedicatam, cuius summus sacerdos sacris uestibus ornatus erat, atque oleo perunctus, ut Exod 28. & 29 dicitur. Illi licitum erat, tantum semel in anno intrare in Sancta Sanctorum, ut D. Paul. ad Heb. 9. scribit. Quare non erunt in noua lege constituti speciales Sacerdotes, elegit Petrum, & Andream: & D. Paul. ait. 1. Corin. 4. Sic nos existimet Homo: quomodo ergo non agnoscant Hierarchiam in ecclesia, quam Diony. & alii omnes tanti faciũt. Tale enim fuit hæreticorum ingenium, ut animos demulcerent, & contra sedẽ Apostolicam omnes concitarent, & persuaderent omnes esse æquales, neque Sacerdotes laicis præcellere, neque agricolis Episcopos, neque Papam bubulco, quæ nec infideles audire possunt.

8 *Sacerdotes plures possunt nè simul eandem hostiã consecrare?* Quoniam à multis tãquã scitu dignum hoc discutitur, hic paucis exponere non erit frustra. Et multis probatur pars affirmatiua, quia in ordinatione Sacerdotis omnes cũ Episcopo cõsecrant. At multi è contra negant, inter quos Dur. Caiet. & Sotus. 4. distin. 13. q. 1. art. 2. qui sic dicit. Debent ergo dicere, quàm maximè possunt cum Episcopo, & omnes, qui eodẽ instanti uerba perficiunt, licèt non eodem momento inceperint citra dubiũ verè consecrant. Si verò aliquis ante prolationẽ formæ absoluat, quàm Episcopus, vel postea tunc est dubium; vtrum omnes consecrẽt. Et D. Caiet. 3. p. q. 82. ar. 2. dicit, ꝙ non consecrant, sed noui sacerdotes loquuntur, sed solus Episcopus cõsecrat, nec adoratur, donec Episcopus consecrauerit. Dur. etiã arbitratur rem periculosam hãc Sacerdotũ concelebrationem, & potius esse abolẽdã. At D. Th. & Inno. uidẽtur dicere, quod possint. Quia dũ ordinãtur cõcelebrãt epo. Et oĩum intẽtiones referũtur ad idẽ instãs, in quo cõsecrat eps. Et rõne hoc suadeo. Nã si nõ consecrãt, quia non habẽt potestatẽ, uel nõ habẽt intentionẽ. Neutrũ põt dici nã authoritas est eis collata, & iã sunt, alias ad quid proferunt illa uerba, vtũtur sacris vestibus: intẽtionem ẽt habent, quare ergo non cõsecrant. Attendant ergo sacerdotes, & inuigilet Archidiaconus super hoc, ut dum incipit episcopus, & ipsi simul dicant.

9 *Sacerdos malus si celebret, si vult potest non sumere Eucharistiam. Luth.* HAER. Si Iudas adhuc malus sacramẽtũ suscepit, debet & sacerdos cõficere quæ cępit, vt ex Cõci. Tol. dicitur de cõsecr. c. relatũ. Modis oĩbus tenẽdũ est, vt quotiescũq; sacrificans corpus Christi, & sanguinẽ Dñi N. Iesu Christi, in altari imolat, toties perceptionis corporis, & sanguinis Christi participẽ se pbeat. & in Cõci. Tri. sess. 22. can. 8. statutũ est. Si qs dixerit Missas, in quibus sacerdos sacramẽ taliter cõicat, illicitas esse. Anathẽma sit.

10 *Sacerdos malus non potest Eucharistiam consecrare.* Vuitc. Luth. HAER. Pluries hoc confutauimus, & huic simile Armachanus dixit: quod per mortale delictum potestas deperditur. Falsum ergo est, quia & mali Sacerdotes habent usum Clauium, vt verbo Minister ex Concil. Triden. & patribus probatum est. & Sotus 4. dist. 1. q. 5. artic. 5. post alios scribit.

11 *Nec sacerdos malus debet à plebe argui, nũquã enim oues cõtra Pastorẽ, nec manus cõtra caput.* Vt Bah. Impe. dicit in orone ad 8. Synodũ.

12 *Sacerdotis mali Missa, non ualet quantum boni.* HAER. Sacerdos, ut in persona ecclesiæ sacrificat, & mysteriũ passionis Christi repręsentans tã bonus, quàm malus sunt eiusdẽ valoris eorum sacrificia, ut uerò ex particulari deuotione aliquas orationes dici, sic boni ministri Missa maioris est meriti. Hoc commune est Doctorum dictum. Caus. 1. q. 1. Ipsi sacerdotes.

13 *Sacerdos degradatus, excommunicatus potest consecrare.* HAER. Habẽt quidẽ characterẽ, at sum clauium, vel ꝙ licitè uti possint negamus, & peccãt, quia nõ utũtur secũdũ ordinẽ ecclesiæ. de conse. distin. 4. c. Romanus. & scholastici omnes. D. Th. 3. p. q. 82. 7.

14 *Sacerdotis mali Missas audire uel ei eleemosinas elargiri non licet.* TEM. Sit sacerdos,

 quem

quem certò scio cum concubina nocte cōcubuisse occurrat dies festus: possum ne uitare eius missam, uel debeo audire? Hoc disputatur a D. Tho. 3. p. q. 82. 9. & habet fundamentum. dist. 32. C. Nullus, quia inquit communicat cum peccato. Et doctrina D. Tho. est declarata in Concil. Constantiensi, ut D. Anton. Et Caiet. Sotus. 4. dist. 13. q. 1. art. 9. Et Franc. de Vict. in summa sacramentorum. Quod tunc non licèt audire, quando est excommunicatus ex percussione Clerici, uel nominatim denunciatus. Et hanc ueritatem his assertis explico. Non licèt a præcisis si sint hæretici uel schismatici audire Missam quia sunt extra ecclesiā. secundum. A sacerdote publico peccatore ac notorio, notorietate facti, ita ut tergiuersari non possit, & per iudicem condemnatus non possumus audire Missam, quia participes sumus delicti & facit contra obediētiā Ecclesiæ, qui ab eo suscipit sacra. tertium dictum. Si sacerdos malus ab Ecclesia tolleratur possumus eius Missam audire, quàm diu ab Ecclesia tolleratur quoniā Ecclesia permittente utimur nostro iure. Hoc ex Concil. Trid. confirmatur. sess. 22. decreto de obseruandis & euitādis in Missa dicens. Neminem præterea, qui pullice & notorie criminosus sit aut Sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittat. Hæc ex locis superioribus.

15 *Sacerdos uagus ignotus potest ubique celebrare sine sui superioris licentia.* ERRON. Dānatur hic sacerdos in Conci. Calced. c. 12. Et habetur distin. 17. cap. Extraneo Clero. Vbi dicitur, quòd sacerdos sine literis proprij Episcopi alibi non ministret. Et Trid. loco superiore.

16 *Sacerdos non peccat, etiam, quòd nunquàm celebret.* TEM. Et si aliquis sit sacerdos qui non habeat animarum curam, tenetur tamen diebus præcipuis celebrare. De quo D. Pau. 2. Corin. 6. Hortamur uos nè in uacuum gratiam Dei recipiatis. Et. 2. Mach. 4. dicitur, quòd circa altaris officia dediti erant, contempto templo & sacrificiis neglectis. Et Doctores omnes.

17 *Sacerdos malus non est uerè sacerdos.* Vut. HAER. Hæc in suo simili condemnata est, in Concilio Constantien. contra Vuitl. Et uerbo minister. Dicta uerò patrum, quę hęretici ad peruersa dogmata confirmanda adducunt. Vt ex operæ imperf. Hom. 53. Vbi uidetur dicere, quòd saderdotes mali, & Diaconi non esse à Deo ordinatos, sed ab hominibus. Et ex Clem. lib. 8. const. ca. pri. Quod Episcopi, & præsbyteri mortali peccato astricti non sint amplius Episcopi & sacerdotes. Quæ omnia non ita accipienda sunt, quasi potestatem amittant mali sacerdotes, sed quia eorum munera, ut à peccatoribus proueniunt non sunt Deo grata, sicut & Fęstorum solemnitas si tripudijs uacent, quia ergo eorum munera non probantur Deo, ideò dicuntur esse ab hominibus, non à Deo ordinati. Et huic simile dicit. D. Hierony. ad Gal. quoniam ex praua officii administratione non sunt quales Deus exigit.

18 *Sacerdos dum absoluit, non uerè peccata dimittit.* Luth. Multa uerbo absolutio diximus, hic recolo hunc errorem in Concil. Constantiensi esse damnatum.

19 *Sacerdos potest pro arbitratu absoluere, ac pænitentiam imponere.* HAERET. Impijssima esset Tyrannidis, vt sacerdos dispenset ad libitum sacramenta sicut ergo non potèst absoluere obstinatum, sic iuxta qualitatem criminum, ac contritionem debet pœnitentias taxare, non pro suo arbitratu. Hoc confirmatur de pœnitentia dist. 6 ca. Falsas. ubi Gregorius ait. Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum authoritatem sanctorum patrū, pro qualitate criminis imponūtur. Ideò datus fuit Spiritus Sanctus Ioan. 20. & Petro dictum. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt nec reuelauit tibi, sic interpraetatur D. Hieron. Matth. 19. Et ex canonibus antiquis habemus iuxta criminum exigentiam prefixas pœnitentias.

20 *Potest aliquando reuelare Confessionem.* ERRON. Periret merito mandatum de confessione, si sub sigillo conseruanda non essent, & cum homo fugiat, ac ceruicem excutiat ab hoc iugo, si retinenda non sunt, quæ nobis explicantur pauci, & quàm raro reperientur, qui fidenter sua confiteantur. Addè, quòd natura suadet, ut nobis secreto reuelata, etiam oculte seruentur. Et si non fallor errauit Panorm. quod confessor possit reuelare mortem Pontificis, uel Regis, humanis enim humanis remediis subueniendum. Nam non potest reuelare impedimenta, ut obstinatio, quia sunt partes sacramenti. Fugiamus etiam errorem

Ange-

Angelicæ, sequentis Panorm. D. Thom. uerò Scot. Palud. dicunt, quòd nullo casu etiam infectionis hæresis potest reuelare, quæ scit in confessione. Nec quærimus. Vtrum peccet, qui scit aliqua in confessione post confessionem tentat prælatus ea scire, ut consulet animarum saluti, nam si finis bonus ipsum quoque bonum, quæ regula certissima in non malis, inquit, Caie. in opus: de his supra.

21 *Sacerdos propter necessitatem infirmi, potest non ieiunus consecrare, sine uestibus, sine Missa sed uerbis tantum cõsecrationis.* ERRON. Cuiusdam fuit hæc opinio, quæ falsa est. Si enim potest panem sine sanguine consecrare, hoc esset dimidiare sacramentum. Rursum, sacerdoti licebit conficere, & nõ sumere, quòd est sacrilegum, de conf. dist. 2. cap. Sicut, & ca. Comperimus. Demum, quòd ieiunus quis consecret est statutum, repræhendit etiam Pal. hanc sententiam. 4. dist. 8. q. 2.

22 *Sacerdos potest nè supplere defectum sacerdotis celebrantis?* Decretum est in Concil. Tolet. ut habetur. 7. q. 1. c. Nihil. Quod consecrato corpore, & etiam sanguine, aliquo casu superuenienti si sacerdos, qui consecrabat conficere nõ potuit, tunc alius prosequatur: sic enim optimè consuluit Ecclesia, nè tantum imperfectum esset sacramentum.

23 *Sacerdotibus tempore Apostolorum fuit nè licitum, uel permissum uxores retinere?* Rem hanc superius uerbo Castitas, & Clericus ex patribus definiuimus, & secundum eorum sententiam eorum propria uerba exscribendo, quæ uera iudicauimus. Modo & iuxta aliorum placita (non enim hanc, uel illam damno opinionem) dicemus, ꝙ licitum fuit illis, qui antequàm ad sacerdotium promouerentur haberent uxores, ut cum eis habitare possint, & hoc probat ex uerbis D. Pauli. oportet Episcopum esse unius uxoris uirum. Et ex Græcorum more.

24 *Sacerdos potest ducere uxorem* HAERE. Castitatem esse seruandam ab omnibus, qui altari deseruiunt demonstrauimus aliàs. Iterum si placet alia audiamus contra Erasmum, & Panorm. de cleri: Coniug. ca. cum olim. Qui dicit consultum iri Ecclesiæ si sacerdotibus abstinere nolentibus facultas fieret uxores sibi associandas quia cum quotidie illicito coitu maculentur facere Ecclesia deberet ut bonus Medicus, qui dum uidet medicinam potius officere, quàm prodesse tollit. His non obstantibus dicendum est ex sacrorum Canonum santionibus quod sine castitate non seruatur uera effigies sacerdotum. Nam sacerdos Ecclesiæ copulatur, & propter eam relinquit patrem, & matrem, & uxorem. Hoc figuratum fuit de pane quo uesci non poterant, nisi mundi ab uxoribus. 1. Regũ. 21. Et agnus non poterat commedi, nisi succintis renibus. Figurauit etiam hoc facies, & femoralia linea ut operiant carnem turpitudinis suæ à renibus usque ad femora, ut dicitur Exo. 28. Hoc præcepit Dominus Apostolis. Luc. 12. sint lumbi uestri precincti. Canon 27. Apostolorum. In nuptiis autem, qui ad clerum prouecti sunt præcipimus, ut si uoluerint uxores accipiant, sed Lectores Cantoresq;, tantummodo. Hæc Canon. Et patres communi assensu in Concilio Niceno. Vbi Græcis permissum fuit. Vt uxorati assumerentur ad sacerdotium, at sacerdos uxorem ducere non potest. Basil. ad Virg. lapsam. B. Amb. de eadem. cap. 5. Episcopus. her. 61. Aug. psal. 5. Chrysost. epistola. 6. Hier. contra uigil. & lib. 1. cont. Ioua. Bern. ser. 65. in can. Leo epistola. 92.

Obiectiones Hæreticorum.

Demonstrant Lutherani hanc hæresim. Primo, quia castitas, sicut omne aliud opus bonũ nõ debet esse coacta, qualis est in sacerdotibus. Respondeo, ꝙ Ecclesia neminem cogit ad suscipiendos ordines, nec ad ingressum religionis, sed ius suum cuique relinquit. At ideò ex nobis sunt uota.

Secundo, melius est nubere, quam vri, ut docet D. Pau. 1. Cor. 17. ergo & Sacerdotibus, nam absolutè loquitur. Respondeo, ꝙ sensus, ꝙ melius est nubere, q̃ superari à carne. Non tamen omnis, qui tentatur superatur, ut de D. Paulo habemus. Melius est tentatione superare, nam virtus in infirmitate perficitur.

Tertiò impossibile est perpetuò cœlibem uitam ducere. Respondeo, ꝙ D. Paulo dictum fuit, Sufficit tibi gratia mea, & quod uiribus nostris impossibile est, hoc Dei gratia assequimur. Nec omnes capiunt verbum hoc, ut Saluator dixit. Mat. 19.

Quarto, D. Pau. scribit. 1. Corin. 7. Propter

fornicationem vnusquisque uxorem suam habeat, ergo & sacerdos, quia est propositio uniuersalis.

Respondeo, quòd loquitur de laicis. Nam alibi præcipit Diaconis, & aliis esse continentis, ut modo exponam.

25 *Sacerdos occidentalis, uel orientalis Ecclesiæ potest nè contrahere matrimonium authoritate Papę?* Ex doctrina D. Tho. dicendum est quòd uotum continentiæ non est adeo annexum ordini sacro, quin non possit per Papam dispensari, sed ordo, & cõtinentia sunt ex statuto ecclesiæ, ideo potest dispensari. 2. 2. q. 88. art. 11. Cui Caiet. subscribit, in opusc. quòd potest in casu necessitatis, sicut possumus calicē bibere, & Dauid comedit panes propositionis. Et de Rege Aragoniæ legimus dispensatum fuisse. Rursum de constantia cum Moniale, & sexagenaria dicitur, quòd fuit dispensatum à Celestino Tertio. Innocentius Tertius, qui Celestino successit, dixit. Quod non possit Monachus suscipere uxorem, ut habetur ext. de statu Monachorum. c. cum ad monasterium. Et interpretatur, quòd Monacho existente Monacho accipere possit uxoré, & quòd hæc duo simul non possunt, at potest statum Monachalem cum omnibus annexis separare. Et non tantum de sacerdote, sed de professo in Religione tenet Caiet. & quòd textus iste in quo D. Thom. fundat suam opinionem, ꝙ sacerdos possit dispensari, at non religiosus, est interpretandus stante Religioso. Et hanc sententiá sequuntur, quàm plurimi. At ex antiquis patribus aliter est sentiendum. Ná Clem. episto. 2. ex præcepto D. Petri, ut habetur ex exemplo Vaticano, dixit. Ministri altaris, siue Diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem suá coniuges reliquerunt. Hoc Canon. S. Apostolorum uetat, ut ante ordinationem suam relinquat, & uxor in ordinatione mariti assentiat. Concilium Carthagi. secundum tempore Syriaci Papæ. cap. 2. dicit. Omnibus placet, ut Episcopi, præsbyteri, & Diaconi, qui sacra contrectant pudicitiæ custodes etiam ab uxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est placet, ut in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur. tom. 1. pagi. 424. Concil. Turoné. primum circa tempora Leonis, c. 1. sic determinat. Si enim uniuersis fidelibus secundum Apostolicam doctrinam (hæc uerba attendant aduersari) castitas custodienda indicitur. 1. Cor. 7. c. Vt qui habent uxores, sint quasi non habentes, quantò magis sacerdotes Dei, ac Leuitæ Diuino mancipati altario custodire debent, ut non solum cordis, uerum etiam corporis puritatem seruantes pro plebe supplicaturi preces illorum ad Diuinum mereantur introire auditum. Synodus secunda Arelat. Canonem Concil. Niceni sequens ait. Si quis de Clericis à gradu Diaconatus in solatio suo mulierem præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, uel conuersam uxoré à communione alienus habeatur.

De minoribus uerò Clericis liberos relinquit Nicena Synodus: consonant quæ docet D. Amb. ad Ecclesiam Vercell. Episcopo Carentem. Apostolus (inquit) qui vnius vxoris uirum præcipit esse, non quo exortem excludat coniugii, nam hoc supra legem præcepti est, sed ut coniugali castimonia seruet ablutionis suæ gratiam, nec ut iterum filios in sacerdotio creare Apostolica innitetur auctoritate, habentem enim dixit, & non facientem. Basil. ad Gregor. Presbyterum hoc idem affirmat. Hoc suadent uerba D. Pauli dum scribit Episcopú debere esse nè dum sobrium, sed pudicú, & continentem, & hoc importat continentia.

26 *Sacerdotes hæretici atque præcisi cõferunt nè uera sacramenta?* Varia sunt sanctorum placita in hac re, quæ tangit magister. 4. disti. 24. & D. Tho.

Prima, quòd hæretici, & præcisi non conferunt sacramenta, quæ reprobatur.

Alia, quòd possunt, si seruant Ecclesiæ formam, & intentionem, & quo ad primum effectum, qui est collatio sacramenti, & quo ad ultimum qui est collatio gratiæ. Quod an sit uerum, quòd conferat gratiá non uidæo, non præcisus ab Ecclesia non potest gratiam conferrè & qui communicat cum hæreticis peccat, quomodo ergo poterit gratiam cõsequi, nisi forte in baptismo & articulo necessitatis. Aliorum est sententia, quòd hæretici sacramenta conferunt at non gratiá non propter sacramẽtorũ inefficacem uirtuté, sed ex suscipientium indispositioné. Et hoc vł Anastasius. Tur. Crem. li. 2. de ecclesia. capit. 112. ad 8.

27 *Sacerdotes oẽs sunt æquales quo ad Iurisdictionem.*

nem. Aerius. HER. Damnata est in superioribus, ubi probatum fuit, primum locum esse Romani Pontificis, & quòd episcopus sit sacerdote superior.

28 *Sacerdotes, qui non sunt sectæ Beguinorum, & Begardorum carent omni authoritate.* HAER. opus & tẽpus luderẽ sit fusius hãc hæresim confutarem, quæ similis est Donatistis, qui affirmabant apud eos tantum esse ecclesiam. Scribit contra hanc direct. 2. p. q. 8. nu. 12. & q. 16. nu. 2.

29 *Sacerdos quilibet episcopo absente, potest episcopale munus exercere. Armachna^o.* HAER. Non esset uera inter eos distinctio, nec in ecclesia ordo Hyerarchiæ, si sacerdos posset quæ sunt episcoporum propria munera. Contra hanc est Concil. Hispal. 2. ca. 5. & Trid. sess. 23. can. 7. & Thom. Vuald. lib. de sacramentis. tit. 7.

30 *Sacerdotes succedunt loco Apostolorum.* HAER. Hoc de episcopis probatum est, in superioribus verbo episcopus; & cum simplex sacerdos non sit equalis potestatis, nec episcopus, non poterit etiam loco eorum succedere. Hæc de sacerdote potiora confutanda dijudicaui.

Sacramenta.

Sacramenta non sunt signa. HAER. Ex cõmuni sacramentorum definitione ab omnib. approbata scholasticis, demonstratur falsitas; & Concil. Trid. sess. 7. Can. 6. de sacramentis. Bern. in serm. de Cena Dñi sacramentum dicitur sacrum signum, siue sacrum secretum, & Paulo post. Appropinquans passioni Dominus de Gratia sua inuestire curauit suos, ut inuisibilis gratię signo aliquo uisibile præstaretur. D. Augu. lib. x. de Ciuit. Dei cap. 5. sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificii sacramentum est, idest sacrum signum est. & lib. de Cathechizandis rudibus. cap. 26. Cum ei bene commendatum fuerit, signacula quidem rerũ diuinarum esse uisibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorari.

2 *Sacramenta non constant ex rebus sensibilibus.* HAER. Concil. Flor. in doctrina de sacramentis, sic definit. Hæc omnia sacramẽta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquàm materia, verbis, tanquàm forma, & persona ministri conferentis sacramentũ, cum intentione faciendi, ꝙ facit ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur sacramentum. Dyonis. de cel. hier. cap. 1. dicit ꝙ inter cęlestem, & terrestrem Hyerarchiam hæc est differẽtia quod illa ex reb. intelligibilibus, hæc ex sensibilib. cõstat.

3 *Sacramenta non sunt necessaria ad salutem, saltem in Voto.* HAER. Docuit solus Biel^c quod sacramenta sunt necessaria ad salutem necessitate consequentis, quia scilicet Deus ordinauit; quod ideo verũ est, quia diuina uirtus, non est alligata sacramẽtis. At sunt absolute necessaria, & oportet nos nasci denuo. Scribit D. Basil. de hoc, Hom. 13. ex homelijs variorum argumentorum, ubi hortatur ad Baptismum. Et Concil. Trid. sess. 7. Can. 4.

4 *Sacramenta ante peccatum Adæ erant necessaria.* HAER. Vbi nullus morbus, nec medicina opus, nec valentibus, sed egrotis est medicus necessarius, ut docet saluator.

5 *Sacramenta fuerunt ne statim post peccatum?* Non video quod pugnet cum fide affirmare, quod statim post peccatum fuerit sacramentum, non eius virtutis, vt nostra sunt, nec gratiam conferebant, sed figura Christi venturi, quo homines hunc aduentum protestarentur. Tum etiam, quia sunt Religionis indicia quo quisq; eam profitetur.

6 *Sacramenta non habent uirtutem a Passione Christi.* HAER. Huius contrarium habemus ex Concil. Flo. vbi supra dicente. Sacramenta ueteris legis, non causabant gratiam, sed eam solũ, per passionem Christi dandam figurabant. Hæc vero nostra, & continent gratiam, & ipsam digne suscipiẽtibus conferunt.

7 *Sacramenta noue legis, non continent, & conferunt gratiam digne suscipienti. Armeni.* HAER. Ne dum in Florent. synodo, sed Tridentina damnatur hæc heresis. Can. 6. & 8. Gratia, & ueritas, per Iesum Christũ facta est. Ioan. 1.

8 *Sacramẽta nouæ legis, non sunt septè.* HAER. Huc vsq; ecclesia Christi spõsa semp docuit esse septẽ sacramẽta. Baptismus, confirmatio, Eucharistia, pœnitentia; Extrema Vnctio, ordo, matrimoniũ, sic enumerat Concil. Flor. & Concil. Constantiense sess. 15. damnat eos, q male sentiũt de sacamentis ecclesiæ. Concil. Trid. sess. 7. Can. 1. Quæ licet sub eijsdem verbis non sint in sacris literis, tamen constat de re ipsa; ut Chrisost. Homil. 4. in secundum caput

posterioris ad Thessalon. & D. Aug. lib. 19. contra Faustum. cap. 11. & 16. & tract. 80. in Ioannem.

9 *Sacramenta nouæ legis ex eo tantum differũt, quia illa sunt cæremoniæ.* HAERE. Antiqua sacramenta, si quæ erant præter circuncisionem, non conferebant gratiam, sicut nostra, hinc & Conc. Trid. damnat hoc dictum. sess. 7. can. 2.

30 *Sacramenta nouæ legis sunt paria, nec vnum alio nobilius est.* HAERET. Eucharistia continet rem, & sacramentum, atq; ideo nobilior cæteris erit. Rursum sacerdos nobilior est eo, qui matrimonio iunctus est. Concil. can. 3.

31 *Sacramenta sunt instituta tantum ad fidem nutriendam.* HAER. Meritò Conci. can. 5. reprobat hanc propositionem: alii enim sunt effectus sacramentorum.

32 *Sacramenta aliqua non imprimunt characterem.* HAERET. Licèt supra confutata sit, hic tamen reuoco ad memoriam damnatam esse hanc hæresim in Flor. & Tridẽ. Conci. can. 8.

33 *In sacramẽtis sunt supfluæ cæremoniæ.* HAERET. De cęremoniis, ac earum origine scripsimus suo loco, & Concil. Triden. 51. Cano. vlt.

34 *Sacramenta administrata ab hæreticis (citra necessitatis articulum) conferunt gratiam.* ERRON. Quid conferant hæretici diximus verbo sacerdos: extra ecclesiam enim nulla est salus, alioquin hæretici salui erunt, vel si nõ saluantur, nec sua sacramenta conferunt gratiam.

35 *Sacramenta omnia non sunt à Christo instituta, sed aliqua ab ecclesia. Luth.* HAER. De vnoquoque sacramento proprio loco scribentes ex litteris sacris probauimus: quod nec tacuit Concil. Trid. sess. 7. can. 1.

Sacrificium.

Sacrificium nullum est in sacra euangelica lege. Caluinus. HAER. Non solum Caluinus, & perfidus Bucerus lib. 2. de vera, & falsa Domini cœna cap. verum, & alij negant verum sacrificium esse in ecclesia. Aduersus eos sunt verba Dauidis. Immola Deo sacrificium laudis, immo saluatur. Accepto pane gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & comedite. Confirmatur ex Apostolica traditione, vt ait Epiph. cont. hęr. 3. & Chrisost. ad popu. Antio. Conci. Cambilonense hoc docuit, de consecr. dist. 1. c. visum est. Flor. & Triden. sessi. 22. Patres hoc scriptum reliquerunt. Cypr. lib. 1. epist. 9. dicit esse sacrificium iniquitatum expiatiuum. Ambros. lib. 2. ad Faustum, episto. 8. Aug. de Cura pro mort. agen. ca. 1. & de hære. c. 53. & in Enchyr. cap. 110. Theoph. c. 8. ad Heb. dicit esse in remissionem peccatorum. Euseb. vocat redemptionis oblationem. Damas. omnis sordis expiationem. Greg. 4. dial. c. 55. ait animas adiuuari hoc sacrificio. Scholastici omnes. Et ratione roboratur. Sacerdos Melchisedech obtulit panem, & uinum, ergo & nos aliquid offerimus. sic probat D. Cypr. de cœna Domini in principio, & D. Tho in officio.

Secundò. Est sacerdos in nostra lege, ergo debet offerre: quia in hoc est sacerdos, vt sacrificium offerat, vt scribit D. Paul. ad Heb. 5.

Tertiò. Hoc facite in meam commemorationem: ergo remanet aliquid faciendum.

Quartò. Remanet pœna post culpam: ergo aliquid offerendũ pro ea, alioquim Deus remedia non reliquisset. Ad sacrificiũ conseruandum Apostoli, cano. 3. statuerunt de non offerendis in altari, vt verbo missa diximus.

His positis probationibus aliqua etiã præmitto pro argumentorum solutione. Et primum. Quod sacrificium est quasi sacrũ factũ, & quòd sacrificare est actus religionis, qui soli Deo conuenit, vt D. August. probat, cont. aduer. leg. & proph. li. 1. c. 18. & ciuit. li. 10. c. 4.

Secundò præmitto, quòd sacrificium differt ab opere sacro, & sacris cæremoniis. Nam sacramenta sunt opus sacramẽti, & non sacrificium, vt dicitur in Concil. Flor. Itẽ, alias leges habemus in veteri lege de sacrificio, & alijs ritibus.

Tertiò præmitto, quòd in sacrificio debet esse hostia quæ per sanguinẽ, vel per ignẽ, aut alio modo conficitur.

Quartò, nec ipsa Eucharistia dum seruatur in prixide est sacrificium, nam oblatio est de ratione sacrificii, vt ad Heb. 5. & 7. c. dicitur.

Quintò præmitto, quòd nõ omnis oblatio est sacrificium, sed oblatio est quando integra offertur, & quando sacerdos nihil facit, & dicitur donum, & munus: sacrificiũ uerò

verò est, quādo diuiditur, crematur, si thus ardet, si frumentum conteritur, & quando sacerdos circa illud aliquid faciebat, quoniam quoadmodo res sacra conficiebatur. Vt docet Chriso. hom. 18. in epist. ad heb. & D. Th. 2. 2. q. 85. 3. 3.

Sextò præmitto, quòd sacrificium offerebatur non solum pro peccato, sed pro supplicatione, vt prosperitas uitæ haberetur, quale fuit sacrificium Iacob, Gen. 24 & in Prou. c. 7. de muliere. Victimas pro salute deuoui. Rursus, Leu. 7. post sacrificium pro peccato hostiæ pacificæ in duas species distribuuntur, vt aliæ sint gratiarū actiones, aliæ spontè pro Deo exorando. Aliud fortasse fuit, vt fuso sanguine, fœdus cum Deo sanciretur, vt dicitur Exod. 24. & quarti Reg. 23.

Omitto sacrificium pro cōseruatione Pontificis, Leui. 7. plura alia erant in veteri lege sacrificia. Demū præmitto, quòd sacrificium accipitur pro re, quæ Domino offertur, vt ad Hebr. 5.

Secundò pro actione sacrificandi. 2. 2. quæ. 85. 3. Ita Eucharistiæ sacrificium duob. modis. Est enim sacrificium externum specierum panis, & uini. Est etiam sacramētum ipsum sub speciebus panis, & vini intra species inclusum, & occultum. Ex his obiectiones quàm plurimę hæreticorum soluuntur.

Obiectiones Caluinistæ.

Impugnāt primò sacrificii definitionē. Nam in sacrificio satis est gratiarum actio. sacrificium laudis. Psal. 49. Item D. Paul. Obsecro uos, &c. vt exhibeatis corpora vestra.

Tertiò Dauid dixit. Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Quartò. Beneficientiæ, &c. Talibus enim hostijs promeretur Deus: ergo satis est gratiarū actio in sacrificio, nec exigitur, quod aliquid offeratur.

Respondeo paucis his omnibus simul præmisso, quòd sacrificium bifariam sumi potest. Primò propriè. Secundò translatè, vel per tropum, & metaphoram.

Primo modo loquimur nos, at secūdo modo adductę authoritates. Quintò arguunt. Non habēt necessitatem quotidie offerendi inquit D. Paul. ad Heb. 7. ergo non remanet verum sacrificium. Respondeo, quòd unica oblatione præstitit Christus, quòd alij nunquam fecerunt. Atque ideo nostri Sacerdotes ab illis Moysis differunt.

Primò, quia nullus erat alterius Vicarius, sed omnis pro se offerebat, non alterius nomine. At nos Christi nomine.

Secundò illi offerebant plures hostias, at nostri vnicam tantum, ideo vnica dicitur vna.

Tertiò illi hostiam offerre poterant, quæ Deo non placebat, vt de Cayno, & nihil cōsequebantur, quia erant peccatores. At nos etiam peccatores nihil detrimenti ecclesiæ reportamus, sed nostrum tantū exitium paramus.

Sextò. Sacerdos debet esse à Deo vocatus tanquam Aaron, inquit D. Paul. ad Heb. 5. quales non sunt in Ecclesia. Dicitur, quòd à Deo vocantur, quotiescunque fuerūt ab Apostolis, & eorū successoribus ordinati, vt demonstraui verbo sacerdos.

Septimò. Veteres oblationes ideo repetebantur, quia erant imbecilles: at nostra nō est. ergo sat fuit illa Christi, & non remanet alia.

Respondeo, quòd non satis est, quod causa vniuersalis sit efficax, & virtuosa, sed ꝙ nobis sua virtus applicetur, vt patet de luce. sic licet fuerit sufficiens Christi oblatio, debet tamen nobis per sacrificium applicari. Hoc facite in meam commemorationem.

Octauò. Ergo nostri sacerdotes erunt legales, si quotidie remanet sacrificium offerendum.

Respondeo, quòd non sequitur, pluribus enim aliis rationibus ab illis differimus, vt supra explicaui ad quintum.

Nonò. Ergo in missa occiditur Christus, si est sacrificium.

Respondeo, quòd nō offertur à nobis, quia viuus, vel quia sanguis in corpore: sed qa corpus fuit mactatum, & in Cruce sanguis effusus: sicut ergo sacrificium est cruentū tale & nostrum, & satis est nobis, ꝙ mors Christi applicetur, quasi modo moreretꝛ.

Decimò. A patribus dicitur sacrificium incruentum, ut à Dam. Greg. Naziā. Athan. de cons. dist. 2. iteratur.

Respōdeo quòd ea ratione dicitur incruētū, quia est sine effusione sanguinis nostrū sacrificium, applicatione vero cruoris fit sacrificium nostrum, quod fuit tale, & ideo

& nostrum, quod est illius imago. Vndecimò Matt. Mar. Luc. Paul. non dicunt obtulisse sacrificiū, sed Eucharistiam distribuisse. Respondeo, quòd ex eo, quod gratias egit, optimè deducunt patres eū obtulisse. Duodecimò. Patres appellant nostrum sacrificium exemplar illius, quod in Cruce gessit.

Respódeo, quòd est figura, & ueritas. Paul. etiam ait, similitudinem esse futurorū. Petrus ait, Christū nobis in sua passione exéplum reliquisse. Non obstat ergo, quòd cū in externo sacrificio forma sit, & figura sacrificij Crucis, in sanguine, & carne, quæ sunt res inclusę, existat sacrificii veritas, ad quem sensum loquantur Sancti.

Tertiodecimo. Ergo redéptio nostra à nobis est. Hoc soluitur ex his, quæ diximus verbo redemptio.

Quartodecimo. Missa est infiniti valoris: ergo vnà sat erit pro multis. De hoc supra verbo Missa loquuti sumus.

Quintodecimo. Missa est aliud à sacrificio, & Eucharistia. Nam Eucharistia donū est cum gratiarum actione percipiendū. Sacrificium verò est precium.

Respondeo, quòd immo ista conueniunt, nam suscipimus donum, & offerimus, sicut oue olim, aut boue gratiæ agebantur, & suscipiebant donum. Et decipiūtur dū aliud putant Eucharisticum, aliud propitiatoriū sacrificium. Ratio auté, quare Eucharistia sit sacramentum, & sacrificium est, quia in illa solum continetur caro, & sanguis. Rursum in ea solū Christus, non in aliis immolatur. Sextodecimo. Remissio peccatorum fit per fidem, vt ad Rom. ait D. Pau. Respódeo, quòd in remissione peccatorum duo sunt, pœna, & culpa hæc per fidem, & charitatem, pœna per sacrificium, charitaté, & fidem alienam remittitur. Hæc sunt potiora apud Caluinum, & Bucerum.

Sancti.

Sanctos nō debemus venerari. Eustachius. HAERE. Quid absurdi sequitur, si Dei opera mirabilia veneramur, dū sanctos honoramus: nam Beata Virgo dixit. Quia fecit mihi magna, qui potens est: & eam Beata Elisabeth honorauit, dicens. Beata, quæ credidisti. Item D. Paul. ne dum seipsum, sed patres veteris testamenti imitādos proponit, probans illorum fidem, ad Heb. 11. & 1. ad Cor. 11. Imitatores mei estote. Adhuc sunt Dei amici. Ioan. 12. Iam nō dicam uos seruos, sed amicos. Hęc confirmant, quæ diximus, de adoratione imaginum.

2 *Sancti non sunt inuocādi. Lutherani.* HAER. Ne dum ex Euangelica historia habemus exemplum de Cananea, quę Apostolos inuocauit, qui Domino dixerunt. Dimitte illam, sed ex ueteri historia probat ecclesia Diuorum inuocationem. Nam Exo. 32. dicitur, quòd placatus est Dominus ad preces Moysi, qui dixit. Recordare Abraham, Isaac, Iacob seruorum tuorum. Iob, pro aliis orauit exauditus est, c. 42. qui supra c. 5. dixit. Voca si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum cōuertere. Dan. 3. Legitur quòd pueri illi tres, sic orabant. Propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Iacob sanctum tuum. Zacha. 1. legitur, quòd Angelus orat pro populo, quare, & non sancti.

3 *Sancti non orant pro nobis in cœlo.* HÆRE. In superioribus, uerbo Beati contra Græcos multa diximus pro huius cōfutatione. Nam Hiere. 15. dicitur. Si steterit Moyses, & Samuel coram me. & 2. Mach. 15. Iudas Machabæus uidit Ieremiam pro populo, & ciuitate sancta Hierusalem orantem.

4 *Sancti orando, nihil obtinent.* HAER. Si adhuc viuentes tot eorum precibus cōsequuti sumus, & beneficiis nos iuuarunt, placatus est Dominus, stetit Sol, & alia his similia, multò fortius in cœlo, quicquid orātes petunt consequentur. Si Dominus uidens Centurionis fidem sanitati seruum eius restituit, & alibi legimus, quod uidens fidem illorum dixit Paralytico. Surge, quid est, quòd iustè petentibus denegari possit, qui hortatur nos, ut oremus.

5 *Sancti nullo modo sciunt, quæ hic aguntur.* HAER. Hoc supra, uerbo Beati confutatum est. Et fuit hæresis vigilātii, cōtra quā sic ex sacris literis arguo.

Primò. Angeli uident, & gaudēt super vno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15. & 16. de Epulone dictū fuit. Recordare, quia recepisti bona in uita tua. Rursum de Ioā. Bapti. legitur, quod uiderit cogitationes Pharisæorum, quantò magis angeli uidebunt. Et 4. Reg. 6. dixit vnus seruus Regi. Nequaquam Domine mi Rex, sed Eliseus Propheta, qui est in Israel indicat Regi Israel

rael omnia verba quæcunque locutus fueris in conclaui tuo. Tob. 12. Quãdo orabas cum lachrymis, &c. Ego obtuli orationem tuam Domino. Dan. 10. Veruntamen annunciabo tibi, ꝙ expressum est in scriptura veritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Et Act. 5. Angelus Domini per noctẽ aperiens ianuas carceris, & educens eos, &c. & 12. Angelus Domini astitit, & lumen refulsit. Demum Apocaly. 8. dicitur, quòd ascendit fumus aromatum in conspectu Dei de manu Angeli. Hoc & miraculis confirmatum est, quod Sancti uideant, quæ hic aguntur. Et ab infantia ecclesiæ intercessio sanctorũ est approbata, & si non uident, quid intercedunt. Patres hoc docent. D. Augu. lib. de cura pro mortuis agenda. ca. 15. ait. Proinde fatendum est, nescire quidem mortuos quid agitur, sed dum hic agitur, postea uerò audire ab eis, qui hinc ad eos moriẽdo pergũt. Vel possunt audire ab angelis, qui sunt ad nostram custodiam deputati. Vel spiritu Dei reuelante etiam futura cognoscere, sicut prophetæ cognouerunt. Et cap. 16. Sed ideo potius intelligẽdum est, quòd per diuinam potentiam Martyres uiuorũ rebus intersunt, quoniam defuncti per naturam propriam, viuorum rebus interesse non possunt. Orig. lib. 8. cont. Celsum. Sentiunt enim, qui sint digni fauore celestis numinis, quibus non solum ipsi bene uolunt, uerum etiam dant operam, ut Deũ ei serui re uolentibus concilient, & una uobiscum precãtur. D. Cyp. serm. de mortalitate Magnus illic nos charorũ numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequẽs nos, & copiosa turba desiderat iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita.

D. Basi. hom. 20. in quadraginta Martyres. Optimi curarum socii, precum, ac votorũ inuicem suffragatores, legati apud Deum potentissimi. Et Homi. 26. de Martyre Mamante. Quot quot in hoc loco cõstituti adiutorium ipsum ad precandum habuistis, quibuscunque ex nomine aduocatus ipsis adfuit operibus, &c. Gregò. Naz. oratione in S. Cyp. Tu verò nos ab alto propitius respice, nostrumq; sermonẽ, ac uitã dirige, & sanctum ouile hoc pasce, aut una rege, ac reliqua quantum possibile est ad meliora dispone, molestosq; lupos syllabarũ, ac verborum venatores illos abige. Efrem in sermo. de sanctis Martyribus. Pro me misero peccatore ante thronũ maiestatis assistite. Chriso. hom. 23. in Matt. Ita mundum affecit animum, vt vel mortuus peccantib. posteris suis succurrerit, & loquitur de Dauide. 4. Reg. 19. & Dominus oranti Ezechiæ affuit, & Esa. dixit, ꝙ erat eum liberaturus propter Dauid. c. 37. q licet esset mortuus, merita uigent. Hoc etiam docuit hom. 42. in Gen. D. Amb. li. de viduis. Isti enim sunt sancti Dei Martyres, nostri præsules, speculatores uitæ, actuumque nostrorum. Et repetit oratione 2. in morte fratris. D. Hier. aduersus vigilantium. & in Epitaphio Paulæ viduæ in fine. Vale ò Paula, & cultoris tui vltimã senectutẽ orationib. iuua. Theodoretus Cyrensis episcopus. Hi sunt igitur uerè hominũ duces, principes, propugnatores, custodes, per quos à nobis infortunia auertuntur. Leo serm. 5. 2. in natali Apostolorum Petri, & Pauli. Si aũt hanc pietatis suæ curam omni populo Dei, sicut credendum est, vbique protendi, quãtò magis alũnis suis opẽ suam dignatur impendere. D. Ioan. Dam. li. 4. ortodo. fid. c. 16. D. Bern. in vigilia Apostolorũ Petri, & Pauli. Si enim dum huc uiueret misertus est peccatorib. & orauit pro eis, nunc tantò amplius, quãtò uerius agnoscit nostras miserias, orat pro nobis patrem. & idem scribit ser. 2. de Sancto Victore. D. Greg. li. 12. com. in Iob. c. 13. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum non est, quia quæ intus omnipotentis Dei claritatẽ uidẽt, nullo modo credendum est, quia foris fit aliquid, ꝙ ignorent, & lib. 4. Dialog. c. 33. quia in illa æterna hæreditate, omnes communi claritate Deum conspiciunt, quid est, quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt. S. Hilde. episto. 52. in fine. Cum enim teste Gregorio nihil foris fit, quòd ignorent animæ sanctorum, quæ scientem omnia sciunt, quis dicet ab eis proximum diligi? qui proximi clamores audiunt, & nunquam exaudiũt, pulsare sciunt, & aperire nesciunt. Angustis uident, & uiscera claudunt. Hactenus patres in huius erroris confutatione, qui à scholasticis omnibus exploditur.

Obiectiones.

Verum pro Vigilantij, ac hæreticorum senté tia, videtur primum esse illud, quòd Iob dixit, c. 14. D. Homo mortuus non intelliget, si nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles.

Secundo, 4. Reg. 22. C. Idcirco colligam te ad fratres tuos, & collegeris ad sepulchrũ tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum super locum istum.

Tertio est authoritas D. August. lib. de cura pro mortuis habenda, c. 13. Abraham nos nesciuit, & Israel non cognouit nos, & exẽplo matris suæ confirmat. dicens. Si rebus viuentium interessent animę mortuorum, ut de alijs taceã, me ipsum pia mater nullo modo desereret, quæ terra, marique secuta est, vt mecum uiueret. Hæc D. August.

At has obiectiones soluere facillimum est, ex eodem D. Aug. c. 14. 15. & 16. distinguendo, quòd non cognoscunt naturali cognitione, & sic dictum Iob, ac alterum ex lib. Regum exponitur, & D. Aug. Sed cognoscunt tamen, vel reuelantibus hominibus, qui hinc decedunt. Vel Angeli reuelant, qui sunt ad nostram custodiam deputati. Vel Deo reuelante, hoc est, quia dum uident Deũ, in Diuinitatis speculo circa nos sunt Deo disponente agnoscunt. D. Thom. verò par. 1. q. 89. ar. 8. interpretatur D. August. ꝙ dubitando dixit, non asserendo, ideò & addit. Vt volet accipiat, vnusquisque, quod dicam. Hæc satis.

Sancti cognoscunt nè omnia simul, uel successiuè? Scholastici digladiantur in huius solutione. Nam Scot. 3. dist. 14. q. 2. de anima Christi dicit, quod uidẽt in verbo omnia, quæ Deus cognoscit scientia uisionis, non tamen actum, sed habitũ, & sic successiuè Anima Christi uidet in verbo, hanc sequitur Maior. 4. d. 49. q. 5. Et hoc idem est de Beatis affirmandum. D. Tho. pri. par. q. 12. art. 10. dicit, quòd Beati in verbo vident omnia simul, & ante ipsum D. August. 15. de Trin. c. 16. & lib. 83. 9. q. 23. dicens, ꝙ visio animæ beatæ mensuratur æternitate participata. Ratio est, quia visio Beatorũ non uariatur, & per vnicam speciem omnia vident.

Rursus. Beatus cognoscit creaturas, ut in Diuina essentia repræsentantur. At ibi simul repræsentantur. ergo simul vident. Caiet. 3. par. q. 10. artic. 2. interpretatur, ꝙ Beatus uidet in uerbo Illa omnia, quæ pertinent ad eius statum, pro primo instãti suę beatitudinis. reliqua uerò, quæ in processu beatitudinis pertinent ad eius statũ cognoscit quidem in uerbo, non tamen formaliter, sed causaliter, idest ex uisione uerbi oritur particularis reuelatio. Dur. ante eum id docet. 4. d. 49. q. 3. ad 2. & tertium. Ferrar. 3. cont. Gent. capitu. 59. arbitratur Beatum cognoscere in primo instanti suæ beatitudinis, ea quæ actu existunt, & quæ fuerunt. Futura uerò, pro tempore quo fiunt, & successiuè. Bãnes censet ea tãtum uideri, ac cognosci à beato, quæ ad eius statum pertinent, & excipiendæ sunt semper cogitationes cordium. Et de orationibus, quas Sanctis fundimus docet Caiet. 2. 2 q. 83. 4. ꝙ simul in primo instanti suæ beatitudinis uident in uerbo omnes orationes ad ipsos fundendas.

Alij uerò dicunt, quòd hoc non est ad eorum beatitudinem necessarium, nempè, ut cognoscant omnes nostras petitiones, sed tantum causaliter cognoscunt in verbo. & addunt, quòd nullum est incõueniens affirmare, ꝙ minus beatus plura uideat singularia, quia non pertinet hoc ad beatitudinem, in quo magis beatus compensatur à Deo, quia in Diuina essentia intimius, ac perfectius alia uidet. Verum, quia similia non sunt de fide, ad grauiora minus reuotur.

6. *Sanctorum Doctorum authoritas, & exemplum nullum est in rebus fidei.* HAERE. Quanti sit ponderis Sanctorum authoritas in rebus fidei suo loco exposuimus, hic uerò pauca repetam. Primo, quòd Concil. Nicen. secundum, actione sexta, probat imaginum venerationem authoritate sanctorum. Et Concil. Calced. act. 3. in edicto Valentiniani, & Martiani Imperatorum, quas Beatiss. Leo in suis Epistolis confirmauit, statuit, ut quæ semel à Patribus definita sunt, in dubium reuocari nõ possint. D. Aug. lib. 1. cont. Iul. Pelag. c. 2. Ex authoritate Sanctorum Patrum probat peccatũ originale. Absit, ut Constantinopolitanus Ioannes de baptismate paruulorum, eorumque à paterni Chirographi liberatione per Christum, tot, ac tantis coepiscopis suis, maximeque Romano Innocentio,

Carta-

Cartaginensi Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo, Hilario, Mediolanensi resistat Ambrosio. & lib.2.in Epilogo. Talibus post Apostolos sanctæ Ecclesiæ plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus nutritoribus creuit.} Ideò prophanas uoces uestræ nouitatis expauit, &c. Ijs igitur eloquiis, & tanta authoritate Sanctorum profectò, aut sanaberis Dei misericordia donante, quod quantum tibi optem, uidet, qui faciat, aut si quod abhominor, in eadem, quæ tibi uidetur sapientia, & est magna stultitia perdurauerís, nō tu iudices quæsiturus es ubi causam tuam purges, sed ubi tot sanctos Doctores egregios, atque memorabiles Catholicæ ueritatis accuses. Ireneum, Cyprianum Reticium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, Basilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, cæterosque socios, ac particeps eorum, insuper, & uniuersam Christi Ecclesiam, Cui Diuinæ familiæ Dominica cibaria fideliter ministrātes ingenti in Domino gloria clarueruut. Hactenus D. Aug. Vincentius Lir. lib. aduersus proph. nouit. inter multa aurea dicta ostēdit ꝙ si oriatur dissidium ad patres recurrendum dicens. Tunc operam dabit, ut collatas inter se maiorum consulat interrogetq; sententias, eorū dumtaxat, qui diuersis, scilicet tēporibus, & locis, in unius tamen Ecclesiæ Catholicæ communione, & fide permanentes, magni probabiles extiterunt, & quicquid non unus, aut duo tātum, sed omnes pariter uno eodemque cō sensu apertè frequenter perseueranter tenuisse, scripsisse docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum. Hæc ibi. Demum talis est ordo Patrum in concilio, quòd non oscitāter, & casu, sed post longa studia, diutinas meditatiónes, illud decernunt, quòd patribus probatur, nec audent contra eos uenire, nisi Germaniæ nouatores. Hoc & ueteres Philosophi obseruasse, nemo ē adeò Philosophiæ exutus, qui non fateatur. Quantæ etiam authoritatis, apud omnes esse debeant, illi sancti, & doctissimi Ecclesiasticorum scripturarum interpretes, & præsertim Doctores Ecclesiæ traditum est. c.1.de rel.& Ven.sanctorum. Adhæc inter gesta Concilij Hispalensis (cui Isidorus interfuit) hæc scripta inueniuntur. Oportet nos, & Diuinis libris, & sanctorum Patrum obedire præceptis, ut habentur in c. Noua. 16.q.7. de his scribit Albanus, tertiæ par. num.60.61. 62. & 63. Nulla ergo ratione adducuntur hæretici. ut Sanctorū authoritati derogare possint, & non solū Conciliorum, patrum decisioni obsistunt, sed & Scholasticorum, qui omnia ad uiuū resecarunt, ac disputationibus rem perspicuam nobis fecerunt. Nostrum est Conciliorum adhærere decretis, & non more gigantum, cum Dijs bella gerere. Et in Concil. Trid. ad petulantia ingenia coercenda repetitum est, ut in expositione sacrarum literarum, non repugnent nostra cum patribus.

Obiectiones hæreticorum.

Hæc & superius dicta de ueneratione, & inuocatione Sanctorum impugnant. Primo vnus est mediator Dei, & hominum, homo Christus IESVS. 1.Tim.2. ergo nō Sancti.

Respondeo quòd unus, quia in unoquoq; genere datur primum, sic inter intercessores est Christus homo primus, qui interpellat pro nobis, ut ait D. Paul. ad Heb. 9. Sancti etiam apud Christum intercedunt.

Secundo, si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit uobis. Ioan.14.& act.4. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus.

Respondeo, quòd omnes orationes Sanctorum efficaciam à Christo habent, quòd Ecclesia fatetur dicens. Per Dominum nostrum IESVM Christum filiū tuum.

Tertio, merita Sanctorum sunt remunerata, imò non sunt condignæ passiones huius temporis, &c. Sic docet D.Pau.

Respondeo, quòd inter merita hoc computatur, quòd dum orant pro nobis exaudiantē est.n.hoc meritum congrui, vel exaudiuntur à Dei bonitate, quæ hic nostri curā gerit, ut statuerit unum alteri prodesse.

Quarto, Chrisost.hom.8.in Mat.ait. Si negligētes fuerimus, ac desides, nec per aliorum quidem merita possumus saluari.

Respondeo, quòd seipsum soluit. Nam non dicit, non esse pro peccatoribus orandum, sed ne nosmetipsos in ocium resoluamus, etiam nostra illis committentes, ac in corpore uiuentes.

Satis-

Satisfactio nulla exigitur pro peccatis[1]. Luthæ. HAER. Hic uideat Catholicus, quanta fuerit huius perditissimi viri imprudentia quia alibi affirmat esse tres pęnitentiæ partes, & concedit contritionem, & confessionem, sed satisfactionem negat. De qua sæpius loquuntur sacræ scripturæ.

Primo, habemus Dauidis exemplum. 2. Reg. 12. Qui ieiunauit pro peccato commisso, & ingressus seorsum iacuit super terram. Et Psal. 34. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Et psalm. 68. Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobriũ mihi. Et 3 Reg. 21. Legimus de Acab, qui scidit uestimenta, & operuit cilicio carnem suam. Adhuc de Iudit 4. expressum est exemplum. Ionæ 3. de Niniuitis hoc idem legimus. Esa. 56. Hæc dicit Dominus, Custodite iudiciũ, & facite iustitiam, quia iuxta est salus mea ut ueniat. Hier. 22. & Ezech. 18. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnib. peccatis suis, quæ operatus est. Dan. 9. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meũ rogare, & deprecare in ieiunijs, sacco, & cinere. Ex nouo testamento confirmatur. Nam Matt. 16. dicitur. Si quis vult uenire post me abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me, & Luc. 9. & 10. Veh tibi Corozain, veh tibi Betsaida, qa si in Tyro, & Sidonæ factę fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim, in cilicio, & cinere sedentes pœniterent. Et hoc prædicarunt Apostoli, & egerunt. Hoc Patres docuerunt, in serm. uel tract. de opere, & eleæmosynis. Dedit Dominus curandis, sanandisque uulnerib. remedia salutaria satisfacere pro delictis. Hieronym. in epitaphio Paulæ ad Eustochium. epistola 27. Affligendum corpus, quod multis uocauit delitiis. Chrisost. hom. 10. in capit. Matth. tertium. Neque enim sufficit ad salutem tantummodo spicula de corpore euellere, sed etiam remedia adhibere uulneribus. Deliciis ante, & temulentia diffluebas, ieiunio, & aquæ potu utrumque compensa, cura ut detrimentum, quòd ex anteactis accepisti abigas. Vidisti impudicis alienum decorem oculis? Fœminam iam omnino nè uideas maiore tactus cautiore, quo tutior post uulnera. Theodoretus in epitome Diuinorum Decretorum c. de pœnitentia. Sunt ergo medicabilia etiam, quæ post baptismum fiunt uulnera &c. Et lib. 4. hæreticarum fabularum de Audianis. Deinde confessis, donant remissionem, non tempus ad pœnitentiam, ut iubent leges Ecclesiæ præscribentes, sed sua potestate condonantes. D. Basil. in hom. de pœnitentia. D. Amb. li. 1. de pœnitentia, capitu. 16. Remissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Cognoui quosdam in pœnitentia sulcasse uultum lachrymis, exarasse continuis fletibus genas strauisse corpus suum calcandum omnibus, ieiunio ore semper, & pallido, mortis speciẽ spiranti in corpore prætulisse. Euseb. emis. hom. 5. ad Monachos. Non leui agendum est contritione, ut debita illa redimantur, quibus mors æterna debetur. D. Augus. in enchir. li. 1. c. 71. De quotidianis autem leuibus breuibusque peccatis sine quib. hæc uita non ducitur quotidiana oratio fideliũ satisfacit. c. 65. Cor contritum & humiliatum Deus nè despicias. S. Eligius. hom. 11. circa fi. Si ergo fratres carissimi de perpetratis malis Deo satisfacitis, indeque erubescentia & nõ ulterius ad perpetrata mala animo redire, &c. & inferius. Ille, qui pœnitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit condemnando scilicet, ac deflendo, quæ gessit, &c. Demum hæc est constitutio Apostolica, lib. 2. dicit Clem. Sic uos facere oportet ijs, qui dicunt agere se pœnitentiam peccatorũ, debetis præscribere eis tempus secundum rationem peccati, deinde recipere pœnitentes, ut patres filios. Ad hanc Ecclesia, & Schola uniuersa hortatur, quam summo odio persequuntur Centuriatores, ac Germania.

2 *Satisfactio potest fieri antequam remittatur culpa.* Luth. HAER. Ex ordine statuto prius culpa remittitur, ac macula deletur postea remittitur pœna debita. Et tu remisisti iniquitatem peccati mei.

3 *Satisfacere nemo potest pro pœna temporali peccatis debita.* HAER. Frustra hortarentur Sancti, imò sacræ literæ ad pœnitentiam, nisi tanti meriti esset. In uanum laborauit Dauid, quando lauabat per singulas noctes lectum suum, & lachrymis stratum rigabat. Quomodo Magdalenæ lachrimæ, Latronis gemitus exauditi fuere. Faciamus

mus ergo fructus dignos pœnitentiæ.

4 *Satisfacere pro alienis, nemo poteſt etiam quod ambo ſint amici Dei.* Luth. HAER. Affirmant Patres quamplurimi, quòd unus pro altero ſatisfacere poteſt, ſi ambo ſint amici Dei, & ſic dictum D. Paul. ad Col. 1. Interpratantur gaudeo in paſsionib. pro nobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionũ Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Rurſum. Alter alterius onera portate, ad Gal. 6. De hoc diſputant Scholaſtici. 4. d. 19.

5 *Satisfacere poteſt nè quis ſecundum Dei potentiam abſolutam?* Scotus 4. d. 15. q. 1. dicit, ꝙ ſecundum Dei potentiam abſolutam poteſt pura creatura ſatisfacere, quod an ſit uerum, nõ eſt huius loci diſſerere, hoc certum eſt, ꝙ ſi per Dei potentiam abſolutam poſſunt remitti peccata, ſic & pena.

6 *Satisfactio facta in peccato mortali eſt nè valida?* Varij ſunt Scholaſtici in hoc. Nam Sco. 4. d. 15. q. 1. negat. Duran. diſputat ad utrãque partem. D. Thom. diuerſimodè loquitur. Caiet. dicit, quòd ſatisfactio ſic facta, quo ad Eccleſiam militantem tenet, ſicut, & confeſsio informis.

Secundo, dicit, quòd apud Deum, pro peccatorum expiatione nihil ualet, quia non meretur, niſi in charitate, & etiam quia remittitur peccatum ex noua amicitia cum Deo.

Tertio dicit. Quod illa ſatisfactio tunc erit roboris, quando erit in charitate, ſed tamẽ non ſecundum ſe totum, quia non adeſt id, quod noſtrum eſt. Nam baptiſmus recedente fictione totum ſuum ſortitur effectũ, quia pendet tantum ex Deo, at ſatisfactio etiam ex nobis. At Scotus arguit. Qui accedit ad ſacramentum non peracta pœnitentia, quia ea fecit in peccato mortali, peccat, uel non ſatisfacit.

Reſpondeo, quòd non peccat, quia nõ accedit non peracta pœnitentia, niſi adſit cõtemptus, nam poteſt etiam eligere pœnitentiam in alio ſeculo.

Secundo arguit. ergo peccata iam dimiſſa redeunt. Dicitur, quòd non redit peccatum quo ad maculam, ſed remanet quo ad reatum.

Huius ſententiæ eſt Sil. & conciliat uarias opiniones, dicens, an iteranda ſit poſtquã ſine charitate facta non ualet quo ad expiationem peccati. D. Ant. 3. par. tit. 4. cap. ult. Et qui dicunt, quòd ſit iteranda intelligunt, uel iniunctam, uel æquiualentem, uel hic, uel in purgatorio. D. Thom. 4. diſt. 15. q. 1. art. 3. Armilla ſatisfactio. §. 5.

Satisfacit ne in foro pœnitentiæ faciendo, quod erat debitum? Declaro prius, & poſtea reſpondeo. Quis tenetur tempore neceſsitatis facere eleæmoſinam, uel tempore quadrageſimæ ieiunare. Si confeſſor præcipit, ut pro pœnitentia faciat eleæmoſinã, ſatisfacit ne, ſi facit eo tempore quo aliàs tenetur. Caiet. tuetur partem affirmatiuã, ſed cum grano ſalis, nempè, quod non erit ea pœnitentia ſatisfactoria pro pœna, ex ſubſtantia operis, aut iuſtitia, ſed diuina acceptatione, amicitia ac ex ui clauium. Nam eadem ſi fiat maiori charitate, erit magis ſatisfactoria. Confirmatur honoro parẽtes, quos uenerari tenetur, & mereor ex condigno uitam æternam. ergo & in ſatisfactione. Hinc confeſſor illis utitur uerbis. Quicquid boni feceris. Hic etiam adnoto, quod ſi confeſſor non præcipiat ieiunium debitum, puta quadrageſimale, id facit, quia attendit id, quod exigit iuſtitia, non quod ex amicitia prouenit. Si uerò imponit proderit uirtute clauium, & ex charitate adimpleta. Hæc Caiet in opuſc.

Scientia.

Scientia Philoſophiæ eſt Theologis perniciosa. Luth. Eraſm. Cornelius Agrippa. ERRON. Contra hæc monſtra ſunt Sanctorum exempla, de quibus Clem. Alex. li. 1. ſtrom. Et Apoſtolus dixit omnibus omnia factus ſum, 1. Cor. 8 ita Theologus, ſit Philoſophus, phyloſophis. Rurſus, docere ſe ait, in omni ſapientia, ut exhibeat hominem perfectum in Chriſto. ad Colo. 1. ſi in omni ergo & Diuina, & humana. Adhuc. Aſtitit Regina à dextris tuis, in ueſtitu deaurato, circundata uarietate. pſalm. 44. Si etiam eſſet pernicioſa, quare Deus Adamo, Chriſto, ac Salomoni indidit. Adhec Atleta, qui ſe prius non inſtruit certamine, quomodo erit coronandus uictoria. Demum Origenes huic operam nauauit. Exemplo Panthei, Herode, & aliorum ſimilium, non ergo contemnenda eſt philoſophia.

Baſil.

Basil. etiam, ut Greg. Naz. in oratione funebri affirmat huic studuit, & alii de quibus supra. De hoc habemus apud euseb. exempla, lib. 4. cap. 7. D. Aug. 18. de Ciuit. Dei cap. 31. Abeant ergo illiterati philosophiæ.

2 *Scientias omnes iuste damnare possumus. Luth. & alij.* HAER. Permittit, & hortatur ecclesia, vt studiis rerum omnium naturaliũ vacemus, quo fit ut exosculandæ sint sciæ.

3 *Scientia, non est in Deo.* HAER. D. Paul. inter alia ad Rom. 11. dicit. O altitudo sapiẽtiæ & scientiæ Dei. & quę perfectionis sunt nobilissimo modo reperiuntur in Deo.

4 *Scientia Dei non cognoscit alia a se.* HAER. Sunt omnia nuda, & aperta oculis eius, ad Heb. 4. & quomodo vniuersum gubernare posset.

5 *Scientia Dei, non cognoscit se ipsum.* HAER. Quę sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus eius. 1. Cor. 2.

6 *Scientia Dei, non comprehendit seipsum.* HAER. Quomodo esset Deus, si se, ac sua exactè non cognoscit.

7 *Scientia simplicis intelligentiæ, non cognoscit Deus, eas quæ non sunt.* HAER. Hoc confutat D. Paul. ad Rom. 4. qui uocat ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt.

8 *Scientia Dei, non cognoscit mala.* HAER. Docuit Salomon. Prou. 16. quod infernus, & perditio coram Deo.

9 *Scientia Dei, non cognoscit singularia. Auerroes.* HAER. Ne dum ex sacris literis demonstratur eius error, quia Deus est iudex omnium, & quia dat escam omni carni & capilli capitis nostri omnes numerati sunt. Verum & ratio suadet, nam Deus est princeps, qui optime omnia mundanæ reipublicæ debet administrare ac regere quæ si non cognosceret, decipi contingeret, quòd de Deo nemo nisi insipiens affirmare audebit.

10 *Scientia Dei, non est futurorum.* HAER. Hoc proprium Dei est, cui omnia patent, ac præsentia sunt. De quo D. Aug. 12. de Ciuit. Dei. cap. 18. Hic ergo intelligit omnia opera eorum.

11 *Scientia Dei non cognoscit cogitationes cordium.* HAER. Quod nec istæ sint Deo absconditę docuit Hier. x. prauum est cor hominis. & c. & psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam uanæ sunt.

12 *Scientia Dei est variabilis.* HAER. Quoniã ea quæ Deo attribuimus Deus sunt, & ipse inuariabilis existens, profecto & scientia eius. De quo D. Iacob. 1. Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio.

13 *Scientia nun est armis nobilior.* HAER. Sepius cõtingit de hoc loqui, & multi, qui nec quid loquantur attendunt, armis primas sedes dant; quod certe pugnant ne dum cum uniuersa phylosophia, quam isti tanquàm in propria causa iudicem repellunt, sed cum ratione naturali, & cum nostræ religionis principijs. Et qui hunc tuetur errorem, nescit quomodo Christiana fides, non armis, sed literis est propagata. Virtutes, ac scientias esse in ecclesia noluit Christus, imo fuit eis armatus, at non armis, sed arma militiæ nostræ, non sunt carnalia, sed spiritualia inquit D. Paulus Gladium spiritus, scutum fidei. Demũ docuit Christus, non bellũ aliquod gessit ad, quid ergo arma dicenda sunt præstantiora. Hęc certa sunt ex euangelio, at Maumethana secta armis Imperium usurpauit.

Scriptura.

Scripturæ sacræ libri, non sunt determinati. HAER. Anabatistæ multa negant, & multa confundunt, quæ sunt aperta ac certa tot seculis confirmata ab ipsis Apostolis Can. vltimo & Concilijs. Qui vero contineantur, & quo ordine ex sacra Biblia apparet; vbi primum ponitur, Liber. Genesis. Exodus. Leuiticus. Numeri. Deuteronomium. Iosue. Iudicum. Ruth. Regũ 4. Paralipomenon 2. Esdre 2. Thobias. Iudith. Esther. Iob. Psalmi. Prouerbia. Ecclesiastes. Cantica. Sapientia. Ecclesiasticus. Isaia. Ieremia. Baruch Ezechiel. Daniel. Oseas. Ioel. Amos. Abdias. Ionas. Micheas Naũ. Habacuh. Sophonias. Aggeas. Zacharias. Malachias. Machabeorum duo, Euangelia quatuor. Epistolas D. Pauli. Ad Rom. Corint. 2. Galatas. Ephesios. Colossenses. Thessalonicenses 2. Thimoteum. 2. Titum. Philemonem. Hebreos. D. Iacobi. Petri. 2. Ioannis 3. Iudę. Apocalipsis. Ex quibus confutantur istæ hereses. Carispocratis. Cerdonis, seueri, qui totum uetus testamentum reiecerunt.

Secunda Lutheri. qui negat libros Machabeorum.

Tertia, Cerdonis, ac Marcionis, qui Euangelium tantum D. Lucæ recipiunt.
Quarta, Cherinthi, qui tantum Euangelium D. Matthæi.
Quinta eiuſdem, qui nec probat acta Apostolorum.
Sexta, Erionis, qui non recipit epiſtolas D. Pauli.
Septima, Luthæri damnantis epiſtolam D. Iacobi.
Octaua, Alogiani, qui delet Euangelium D. Ioannis.

2 *Scriptura tantum ex ipſa ſcriptura debet probari.* HÆR. Hoc affirmant multi, at fœdiſſimè errant. Nam quod Ruth, Eſter. Iob, ſit Canonicus, non poteſt ex ſcriptura haberi.
Secundo, ſi quæratur an vetus, & nouum teſtamentum ſit Canonicum, de toto volumine non poteſt vnum ex alio probari.
Tertio, Scriptura eſt iudex mortuus, at iudice viuo opus eſt.
Quarto, Deut. 17. Quæſtiones non ad ſcripturam, ſed ad homines referuntur.
Quinto, Antiocheni non appellarunt ſcripturam, ſed ad ſeniores, qui erant Hieroſolymis, & ad Apoſtolos. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis. Demum Spiritus ſanctus, non habitat in literis, ſed in Spiritu, non in ſyllaba, ſed corde.

3 *Scriptura ſacra non eſt Deo inſpirante, ac reuelante.* HAER. Cum res ipſæ de quibus fit mentio in ſacris literis excedant humanum ingenium, atque Angelicum, certè erunt ſcripta Deo reuelante, & ad ea ſcribenda excitatus eſt hominum animus, & peculiari quodam lumine Spiritus ſancti ſunt ſcripta. Hoc dixit Dauid. Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. pſalm. 50. Quomodo enim Trinitatis myſterium cognoſcere potuit homo. Hoc docet D. Pau. 2. Corin. 13. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus. Et D. Petr. Non enim voluntate humana allata eſt, aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines. Hoc idem, de quauis parte ſacræ ſcripturæ eſt affirmandum. Hoc pro certo in Eccleſia eſt dicendum.

4 *Scriptura ſacra continet falſa* HAE. Si hoc det, certè ſequitur quod Deus decipiat, ac fallat, quod ſi concedatur de vna parte, quare non de alia, & ſic ruit omnis ſcriptura, ac tota. Ad hæc faciunt Domini verba. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. & Mat. 5. Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege. Concilia millies hoc ſtatuerunt. D. Auguſt. fuſius hoc probat lib. 2. de conſ. Euang. c. 12. & in epiſto. 8. & 10. ad Hieronymum. Demum ex communi conſenſu Eccleſiæ hoc confirmatur.

5 *Sacræ ſcripturæ non ſunt ſingula verba, Spiritu ſancto ſuggerente.* HAER. Hoc tam ex ueteri, quàm ex noua pagina demonſtrant.
Primo, ex pſalm. 44. Lingua mea calamus ſcribæ, uelociter ſcribentis. & Hierem. 36. Vbi dicitur, quòd principes interrogarũt, quomodo ſcripſerit uolumen reſpondit Baruch, qui ſcripſerat, ex ore ſuo loquebatur quaſi legens ad me, omnes ſermones iſtos, & ſcribebam in uolumine attramento. Idem expreſſius dixit Dominus. Mat. 20. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in nobis. D. Ambroſ. hoc docet in proœm. D. Luc. & D. Greg. in proœm. Moral. cap. primo. Ipſe igitur hæc ſcripſit, qui hæc ſcribenda dictauit, Hoc verum dictum, quòd hæreticum cenſemus, ſic intelligimus, quod qui negat, non ſolum aſſiſtentiam Spiritus ſancti in ſcriptore ſacro, ſed & orationem & compoſitionem, hic in hæreſim labitur. Nam res eſt tanti ponderis (puta, in principio erat Verbum.) Vt non ſolum Spiritus ſanctus animum ſcriptoris impulerit, ſed hiſtoriæ ſingula uerba dictauit. Nam ſi nulla verba ſunt à Spiritu ſancto, quomodo potuit ſcriptor adinuenire uerba propria, quæ non erant nota, uel ſi aliqua ſunt Spiritu ſancto inſpirante, quare non alia.
Rurſum, quæ nam erit differentia inter ſummum Pontificem, cum de fide definit, & ſacrum ſcriptorem? Nam quæ ſtatuit Rom. Pont. in rebus fidei ſunt à Spiritu ſancto. ergo & eodem modo, quæ in ſacris literis. Ad hæc D. Thom. multa ſcripſit Deo reuelante, ſed uerba ſunt ſua. ergo aliquid dignius de ſacris literis eſt dicendum Hoc mihi maximè probatur, licèt aliqui ex noſtris, non diiudicent hæreticam propoſitionem, quod uerba non ſint à Spiritu ſancto, & ipſa hiſtoriæ compoſitio. Banes, prima par. quæſtione prima, articulo octauo, concluſ. tertia.

Obie-

Obiectiones aduersariorum.

Impugnantur hæc, quæ proximo loco sunt probata. Et primo. Mentis nostræ infirmitas diu Spiritus sancti gratiam, ac lumē ferre non potest, at multum temporis sacri scriptores consumpserunt in sacris libris scribendis. ergo non semper astitit Spiritus sanctus.

Respondeo, quod non dicimus, scriptores interpollato motu semper scripsisse, sed diuersis temporibus, in quibus & Spiritus sanctus semper adesse poterat, & suauiter, ac fortiter mouebat ad operandum.

Secundo, multa scripserunt, quæ propriis prospexerant, ut Moyses, qui aquam de petra egredientem scripserat, & liberationē populi de Aegypto. D. Marcus scripsit Euāgelium, quod à D. Petro audierat. D. Ioan. fatetur se uidisse aquam, & sanguinem è latere Christi morientis emanasse. D. Luc. acta Apostolorum, sicut uiderat scribit, ad quid ergo Spiritus sancti gratia semper debet assistere.

Respondeo, quod alijs de causis exigitur lumen Spiritus sancti, nempè, vt nè e memoria caderent, quæ viderat scriptor, uel falsa admisceret, vel nè necessaria prætermitteret, in argumento uerò una tantum ratio ex multis assignatur.

Tertio, quamplurima continentur in sacris literis, quæ indigna uidentur, & obscena multa, quomodo ergo Spirtu sancto inspirante sunt scripta. Vt inter alia in lib. Gen. mulieris impudicæ gesta, & quæ Ioseph calumniis ea de causa affecit, quibus potius instruimur ad consimilia, & de multis aliis, de adulterio Dauidis, de concubinis Salomonis, de stupro erga Thamar. Et de Tobia, quod canis sit eum sequutus Tobia 9. In nouo etiam testamento non pauca reperiuntur. Vt illud, non quod intrat in os, &c. sed in secessum uadit. Et in epistolis D. Pau. quòd dicitur Timot. 1. cap. 6. Modico uino utere. & 2. c. 4. dicit. penulā, quam Troade reliqui, apud carpum ueniens affer tecum. Quæ omnia, non est uerosimile Spiritum sanctum docuisse.

Respondeo, quòd quæ Dei sunt non debemus oculis, ac intellectu nostro metiri, sed captiuare intellectum in obsequium Christi, sed equi, bonique omnia consulere, & ueluti apes flores tantum colligere ex spinis, & experimento uidemus, quod Sāctis maximam afferunt utilitatem exempla sacræ scripturæ, quæcunque illa fuerint. De quibus Dominus per Isai. 48. Ego Dominus docens te utilia. Quod nec tacuit D. Paul. ad Rom. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. & 2. ad Timot. 3. Vtilis ad docendum, &c. Ad ea uerò, quæ afferuntur ad primum. ex Genes. dico, quod historia Ioseph est nobis castitatis exemplum. Et Dauidis adulteriū, documenta pœnitentiæ, ac Diuinæ misericordiæ immensitatem ostendit. concubinæ uerò Salomonis, ut quam ignominiosum sit, sic impudicè uiuere, uel eorum exemplo uideamus, quod & de Sampsone scribitur. Canis etiam Tobiæ, non sine mysterio, ac tropologico sensu refertur, sed prædicatores designat, qui uestigia Christi debent sequi. Vel quid refert, quod historia adeò sit completa, quod ne dum maiora, sed quæ minima sunt exscribat, quæ eius diligentiæ fidem faciunt, & nos maiorem fidem præstamus, atque suauius adhæremus. Ad ea rursus, quæ ex nouo testamento adducta sunt dicitur, & ad primum. quod Saluator iusta de causa à pharisæis incitatus ea uerba dixit. Vt per ea falsam eorum munditiam exteriorem damnaret & sic ad ea verba deuenit.

Quarto, si scribunt, quæ uiderunt, quare Spiritui sancto attribuitur.

Respondeo, ꝙ scripta sunt, quæ uiderunt, ut sic essent testes, qui humana etiam fide ad illa credenda homines allicerentur. & D. Pet. Act. 1. ait. Oportet igitur ex his uiris, qui nobiscum sunt congregati, &c. Et idem epist. 2. c. 1. Hanc uocem audiuimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.

Quæ ergo scripta sunt, licèt uiderint, superiore lumine sunt adiuti, ut tutius, ac fidelius à nobis amplecterentur, & opus fuit Spiritus sancti gratia.

Quinto, scriptores noui testamenti non referunt eadem uerba, quæ & in ueteri fuerunt. ergo uel Spiritus sanctus, non astitit, uel est uarius in scribendo. Antecedens probatur. Nam Isa. 7. dicit. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & D. Matth. c. 1. Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filiū & Esai uocabitur, Mat. uocabunt. Rursum, qua D. Mat. citat c. 4. ex Isai. nono, sunt diuersa.

uersa, D. Paul. dum ex Gen. dicit. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, non utitur eisdem uerbis.

Demum euãgelistæ in narratione eius rei diuersis uerbis vtuntur.

Respondeo, quòd nedum est inconueniẽs, quòd Spiritus Sanctus diuersa assumat verba in explicatione alicuius rei, immo decentissimum, nam diuersis loquebatur: de quibus D. Paul. ad Heb. Multifariæ, multisque modis olim Deus loquens, &c.

Et si Apostoli, ac Euangelistæ proprio spiritu loquuti fuissent, verba variassent. Quæ vero ex veteri historia adducunt testimonia, quæ nos non sic legimus, hoc est, qui ex textu septuaginta afferunt.

Quod Euangelistæ diuersas uoces assumant, hoc est, quia Spiritus Sanctus, cui notissima erat historia uariis vocibus expressit, ut sic nemo putaret, quod sic uniti scriptores tradiderunt, & sic multorum sollicitudo tollitur, qui insudant, ut concilient Euangelistas.

Sextò D. Paul. expresse dixit. 1. Cor. 12. Cæteris ego dico non Dominus: non ergo Spiritus Sanctus loquebatur.

Dico, quòd nulla est consequentia, nam mens D. Paul. est docere, quòd Dominus nec in Euangelio, nec ore proprio tradidit illud præceptum; sed tamen mouebatur D. Paul. à spiritu Sancto ad scribendum; qui ait. Puto autem, quod & ego spiritum Dei habeam.

Septimò. Si omnia sunt à Spiritu Sancto, quomodo dispensat summus Pontifex in bigamo, de quo D. Paul. sit vnius vxoris vir. Hoc multipliciter euadimus.

Primò, quòd tanta est ecclesiæ authoritas, quòd potest in quibusdam dispensare.

Dico secundò, quod præcepta ab Apostolis tradita obligant semper ut illud. Baptizantes in nomine patris, &c.

Alia, pro eo tempore nascentis ecclesiæ, vt sic cum honore ad sepulturam deferri posset, vt illud de suffocato, & sanguine.

Dico tertiò. Quod, quæ Apostoli tradiderunt, vel fecerunt, vt ecclesia Prælati, vel à Christo tradita fuerunt eis, vt & posteris inuulgarent.

Primi ordinis mutari, ac variari possunt, at non quæ secundi generis; Quod verò Bigamus non possit dispensari inter priora præcepta conputatur, vt cum D. August. tenet ecclesiæ, licet D. Hiero. neget.

11 Scriptura sacra, continet ne aliqua verba deprauata, uel vitiata, hoc est solecismos, barbarismos, & alia minus Latinè expressa, obscura, & ambigua, quę tamen ad fidẽ non pertinent? Hoc soluere quæsitum ecclesiæ est munus sub cuius censura, hæc & mea omnia relinquo, ac committo, eò magis, quo Doctores dissentiunt, textus nõ est omnium idem, referam tamen, quid alii senserint. Quorundam est placitum, editionem vulgatam ignorantia, ac vitio esse deprauatam.

Alii sentiunt, quòd interpres editionis vulgatæ in quibusdam, quæ ad fidem non pertinent esse allucinatum.

Ego mediam sententiam tutiorem sentio: vt dicamus, quod si vitium aliquod, vel error continetur, etiam quod fidei nõ sit, hũc non est cuiuscunque priuati Doctoris corrigere, vel arguere, eo magis, quod per tot secula fuerit receptus.

Secundam verò opinionem ex pluribus locis ostendunt esse veram, non tamen omnia, sed aliqua afferam.

Primus est. Isa. ca. 9. legitur refrenantem, nam dicitur.

Disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam incuruantem, & deprauantem: & Latina dicit refrenantem.

Et D. Hiero. fatetur se errasse, & dicit Isai. c. 19. ambiguitate decepti refrenantem diximus. D. August. verò si errorem aliquem esse in sacris litteris concederet, non in auctorem, sed in interpretem retulit, vt scribit epi. 19. ad Hiero.

Confirmatur ex eodem D. Hieron. qui de se scribit, editionem 70. interpretum correxisse, in Apologia contra Ruff. & in 2. & 8. cap. Isa.

Ioan. Driedon. de scrip. eccl. & dogm. lib. 1. c. 1. non inconuenit (ait) interpretem errasse in his, quæ ad fidem pertinent.

Pro huius confirmatione est alterũ exemplum. Ps. 131. vbi dicitur Viduam eius benedicens benedicam, Quo loci transtulit viduam ex textu Græco mendoso; nam legendum est Thiram, hoc est uenationem, siue cibum, vt multi postea obseruarunt, inter quos D. Hiero. in comm. eius psal. Faber stapulensis, Iansenius, Genebrardus, & alii. Est alius locus, in Psal. 109. Tecum principium, vbi vox Græca archi est æqui-

uoca & significat principium, & principiatum, & septuaginta principatus transtulerunt. Ad hæc in psalm. 16. dicitur. Saturati sunt filiis, prius legebat. saturati sunt porcis, & D. Hierony. emendauit. In psal. etiã 33. legitur, immittet Angelus Domini. legendum est ex Græco. Castrametabitur Angelus, Domini, ut annotat Iansenius. In Gen. legitur capitu. 47. Adorauit Israel Dominum conuersus ad lectuli caput. Septuaginta dicunt. Adorauit Israel super summitatem uirgæ eius. Hoc annotant errores, & plures alios Doctissimus Caiet. in suis Com. Forerius. Sanctus Pagninus, Aloysius Lipp. Hierony. oleastrius, Titel. & alii expositores, quos uanum est referre.

Demum multis in locis aliter legit Textus Hæbraicus, aliter Græcus, & Latinus, ut in Gene. 8. nos habemus, quòd coruus egrediebatur, & non reuertebatur. Hebræi uerò legunt, quòd reuertebatur. Et ad Rom. 12. dicimus. Domino seruientes, noui aliqui transtulerunt tempori seruientes. Et p. etiam ad Cor. 7. nos habemus, quomodo pla eat uxori, & Diuisus est, alii dicunt. Quomodo placeat uxori & diuisa est uxor & Virgo. ultimo loco Isidorus Clarus, multa emendat, ac corrigit in nostra editione. Et Six. concedit, quòd aliquando nostra æditio sit mendosa, à quo nec discedunt recentiores nostræ familiæ, dummodo non sit contra fidem. Qui uerò alteram partẽ tuentur, sic probant.

Primo, ex definitione Concilij Tridentini. Qui de editione ista sic decreuit, homo audeat quouis prætextu, ac reicere. si ergo est mendosa, quare nobis sit proponit.

Respondeo, quòd loquitur de his, quæ ad fidem spectant, non in minimis.

Secundo, si concedatur, quòd aliquando errat, ergo & eadem ratio erit de aliis locis, & aperitur fenestra ad multas hæreses.

Respondeo, quòd non est eadem ratio de omnibus, nam & concedimus Papam aliquando posse errare, ut homo, non ut Pontifex definiendo, sic & scriptura poterit in aliquibus esse deprauata, nõ tamen in his, quæ sunt maioris ponderis.

Tertio, si admittimus esse corruptam, ergo populus assentiet hæreticorum calumnijs.

Respondeo, quòd sic potius dum corrigimus errores, claudimus ostium hæreticis, & aliis. Quarto, dicta quæ ab aliquibus falsa dijudicantur à non nullis absque falsitate demonstrantur uera, ac conciliantur, quibus ergo stare debemus.

Respondeo, quòd non est omnium errores demonstrare, sed peritiorum, ac patrũ, quos sequi debemus. Multa alia in propriis locis sunt soluta argumẽta nec hic rẽpetenda sunt. Recolant etiam quanta sit in controuersia in annorum supputatione quam supra uerbo annus paucis tetigi.

7 *Scriptura sacra non est, nisi quam Apostoli approbarunt.* HAER. Meritò repræhenditur Caiet. à Chaterino, qui hoc scribit, p. ad Cor. 12. Nam aliqua sunt post Apostolos ab ecclesia. secundo, si ueniat disputatio de aliquo codice, an sit Canonicus, potest ecclesiam statuere, & definire nec ne, si nõ quomodo olim definiuit, si potest, ergo decipitur. Tertio, Papa potest definire, qui liber sit Canonicus, ergo non tantum Apostoli. [illegible] Quarto, ecclesiæ est iudicare quæ sunt fidei, ergo & hoc. [illegible]

8 *Scripturam sacram Papa non potest declarare, quæ nam sit.* HAERET. Res fidei, Papæ est determinare, ut supra demonstratum est. Secundo, Papa in his non potest errare, ergo potest definire. Tertio, Nicolaus ait. Quod Sedes Apostolica approbauit, hodie tenetur acceptum. distinct. 19. capit. Si Romanorum. Quarto, Tertull. Hieron. Aug. dicunt, non fuisset receptum Euangelium D. Paul, nisi authoritate Petri firmatum esset, ut Clemens ait. Et D. Hierony. de uiris Illustribus. Euangelium D. Marci, probauit D. Petrus legendum. Hoc confirmat ex Papiæ testimonio, lib. 2. Hist. eccl. ca. 15. Rursus, hoc erat constitutum apud Iudæos Deute. 17. quòd Pontifex definiret quæstiones. Demum hanc authoritatem Romani Pontificis hactenus cognouit ecclesia.

9 *Scriptura sacra continet falsa.* HAER. Attribuunt Theodoreto Cyri Episcopo hunc errorẽ, qui si admittatur ruit ecclesia tota.

10 *Scripturæ singula uerba sunt ne à Spiritu Sancto?* Problematicè proponitur, quòd tamen si negatiue respondeatur, est falsum, nam omnia sunt Spiritu Sancto dictante ad scribendum, licèt hystoriæ, ut adulterium Dauidis, peccatum Adę, non sunt Spiritu Sancto authore.

Et

Et si hoc uerum esset, quòd singulæ particulæ non essent, à Spiritu Sancto liceret de omnibus dubitare, & nihil certum esset de fide.

11 *Scripturæ sacræ lectio omnibus est necessaria.* HAER. Hanc uerbo Biblia confutaui, & alia similia exploduntur eo loci.

Sibilla.

Sibillæ fuerunt ne bonæ, vel malæ? Respondet Caiet. quòd D. Thom. variè loquitur, nec aliquid certum colligitur, aliquãdo enim inter Sanctos, non nunquam Dæmones cõ futauit. 2. 2. q. 172. art. 6.

Hoc tamen apertum est in D. Thom. quòd Sibilla apertè prophetauit de Christo. 2. 2. quæst. 2. 7. tertium. De his scribit Sixtus, tom. 1.

Sidera.

Sidera sunt ne animata anima rationali informante? Tetigimus rem hanc in superioribus verbo Cœlum, & locum ex Caiet. citauimus, & in eius confirmatione sunt aliqui ex patribus idem sentientibus.

Primus est Philo Iudęus lib. de somniis, exponens uisionem Iacob & scalam. Gen. 28. ait. In cœlo sunt sidera, quæ singula non solum animantia dicuntur, sed & mentes purissimæ sunt.

Et de opificio sex dierum stellæ sunt rationales, ac diuinæ naturæ, partim intelligibiles, & incorporeæ, partim verò corporeæ. Hunc sequutus est Orig. to. 1. in Ioan. Veluti pro stellis, cum nec stellæ omnino mũdæ sint coram Deo ipso.

D. Hiero. idem sentit Eccle. 1. exponens ea verba. Girans girando vadit spiritus. Solé spiritum nominauit, quòd animet, & spiret, & uigeat, & annuos nobis cursus expleat. D. Aug. 2. super Gen. ad literam, cap. 18. ait. pertractans hanc quæstionem. Vbi nobis de hac re secundum sanctæ auctoritatis litteras, & si nõ ostendere certum aliquid, tamen credere licebit.

Et in Enchir. ad Laur. 58. Sed nec illud quidem certum habeo, vtrum ad eandem societatem Angelorum pertineant Sol, & Luna, & cuncta sidera, quamuis nonnullis lucida corpora esse non cum sensu, & intelligentia videantur.

Verum contrariam partem, ne dum D. Thom. sed & Basil. ante ipsum homil. 3. in Hexameron, refellit hanc sententiam.

Neque enim animata sunt, quoniam enarrant gloriam Dei. Hieronym. episto. 2. ad Auitum inter hæreses, quas caueri admonet in Periarcon Orig. hanc connumerat quòd cœli sint, animati.

Cum quo Damas. lib. 2. de ortodoxa fide, cap. 6.

Nullus cœlos, aut luminaria arbitretur animata, inanima enim sunt, & insensibilia. D. Thom. hoc idem probat. 1. p. q. 70. Et Nicepho. lib. 17. histo. eccl. hunc errorem damnatum esse refert contra Orig dicẽs. Si quis dicit cœlum, & Solem, & Lunam, & stellas animatas quasdam esse, & mobiles uirtutes, Anathema sit. Hactenus ex his.

Nec quid sentiendum sit de mente Aristo. mihi est curæ disputare illud certum mihi persuadeo, quòd neutra harum opinionũ cum fide pugnet.

Silentium.

Silentium semper seruare debemus. HAERE. Adeo nonnullis hæreticis silentium familiare fuit, vt ipsi Dauidem se imitari arbitrabantur dicentem. Pone Domine custodiam ori meo, Psalm. 144. Sic isti ori, ac labiis, ac naribus digitum apponentes semper fermè tacebant.

Hoc etiam fuit dogma Pittagoricum. De hac hæresi D. August. scribit lib. 18. de Ciuita. Dei. cap. 5.

Quod Apis Aegyptiorum Rex, dum in quouis templo veneraretur, statua esset, quæ digitum ori apponebat, ne auderet aliquis eum hominem non Deum uocare. Et idem D. Augu. lib. de hæresibus Pattalaronchitis attribuit, qui semper tacendũ esse uoluerunt.

Quæ si uera essent perit tota sacra pagina, & tamen Dauid ait. Psalm. quinquagesimo. Docebo iniquos vias tuas. Et Christus loquutus est; & hæc fusius confirmare uanum est.

Symonia.

Symonia non est uitium uetitum Diuino, ac naturali Iure. HAERET. In principio nascentis ecclesiæ Symon Magus à quo symonia nuncupatur, docuit spiritualia uendi posse contra quem sunt uerba act. octauo. Pecunia tua, tecum sit in perditione, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Imò ante ipsum 4. Regum quinto legimus. Quod Giezi fuit lepra percussus, quoniam pecuniam recepit pro beneficio sanitatis à Naamãsiro. Ideò Apostolos admonuit Dominus dicens. Gratis accepistis gratis date. Matt. decimo. Symonia damnatur in Concil. Elib. capitulo. 48. Tol. 11. capit. octauo, Brac. 2. capitu. tertio. Direct. part. 2. quæstio. sexta. nume. 2.

2 *Symonia est aliquid recipere pro labore & opere administrando res sacras.* ERRON. Contrarium Theologi docent, nam aliud est loqui de re sacra in se, aliud de opere, ac labore, pro re hæreticum est affirmare, quòd liceat aliquid accipere, & sic loquutus sum in præcedentibus, at pro labore licet, sic Dominus dixit. Matth. 20. Redde operariis mercedem suam, & qui altari deseruit de altari debet uiuere prime. Corit. 9. & 1. Tim. primo. Imò potest sacerdos egenus pro labore in pactum ducere, ut scribit Dur. & Caiet. secunda secũdæ, quæstio. 100. & Sotus de Iust. & iure libr. nono, quæstio. sexta. articulis, primo. & secundo.

3 *Symoniacus non tenetur restituere.* HAER. Decretum est in Concil. Canstantien. sess. 43. Quod electiones postulationes, & quæuis prouisiones symoniacæ nullæ sint ipso iure. Et Paul. Secundus in Extrauag. id repetit. Multa contra symoniacos in Concil. Zad. sess. vigesimaprima. capitu. primo & sess. 22. & 24. capitu. decimoquarto. Et apud quosdam symonia dicitur hæresis ob criminis magnitudinem, ac grauitatem. Iud. Inq.

Sophonias.

Sophonias non fuit vir Sanctus, ac Propheta. HAERET. Ex sacra hystoria Bibliæ iam receptissima confutatur. Qui uixit diebus Iosiæ filii Amon Regis Iudæ, & eo tempore prophetasse capitu. primo dicitur. Prophetauit in Hierusalem & uniuersa Iudea. fuit de tribu Symeon, anno ab orbe conditio ter millesimo trecentesimo, ac trigesimo.

Spes.

Spes non est uirtus. HAERET. Si ad hanc hæresim conuincendam testimonia sacrarum litterarum exscribere uellem, dies Noe non sufficerent. De spe Dauid psalmo. vigesimosexto. Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. psal. septuagesimosecundo. Mihi adherere Deo bonum est, & ponere in Deo meo spem meam. Ecclesiastici trigemoquarto. Spes timentium Deum in salutem. Et Dominus Mar. vndecimo. omnia, quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis. D. Pau. ad Roma. octauo. spe salui facti estis & primæ, ad Corint. decimotertio. Nunc manent Fides, Spes, Charitas. Et ad Tit. tertio. Vt hæredes simus, secundum spem uitæ æternæ. Et alibi pluries.

2 *Sperare non possumus bona cœlestia.* HAER. Ex D. Pau. ad Titum secũdo, colligo, quòd ea sperare possimus. Expectantes Beatam spem, & Aduentum gloriæ magni Dei. Et capitu. 3. Hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.

3 *Sperare possumus in homine.* HAER. Si de uirtute Theologica sit sermo, utique hæretica est propositio, nam spes illa respicit æternam beatitudinem. Vnde Hiere. 17. dicitur Maledictus homo, qui confidit in homine.

4 *Spes remanet in beatis.* HAERET. Propriè loquendo non est spes, quod enim quis habet, non sperat, & D. Pau. ad Rom. 8. dicit, quòd spes euacuatur, & sola Charitas remanet.

5 *Spes est in damnatis.* HAERET. Eadem ratione, quo ad hoc, quòd nec beatus, nec damnatus est uiator, nec remanet spes, eo magis, quòd pœna eorum est æterna.

6 *Spes tota in fide, non meritis est locanda.* Luther. HAERETIC. Laborantes in uinea ex pacto conuenerunt, ergo ex meri-

meritis, ac labore sperare possumus. Et D. Pa. ad Tim. bonum certamen certaui. &c. In reliquo reposita est mihi corona Iustitiæ. Et D. Petr. satagitæ, ut per bona opera uestra certam uestram electionem, & uocationem faciatis. Demum, in finali iudicio dat Dominus præmium pro operibus, ergo ex eis sperare possumus.

Spiritualis.

Spiritualis iudicat omnia. Luthærus male interpretatur, nam inquit, non est opus aliud testimonium, sed ille, qui habet spiritum Dei in se iudicat in uniuerso omnia, quæ quidem sunt hæretica.

Si enim uera sunt quæ in huius interpretatione dicuntur à Luthæro, quomodo eliseus dixit, anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me? 4. Regum. quarto. Quomodo Iob, cum multa se ignorare argumentis certis cognouisset, ignorationem suam fatetur inquiens, insipienter loquutus sum, & quæ ultra modum excedũt scientiam meam. Iob. 38. 39. 40. 41. 42. Quomodo Apostoli non intelligebant, quæ dicebantur, Luc. 18. Quomodo Petrus & Ioa. nondum sciebant scripturam. Ioã. 20. Quomodo aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Luc. 24. Quomodo Petrus, non iudicauit simulationem suam esse Euangelio contrariam? Quomodo rursus idem, absit Domine, inquit, quia ego manducaui omne commune, & immundum, hesitauit intra se quæ nam esset uisio, act. decimo. Dicat Luthær. Quomodo Eunuchus, in quo sine dubio erat spiritus Dei, locum Esaiæ sine Doctore exponere non potuit. act. 8. Hæc & similia demonstrant falsam esse Luthæri interpretationem.

Spiritus Sanctus.

Spiritus Sanctus, non est Deus. Arrius, Erasmus. HAERET. Reuiuiscere, cupiebat Erasmus Arrii errorem, ideò in præfactione in Hil. dixit. Studemus Spiritum Sanctum appellare Deum, quod ueteres ausi non sunt. Mirum, quòd Eras. dicat, ueterum sententiam esse, quod Spiritus Sanctus non sit Deus, imò uero Doctores omnes nemine discrepante affirmant esse Deum. Imò ex sacris litteris probatur.

Nam Dominus dixit. Baptizantes eos, in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. & D. Paul. tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, pater uerbum, & Spiritus Sanctus. Et Dominus alibi. Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. D. Petr. dixit, Apostolos, non esse ebrios, sed Spiritu Sancto plenos. Symbolum Apostolorum, & Nicenum hoc credendum definiunt.

2 *Spiritus Sanctus, in vi unius dictionis, non est proprium nomen Spiritus Sancti, ac tertiæ Diuinæ personæ.* HAERET. Placet Sanctis Doctoribus, quòd hoc nomen Spiritus Sanctus in ui unius dictionis sit nomen proprium Diuini spiritus, si uerò sint duo nomina commune sit toti Trinitati. De quo Scholastici in 1.

3 *Spiritus Sanctus, non procedit à patre.* HAERET. Dominus apertè dixit. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Ioan. 15. Et nemo dubitat de hoc.

4 *Spiritus Sanctus, non procedit à filio. Græci.* HAERET. Licèt in Concilio Florent. fuerit definitum in unione ecclesiæ orientalis, & occidentalis, quod Spiritus Sanctus procedat etiam à filio: tamen seditiosissimus Marcus Ephesus post reditum suũ in Græcia ex Italia omnia subuertit, adeò ut Concilii, & totius ecclesiæ definitionem non receperint, & in sua obstinatione persistunt, nec quid loquantur intelligunt. Cõtigit enim, mihi sæpius de hoc cum eis disputare, tum Cretæ, tum Corcyræ, dum Illustrissimis Archiepiscopis pro Theologo inseruirem, nec habent aliquod sui erroris fundamentum, nisi ex Damasceno. Verum quantum à sacris litteris, ac patribus etiam Græcis ut eis suaderem plurimum insudaui, atque non ex hoc, uel illo codice, qui contra eos scripserunt, sed ex proprijs fontibus, hæc contra eos immedium afferebam.

Et primo. Dominus dixit. Quem mittet pater in nomine meo. Ioann. Et D. Paul. ad

ad Roma. octauo. Qui autem Spiritum Christi, non habent hic non est eius. Et ad Gal. 4. Misit Deus Spiritum Filii sui in corda uestra, dicitur ergo Spiritus filii. & Matth. 18. Accipite Spiritum Sanctum. Et Ioan. 16. si abiero mittam eum ad uos. Synodus. Ephes. contra Nestorium colligit Spiritum Sanctum à filio procedere ex illo loco scripturæ. De meo accipiet. Et illis uerbis Ioan. 15. Quem ego mittam uobis à patre Concilium addit. Appellatus est spiritus ueritatis, & ueritas Christus est. Dydimus Doctor Græcus libris de Spiritu Sancto, ex pluribus locis idem affirmat, ex quo ipsissimo uerba collegi. D. Hierony. interpræte primo.

Neque enim unum ex omnibus sed aliud extra omnia, per substantiam ex utroque demonstratus est Spiritus sanctus lib. primo in fine, probat enim ibi Spiritum Sanctum, non esse Creaturam ex uerbo.

Secūdo, ait. Spiritus Sanctus dictus est Spiritus sapientiæ, non accipiens aliunde sapientiam, hoc enim ipsum, quòd subsistit, spiritus sapientiæ est, & natura eius nihil aliud est, nisi spiritus veritatis & spiritus Dei, & sunt ultima uerba primi libri. Et appellat spiritum sapientiæ.

Tertio, eadem uoluntas est patris, & filij, lib. secundo. in principio fere.

Quarto, dicitur spiritus filii ex Apostolo, clamantem abba pater lib. 2.

Quinto, de meo accipiet lib. secundo.

Sexto, non loquetur à semetipso, hoc est non sine me, & sine patris arbitrio, quia inseparabilis est, à mea & patris uoluntate, quia non ex se est, sed ex patre, & me est, hoc enim ipsum, quòd subsistit, & loquitur à patre & me illi est. lib. 2.

Septimo, spiritus quoque sanctus, qui est spiritus ueritatis spiritus quoq; sapientiæ, non potest filio loquente audire quæ nescit, cum hoc ipsum sit, quòd profertur à filio idem procedens à ueritate, consolator manans de consolatore, Deus de Deo spiritus ueritatis procedens, lib. 2.

Octauo, licèt à patre procedat spiritus ueritatis, ut det illis Deus Spiritum Sanctum petentibus se, tamen quia omnia quę habet mea sūt, & ipse spiritus veritatis meus est, & de meo accipiet.

Nono, & lib. eodem, adhuc ait. Idem autē spiritus Dei, & spiritus Christi est, si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et D. Pet. quia in eis erat spiritus Christi. Et propheta. Ipsi uerò non crediderunt & irritauerunt Spiritum Sanctū eius, & cōuersus est eis ad inimicitiam. Hæc ex Dydimo, & alia lib. 3. sed cui hæc eius non sunt satis superflua alia erunt.

Basil. lib. secundo. Eunomii apostegetium in fine probat, ex uerbis D. Pauli, esse spiritum Christi. Athan. Ex patre filioque procedens, licèt dicant, quòd lex retractauit. Athan. sed non ostendunt. imò potius alia retracta ex hoc credendum est. Alios citat Conc. Flo. sess. sept. & oct. Episcopus. Chrysost. Cyrillum. Maximum & alios. Ex latinis superfluum est aliquem afferrè nam & ipsi fatentur, quòd latina ecclesia hoc docet & D. August. lib. de Trin. 15. capitu. vigesimoseptimo.

Quod uærò dicunt Theophil. Damas. Euthy. ac plerique alii Doctores Græci recentiores, non est nobis curæ, quandoquidem recentiores si neotericis comparentur potius istos, quā illos sequitur ecclesia. Hoc definitum fuit in Concil. Tolet. primo capitulo vigesimoprimo. & undecimo. capitu. 1.

5 *Spiritus Sanctus à patre, prius procedit, quàm à filio.* HAERET. De prioritate temporis, ac naturæ certè hæretica, nam non esset Deus. Et D. August. de Trin. capitu. vigesimosexto probat, quòd non prius à patre procedat, quàm à filio. Et cum magistro schol: primo distin. 12. nec loquor de signo Scotico.

6 *Spiritus Sanctus plenius procedit, & magis, à patre, quàm à filio.* HEAR. Eodem loco D. August. ac scholastici reprobant.

7 *Spiritus Sanctus, est à patre, & filio per generationem.* HAERET. Eodem D. Augustino authore damnatur, qui respondet maximo lib. decimotertio, capitulo decimoquarto.

Contra Maximum, quòd de patre est filius de patre Spiritus Sanctus, ille genitus, hic procedens. Et in Symbolo. Ex patre procedens, & Athan. non factus nec creatus, nec genitus, sed procedens. Et Dominus dicens. Apostolis accipite Spiritum Sanctum, quibus ostendit processionem, non generationem.

8 *Spiritus*

8 *Spiritus Sanctus potest ne dici ingenitus?* Doctores diuersimodè interpretantur, negãt quidam quod dicatur ingenitus, quia priuatio non est in Diuinis. At si ly ingenitus dicat negationem extra genus, sic conuenit omni eo, quòd est, & non est per generationem ab alio, siue non, & sic esse ingenitum conuenit patri, ac Spiritui Sancto, & diuinæ naturæ, & primis creaturis, quæ creatæ fuerunt. Hæc D. Thom. Abb. Ric. & Aegid. addit, quòd secundum dicta sanctorum oportet nos dicere, quòd solus pater sit ingenitus.

9 *Spiritus Sanctus, non est amor patris, & filij.* HAER. Magister, & alii omnes, post D. Aug. lib. 10. de Trin. c. 15. vocant Spiritum Sanctum amorem patris, & filii. Et alii expressius eadem distinctione probant Spiritum Sanctum esse nexum, vnionem, uinculum, & amplexũ patris, & filii, inter quos Cartus. 1. dist. 10. q. 1. Hoc docuit D. Gre. in hom. 3. Pent. & D. Aug. 6. de Trin. c. 5. circa principium.

10 *Spiritus Sanctus non dicitur donum.* HAER. Demonstrat D. Tho. ex Aug. 15. de Trin. c. 19. & Magister dist. 18. quod Spiritus Sanctus dicatur donum. & ex Apostolo hoc habemus ad Cor. Hæc autem omnia operatur unus, atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

11 *Spiritus Sanctus dicitur donum, sed est nomẽ essentiale, non personale.* HAER. Probant Scholastici omnes ex sacris litteris, ac D. Aug. 4. de Tri. cap. 20. ꝙ donum sit nomen personale, non essentiale. D. Tho. Alex. Bona & alii.

12 *Spiritus Sanctus, an possit dici spiritus noster?* Nisi malè interpretetur, ut noster dicatur, quia à nobis procedit: sed quia datus est nobis, possumus concedere: & sic Abb. Pet. de Tarant. Vuald. Ric. D. Thom. & alii exponunt.

13 *Spiritus Sanctus non mittitur.* HAERET. Non est difficile hoc confutare. Nam Dominus dixit; si nõ abiero non mittam eum ad uos, si autem abiero mittam eum ad uos: & alibi, quem mittam uobis à patre spiritum veritatis. Et D. Paul. ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

14 *Spiritus Sanctus non mittitur à seipso.* HAERET. Si uerum esset hoc dictum operaretur aliquid pater, & filius, quòd non Spiritus Sanctus, quod est hæreticum de actione ad extra.

Nam Deus creauit cœlum, & terrã, & non pater, uel filius tantum.

Adhuc, spiritus vbi vult spirat. Ioan. 3. Demum, si Spiritus Sanctus nobis seipsum dare non potest, quis prohibet? vel non potest, & quomodo est Deus.

15 *Spiritus Sanctus non est distinctus à Patre, & filio.* HAERET. Non esset Trinitas: necuerum, quòd D. Ioan. dixit. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo. & D. Augu. quærenti, quid tres, respondit tres personæ.

16 *Spiritus Sanctus non assistit Romano Pontifici, nec datur Prælatis, & ministris ecclesiæ.* HAER. Vnanimi consensu Doctores, ac ecclesia tenet, quod Spiritus Sanctus semper sit in ecclesia.

Nam quomodo nobiscum semper esset Christus: quomodo uerum, quòd fides ecclesiæ non deficiet. scribunt de Alb. D. Th. Bonau. Rich. Aegid. & Cartus. quæstio. vlt. vbi supra.

17 *Spiritus Sanctus est minor filio.* Donatus. HAERET. Probatum est Spiritum Sanctum esse Deum, quomodo ergo erit minor.

18 *Spiritus Sanctus procedit à duobus principijs.* HAER. Theophilactus, Damasc. Euthymius, & alii Græci, hunc latinæ ecclesię imponunt errorem, quia dicimus eum à patre, & filio procedere.

At non uident quid loquantur, nam procedit quidem à duobus, sed unica processione, sed unus spirator, duo spirantes, non duo principia.

Quod Concil. Lugdun. sub Gregorio Decimo ratione constanti demonstrauit, dicens, quòd Spiritus Sanctus ex patre, & filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tamquam ex uno, non duabus spirationibus, sed una procedere.

Pater siquidem & filius, sunt unus Deus, una potentia, una sapientia, breuiter in omnibus unum, in quibus non obuiat relationis oppositio, nec enim aliter Diuinæ naturæ unitas in duabus personis seruari potest.

Cum itaque in spirando nulla sit à patre, filij

filii distinctio, sequitur patrem, & filium non esse duo principia Spiritus Sancti, sed vnum quemadmodum non sunt duo principia creaturæ, sed unum.

Errauit ergo Erasmus, qui dixit hanc conclusionem nihil ad fidem pertinere. Hic error, & in Florentino Concilio sess. octaua damnatur, ubi dicitur.

Quoniam Græci suspicantur nos duo principia, duasue causas in sancta consubstantiali Trinitate profiteri: idcirco hanc habentes sententiam, uel talia profitentes, anathemate notamus. Hucusque Concilium Lateran. etiam tanquam hæreticum reprobauit.

19 *Spiritus Sanctus non venit super Apostolos.* HAERE. Damnat disputando D. Petr. hunc errorem. Nam dicit. Non enim ij ebrij sunt, &c.

20 *Spiritus Sanctus assumpsit carnem.* HAER. Ex delegatione Angeli, demonstratur, quòd non Spiritus Sanctus, sed filius carnem assumpsit. Nam dixit Beatæ Virgini. Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. De quo tot prophetarum vaticinia præcesserunt. Director. secunda parte, quæstio. undecima. her. 3.

Stigmata.

Stigmata an habuerit Catherina Senensis; duo Romani Pontifices non uidentur in omnibus conuenire de hoc.

Nam Pius Secundus in hymno canit. Vulnerum formam miserata Christi exprimis ipsa.

Sixtus Quartus docuit eam non habuisse. Et neutrius Pontificis iudicium ad Christi ecclesiam spectat tanquam de fide, nam vtrunque aut probare, aut improbare absque fidei discrimine possumus.

Et Spiritus Sanctus docet ecclesiam omnia, quæ fidei sunt Canus lib. 5. c. 5. quæst. 3. pag. 320.

Striges.

Striges an cum Dæmonibus coeant, diximus supra.

2 Et, an ex eis generentur filij.

3 *Striges infantulos fascinare nequeunt.* Cornelius Agrippa. HAERE. Hoc quomodo confutetur supra scripsimus contra Agrippam.

Nam ex Inquisitorum processu, hoc certo scimus.

Quæ verò adducit ille, pro sui erroris confirmatione, ex D. Hieron. ad Gal. 3. non negant hoc, immo dicit, quòd fieri potest, vt Dæmones huic peccato seruiant.

Duplici ergo uia, fieri hanc fascinationem docent scholastici.

Primò, quando ex oculis mulierum quidam spiritus emittuntur, vt accidit in menstruatis.

Secundò, quando illi spiritus sic emissi, dæmonio imprecatione fiunt deteriores, ad occidendum puerum.

Nec dissentit catholicus ab iis, ut Sil. ac spiritus in suis tractatibus scribunt, & nos in tractatu de Dæmonibus.

Studia Generalia.

Studia generalia nocent ecclesiæ. Vuicleph. HAERET. Ex superioribus satis hæc hæresis confutatur, quæ & in Concilio Constantiensi fuit damnata, sessio. 8. arti. 29.

Subdiaconus.

Subdiaconus non est minister ecclesiæ. HAERE. Sacros ordines supra connumerauimus, ideo pauca de hoc dicenda occurrunt.

Hic ordo in ueteri lege fuit figuratus per Nathineos, qui vt legitur 1. Esd. ca. 2. erant Leuitarum ministri ducenti uiginti, ipsius est munus, uinum, & aquam calici infundere, huic traditur calix uacuus cum patena superposita.

Character imprimitur quãdo Calicem cũ patena recipit.

De quo in Concilio Cartaginen. 4. cap. Canon. 5.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manu accipiat uacuam, & Calicem vacuum.

De manu verò Archidiaconi urceolum cũ aqua, & mantile, & manutergium. In Concil. Flor. hoc idem repetitur in institutione

Armenorum. & Trid. sess. 23. c. 2. & 12. eorum ætas, & 13. Ordinandi sunt inquiunt Patres, qui habent bonum testimonium, & in minoribus ordinibus iam probati, ac literis, & in ijs, quæ ad ordinem exercendum pertinent. & item. Nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem, ante vigesimum secundum ætatis suæ annum promoueatur. Isid. de eorum officio scribit li. 2. de off. ecclesiast. cap. decimo. Nec opus est in re manifesta alia adducere. Illud verò, quod in Concilio Eliber. cap. 30. dicitur, quod qui mœchatus fuerit non ordinetur, hodie non seruatur.

Subditus.

Subditus potest ad libitum Dominum peccantem corrigere. Vuicleph. HAER. Instituit D. Paul. Quomodo superiores peccantes possimus corrigere, dicens. Seniorem nè increpaueris. & D. Petr. 1. cap. secundo. C. admonet dicens, vt subiecti simus Regibus & Ducibus. Hic damnatur etiam in Concil. Constant. sessio. octaua, articulo 17. Et pugnat cum ratione, quod docet Vuiclef. Nam omnis Respublica optimè instituta, statuit, ut seruus contra Dominum nõ possit insurgere.

Suffragia.

Suffragia viuorum nihil prosunt defunctis. Luthær. HAER. Pluries à nobis confutata fuit hæc hæresis, supra verbo Anima, & Missa.

Superbia.

Superbia non est peccatum mortale. HAER. Toties in sacris literis nefandissimum hoc uitium damnatur, ut omnibus sit manifestum, imò & contra naturam uenit superbus.
Nam ex eadem massa sumus omnes, & vniuscuiusq; anima è Cœlo uenit, & quid habet, quod non acceperit?
Hinc Deuteronom. decimoseptimo punitur qui superbierit, nec uoluerit obedire Sacerdotis imperio. Et Sapient. quinto. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Prouerbiorum tertiodecimo. Inter superbos semper sunt iurgia. Et ante Gen. 49. Maledictus furor eorum, quia pertinax. Et Dominus Matth. vigesimotertio. Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur. Chrisosto. inuehit contra hoc peccatum homil. 43. ad populum Antiochensem. Quemadmodum seui quidem venti in tranquillum mare delati totum ab imò surruunt, ut & arena cum undis misceatur, sic & ambitio. & turpis quæstus animam subeuntes omnia subuertunt. Diuus Gregorius lib. 34. moral. cap. decimoseptimo. & alibi plura scribit. Prosper Regiens. Episcopus epistola ad Virginem Demetriadem. Isidor. lib. secundo, de summo bono, capit. 38. D. Augustin. epistola 56. ad Dioscorum. Bernard. serm. tertio, ex paruis sermonibus. & serm. quarto de Aduentu Domini. Diu. Thom. secunda, secundæ quæstione 162.

Superstitio.

Superstitio non est peccatum. HAER. Scribunt summulæ Confessorum, contra hoc. Et Trident. Synodus, sess. vigesimasecunda in Decreto de obs. & euit. in Missæ celebratione in medio, & sess. vigesimaquinta. Decreto de inuoc. Sanctorum. Vt superstitio omnis tollatur in sacrificio Missæ.

Susanna.

Susannæ historia est falsa. HAER. Dubium fuit olim apud summos Ecclesiæ proceres de hoc. Athanasius in synopsi scribit à Daniele Propheta fuisse conscriptam. Orig. tract. 31. in Matt. testatur antiquitus in Ecclesia fuisse retentam. Hanc licet septuaginta latinitati non donauerint, tamen Theodotius, & alii legunt. D. August. hanc historiam, & totum caput 13. exponit tractat 36. in Ioannem.

Susurratio.

Susurratio non est peccatum. HAER. Vetat Moyses, nè sit in populo aliquis susurro, Leuit. decimonono, D. Et contra eum scribit Salomon, Prouerbiorum vigesimo sexto, E.

D. Thom.

D.Thom. scribit, quòd susurratio est ad separationem amicitiæ, detractio uerò ad denigrationem famæ, ideò differunt fine, sed conueniunt in materia, & forma, nempè occulta maledictione. Et est susurratio grauius peccatum detractione, & contumelia, quia amicitia est melior quolibet alio bono exteriori. 2.2.q.74. Quo loci notat Caiet. quòd & si sint multæ species amicitiæ, non tamen sunt multæ species peccatorum susurrationis, quia unus habitus potest plura sub se continere, ut de metaphys. patet, quæ considerat ratione entis.

Symbolum.

Symbolum Apostolorum non tenemur credere. HÆR. Symbolum, Latinè collatio, dicitur Apostoli inter se per Spiritum sanctum salubriter condiderunt. Christo enim resurgente, & ascendente in Cœlum, misso Spiritusancto, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi Symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusquisque quod sentit dicendo condiderunt, ut discedentes abinuicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Hæc Clem. epistola ad Fratrem Domini. Iren. aduersus hæreses Valentini, & similium, lib. primo, c.1.

Ecclesia per vniuersum orbem, vsque ad fines terræ seminata, & ab Apostolis, & à Discipulis errorum accepit eã fidem, quæ est in Vnum Deum patrem omnipotentẽ, qui fecit celum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Idem dicit lib. tertio, capit. quarto.

D.Amb. epist. 81. ad Syricium Papam. Creditur Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intermeratum semper custodit, & seruat. Hoc & serm. 38. repetit. Arbitror Apostolicam fidem duodecim artificum operatione conflatam. Duodecim enim Apostolorum Symbolo, Fides sancta concepta est.

D.Cyprian. illud exponit.

D.Augu. sic inchoat tertium suæ comentationis librum ad Cathecumenos. Sacramentum Symboli, quod accepistis, memoriæque mandatum, pro vestra salute retinetis, noueritis hoc esse catholicæ fidei fundamentum, super quod ædificium consurrexit Ecclesiæ constructum manibus Apostolorum, & Prophetarum. Et iterum. ser. 181. de tempore, & primus in Vigilia Pentec. in sua præfatione.

Sancti Apostoli certam regulam fidei tradiderunt, quam secundum numerũ Apostolicum duodecim sententiis comprahensam Symbolum uocauerũt, per quã credentes Catholicam tenerent ueritatem, & per quam hæreticam conuincerunt prauitatem. Symbolum ergo tali ratione institutum maiores nostri dixerunt.

Ruffinus in expositione Symbol. Tradunt maiores nostri, quòd post ascensionem Domini per aduentum Spiritus sancti, super singulos Apostolos igneæ linguæ sedissent. & paulò inferius. Symbolum hoc multis, & iustissimis ex causis appellare voluerũt.

D.Hieronym. ad Pammachium aduersus errores Ioan. Hierosol. epist. 61.

In Symbolo fidei, & spei nostræ, quod ab Apostolis traditum non scribitur in carta, & atramento, sed in tabulis cordis carnalibus, &c.

Leo serm. 11. de pass. Domini. Hac fidei regula dilectissimi, quam in ipso exordio per authoritatem Apostolicæ institutionis accepimus.

Idem epist. 13. & contra Euthycetem repetit. Maximus, in hom. de traditione Symboli, & expositione eiusdem. Signaculum Symboli inter fideles, perfidisque secerneret, & alienus à fide, atque hostis appareret Ecclesiæ. D.Thom. secunda, secundæ, q. prima. Bon. Scot. 3. dist. 35. q. 1. ab Apostolis traditum affirmant. Et inter recentiores Doctis. Caiet. 2. ad Thess. secundo, ait Nota prudens Lector aduersus exigentes scripturam de omnibus traditionib. Apostolorum, ecce Paulus apertè dicit, traditiones per sermonem, tali enim modo habemus Symbolum Apostolorum.

Et admiratio Laurentii Vallæ cessat, qui contra Antonium, Berontium Minoritanũ insurgit, dicens, quare non scripsit D. Lucas in actis, quid opus fuit Concilio Niceno? Dicitur, quòd nec omnia fuere scripta. Errauit, & Erasm. in præfatione Paraphrasis in Matt. quòd ignorat esse ab Apostolis de quo singulos articulos ex nomine Apostolorum scribit D.Aug. & verbatim refert serm. 2. Dominicæ Palmarum.

2 *Symbolum Concilij Niceni superfluum est, & D. Athanasij.* HÆR. Ad hæreses damnandas,

das, quæ post Discipulorum mortem ortæ erant in Ecclesia, Patres ediderũt hoc symbolum ex sacris literis, quæ sunt ab Ecclesia recepta. D. Athan. verò symbolum composuit ad manifestationem doctrinæ, sed quoniam integram ueritatem continet, authoritate summi Pontificis est receptũ in Ecclesia. Hæc D. Th. 2. 2. q. 1. articulo ultimo.

3 *Symbolum non tenemur credere*. HAERE. Mysteria fidei, ac eius principia sunt necessario excipienda, alioquin omnia ruerent. Et aliqua eius sunt explicitè credenda tũ de quibus solemnitas agitur in Ecclesia. D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 6. & 7. Verum de his uerbo Fides scripsimus, ideò non sunt plura hic addenda.

T

Temperantia.

Temperantia, non est virtus. HÆ. Temperantia authore Cicerone, li. primo Reth. est rationis in libidinem, atque alios nõ rectos impetus animi summa & moderata dominatio. Vel est moderatio cupiditatum rationis obediens. Vel ut dicit D. Aug. apud Magistrũ. 3. d. 33. Consistit in coercendis prauis delectationibus. hunc Christus Dominus, & viri omnes prudentissimi venerati sunt. De qua D. Thom. 2. 2. q. 141. Rich. 3. dist. 33. Biel 3. dist. 34. q. vnica. & D. Bern. serm. 35. ex paruis sermonibus. Prudentia, & temperantia sedem habent in ratione, quia ratio prudens debet esse & temperata.

Templum.

Templa sunt vana superstitione erecta. Pseudo Apostoli. Boemi. Luthær. Erasmus. HAER. Multos habet in Germania discipulos Luthærus, qui sacra Templa in Dei, ac Diuorum honorem cõstructa (quæ apud Barbaros est, & fuit semper consuetudo, & tamen ipsi arbitrantur non plus valere ad orandum, quam stabulum pecorum.

At quæ gens est adeò orbata ratione, quæ Altaria nõ erexerit, templa non ornauerit? De Iacob dicitur quòd erexit lapidem in titulum. Noe ædificauit Altare Domino, Dauid, ut dicitur 3. Reg. 8. Gloriosissimũ templum erigere constituit, & quæ necessaria fuerint parauit, sed uoti compos fieri non potuit, & Salomon filius sapientissimus absoluit. Et hic splendidissimum, ac munificentissimum construxit, tantaq. uenustate, ac gloria illustrauit, ut omnibus gentibus, etiam idolatris esset admirationi. In hac tanta fuit auri copia, ut omnia auro tecta essent, & parietes ipsi auro incrustati. Et hunc ornatum, & decorem quis dignè, celebrare queat, cum & sacra pagina illud diligentissimè depingat.

Ioas etiam templum Dei iubet instaurari. 4. Reg. 22. Propheta Agg. arguit negligentes ad instaurationem Templi. Agg. 1. & cap secundo. Restaurantibus promittit Deus benedictionem. Hinc Dominus. Mat. 21. Eiicit vendentes, & ementes, & in Templum Spiritum sanctum expectabant Apostoli. Luc. 24. In Templo erant fideles post susceptum Spiritum sanctum. Act. 2. In templo ascenderunt Petrus, & Ioannes, ut orarent. Act. 3. A.

D. Augustinus etiam scribit, lib. primo, capitulis quarto, & quinto. de ciuitate Dei, quòd Christianorum templa Pagani uenerabantur?

Demum Concil. Gang. capit. dicit. Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes, quæ in ea fiũt, Anathema sit.

2 *Templa construere in honorem Sanctorum Idolatriæ peccatum est*. HAER. Eustachius Basilicas Martirũm, Templaque sub Diuorum nomine dicata contemnebat, quẽ Germani incitati sunt.

Catholici uerò non inficiantur templa soli Deo tanquam suppremo principi debere construi, & ut latriæ actus est. Namque templa Sanctorum nomini sunt dicata, ac Diuino cultui mancipata, quæ pio affectu, ac deuotione adeunda credimus, ut apud Deum præces pro nobis fundant. Vt D. Augustinus lib. de Ecclesiast. dogm. capit. 73. & Damascen. lib. quarto, capitulo sexto. Et hanc sanctam consuetudinem tam Græca, quàm Latina seruat Ecclesia. Quod docuit Euseb. lib. secundo de historia Ecclesiast. capit. decimoseptimo. Chrisostom. homil. 66. D. Augustin. de Eccles. dogma. capitulo 73. Damas. lib. quarto, capitulo

pitulo sexto, & distinctio, vigesimaprima, cap. Sacrosancta Romana.

Tentatio.

Tentat nos Deus ad peccandum. HAER. Stultissimum, imò iniquissimum est dictum, quod Deus non tentat ut peccemus, licèt tentet, ut probet. De quo supra.

2 *Tentatio diaboli omnis est per contactum lapidis, & herbarum.* Petrus Abail. HAER. Quomodo tanta hac uia nos tentat, recolat iste, quomodo tentauerit primum hominem, Genes. tertio, Et de Iob, Christo Domino, & in nosmetipsos diuersas experimur tentationes. Hinc se transfigurat in Angelum lucis, & tanquam Leo circuit quærens quem deuoret.

Terra.

Terra est Deo coeterna. Fœlix. HAERET. Non insudabimus pro confutatione huius erroris, quoniam Moyses in principio Diuinæ historiæ, recolet hanc in principio tẽporis fuisse conditam. Et psalm. 101. Initio tu Domine terram fundasti. Et Esaia quadragesimoquinto. Ego feci terram, & hominem super eam creaui. Et Diuus Paulus ad Hæbreos primo. subscribit Dauidi.
Demum Symbolum hoc docet.

2 *Terra est animata anima rationali.* HAER. Referunt aliqui, hanc hæresim scribere Orig. homil. quarta in Ezech. & eius sunt uerba.
Latissimam scripturæ syluam recensens coarctor ad suspicandum, quod animalis sit terra ista, quam cernimus, accipiens testimonia dicta de terra. Verum ut puto corruptus est ab aduersariis locus Origenis, & adeò exploditur hæc sententia ab omnibus, quòd potius eam irrideant, quã confutant.
Nam quando infudit Deus animam, quæ & ubi sunt Organa requisita, quales eius operationes, & functiones. Meritò D. Thom. secundo cel. lect. decimaoctaua probat terram esse inanimatam, contra rationes Alexandri.

3 *Terra post diem iudicij est ab hominibus habitanda.* HAER. Ambrosius Catharinus in commentario posterioris D. Petri, capitulo tertio, super ea uerba. Adueniet autem dies Domini, in quo cœli magno impetu transient. Arbitratur. quòd terra sit extremo incendio innouanda, & maiori ornamento, ac amænitate exornanda, ut in ea perpetua sit habitatio hominum.
Quæ dicta sunt falsa, nam homines, uel Beati in cœlo ascendent. Venite benedicti Patris mei. Vel peccatores ad infernum descendent. Ite maledicti, non erit ergo alius locus pro hominibus.

Testamentum.

Testamentum nouum continet futurum Christi aduentum tantum. HAER. Hæretici, qui appellantur uncti, in comitatu Angliæ, orticul. 1570. dixerunt Christum ante diem Iudicij rediturum, & ideò ista continet Euangelium. Quæ impugnare uanum est, quoniam sacra historia manifestè loquitur contra eos, & quod tantum sit uenturus, ut iudex prædixit.

Theologia.

Theologia est vana scientia. HAER. Multi hęretici, potius uenereis, quàm sacris deditì deriderunt scientiarum studium, contra quos supra multa diximus.

Timor.

Timere Deum malum est. HAERET. Hortantur sacræ literæ ad Dei timorem, quem initium sapientiæ nuncupauit Dauid, & in præfatione Missæ, dicitur, Tremunt potestates. & Hierem. decimo. Quis non timebit te, ò Rex gentium.
Et Malach. primo, Si ego Dominus ubi timor meus.
Et Dauid. Timete Deum omnes Sancti eius, quoniam nihil deest, timentibus eum.

2 *Timere Deum timore seruili malum est.* Luthær. HAERET. Peccator dum in se reuersus fatetur Deum omnipotentem esse, & quod pro commisso crimine puniet, & sic timet Deum, non peccat.
Nam Dauid dixit. psal. centesimodecimo octauo. Bonum mihi Domine, quòd humiliasti me.

Hoc docet D. Basil. psalm. trigesimotertio. D. Augustin. super primam Ioan. epistol. trac. nono, exponens illud timor non est in charitate, foras mittit timorem. ergo incipit timor, quia initium sapientiæ timor Domini.

Bernard. in libr. de præcepto, & dispensatione. Richard. de sancto Victore, libro de præparatione animi, capitulo octauo. D. Thomas secunda secundæ, quæstione decimanona, artic. quarto. ex uerbis Diui Paul. ad Roman. octauo. Non accepistis spiritum seruitutis. glos. dicit esse à Spiritu sancto timorem seruilem. Et addit D. Thom. quòd timor seruilis secundum suã substantiam bonus est, sed seruilitas eius est mala, uel qui operatur ex seruilitate, uel propter pœnam malum est, uel qui timet tantum propter pœnam. Quando quis timet pœnam non in se, sed propter Deum, tunc non peccat. Nec seruilitas, ut sic est de ratione timoris, sicut nec informitas de ratione fidei, ideò sine timore pœnæ, & propter Deum remanet timor Bonus, & articulo sexto scribit, quòd remanet cum charitate, & est à Spiritu sancto, quia de substantia huius timoris est, ut timeat se Deo priuari, & timet priuationẽ boni, ideò stat cum charitate, & non habet pro obiecto pœnam ut sic, sed sub ratione priuatiui boni, inquit Caietan. De quo Trident. Synodus, sessione sexta, Canon. octauo. Si quis dixerit gehennæ metu per quem ad misericordiam Dei, de peccato dolendo confugimus, uel à peccato dolendo confugimus, uel à peccato abstinemus peccatum esse, aut peccatores peiores facere. Anathema sit. Timor ergo seruilis ut seruilis malus est, at non si propter Deum timet.

3 *Timor mundanus non est semper malus.* HAERET. Distinguunt Doctores timorem filialem, ut quando quis timet peccare, nè offendat Deum; in seruilem, ut quando nõ peccat propter pœnam tantum ut sic.

In mundanum, quando mala, quæ timet absolutè, non hoc, vel illud malum recedit ad Deum.

In initialem, quando medius est inter filialem, & seruilem, hic timor differt à filiali, ut imperfectum à perfecto, nam quãdo quis incipit timere Deum, nec habet charitatem perfectam dicitur initialis.

Timor ergo mundanus, nempè recedere à iustitia propter temporalem pęnam iniquum est, de quo dixit Dominus. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Quod & de timore seruili exponi potest, qui ut seruilis non stat cum charitate, sed ratione separationis à Deo remanet, hoc est, quo ad substantiam suam stat cum charitate, sicut amor sui non repugnat charitati. sic rem dilucidat D. Thom. art. sexto. Palud. 3. dist. 34. quæst. 3.

4 *Timor nullus remanet in patria.* Remouetur timor seruilis, quia non amplius ad pœnã damnari potest Beatus. Cessat initialis, quia non augetur charitas, quia sunt in termino. Mundanus non est, quia sunt in charitate firmati.

Remanet tamen filialis timor, siue reuerentialis. De quo dicitur. Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi. Et Ecclesia tremunt potestates, & timent in bono, quod amitti non potest. Et timor iste importat defectum creaturæ respectu Dei infiniti. Vel si nullus timor ibi remanet, dictum Dauid intelligitur, quòd permanet, quia perducit ad id, quòd timeri debet, articu. vndecimo. Caietan. Ferret. lib. quarto cont. Gent. cap. vigesimotertio & sic damnatur Petrus Abailardus, ab Alphonso. Et Iob dixit de hoc timore, cap. 26. Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.

5 *Timor non est donum Spiritus sancti.* HAERET. Esaias, capitulo vndecimo locat & timorem inter dona Spiritus sancti, & de filiali interpretatur, non de seruili, vt sic, & ut tantum pœnam respicit, articulo nono.

Tobias.

Tobiæ liber non est canonicus. HAER. Apud Hæbreos incerti authoris est hic liber, & inter apocrypha ab eis numeratur, tamen in Ecclesia est receptus, ac approbatus, & Ecclesiasticus liber dicitur. & in Concil. Toleta. primo, dicitur. Si quis dixerit, uel crediderit aliàs scripturas esse canonicas, præter eas, quas catholica recipit Ecclesia. Anathema sit.

Hic ergo liber Tobiæ dicitur, quia historiam illius continet.

Erat

Erat hic de tribu Heptalim in captiuitate constitutus, in Ciuitate Niniuè misericors & timens Deum, ut scribit Athan. Concilia, Cartag. Tertium à Leone confirmatū. Flor. sub Eugenio, & Trident. sub Paulo Tertio inter Canonicos referunt. Patres item, August. lib. secundo de doctr. Christiana. capitu. octauo. Innocent. 1. epistola ad exuperium Tholosanum episcopum. Gelasius Papa, cum Concilio septuaginta episcoporum. Isid. 6. Etimol. capitu. primo. Contigit hæc hystoria in diebus Salmanazar, & Sennacharib Assyriorum Regum, qui fuerunt temporibus Ezechiæ Regis Iuda. Vixit Tobias annis 102. secundum Græcorum uerò translationem annis 158. mortuus, ac sepultus est Niniue, circa annum ab orbe condito ter 1370. Quæ uerò continentur in hoc libro de morte, & sepultura eius à filio adiuncta credūtur. Recipit itaque ecclesia hunc librum cum Clemente Primo, Anacleto, & Alexandro, adeo ut nemo eum inficiari possit. De quo Medina, de recta in Deum fide. lib. 6. cap. decimoquarto.

Tonsura.

Tonsura est ordo. TEM. Pauci illi sunt, atque impropriè loquuntur, qui affirmant Tonsuram esse ordinē, ut Magister & Ecchius. Nam & sacra Concilia neque patres inter ordines collocāt. Concil. Trident. sess. vigesimatertia. capit. 2. & 4. D. Thom. Bon. Ricardus.

2 *Tonsura Clericorum uana est superstitio, atque hypocrisis.* Hortensius. ERRON. Non est hoc dictum contra fidem directè, at quia addit Hortēsius quidā Lundus Augustanæ Confessionis defessor, quod barbam radere, ac capillos tonderè sit contra scripturā sacram. Et Romani Pontifices hunc nostrum radendi modum approbauerunt, se quereretur, quod Papa in re tàm parua contra Dei institutum ageret. Ideò eam ne dū pugnare, sed ex sacris litteris ostendo. Primum, Num. sexto, scriptum est, quòd Nazarei prius crine seruato, demum post magnam uitæ continentiā caput radebant, & capillos in ignem sacrificii ponere iubebantur. Et Deus dixit Ezechieli, capitulo, quinto. Tu fili hominis sume tibi nouaculam acutam radentem pilos, & duces eam per caput, & per barbam tuam. Et in actibus, capitu. vigesimooctauo. scriptum est, prisallam, & Aquilam suscepto Nazareorum uoto in Cēchreis Corinthiorum portu Cęsariem abrasisse.

Idemque non multo post Hierosolymis fecisse Paulum hortatu Iacobi Apostoli, unam cum plerisque aliis discipulis, ut legitur act. vigesimoprimo. D. Anicetus Pontifex epistola ad Episcopos Galliæ dicit. Prohibite fratres per uniuersas uestrarum regionum ecclesias, ut Clerici, qui laicis, & simplicibus, & infra. Iuxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput per modum sphæræ, radant, quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita, & in tensura, & in omni habitu discreti debent apparere. Concil. Cartag. quartum. Can. quadragesimoquarto. Clerici neque comam nutriant, neque barbam. Tolet. 4. Can. 40. omnes clerici, uel Lectores, sicut leuitæ, & sacerdotes, detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant. Isidorus hispal. lib. secundo de offi. ecclesiasticis, capitu. quarto. Tonsuræ ecclesiasticæ usus à Nazareis ni fallor exorsus ab Apostolis in ecclesia introductus est, & rationes tres adducit. Beda in Esdræ comentarijs institutam esse dicit ad humilitatis recordationem. Capistrinus in speculo Clericorum dicit, quòd cum sit regale sacerdotium, tonsura Coronā designat, quod nec Isidorus tacuit.

Obiectiones.

Vituperat radendi formam occasionem sumens ex uerbis Domini ad Ezech. 44. sacerdotes caput suū non radant. Et 1. Reg. 1. de Samuele dicitur, omnibus diebus uitæ suæ nouacula, per caput suum non transibit. Et Leu. 19. præceptum est omnibus. Non radetis barbam, neque Stigmata facietis uobis. Adhuc Baruch. 6. damnantur sacerdotes caput & barbam radentes. Demum Hierem. 9. dicit Dominus contemptoribus præcepti leuitici. Dispergam in omnem uentum eos, qui circuntonsi sunt coma. His locis excullulatus illè damnat tonsuram Clericorum. Clemens Alexan. Orige. præceptor dicit impium esse ritum radendi. Et Epiphanius. & D. Hierony. in Ezech. 44.

Sed

Sed reſpõdemus, quòd Nazareis pro loco
& tempore fuit interdicta raſura, ut donec
uotum explerent. Et Leuitis donec in ter-
ra ſancta extarent, nè ſimiles eſſent genti
uicinæ, & ſic loquitur Hieremias. Vel
ꝙ illis Sacerdotibus interdicitur, non no-
bis, qui liberi ſumus ab antiquis Sacerdo-
tij legibus. Et quod confirmat Patrum te-
ſtimonijs, dico, quòd non tonſuram, ſed
intentionem damnant. nè uana ſuperſti-
tione, aut alijs prauis de cauſis radant.
Hæc pro Clericorum tonſura ſint dicta.
De qua fuſius ſcribit Turrian. lib. quinto,
capit. decimonono.

Traditio.

*Traditiones Apoſtolicæ non ſunt ſeruandæ, ſed fi-
ctitiæ ſunt.* Luthærus. Caluinus. Bucce-
rus. Centuriatores. HÆRE. Purgant
Luthærani andabatarum moræ cæcis ocu-
lis, & negant meridianam Solis lucem,
quam ut intueri poſſint omnem nebulam
remouebimus, ac omnem dubitationem.
Primo ex ſacris literis traditiones demon
ſtrabo.
Secundo ex ſummis Pontificibus.
Tertio, ex ſacris Concilijs.
Quarto, ex Patribus.
Quinto, ex Scholaſticis.
Sexto, rationibus. Demum ex ipſiſmet
hæreticis.
Ad primum ergo reuocetur oratio. Deut.
32. dicitur. Interroga patres tuos, & dicet
tibi, maiores tuos, & annunciabunt tibi.
Dauid pſalm. 43. Deus auribus noſtris au-
diuimus, patres noſtri nſiciauerunt nobis.
& pſalm. 77. Quanta mandauit patribus
noſtris, nota facere filijs ſuis. Et Prou. 22.
Nè te prætereat narratio ſeniorum, ipſi
enim didicerunt à patribus ſuis, quoniam
ab ipſis diſces intellectum. Dominus,
Matth. uigeſimotertio. Quæcunque dixe-
rint uobis, ſeruate, & facite. D. Paul. ad
Gala. primo Si quis euangel zauerit præ-
ter id, quod accepiſtis, anathema ſit. Et 1.
ad Theſſalo. ſecundo. Tenete traditiones,
quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue
per epiſtolam noſtram. & capitulo tertio.
Vt ſubtrahatis uos ab omni fratre ambu-
lante inordinatè, & non ſecundum tradi-
tionem, quam acceperunt à nobis. Et 1. ad
Thimot. ſexto. Si quis aliter docet, & non
acquieſcit ſacris ſermonibus; non dicit ſcri
pturis. & ſecunde capite. tertio. Tu uerò
permane in his, quæ didiciſti, & credita
ſunt tibi. Ioannes epiſtola ſecunda, ad
calcem. Habens uobis ſcribere, nolo per
cartam, & atramentum, ſpero enim me
futurum apud uos & os, ad os loqui. B. Ia-
cob. cap. primo. Suſcipite inſitum uerbum,
quòd poteſt ſaluare animas ueſtras. Ex
Actis Apoſtolorum, capitu. 15. habemus, ꝙ
Paulus perambulabat Syriam, & Ciliciã
confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodi-
re præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum.
& capitu. 16 tradebat cuſtodire (idem Di-
uus Paulus.) Dogmata, quæ erant decreta
ab Apoſtolis, & ſenioribus, qui erant Hie-
roſolymis. Et hoc importat, quòd Tito
ſcribit, quòd reliquit eum Cretæ, ut Epi-
ſcopos, & præsbyteros diſponeret, quod
non niſi uoce factum fuit. Et quoniam
iſta ſunt manifeſta, alteram partem aggre
diamur.
Romani Pontifices eas neceſſariò creden-
das ſemper ob oculos poſuerunt.
Clemens, multos libros conficit, ſecundũ
quòd à D. Petro acceperat, ut ipſe teſta-
tur.
Anacletus in epiſtola. Non regulas naſcen
tis Eccleſiæ confundere.
Euſebius. Fidei regulas cuſtodire, & ab in
ſtitutis Patrum nullatenus deuiare.
D. Greg. lib. ſecundo epiſtolarum, epiſtola
49. Anathemate percuſſit, quicunque au-
ſus ſit, immutare aliquid eius fidei, quæ in
Concilio Calcedonenſi firmatum eſt.
Paſchalis in epiſtola ad Archiepiſcopum
Panormit. Malum eſt ab Eccleſiæ unitate,
& à ſedis Apoſtolicæ obedientia reſiſtere,
& contra Canonum ſtatuta prorumpere.
Leo Magn. ſerm. ſecundo, de ieiunijs Pen-
thec. Retentum de traditione Apoſtolica,
& de ſancti ſpiritus prodire doctrina.
Leo Quartus, ut habetur diſtinctione uige
ſima, de libellis. Traditiones obſeruan-
das docet.
Horſmida, ut dicitur diſtinctione 50. cap.
Si ille.
Bonifacius. 16. quæſtione prima. capitulo
Nonnulli.
Nicolaus, ut habetur 12. quæſt. ſeptima, c.
Ridiculum.
Pius Secundus, ut habetur in Bulla ſuæ re-
trac. poſtq̃ fuit ad Põtificatum aſſumptus.
Et ſi

Et si hæreticis, hæc non placent, percurramus sacra Concilia Generalia, & Prouincialia.

Primum testimonium est ex Concilio Niceno, ubi dicitur, quòd Constantinus Sacerdotum sententias, tanquam à Deo prolatas suscepit, & si quis tentasset obniti, uelut contra Diuina statuta uenientem in exilium se protestatur acturum. Traditiones ergo Diuina uocat statuta.

In initio Concilij Calcedonēs. in oratione Martiniani Imperatoris dicitur ad Synodum, secundum Patrum doctrinas concordantibus animis uestris, uestra properet reuerentia.

In eodem Concil. canon. primo. A Sanctis Patribus, in unaquaque Synodo, usque nunc prolatas regulas tenere statuitur. & habetur 25. quæstione prima, A Sanctis.

In primo Constantinopol. can. primo. primum omnium illud, decretum conditum est, custodiendam esse fidem 318. Patrum, qui apud Niceam Bythiniæ conuenerunt.

In Concil. Gangensi damnantur, qui renuunt traditiones Ecclesiæ, in epist. ad Episcopos Armeniæ.

In secundo Niceno, act. 7. Fatemur vnanimiter nos Ecclesiasticas constitutiones, siue scripto, siue consuetudine ualentes, & decretas retinere velle.

In sexta, cap. primo decretum est, ut ea teneretur fides, quæ ab Apostolis, ac sacris Conciliis tradita est. In octaua, can. primo ad calcem, præcipit tenere traditiones, quas accepimus, siue per sermonem, siue per epistolam Sãctorum, qui ante nos fuerunt, ut Paulus aperte nos admonet.

Concil. Trident. millies, ut inferius explicabo. Huic determinationi consentiunt Patres.

Dionys. Areopag. lib. hier. Eccl. cap. primo dicit. Non scriptas doctrinas, seu leges Apostoli tradiderunt, quas oportet suscipere. & quòd partim scriptis, partim nō scriptis tradiderunt.

Ignatius, vt supra dixit quadragesimam ex traditione Apostolorum esse dixit. & in histo. Eccles. lib. 3. cap. 36. docebat populos, vt diligentius, ac tenacius Apostolorum traditionibus inhærerent.

Ireneus, lib. 3. aduersus hær. c. 4. Propter quod oportet deuitare quidem illos, quæ autem sunt Ecclesiæ cum magna diligentia diligere & apprehendere ueritatis traditionem. & paulò infra. Quid si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditiones, quem tradiderunt his, quibus committebant Ecclesias?

Tertull. librum proprium contra hanc heresim scripsit.

Orig. in proem. lib. 1. periarchon. Illa sola credenda est ueritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione.

Athan. in disputatione aduersus Arrium.

Basil. lib. de Spiritu sancto, capit. 27. & 29. Apostolicum arbitror esse, etiam in non scriptis traditionibus perseuerare.

Laudo inquit Paul. uos, quòd omnia mea meministis, & quemadmodum tradidi uobis traditiones continetis.

Epiphan. contra Apostolicorum hæresim. pag. 243. Oportet, & traditione uti, & reddit rationem.

Chrisost. in 2. epist. ad Thessal. cap. patet, q̄ Apostoli, non omnia per epistolas tradiderint, sed multa etiam sine literis.

Amb. nulla est disciplina melior (& loquitur de traditionibus, graui, & prudenti Christiano, quàm ut eo modo agat, quo agere uiderit Ecclesiam quamcunque fortè deuenerit.

Hierony. cap. 10. in Ecclesiastes. Sepis, maceriæque euulsio Ecclesiastica sunt dogmata, & institutio ab Apostolis, prophetisq; fundata.

D. August. epist. 118. cap. 1. sic ait. Illa, quæ non sunt scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obseruātur, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis, uel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas, commendata atque statuta retineri. Et cont. Donatistas, cap. 24. dicit quoque consuetudines ecclesiæ uniuersalis ab Apostolis fuisse traditas existimandum est. Et in epist. 108. Seleucianã. Nō omnia, quæ facta sunt ab Apostolis, etiam scripta inueniuntur, ueruntamen facta esse ex certis documentis probatur. B. Cyril. in epi. ad Io. Antioch. Nullo modo patimur à quibusdam concuti definitam fidem, siue fidei Symbolum à sanctis Patribus nostris, qui apud Niceam cōuenerũt. Gre. Naz. laudat Basi. q̄d p̄ xiii. ann. solis sacris literis incubuerit, quorum intelligentiam ex maiorum scriptis, & autho-

thoritate ſunt aſſequuti quos Apoſtolica ſucceſſione intelligendi regulas ſuſcepiſſe conſtaret.

Gregor. Hæſſ. Corne. in eccleſ. Ad hoc datus eſt ſermo Dei, tum ſcriptus, tum nõ ſcriptus, ut aer tanquàm aculeo quodam armati, & inſtructi, uiciſſim inter nos, ad laborem orationes & ſementis bonorum operum in ſpem uitæ æternæ faciendam incitaremur.

Theophil. 1. ad Corinth. capitu. undecimo Liquet ex his, tum Paulum, tũ Apoſtolos reliquos haud quaquàm omnia literis mãdaſſe præcepta, quæ populis tradidiſſent.

Hilarius de Synodis. Grauis authoritas eſt ueterum.

Theodoretus Com. in epiſtolam ad Corinthios. Cęteris ego dico, non Dominus. &c. Non eſt hoc uerbum (inquit) ad humanam authoritatem, ſed potius ad Diuinã referẽdum.

Policarpus ad Philippenſes. Subiecti eſtote præsbyteris, & Diaconis, ſicut Deo, & Chriſto.

Cyprian. ſermo de ablutione pedum. Non minus ratum eſt, quòd dictante Spiritu Sancto Apoſtoli tradiderunt, quàm qđ ipſe Chriſtus tradidit.

Euſeb. in eccl. hiſto. lib. 5. c. 6. & 11. & lib. 7. capit. 22. Laudare oportet, & abſque inuidia amplecti, ſi quid rectè ſcriptum, & traditum à maioribus eſt. Et lib. 3. cap. 35. & 39. Papias, ait (eò referente. ſemper interrogabam, quid Andreas, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, uel quiſpiam ex Apoſtolis Domini dixerint, & cogitabam me, non tantum utilitatis ex libris, quantum ex uiua, & permanente uoce delaturum.

Fertandus Diaconus in pedagogo Chriſtiani militis, regula quinta. Vnde etiam conſuetudo, ſiue lege quam tamen Eccleſiæ ſanctæ traditio cuſtodiendam iugiter poſteris tradidit, eadem reuerentia uidetur eſſe cuſtodienda.

Vincen. Liren. lib. aureo aduerſus Phoph. nou. utitur traditionibus ad hęreticos conuincendos.

Ioan. Dam. lib. 4. capit. 8. Plura tradita ab Apoſtolis, non ſcripto, ſed uerbo, quæ tamen obſeruanda ſunt.

Item, cap. 3. & c. 17. de adoratione crucis. D. Thom. opuſ. 73. cap. 5. Vocat Diuinam legem, quæ in Decretis Sanctorum Patrum continentur.

Cum Patribus conueniunt Scholaſtici omnes, & multi ex recentioribus ſcribunt pro earum corroboratione.

Imò uerò hæretici concedunt traditiones. Melanchon, capitulo 14. in epiſtolam ad Romanos. Non probo (inquit) petulantiam eorum, qui ſine probabili cauſa ubique uiolant (ritus, ſcilicet, & traditiones) ſeu ſtudio nouitatis, ſeu quadam contumacia, &c.

Oecolampadius, epiſtola 16. ad Eraſm. Ritterium. Optarim quidem, ſi Eccleſijs omnibus integrum foret, ceremoniis eiſdem cunctos uti.

Non eſt piorum mentium maiorum placitis temere reluctari, ait hæreticus Capito.

Bucerus, capitulo 15. in Matth. Nihil eſt damnandum, quòd ulla ratione bonum eſſe queat. & inferius. Id nequaquam traditio humana, ſed Diuina, licèt per homines adminiſtrata æſtimanda eſt.

Brentius. Non loquitur (inquit) tunc de ea traditione, quam nobis ſacra ſcriptura, & quæ in ea continentur à maioribus per manus tradita ſunt.

Monhemus. fol. 94. In eadem ſententia eſt, de baptiſmo paruulorum conſuetudinem probans.

Auctores Auguſtanæ confeſſionis, articulo quintodecimo. De ritibus eccleſiaſticis dicunt, quòd illi ſunt ſeruandi, qui ſine peccato ſeruari poſſunt. Et art. 16. Neceſſario debent Chriſtiani obedire Magiſtratibus ſuis, & legibus, niſi cum iubent peccare. Ordinationes inquiunt eſſe Dei leges, quæ ab Epiſcopis feruntur.

Vrbanus Regius, capitulo ultimo eius libri, quem doctrinam appellat ueterem, & nouam ait.

Interim cæremonias Eccleſiæ, & traditiones Patrum, ubi nihil ſtudio pietatis obſtant, aut uitij habent, propter charitatem & pacem ſeruandas ſuadeo.

Aduerſarij ergo traditiones admittunt ſuper argumento Soluere.

Obiectiones Hæreticorum.

Plurimum vtilitatis afferre censeo, solutio eorum, quæ hæretici sibi suadent contra nos pugnare.

Primò arguunt. Traditiones veniunt de aure in aurem: ergo uariari possunt, ergo seruare non tenemur.

Respondeo, quòd seruantur incorruptæ ex speciali Dei auxilio ecclesiæ assistente.

Secundò. Similes ergo erimus Pittagoræ.

Respondeo ex D. Aug. tract. 49. in Ioan. & epistola ad optatum de origine animæ, ꝙ non sumus Pittagorici, quia multa sunt necessaria ad salutem, quæ sunt scripta. Dico secundo ex Greg. Naz. in prima aduersus Iudæos stelintentica, quòd non est absurdum patrum doctrinam similem esse Pittagoræ, quò ad hoc.

Tertiò. Si quæ sunt necessaria scripta sunt, ad quid traditiones. Nam scriptura continet, quæ sunt opus ad perfectum hominē.

Respondeo, quòd hoc non est contra nos, nam in scriptura inter alia, quæ sunt necessariò credenda connumerat traditiones, de quibus D. Ioan. & loqui os, ad os.

Quartò. Iubemur credere sacerdoti tantum, quæ sunt secundum legem Domini, quæ scriptis continetur.

Respondeo, quòd nō omnia scripto, ac papyro continentur, sed corde credimus.

Quintò. Papias docuit mille post annos resurrectionem Apostolis tradentibus.

Respondeo, quòd malè interpretatus est Papias Apostolicas traditiones, ut refert Euseb. lib. 3. eccl. hist. c. vlt.

Sextò. Ireneus dicit anno 40. Christū mortuum ex apostolica traditione.

Dicitur, quòd deceptus est.

Septimò. Dæmoniacum est extra sacras litteras aliquid putare Diuinum, ait Theop. Alex. Dicitur, ꝙ loquitur aduersus eos, qui humana cōmenta in sacras litteras apponebant, & quasi omnino certas tenebant.

Octauò. D. Hiero. damnat, quæ ex traditione Apostolorum sine sacræ scripturæ authoritate proferuntur. Et iterum, sine authoritate scripturarum garrulitas non habet fidem.

Respondeo eadē respōsione. Et sic dictum Orige. exponitur, quo dicitur, ꝙ sit necesse uocare sacras scripturas in testimonium.

Nonò. Constantinus in Concil. Niceno dixit in disputationibus rerum Diuinarū habetur Spiritus Sancti doctrina præscripta.

Dicitur, quòd prima regula est sacra scriptura, quæ traditiones nobis credendas proponit.

Decimò. Hæretici utuntur traditionibus: ergo non ecclesia.

Dico, ꝙ consequentia nulla est, nam utuntur etiam baptismo, nō ergo ea reiicimus, quæ approbant hæretici.

Vndecimò. In præceptis patrū nolite ambulare. Ezech. 20.

Dicitur, quòd contra Idolatras loquitur.

Duodecimò. Quod præcipio tibi hoc fac, nec addas verbum.

Respondeo, ꝙ non loquitur de traditionibus, sed de his quæ sunt contra legem.

Tertiodecimò. Si quis euangelizauerit prę ter quam accepistis anathema sit ad Gal. 2.

Loquitur de his, quæ sunt contra Euangelium.

Quartodecimò. Si spiritu ducimini non estis sub lege. Dicitur, ꝙ nō sumus sub lege Moysi. Vel eo sensu, quo alibi dicitur lex iustis, non est posita.

Quintodecimò. Quare saltem nō collegit ecclesia has traditiones in unum, si sunt necessariò credendæ. Respōdeo, ꝙ multa habētur in Conci. Trid. Dico secundò, ꝙ ecclesia non potest sic omnia uno tēpore definire, uel secundū hæreticorū impugnationē. At ut uideant Hæretici, quæ sint traditiones, hic non sine ingenti labore colligo ex Conciliis, & patribus.

Quæ sunt traditiones Apostolicæ? Vt quæ modo pollicitus sum referā, quas à sacris Conciliis, & patribus scribunt ab Apostolis traditas, & Alphabetico ordine, ut commodius inueniri possent.

A

Adoratio Crucis, & imaginū Apostolica est traditio. Vt Damas. li. 8. de fid. ortodo. c. de imag. & D. Tho. 3. p. q. 25. 3. tertium.

2 Abrenunciatio in Baptismo Satanæ, & Angelis eius traditio est Apostolica. Diony. li. de eccl. Hier. c. 2. Tert. li. de corona militis.

3 Alleluia cantatur in ecclesia ex traditione Apostolica. D. Aug. exponens titulum Psal. 106. Hinc Concilium Tole. 4. prohibuit ne tempore Quadragesimæ cantetur.

4 Aqua vino miscetur ex traditione Apostolica. Rabanus.

5 Ba-

B

5. Baptiſmus paruulorum ex traditione Apoſtolica. Dionyſ. de Eccl. Hier. Orig. ad Roman. cap. 6. D. Aug. de bapt. contra Donatiſtas 4. Concil. Trid. ſeſſ. 5.
Baptiſmus non eſt iterandus, ex traditione Apoſtolica. D. Aug. contra Donatiſtas, c. 7. & Can. Apoſtolorum. c. 47.
6. Benedictio aquæ baptiſmi.
7. Benedictio olei inunctionis. Benedictiones ex traditione Apoſtolorum ſunt, ut ſcribit Clem. li. 5. in extrema parte.
8. Benedictio eius, qui baptizatur. Hæc ſcribit Baſil. lib. de Spiritu ſancto, c. 27.

C

9. Confeſſio auricularis. Dionyſ. epiſ. 8.
10. Conſecratio Altaris traditio eſt Apoſtolica. Dionyſ. lib. de Eccl. hierar.
11. Crucis ſigno vos ſignamus ex Apoſtolica traditione. Dionyſ. de eccl. hierar. Baſil. li. de Spiritu ſancto, vt habetur, d. 11. c. Eccleſiaſtica. Caiet.

D

12. Dominicam ſanctificamus ex traditione Apoſtolica. D. Aug. ſerm. 1. Dominicæ 26.

E

13. Euchariſtiam ſumimus, ex traditione Apoſtolica, nõ niſi ieiuni, non poteſt cibum. D. Aug. ad Ianuarium epiſt. 118.

F

14 Feſtiuitates quorundam dierum ex traditione Apoſtolica. Ignatius epiſt. 4. ad Philipp. Aug. epiſ. 118.

H

15 Horæ Canonicæ, ex traditione Apoſtolica. Diony. epiſ. 7 ad Demophilum. & quędam gloſa eo loci.

I

16. Ieiunare die Dominico non debemus ex traditione Apoſtolica. Ignatius epiſt. 4. ad Philipp. Tertull. de corona militis. Concil. Cæſar Auguſtanum. ſed 4. & 6. feria, ieiunandum ſtatuerunt Apoſtoli.
17. Innocentum puerorum Feſtum ex traditione Apoſtolica celebramus. Orig. hom. tertia, ſuper Matth.

M

18. Miſſæ ſacrificium ex traditione Apoſtolica. Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 9. in principio. Ignat. epiſt. 6. ad Smyrn. D. Thom. 3. quæſt. 64. 2. primum.
19. Monachi fuerunt tempore Apoſtolorum. Dionyſ. de Eccl. hier. c. 6.

O

20. Orantes ſtamus diebus Dominicis, à Paſcha ad Pentecoſten. Baſil. li. de Spiritu ſancto. c. 27. D. Aug. epiſt. 119. Concil. Nice. ut habetur de conſ. d. 3. c. quoniam.
21. Orantes genuflectimus ex traditione Apoſtolica. Orig. hom. 5. ſuper Numeros. & Baſil. ubi ſupra.
22. Orantes reſpicimus Orientem ex traditione Apoſtolica. Orig. & Baſil. ubi ſupra. & D. Auguſt. lib. 2. de ſermone Domini in monte. ex traditione Apoſtolica.
23. Ordinem eſſe Sacramentum ex traditione Apoſtolica. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 3, in principio.
24. Ordinis ſacri diſtinctio ex traditione Apoſtolica. Ignat. ad Trullianos, & ad Philippen.
25. Ordinatio Epiſcopi à tribus Epiſcopis, ex traditione Apoſtolica. ex d. 66. c. Porro. Anacletus.

P

Peccatum originale. Concil. Trident. ſeſſ. 5.

Q

26. Quadrageſima ex traditione Apoſtolica. Ignat. ad Philip. D. Hieron. ad Marcellum contra errores Montani, & alii in ſuperioribus.

S

27. Scripturam habemus ex traditione Apoſtolorum. Hieronym. hom. prima, in Canti. Cant. D. Aug. lib. contra aduerſarium legis, & Prophetarum.

28. Suffragia pro mortuis ex traditione Apostolorum. Concil. Trident. sess. 22. c. 2. in fi. Chrisostom. Rabanus. Damas. D. Thom. in 4.
29. Symbolum ex traditione Apostolorum. Ignat. ad Trallianos Basil. Hieron. D. Th. Scotus.

T

30. Tonsura clericorum, ex traditione Apostolica. Isidorus Hispal. lib. 4. de eccles. off. cap 4.
31. Trina immersio in baptismo ex traditione Apostolica. Dionys. de Eccl. hierar. c. 2. Orig. hom. 5. super Num.

V

32. Virginum consecratio ab Apostolis. Ignat. epist. 12. ad Antiochen.
33. Vnctio olei, ex traditione Apostolica. Basil. li. de Spiritu sancto, c. 27.
34. Vnctionis extremæ sacramētū, ex traditione Apostolica. Concil. Tridentin. sess. 14. cap. 1.

Has ex locis citatis expressas Apostolicas traditiones inuenio.

3 *Traditiones Apostolicas Papa, vel Ecclesia mutare potest, atque ab illarum omnium obseruatione fideles omnes eximere.* HÆR. Vt stemus præmissis hoc arduum quæsitum in præsenti loco exponam. Et quoniam in æquiuocis contingit sapientes decipi, ideò distinctionem præmitto. ex D. Augus. & aliis. Quod traditiones sunt in duplici differentia, quædam temporaria fuere, alia verò perpetua, quia habent causam sempiternam.

Primi generis sunt baptismi in nomine Christi tantum, abstinentia à suffocato, & sanguine.

Secundi generis, aqua calici permiscenda.

Secundo distinguo, quòd traditiones Apostolicæ sunt in duplici genere, alias à Domino acceperunt, ut matrimonium, confirmationem, extremam vnctionem, esse sacraméta nouæ legis, q̃ Dominus instituit, ac Apostolis tradidit fidelibus administranda.

Nonnullas verò ediderunt Spiritu sancto suggerente ad Ecclesiæ vtilitatem, nec Dominus oretenus dum esset in terra docuit, inter quas, multæ sunt, quæ in Canonibus Apostolicis habentur. Eas de primi generis non potest Ecclesia abolere, ut formã, ac materiam sacramentorum. In illis verò, quas Apostoli ediderunt, ut Ecclesiæ pastores potest Papa dispensare, ac per contrariam consuetudinem abrogare. Vt trina immersio in baptismo, ieiunium sabbati, ac pœnas pro peccatis statutas, & quadragesimæ ieiunium. Sic & aliorum Pontificum decreta, successores abrogarunt, inter, quę illud Anacleti epistola prima. Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus, hæc & similia, & si ab Apostolis tradita non sunt tamen ita fixa, vt conuelli Romani Pontificis authoritate non possint, licet firma maneant, quæ Christus per se, vel Spiritus Sanctus post eius Ascensionem reuelauit. Quibus addo ex lib. tertio, contra Donatistas, ubi D. August. Ecclesiasticarum traditionum tria genera tradit. Quædam contraria sacræ scripturæ, quæ abrogandæ sunt.

Aliæ non sunt contrariæ, quæ & in triplici differentia sunt. Quasdam per totum orbem obseruat Ecclesia, ut Passio, ac Resurrectio Domini, quæ ab omnibus sunt seruandæ.

Aliæ sunt quæ in speciali Ecclesia tantum seruantur, quæ in ea Ecclesia sunt seruandę, ut accepit à beato Ambrosio de ieiunio Sabbati, de quo supra.

Demum sunt aliæ, quæ non sunt ex sacris literis, neque Conciliis, neque statutis Ecclesiæ, aut rationabilibus de causis, sed nec sunt utiles, de quibus dictum fuit, in uanũ me colunt, seruantes mandata hominum, & istæ reuocari debent. Hęc ex epistola ad Ianuarium. 118. ca. 1. & 5. & Cano, lib. tertio, cap. 5.

Sic soluitur quæstio, quod aliquæ sunt seruandæ, aliæ uerò rescindendæ. seruandæ, quæ à Christo, quoniam nihil scripsit. Secundo seruantur humanæ, ergo diuinæ. Tertio, lege opus est ad Ecclesiam gubernandam. Quarto, si omninò traditiones repellimus ab Ecclesia, ergo & scriptura, quæ est per traditionem. His itaque dictis pro traditionibus Apostolicis, sequantur institutum nostrum.

Tribu-

Tributum.

Tributa principi ſeculari, non ſunt ſoluenda. Ioã nes Brehaim. HAER. Voce, ac facto Domini tributa eſſe ſoluenda monemur. Nã ſoluit ipſe ne eſſet ſcãdalo & in cauſa quo minus Euangelio crederent, qui illud exigebant. Matt. 17. Et alibi dixit. Reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari, Matth. 22. Et D. Paul. cui tributum, tributum, cui vectigal vectigal. Rom. 13.

Trinitas.

Trinitas non eſt una eſſentia in tribus perſonis. Hæbrei. Infideles. In ſuperioribus contra Hæbreos ſcripſimus. Aliqua ex ſacris literis modo afferam ex Idaco Claro Hiſpano contra Varimadum Arrianum, hic in principio (licèt aureus ſic libellus ſic perſonarum Trinitatem probat.

Primo, faciamus hominem. Gen. 1. In verbo, nobis. Gene. 3. Verbo, uenite. Gene. 11. Tribus hominibus, quos hoſpitio recepit Abraham. Gene. 18. Et alio loco. Gene. 19. Pluit Dominus, à Domino ignem & Sulphur ſuper Sodomam. &c. Dauid pſal. 66. Benedicat nos Deus Deus noſter. Et Eſa. 6. Dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et in noua lege. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Tres ſunt, qui teſtimonium dãt in cęlo. Verum quia hoc myſterium apertum eſt in ſacris literis, non eſt cur hoc loci fuſius diſputemus, recurrat ad Idacum, qui obiectiones ſcire deſiderat. De Trinitate etiam contra Hæbreos diſputantes multa diximus. Audi ergo Iſraël Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. Sicut enim triangulus habet tres angulos, & eſt unus, ſic tres ſunt perſonæ, & vna eſſentia.

Turcha.

Turchas, ac Saracenos non licet expugnare, nec noſtra bello recuperare poſſumus. Luth. Oecolamp. Eraſm. HAERET. Multa diximus, uerbo bellum. Et qua ràtione, non licet Chriſtianis ſua uindicare, quæ vi, aut poteſtate Barbarica erepta & occupata fuere, at aliis gentibus id dictante ratione eſt permiſſum.

Nunquid cęteris noſtra Reſpublica longe peior? Cum ergo gens illa Iſmaelitica occupet noſtras terras, poſſumus aduerſus eos belligerare. Quoniam ipſi ſcelere, armis, vi, ac fraudem, cum noſtra maxima iactura multa retinent, Aſiam totã, Aphricæ, quàm plurimas, ac Europè ferme præſtantiores partes, ergo nobis licitum erit recuperare.

Hinc Dominus uoluit, ut belligerãdo terrã promiſſionis obtinerent uoluit Philiſteos perimere opera Sanſonis, Goliath, à Dauide trucidari, idque totum pro beneplacito ſuæ ſapientiæ. Voluit Dominus ut continuum eſſet bellum contra Infideles, ut dicitur. Iud. 5. & 1. Regum. primo, & Mach. primo. Totum uetus teſtamentum plenũ eſt, quomodo iuſſu, & auxilio Dei, contra Infideles inuaſerunt, ut de Abraham, Moſe, & Ioſue apparet.

Hunc morem imitatus eſt Pius Quintus ſuperioribus annis cõtra hæreticos in Gallijs, & Turchas. Et antea Gottifredus Carolus, & alii glorioſiſſimi Imperatores.

Hoc ex nouo teſtamento habemus & ſub uiſione belli Draconis in Apocalipſi, ſcimus eos eſſe deturbandos.

Hoc docet D. Aug. ad Bonifacium Comitẽ dicens. Vtile tibi, tuiſque dabo conſilium, arripe manibus arma oratio aures pulſet authoris, & lib. 22. contra Fauſtum. Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli authoritas, atque conſilium pęnes principes ſit, principibus dicitur pſalm. 81. Eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate. Cur ergo de manibus Turchæ, ac hæreticorum liberare non poſſumus. Alia diximus ſupra.

Obiectiones Hæreticorum

Si bellamus contra Turchas reſiſtimus Diuinæ uoluntati, ſic nos uiſitanti, ergo non licet.

Reſpondetur, quòd utique per bellum nos uiſitat Deus, cui bello reſiſtimus, ſicut fãmi, aliarum rerum copia.

Secundo, Chriſtianus orare debet, & ſic uincitur Amalech.

Dicitur; quòd utique orare debet, sed non satis laicis, sed debent nostra, vt possint eri pere: sic Iosue pugnat, & Moyses orat.

Tertiò. Prohibetur defensio, ne nos opponamus angarizantibus nos, ut apparet. Matth. 5.

Respondeo, quòd aliud est uindicare proprias offensas: aliud ecclesiæ bona recuperare: de prima consilium dat. si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei, & aliam, & mitte gladium in vagina. De secunda non habemus præceptum, sed ab ecclesia definitum, quòd iustum suscipimus bellum, ut nostra restituantur.

Turrificatio.

Turrificandi modum, quo utitur ecclesia, in Festis deridet Almaricus. At si vetus Dei institutũ legisset, de thuris collatione, Leui. 2. A. Et mysterium representans ecclesiæ iuxta illud: Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini, de manu Angeli. Et antiquam fidelium, ac Clericorum consuetudinem, linguam fortè cohibuisset.

Tyrannus.

Tyrannus potest à quouis occidi non obstante, quòd fœdus fuerit inter eos, nec expectata iudicis sententia, vel mandato. Ioannes parui. Scribit Alphonsus contrà hoc. Nam noluit Dominus, ut Cayn occideretur, sed dixit. Gen. 4. Omnis, qui occiderit Cayn morte morietur, & septuplum punietur. Et Concil. Constantien. sess. 15. Anathemate ferit, qui hoc docet. Hunc tamen euitare possumus, & citati non comparere, ut scribit Caiet. 2. 2. q. 125.

Verbum.

Verbum, non propriè dicitur in Diuinis. HAERE. Ex sacro Euangelio D. Ioannis. In principio erat uerbũ, & communi Doctorum assensu cõfutatur hæc hæresis, de qua Magister 1. dist. 12.

2 *Verbum in Diuinis, non est nomen personæ.* HAERE. Ex eodem loco ecclesia, ac D. Augu. 3. de Trin. c. 1. & schola omnis docet hoc adeò proprium esse nomen, ut alteri conuenire non possit. Et proprium nomen sit filii, de quo D. Aug. 6. de Trini. c. 2.

3 *Verbum non est à Patre generatum.* HAER. Ex Psalmo secundo æternam generationẽ habemus. Ego hodie genui te. Et Sapiens dixit. Ego, qui aliis generationem tribuo sterilis ero. Et D. Ioan. Verbum erat apud Deum, ac Symbolum. Genitum non factum.

4 *Verbum non est genitum per paternum intellectum.* HAER. Theologi omnes nullã aliam generationem agnoscunt, nisi per actionem immanentem intellectus.

5 *Verbum non est coæquale patri.* HAERE. In superioribus consutauimus.

6 *Verbum est natura patri posterior.* HAER. De hoc paulò ante loquuti sumus.

7 *Verbum potest alterum generare verbum, tanquam generationis terminum.* HAER. Posse generare non comitatur tãtum naturã, quoniam cum vna eademque sit omnium natura, sicut Pater generat, sic & filius: at generatio uerbi sequitur naturam cũ proprietate personali. Filius ergo & Spiritus Sanctus intelligunt, non tamen concipiũt, nec generant uerbum. Et obseruandum, quod Diuinum intelligere, ut sic acceptũ, sic omnis actus intelligendi producit uerbum, quia unus est omnium personarum. At intelligere, prout ad unamquamq; personam comparatur, uel ut in filio, sic non format uerbum, ut interpretatur Ferr. 4. cont. Gent. c. 14. Qua distinctione saluatur similitudo in Diuina Natura, potentia, & actus idem, quò ad ea, quæ essentiam comitantur: at non quò ad proprietates personarum, quibus realiter inter se differunt. Hæc Scholastici in primo.

8 *Verbum non est imago patris.* HAERET. Ex uerbis D. Paul. primo ad Hebr. confutatur, dicit nanque. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Et ratio suadet.

Nam omne generans generat sibi simile. Et D. Aug. 7. de Trini. ca. 2it. Solus filius est imago patris.

6 *Verbum nullum connotat respectum ad creaturas.* HAERE. Moyses explicauit respectum verbi ad creaturas, dicens. In principio creauit Deus cœlum, & terra. De quo D. Ioannes. Omnia per ipsum facta sunt. Et D. Augu. lib. 83. quæstio. 63. D. Thom. & alij.

10 *Verbum Dei est affectiuum, aut prolatiuum.* HAER. Antiquissimo hæresis damnatur à D. Ioan. dicente. Et Deus erat uerbum. Et in Concilio Syrmiensi confutatur tom. 1. pag. 343. In quo exactissimè omnia, quæ ad sanctissimam Trinitatem attinent sunt discussa contra Arrium. quæ si legerit lector, maximam reportabit frugem.

11 *Verbum caro factum est, idest in carne mutatum.* HAER. Ex locis citatis reprobatur, & eodem Concilio. can. 10.

12 *Verbum post mortem est mutatum, aut peremptum.* HAER. Damnatur Can. 11. eiusdē Concilii. pag. eandem.

Verecundia.

Verecundari est peccatum, nec unquam est erubescendum. Iurrelupini. HAER. Inter alias confessionis circunstantias hanc connumerant, quòd sit uerecunda, quod est scitum in Theologia: Et huius error eo grauior, quo docent de nulla re nunquam esse erubescendum. Et tamen nullus affirmat Adā peccasse, dum erubuit se nudum conspiciens. Gen. 3. & cap. 9. maledicitur Cham, qui uerenda patris fratribus demonstrauit. Hinc fœmoralia sacerdos portabat cū intrabat sancta. Exod. 39. Est ergo uiri modesti pro re, & pro tempore erubescere.

Vetus Testamentum.

Vetus Testamentum reiiciunt Senetiani, & Anabaptistæ, hanc impiam, ac maledicam sententiam confutarunt Apostoli, qui receperunt & Can. ediderunt, ac Catalogum librorum ueteris historiæ. Huius meminit Saluator pluries in Euangelio, Petrus, & Paulus in suis epistolis. Tot Concilia Laodicenum, Cartag. Florentinum, ac Tridentinum. Patres, & tot Doctores exposuerūt; ad quid ergo perfidus Hispanus recedit ab Apostolorum, ac ecclesiæ definitioni: hic Seuetus, qui uixit anno 1554. combustus fuit ab ipsismet Lutheranis Geneuæ: qui ecclesiæ leges præscribunt non esse hæreticos comburendos: sed pro hæresis impugnatione non moror, sed ut errorem quisque Catholicos uideat, obiectis corū satisfaciam.

Obiectiones Hæreticorum.

Primò molesti nobis sunt hæretici, quia nituntur probare, uersiones esse corruptas, atque vitiatas, atque dissonas inter se, ac repugnantes, ergo etiam Hebræorum codices tales sunt. Hoc uerò, quòd cōtra nos probant, nullo nititur fulcitur testimonio: siquidem, quod aliquando translationes non conueniant, non referēdum est ad fontem limpidissimum, sed ad ipsos translatores, malitiosè enim multa permutarunt, addiderunt, ac subtraxerunt, ut Symmacus, Aquila, Theodotion, ac alii iudaizantes. Septuaginta interpretes tacuerūt, quā plurima ne sanctum darent canibus. uel ante Christi aduentum interpretantes aliqua non intellexerunt. Postque omnia ecclesia Spiritu Sancto assistēte, inter uarias editiones certam, ac ueram selegit.

Secundò. Multa erant scripta carminibus. Vt Ioseph. lib. 2. heb. antiq. D. Hier. in præfatione Esaię. Euseb. Cęsar. lib. 10. Euang. præpar. quæ tamen hodie non leguntur.

Respondeo, quòd Patres isti non accipiūt uersus, eo modo, quos apud Virgiliū, Oratium, ac alios legimus, vtque hebræorum uersus, sint p omnia nobis similes nostris, sed quia conueniunt peruetusta carmina cum nostris.

Vel dico, quòd nec errarunt interpretes in translatione, si carminum leges non obseruarunt.

Tertiò. Patres, quàm plurimi scribunt Hebręorum codices esse falsatos. Vt Iustinus contra Tryphonem. Orig. Hom. 12. in Hieremiam. Hier. 3. ad Gal.

Respondeo, ꝙ admisso hoc, non sequitur, ꝙ ecclesia errauerit, nam facta collatione ueritatem collegit, nec hebręorum imprudentia ecclesiæ nocere potest.

Quartò. Probant de sing lis libris Moysis: & de Genesi quidem.

Nam sunt quæ in lege imperfecta, & ideo aliam legem tradidit Dominus. sunt alia, quæ non Dominus, sed Moyses dedit, pro lege, vnde Matt 19. dicitur. Moyses ob duritiē cordis vestri permisit dimittere vxorem: quod tamen contrarium est Diuinæ legi, quia erunt duo in carne una, & quod Deus coniunxit homo non separet.

Respondeo, ꝙ lex Moysi è regione ad nostram

stram imperfecta erat, tamen quatenus conueniebat rudi illi populo erat satis De repudij uerò lege dico, quòd aliud est dare repudium, aliud libellum repudij. Non dedit Moyses legem de repudio nec dixit. Qui uoluerit uxorem dimittat. sed libellum, hoc est, quòd si quis dimittere uoluerit non dimittat, nisi prius dato libello repudij, ut sic (quòd supra diximus) interposita mora animus ad iram præceps retardaretur.

Quinto, contines traditiones seniorũ, quas Dominus sæpius inculcat Mat.7. & 15.

Respondeo, quòd ecclesia traditiones phariseorum non collegit, sed textum ipsum.

Sexto, dicitur in Genes. quòd ante lucem erant tenebræ, ergo Deus erat in tenebris.

Respondeo, quòd nulla est consequentia, nam Deus noster lux est, & lux mundi, qui habitat lucem inaccessibilem.

Septimo, describit Deum admirantem facta luce.

Dicitur, quòd non facit Deum admirantem, sed lucis approbatorem.

Octauo, maleuolum Deum describit prohibentem nè lignum homo commedat, & tamen brutis omnia concessit.

Respondeo, quòd maleuoli, sed benigni Domini est admonere, nè mala eueniant: ideò prohibuit lignum scientiæ boni, & mali, non ut nesciamus ea, sed ut nè per experientiam bonum, & malum cognoscamus, ut factum est.

Nono, serpẽtem nominat Dei meliorem, nam post esum ligni ait. Ecce Adam factus est, quasi unus ex nobis.

Respondeo, quòd uerba illa non sunt Dei affirmantis, sed exprobantis.

Decimo, serpens fortior fuit Deo, quia hominem decepit.

Dicitur, quòd non fuit Deo fortior, sed Adam à Deo recessit.

Vndecimo, vel Deus nesciuit Adam non seruaturum præceptum, uel fuit impudens quia præcepit, quod sciebat non debere seruare.

Respondeo, quòd sciuit, & suo reliquit arbitrio, & pœna contemptoris docuit alios obedire. ut respondet D. Augu. lib. 1. cont. aduer. leg. & proph. c. 14.

12. Ignarum facit Deum clamantem Adam ubi es.

Respondeo, ꝙ Deus hoc fecit, ut hominẽ prouocaret ad confessionem delicti, non quia ignoraret.

13. Timidum facit Deum, quia Angelum ad custodiam Paradisi posuit. Vel inuidũ, dum uetat successoribus.

Respondeo, quòd nec inuidus, nec timidus ex hoc Deus diiudicatur, sed iustus, dũ exequendo sententiam ingredi peccatores ultra non permittit.

14. Facit Deum appetentem sanguinem animalium, & hircorum.

Respondeo, ꝙ Deus exigebat illa sacrificia, non quia appeteret sanguinem, sed q̃a fidem erga Deum sic demonstrabant. Et quia erant umbra futurorum sacrificiorum.

15. Sæpissime facit Deum iracundum, & cum gladio uenturum dicit, ut omnia perdat.

Respondeo, ꝙ Deus his passionibus perturbari non potest, describit tamen Dei iustitiam sic, ut ad terrorem peccatores excitaret.

16. Nominat Deum zelotypia laborantem, dum prohibet alijs Dijs illa sacrificia offerri.

Respondeo, quòd zelus Dei, de quo dictũ fuit. Zelus domus tuæ comedit me. non ex anxietate, aut perturbatione animi proficiscitur, sed uirtutem ab amore emanantem, ac iustitia.

17. Maledictum uocat à Deo, omnem in ligno pendentem. Deute.27. ergo Christus & Petrus, & Andreas.

Respõdeo, ꝙ uocat maledictum, quia maledictionis pœnas suscepit.

18. Maledictum dicit, qui non suscitauerit semen in Israel. Exod.23.f. Deut.7.c. ergo Christus, & Apostoli erunt maledicti, atq; alij, qui se castrauerunt propter regnũ Dei.

Respondeo, ꝙ per hoc intelligitur multiplicatio populi, & hanc benedictionem obtinuerunt à Deo. Alij dicunt, ꝙ sunt spiritualiter intelligenda uerba multiplicationis, & de uirtutum operibus.

19. Animam facit mortalem dicens. Anima omnis in sanguine est, Leu.17.

Dicitur, ꝙ accipit animam pro principali parte corporis, ac operatione corporea, sine sanguine enim, nec est, nec operatur aliquid anima. Hæc soluit D. Aug. variis locis, quæ & à Manichæis, & aliis reducebantur.

Vidua.

Vidua.

Vidua non poteſt nubere. HÆR. Damnare ſecundas nuptias hæreticum eſt. & D. Pau. 2. Cor. 7. dixit Viduis vtilem eſſe continentiam, non tamen præceptam. Direct. 2. par. q. 6. nu. 28. c. pe. uerbo Cathari. 24. q. 3.

Vinum.

Vinum nunquam bibere licet. Seuerus. HÆR. Aquam in vinum Dominus cõuertit in nuptijs, vt dicitur Ioan. 2. Vinum in Cœna bibit Dominus, & Apoſtoli. Mat. 26. D. Paul. hortatur Timot. 1. cap. 5. Vt modico vino utatur propter ſtomachi debilitatem, quã legem obſeruauit glorioſiſſimus, ac beatiſſimus Pater Dominicus. Eſt tamen illicitus potus immoderatus, de quo D. Pau. ad Rom. 4. D. Thom. 2. 2. q. 149. art. 3.

2 *Vinum non eſt materia Euchariſtiæ.* HAER. Alibi hoc fuit confutatum, & D. Mat. c. 26. Luc. 22. refert Dominum uinum in calice appoſuiſſe. Et Concil. ſextum Conſtantinopolitanum. Can. 32. & Triburenſe. c. 19. tom. 2. pag. 790. & ante in Concilio Antiſiodor. can. 8. Prohibetur nè quis melliũ, quod mulſum appellatur, nec ullum aliquod poculum extra vinum cum aqua offerre poſsit. tomo eodem. pag. 185. Direct. p. 2. q. 6. num. 24. cap. pen. verbo Seuериani. 24. q. tertia.

Virginitas.

Virginitas apud Deum nullius eſt meriti. Iouinianus. HAER. In Germania etiam extincta eſt uirginitas, & unicuique permiſſa eſt licentia delirandi, & beatiorem ſe quiſque putat pluras inſanias, ac magis nouas excogitare ualet, aut exploſas reuocare. Et vnuſquiſque profert de religione, ac ſacris dogmatibus impunè quodlibet. Quanti uerò ſit meriti uirginitas exemplo D. Ioann. Euangeliſtæ, ac aliorum certum eſt ex ſacris literis. Et ex Apoſtolica traditione habemus uirginum conſecrationẽ, ut ſcribit Ignat. epiſtola vndecima ad Antiochen. Patres hanc ſemper comendarunt, ut Cyprian. de habitu pudic. & bono coniugali. D. Hieron. Baſil. librum edidit de uirginitatis laude, quam uouerat, & in oratione funebri D. Gregor. Nazianze. teſtatur. Chriſoſt. tom. 5. docet, quòd fœminæ regulares non cohabitent uiris. D. Augu. de Ciuit. Dei. lib. ſecundo, cap. 26. D. Thom. 2. 2. q. 152. D. Bernar. ſerm. de Nat. & alij quos uerbo Caſtitas commemoraui.

2 *Virginitas non eſt nobilior matrimonio.* Eraſ. HAER. Ex ſuperioribus iſta hæreſis confutatur. At impugnant, primo, quia matrimonium eſt Sacramentum, non uirginitas. ergo matrimonium nobilius erit. Reſpondeo, quòd non tenet cõſequentia. Nam Diuina uirtus, non eſt alligata Sacramentis. Adhuc Beata virgo habuit plenitudinem gratiæ ſine Sacramentis, & Apoſtoli die Pentecoſtes, nec erant vxoratĩ. Martyrium etiam eſt matrimonio præſtantius. Non ergo ſacramenta ſunt aliis præſtantiora. Nec derogamus Sacramentis, ſicut nec argento dum dicimus, quòd aurum eſt eo præcioſius.

Secundo, Apoſtoli habuerunt uxores.

Reſpondeo, ꝙ de ſolo Petro legitur, quòd eius Socrus tenebatur magnis febribus. Pau. & Philip. non habuerunt. & filiæ, quæ nominantur Philippi in Actis Apoſtolorũ, non eſt Apoſtolus, ſed vnus ex ſeptem, qui menſis ſeruiebant.

Tertio, docet Apoſtolus, quòd Epiſcopus ſit vnius uxoris uir, quomodo ergo uirginitas nobilior.

Reſpondeo, quòd ob miniſtrorum neceſſitatem in primitiua Eccleſia erat permiſſum, ut Epiſcopus eligeretur, qui haberet uxorem, non tamen neceſſariò, ſed ne eſſet bigamus, qui & defuncta non poterat aliã ducere, ſicut nec Græci hodie ſuſcipiunt.

Virtus.

Virtus non eſt neceſſaria in noſtris operationibus. Luth. HAER. Quamuis Spiritus ſanctus nos moueat ad virtutum opera, facit tamen hoc ſuauiſsima diſpoſitione, quæ à uirtute proficiſcitur, nec perfectum eſt opus quoadusque procedat ex uirtute, ut in actione meritoria probatum eſt, in aliis etiam compertum eſt, quòd tũc homo laudabiliter, & uirtuoſe agit, quando uirtute comite operatur, ut Phyloſophi omnes, ne dum fideles fatentur.

Vir-

2 *Virtutes Theologicæ* talem ueluti contra hæ-
Cum D. Paulo datur, ut Doctores asseri-
tres esse uir-
Fides, Sp. usura Diuino iure damnata, &
3 *Virtut.* cum contra naturam.
Nam pecuniam, quod pecunia gignat contra naturam est.

Hoc etiam peccatum apud Romanos erat execrabile, ut perfidus testatur Molineus: & à Saracenis, ac Turchis prohibitum. Direct. 2. p. q. 7. ser. 6.

2 *Vsura potest nè dispensari à Deo.* Difficile est soluere hoc quæsitum: pars nanque affirmatiua suadetur, quia quæ contra secundæ tabulæ præcepta ex D. Bern. ac Thom. dispensari possunt.

Rursus Hebræis permissum fuit, ut ab extraneis usuras acciperent, non tamen à fratribus, ut dicitur Deuter. 23. D.

Demum, Deus multa alia dispensauit, quę uidentur repugnare suis legibus, quare non in usuris. Vel dico, quòd si Deus dispẽsat non erit propriè vsura, sed fructus, quẽ exigere, tunc iustè possumus.

3 *Vsura potest Papa dispensare.* TEM. Sunt viri doctissimi id asserentes. Iason. C. de summa Trini. & abducit Anch. consil. 243. Paul. de Castro consi. 3. uolum. 2. Barto. etiam. §. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Sonci. consi. 13. & 28. Et sicut potest dispensare, quòd de Monachó, fit non Monachis, in decimis, & bigamia: sic in omnibus, quæ non sunt contra fidem potest dispensare.

Hoc & Vincen. Ioan. Andr. Abbas. in cap. proposuit. de concessio. præben. Alii è contra negant. Quoniam si aliqua ratione aduersarii probant: nõ nisi, quia maius bonum sequatur.

At id non cogit, non enim sunt faciẽda mala, ut eueniant bona, nec ueniale peccatũ, ut mortale uitetur.

Nec puer in puteo proiiciendus, ut baptizetur, aut mulier prægnans occidenda, ut saluetur puer.

Rursus, est uitium contra naturam: ergo dispensare non potest. Est Diuino iure uetita, ut dictum est; ergo non potest Papa admittere.

Sicut iam Papa potest dispensare in vsura contra Diuinam legem: ergo & in aliis, & in matrimonio, sacramentis, & similibus.

Demum, quomodo potest Papa facere, quod uitium sit uirtus, uel illicitum, licitũ. Non ergo dispensare poterit.

4 *Vsuras potest Imperator sine peccato admittere.* HAERET. Non est Iurisconsulti hoc expendere negocium, ideo non mirum si dum mittunt falcem in messem alienam, quòd turpiter eos errare contingat.

Hinc deceptus est Paul. de Castro consil. 39. uolum. 2. Alexand. consil. 1. colum. 4. in principio, & consi. 2. uolum. 2. & consi. 187. eodem uolumi. Anchara. consil. 243. Quibus repugnant Bald. C. de summ. Trinit. l. 1. & in Auth. ad hæc. C. de usuris: colum. 2. Quoniam Imperator inquiunt est seruus Dei, ideo Domini legem abrogare non potest.

Idem probat Silu. vsura. 8. §. vlt. Tab. vsura. p. §. 5. Armilla. §. vlti. & Doctores Theologi. Quid enim iuris habet Imperator in his, quæ ad forum ecclesiæ pertinent. Nullus ergo, quauis authoritate præcellat poterit usuras dispensare. Quæ omnia pinguiori minerua in tractatu de usuris sunt à nobis discussa.

Vxor.

Vxor hæretici tenetur cum marito hæretico habitare. TEME. Si maritus Dei leges sic contemnat, poterit uxor separationem petere, ut dicitur Caus. 28. quæstio. 2. c. simili modo. At si ad ecclesiam redeat, tenetur illa maritum suscipere, si non sunt separati iudicio ecclesiæ. Nemo tamen altero uiuente potest alteri copulari. Iudic. Inq. verbo vxor. §. 1.

2 *Vxores plures licet habere.* HAERET. Catharinus impugnat Caieta. qui Matth. 19. super illis verbis: Quicunque dimiserit uxorem: videtur docere, quòd plures conducere uxores, nec naturali, nec Diuina lege esse uetitum.

Et affert decretum Innocent. Tertii uiri sanctissimi, qui pluralitatem uxorum damnat dicens.

Abso-

Absonum hoc uidetur, & inimicum fidei Christianæ, cum ab initio una costa in unam fœminam conuersa sit. Rursus,euãgelium dicit, & adhærebit vxori suæ,non dixit uxoribus,sed uxori. Hoc decreuit Concilium Trident.sessio.24.cano.2.

Si quis dixerit licere Christianis plures uxores habere, & hoc nulla lege prohibitum. Anathema sit. Et damnatur Valentinianus Imperator, qui docuit licere plures uxores simul habere, ut scribit Socrates,lib.4.eccl.histo. Permissum tamen fuit priscis patribus antiquæ legis uxores plures habere,quòd nunc est uetitum.

3 *Vxore dimissa quacunque ex causa licet aliam ducere?* HAERE. In superioribus confutauimus hoc, quod Catharino probatur. Direct.2.p.q.5.nu.3.

4 *Vxores sunt communes.* Nicolaitæ. HAERE. Quid magis repugnat amori coniugali, quid nos reddit magis Brutis similes, quàm quod omnibus sit uxores cõmunes, hoc Barbaris displicet, hoc pagani prohibent; & ijs tantum est licitum, qui laxatis habenis venereis sunt mancipati, abeant ergo homines imorigeratissimi. Direct.2. par.q.6.cap.penul.ver.Nicolaitæ.24.quæstio.3.

5 *Vxor tenetur ne reddere debitum marito adultero?* HAER. Nostræ Academiæ antesignani inter quos Caiet. Affirmatiuam partem probat. Nam uxor non est caput uiri, nec tenetur corrigere virum. Nec actus illicitus per hoc constituitur matrimonii. Alii verò è contra negant,ut sic uir ab adulterio se cohibeat.

6 *Vxorum pluralitas repugnat ne legi naturali?* Doctores non conueniunt in huius decisione.

Nam Magister [illegible] distinct.33.ex Ambro.& D.Aug.probat non repugnare: & de bon. [illegible] ralitas repugnat, quando ex una non potest concipere, hinc (ait) Cato [illegible] suam uxorem tradidit alteri [illegible] tiam tuetur Duran. Gerson [illegible] tus.

D.Thom.verò distinguit: quod [illegible] nem secundarium, qui est pax, & [illegible] quillitas est contra legem naturæ at quo ad finem primariũ qui est generatio prolis non est contra legem naturæ. Dur. addit,quòd proteruia [illegible] Et ethnici excusantur, qui [illegible] tum non cognouerunt.

Valentianus verò Arrianus errau[illegible] gem tulit,licere duas uxores habere,& [illegible] se accepit,de quo & lib.8.histor.tripar.capi.11.

7 *Vxorum pluralitas potest à Papa dispensari?* Audiui quosdam affirmatiuam partem tueri: eo quia si dispensat in voto solenni, sic & quod quisque plures uxores ducere possit.

Ego verò negatiuam defendo, quæ & magis consonat sacris litteris. & ex D. Paul. ad Cor. loco citato, nam si Christi,& ecclesiæ coniũctionem significat, profectò, vnus unam tantũ ducere poterit. quæ ex sequentibus confirmantur.

8 *Vxor si fuerit sterilis,potest homo, saltem ex dispensatione alteri copulari.* HAERET. Quod olim fuit permissum, hodie non licet; & hanc veritatem à Gratiano habemus disputatam. 33. quæstio 4. Qui ex D. Ambro.lib. de Patriarchis, ac D. Augusti. super Ioan.probat non licere, & concludit post multa.

Nullo modo Christianis licere, siue propter uxoris sterilitatem, uel ob infirmitatem, vel turpitudinem, cum alia commisceri: super quo nec etiam Pontifex dispensabit.

Hoc significant uerba Domini. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eã, iam mœchatus est eam in corde suo.

Quod uerò alios induxit, ad probandam pluralitatem sunt testimonia ex sacris litteris.

Primum Abrahæ Gen. [illegible] & Iacob Gene. 30.qui ex ancillis [illegible] suscepit. Ad hæc Gedeon [illegible] plures habuit uxores ex quibus septuaginta filios sustulit.Iud.8.

Elcana vxores duas habuit. 1.Regum 1. Dauid plures habuit vxores Abigail, Michol, Achinoam.1.Reg.25. ergo licet plures uxores habere.

Respondeo his omnibus, quod illis fuit permissum [illegible] terra tunc replenda erat.

Nunc uerò cœlum replendum, non terrena propagatio.

Nec fuit adulter Abraham, nec concubinã retinuit; hoc enim nũquã fuit licitũ, sed legi-

matrimonium, ut Theolo

a *Virtutes Theologi* D.Tho. in additionibus ad Cum D. Pa tem, nam habere cõcubinam tres esse a legem naturæ.

Fide *potest remittere ius, quod in corpus mari*
3 *habet, & alteri mulieri concedere*. HAERET. Quod maritus peccet, etiam quod de consensu uxoris alteri coniungatur docent Doctores omnes.

Nam mulieres appetere non licet, ut admonet Dominus. Qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, &c. Et alibi Qui dimissa uxore aliam duxerit mœchatur. Mulier ergo non habet hanc facultatem in corpus uiri, & filii essent spurii. Nec plura hoc loci, ubi ad finem nostra festinat
d oratio.

Z

Zacharias.

Z*achariæ Prophetia negari potest.* HAER. In exordio suæ prophetiæ, uir iste sanctus seipsum describit fuit filius Barachiæ ex terra Chaldæorũ nepos Iddo. De eius prophetia mẽtionem facit Matt. & eius ingressum in Hierosolymã. Vixit contẽporaneus Aggęi Prophetæ. Moritur senio confectus in Iudęa, ac propè Aggęum tumulatus, circa annũ ab orbe condito ter 1460. Prophetauit templi reædificationẽ, ac multa alia de Ciuitate Hierosolymæ. De quo Epiph. de uit. & int. proph. D. Hier. in 1. c. huius.

FINIS.

Hactenus Illustrissime Domine Cardinalis Ampiissimæ denuo fortissimæ lapides decisi sunt, ad ecclesiam construendam, ac propugnandam, quam nec Infideles, nec hæretici euertere unquam potuerunt. Ad Dei optimi Maximi laudem, ac gloriosissimi Patris Dominici, D. Thomæ, ac Sanctorum omnium.

Venetijs, Die xiij. Iulij MDLXXXV.





colorchecker CLASSIC

calibrite